



0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29

2 400 40 **Sella** MADE IN SPAIN





IOANNIS
 DE PINEDA SOCI-
 ETATIS IESV
 COMMENTARIORVM IN
 IOB LIBRI TREDECIM,
 ADIVNCTA SINGVLIS CA-
 PITIBVS SVA PARAPHRASI,
 QVAE ET LONGIORIS
 COMMENTARII SVM-
 MAM CONTINET.



HISPALI,
 IN COLLEGIO S. ERMENEGILDI EIVSDEM
 SOCIETATIS. MD. LXXVIII.

Ratus post
 tenebras.

Mutat
 vices.

Sufferentiam
 Iob audistis, et

finem Domini
 vidistis. Iacob. 5.

Resurget.

Probat fornax.

Hinc fructus
 inde
 pretiosus

Impavidum
 ferient.

Benefi-
 centius.

Quicumque vertas.

Non aquis vitibus hystes.

Ve fructum
 plus afferat.



Summa del Privilegio.



Este primer Tomo de los Comentarios sobre IOB del P. Ioan de Pineda de la Compañia de IESVS, tiene privilegio de su Magestad, para que por tiempo de diez años no se imprima ni venda sin licencia de su Auctor. como parece por su original firmado del secretario Christoval Nuñez de Leon. su fecha é Madrid, a veinte y quatro dias del mes de Abril de mill y quinientos y noventa y siete años.

CENSURA OPERIS.



Curatè legi hac doctissimi Ioānis de Pineda Hispalensis in IOB Commentaria, Regii Senatus decreto mihi commissa, una cum Paraphrasibus singulorum capitum. Opus, quod Fidei nihil habet aduersum, & Ecclesia Catholica est utilissimum: in quo elucet magnum, & felix Auctoris ingenium; stupenda eruditio; trium linguarum peritia mirabilis; Varia veterum Patrum lectio, & electio rara; in eruendis, explicandisque genuinis, & huc usque non auditis Iobi sensibus inaudita fecunditas, mira que dexteritas, una cum modestia, pietate, & religione singulari. Quare opus dignissimum mihi visum est, quo omnes fruantur. Quod utinam integrum haberemus, & multis ab hinc annis typis esset mandatum, ut magnis ejus utilitatibus essemus ditati. Madriti in nostro monasterio Sanctissima Trinitatis, die duodecima Aprilis. An. 1597.

Fr. Didacus de Avila.

T A S S A

Está tassado este libro por los Señores del Consejo a Tres Maravedis el pliego.

Facultas P. Provincialis.

DEtrus Bernal vice Provincialis Societatis I E S V in Provincia Bætica, potestate ad id mihi facta a R. admodum P. N. Claudio Aquaviva Generali Præposito, facultatem cōcedo, ut prior tomus Cōmentariorum in IOB à P. Ioanne de Pineda Sacrarum Litterarum professore compositus, & nostrę Societatis viro rum gravium, atque sapientum iudicio examinatus, & approbatus, typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & nostri officii sigillo munitas dedimus, Hispali, die duodecima Ianuarii, Anni millesimi quingentesimi nonagesimi septimi.

*Petrus Bernal
Vice Provincialis.*



ADMODVM R^{DO} P. N.

CLAVDIO

AQVAVIVAE

PRAEPOSITO GENE-

RALI SOCIETATIS

I E S V

IOANNES DE PINEDA

THEOLOGVS EX EADEM

SOCIETATE, ET PELLVS

MINIMO

Commentarios in IOB diu conceptos, lucem nunc tandem adspicientes, in adoptione humanissime tuę Paternitati emācipare statui atq; adeo debui. quod suo iure à me exigebat iste mei animi, atq; laboris foetus: satis per se obscurus & inglorius; qui ne tenuē quidem splendoris patrimonium ex me sperare, ex tuā verò humanitate & nomine satis lautum & copiosum sibi poterit polliceri. Et verò, ut istius meorum studiorum partui præclare consulam, quem vel meliorem, vel amatiorem parentem queram, quam ipsum metum? Debe-

tur is etiam tibi, tamquam domi natus, non modò adoptionis jure, sed mancipii & nexi. filium itaque non omnino alienum facies. ac ne alienum quidem. tuus fuit cū primū natus, cū primū conceptus fuit. Capitis nimirū, atque fontis est ipsa rivulorum aqua. At quā multa hoc foelicissimo tuæ gubernationis tempore Scriptorum flumina ex abditis disciplinarum omniū fontibus orta, & quasi ab isto capite Societatis accersita & ducta, uberrimis aquis redundantia, per omnes terrarum oras, simul hæreticorum moles oppositas obruerunt, simul pietatis hortos ubertim irrigarunt! Vberem dico variæ, & exquisitæ doctrinæ librorum copiā, quos per hōc annos, non jam Clausis, sed apertis ostiis, minime stagnantibus, sed Vivis aquis, erumpentibus quoque longo intervallo compressis, tua Societas effudit. Verisimè namque, quod de Oniæ filio Simone scripsit Ecclesiasticus, de te dicam optimo Societatis Parente; *In diebus ipsius emanaverunt putei aquarum; & quasi mare, adimpleti sunt supra modum. Qui curavit gentem suam, & liberavit eam a perditione.* Sed hæc cū tua propriè sint, sunt tamen, quod ad me attinet, mihi cum Sociis reliquis communia. ad illud venio peculiare & proprium meum. Est quidem sanctissimus IOB absolutum exemplar virtutum omnium. sed præsertim elucet in eo præclara illa in omni vita æquabilitas, vultusque idem; in prosperis Modestia & Temperantia; in adversis excelsa exaggerati animi altitudo invictaque Constantia; quæ illis, qui præfunt, in tam diuturnis, & sanguinariis terribilissimi hostis incursionibus etiā atque etiam necessaria est, ut ejus præsidio adversos casus sapienter ferre, filiorum jacturas æquo animo tolerare, & in mediis perturbationum fluctibus tranquillum & constantem cursum tenere possint. Hanc tibi, Pater Optime, quam altissimam exaggerationem animi, & ad eventus omnes æquabilitatem divino munere concessam, suspiciunt, qui te noverunt omnes. Ego verò nequeo satis mirari incensum illud, & inflammatum studium promovendi tuos ad

Ecclesi. 50.
v. 3.


optatam.

optatam perfectionis metam; crebras, & ardentes litteras ardorem tui pectoris spirantes; aliæque id genus præclara subsidia, ad nos subinde ex Vrbe transmissa. ut nemini dubium sit, quin *Consurgens diluculo, offeras holocausta pro singulis, mittensque sanctifices nos.* Videlicet tamquam alter IOB, in eam præcipuè curam toto pectore incumbis, ut filios tuos puros ab omni labe, factos tectosque custodias. Neque verò deest tibi præstantissima illa rerum humanarum, atque Divinarum scientia, qua instructus, & armatus sapientissimus IOB, nodos amicorum argumentationes dissolvit, & tortuosas interrogationes prudenter elusit. Testis est Societas universa; quæ cælesti subnixæ præsidio, ac tanto duce bene animata, oblatantium quorundam fauces compressit, & petitiones multas ita conjectas, ut nō brachium, aut latus, sed rerum optimarum, & nobis carissimarum jugulum ipsum appeterent, præclare sapientia tua gubernata, parva quadā atque facili declinatione, & ut ajunt, corpore, effugit. ut vel ex hac re clarissimum suæ erga Societatem providentiæ Divinae bonitas argumentum ediderit, cū ad illius gubernacula tractanda, eum moderatorem admovit, qui sedens in puppi, clavumque tenens, non modò vela panderet ad eam partem, unde flatus cælestis ostenderetur, sed adversos etiam casus invicto animi robore coerceret, & motos fluctus dexteritate mirabili sedaret. Commentanti itaque mihi, aut etiam scribenti, hæc sæpe occurrebat cogitatio, quæ non minuebat modò laborem assiduum, sed incredibilem etiam faciebat voluptatem. scilicet juvabat identidem istas tui animi dotes cum sanctissimi IOB factis contendere; atque illorum in te non conatum, & adumbrationem solum, sed perfectionem ipsam contemplari. Hinc tibi profecto ardens quoddam (ut cognovi) sacri istius libri studium; atque erga illum sic te affectum, & animatum esse, ut minime tibi ingratas futuras has commentationes, P. Bartholomeus Perez de Nueros raræ probitatis, & singularis doctrinæ vir, qui nunc tibi pro His-

Job. 2. 5.

paniarum

niarum Provinciis assistit, dum Bæticam hanc administra-
ret, mihi non semel affirmaverit. Ergo jam inde ab eo tem-
pore mei laboris fructum, qualiscumque demum esset, tuæ
Paternitati animo consecravi. Nec dubitō quin benigna
fronte accepturus sis filii munusculum; exiguum illud
quidem; sed in quo & præteritæ vitæ tuæ imagi-
nem, & futuræ, quam longam & diutur-
nam boni omnes exoptant, ad vivum
expressam intuearis. VALE.



SVMMA TOTIVS OPERIS.

Quam ideo præponimus, ut Lector in uno quasi aspectu habere possit totius libri
Iob filium & contextum, atque etiam commodam partitionem librorum & capi-
tum utriusque tomi, id est, tum istius prioris, quem nunc damus; tum ve-
rò alterius, qui jam prælo paratus est.

**TOMVS PRIOR COMMENTA-
riorum in Iob continet Libros sex, Capita decem & sep-
tem, Colloquia septem, Certamina sex.**

I. PRIMVS LIBER constat duobus prioribus capitibus: describit verò utramque Iob
fortunam, prosperam, atque adversam; illam ab omnibus bonis; hanc ab omnibus prope modum
arumnis, & morbis. In his verò insunt duo Certamina, alterum Iobi cum Satana, cum uxore al-
terum: tria verò Colloquia, unum & alterum Dei cum Satana, tertium verò uxoris cum Iob.

II. LIBER SECVNDVS unico, id est, tertio capite contentus est. Nihil verò aliud cō-
tinet, quàm Iobi lamentationes, atque lamentandi causas, & edium vitæ, mortis votum.

III. TERTIVS LIBER comprehendit Capita quatuor à 4. usque ad septimum; Collo-
quium quartum, Certamen tertium, id est primam Iob cum Eliphaz disputationem. Duobus e-
nim capitibus Iobum accusat Eliphaz tum occulti alicujus sceleris, tum manifesta adversus
Deum insolentia. Ad respicientiam verò (qua opus esse Iobo existimabat) conatur illum ad-
ducere proposita præsentis piorum hominum prosperitate, præsentis etiam impiorum supplicio.
Duobus verò capitibus posterioribus respondet Iob ex gravitate suarum ægritudinum, atque vi-
ta hujus arumnarum.

IV. LIBER QVARTVS ab octavo capite usque ad decimum procedit, atque describit
Certamen quartum, Colloquium verò quintum, id est primam disputationem Baldad. Is enim
capite unico, ut ab omni injustitiæ specie Deum vindicet, in universam asserit Deum neq̄, inno-
centes punire, neque non Iobum ejusque filios propter scelera gravissima tantum suppli-
cium committos. At duobus sequentibus capitibus occurrit Iob bene consentire eam summam Dei
æquitate, potestate, sapientia, quod interdum velit innocentes calamitatibus exercere.

V. QVINTVS LIBER quatuor capitibus clauditur ab undecimo usque ad decimum
quartum. Certamen hic inquit quintum, Colloquium verò sextum. Nam tertius jam procedit
Sophar loquacitati vertens, Iobi de divinis rebus orationem, atque sua innocentia defensionē;
tum verò audaciæ, & temeritati, quod Divina Providentia rationes, & suarum calamitatum
causas perspectas habere desideret. Per tria verò sequentia Capita sapienter se ab objectis pur-
gat Iob, & suam pietatem, verissimamque Theologiam longè magnificam, æque ac sapientem de
Divinis natura & proprietatibus disputatione illustrem, atque testatam relinquit.

VI. LIBER SEXTVS tribus tandem Capitibus absolvitur, & consistit in decimo septimo.
Ad Certamen enim sextum, septimumque colloquium procedit secundum Eliphaz multo contē-
tiosius, & amarulentius; & ingentibus impiorum suppliciis propositis, ad meliorem (ut ipse ja-
ctabat) mentem adducere illum conatur. At Iob meritò carpit immiserordes amicos, & con-
solandi imperitos; & ex hujus vitæ contemptu, ardentēque mortis desiderio suam sapientiam,
commendat, & Deum judicem incorruptissimum appellat.

TOMVS POSTERIOR CONTI-
net Commentariorum Libros septem, Capita viginti sep-
tē, Colloquia quinque, Certamina sex, atque totius di-
sputationis clausulam, finemque Certaminum.

VII. SEPTIMUM LIBRUM efficiunt duo Capita, videlicet decimum octavum, & de-
 cimum nonum; in priori secundam disputationem, & Certamē septimum aggreditur Baldad
 loquiturque contentiosus, & ardentius, & Iobum impatientis animi accusat; & tum illius, tū
 omnium impiorum ingentia supplicia proponit. at in posteriori conqueritur Iob, quod & vera a
 nunciata officium, & sue innocentie afflictam solatium in suis amicis desideret, illudque ex spe &
 cogitatione Resurrectionis ipse captat.

VIII. LIBER OCTAVVS duo alia habet capita, vigesimū, & vigesimū primū, in quibus
 & secūda Sophar dispatatio, & Certamen octavū, atque nonū Colloquium cōtinentur, proponē
 te prius Sophar miserandum exitum impiorum post momentaneam felicitatem, ut Iobum im-
 pietatis, & hypocrisis perstringat; Re larguente verò Iob suos amicos ex presenti & diuturna
 malorum impiorum felicitate, ut suam innocentiam afflictam ab omni scelere tueatur.

IX. IN NONO LIBRO describitur tertia Eliphaz dispatatio, Colloquium decimū, Certamē
 nonū. Contraētur omnia tribus Capitis, videlicet, vigesimo secūdo, in quo Eliphaz cōtendit
 nō debere calamitatum causam revocari in occultam aliquā Divina Providētia dispositionem,
 sed in manifesta aliqua hominis scelera; atque vigesimo tertio, & vigesimo quarto, in quibus
 Iob appellat ad Dei tribunal. cuius potestatem describit, atque sapientiam, qua permittat inno-
 centes affligi.


X. LIBRUM DECIMVM efficit tertia argumētatio Baldad, sed ea brevissima, nimirū
 c. 25. Conatur enim proposita Dei majestate terrifica a disputando & ab appellando Deum de-
 terrere Iobum, sed is longissima, & laculentissima responsione multo uberius atque honorifi-
 centius de Deo, deque divina majestate & potestate, sapientia, impiorum interitu, pristina
 sua felicitate, presenti calamitate, virtutum officii, & sue vite innocentia differit a. c. 26. us-
 que ad. 31. Includit hoc decimum Certamen, septem omnino Capita.

XI. PRODIT tandē cōcertaturus Eliu, tumētī & insolēti oratione, ut junior, ita & imperi-
 tior ceteris. Iobum itaque nō minoris impietatis adversus Divinam Providētiam accusat. Do-
 cet interim non contendendum neque exposulandum cum Deo, quacumque ille ratione agat
 cum homine; Deum pro sua potentia, et aequitate administrare res humanas; Iudicaturum om-
 nia; Quas ille immittit arūnas patienter excipiēdas; Mirabilem illum esse in suis operibus. Cer-
 tamen hoc vndecimum longissimum est, ut quod sex item Capita comprehendat. Colloquium
 verò nullum, quamvis enim Iob nihil omnino responderit, sed oppidō tamen audiendo defatiga-
 tus est. Hic est Liber undecimus.

XII. NOVVM aliud, et inauditū Certamē describit Duodecimus Liber. Nā Deus ipse & athle-
 tam et disputatorem agit, atque enumeratione mirabilium natura operum, & proposita sua Cō-
 ditoris majestate & sapientia, Iobo materiam, & cogitationem affert majoris sustinentia, ma-
 jorisque demissionis coram supremo numine. Est hoc Certamen duodecimum; duodecimū itē
 Colloquium: nam post divinum sermonem a. c. 38. usque ad. 41. respōdet, sed brevissimē Iob, Di-
 vinam majestatem reveritus, initio. c. 42.

XIII. QVOD reliquum est. c. 42. continet Dei cū Iobi amicis colloquium. 3. & Certamē nullum.
 sed Certaminum omnium finem felicissimum, & patientissimi Iob coronam, regnūque resti-
 tutum. Consistit itaque universum opus in Lib. decimo tertio.

★ ★ ★



I O A N N I S
D E P I N E D A S O C I E
T A T I S I E S V
A D C O M M E N T A R I O R V M I N
I O B L I B R O S T R E D E C I M
P R A E F A T I O

De hujus historiae, atque libri verita-
 te, auctoritate, obscuritate, præ-
 stantia, ratione interpretan-
 di, atque totius operis
 partitione.

Lib. Pand. l.
 tit. 2. de Ori-
 g. jur.

Proemiorum
 usus & ratio.

Aedificiorum
 vestibula.



VM vir ille Iu-
 ris Consultissi-
 mus. Cuius, ad
 suam veterariū,
 id est duodecim
 legum interpre-
 tationem præfa-
 tur, tantum iure
 optimo, non suū
 solū, sed cūjūque
 operis præfationi tri-
 buit, quantum sapiētes semper optimis re-
 rum initiis tribuendum censuerūt; nam
 & rei partem potissimam principium esse
 statuit, & istis præfationibus instru-
 ctos libentius nos ad legendum, facilius
 ad intelligendum perducit. Sed si non ali-
 ud, illud certe fuerint ista in libris ini-
 tia, quod in templis, aedibusque, vestibula-

la, quæ inter potissimas aedium partes, si
 non ad usum, & necessitatem, saltem ad
 ornatum, & decorem ab architecturæ ma-
 gistris æstimantur. Quemadmodum enim
 qui patronum, aut virum divitem
 salutatum clientes veniebant, tantisper
 jubebantur expectare in vestibulo, dum
 intro admitterentur, sic sanè neque in-
 commode neque inutiliter, nos præam-
 bulata ista desinente, quam ad libri sacri
 expositionem, ingrediamur, atque equi-
 dem cum architecti regias magnificasq;
 arces ita optima ratione architectari so-
 leant, ut aditus, in quibus & Corinthia
 operæ tabulas, signa exhibent, quibus ex-
 spectantis hospitis desideria, expleant,
 dum sensim in totius domus penetra-
 lia deducant, atq; vestibula omnino parti-

Viruv. lib. 6.
 cap. 8.

* magni

Liber Iob, Regium opus.

Nicetas in libro Catenæ.

Vlpianus Tyrinus

magnificètia & dignitate præponat; certè facer hic liber, quem præ manibus habemus, ut longissimus, ita rerum tractandarum amplitudine splèdidus, & obscuritate abstrusus, & vilitate fructuosissimus, nullo satis angusto, satisque totius ædificii magnificentiam æquante vestibulo decorabitur: cum regium præsertim opus sit, quod Regis vitam, fortunam, varios & admirandos casus, uniusque cum tribus aliis regibus susceptam disputationem sapientie, atque dignitatis plenam contineat: inquam neque fas sit illotis pedibus ingredi, neque rem purissimam atrectare illotis manibus, imò neque illoro (ut Nicetas dixit) ore Iobum sanctissimum usurpare. Purum videlicet impuris laboribus confingeret nefas. At què illud in primis nostrum esset, auctoris libri, & cuius doctrinæ, atque sententiæ in hoc fibro describuntur, historiam, vitamque scribere; valde videlicet iuvat, què loquentem auditurus sis, eundem vivis expressum coloribus, & quasi spirantem vidisse; & cum speciosis factis, formæque vitæ egregia, quam contemplatus fueris, elegantes ejusdem viri sententias deinde comparare. Verùm hoc ipsum quod agere, & prædicere tenebamur, liber ipse ante vertit, totus in Iobi vitæ, rerumque gestarum commemoratione positus; ita ut si quæ ad Iobi patriam, genus, fortunas, conditionem, vitæque seriè universæ pertinet, huc avellere è propriis sedibus vellemus, commentarios ipsos hujus scripturæ sacræ, lectoresque summa voluptate fraudaremus: & quæ in alieno loco vix bene coherentia strictim oporteret percurrere, postmodum persequi, & repetere, cogermur, non sine tædio, extincta videlicet, aut majori ex parte jam sedata insita illa sciendi cupiditate, & voluptatis conciliatrice incerti animi expectatione, ab ipso narrationis initio ad extremum usque exitum pendente. Sed dum hæc in propria loca servamus, Vlpiano Tyrino (& si qui sunt illius palati) minimè placebimus, cui pro carnæ condimento, atque primo ferrule esset in portibus existandarum, percontandarumque quasi uncularum fames, de quolibet proposito cibo, an alicubi extaret? ubi nam extaret? apud quem? quanti veniret? allarumque simularum,

quas Athenæus commemorat: ita sanè quibusdam nihil est jucundum, nisi illa octo præmittant, quæ Commentator initio cujuslibet libri præponi jubet. Verùm ut neque his quoque displiceamus studendum est; fecimus enim præfationi reliquas nonnullas dubitationes, ad ipsam historiam librumque recurrentes, paucis capitibus expediendas.

Athen. lib. 6. c. 3.

Auer. initio Phys.

CAP. I.

Sit ne vera historia IOB, an verò parabola?

- | | |
|--|--|
| 1. Quæ adversus hujus historiae veritatem obijci possunt. | 7. Nomina propria tacentur in parabolis: dicuntur in historia. & Laxa vi ulcerosè veritas. |
| 2. Hæreticorum adversus præfatas historias nefariè bellum atque belli causa. | 8. Quæ neget veram historiam Iobi unquam fuisse, qua notamur. |
| 3. Illi stratis locus Ecclesiæ stercis. 10. Stultus omnes stultus estimat. | 9. Nomina imponenda: ratio, sententia, & arcana significatio apud quas nationes. |
| 4. De rebus divinis hæreticis, ut dicant humano sensu. | 10. Nomina propria in comædiis non semper fiela. |
| 5. Historia Iob veritas probatur. | 11. Notatur Iosephus historicus. |
| 6. Patientie exemplum nisi re ipsa verum sit, efficax non esse. | 12. Iob multis nationibus cognitus. |



Hæc omnino historiam verèque fabulam, & argumentum scenicum hoc libro contineri asserunt perfidi sive Iudei in Thalmud, sive Hæretici, ut Lutherus, & Anabaptistæ nostræ ætatis. Probare conantur:

I.

Primò ex nominibus Iobi & amicorum; ajunt enim ipsa se, nomina prodeire, quæ scenica sunt, & rei quæ agitur, videlicet patientiæ exemplo, quod proponitur, congruentè significationem habent; nam Iob interpretatur, dolens, Hus consilium; suas quoque nominum arcanas significationes atque interpretationes habent amicorum nomina, quæ suis locis

Adversariorum argumenta.

Historia lux.

indi-

indicabuntur, atque filiarum etiam, capite ultimo.

Secundò, quoniam carmine scriptus est liber hic, ut solent comædiæ & tragediæ. Sic namque liber Cantorum, qui carmine etiam constat, pastoritiam quandam fabulam, & argumentum bucolicum continet.

Tertiò, quoniam neque qui historiam à primis initiis texuerunt illius meminuerunt; ut Iosephus, qui nusquam Iobum nominat.

Quartò, ipse narrandi stylus ad parabolam facit; non enim dicitur, Fuit quidam vir, sed, *Erat*. sic aniles fabellæ habent initium, *Era se lo que se era*. nam historia perfectam præteriti asseverationem habet, ut. I. Regum. I. *Fuit vir unus*. Iosue. I. *Et factum est*, in Hebræo. *Et fuit*, si militer etiam. I. Iudicum, in originali, *Et fuit*. similèque initium habet liber Ruth. & primus & secundus Regum, atque liber Esther.

Quintò, quòd etiam viri catholici sentiant, quosdam hujus libri partes non posse historicè accipi, sed per parabolam; quale est illud angelorum concilium præfidente Deo, colloquium Satanæ, interrogationes, & responsiones.

Denique quòd quædam impossibilia sint, neque ita ut scribuntur geri poterint, ut quòd *septem diebus & noctibus*, immoti assederint Iobo tres illius amici, sine cibo & potu: quòd locupletissimus *inter omnes Orientales* repente nudus sederit *in sterquilinio*: quòd illius uxor, in suo regno, suæque urbe nullo suo merito aut culpa ancillæ munus obierit, & stipem coegerit, ut Septuagint. dissertis verbis tradunt: quòd nulla sanitatis recuperatæ, neque restitutarum facultatum, vero similis ratio, & via scribatur; atque iis similia.

Hæc illi argumenta prætere posse sunt suæ assertionis; sed nos tamen alias verissimas causas suæ illorum perfidiæ, proferemus. Primam, quòd id sit hæreticorum ingenium, ut certa & explorata, & communi Ecclesiæ voce stabilita suspecte veritatis nomine, in iudicium venent: omnem igitur veteris historię auctoritatem elevant. Nam cum ipsi conscientia scelerum convicti tenebras amet, & lucem ipsam, qua nihil est amabilius, averterentur, historiam æquè detestantur,

I. Reg. I. I.

Iosue. I. I.

Iudic. I. I.

2. Hæreticorum in tollendis verissimis historiis impudentie, prima causa.

Historia lux.

quæ à sapientibus viris *lux vitæ*, meritisimò appellatur. Verentur itaque ne, si in historiæ lucem incurrant, ipsorum, & mores, & dogmata, non ad Christi lucernam, sed ad Satanæ caliginem elucubrata, prodantur. Recepto & probato Sanctorum catalogo adscriptos pleròsque sanctos expungit Lutherus; vetera miracula novi Evangelici magna ex parte abnegant; perfidi & mendaces historici, veræ historiæ perfidi & mendaces calumniatores.

Lutherus

2. Causa. Hæretici ex se alios iudicam.

Ar. 3. & hic. 4. & lib. 9. c. 4.

Iustus norma veri, atque boni

Simile.

Iacob. 3. 17

I. Chor. 13. 6

Eccles. 10. 3

Hieronymus.

Symmachus.

Aug. 6. confess. 3

Senec. in prover. Iolamen in adversis, spei robur. verum est enim illud proverbium, ut omnis affectus, in quo ipse insanit, reliquos furere putet. elegantem Nazianz. in præceptis ad virginem cecinit;

Hi fieri non posse putent, ut carnea moles Fulgeat, expendunt propriis qui sordibus omnes.

Ast egri est oculi, nigrantia cernere cali Sydera, sic tellus quamvis immota quiescat, Volvitur ipsa tamen, caca vertigine captis

In rem hanc atque ad fidem mirabilium exemplorum patientiæ, & tranquillitatis animi in rebus adversis, his verbis gravissimis Plutarchus scribit; Neque est ejusmodi dictis deroganda, aut infirmenda fides, sed cum admiratione, emulatione, & afflatu quasi numinis aliquo, periculum faciendum, & specimen capiendum in minoribus, ad majora sui ipsius: non meditata fuga, neque cura abjicienda animi sui, neque vagandum.

Tertiam, quod cum divino lumine destituantur, & humano tantum sensu de rebus judicent, id statim existimant impossibile, quod humanis viribus superius viderint. atque adeo non credenti, (id est nihil fidenti aut speranti, de divina ope, atque potentia) impossibilia videntur, quæ credenti possibili esse Christus Iesus docuit Marci. 9. Atque in primis ea, quæ ad rerum adversarum, dolorumque tolerantiam pertinent, quæ si magna sint primò deterrent humanam imbecillitatem, deinde verò humanam etiam fidem, & existimationem vincunt. sanè si ab homine petas, possit ne abundantius omnibus apostolis laborare? respondebit, Non ego. si autem ab Apostolo Paulo idem rursus perconteris; respondebit, utique, Gratia Dei mecum. Quid enim solus sine charitate homo sustinere, aut sperare possit? at charitas omnia sustinet, omnia sperat. Itaque homines otio atque voluptate diffluentes, & ad sanctitatis & tolerantiam imitationem ineptissimos de Iobi historia necesse est judicasse, non secus, atque cæcum de coloribus, aut mollissimum Epicurum de Stoicorum indolentia & apathia. Atque de his ipsis illud dici pro Iobo potest, quod de suarum calamitatum spectatoribus dicebat David; Tanquam prodigium (quod vix fidem tantæ in tantis calamitatibus tolerantiam obtineat) factus sum multis, & tu adjutor fortis. Quare sicut impii Sapientiæ. 2. dice-

bant, Sit fortitudo nostra lex justitia. ita isti suam delicatam animi effæminati mollitudinem, legem & normam suæ fidei efficiunt, ut nihil apud illos verum sit, quod cum voluptate & turpitudine non sit conjunctum; nihilque de constantia & tolerantia legere æquo animo possint quòd legendis atque tractandis aliorum exemplis, sua ipsi tractent vulnera; quæ dum refricantur, recrudescunt.

Igitur verissimam hanc fuisse historiam, verumque hominem Iobum, atque pro veritate nobis fabulam obtrudere, sed nequicquam, conatos hæreticos, hæc probant. Primò, quòd non aliter intelligi possit sacra Scriptura Tob. 2. ubi exemplum patientiæ Tobiae, sicut & sancti Iob statuitur. ergo oportet aut utrumque verum fuisse, aut fictum utrumque, sicut Chrysostomus pro veritate illius historiæ divitis epulonis argumentatur, Vbi dicitur Abraham, & Phopheta, & Lazarus, & Moses, hic verus Lazarus, si verus est Abraham verus est Lazarus; neq; enim umbra corpori, & mendatiū potest congruere veritati. Nò aliter Ezechie. 14. verissimis hominibus. Noe, & Danieli, tertius adjungitur Iob; Si fuerint tres viri isti, Noe, Daniel, & Iob, & Iacobi cap. 5. cum ait; Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis. de verissima re loquitur, cujus tandem finis & exitus videri potuit, multòsque habuit testes. Accedit illius primæ vocis ponderatio. Erat vir. quam Origen. Chrysostomus & Græci afferunt, Virum aut hominem dici, Ne peregrina illum, & non humana natura præditum arbitraremur. quasi dicant, verissimum hominem. Secundo, omnium Sanctorum concursus sensus, qui usquam Iobi meminerunt, hanc tantquam verissimam historiam usurpantium.

Tertio, librum hunc ad patientiæ exemplum conscriptum fuisse, etiam ipsi hæretici fatentur. Quale autem patientiæ exemplum sit, quod verum non sit, sed per otium ab aliquo fictum, excoGITATUM, conscriptum? Sed dices, ex fabulis interdum bene aut malè vivendi exempla peti solere. Sanè; sed cum rem ejusmodi proponunt, quæ neq; impossibilis sit, neq; non imitabilis. atqui ideo veritas hujus historiæ abnegatur ab hæreticis, quòd incredibilem existiment tantam patientiam, nedum à nobis imitabi-

5
Vera historia Iob, verusque homo describitur
1. Ratio

Chryf. Homil. de divite epulone tom. 2.

Ezech. 14. 14

Iacob. 1. 11.

2. Ratio

Iob. 1.

6
3. Ratio. Quale oportet esse exemplum.

lem. Neque verò patientiæ magister idoneus esse poterit, quàm vis multa de patientia differat, qui non fuerit verissimè tentatus per omnia. Propterea videtur Paulus comparasse eos, à quibus deberemus exempla sustinendi petere, cum nubibus; Habentes (inquit) tantam impositam nubem testium, per patientiam curramus; aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum, videlicet nubes, nisi effundant imbrem, & suo dispendio terram irrigent, vanæ censentur: sic sanè qui de patientia aut alia quacumque virtute præclare disputet, non valde nobis proderit, nisi ipsa etiam re, atque opere, & tolerantia malorum imitandum se præbeat; cum scriptum sit, Nubes, & ventus, & pluvia non sequentes, vir gloriosus, & promissa non complens. Ideo Christus Iesus fidei, & Evangelicæ doctrinæ auctor, idè ejusdem consummator atque perfectior à Paulo proponitur.

Quartò, tantum abest ut nomina Iobi, & amicorum, historiæ veritati obfint, ut potius illà confirmet. nam, ut Chrysostomus ait, Neque in parabola dicenda nomina sunt. Parabola illa sunt, ubi ponuntur exempla, & tacentur nomina. sic etiam Tertullianus lib. de resurrec. car. Lazari historiam ex nomine confirmat; Quid illic Lazari nomen, si non in veritate res est? Quare omnes Patres, uno excepto Theophylacto, Lazari & divitis historiam esse censuerunt, non parabolam. imò neque Theophylactus, Lazarum fictam personam aut parabolicam existimavit, cum nomen habeat, licet quidem parabolæ (ut ipse censet) divitis, cujus nomen subicitur, admisceatur. Sic enim ait; Fert Hebræorum traditio, Lazarum quandam per illud tempus extrema inopia, & infirmitate laborasse, cujus memor fuerit Dominus in parabola hac, ut pote noti & manifesti. solus igitur est Erasmus, qui eadem, qua Hæretici conjectura ductus, aut certe delusus, aberransque ait, Lazarus Hebræis sonat, adjunctus à domino, ut ipsum etiam vocabulum faciat ad parabolam.

Accedit etiam nomen terræ Hus, The man, Naamath, & amicorum nomina, quæ veras urbes, veròsque homines referunt ex cognatione Esau. Quare sapienter, & in rem nostram adversus eos, qui Scripturæ loca pro relevatione non verè & simpliciter, sed parabolicè interpretantur, Tertul. ait; Si nomina absoluta sunt

Hob. 12.
Cur sanctorum exemplum simile nubibus

Prov. 25. 14

7
Quarta ratio. Chryf. hom. de divite.

Tertul.

Luc. 16
Theophil.

Lazari & divitis historia an parabola

Erasmus

Quinta ratio.

rerum, ut nihil eorum in parabolam comprimere possit, nec ea in parabolis comprimantur: atque ita corporalia defenduntur, ut corporibus destinata, id est, non spiritualia, quia non figurata.

Ex his efficitur, si non apertam hæresim, saltò manifestum errorem esse, de hujus historiæ veritate dubitare. Div. Thom. ait. auctoritas sacra Scriptura obviare; Nicolaus, non esse consonum scripturæ; Cajetanus, non licere, hac de re dubitare; Sixtus Senensis lib. 8. Hæres. 10. impium errorem, atque hæresim vocat; Bellarminus lib. 1. de verb. Dei c. 5. hæresim Hebræorum. Quæ minutatim adduxi, quòd noverim fuisse nostra ætate, qui rem hanc existimaverint, alienam esse à fidei, erroris vè periculo.

Ad ea, quæ primò objecimus sic occurrendum. Ad primum, sepe nomina sacra significationem habere congruentem rebus ipsis, quæ geruntur, sic Deo volente, aut præfagientibus parentibus nomina impositoribus; nam Abel, quòd cito evanescere deberet, & luctum afferre parentibus, sic appellatus est. sic quoque Noe, quòd consolaturus esset parentes suos, ab operibus manum suarum. & hujusmodi sexcenta alia, non secus Iob, nomen accepit ærumnis & doloribus congruens. sic etiam Daniel ab iniquo licet rege; eorum, quæ passurus esset. præfagium nomine accepit. nam Baltassar, est idem, quod portans angustiam. Verorum autem virorum, urbium, montium nomina, & illorum arcana interpretationes passim notat scriptura; atque hinc sumi exquisitæ Hebræorum Sapientiæ firmum argumentum, ostendit Eusebius de præparatione exangelica cap. 3. Cyprianus de Montibus Sina, & Sion, ad versus Iudæos, & Chrysostom. hom. 51. in cap. 26. Genesis. ubi observat rarè, parentum nomine filios appellari, vel fortè nusquam, sed rarum quoddam & novum nomèn imponi à parentibus, ut per illud aliqua futura præsignificarent. & in Epistola ad Romanos cap. 16. homil. 15. Magnum thesaurum in nudis nominibus, multarum rerum historias, non modicam denique philosophiam contineri docet. Et peculiari homil. super id ex Romanorum 16. Salutant vos Aquila, & Priscilla, nomina & cognomina in arcanis scripturis diligèter excuti jubet. Vnde Plato in Cratillo

Tertul. de resurrec. car. nis. c. 33

8
Quineget veritatem hujus historia, quæ nota inurendus

9
Respondetur ad objecta. Sacrorum nominum interpretatio Abe. lis nomèn unde Noe nomen. Gen. 5. 29.

Dan. 1. 7.

Euseb. Chryf. Cyp.

Plato

Encl. supra.

Gen. 41. 45.

Dan. 1.

IO

Nomina que significationem habent non esse omnia scenica.

Galeornus.

Aufonius.

cum ratione imposita esse rebus nomina, tam apud Græcos, quam apud Barbaros, per barbaros, Hebræos intelligēs, ut Eusebius interpretatur. cum verò ait, eam cum ratione nominum impositionem ad virum, non ad mulierem pertinere, ad id videtur respicere, quod ex sacris litteris acceperat, Adamum eunctis rebus indidisse nomina, à quo profectò ad reliquos sapientes imponendorum nominum scientia permanavit; nam & in Aegypto Pharaon, Iosephò nomen vertit, & vocavit eum, lingua Aegyptia, (Tzaphnaph) Salvatorem mundi. & in Chaldæa rex Babylonis Danieli atque sociis, nova nomina suarum quoque significationum atque virtutum dedit. At nomina Iobi & suorum amicorum interpretationes suis quæque locis indicabuntur. Ut verò necti possint inter se significationes omnes, ad efficiendam morum instructionem & allegoriam, vide in Gregorio, Philip. Bedi. & Didymo.

Hinc perspicere potest, propria nomina arcana alicujus significationis non esse scenica, nec comicas tragicas vè: personas illis tantum insigniri. Quid, quod etiã plerique nomina propria, fatali quadam, si non necessitate, at significatione imposita fuisse, sunt qui ostendere conentur? & Hectorem lingua Phrygia possessorem sonare, ut qui patrie possessionem tutaturus esset: Tantalum, quasi Talanta ton, id est infelicissimum, Plato in Cratulo scribit, ut cui adversa multa eventura essent. Priamus, Redemptum sonat; ut qui adhuc infans in Troje everfione captus redimendus esset. Pesequitur hujusmodi significationes priorum nominum Aristotelis, Galeni, Melampi, Epicuri, Camilli, Scipionis, Cæsaris, & aliorum, Galeotus Martius suo primo cap. de doctrina promiscua. Quam quoque rem eleganter descripsit Aufonius Gallus,

Nam divinare est nomen componere, quod sit Fortuna, & morum, vel necis indicium. Protefilæ tibi nomen sic fata dederunt, Victima quædã Troje prima futurus eras. Idmona quædã vatem, medicum quod Lapyga dicunt, Discendas artes nomina præveniunt.

Addo etiam in comediis non semper nomina personarum ficta, excogitavè esse; licet enim aliquandò confingatur, ut apud Plant. in Bachid. Chrysalus ille subdolos,

servus ab auro nomen habet, quasi Latine dicas, Aurelium, quod heru auro emuxerit; tamen frequenter nomina sumuntur ex hominibus aliqua re insignibus, ut apud Terent. parasitus est, de nomine Siculi Gnatonis: & Thais, antiquæ meretricis nomen habet: & Formio à Formione Parasito regis Seleuci, nomen mutatur. Turnebus lib. 28. suorum adversar. c. 4. & lib. 30. c. 38. Petrus Nannius in Miscellan. lib. 7. nonnulla in hanc rem. Hæc petebat prima objectio.

Secunda verò, quare carmine maxima ex parte constet liber hic explicabitur capite. 4. nunc satis fuerit indicare, prima capita, quæ simplicem narrationem continent, soluta esse, atque oratione simplici pro more historie, reliqua, quæ affectibus plena sunt, carmine quoque describi, ad explicandos varios affectus opportuno.

Quare Iobi non meminerit Iosephus historicus; quod tertio loco proponitur, ille viderit: certè non solus Iob, sed aliæ etiam historie sacrae in illo desiderantur; multa ex sacris prætermisisse, multa addidisse ex suo, in multis lapsus deprehenditur, atque reprehenditur. denique Iudæus homo hereticus, quàm Catholicis probatior aliquandò est. Scio dici pro Iosepho posse, nihil mirandum, hominè Hebræum, qui de rebus sue gentis scripturam moliebatur, de Iobi historia gravissima & verissima non meminisse. Sed utcumque sit, non ideo tamè ignotus est Iobus: Nam, ut Origenes scribit, primùm apud Syros, deinde apud Aegyptios, tandem per universas gentes Iobi scriptura, Syriacè, Hæbraicè, Græcè, omnibus denique linguis divulgata est.

Ad quartã, in originali voce habetur, Fuit vir. quid verò peculiare interpres voluerit reddendo, Erat, explicabimus suo loco. Peculiarem quoque quæstionem postulat illud Angelorum concilium, quale aut qua ratione extiterit? Neque verò historie ledit universam; quod quædam particula non accipiatur, ut sonat; non enim ideo Augustinus creationis reru veritate elevat, quod illos creationis dies, non re ipsa, ut sonat, sed in mente & cogitationibus angelorum distinguat. Sic quinto responsum est. Sexto verò & ultimo, illarum omnium dubitationum explicationes, è suis locis petendæ, facient fati

II

Ad 3. Notatus Iosephus.

Orig. lib. 1. in Iob.

12

CAP. II.

An liber IOB sit sacre fidei, atque auctoritatis.

- 1. Libri huius impugnationes. 2. Fidei, & auctoritatis, vel ex ipsius Iobi testimonio. 3. Quid sentiendum, ceterum vè de extrema huius lib. parte. 4. Quid de hoc libro apud Græcos. 5. Septuaginta Complutenses, ut breviores ita minus correcti, quam Vati-cani.


I Genebrard.

Auctor Catenæ.

Thalmudista Iosephus

2 Hic liber pro-canonicus. Hieronym.

Iob. 31. 35.



Enebrar. lib. 2. Chronol. affirmat neminem unquam dubitasse hanc esse authenticam & sacram scripturam. Nihilominus Græcæ Catenæ auctor, (quis quis ille fuerit, sive Olympiodor. sive Nicetas Heraclienfis) scribit, quibusdã visum fuisse, ad aliquem è sapientibus Hebræis historie huius famam, notiamque pervenisse, quam ille ad suæ eruditionis specimè scripto madaverit. Thalmudici hunc librum non recipiunt. Iosephus lib. 1. contra Apionem prætermittit. Hæretici superius aducti continent. Lutherus incredibilem censet.

Cæterum semper hic liber inter protocanonicos numeratus est, illos videlicet de quibus jure aut merito nunquam dubitare licuerit, quare & Hebræi illum recipiunt, ut ait Hierony. in prologo, & sacra Concilia, quæ in canonem referunt sacros libros, atque orthodoxi omnes divinitam huic scripturæ fidem habendam esse censuerunt, quam nemo sine hæresis nota ullo tempore negaverit unquam, adeo semper fuit firmæ & constantis veritatis.

Hanc suo libro fidem habendam fore, prævidisse, præsignificasseque profectò videtur ipse Iob cap. 31. cum ait; Quis mihi tribuat auditorem. & desiderium meum audiat Omnipotens, & librum scribat, ipse qui iudicat. cum enim optat sua gesta, suæque dicta à diligente aliquo auditore scripto excipi, certò credit fore, ut desiderium suu audiat Omnipotens, propriè ex Hebræo, ut scripturam suam testificetur Deus, id est fore, ut suæ historie conscriptæ sigillum suu

admoveat, & subscriptionem suam apponat Deus; velut instrumento publico, quod publicam & indubitam apud omnes fidem mereatur; translatione sumpta à publicis notariis, publicisque instrumentis auctoritate publica munitis, ut suo loco diligentius explicabimus.

De illa verò libri parte, quæ sequitur post illa verba in fine. cap. 31. Finita sunt verba Iob, ad finem usque libri, fuere Hebræi, qui censerent, rejiciendam, & rescandam ab hoc libro, quos refert, rejicitque Levi. Ben. Gerson. in commentariis, longè videlicet alius sensus est illorum verborum, ut suo loco dicemus, atque ea de re dubitare non licet.

Quid verò de libro Iob, qui apud Græcos habetur censendum sit, qui multis partibus copiosior est, quàm scriptura Vulgata, præsertim cap. 2. ubi describitur uxoris colloquium cum Iob, pluribus quàm apud nos; & cap. ultimo, cui additur appendix genealogiæ Iobi, quæ etiã apud nos desideratur; Idem, inquam, de hoc libro censendum, quod in universum de auctoritate editionis Septuagint. Certè id nunc satis fuerit dixisse, sicut nihil sacrae auctoritatis hætenus est, nisi quod in Latino Codice vulgato habemus; ita sanè incertum est an ea, quæ nunc in Septuaginta habentur, in Latino desiderata, vera sint, & à sacro scriptore tradita. id enim est apocryphum esse, quod incertum, & occultum esse, & iudicio Ecclesie nondum approbatum. Neque propterea quod hætenus approbatum nõ sit, idèò damnatum est auctoritatis humanæ, aut alicujus falsitatis. Liber autè Iob in Sept. Complutensibus, qui & Hebræo, & Vulgata Latinæ lectioni respondet, minùs purus, minùsque emendatus est, quàm qui illis, quas diximus, additionibus auctor habetur, & à Sixto Quinto pro vera & pura Septuagint. lectione Ecclesie propositus, & commendatus. Licet Hieronymus proemio in Iob, non tam aliqua addita, quàm omissa conqueritur in eo codice Septuaginta, quem ipse habuit. Audiant (inquit) mei canes idcirco me in hac volumine laborasse, non ut interpretationem antiquam reprehenderem, sed ut ea, quæ in illa aut obscura sunt, aut omissa, aut scriptorum vitio, depravata, manifestiora nostra interpretatione fierent.

3

Hebræorum opinio.

4

Edicio Septuaginta.

Apocryphu quid.

Edicio Septuaginta Vaticana.

Hieronym.

CAP. III.

Quis hujus libri auctor fuerit.

- 1. Lapsus Billii. & aliorum sententia.
- 2. Salomon non scripsit aliorum res; vix sua.
- 3. Lapsus memoria Naz. & aliorum.
- 4. Iob auctor sui libri, succundum res suas cuiq;
- scribere, videlicet fructus laboris.
- 6. Qui tentatus est, aptus quoque est docendo atque scribendo.
- 7. Auctores sacri de se tanquam de aliena persona loquuntur.

I

Billius in Oratio
pead Iulianum
tributorum ex
aquatorem



trum sanè, quòd Iacobus Billius in annotationibus ad Gregorium Nazianzenum, scripserit de auctore hujus libri nunquam fuisse dubitatum, cum tamen nunquam fuerit aliquid certum. in secunda igitur editione (ut de cuius virum sapientem) suam illam annotationiunculam recognovit, atque correxit, potius delevit & expunxit.

Varia sententia:
Nicetas

Prætermissio igitur illo errore, quem refert Catenæ auctor, hujus libri scriptorè fuisse aliquem ex Hebræis sapientibus divinitus non afflatū, alii nō idē sentiūt.

Prima sententia apud eundem, illorum est, qui amicos Iob auctores libri statuebant; sic enim congruens videbatur, ut qui testes adfuissent, atque audissent Iobum, eundem scriberent, quæ audissent, & vidissent, præsertim cum id expetisset Iob, ut auditor aliquis sua verba fideliter exciperet, & scripto mandaret, loco nuper ad ducto.

Secunda, quam refert Isidorus. 6. Etymolog, cap. 2. tribuit alicui ex prophetis.

Naxian.

Iob. 3. 19

Nicetas.
Olymp.

Polychr.
Iob. 9. 23.

Tertia facit Salomonem auctorem. sic sensisse visus est Nazianzen. Oratione ad Iulianum tributorum exequatorem. nam eum locū ex cap. 3. illic parvus & magnus, & servus cum domino suo. ait esse Salomonis, atque in ea Nazianzenum sententia fuisse, asserunt Nicetas eo loco, & Olympio. in præfatione: probabilisque hæc quoque sententia visa est Polychronio, qui ad id cap. 18. Quis mihi det, ut scribantur sermones mei? sic scribit; Consequentum est perinde ut ju si postulata fuerunt; idque Moyses, Salomonisve

opera, Deique decreto. Nolter quoq; Pau. Comitolus, cujus labore & diligentia illā Græcorum catenam Latinam legimus, existimat Nazianzeni sententiam confirmari posse ex Athanasio in Synopsi, qui librum hunc Canticis canticorum subjungit; quod etiam faciunt Biblia quædā Vaticana vetustissimis litteris conscripta, & quidem si hoc ex ordine numerandi argumentum ullum est (quod sanè aut nullum, aut tenuissimum est) confirmari luculentius poterit auctoritate concilii Laodic. quod Canticis etiam librum Iob supponit.

Comitolus

Athanasius

Concil. Laodi.

2

Salomon auctorem librorum scriptorum

Librorum Salomonis quis scriptor.

Psal. 146. v. 9.

Psa. 48. 8.

Naxian.

Cantapetrifili. 2

Quarta sententia
Origenes

Verum hæc etiam nemini placere debet; nam Salomon non aliorum res, & vix suas ipse parabolas scripsit, cum non desint viri docti, qui existiment eos libros, qui dicuntur Salomonis, non tam ab ipso Salomone, quam à suis familiaribus in librum redactos, & concinnatos ex sententiis & verbis à Salomone exceptis. Præterea quòd liber Iob Syriacis & Arabicis loquutionibus scateat teste Hieronymo, quæ alienæ sunt à Salomone. Tandem quòd ante Salomonem oportet librum hunc fuisse conscriptum, cum ex illo plures sententias mutuatus fuerit David; qualis est illa Psalmi. 146. *Esca ipsorum, pullis Corvorum invocantibus eum, ex. c. 38. v. 3. & Psalmo. 48. Quoniam cum interierit, non summet omnia* ex. cap. 12. v. 19. Librorum verò ordo nihil contra hoc efficit; neque Nazianzeni auctoritas, alioqui gravissimam cum Iob, Psalmorum, Salomonisque sententiæ similes sint, ut ipse Nazianzenus dixit scribens de veris Scripturæ libris, facile fuit Iobi sententiam Salomoni supponere. memoria itaq; lapsus Nazianzenum, Iacobus Billius asserit, neque desunt in Patribus exempli similia lapsuum. congerit nonnulla Cantapetrensis lib. 6. Hypotypof. & ferè nemo versatus fuerit in lectione frequenti patrū, qui nævum hujusmodi aliquādo nō viderit.

Quarta Sententia, eaque frequentior Moysen vult hujus libri scriptorem. & Origenes quidem existimat bona ex parte à Moysè conscriptum, & ab eo addita, quæ ad historiæ Syriacæ completum desiderari viderentur: *Nam nemo (inquit) poterat nisi ex revelatione cognoscere quomodo Diabolus Deum sollicitaverat ad affigendum Iob. Hoc autē sicut & cetera de creatione Moyses à Deo accepit.* Colloquia deinde amicorum

ab

ab eisdem met conscripta Syriacè, & à Moysè descripta Hebraicè, propter leniendum populum in deserto tunc peregrinantem. Moysi præterea tribuit Rab. Moys. Kimhi. Isid. lib. 1. officiorum, Philip. initio cap. 3. Abulens. initio Genesis super Hieronymi prologum cap. 7. & super Iosue. q. 4. Eugubi. in præfat. Beuter. annot. 6. favetque conjectura probabilis, non enim tanti fieret iste liber ab Hebræis, si suus non esset auctor & scriptor, ut quem alienum judicarent. Verum ad eam rem satis illi habuerint, si à Moysè translatus esset in Hebræum. Ad rationē verò Origenis satis quoque fuerit quilibet scriptor, quem Deus illuminaret. Tandem cum hac sententia non congruunt locutiones, & verba Syriaca.

R. Moys.
Isido.
Philip.
Abul.
Eugub.
Deutero

3

Verior sententia.
Greg. in
Præf. 1.

Sacri libri plerumque inscripti a suis auctoribus

4

Nax. epist. 64.

Ultima, & quæ mihi verior sententia est, ipsum Iob sui libri auctorem & scriptorē asserit. Ita certò existimat Grego. Suidas verbo Iob. Albertus Magnus vocat sententiam verissimā. sequitur Dominicus Brixientis præfat. ad Gregor. moralia. Ioannes Arboreus in Theosophia. lib. 9. c. 12.

Prima probatio ex eo fit, quòd hic liber non solum inscribitur Iob, quòd Iob historiā contineat, ut Athanasius dixit, sed ut ab ipso etiam auctore nomen habeat, uti plures alii libri, qui suorum auctorum, quorum historiā continent, inscriptionem habent. nam liber Iudicum ab ipsis iudicibus existimatur scriptus; liber Iosue, ab ipso Iosue; primus & secundus Samuelis ab ipso Samuele. Esdras ab Esdra; non aliter Prophetæ majores atq; minores suas ipsi historiā atque prophetias scripserunt, nominatque sua inscripserunt. Secundò Arabicæ locutiones, quibus hic liber scateat, testantur scriptum à viro propè Arabiam, atque Syriam de gente.

Tertiò, quòd id videatur jure debitū meritoque tributū optimo viro amplissimi loco præmii, quod etiam ipse postulasse visus est, ut suas ipse victorias certaminatque describeret, & quæ passus esset meminisset aliquando, varios casus, tot rerū discrimina. nam si in ipso morbo dicere licuit Gregorio Theologo scribenti ad Philagrium Rhetorem; *Morbo crucior, & gaudeo, non quia crucior, sed quia aliis patientia sum magister.* quid Iobus gaudii & voluptatis caperet, cum morbis & ærumnis liber, patientiæ præcepta, suæque vitæ ex-

pla libro mandaret, & ad mortalium omnium institutionem posteritati commendaret? sic ille quoque vitam suam Iambicis descripturus orditur;

Libet sinistras res meas perscribere, Libet secundas, forsitan ut quidam vocent.

Sic quoque Amphitruon suadet Theseo;

Ne te fructu optimo Frauda laborum. Quod fuit durum pati, Meminisse dulce est. fare casus horridos.

Eleganter Macrobius lib. 7. Sat. inter ea de quibus quisque libenter interrogatur vel in primis hæc numerat: *Pericula præterita, vel ærumnas penitus absolutas, qui evasit, ut referat, gratissime provocatur. Nec non & qui obierunt maria, gaudent, cum de ignoto multis, vel terrarum situ vel sinu maris interrogantur: libenterque respondent, & describunt modo verbis, modo radio loca gloriosissima putantes, quæ ipsi viderint, aliorum oculis objicere. Quid duces & milites, qui fortiter à se facta dicuntur &c. & quod Seneca. Quod acerbum fuit, retulisse jucundum est. Naturale est mali sui sine gaudere.*

Quartò, quoniā sic exigebat suavis divini spiritus dispositio, ut ad hæc scripturam aptissimo calamo uteretur, inciso & expolito mille vulneribus; & eo ipso, qui quæ scribenda esset, rem perpeffus fuisset. namque habent hoc mala omnia & calamitates, ut vix aut leviter intelligas, & æstimes, frigidè etiam aut languidè explices; si perpeffus non fueris. Primum exuritur *labiis* Isaias, ut non frigidè, sed ardentè loquatur. & Paulus *parturiens loquitur*, namque doloribus & ærumnis tolerantis quasi adigitur ad clamandum, & ardenti spiritu prædicandum evangelium. & qui Apostoli, & divini verbi disseminatores esse velint, audiunt; *Potesis bibere calicem? & qui Episcopatum desiderat, Bonum utique opus, quod cum prædicatione, & docè di munere conjunctum est, desiderat.*

Denique sapientis cum sit scribere, sapientem & scribendo idoneum Salomò designasse videtur non alium, quam eum, qui laboribus & ærumnis probatus sit. Proverb. 19. *Doctrina viri per patientiam nascitur.* & Ecclesiast. 34. *Qui non est tentatus, quid scit? vir in multis expertus, cogitabit multa & qui multa didicit, enarrabit intellectum.* quo loco discere simile est illi, *Didicit ex his, quæ passus est.* Adde hujus libri idoneum interpretem non nisi illum futurum, qui ut Gregori. sapienter scripsit de se ipso,

Senec. in Her. suarent. Act. 3. sc. 2.

Macrobius lib. 7. c. 2.

5

Isa. 5. 7

Galat. 4. 19

Matth. 20. 22. Thim. 3. 1

6

Prov. 19. 11. Eccl. 34. 11

Hebr. 5. 8

Greg. in præf. fac. 4

Per

Percussus percussum Iob exponat, et flagellati mētem melius per flagella sentiat. illud etiam elegantē Gregor de Iobi querimoniis, & disputationibus ait; Quadam verba responsonum illius, imperitis lectoribus asperè sonant, quia sanctorum dicta piè intelligere (sicut dicuntur) ignorant, & quia animam dolentis & iusti, in semetipsis assumere nesciunt, idè doloris verba bonè interpretari nō possunt; mentè quippè patiens bonè pensare novit cōdescēso passionis. Videre licet rem in Heli sacerdote, & suorū filiorum, quā oportet amantiōri & indugentiori, qui Annæ sterilis orationem & pro obtinendo filio postulationem, ex dolenti, & amato animo profectam, ebrietatem est interpretatus. Longè profectō aliter Eliseus propheta, tum Eliæ calamitatum, & persecucionum gnarus, tum suarum quoque ærumnarum, uti prophetam decebat, in medio prævaricatorum populo degentem, non ignarus, vel procul cōspectam mulierem illam Sunamitidem, re totam suspicatus, cuius gratia venisset. Cū vidisset eum è contra, ait ad Giezi puerum suū, Vade in occursum ejus, & dic ei, Rectè ne agitur circa te, & circa virum tuū, & circa filium tuū? & inferius; Anima ejus in amaritudine est, & Dominus celavit à me. ergo qui opulenti sunt in Sion, rectè & syncerè de patientia non judicant, nec patiuntur super cōtritione Ioseph.

Ad extremum sententiam hanc minimè lædit confirmat potius, quòd de se Iob, tanquam de aliena persona loquatur, cū id proprium sit sacrorum scriptorū, ut se non indicarent auctores suorum librorum, sed Spiritum sanctum, qui illorū linguis, ceu calamo velociter scriberet. de quo elegantē Gregor. initio suæ præfati. atque adeo illa etiam extrema verba Deut. quæ agunt de morte Moyse, ab ipso Moyse jam jam morituro, tanquam de alio quopiam conscripta Iosephus historicus asseruit; Mortuus est ibi Moyse.

CAP. III.
 Qua lingua & quo dicendi stilo scriptus liber iste fuerit.

- 1. Cuiusmodi materia fuerit liber in quo primum hac historia exarata fuit.
- 2. Scriptus ne lingua Syriaca, & an hac à Chald. & Hebr. differat.
- 3. Carmine describitur à Moyse ex Syriaco in Hebraum.
- 4. Sacra Hebræorum poësis Iobus, & Moyse præluxere omnibus poësis.

I N qua nam materia primū liber hic exaratus & scriptus fuerit, non constat: quamquam Chrysof. super id cap. 19. *Vtinam scribantur sermones mei stilo ferro, aut plumbi lamina &c.* ea de re dubitare videtur, ait enim; *si factum est, illud jam tempus obliteravit.* sed de hoc, eo loco plura.

Quod ad linguam attinet, Syriaca illa fuit, qua Idumæa regio utitur, & quam Iobus Idumæus etiam coluit, ut Septuagint. infra cap. 42. & ut Hieronym. in prologo indicat. neque verò est illa, quam nunc Syram vocamus, Syrochaldaicam potius, quæ duarum potius mistio & confusio in unam coalescentium censenda est, videlicet ex Hebræa & Chaldæa, ut doctè admonuit Andreas Masius, præfatione ad suam artem Syriacam, & Guido Fabricius præfatione ad suam interpretationē novi testamenti ex Syriaco. Catenæ Græcæ auctor, quod Septuagint. dixerunt. cap. 41. *Hic interpretatione redditur ex libro Syriaco;* Hebraicam linguam intelligit: quæ Syriacæ similis sit, & ex eo probare nititur, quòd Syri duabus & viginti litteris, quemadmodum Hebræi utantur, & Syriam, Iudæam, Syros autem Palesthinos plerique nominant. ad quam rem utitur Herodoti testimonio, cuius hæc verba profert, *Circumciduntur Indi, & Aegyptii, & Arabes, et qui in Palesthina sunt Syri* quare illa appendix cap. 42. Septuagint. significabit ex Syriaco, id est, ex Hebræo conversum esse librum hunc in Græcum, ita ut Septuagint. non loquantur de prima, & antiquissima libri translatione, sed de sua ipsorum. Alii Chaldæam linguam eo loco Syriacam dici existimant, Alii Arabicam; cum teste Hieronym. Arabicis hic liber scateat locutionibus, præfatione in Iob, & Daniele. Res in certa, sed verosimilius & certius, quod primò indicavimus.

Quod ad scriptionis genus attinet, igno

Greg. 1. 2.
 1. Reg. 1. 1. 4.
 4. Reg. 4. 26.
 Amos. 6.
 7
 Scriptores sacris non semper indicant se auctores librorum
 Psal. 44. 2.
 Greg. in præfat. c. 1. Martinez. lib. 9. Hypotyp. Reg. 29. Arbor. lib. 9. Theophyl. c. 12.

I
 Chrysof. Iob. 19. 24.

2

Lingua Syriaca qualis

Masius.
 Fabricius.
 Nicetas.

3

An Iob ipse carmine scripserit.

Suidas.

Hieronymus

Gene. in Chronol. an. 1013.

An. 3106

Marian. Vict.

Poësis Hebræa, & sacra.

Alphosus Mendosa.

A. Montanus Habac. 3

Masius. R. David. Bellarminus

ratur, an ab ipso Iobo, fuerit hic liber carmine scriptus, an verò à Moyse interpretè descriptus soluta oratione. Fortè Suidas existimavit ab ipso Iobo carmine esse conscriptum, dum sic de illo scribit; *Habes hujus philosophi librum multò & Homerica, & Platonica iuscinia cantilantem argutiùs.* certè apud Hebræos carmine constare asserit Hieronym. *A principio (inquit) usque ad initium cap. 3. & quadragesimo secundo usque ad finem profa est, reliquum hexametris versibus constat.* & in prologo Bibliorum ad Paulinum; *Profa incipit, versu labitur, pedestri sermone finitur.* Genebrard. affirmat Moysem Spodaicis versibus representasse Iobi historiam. alio verò loco scribit veterum sacra carmina, ut in Psalmis, Iob, Proverb. esse disticha, licet à plerisque Hebræis scandendi ratio ignoretur. Marianus Victorius in annot. ad Epist. 112. Hieronym. ait se invenisse experimento versus libri Iob. esse Hexametros ex Spondeo, Dactylo, & aliis pedibus, ut Throcheo, Iambo, & Proceleumatico currentes, non tam syllabarum, quàm temporū in eis habita ratione. attingit etiam de huiusmodi versuū, & mensuræ ratione non nihil ad epistolam. 117. & 155. Certè suam poësim esse in sacris Scripturis, & suam Carminis metriq; mensuram cultam ab Hebræis, constitutum est apud omnes doctores sacros qui uspiam Psalmorū meminerunt. quam rem diligenter & copiosè discussit Alphonsus Mendosa peculiari. q. an Psalmi Davidis sint vera carmina. vide Hieronym. in præfatione Chronic. Euseb. & præfatione in lib. Reg. & in Isa. quo loco ait Psalmos, & Lamentationes, esse diverso metri genere composita, & præfatione in Iob, & Epistola ad Paulum Urbicam ait, extremam partem libri Proverb. constare tetrametris Iabicis, Lamentationes Saplucis, Adoniacis, Heroicis. De peculiari autem quodam carminum genere, cui nomen esset *Ignorantia*, nescio quid Montanus autumat in oratione Habacuc, *Pro ignorantis*, de Cantico quoque Moyse. vide Euseb. lib. de præparatione Evangelica. 1. 1. c. 3. Poësim verò & carminum Hætaicorum scientiam, nō omnino intercidisse Hieronymi tempore, doctè colligit Andreas Masius ad cap. 10. Iosue. 7. 11. jam nunc omnino ignorari, contendit Robertus Bellarminus in suis institutionibus; Re-

vocare & docere, summo cum labore conantur alii. vide libellum R. David Iahaig de metris Hæbraicis, quem Latinum reddidit Gilb. Genebrardus, vbi decem & octo numerat carminum genera, non tam ex sacra scriptura deprompta, quam ex Rabbinorum doctrina, & usu. nullum autem illorum nomen, aut mensura cum Latinorum carminum ratione convenit. Illam autem carminis poetice vè orationis descriptionem tradit, ut locutio sit elegans, dulcis & compendiosa, & quodam quasi librata pondere. Certè utcumque nunc res habeat, non minima laus Moyfi aut Iobo fuerit, poetis omnibus præluxisse, cum illi antiquissimi poëtæ, cantu potius, quàm scriptis operibus claruerint, Linus, Demodorus, Phræmius, Amphion.

CAP. V.
 Quæ hujus libri materia & finis.

- 1. D. Thom. & aliorum sententia.
- 2. Amici Iobi non errant in fide futura vite, & præmissorum.
- 3. Germana & propria huius libri materia.
- 4. Concertatio inter Deum & Dæmonem, Dei victoria, Iobi excomium, pro materia & fine. Tertullianus explicatus.

I bri materiam Divus Thome existimat thesè disputandam de divina providentia; atque eundem esse totius libri finem vult Magnus Albertus; nam si Deus mala iustis immetat, existimant amici Iob. vel tolli, vel labefactari divinam providentiam; propterea pugnant pro bare bonis bona, malis mala evenire; non enim videbantur agnoscere, alia aut sanctitatis præmia, aut peccatorum supplicia, quàm temporalia. quem errorem illis affingit D. Thom. ad finem cap. 2. & Lyra hic, & Baruch. 3. vide etiam Burgensem. addit. 1. ad cap. 3. at verò Iob. defendit divinam providentiam, iustis etiam afflictis, & improbis prosperè agentibus. de quo etiā dicendū initio. c. 4. ubi peculiarem disputationem instituimus de amicorum Iobi fide, & pietate.

I
 D. Thom.
 Alber.

An amicorū cū Iob disputatio sit de Providentia.

Verum

Verum existimo viris sapientissimis & in fide religionis, & immortalitatis animorum instructis, indignam esse ejusmodi disputationem de Dei providentia, & de futura justorum retributione, & improborum supplicio, quæ cum immortalitate animorû nexa est. Erant igitur hæc non tam apud illos controversa, quam totius disputationis principia & fundamenta probe stabilita & fixa. Rem hæc sæpius inculcavimus.

3 Illa ergo potius videtur disputationis materia, an supposita Divina providentia, & cura rerum humanarum, sic Deus cum justis agat, ut non solum futura præmia illis constituat, sed etiam præsentia & temporalia conferat, an verò hæc, quæ temporalia sunt bona, & mala, sine discrimine nunc probis, nunc improbis immitat Deus. nam sic censet, atque tuetur Iob, & acriter repugnat amicis hanc sibi innocentia afflicta laudem eripere conantibus: quare justos manere sua in resurrectione justorum constituta præmia; hæc frequenter impios agere felices, & abundare tabernacula prædonum. è contra illi contendunt, malis evenire mala; & ideo Iob, si resipiscat (nam afflictum à Deo ad scelerrum supplicium judicant, & hypocrita) meliorem fortunam pollicentur, atque universas calamitates, & corporis incommoda in ocula mentis peccata referunt. Hic videtur totius disputationis cardo, hic decursus objectionum, atque responsum.

4 Tertio etiam non incommodè dicitur, cõcertationem potissimam Deum inter atque Dæmonem versari, cujus hæc summa sit, Deum posse ex carne & sanguine hominẽ reddere ipsis etiam nequam spiritibus superiorem, atque fortiorẽ, tentatur per omnia absque peccato. Invidum verò Dæmonem contendere nullum hominẽ posse ejusmodi esse; ex quo semel, qui primũ à Deo creatus fuit, Adam, tam facile superatus est; oportere ergo, quem habeat Deus fortissimũ atque probatissimũ sibi tradi explorandum, & excutiendum, cum quo certamẽ instituat, quod paupertate, contumeliis, filiorum necẽ, infausis nuntiis, morbis molestissimis, totius corporis cruciatu, dolorẽque decernatur. Ergo quicquid in hoc libro geratur, aut disseratur, ad hanc Dæmonis cum hominẽ cõcertationem

pertinere;isque sit finis, qui fuit quoque Iacobi cum angelo certaminis, ut testatur Sapia; Certamen forte dedit illi, ut vinceret, & sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hoc esse libri totius argumentum indicat Dionys. de Eccl. Hierarch. c. 3. p. 3. qui dum librorum sacrorum materiam explicat, de libro Iob sic ait; Veterũ hominum inter varios & multiplices tristium casus mirabilem constantiam, immobilemque philosophiam eloquitur. Clemens quoque. 8. constituit. c. 12. scribit D. Iacobum præcepisse, ut inter alia divina opera Diaconus recenseret; Qui famulum tuum Iob patientissimum, serpentis, qui origo peccati fuit, victorem declarasti. Sanè Tertullian. de patient. cap. 14. non aliud in Iobi patientia observat quàm à Deo reportatam de hoste victoriam. Quale (inquit) in illo viro pheretru Deus de Diabolo extruxit? quale vexillum de inimico gloria suæ extulit? ridebat Deus, dissecabatur malus, cum Iob immundam ulceris sui redundantiã magna æquanimitate distringeret. Itaque operarius ille victoria Dei. &c. cũ autem ait, pheretrum Deum extruxisse de Diabolo in beato Iobo, ne intelligas Iobum extitisse velut defuncti lectulum, quo Diabolus efferreretur; nam tum per semetipsum lenis, tum à proposito longè aliena fuisset translatio; Que araud hizo Dios de aquel hombre para el Demonio? sed ad triumphum instrumenta referendum pheretrum igitur erit, in quo pompa fertur, Iobusque fuit veluti ferculum, in quo Deus triumphavit, & de vicũ triumphatumque hostem palam traduxit, atque circumtulit. ea enim translatio ne longè pulcherrima. Paulus quoque, usus est, cum corpus Christi Iesu, cruci affixi, & incredibilibus doloribus affectu Dei triumphum de hoste agentis, effecit ferculum & sellam triumphatoriam, Colossens. 2. Spolians principatus, & potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semet ipso. Gaudentius quoque; Brixianus, præfatione sui tractatus in Scripturã, de Iob loquens; Diabolo (inquit) probatam vult Deus ingerere sanctorum suorum iustitiam, ut de bonorum operum meritis ad amicitiam Dei, & ad regnum cœlestis, unde ipse decidit, esse perfectos doleat, indignetur, invideat, ingemiscat; neque tamen audeat, quisquam de divino iudicio causari. Similem quoque indicat. finem, atque materiam Divus Prosper, dicens produrum fuisse Iob in patientia exemplum, & cõfusionem Diaboli. Nõ aliud Suidas agnoscit libri

sapient. 10. 12

Dionys.

Clemens.

Tertul.

Explic. Tertul.

Colos. 2. 15

Gaudentius

Prosper. de predi.

p. 1. c. 22.

Suidas, verba Iob.

3 Vera, & propria huius libri materia.

Iob. 12. 6.

4 Concertatio potissimã inter Deum, & Satanam.

libri argumentum, quàm veritatis pugilẽ certamina, triũphum, præmia, & illud prætere observat, quod Iob primus Diabolũ devicerit, quasi nemo alius difficili atque periculoso prælio cum hoste cõmissõ, victor evasisset. voluisse igitur Deũ de primo homine hostem triumphantem atque gloriantem, per Iobum triumphare atque comprimere; Proptereaque tam accuratè semel & iterum describitur angelorum ille cæsus, Dei præsidis iudicisq; supremi interrogationes; Satanæ responsiones; Iobi præconium; unde rei, totiusque historiæ initia pendent, unde etiam finis, & scopus duci possint. Huc ferè pertinet, quod Philip. super id. c. 1. Nunquid considerasti servum meum &c. existimat de Dei veritate & præconio Iobi, esse totam inter Deum & Dæmonem cõcertationẽ; Hoc enim (inquit) Diabolus totum agebat, ut mediacè Dominum statueret, qui de Iobo tale & tam grãde testimonium perhibuisset. Sed quod in alios quoque fines librum, & res Iobi referri Deus voluerit, deinceps ostendemus.

CAP. VI.

Alii duo peculiare fines huius libri, seu potius patientiæ Iob.

- | | |
|---|---|
| 1. Dei opera ad plures peculiare fines oportuna. | 4. Pax Christi quæ. |
| 2. Iobi laudem, & meritõ cumulum ex eius criminis procurasse Deum. expensum locum ex cap. 40. secundum. 70. | 5. Exemplum patientia redundat in totius ecclesiæ bonum. |
| 3. Patientia, atque imitatio Christi patientis peculiariter proposita beatus illustratus Paulus. | 6. Finis Christi incarnati, patientia exemplum, explicatus Petrus. |
| | 7. Nullius virtutis tam illustra exempla, perinde ac patientia illustra Paulus. |



Væ providentiæ æquitatem atque rationẽ apud illos sapientes, deinde etiam apud fideles omnes, ad quos Iobi historia & liber perveniret, suæ etiã gloriæ laudem apud adversarium statuer Deum voluisse, ex Iobi ærũnis & patientia cap. præcedenti docuimus. Nũc duos

alios fines indicabimus, videlicet peculiarẽ sui iusti laudẽ atque meritum, tum etiã cõmune suæ Ecclesiæ solatium & exemplum. Sunt enim divina opera ejusmodi, ut in multos, eosdẽque præclaros. fines quales à nobis fingi & cogitari possent, & quales Divina bonitas sibi præstitueret, & proponere voluerit, apta & apposita singula videantur; uti pronuntiavit David Psal. 110. Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates ejus; hominum videlicet opera valde angusta sunt, ut quæ nostræ voluntati, nostræque sapientiæ respondeat. At Deus, qui in agẽdo vult omne bonum, magna quædam, amplissimãq; opera edit, quorum fines longè lateque pateant, & ad singulos videantur exquisita, & maximè accommodata. vel etiam, ut ex originali, & Div. Hieronym. habemus, Exquirenda in omnes voluntates eorum. quid enim vellint homines, in singulis divinis operibus habere poterunt; quasi Deus omnes peculiare fines singulis suis operibus præstituisset.

2 Iobi igitur sanctitatis, & patientiæ laudem, & meritum atque præmiorum cõpiam augere & amplificare voluisse Deũ, non solum ex cõmuni illa ratione, quod omnia propter electos faciat, ut & ipsi salutem consequantur, sed peculiaritè hoc libro claravit, sententia illa quam multi sancti Patres tanquã sacram ex hoc libro. c. 40. secundum Septuag. profertur, neque omnes eodẽ modo legunt. Nazianze. oratione. 21. in laudem Athanas. sic ait; Deus in fine certaminis illustri præconio athletam suum victorem pronuntiat, atque afflictionis arcanum aperit; Num tu censet (inquit) me aliam ob causam hac in te decrevisse, quàm ut iustitia tua elucescat? Chrysost. peculiari homil. de adversa valetudine habet sententiã hæc; Putas me tibi forneratum esse, ut iustus appareas? quãquam in aliis codicibus sic legamus; Ait Deus ad eum; frustra me tibi oraculo præcipisse putas, ut existas victus? at idem hom. 1. de patientia Iob; Nunquid vanum putasti iudicium meum? sed ut videaris iustus. Theophanes Nicænus (quem nuper Hispalensis noster D. Gonsalus Pontius Leonius Latinũ fecit) epist. 2. de patientia; Putas ne aliã ob causam allocutum te esse, nisi, ut iustus appareas? Sic verò Theophanes iubeat; Hoc est, quam aliam ob rem permisi, ut tentationes te invaderent, dignatusque nunc sum colloquio, nisi ut iustus appareas, & iustitia tua, vivẽdi ratio, amor

Divina opera opportuna ad multos fines.

Psal. 110. 2

Hieronym.

2

1. Thim. 2. 10

Maxian.

Chrys.

Theophanes.

Theoph.

**

que

Philip.

que erga Deum, ipsi Diabolo omnibusque hominibus, qui erunt usque ad consummationem mundi, manifestetur? Tadem Philippus presbyter super id .c. i. Adfuit etiam Satan &c. An putas me tibi aliter locuturum, quam ut justus appareas? Septuag. Vaticani sic habent; Putas me aliter tibi respondiſſe, quam ut appareas justus? Mira Dei in suo justo illustrando & proponendo mudo, & angelis & hominibus providentia, atque solertia, jam non solum, ut electus salutem consequatur, sed etiam ut honorem & laudem. Tantum ille auram popularem non capter, neque quærat gloriam hominū, neque humanum diē, sed potius amet tenebras, atque latibula, & sit, ut Isai. ait, sicut vir, qui abscondit se a vento, & celat se a tempestate; Deus certe dicet, de tenebris lumen splendere. & lucem proferet justi, tamquam meridiem. Ad eodē semper hunc justī splendorem, nominisque celebritatem sibi semper ob oculos proponit curandam, atque promovendam. Sed de hac re non semel nobis dicendum erit.

Accedit præterea, quod cum Deus augeat & amplificare vult præmia justorum, offert, & affert mille patiendi opportunitates, quod cum virtutibus aliis, tum vero patientiæ & tolerantia præmia promittantur, quasi merita non tam aliarum virtutum actionibus, quam solius patientiæ consistant. Pari namque proportione sicut glorificationis suæ, & nostræ redemptionis meritum, non tam in prædicatione, aut operibus misericordiæ, quam in passione sua Dei filius constituere potissimum voluit; sic sanè nostræ salutis, & efficacitatis suæ passionis, non tam in aliarum virtutum imitatione, quam in passionis, patientisque tolerantia rationem collocavit. Huc illud Paul. si tollerabimus, & cõregnabimus, &c. Oportebat Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Et; Patientia vobis necessaria est, ut reportetis promissionem iterum; Non segnes efficiamini, verum imitatores eorum, qui in fide & patientia hereditarunt promissiones. & rursus, cruci & passioni gaudium esse propositum docet. Paulus, cum ait; Propositum sibi gaudium sustinuit crucem. &c. Momentaneū & leve tribulationis nostræ, æternum gloriae pondus operatur in nobis. sexcenta sunt hujusmodi. Illud nontandum Hebræ. 2. Decebat enim, propter quem omnia (id est, decebat Dei patris providentiam, atque sapientiam, qui principium est, & finis omnium, sic ultimi finis consequutionē dif-

ponere in sua Ecclesia) qui multos filios in gloriam adduxerat (certissimè adducere decreverat, prædestinarat) auctorem salutis eorum, Christum Iesum (Græcè, archegon. Du cem agminis, quem sequuntur, & imitantur ceteri) per passionē cõsummare. Tres cõsummandi significationes alię ex aliis nexæ, mirificè in rem presentem conspirant videlicet Prima absumere, consumere, cõtere re. vox peculiaris sacrificiis et holocaustis, quæ tota absumebantur, & cremabantur; Secūda, absolvere perficere; sicut dicitur Christus Iesus fides auctor & consummator. Heb. 5. Tertia in summā redigere; sicut dicitur de Christo Isai. 10. Consummationē, & abbreviationem faciet Dominus. id est, summam, & caput suę Ecclesię, in quo tū omnia illa multiplicia legis sacrificia, tū omnes fideles, quasi in suo exemplari uniantur, contineantur, represententur, & recapitulentur. Hic vides Christum, dū cõsumitur per passionē, consummari, & perfici per gloriam, & præmium suæ passionis & dum consumptus consummatur, fieri exemplar nostræ cõsummationis, & gloriæ per patientiā & passionum tolerantia. Semper igitur patientiæ proponitur præmium atq; corona. Hinc gratias agūt viginti quatuor illi seniores, ad regni gloriā & coronam evecti per laborum perfectionem, dum Apoc. 5. Procidentes dicūt Agno; Fecisti nos Deo nostro regnum, (reges, ex Græco;) & sacerdotes; & regnabimus super terram. explicant scholia Græcanica, Per tolerantiam afflictionum regni victoriæ Corona insignitos. Tandem hac de causa hortatur Paulus; Pax Christi exultet in cordibus vestris (Brabeneto) palmam, præmium, coronam referat. Quid autem est, Pax Christi, nisi illa, de qua idem Dominus Ioan. 14. dicit Pax meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis. videlicet non temporalem, quæ excludit belli incõmoda, persecutiones, hostes, insidias, sed potiùs quæ ingentia damna sustinet, & perfert ab hostibus illata; & ideo suam pacem cū mundi persecutionibus, & pertinaci dimicatione, cum immanissimis hostibus conjungit Ioan. 16. Hac loquutus sum vobis, ut in me pacem habeatis; in mundo pressuram habebitis sed confidite, ego vici mundum. nāque hæc pax invicta quadam constantia immunita mala non perhorrescit, præsentia contemnit, & micanti gladio, & ante oculos versati summa animi securitate nudā

αφ' 3 γορ
Consummare quid.
Hebr. 5.
Isa. 10. 22.
Apoc. 5. 10.
Colof. 31. 58
Ioan. 14. 27.
Pax Christi que
Ioan. 16. 33.

cervicem

cervicem præbet. Id igitur propositum Deo fuit in affligendo Iob, ut is aliquando fructum manuum suarum lætus, & fælix comederet, & gratulantes illi de tam fælici ærumnarum exitu diceremus; Quoniam benè.

Neque verò solum peculiare Iobi bonum, sed commune suæ Ecclesiæ solatiū, & commodum Deus spectat in affligendo quolibet justo. sicut enim ait David; Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus. Quod videlicet non permittat illum morti, quasi flocci venalem, nisi pro ingenti quodam pretio, & bono suæ Ecclesiæ; sic sanè neque vult suum justum affligi, nisi ingens quoddam, & publicum bonum suæ Ecclesiæ inde eliciat; illud autē est patientiæ exemplum. Hic finis indicatur Tobie. 2. tum Iobi, tum Tobie ærumnarum; Hanc tentationem i deo permisit Dominus evenire illi, ut posteris daretur exemplum patientiæ ejus, sicut & sancti Iob. atque eleganter Cæsarius, Nazianzeni frater, dialogo. 3. Cū de multiplici tribulationum genere, atque effectu loquitur; Alia (inquit) latentem virtutem & fortitudinem ostendunt; ut eam spectatores imitentur, nullus enim accendit lucernam, & ponit eam subter modium, aut lectum, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui sunt in domo, inquit Dominus. quasi dicat, propter hoc instar facis accendi tobium, & extra civitatem super candelabrum stercorem posui, ut luceat omnibus in orbe terram. Quanti autem faciendum sit patientiæ exemplū, ex proximè dictis cognoscere licet; nam si patientiæ potissimum corona datur, qui multos ad patientiam suo exemplo confirmat, multis profectò est causa salutis. Qua consideratione se Paulus quoque roborabat. I. Corinth. 11. Non quærens quod sibi utile erat, sed quod multis, ut salvi fierēt; Hic non ultimus fuit incarnationis filii Dei finis: nam licet Deus factus fuerit homo, ut August. dixit, Vt exhiberetur homini, & qui videretur ab homine, & quem homo sequeretur; videlicet ut se nobis præberet exemplum bonorum operum, ut Gregor. quoque docet lib. 21. moral. c. 5. Cyprianus. lib. 3. ad Quirin. c. 39. Theologi cum Di. Thom. 3. part. q. 1. art. 2. tamē illud exemplum maximè in passione præbuit, imo quidquid exempli dedit, totum id ad patientiam revocavit D. Petrus. 1. c. 1. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exem-

Justorum ærumnarum sunt cõmune Ecclesiæ bonum.
Ps. 115. 15
Tob. 2. 15
Cæsarius.
Luc. 8. 6
I. Cor. 11. 33
6
Incarnationis filij Dei finis August.
Greg. D. Thom.
I. Petr. 2. 21.

plum, ut sequamini vestigia ejus, qui cum malediceretur, non maledicebat &c. Hinc videas cū Christus Iesus in monte Tabor transfiguratus est in gloriosum illum totius corporis habitum, splendenti facie, candidantibus vestibus, audiri tātū jubetur, ita ut Tabor dici possit, mons auditionis; at cum Christi patientis umbra representata est in monte Sina. Exod. 25. jubetur Moyses inspicere, & facere secundum exemplar sibi in monte demonstratum. Verus hic mōs est, mōs Calvarię, non auditionis, sed mōs inspectionis, mōs Dominus videbit, mōs Moria, mōs Christi patientis, & patientiæ exemplum præbentis. Quare potissimum ad passionis suæ imitationem illis verbis contineri exhortationem, Pone me ut signaculum supra cor tuum, & super brachium tuum, quia fortis est, ut mors dilectio, & dura sit infernus amulatio; D. Thom. atque Glof. eo loco docent.

Hinc est, ut cū aliarum virtutum exempla in sanctis viris semper nobis proposita fuerint, sed nullius alterius tot, tamque illustria, sicut patientiæ suæ Ecclesiæ reliquerit. atque eam ob rem Paulus dixit, habere nos impostam nubem testium, ut per patientiam curiamus. Testes vocat martyres, & qui fælici laborum omnium & ærumnarum exitu, suę gloriæ adepta corona, testes nobis adhuc in stadio versantibus, & patronos se præbent. quos imbrat aut nubibus comparat, rebus videlicet quæ abundantiam & copiam significare solēt. quasi dicat, Tenemōs exemplos de paciencia como agua, y tantos como llovidos. sic hoc loco tum multitudinem, tum exemplorū vim nobis propositam, Theodoretus agnoscit; Pietatis (inquit, diceret etiam patientiæ) exempla sunt nobis undique proposita; & tanta multitudo, ut nubem densitate exaquet, Sed inter tot testes unum Iob per excellentiam, patientiæ exemplum appellari, quantum illius patientiæ laudem, & apud mortales, imò apud cælitres omnes estimationem & decus amplificat? & quantum est in Ecclesia patienter tollerandi res adversas exemplum aliis esse, in quod inspicere debeant violenti illi illi regni cælorum raptores & immortalis coronæ, non auri, sed justitiæ, sed gloriæ consequutores?

Matth. 17. 5.
Exod. 25. 41
Gen. 22. 14
Cant. 8. 6.
D. Thom. Glor.
Patientiæ exempla, & plurima, & illustrissima.
Hebr. 12. 1.

CAP. VII.

I O B passum esse, ut Christi patientis figuram exprimeret.

- 1. Iusti afflicti referunt Christum patientem. explicatus Ioan.
2. Plures figurae Christi passionis, quam resurrectionis & gloriae.
3. Quare dicatur Deus cum tribulatis esse, illustratus David & Ioannes.
4. Quis Christi figuram fuerit, non in omnibus suis actionibus illum representarunt.
5. Iobi universa fere gesta Christum adumbrarunt.
6. Iob & Isaac Christum resurgentem expriment. illustratus Ioan. & Paulus. An Iob etiam servus vivus Christi mortem representavit.

Christum Iesum non solum caput, & auctorem, sed finem etiam reliquorum iustorum esse, non semel Paulus indicat; Theologi clarius docent. sed ita iustos ad Christum referri, ut illius figuram, & typum gerant, Gregor. hic patienter docet. Nullus (inquit) iustus fuit, qui non eius per figuram nuntius extiterit. Dignum quippe erat, ut in semet ipsis bonum omnes ostenderent, de quo & omnes boni essent, & quod prodesse omnibus scirent. sed id in rem presentem facit, quod Iobi passio, & patientia ad Christum patientem referendum, tanquam ad finem referatur, & (ut Gregor. ait) per ea qua pertulit, qua passurus esset redemptor ostendit, tantoque verius passionis illius sacramenta predicaret, quando hac non loquendo tantummodo, sed etiam patiendo prophetaret. Quare Iob non tam laetus & felix Christum representat regnantem in caelis, quam percussus & humiliatus a Deo Christum patientem, percussum, & humiliatum: gravissimè enim toto corpore affectus, & dolens ait; Videbo Deum in carne mea. id est, circumdabitur ille aliquando infirmitate, carne videlicet passibili, & poenis obnoxia. Posset etiam dicere, Video Deum in carne mea. sicut non per verba futuri, aut presentis temporis, sed praeteriti quoque dixit Christus Iesus Ioan. 8. Abraham exultavit, ut videret diem meum, & vidit, & gavisus est. diem passionis inter-

pretante Christom. homil. 54. & Procopio. Genes. 22. super id, Levavit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres harentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum pro filio, appellavitque nomen loci illius, Dominus videt. unde usque hodie dicitur, in monte Dominus videbit. id est, in monte in quo Deus videri se fecit, ut interpretatur Augusti. 16. de Civit. c. 32. vel, ut Septuaginta legunt, in monte Dominus apparuit. Et in universum illud affirmare licet, plures atque illustriores semper praecessisse Christi passionis, & mortis figuras, quam resurrectionis & gloriae; cuius illa ratio esse potest; quod nostrae ærumnae & calamitates, verissimae sunt; nostra vero gaudia adumbrata, & instar fluentium imaginum visiones, quarum adventitia transitione noster animus velocissimè pulsatur; quare illae potius veram Christi passionem representare aptae sunt; quam hac veram gloriam.

Hinc est, ut sæpè Deus dicatur cum ipso iusto afflictio simul se presentem exhibere; Cum ipso (inquit) sum in tribulatione; Descenditque cum ipso in foveam, & in vinculis non dereliquit eum. quasi in eadem compedes, eademque vincula Deus quoque manus, ac pedes mitteret. Tribus pueris in fornacem Babylonicum coniectis focium se adiungit. & cum rubus illa conflagraret, quæ populum in Aegypto laborantem malis gravissimis significabat, in eodem se igne, iisdemque spinis ardentibus medium constituit. sic David enumerans divina beneficia in populum collata; Quem (inquit) redemisti tibi ex Aegypto, gentem, & Deum eius. id est, non solum vulgus, sed populi primores, & iudices, aut potius, gentem, & Te ipsum, quod videaris affligi, cum tui affliguntur. Ita annotat Vatabl. Illud verò multò clariùs atque mirabilius; eum eos; qui ingentibus sceleribus se polluerant, statuisset in captivitate durissimam, atque ignominiosissimam servitutem redigere, se quoque tunc piissimus Deus servitutem servitutum cum suis captivis, dissertis verbis affirmat potius conqueritur Isai. 43. servire me fecisti in peccatis tuis; prabuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis, perinde quippe videbatur illi populum captivum servire Chal-

Procop. Gen. 22. 13. 14

Aug. LXX

Plures figure Christi passionis, quam relectionis.

3

Pf. 60. 26. Sap. 10. 13.

Dan. 3. 92.

Exod. 3. 2.

2. Reg. 7. 23.

Vatabl.

Isai. 43. 24.

dæorum

dæorum esset, ut jam non solum redemptum cum redempto populo, sed id, quod & dictum, & creditum difficilius erat, fervire, & laborare cum captivo populo, testatum ipse suis faceret, quo illos à peccatis deterreret, ut quæ molestissimam servitutem illi viderentur afferre. Quare in Iob patiente passus quoque ipse est; atque adeò, ut filii Dei passuri imaginem præferret, Iob profectò passus est. Quod eò minùs mirandum, quòd iam ab origine mundi occisus dicitur Dei agnus. id est, non solum in sanguine Abel iusti, & in aliis sacrificiis, quæ in lege naturæ erant, ejus passio, & mors præfigurata; sed etiam in ipsa mundi constitutione, & formatione primorum parentum, cum de viri dormientis latere ædificata est mulier, Ecclesia de Christi morientis latere, & sanguine in passione formanda significata fuit. Sic interpretantibus Augustin. 12. contra Faustum, & tractatu. 9. in Ioan. Isidoro, Procopio, Raban. Eucher. Rupert. Gen. 1. Prosper. de prædict. part. 1. cap. 1. Philip. super Iob. cap. 13. atque eandem ejusdem rei figuram agnoscunt Scholastici omnes cum Magist. 2. f. d. 18. disputantes de Evæ formatione.

Et verò licet vera sit illa mysticos sensus indagandi regula, quam Philippus presbyter tradit super cap. 13. Iob. his verbis; Hoc sciendum, quòd hi, qui typum præferunt Christi, ut David, & Salomon, ceteri quoque, & Samson, sive etiam Iob, non in omnibus actibus suis, sed rebus certis quibusdam, in se significant Salvatorem. Sed Iob tamen ita Christum non solum patientem, sed docentem, beneficientem à Synagoga contumelias, ab improbis tortoribus alapas, sputa accipientem, denique resurgentem, verbis atque gestis exprimit, ut non solum peculiaribus quibusdam rebus, sed universam illius historiam, imaginem esse credas Christi Assertoris, atque Evangelicæ historiarum, aut mutatis verbis, aut mutuatis sententiis; quæ nunc ad prototypum, id est, Christum, nunc ad imaginem & figuram, id est, Iobum, verè & propriè referantur: & quod de Iobo dicitur, propter Christum dictum sit: rursus quæ de Christo, ab illius figura & typo aliena non sint.

Sed age, breviter quædam percurramus; nam omnino omnia minutatim per censerem non possunt. Vir erat in terra Hus; vir in Ecclesia Christus, quæ est columna & fundamentum veritatis. Nam Hus consilium est; & Sapiencia de se testatur Proverb. 8. Ego sapientia habito in consilio. ita Gregor. Virginem sanctissimam consiliatricem, & sapientiæ matrem. ita Philippus. Nomine Iob, nam dolens Christus, vir dolorum; rursus Iob; pauper & dolens, & sciens infirmitatem. Rex regum Christus, rex quoque, ac rex regum Iob, ut non multò postea explicabimus. Magnus inter omnes orientales Iob; At Christus Oriens nomen ejus. Et quòd non sicut ceteri illuminati à Deo, sed Deus ipse & lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, princeps Orientalium omnium, & caput illuminatorum est. Hujus generis præclara multa, & arguta in Origen. Grego. Philippo, Beda. Certè cum lego id cap. 29. Procedebam ad portam civitatis, & in platea parabant cathedram mihi; principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo; qui me audiebant expectabant sententiam, & intenti tacebant ad consilium meum; videor mihi legere; Congregata est ad eum turba multa, & docebat eos in parabolis. Marc. 4. Rursus cum Christum sequebantur turba, & de civitatibus properabant ad eum, recordor scriptum esse; Auris audiens beatificabat me, & oculus videns, testimonium reddebat mihi; verbis meis addere nihil audebant, & super illos stillabat eloquium meum; expectabant me, sicut pluviam, & os suum aperiebant, quasi ad imbrem serocinum. Iob profectò tam fuit erga suos beneficus, atque gratuitus, ut dici merito de illo possit, illud Acto. 10. Pertransiit benefaciendo, & sanando. Christus Assertor erat pater pauperum; cor viduè consolabatur, mærentium omnium consolator, oculus fuit cæco, pes claudis, manus lassas roboravit, vacillantes confirmaverunt sermone illius, genua tremantia confortavit. Cui de se Iob asserit cap. 31. non comedisse bucellam suam solum, sed comedisse quoque peregrinum ex ea, quia ab infantia crevit cum illo miseratio; Quid aliud videtur suis convisis dicere, quàm illud; Desiderio, desideravi pascha manducare vobiscum, ante quam patiar? atque suis famulis sic præcipere; Facite homines discumbere? Rursusque exire in vicos & plateas, & pauperes, ac debiles,

Iob. 1. 1.

Prov. 8. 12.

Greg.

Philip. Isai. 53. 3. Apoc. 9. 14.

Iob. 1. 3.

Ioan. 1. 9.

Orig. Greg. Philip. Beda Iob. 29. 7.

Marc. 4. 1. Luc. 8. 4. Iob. 24. 11.

Act. 10. 38.

Iob. 29. 15. 15. 16. c. 4. 3.

Iob. 31. 17.

Luc. 22. 15.

Luc. 14. 20.

cæcos & claudos introducere? Cum verò Christus Iesus cæna ultima suos discipulos excipit lætus & gaudens, illud dicit, *In circuitu meo pueri mei.* & ; *Si non dixerunt veri tabernaculi mei, quis det de carnis ejus, ut saturemur?* Cum Iob extra civitatem sub dio pernoctat merentibus amicis, & ad tanti doloris conspectum obmutescens; in mentem veniunt tres Christi Iesu focii orantes in hortu in noctis silentio, silentes, & dormitabundi, *Erant enim oculi eorum gravati tristitia.* Cum verò dormiunt tres Apostoli, orante & vigilante Christo, video id impletum, *Sederunt cum eo in terra, & nemo loquebatur ei verbum; videbant enim dolorem esse vehementem.* Cum Iobus permittitur potestati Satanæ, & aliis sævissimis tortoribus, dici potest; *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum;* cum verò comprehenditur Christus, Satanæ quoque id dictum est, *Ecce in manu tua est.* Cum sedentem in sterquilinio amici, procul adhuc stantes, non agnoscebant, dixisse vili sunt, *Vidimus eum, & non erat aspectus; virum dolorum, & scientem infirmitatem;* cum vero Pilatus nudum & flagellatum Iesum protulit ad Iudæos, dicens, *Ecce homo;* utique cæci illi non agnoscebant eum. Quid aliud stulta Iobi uxor importuno & improbo illo benedicendi Deo, consilio dixisse videtur, quam, *Blasphemavit; dignus est morte.* Quid porrò Synagoga, & Synagogæ princeps Caiphas, Christo Iesu, quem præsentem habebat, nisi illud; *Imitatis linguam blasphemantium: condemnabit te os tuum &; Bendic Deo, & morere.* Iob per summam injuriam ab amicis, à servis, & familiaribus irrisum, & gratis odio habitum, prætereuntes quoque *Blasphemabant, moventes capita sua, & dicentes, Vah; hæc verò imago fuit Christi in cruce pendens, atque dicentis, In eorum canticum versus sum, & factus sum eis in proverbium.* Potatur felle & aceto, ut illud possit dicere, *Anima esurienti, etiam amara, dulcia esse videntur.* &, *Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt.* Latus læcea profoditur ut illud quoque repetamus memoria; *Consudit me vulnere super vulnus.* Nudus uterque, Christus in cruce pendens, Iob sedens in sterquilinio; ut non semel Chrysost. hom. 4. ad Anti. & in Caten.

super id, *Si bona suscepimus &c.* Cum Iob pro amicis supplicat, & sacrificat illis verbis uti potuit, *Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt.* amicis quoque illa convenire potuerunt; *Percutientes pectora sua, dicentes; Filius Dei erat iste: æternus verò Pater respiciens in faciem Christi sui, se ipsum immaculatum offerentis, sic pronuntiat; Faciam ejus suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia.* Denique cum pristinae sanitati, atque felicitati multò majori restitutus est, *Recumbentibus convalescit, &, Visus est plusquam quingentis fratribus simul, &, Adoraverunt eum.* Viva proculdubio Christi resurgentis, & discipulis suis apparentis imago, de quo illud verissimè dici potest; *Comederunt eum eo panem, & consolati sunt eum super omni malo, quod intulerat Dominus super eum.* & *venerunt ad eum omnes fratres sui, & omnes sorores sue, & cuncti, qui noverant eum prius.*

Illud tantum desiderari in Iobo posse videtur, ut expressior & clarior Christi patientis imago esset, ut re ipsa mortem illi, tam acerbi dolores & cruciatibus attulissent. Sed certè ad eam rem satis fuit, morbos letales accepisse, ut postea explicabimus, atque dolorum vi, ad extremum spiritum adductum fuisset. paratum quoque ad moriendum Dei voluntate & jussu, dicentem, *Etiam si me occiderit, in ipso sperabo.* nam illustris quoque Christi morientis figura fuit Isaac, non quidem mactatus, sed mactari, & jugulari paratus. qui propterea dictus sit jam occisus à parente; nam Abrahamus audivit; *Fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me.* atque ea ipsa re dum neuter moritur, Christi resurrectionem retulerunt. nam cum id Psalm. *Ego hodie genui te.* de die resurrectionis intelligat Paulus act. 23. de resurrectione quoque visus est intellexisse, id Ioan. 8. *Abraham exultavit, ut videret diem meum.* quòd in Isaac morti proximo, sed voce Angeli à morte proxima revocato, Christi resurrectionem gaudio & exultatione plenam contempisset. & propterea Paul. Hebræ. 11. ait de Abraham; *Arbitrans quia & à mortuis suscitare potens est Deus, unde eum in parabolam accepit.* id est, ut interpretatur Theodor. in symbolum & typon resurrectionis. Neque tunc solum, sed

Luc. 21. 34. Ibid. v. 48.
Iob. 42. 8.
Marc. 16. 12. 1. Corin. 15. 6.
Iob. 42. 14.
Iob quamvis in ærumnis mortuus non fuerit, figura fuit mortis Christi.
Iob. 13. 15. Isaac Christi patientis figura.
Gen. 22. 16. Ps. 27.
Ioan. 8. 56.
Hebr. 11. 19.
Theodoretus.

etiam, ut ex proprietate Græcæ vocis legere possumus, *Eum in parabolam accepit,* videlicet resurrectionis, quando accepit promissionem nascituri Isaac, ut non obscure Paul. Roman. 4. docuisse videtur; *Non infirmatus est fide, nec consideravit corpus suum mortuum, cum ferè centam esset annorum, & mortuam vulvam Sara.* de hac morte suscitavit filium Isaac, proptereaque paulò ante dixerat, *Qui credidisti, qui vivificat mortuos.* & rursus; *Non est scriptum tantum propter ipsum, quia reputatum est illi ad justiciam.* Sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitavit Iesum Christum à mortuis &c. Non aliter sanè, quàm cum de Iobo mortiferè vulnerando præceptum Dæmoni est; *Animam illius serva,* cui postea illud responderet, *Non derelinquens animam meam in inferno; nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.*

Hactenus de fine, atq; materia cõmuni.

Rom. 4. 19.
v. 17.
v. 23.
Iob 2. 6.
Ps. 15. 15.

CAP. VIII.

Multiplex materiæ varietas, atque libri obscuritas; & de cõmentariorum, interpretandique ratione optima.

1. Multiplex materia sacrarum litterarum. Scriptura mundus intelligibilis.
2. Quæ in aliis libris dispersa sunt, unicus liber Iob continet, qui est Dialecticus, Physicus, Theologicus.
3. Iob Dialecticam docet.
4. Libri obscuritas.
5. Orandus Iob pro intelligentia sui libri obtinenda.
6. Vnius vocis sacra multiplex, latensque virtus.
7. Utendum humana philosophorum sapientia, sed sanctorum Ecclesiæ patrum potissimum.
8. Non est omnino abjiciendum inveniendi studium & industria, utilia inventis addendi.

Divitem, atque multiplicem Sacrarum Litterarum suppellectilem, ex omnium rerum, materiæque genere comparatam variis quoque rationibus atque nominibus sancti omnes Patres celebrant, atque explicant, sed nihil de illa in universum dicitur, quod in libro Iob propriè & verè non conveniat. In Naturalem, Aethicam, Theologiam propter rerum varietatem dividunt Ambros. Psalmo. 36. Basil. præfat. ad Proverb. Hieronym. præfat. ad Ecclesiastè. Augustin. in epistola ad Volusianum, Clemen. Alexand. ad finem primi libr. Stromat. quartam aliam partem addidit, videlicet Historicam. Origen. arguto omnino vir ingenio, dum primum Ioannis caput explicat, qui post Divini Verbi generationem significatam, ad Ioannis Baptistæ historiam enarrandam tanquam ex altissimo Theologiæ vertice in profundissimam historiæ vallem se demittit; *Divina (inquit) Scriptura mundus est intelligibilis, suis quatuor partibus, veluti quatuor elementis constitutus, cujus terra est veluti in medio, instar centri Historia; circa quam aquarum similitudine abyssus circumfunditur Moralis intelligentiæ. Circa Historiam, & Aethicam veluti duas præfati mundi inferiores partes, aer ille Naturalis scientia circumvolvitur. Extra autem omnia, & ultra, Aethereus ille igneus ardor Empyreæ cæli, hoc est superna contemplationis Divina natura, quam Theologiam nominant, circumglobatur.* Partes has singulas non in singulis Scripturæ libris inveniant, sed in aliis aliis. Nos in Iobo universas; videlicet antiquissimam historiam, ante Reges Iudices, Exodum. Deinde Physicam seu Naturalem; nam sicut in Genesi, docet rerum creationem, terræ, maris, cap. 5. 25. 26. 38. & Meteororum generationem, pluviam, grandinis, gelu, nivis, tonitruum, fulguris. 25. 26. 36. 37. 38. & solis astrorumque creationem atque naturam multò latius, quàm in Ecclesiaste. 9. 36. 37. 38. Gemmarum & Mineralium. 28. animantium quadrupedum, aviumque præcipuarum, atque etiam piscium immanium, Leviathan, Behemoth, Rhinocerotis, Leonis, Leænaeque, Equi, Onagri, Struthionis, Ibicis, Aquilæ,

I
Sacre Scripturae divisio & partes.
Ambros.
Basil.
Hierony.
August.
Clem. Alex.
Origen.
Divina Scriptura mundus intelligibilis.
2
Historia Iob antiquissima.
Naturalis quoque doceat Liberi Iob.

Vulturis, Galli. capit. 28. 38. 39. 40. 41. Hominis. 10. 12. & ejus infirmitatem post peccatum. 3. 6. 9. 10. 13. 14. 15.

Mores informat liber iste

Moralibus præterea præceptis, virtutum laudationibus, vitiorum detestationibus, honestæ amicitia colendæ præceptionibus, & universæ vitæ sanctæ & piæ instituendæ regulis totus liber refertus est, non minus quam Proverbia, & Ecclesiastes, aut quam Prophetæ, & Psalmi: perfecti namque viri vitam, & normam proponit, rebus profperis non insolescentis, adversis non cedentis: domum, Civitatem, Regnum, ex æquo & bono, moderantis; & religionem præcipuè docet, sacrificiorum oblatione, & Dei laudibus. capit. 1. 30. & . 42. Castitatem, Misericordiam, Paupertatem spiritus, Dilectionem inimicorum, Cogitationum & cordis curam, rectum divitiarum usum, passim, sed præcipuè. c. 30.

Liber iste theologicus. Hierony

Tandem Theologicus est liber. *Quæ non mysteria* (ut Hieronymi ad Paulinum verbis utar) *suo sermone complectitur* ? *Singula in eo verba plena sunt sensibus* . & in peculiari præfatione hunc librum *eschematismenos* vocat, dum qui aliud loquitur, aliud agit . De Christo Domino non raro prophetat, deque illius & universali omnium Resurrectione capit. 14. 19. De iustorum præmiis capit. 5. 8. 22. 29. De impiorum supplicis cap. 4. 5. 7. 8. 15. 18. 20. 21. 22. 24. 27. 36. De Dei supremi majestate & potentia cap. 12. 35. 36. 37. de illius Sapientia. 9. 11. de Providentia. capit. 7. 35. de Aequitate & Iustitia. cap. 8. 13. 33. 34. Denique Dei, hominis, bonitatis, & muneris sanctorum Angelorum, & illorum custodiæ; astutiæ & malitiæ sævisimi Dæmonis cognitionem hic docemur . Ita liber hic ea continet, quæ in aliis libris dispersa sunt. Quædam præterea quæ nusquam reperias in Philosophorum voluminibus: nam Crucem & calamitates probat, & malorum patientiam inter bona numerat; quæ doctrina aut Evangelica & Christiana est, aut simillima atque proxima Evangelio: nam cæteri omnes à Cruce ad delicias vocant; & Peripateticæ omnia mala horrent; Stoici verò præcipiunt miseris sibi consulere aut la-

Peculiaris libri hujus

Liber hic Evangelio proximus.

Peripateticæ malahorrent. Stoici.

quo, aut præcipitio, aut alicujus generis morte alia.

Illud tamen huic libro valde peculiare & proprium est, ut Dialecticam doceat, & sophistica destruat, vera & necessaria probet & proponat, omniaque examinet. nam ut Hieronymus ad Paulinum dixit, *Iob omnes leges Dialecticæ, propositione, assumptione, conclusionè determinat*. Sic videas Iobi amicos paralogismis laborare, atque ex particularibus argumentari, Iobum verò illarum argumentationum defectus detegere. Clemens Alexandrinus ad finem. 1. libr. Stromat. *Scriptura* (inquit) *tales nos esse volens dialecticos, sic hortatur, efficiamini autem Trapezita, alia quidem reprobantes, quod autem bonum est, tenentes*. Quare quod ille de universa Scriptura dixit, in hanc nostram in primis convenit; *quàm maximè, videlicet, Dialecticè fieri potest, ad eam accedendum, consequentiam divina doctrina venantibus*.

Iam verò tum ex aliis, quæ universæ Scripturæ sacræ communia sunt, tum ex hac, quam diximus multiplici, variorum rerum sylva, facile perspicitur, quanta sit libri hujus difficultas atque obscuritas. Nam vel de hoc uno libro intelligi potest, quod Clemens Alexand. 1. Strom. de Scripturis in universum dixit; *Scripturæ artificiosas doctrinæ exigunt*; quippe sapientissimis, atque artificiosissimis sensibus, & sententiis plenæ. Illud præterea Augustini. 2. de Doctrina Christiana capit. 6. huc facit; *Rerum* (inquit) *ignorantia facit, obscuras esse figuratas locutiones, cum ignoramus vel animalium, vel lapidum, vel herbarum, aliarum vè rerum naturas*. Sed ita tamen sunt in hoc libro clariora quædam & perspicuora, obscurioribus aliis temperata, ut fami occurrere possint apertiora; at verò fastidium, quod facilia sæpè generant, obscuriora depellant, ut eleganter idem Augustinus eodem loco explicat. Hieronymus librum hunc obliquum, lubricum, schematicum, & dum aliud loquitur, aliud agentem dicit, ut si vellis Anguillam, aut Murenulam strictis tenere manibus quantò strictius presseris, tantò citius elabatur. Certè cum in quempiam obscurissimum hujus libri locum incidimus, usurpare licebit, quod dixisse

3 Liber hic Dialecticus. Hierony.

Clemens Alexand.

Theosal. 22

4 Libri obscuritas & difficultas.

Clemens.

Aug.

Hierony.

fertur

Socrates.

fertur Socrates, cum in Heracliti libros de natura incidisset; *Præclara sibi videri quæ quidem intellexisset: arbitrari etiam se, & quæ non intellexisset. Sed opus esse ad illa Delio natatore*. Hunc sibi non alium quam Iob adesse Nicetas precatus est, cum aliquando vix se ex loci alicujus salebra, & difficultate expedire posset. Tu ergo (inquit) *o beate, qui isthac philosophatus es, nos complectere; & nobis dux esto, neque antea deseras, quam in complanatam viam deduxeris, quæ iter rectum facere possimus, & à vero minimè aberremus*. Nam ut nunc est, ipsi propè deprehensi in trivio, *quàm intelligendi viam ingredi debeamus, ignoramus*. & Catenæ initio in eandem rem scripsit; *A beata Iobi anima contendendum est precibus, ut id à Deo nobis impetret, ut viri hujus magnanimitate dignum aliquid excogitare, ac dicere possimus*. Sapienter quidem; nam sicut Prophetæ ab Angelis, qui sibi aderant, suarum visionum significationem & sensum confestim precibus efflagitabant, ita sanè ab ipso hujus libri Scriptore eorum, quæ scripsit, intelligentia obtinenda est, tum precibus, tum ipsa illius patientiæ imitatione, ut lector ad agendum quæ legerit, promptissimus sit, quæ est optima ad Scripturam intelligendam præparatio, ut sanctus Isidorus dixit in libro tertio sententiarum capit. 8. Augustinus in Psalmo. 11. & de opere Monachorum capit. 17. Hieronymus Michææ. 2. & in Epitaphio Marcellæ.

5 Nicetas sup id. c. 21. dulcis fuit glaricis &c

Prophete suarum visionum revelatione ab angelo solent requirere.

Que sit optima præparatio ad Scripturam intelligentiam

Isidorus. August. Hierony

6

Verbū Dei simile grano sinapis. Math. 13. 31.

Nissen. initio Hexam.

mis ejus; & post multiplicem discursum, & volandi laborem, in multarum rerum explicatione, tanquam in nido demum confidunt. Per varias res interdum excurrimus; sed in una tandem conquiescimus, ea est simplex & germana sacræ Scripturæ intelligentia, & nostræ utilitatis, morumque institutionis comparatio; non aliter atque navigantes littora attingunt, orasque diversas regionis alicujus commeatu gratia invifunt, sed in extremo portu tranquilli, & tuti conquiescunt. Scio Iejuniores, & aridiore, id est, breviores commentarios quibusdam placere, quod rerum multarum varietate sentiant se opprimi; locupletiores, & utilium, opportunarumque observationum accelsione splendidiore expeti ab aliis; hoc illo laboriosius, & difficilius; omnibus placere difficillimum; ut pluribus non valde dupliceremus, & optatum, & curatum à nobis est.

Non raro humana Philosophorum, Poetarumque sapientia utimur, ex sanctorum quoque Patrum præcepto, Augustini secundo de doctrina Christiana capit. 40. & octavo de Civitate. capit. 11. Origen. homil. 2. in Exod. Hieronymi homil. ad Damascū de filio prodigo, & Epistola ad magnum oratorem, Basilii Homil. ad adolescentem. Theodoret. lib. 10. de curand. Græc. affect. & in primis ad finem lib. 1. namque est inter spinas flos aliquis, quem legamus; & in amaris & austeris herbulis, cui insidamus, & apum more dulcedinem hauriamus; ac veluti pluviam cultis præcipuè subactisque agris, ut humano generi consuleret, munificus ac liberalis Deus infundit; ex ubertate autem, & copia liberalitatis, ipsas quoque solitudines & montes irrigat, quæ nonnihil etiam producant, quod esui, & usui mortalibus sit; ita scientiæ veræque sapientiæ donum fidelibus ac piis hominibus impertitur Deus, interdum autem Ethnicis & extra Ecclesiam positis, particulam pluviae, veræque scientiæ elargitus est, ex qua utilitatem aliquam capere possimus. Sic videas de sapiente dictum à Sapiente esse Ecclesiastici. 39. *In terrâ alienigenarum gentium pertranset: bona enim & mala in omnibus sentabit*. Sed ut in his neq; multum, neq; diu im-

August. Orig. Hierony. Basil. Theodoret.

In Poetis, & prophetis scriptoribus, aliquid utile.

Ecclesi. 39. 5.

** 5 morandum

Sanctorū Patrum lectio ad Scripturarum intelligentiā.

Ecdesi. 39. 1.

Catull. Tribul. Horat. Hierony. August. Greg. Ambros. Chrysost.

Clem. Alex. in libro suo.

Plutarch de auditoris officio.

randum est Scripturarum interpreti, ita sanè potissimū suas commentationes, ex Sanctorum Patrum lectione, sensu, sententiis, locupletare debet; ex quibus multiplex veræ sapientiæ suppellex nobis comparanda est; cū scriptum sit; Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in Prophetis vacabit, narrationem virorum nominatorum conservabit. Qua in re mirari numquam desinam scripturæ interpretem, in cuius commentariis Catullum, Tribullum, Horatium frequenter legas; Hieronymū, August. Gregor. Ambros. Chrysostomū, uno dicam verbo, neminem ex sanctis Patribus invenias, ne semel quidem; quod si semel (nam oculatori lectori, id fortè concedam) non iterum; si iterum; at certè non terque, & quaterque. quasi in obscenis, & deliris poetis omnia pulchra sint, at nihil ab Augustino acutè, nihil à Hieronymo solidè, nihil ab Ambrosio argutè, à Gregorio nihil utiliter, nihil à Chrysostomo ornatè & copiose; à Nazianzeno sapienter nihil, nihil belidè à Nysseno, à Basilio nihil sanctè & piè, nihil ab Hilario orthodoxè, ab Ireneo nihil accuratè & laboriosè, nihil suaviter à Bernardo, denique à Latinis patribus verè & graviter, à Græcis elegantè & luculenter, nihil dictum, nihil excogitatum sit. Quasi poeticus ille furor sordidissimorum, & vino calentium hominum divinum aliquid sit, quod Scripturam illuminare possit, & non potius Divino spiritu intellexerint scripserint, interpretati fuerint Scripturas sancti Dei homines. Ridiculum certè fuerit (Verba sunt Clementis. 1. Strom.) eorum, qui sunt boni ac studiosi, scriptis repudiatis, eos qui tales non sunt, componentes admittere. At vereor ne dum nihil istius in interpretandis Scripturis à Patribus accipere, edocerique volunt, subventaneos in Ecclesiam libros proferant. Perinde enim (libenter utor Plutarchi verbis) atque in pariendo natura constituit, ut non edatur in lucem fetus, nisi femina conceperit, & in alvo diu illum retinuerit; itaque avibus subventaneos quosdam partus ajunt accidere, ex imperfectis nimirum, & inanimis conceptibus; non aliter sanè de illo estimandum est, qui nihil ab alio audire, nihil velut semen sapientiæ (addo ego à Patribus Ecclesiæ) accipere curet; omnem quip-

pe fructum concipere negliget. Sed extrema sanè vitia declinanda sunt, & utrinque reducenda Scripturarum tractatio. namque sunt aliqui, qui nihil lubentè animo accipere, nihil audire, aut admittere volunt, nisi quod ab alio dictum prius; aut ex aliorum commentariis, & libris descriptum, depromptum vé sit. In quo si nihil illi laboris in quærendo & inveniendoponere vellent, ferendi essent; sed si neminem in inveniendoponere & excogitando contendere debere, neminem laborare, ut scientiam addat, & novi aliquid in litterariam rempublicam invehat, malè profectò de humano labore & industria, malè de humanæ mentis vi, acumine, ratiocinatione merentur. Illa Gregorii Nysseni in re hac explicanda moderatio optima, & cum veritate virtutèque conjuncta, nam in medio consistit, videri omnino debet; cū enim post sui fratris Basilii explicationem exameron, suam præterea ipse commentationem conscriberet, agricolas se imitari profitetur, qui mirabili inferendi artificio ex eadem planta varios fructus percipiunt: nam germen, aut gemmam, ex arbore quapiam decerpunt, in alterius arboris majoris cortice inciso includunt, ut subjectæ arboris humore germen illud enutriatur, & coalescat, ramusque fiat, & peculiarem sibi fructum proferat: sic sanè lucubrationes nostras sanctorum Patrum libris, foliis, doctrinæ inserere oportet, ut illorum virtute & humore coalescant, atque veluti illorum rami efficiantur, non sine ingenti utilitate, neque sine nostri laboris proprio quodam & peculiari succo, & fructu. Tum etiam quæ ab illis acceperimus, seminis vice nobis erunt, unde factum concipiamus, qui labore, meditatione, industria coalescat, & in lucem prodeat. Neque enim ingenia desiderant repletionem, veluti vasa; sed accendi volunt, ceu materia, quo vis inveniendi simul cum appetentia veritatis incitetur. Denique (ait Plutarchus) Quemadmodum in urbem est ad vicinum proficisci ignis accipiendi gratia, ibique invento luculentissimo foco desiderare, adibus propriis neglectis; ita prorsus indecens est ab alio sermonem doctum audire, minimèque curare, ut domesticus

8

Qui nil admittit nisi quod ab alio accepit.

Ecdesi. 1. 18.

Nyssen. initio exam.

Simile.

Humanæ ingenia non tantum replenda, quam excitanda.

Simile

Plutarch. de offi. aud.

ignis

ignis nempe vis ingenii accendatur. Si non alio peiori falsitatis & mendacii nomine at certè, desides, somniculosi, minimè videntes prophetæ illi, in quos Deus Jeremi. 23. Ecce ego ad prophetas, ait Dominus, qui furantur verba mea, unusquisque à proximo suo. Hæc de rerum in commentariis varietate, & interpretandi, quæ sequimur ratione; paulò fortasse uberius, sed semel dicta fuerint. Iam ad totius libri partitionem & ordinem.

Jerem. 23. 39

CAP. IX.

De libri loco, & ordine, atque totius operis divisione.

- 1. Diviso, & ordo librorum sacrorum. 2. An Iob propheta fuerit & inter prophetas numerandus. 3. Multiplex prophete ratio, & appellatio Iob. 4. Non eadem apud Græcos & Latinos libri divisio, neque apud Græcos inter se. 5. Commentariorum divisio & ratio, per certamina.

I Tres ordines librorum sacrorum. Hierony. כתובים אגיוגראφα Luc. 24. Epiphani. Vm libri omnes ab Hebræis in tres ordines distributi sint, ut ait Hieronymus super Daniele, & in prologo Galeato, videlicet in Legè, Prophetas, & in eos, qui Hebraicè Chetubim, per excellentiam dicuntur, id est, Scripturæ sanctæ, Græcè, Agiographa, quam divisionem indicasse visus est Christus Dominus, Luc. 24. dicens; Oportet ut impleantur, quæ scripta sunt in Lege, Prophetis, & Psalmis de me; certè hunc librum ad tertium ordinem Agiographorum reducūt cum Psalmis, & aliis Salomonis libris, Epiphani. opere de Aferisco & Obelo; & notis in interpretatione Scripturarum; cū libros omnes sacros in quatuor quinquarios reducat; primum, qui ex Lege; secundum, qui ex Iudicum, & Regum historia conficitur; tertium ex libris versu conscriptis componit, Iob, Psalmis, Proverb. Eccle-

siaste, Canticis; Quartum ex Prophetis. Eadem habes apud Damasc. lib. 4. cap. 18. Propter antiquitatem verò semper aliis Scripturis poeticis præponitur Iob. quamquam aliquando postpositum libris Salomonis superius indicavimus. Sed Dionys. tamen non tam ex dicendi stylo, quam ex materia libros omnes sacre Scripture dividit, atque componit, & Iob conjungit cum aliis historialibus. sic enim de Ecclesiast. Hierar. cap. 3. part. 3. post aliorum librorum materias descriptas, cum ait; Veterum hominum inter varios & multiplices tristium casus, mirabilem constantiam, immobilemque philosophiam eloquitur. Iob cum Iudith, Esther, Tobia, Machabæis connumerare videtur.

Dama scen.

Fid supra. 3. n. 1. Dionys.

2

An hic liber annumerandus Prophetis Abul.

An Iob sit appellandus propheta.

Genebrar.

Quæ proprie dicenda sit prophetia.

Cicero

Arist.

Num. 12. 16.

con

Iob Propheta

Agust. sermone 6. de temp. qui est secundus de nativitate.

Philop. Beda.

3 Quibus titulis meruerit Iob propheta appellacione

Marc. 7. 6.

Eccl. 7. 1.

1. Corin. 14. 3.

Gen. 10. 7.

Deu. 34. 10.

4 Divisio libri.

contigisse asserunt. Sed ut subtilem & accuratam de prophetia, & prophetæ appellationibus, atque generibus disputationem, quæ hujus loci non est, nunc præteream, certè si non ut Isaias, Jeremias, Ezechiel, saltem, ut Moyses atque David, Iob quoque Propheta extitit; atque illum prophetæ nomine dignatur Augustinus, eximiumque prophetarum appellat, quòd de Christi incarnatione, & resurrectione prædixit. & lib. 2. contra Pelagium, ait, *Fidem resurrectionis sine incarnatione & morte veraciter credi non posse.* multa igitur de Christo & Ecclesie mysteriis prophetavit, ut Philippus & Beda ajunt. Prophetam quoque tam Græci, quam Latini in suis Martyrologiis appellant.

Et licet quidem non eo modo, quo Isaias, & Ezechiel prophetaverit, quam ob rem ad eum Prophetarum ordinem non pertinet; Sed multis præterea titulis Prophetæ cognomen promeruit; non solum quòd de Christo & de futuro judicio, & iustorum præmio, impiorumque supplicio multa prædixerit, quòd satis erat ad prophetandi appellationem, ut cum Marc. 7. dicitur, *Benè prophetavit (id est prædixit) de vobis Isaias;* Sed quòd sacrorum interpres apud suos atque concionator fuerit. sicut Exod. 7. dicitur Moyli; *Aaron frater tuus erit propheta tuus. (Tu lingua) tuus interpres.* & 1. Corin. 14. *Qui prophetat, hominibus loquitur ad edificationem, & exhortationem, & consolationem.* tum etiam quòd Dei amicus, & familiaris; qua ratione de Abraham Genes. 20. dicitur; *Quia propheta est, & orabit pro te.* & de Moyse Deuter. 34. *Non surrexit propheta sicut Moyses, quem nosse Deus facie ad faciem, in omnibus signis, atque portentis, quæ misit per eum.*

Quod ad divisionem pertinet, Græci interpretes Septuaginta, pariter ac Latini in quadraginta duo capita partiti sunt librum universum, ut Hebræis responderet. In Catena in triginta tria capita omnino dividunt. neque hanc esse peculiarem divisionem ab auctore Catene factam, sed Græcis omnibus receptam, atque familiarem ipsæ capitum inscriptiones indicant; dum Catene auctor suas capitum, protheorias præfigit differtis verbis *juxta Græcos.* quo-

rum numerus cum nostro minime consentit. quare itaque Latinus Catene interpretes eam divisionem Græcorum solum Olympodoro tribuerit, in præfatiuncula ad lectorem, planè non assequor. Alii per colloquia dividunt, sive Dei ad Satanam, & ad Iob, sive Iob & amicorum inter se mutuo. Alii aliter. Nos vulgata capitum divisione servata; commentariorum libros tredecim effecimus. hanc esse tum ipsius rei, tum laboris atque scriptionis nostræ opportunam partitionem rati, ut viri fortissimi certamina singula enumeraremus, quo æqui esse possemus totius prælii spectatores.

Prima igitur duo capita, quibus bona historiae pars continetur, duo certamina continent, cum Satana alterum, alterum cum uxore: hæc quia continenter inita sunt, & in ipsa narratione & stylo scribendi valde conjuncta, sejungere non potuerunt; efficitur ex his primus liber commentariorum, aliquantulo, quam vellemus, longior, & quæstionum ac rerum multiplicium explicatione auctior; sed aliquid initio, ex quo cætera pendent, condonandum est.

Lamentationes capituli tertii suum librum sibi vendicant. Deinde singulæ disputationes amicorum cum suis Iobi responsionibus, Certamina sunt seorsum spectanda; propterea singula singulos libros efficiunt.

Tertius itaque liber constat ex disputatione Eliphaz à cap. 4. usque ad 7. Quartus habet disputationem Baldad. ab 8. usque ad 10. in Quinto libro argumentatur Sophar, & pluribus satisfacit Iob, ab 11. usque ad 14. Rursus Eliphaz certamen instaurat, quod tria capita videlicet à 15. usque ad 17. continet, id est, librum Sextum. Secundo Baldad loquitur contentiosus & ardentius, quo Iob se oppidò defatigatum significat; duo hæc sunt capita: 18. & 19. & liber Septimus. Liber præterea Octavus, alia duo comprehendit. 20. & 21. videlicet secundam disputationem Sophar. Confligit jam tertio Eliphaz, atque hoc jam est septimum disputandi certamen, & liber Nonus a vigesimo secundo usque ad 24. Tertio item, sed brevissimè Baldad loquitur, Iob verò longissimè respondet

Paulus Comitolus

pariterque

pariterque sapientissimè; propterea liber hic decimus septem capita ambit à 25. usque ad 31. Hactenus in universum certamina decem.

Prodit tandem Eliu, & quamvis verbosa potius, quam nervosa disputatione solus ipse laboret; ut cui nihil omnino responsi dederit Iob; sed tamen certavit quoque ac laboravit Iob, patienter audiendo orationem longissimam à 32. usque ad 37. caput; hic esto liber undecimus. Mirum; etiam ipse Deus athletam simulat, & disputatorem agit, & certamen duodecimū peragit, cuius vim vix potest silentio, nedum retortitis verbis aut responsione sustinere Iob: capita quatuor à 38. usque ad 41. atque liber duodecimus. Ultimum tandem caput, liberque ultimus, nullum amplius certaminis laborem describit; sed coronam, præmiūque athletæ fortissimi, & felicitatem pristinam bonorum omnium longè cumulatisimè restitutam.

CAP. X.

Libri utilitas, commentariorum quoque, atque paraphrasis usus.

- 1. Universe Scripturae patientia exempla nobis suppeditant, Iob præsertim. explicati Paulus & Petrus.
- 2. Liber Iob ad omne hominum genus, opportunus.
- 3. Vilia consulari debet scripturarum interpres.
- 4. Quid sit campanari verbum Dei ex Paulo; & Isai. & locus Cantic. indicatus.
- 5. Usus paraphrasis.
- 6. Laus defensorum Vulgati interpretis.
- 7. Hispanismorum ratio ad scripturae locutiones opportuna.

I



T Libri hujus eloquentiam atque jucunditatem mirabilem, quæ ex jucundissima historia multa varietate referta nascitur, præteream, sed prætereunda tamen non est utilitas, ea præsertim

de qua Paulus loquitur Roman. 15. *Quaecumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus.* quibus verbis, vel ab hoc libro universam Scripturam denominat, vel illa que ex universa Scriptura capitur doctrinae utilitas; ex hoc potissimum; post Evangelia; libro petenda est. Namque patientia nobis, & consolationis, exemplum suppeditat; & in eam spem jubet nos etigi, quam operatur patientia. *Consolationem autem vocat Paulus; quam Iacobus Finem Domini dicit, loquens de Iob; & Petrus Posteriores glorias, de Christi glorificatione loquutus.* atque ex hoc patientiæ exemplo à nobis imitando; salutem animarum nostrarum pendere docuit illis verbis; *De qua salute exquiserunt atque scrutati sunt Propheta, qui de futura in nobis gratia prophetaverunt, scrutantes in quod, vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi, prænantians eas, quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias.* Sicut igitur dicitur Luc. ultimo, *Et dixit ad eos; o stulti, & tardi di corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt Propheta; non ne hac oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? & incipiens à Moyse & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant;* Scripturae patientiam & consolationem loquuntur, in nostram salutem. Hæc prænuntiavit olim in prophetis spiritus Christi; hæc semper nobis in libro Iob inspicienda atque imitanda proponuntur, ut maximum salutis animarum nostrarum subsidium, in hoc libro positum esse intelligamus. Chrysostr. eleganter & copiosè explicat, utilem omnino librum esse cuius, in omni vitæ genere, & conditione, viris, mulieribus, senioribus; mediis; divitibus, pauperibus, secundis adversis vè rebus utentibus, ad imitationem virtutis omnis. atque librum universum illa similitudine claudit; *Ad hunc librum tanquam ad matrem quam proles amat, & quovis loco manus tendentem, & repidantemque natos excipientem, usque confugiamus.* Nam nemo est, quem liber hic salutaribus præceptis non excipiat nemo cui tantum afflicciones morborum, cruciatus, atque sæva malorum omnium procella, solatium, medicamentum, portum non præsent. Præterea; frequenter omnium præcepta virtutum nobis tradi, quæ supra in-

Rom. 15. 4

Iacob. 5. 11

1. Pet. 1. 11

Luc. 24. 26

Chryst. in Cat.

2

dicavi

indicavimus, cum de materia varietate ageremus.

3 Scripturarum interpretum vtilia confectur.

Ad eam quoque rationem commentarios nostros accommodavimus, ut alicujus utilitatis fructus ex illis percipi possent, dum ea ad sacre Scripturae interpretationem adducere conamur, que animis quoque utilia & salutaria existant. id quod apposita similitudine, tum in hoc libro, tum in universum Scripturae interpreti faciendum, sanctus Gregorius præcipit. Sacri (inquit) tractator eloquii morem fluminis debet imitari; fluvius quippe dum per alveum defluit, si valles concavas ex latere contingit, in eas protinus sui impetus cursum divertit, cumque illas sufficienter impleverit, repente se in alveum refundit; sic nimirum sic divini verbi esse tractor debet; ut cum de qualibet re differit, si fortasse juxta positam occasionem congrua adificationis invenerit, quasi ad vicinam vallem lingue undas intorqueat; & cum subjecta institutionis campum sufficienter insuderit, ad sermonis propositi alveum recurrat. Non quod alium, quam primum illum, & litterale Scripturae sensum confectari, aut secundum illum, quem Moralem vel Tropologicum appellant venari, aut persequi animo statuerim; sed quod primus ipse Scripturae sensus multa nobis præclara, & salutaria monita ad morum disciplinam suppeditat, & nihil sit in historia, & simplici narratione aliqua, aut nuda sententia tam aridum & exile, ex quo, si premas, & urgeas, non succi multum, atque utilitatis elicias. Nam quaecumque scripta sunt, ad nostram utilitatem, nostramque doctrinam scripta sunt. Deus enim noster docet nos utilia. Propterea non solum melli, & dulcedini, non solum auro, argento, gemmis pretiosissimis, quæ ad gustum & splendorem pertinent, sed iis quoque, quæ utilia & necessaria sunt mortalium vitæ, & incolumitati comparantur sanctæ Scripturae, pani, vino aquæ, pinguibus; atque ea devorare, & comedere jubemur, in nostramque utilitatem convertere. Qui frigide tractat, quod ex se meracissimum est, tum efficacitatis, tum commoditatis mirabilis verbum Dei, ingentes is à Paulo minas accipiat; Qui dum de vita & incolumitate animorum se sollicitum esse scribit ad Corinth. Non sumus (inquit) sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur. Namque illi adulterant, & cauponantur verbum Dei,

Grego. in Pref. c. 2.

Sensus primus & literalis referendus ad vtilitatem.

Rom. 15. 4 Ista. 48. 17

Exech. 2. 9 Apo. 10. 9. 10

1. Chor. 2.

4

qui frigida miscent, & diluunt, atque efficacitatem (quod in se est) retundunt, neque eo modo nobis propinant, quo sibi à Deo traditum est, purum atque syncerum; videlicet cum vel inutilibus, aut mollioribus facetiis, aut fucatis potius, quam solidis utuntur in verbo Dei tractando; quæ omnia Paulus a quæ adulterium, id est, frigida appellat, (frigiditates) sicut scriptum est Isai. 1. Vinum tuum mistum est aqua. Septuagint. Caupones tui miscent vinum aqua. Propterea sponsus sponse ventrem, id est, animam, & cogitationem Doctorum, & Divini verbi interpretum, (quæ frequenter ventris nomine significatur) comparat acervo tritici, dejectis inutilibus paleis, vallato lilii; nihil enim debet admittere doctoris, aut interpretis mens, quod inutile aut sine fructu sit, quæque; quæ dicit, scribit vè utilia & salutaria, cum jucunditate & suavitate quadam condire debeat. Atque iterum sponsæ dentes (hi iidem sunt Ecclesie Doctores, & tractatores divinarum Scripturarum, qui dum solida & dura comminuunt & præmandunt, difficilia sacre Scripturae explicant, & obscuriora interpretantur, ut dissertis verbis Nyssenus, Theodoretus, Ambrosius interpretantur) comparat, inquam dentes gregibus tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro; omnes gemellis fetibus, & sterilis non est inter eas. nam nemo interpretis in enarrando ita steriliscere debet, ut nõ aliquè, imò duplicem fructum non proferat, & multa pulchra, salubriaque consilia, & vitæ præcepta in audientium atque legentium mentibus non progignat. Ergo qui nullius utilitatis fructu fecundus sit, is profecto sterilis erit, & inter Sponsæ dentes minimè connumerandus. is quoque non rectè tractabit verbum veritatis. Quid enim existimas exigere Paulum à Thimotheo, dicentem, Sollicitè cura te ipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconsusibilem, rectè tractantem verbum veritatis; quam ut rectè secet, & abscondat, refecetque (ut ex Greco legitur) inutilia in tractando verbo, ut Chrysof. quoque, & Ambrosius interpretantur, atque in ea tantum incumbat, quæ utilia fore intellexerit? Tum etiam ut secet, dividat, distribuat cuique suam portionem, & ut ait Glossa, altis spiritualia, lac parvulis, ut in eo crescant in salutem. Quasi verò aliud debeat efficere

Ecclesie doctores quibus similes Cant. 7. 2

Canti. 4. 2

Nyssen Theodoret. Ambros.

2 ad Thimoz

Glossa

verbum Dei interpretatum à doctore, quæ quod Pater ipse revelans, & Christus Iesus docens, & prædicans efficiendum voluerunt, videlicet, ut omnis qui audit, & discit, veniat ad filium Dei. Quasi omnis sapientia, sacra præsertim, quæ derivatur ab ipso primo capite & fonte Deo, non debeat nos ad illum convertere, & deducere media observatione mandatorum. Omnis enim sapientia à domino Deo est, & est ante ævum. Fons sapientie verbum Dei in excel- sis, & ingressus illius mandata aterna.

Ioan. 6. 45

Eccles. 1. 1

5

Sed ut de usu paraphrasim, quam in fine commentariorum cuique capiti appendimus, aliquid quoque dicamus, curavimus sanè, ut siquid in paulò uberioribus explanationibus dispendii laboris, aut temporis fieri cupiam lectori videretur, id totum repararem compendio Paraphrasim. Nam ut verè Gregor. Nazianze. oratione. 3. de Theologia dixit; Quem admodum aqua, quæ non certis canalium marginibus dirigitur, sed per area diffunditur planitiem, evanescit, ita & res per sermonis vastitatem diffusa, lectorem fallit. Ita longiores commentarios compressimus, & in angustias, potius ad summam redeimus. Sic autem compendii fecimus, ut, quoad fieri in tanta brevitate potuit, rerum variarum atque multiplicium, quæ fusiùs in commentariis explicantur, semina in paraphrafi reponeremus, neque nostras solum sed aliorum etiam interpretationes, & peculiare alias vel ad mores, vel ad sacre Scripturae intelligentiam, observationes opportunas indicavimus, eadem oratione contextas, locis etiam in margine notatis, ex quibus uberiorem explanationem sine dispendio temporis lector petere possit. Unum affirmo, illud quicquid est, si lectori tantæ utilitati & commodo est, quæ to mihi labori fuit, fore sanè, ut non nihil omnino istinc proficiat.

Nazianz.

6

Vulgata editionis tuende studium.

Vt verò nihil nostro labri deesset, in hoc non minorem curæ, sollicitudinisque partem derivavimus, nequid nobis quod editionis Vulgatæ auctoritati derogaret, excideret, vel per incuriam. Et quidem non auspiciò, pedem (quod ajunt) in Divinarum litterarum limine figeret, cui alia vel minimum diversa mès esset. Nam ut ea, quæ pro religione pietatèque suscepta sunt, optimis auspiciis geruntur, sic illa, quæ cum his duobus humanæ vitæ præsidii pugnans, ut quæ

à pessimis initiis exordiantur, pessimo fine terminari necesse est. Id ergo semper ante oculos versabatur, ut variarum lectionum ornamenta, quibus passim Divinæ litteræ non sine splendore abundant, nemo in nostris commentariis desideraret: tum ne ita multi in iis eruendis essemus, ut aliorum versiones nimis suspiciendo, sapientissimi, sanctissimi que Hieronymi (hujus enim magna ex parte versio Vulgata est) lectionem, aut existimationem læderemus. Itaque id effecimus ut reliquæ versiones, tanquam ancillæ, & pedissequæ, nostræ editioni dignitatem auctoritatè que conferrent. in quo bonam operam maxime Septuaginta præstabit. quibus jam correctioribus districte jubemur à Sixto quinto Pont. uti, ad Latinæ nostræ lectionis interpretationem. Et quidem Hebraizantium quorundam studium, si tantum in illustrandis eruendis que Sacrarum Litterarum intelligentiis adhiberetur, apud neminem jure malè audiret. Sed illud est omni vituperatione dignissimum, quod Latinum interpretem fictis sæpè criminationibus proscindunt, lacerantque; atque aperto contradicendi studio, ubi ille Hebraismum retinet, dissolvunt isti, ubi ille illuminat, & quasi brevissima paraphrafi explicat, retinent isti nimirum religiosè, & verbum verbo curant reddere non fidi interpretes. Ita dum sibi proponunt ab interprete Latino discedere, à vero frequenter discedunt, aberrantque. Est sane ille (sive Hieronymus, sive quis alius sit) Hebraicæ, Græcæ, Latinæque linguæ, atque omnis antiquitatis peritissimus; tum illud, prudens catulusque, & utilitatis atque pietatis apprimè studiosus. Quare dum per variarum lectionum scopulos aberrare continget, ad Vulgatam nostram, tanquam ad portum, vbi securè consisti possit, cursum dirigemus. Cum verò vel ex aliis scripturis, vel ex aliis translationibus exempla accersere necesse sit, illa certè semper delegimus, quæ tum vel ad Scripturae phrasim explicandam, nostræ lectioni valde familiarem; aptissima essent; tum quæ minimè jejuna & arida piis contionatoribus ad morum compositionem videri possent: ut cum obscuriora libri nostri loca illuminarent, simul etiam lectorem utilitate aliqua, voluptatè que juvarent.

Interpretatio Vulgata Hieronymi.

Editio Vaticana Septuaginta

Hebraizantium quorundam studium notat.

Latinus interpretis sapientissimus.


7

Denique suam quoque præfatiunculâ, præcastigatione potius, Hispanismi quidam & vulgaria quædam vocabula inter ferta reliquæ scriptioni, postulare videbatur, ad quæ forte Latinissimi, atque delicatissimi palati homines nauseabunt. neque immerito; nam vim Latinæ orationis extenuant, & nervos dicendi infringunt, & quod in publicum, ad communem omnium utilitatem editur, si peculiaribus cuiuspiam linguæ vocibus aut sententiis vulgaribus respergatur, non potest non molestiam lectori aspergere alieno. Statueram igitur ab illis abstinere, ne qui in publicis prælectionibus, nostris auditoribus gratissimi extitissent, alienos lectores aut obscuritate retardarent. sed aliter de re facienda emunctæ naris homines statuerunt, ex quorum tempore & consilio, meum illud mutare in vitus licet, & nunc quoque repugnans & dolens, necessario cogor: atque his etiam causis impellor. Primum, quod multum subsidii ad Scripturæ phrasim, & dicendi rationem cognoscendam ex lingua Hispanica peti posse existimem; aut quod utriusque per se dialecti persimiles sint; aut quod ratione aliqua multi linguæ sanctæ idiotismi ad Hispanicam redundarint. Rem sextæ ex multis testatam facerem, nisi jam longiores moras, atque tardium præfationis vererem & nisi eiusmodi testimonia, passim essent nobis producenda. Quædam igitur ex Hispano, sacræ Scripturæ respondet, non sine venustate, & intelligendi operæ pretio; quæ si velis alia lingua exprimere, non omnino feliciter præstare possis, neque ea gratia, quam vel in sua, vel in alia persimili habent; ut si vinum in non valde cõ-

modum, neque amicam vas transfuderis, non sine periculo acescendi. Quam rem Ecclesiastici auctor, in suo prologo plane docuit. veniam videlicet petit, in quibus videtur deficere in verborum compositione. Translationem intelligit ex Hebræo in Græcum. Nam *deficiunt* (inquit) *& verba Hebræica, quando fuerint translata ad alteram linguam, non autem solum hæc, sed & ipsa Lex, & Prophetæ, ceteraque aliorum librorum, non parvam habent differentiam, quando inter se dicuntur.* Deinde quoniam Scripturæ inter preti illis omnibus utendum est, quæ ad vim sacræ locutionis percipiendam facere possint, quæcumque tandem illa sint. Ad hæc, rem facimus non sine exemplo, nam viri optimè de Litteris Sacris meriti si ve in suis sanctæ linguæ Thesauris, sive in suis Sacræ paginæ cõmentariis, quædam etiã Germanorum, quædam Gallorû lingua explicant lectoribus neque repugnantibus, neque ingratis. At qui nec Germanus neque Gallus aut præclarius canit, aut sepius nos sua lingua ad Scripturæ locutionis alicujus intelligentiam excitare poterit, quam Hispanus. Quare vitio non vitandum si quod illi semel, aut iterum, Hispanus homo, bis & ter quod neque inutile, neque deforme sit, ut Hispanis morigerari videatur, scribere audeat; ea præsertim ratione, ut integrum sententiæ sensum etiam nescienti Hispanè semper relinquat, nec non etiam lectionem ipsam expeditam; nam plerumque ex ipsis cõmentariis, & textu expunguntur Hispanismi, inviti licet, & commodum in margine locum queritare coguntur. Verum cum facilem nobis aditum ad libri explicationem præfatio dederit, diutius immorandum non est.

Iesus Syrach.

Hispanismi ad Scripturæ intelligentiã opportuni.



IOANNIS DE PINEDA
SOCIETATIS IESU
COMMENTARIORVM
IN IOB
LIBER PRIMVS

De utraque Iobi fortuna, & primo cum Satana certamine, secundo cum uxore.



CAPVT PRIMVM.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Iobo viro sanctissimo, & sua domui bene præposito invidens Satanas potestate sibi à Deo permissa bona omnia diripit; spoliatus vero ille universorum Domino gratias agit.

I. VIR ERAT IN terra Hus nomine IOB: & erat vir ille simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo:

PRIMIS quatuor, quinque ve hujus primi capituli sententiis universarum sancti IOBI rerum narrationis summa, atque libri totius exordium continetur omnibus suis numeris

perfecti: ut quod aptissimè in libri materiam, finemque conveniat; neque alienum sit, longius ve, sed ex rei ipsius visceribus petitur; tum (quod historiæ, & doctrinæ cõciliat) atque benevolentia conciliatæ leges exigunt) simplex, breve, dilucidum. Perspicue namque, æque ac breviter illa omnia complectitur, sive, quæ historiæ fidem certis argumentis confirmare, sive, quæ virum clarissimum ex triplici illo bonorum genere commendare potuerunt. Quæ naturæ, & corporis sunt patria, genus, nomen ductum, vel impositum à majoribus; tam integra, tamque firma valetudo, cui humanæ salutis hostis acerrimè inviderit. Deinde quæ fortunæ dicuntur, opes maximæ, filii jocundissimi, familia amplissima, summus apud omnes honoris, & existimationis gradus, regia denique dignitas, atque potestas. Postremo, quæ præcipua sunt, animi candor, simplicitas, rectitudo, integritas, sancta liberorum institutio, in Deum pietas, atque religio singularis: in quibus sic se vir sanctissimus exercuisse proponitur, ut animi bonis in-

Perfecti exordii leges servare.

Commendatus IOB à triplici bonorum genere.

I Historiæ, atque libri exordium.

structus, atq; munitus aliorum, quæ corporis, fortunæq; sunt jacturam, non constanter modo, sed cum gaudio etiam susceperit.

U I R.

S Y M M A C O M M E N T A R I I.

- 2. Vir à Græcis pro imbecillitate. 3. Iacobi locus de oratione ex Græco illustratus. 4. Vir à Latinis pro forti. 5. Iobi elogium ex Suida. 6. Adam homo, Christus vir. 7. Vir Hebrais, sicut & Latini. 8. Dei virtus sub humana imbecillitate, & evacuare in sacro sermone quid, pro. 9. Iob, argue Paulus eodem spiritu, oratione diversis. 10. Vir Hebrais pro nobili. 11. Vir dicitur ab existentia. 12. Illustratus Salomon de viri, & femina officiis. 13. Vir hoc loco pro magistratu, & principe. 14. Magistratus vir esto.

IN illa verò bonorum enumeratione, (ut jam totius sententiæ vim, atq; vo cum singularum proprietatem expendamus) viri appellatio continetur; cujus Græci unam, Latini significationem alterâ tradunt; tertiam nos quoq; loco, & materiæ convenientem adjungemus. Et quidem emphaticôs virum hoc loco dici Græci, Latiniq; consentiunt, ratione licet diversa; Illi cum in Septuaginta non legerint ανηρ, id est vir, sed ανθρωπος, id est homo, significari existimant verissimam humanæ naturæ imbecillitatē, quæ in Iob incredibiliter ulcerato, & morbis gravissimis, atq; mortiferis affecto, admirandum spectaculum, mundo, angelis, & hominibus dederit immanissimo hoste penitus superato, atq; triumphato. Sic observat Origenes; explicat verò eleganter Chrysostomus, communem (inquit) naturam scriptor indicavit, nequis certaminum, ac patientia spectata magnitudine incredibili, peregrina quadam, & non humana eum natura præditum arbitraretur. Idem observare solent sacri scriptores, cum rem proponunt, aut narant majorem humanis viribus, ut Iacobus apostolus, cum vim incredibilem orationis, & precum exponit, & lôgè mirabile exemplum Eliæ cælum arbitrati suo claudentis, & aperientis adducit; Orate (inquit) pro inimicis, ut salvemini (ut curemini, & sanemini. Sic enim exigit cõtextus; oratio enim est præsentaneum morborum remedium) mul-

tum enim valet deprecatio iusti (pro illo, qui corporis, aut animi ægritudine laborat) assidua. (propriè ex Græco, efficax, intèta, & minimè languida: cum enim hujus modi est, non poterit assidua non esse) Elias homo erat similis nobis passibilis, (in Græco similis passibilis, unica dictio Omioparhês, non solum similitum passionum, & affectionum, sed, quod laboris est, iisdem ærumnis obnoxius, multa quoq; & bello humanitus passus; vox eadem quæ actorum. 13. cum Listrensisibus aliquid hominè majus de Paulo, & Barnaba opinantibus, responderunt Apostoli: Et nos mortales sumus similes vobis homines (similes passibiles, similiter infirmi, & ærum nosi, simili conditione pœnarum vobiscum humanitus afficimur) & oratione oravit, ut non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex: & rursum oravit, & cælum dedit pluviam. Ergo sanctus Iob dicere suo jure potest, quod Paulus in suis infirmitatibus gloriatus, suâq; pugnâs victoriâsq; cantâs, scribebat Ephesius, Non est nobis (infirmis hominibus ex carne, & sanguine concretis) colluctatio adversus carnem & sanguinem (non certamus pares cum paribus) sed adversus principes, & potestates, adversus rectores tenebrarum harum. Ita ut cum illi occultatissimi sint, nos tamen quasi agentes in tenebris minimè illos videamus; necesseq; sit, veluti Andabatarum more, qui clausis oculis digladiabatur, cum illis pugnare. Hoc inquam non minori jure Iob dixerit; atque ea ex parte fortè majori, quod Paulus depugnabat quidè cum hominibus, verum hæreticis, ubi sedes est Satana; ideo præcipua colluctatio adversus illū erat; at verò Iob nō solum adversus uxorem, tresq; sapientes Reges agitato maligno atque furenti spiritu, sed cum ipso Satana singulari certamine conflixit, illiufq; imperum sustinuit, atque confregit.

At ex Latinis plerique post Hieronymum, seu potius Bedam, atq; Philippum presbiterum (& quidem viri nobili Latini, atque Hebraico congruentius) animi robur, et virtutem verè masculam significatam intelligunt; quasi nō fuerit infirmus homo, qui tam animosè pugnaverit, sed Vir verè magnus qui tam fortiter vicerit, & tam gloriosè triumphaverit; quare arma, virumque canit liber hic. Singularis hujus, præstâtissimæ-

Triplex Viri significatio.

2

LXX. ανηρ. ανθρωπος. Homo pro imbecillo.

Orig. lib. I Chrysostom. Cat.

Scripturæ regula.

Iacob. 5. 17.

3

Vis, & efficacitas precû.

ομοιωσασθεις

Act. 13.

3. Regum. 17.

Luc. 4. 25.

Ephes. 6. 12.

Apo. 2. 13.

4

Philipp. & Bed. Vir pro forti.

que

Iobi elogium ex Suida.

que virtutis pulchrum est apud Suidam elogium, atque in primis elegans, quod hic a describam lubens; sic ille scribit. Iob verè magnus ille, & generosus veritatis pugil primus apperuit gymnicum illud, & ingens, atq; aded totum terrarum orbem includens stadium. Hic adversarium omnibus congressibus prostravit. Hic vibicibus, & plagis ad ipsa ossa penetrantibus acceptis permansit invictus; hic vermibus scærens corollam meruit: hunc neq; mors prostrernere potuit, neque à tergo invadere; instar enim firmissimæ columnæ, aut incudis impenetrabilis persistit per omnē atq; subigens, & prostrernens adversariū. Hic primus diaboli devicit: hic de improbo illo triumphavit non victor in Olympiis, aut Nemais, aut Isthmiis, aut Pythiis, aut certaminibus cæteris, qua arrogantibus Græcorum sermonibus celebrantur: sed pro liberis, & possessionibus, & gregibus, & armentis, & omni servitio, cultuq; vitæ, ades suas collapsas invicti animi vir, & sepulchra, & cæmeteria filiorum suorum factas conspicatus. Neque hic rabies, & invidia quievit adversarij, donec ipsum pugilem nudum in sterquilinum evocatus, & totum ulceribus compunctum, vermibusque repletum spectaculum horrendum, & inustratum toti terrarum orbi effecit; donec tandem succubuit consceleratus ille, & cum dedecore recessisset. Suidas hæctenus brevius Prosper, sed non inelegantius in eandem rem: Inter ceteros (inquit) Idumææ gentis Duces Iob ille fortissimus athleta Dei enituit in exemplum omnis patientiæ productus, ut agonistico certamine principem totius militiæ Diabolum superaret fultæ auxilio Dei. Sed plura de certaminibus postea; nūc de viri cõcertaturi virtute; quippe sunt (ut ille alius dixit) homines permulti, viri perpauci: horum enim, vel unum in mediis illorum turbis, atq; aded ad exiguum lucernæ lumen in media luce quæritabat Diogenes; inveniri verò nisi apud Lacænas, pernegabat, qui solas illas affirmabat, viros parere. Sed neque apud Lacædemoniam quidem, verum in terra Hus inventum prima ipsius hujus verissimæ historiæ verba renuntiant, Vir erat in terra Hus nomine Iob. Ipseq; Deus optimus, qui aliquando (ut Isaias scribit) vidit, quia non est vir; sed Iobi tamen ætate invenisse virum juxta cor suum illis verbis testatus est: Numquid considerasti servum meum Iob, quod non sit ei similis in terra vir simplex. Ex hoc hominis, viriq; discrimine illud aliud inter primum, & secundum Ada-

Prosper. de prædict. p. 1. c. 22.

Viri pauci. Herodotus in Polym.

Lært. in Diogene. Plutarch.

Isai. c. 59. 16. 46.

mus observavit Gregorius, quod primus homo, homo fuerit, non vir; Fortis (inquit) conditus, sed exerviter subjugatus vir non fuit ex congressione, qui fuit ex munere. Sed ecce vir, cujus oriens nomen ejus, secundus Adam vir potens opere, & sermone, vir à femina circumdatus, vir approbatus virtutibus, & prodigiis, dum in deserto angelum apostatam vicit, primam illam viri nobilitatem reparavit; namq; facta est in Redemptore nostra natura infirma valida; quæ in Adam facta fuerat fortis infirma. Sic ferè Greg. Quid quod ex animi virtute, & Fidei robore eviratus ille Regiæ Candacis eunuchus, nō homo solum, sed vir etiâ dicitur. Actorum 8. Quod notavit non semel Hieronymus. Significatio quidè Viri pro forti Hebræis familiaris; quam noster interpres illuminavit. 3. Regum. 2. Confortare, & esto vir fortis; quod Hebraicè tantum est, Confortare, & esto vir. Hispanus non pluribus verbis exprimeret: Animate, y se ombre. Eadem reliquit, ut erat in fonte 1. Regū. 4. Confortamini, & estote viri Philisthim, ne serviatis Hebræis.

Duo hæc observanda; alterum, has duas Græcorum, & Latinorum interpretationes unius verbi omnino contrarias re ipsa ita esse nexas, ut separari non possint; nam sicut carne abditus latet spiritus, ita illâ hominis imbecillitatem ab omni humanæ opis, viriumque suarum fiducia vacuum implet Deus virtute, & fortitudine planè virili; nã externâ illam potentiam, & humani splendoris faciè, & magnani de se fiduciam, & existimationem conceptâ, qua sepè nititur, & insolescit delusa carnis sapientia, ab omni virtute vacuâ, & inanem prorsus dimittit, sicut scriptum est: Esurientes implevit bonis, & divites dimisit inanes. In quâ rem scribit Paulus, Evagelii prædicationem non esse in sapientia verbi, id est nō niti, aut eloquentiæ, aut humanæ rationi, aut Philophiæ, ullive scientiarum naturalium; ea enim omnia complectitur Verbi significatio, quod Græcè est, Logos: & eâ fundamenti, radicis, aut principii ratione, denotat præpositio In.) Ut non evacuetur crux Christi. videlicet, Si crux constaret externo illo splendore, & humana vi, esset à Dei virtute vacua, atque ab illo pòdere gravissimo thesaurorum sapietiæ, & scientiæ Dei; id enim Evacuâ-

Greg. 1. Regum c. 1.

Primi, & secundi Adami discrimin. Zach. 6. 12. Luc. ultim. 19. Jerem. 31. 22. Act. 2. 22.

Vir à virtute.

Act. 8. 27.

Hieron. contra Iovin. c. 7. & I. Jac. 53. Epist. 103. ad Paulin. tom. 3.

3. Regum. 2. 3.

1. Reg. 4. 9.

Imbecillitatem humanâ fulcit Deo fortitudine virili.

Humanus splendor virtute vacuus.

Psal. 106. 9. Luc. 1. 53. 1. Chor. 1. 17. Quid sit Evagelium, non esse in sapientia verbi,

λογος Verbum, quid significet. Prepositio In quid denoret Evacuari Crucem; quid. Quid evacua re in sacris.

Quid evacua
re in sacris.
I. c. l. f. 14. 7. 6.
& 8.
Verbum Cru
cis.
Isai. 45. 15.
Theod.
Iob. & Paulus
eiusdem spiri
tus.
2. ad Chor. 12.
2. Chor. 11. &
c. 12. 5. 9. 12.
Ambros. eo lo
co ad Chor.
2. Chor. 12. 9.
Ephes. 6.
Isai. 61. 3.

di verbum significat, exinanire, & peni-
tus spoliare: est enim bis verbum Græ-
cum idem Ecclesiast. 13. dum de super-
bo divite dicitur: *Evacuabit te, & ipse non
dolebit super te, & confundet te, donec te exima-
mat bis, & ter.* Quare subjungit Paulus;
Verbum crucis percutitibus (qui tantum ex-
terna vident, & sapiunt, interna, & spi-
ritualia non credunt) *stultitia quidem
est; iis autem, qui salvi sunt* (id est, nobis)
Dei virtus. Certè dum Isaias vates Israe-
li & viribus, & numero suis hostibus lō-
gè impari gloriosas victorias, atq; trium-
phos pollicetur, sub tanta imbecillitate
divinā se se fortitudinem insinuantem,
atq; delitescēte miratus, ne populum
lateret id, quod latebat in populo, pu-
blicè, atque apertè exclamat latitantem
Deum alloquutus; *Verè tu es Deus abscon-
ditus, Deus Israel Salvator,* qui arundinem
levem, & fragilem tuæ pondere fortitu-
dinis, quasi ferrea virga indita firmā, in-
victāque reddis. Ergo in homine Iob-
bo, vir latet Iobus.
Hinc sequitur alterum; quoniam ut ait
Theodoretus, quæ videtur imbecillitas
verā potentiam conciliat, Paulus, atque
Iobus eodem spiritu, vocibus diversis
de suis infirmitatibus loquuntur. Ille li-
benter, imo ut est in Græco, *libentissimè*
gloriatur, tum etiam placet sibi in infirmi-
tibus. Nam ut ait Ambrosius; *Plus ad-
dit medicina Christi ad salutem, quàm infirmi-
tas detrahit sanitati.* At verò Iobus (non
semel etiam David) suas miseras non
modò nō extenuat, sed dolore, & gemi-
tu incredibili recenset: fanè uterque ut
Deum advocet suæ imbecillitati adjuto-
rem; nā qui in infirmitatibus gloriatur,
nihil habet melius, aut fortius, cui nita-
tur; qui suas infirmitates tantopere am-
plificat, nihil firmum in se agnoscit;
evocat igitur uterque divinam ad se vir-
tutem, quæ in illis inhabitet: Sic verò
evocatus audit, adestque opportunè
Deus, quod in ipsiusmet gloriam, & ho-
minis bonum redūdet. Nam virtus (Dei)
in infirmitate (hominis) perficitur, dum per-
fecta, & admiranda fortitudinis opera
per hominem edit. Ergo vir Iob inter
primarios illos Fortes Iustitiæ, quos ni-
mirum Iustitia instruit Panoplia Dei,
ut possint resistere adversus insidias
Diaboli, jure censendus est; sed non
omnino qualēs Isaias describit: *Plenos,*

oleo gaudii, & amictos pallio Laudis. *Vt pone-
rem* (inquit) *fortitudinem Lugentibus Sion, &
darem eis coronam pro cinere, oleum gaudii
proluetu, pallium Laudis pro spiritu mœroris,
& vocabuntur in ea Fortes Iustitiæ,* Cujusmo-
di certè Discipulorum Christi ovatio
narratur à Luca: *Reversi sunt Septuaginta
duo cū gaudio dicētes, Domine etiam dæmonia
subjiçitur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Vi-
debam Satanam sicut fulgur, de celo cadētem;
Ecce dedi vobis potestatem calcandi super ser-
pentes, & scorpiones, & super omnem virtutem
inimici, & nihil vobis nocebit.* At verò Iob
Fortis quidem iustitiæ, sed in cinere, lu-
ctu, & mœrore, nō minus gloriosam de
inimico victoriam adeptus, etiam dæ-
monia sibi subjecit.
Sed tertio tandem quævis, quæ de
viri significatione ab aliis sunt sapiēter
indicata, à nobis verò etiam promotā, &
illustrata, quod re ipsa vera sint, & nul-
tūm conferant ad Iobi laudem; sed
mihi tamen suadeo *Viri* nomen hoc lo-
co esse honoris, & dignitatis; quæ usur-
patio frequentissima est in sacro ser-
mone, præsertim cum in originali subest
nomen (Is). Sic vir, opponitur homini.
Proverb. 8. *O viri ad vos clamito, & vox mea
ad filios hominū.* Id est, tam nobiles. quàm
ignobiles alloquor. Isa. 2. *Incurvavit se ho-
mo, & humiliatus est vir,* Id est, cum vulgo
& plebe Principes etiam, & magistratus
genua flectunt idolis: Vel, ut homo, &
vir ad eundem pertineant; homo, qui
pro sua terrena, & fragili conditione à
suo tantum creatore auxilium implo-
rare deberet; quique ita creatus est, ut
esset *Vir*, id est, imperium & domina-
tionem exerceret in reliquas creaturas,
utpote corporearum nobilissimus, is
inquam (quod indignissimum est) se
abjicit coram ligno, & lapide. Eandem
etiam vim habet solitariè positum 1.
Reg. 26. Cū dixit David ad Abner 15.
Principem militiæ Saul, & sub eodem
pariter tentorio dormientem. *Nunquid
non Vir tu es?* (præclarus, insignis, Regi
amicissimus) *Et quis alius similis tui in Is-
rael.* Scitum verò est id Psalm. 4. *Filii ho-
minum* (Hieronym. juxta Hebræum, *Filii
viri* pro virorum, id est viri) *usque quo gra-
vicorde* (Hieronym. *incliti mei*; explicat
quos vocet Viros atque graves. *Hi-
jos-dalgo y gente grave hasta quando?*) Con-
queritur nimirum de Saule, & ejus prin-

Fortes iusti-
tie, qui.
Luca 10. 18.
IO
Tertia viri ac-
ceptio.
Viri appella-
tio est hono-
rifica.
Vir
Vir opponi-
tur homini in
sacris.
1. Regum. 26.
Psal. 4. 3.

II
Triplex no-
men hominis
in sacris.
Vnde nomi-
na Adam, &
Enos.
Vnde dicatur
Vir.
R. Mardo-
Complur.
Pagn.
Iacob. Fort-
Hebraicæ lin-
guæ mysteriū.
Nomina fœ-
minina jun-
ctaverbis ma-
culinis.
Ruth. 4. 11.
1. Regum. 25.
II
Prov. 31. a. 7.
Partitio mu-
nerum viri, at-
que fœminæ
ex Salomone.

cipibus indefessè illum persequentibus
Hujus autem significationis ratio, &
Analogia est, quod ex triplici nomi-
ne, quod in sacro Sermone homo ha-
bet, sicut nomen Adam, id est rubeus
vel argillofus à terrena conditione, &
rubeo limo, ex quo formatus est; &
nomen Enos, id est, miser, & despe-
rata salutis, aut æger deploratus, ab
ægritudine & ærumna ductum est; sic
Is, id est Vir, hoc loco & aliis frequen-
tibus non solum à sexu, & virtute, sed
à præstantia, dominatione, nobilitate,
dignitate, officio, & muneris publi-
ci administratione dicitur; quibus
omnibus Vir præstat Fœminæ. nam li-
cèt plerique ex Hebraizantibus id no-
men nullius radicis ramum faciant, sed
acutè alii deducunt à verbo substantivo
Is, quod existentiam significat, ita ut
vir dicatur Is, quasi ens, aut primò exi-
stens, videlicet ante fœminam. quare si-
cut existentia, ita honoris, omnisque
dignitatis primas ferat. Hinc illud He-
braicæ linguæ mysterium, ut dum ali-
quid fœminæ tribuitur publici mune-
ris, aut quod potius ad virum specta-
ret, conjungat nominibus fœminarum,
verba masculina, ut cū Booz benè
precabantur de conjugio Ruth; *Faciat
Dominus hanc mulierem, ut sit exemplum vir-
tutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in
Beth-lèhem.* In Hebræo est apostrophe ad
ipsam Ruth per verba masculina, *strenuè
age, & acquire nomen celebre;* nam strenuè,
& cum virtute agere, & comparare ce-
lebritatem nominis ad virum potius per-
tinet, quàm ad fœminam. Similiter
etiam primo Regū 25. cū Abigail oc-
currens David virili plusquā animo id
præstitit, quod Nabal, si vir esset ma-
turius præstare debuisset, cum verbo
masculino attulit jungitur in Hebræo
Dixit Abigail: *Suscipe benedictionem, quam
attulit ancilla tua.* Præclare rem hanc do-
cuit Sapiens, cū propria cuique mu-
nia viro, atque fœminæ attribuit; *Mu-
lier* (inquit) *Fortis,* atque virago, *quæ-
sit Lanam, & linum; & operata est consilio
manuum suarum: manū suam misit ad fortia,*
(proprie ad colum, vel ad vertibulum)
& *digiti ejus apprehenderunt fuscum.*
Deinde texturam exercet; *Sindonem
fecit.* Acu polymitas telas conficit, &
cingulum tradidit Chanaanæ. Domesti-

corum convestiendorum sollicita est,
Omnes domestici ejus vestiti sunt duplicib⁹. Pre-
tiosiores sibi ipsa vestes elaborat, *Strat-
gulatam vestem fecit sibi; byssus & purpura
indumentum ejus.* Omnes quidem hæ pri-
vatæ curæ, & quæ intra privatos pa-
rietes in Gynecæo ipso, id est, extre-
mo domus angulo sustineri, adhibe-
rique possunt, scriptum est enim: *Vxor
tua in Lateribus domus tue.* At viro tribuit
Sapiens ut nobilis, notusq; sit in portis, vi-
delicet publico urbis foro; * *Sedeatq;
cum senatoribus terra.* Eadem profectò pri-
vata, & domestica ministeria sapiētes fœ-
minas edoceri à Pallade scripsit Homer.
Pallas docuit varia Labores,
Pingere acu vestes, opera ardua intexere telis.
Telemachus verò omnem publici mune-
ris curam, matri denegat Penelopii; & ad
colum, fuscumq; ac telam mittit.
Ergo domum mater repetas, muliebria pensa,
Atque opera exercens telasq; pendula fila
Et calathos relegas, famulasq; ad lumina lō
Adhibeas pensis, operumq; adesse labores (gis.
Ipsa jube; nam sermo viris debetur, & oris
Officiū, & ratio, & cui tebis plena potestas
Telemacho est arcis dicendi copia regi.
Sapienti verò consilio paret fœmina pru-
dentissima.
Obstupefacta domus mater cœnacula summa
Ascendit rursus teneris comitata puellis,
Diçāq; Telemachi desigens condita menti.
¶ Hinc jam videas proximum esse, ut
Vir magistratum significet. Qua ratio-
ne Romani suos duum-viros actrium-vi-
ros nominabāt. Sic Gen. 26. *Cum interro-
garetur Isaac à viris Geraræ super vxore sua.*
Intellige viros, qui & interrogandi, &
inquirēdi de rebus publico munere fun-
gerētur. Sed clariùs Iacob filiis Gen. 43.
*Deserte munera viro illi, videlicet supremo
magistratui Aegypti Iosepho.* Eandem
nominis vim expressisse viderur Paulus
Actorum 17. *Indicaturus est orbem in viro*
(iudice supremo) ** in quo statuit.* Ergo
Iob *vir in terra Hus,* certè supremus il-
lius regionis, aut suæ provinciæ, civi-
tatisve magistratus, Dux, vel Rex fuerit;
de quo statim plura. Obiter illud notan-
dum, quod, sicut primam illā viri inter-
pretationem nexuimus cum secūda, ita
certè secūda cum nostra hac tertia be-
nè consentit; namque ut quis princeps
aut Rex imperio dignus futurus sit, vir
esse debet, *Virtute valens irrumpere iniqui-*

Fœminarum
curæ minimè
publicæ.
Psal. 127. 3.
* Hisp. Sea on
bre de plaça,
y de patio de
Audiencia, Re-
gidor, o que
tenga vara.
Homerus Odyf.
21.
Homerus lib. 1.
Odyf.
Vir pro magi-
stratu.
Gen. 26. 7.
Gen. 43. 11.
Act. 17. 31.
* Que ya tie-
ne dada la pla-
ça de supremo
juez, y publi-
cado quiesca.
Magistratus
vir esto.

Ecl. 7.6.

tates. Quod cum Moyſes expertus mu- nus ſuum, tum etiam humanorum hu- merorum imbecillitate agnoſceret, Deum precatur Numero. 27. Provideat Domi- nus Deus Spirituum omnis carnis (cujus eſt carnis imbecillitatem, virtute, & robore ſpiritus fulcire, & confirmare) hominem (proprie IS, virum) qui ſit ſuper multitu- dinem hanc. Dixitq; Dominus ad eum, Tolle Io- ſue filium Nun * virum, in quo eſt Spiritus Dei. quali diceret vividæ cujuſdam, & actuo- ſæ virtutis, tque efficacitatis in nego- tiis tractandis, minime languidum, aut inertem, mortui, & cadaveris inſtar, ſed in quo ſit ſpiritus. Sed rem hanc ſatis hoc loco fuerit indicaffe, ne cum plura dixerimus in unius vocis tractatione, commentarii leges negligere videamur.

An IOB fuerit Rex?

- 14. Cajetani ſententia Iob non fuiſſe regem.
- 15. Iob regem fuiſſe verior Patrum conſenſus, & proba- tiones.
- 16. Particula quaſi, uſus & vis in ſacro ſermone, & alie rei ſuperioris confir- mationes.
- 17. Dalethiorum Regu co- ſuetudo de creando Rege re- gum: & quid nomen Mel- chiſedech.
- 18. Iob Rex regum.
- 19. Iob primogenitus, & quod primogenii ſus.
- 20. Iob regnum obtinuit ſapientia, & virtute.
- 21. Zelus & charitas pro- ximorum iudicem conſti- tuit. (peregriui.)
- 22. Iudices quondam non

I4

Sententia Ca- jet. c. 39. in fi- ne.

QVOD ſupra de Iobi regno indi- cavimus, nunc confirmandum eſt. Et quid ſolum invenio Cajetanum de re non valde dubia dubitantem; imò ne gantem regem fuiſſe; id quod probat ex ipſius Iobi verbis infra cap. 29. Cum ſede- rem quaſi rex circumſtante exercitu. unde col- ligit duo; primum, non fuiſſe regem, ſed quaſi regem; alterum, fuiſſe principem civitatis, atque exercitus.

I5

Iob Regem fuiſſe pluri- morum Pa- trum conſen- ſus. LXX. Theophanes.

Sed quidem regem appellant Septua- ginta, ſic enim ſcribunt in fine capituli. 42. Hi ſunt reges, qui regnaverunt in Edom, cujus regionis etiam ipſe Iob dominatus eſt. His licet ferè omnes Græcos adjungere. Afferit Theophanes Nicænus epiſt. 2. de Pati- entia, profertq; aliud ex LXX. teſtimoni- um. cap. 2. (quod tamen non habetur neque in Complut. neque in Vaticanis) a capite enim, inquit, uſque ad pedes in ſanabilis, & doloribus plenus, & nudus ſuper ſinu ſedet, qui pau- lo ante potens, & rex erat. Iſidorus lib. de vi- ta, & morte ſanctorum appellat regem Idu-

mæorum: Cæſarius germanus Nazian- zeni, dialogo 3. ait: Concedit Deus hoſti ex- terna, ut innotescat omnibus interiora regis ſce- ptra ſuis fulgoribus obſcurantia purpuram ad ſpectabilem, & diadema. præerat enim ſolus re- gioni Viſitarum cum imperio. Gaudetius Bri- xianus regem Arabie; D. Proſper de pro- miſſionibus. numerat inter Duces de ge- nere Eſau; idem planè docent Philippus, Beda, & alii mox adducendi.

Et primò quidem probari poteſt ex ipſius Iobi non uno tantum teſtimonio nam eam regis, ſupremique iudicis con- ditione ipſe deſcribit cap. 29. ad portam enim civitatis, publicum videlicet urbis forum, ait, ſolitam ſibi parari cathedram procedenti ad exercenda publica iudicia, publicæque rei adminiſtrationem. Commemorat aſtantes ſibi principes, duces, ſenes; meminit diadematis, quod erat regum inſigne, & iudiciariæ veſtis, quam principes iudicaturi aſſumere ſolebant: Iuſtitia, inquit, indutus ſum, & veſti- vi me ſicut veſtimento, & diademate iudicio meo; & tandem concludit: Cum ſederem quaſi rex circumſtante exercitu.

Illud autem quaſi, in quo Cajetanus hæſit, ut ſæpè docent ſacri doctores, non tam ſimilitudinem, quam veritatem adfert: Hiſp. ſic exprimit, Como Rey que era con ſu gente de guardia. Quod ipſo lo- co agnoſcit Beda. Et Nicetas in fine capituli 42. eundem locum tractans ait: Illud ſicut, non propter ſimilitudinem adhibetur, ſed ut re vera eum poteſtate regia viguiſſe intel- ligamus. Simile ad Ioannis 1. Gloriam quaſi unigeniti à Patre; ex Hieronymo. & Pſalm. 125. Facti ſumus ſicut conſolati. ex Augu- ſtino. Marci. 6. Alii dicebant, quia Prophe- ta eſt quaſi unus ex Prophetis. Quod verò illum circumſtaret exercitus, nihil mi- nuit regiam dignitatem; imò potiùs confirmat; nam in illo tempore reges ſolebant ad bella procedere; nec alius erat Rex, quam Dux, & Imperator. Neq; verò valde moror quòd Regem, principem, aut ducem appellari velit Ca- jetanus, dum concedat fuiſſe ejus terræ magiſtratum ſupremum.

Deinde verò cap. 19. conqueritur: Spoliavit me gloria mea (opibus, quæ glo- rioſum reddunt hominem, vel glorio- ſo, & inſulto regni ſtatu) abſtulit coro- nam de capite meo. Quod cum Polychro- nio eo loco volo potiùs ad regnum re-

Cæſarii.

Gaud. in præ- tract. in ſcrip. Proſp. de promiſ. p. 1. c. 22.

Prima proba- tio. Iob 29.7.

ſ. 8. & 9. ſ. 14. ſ. 14. ſ. 25.

I6

Particula qua ſi in ſacro ſer- mone. Beda. Nicetas.

Ioan. 1. 15. Pſal. 125. 1. Hieron. Ioan. 1. Chryſ. hom. 10. in Ioan. Aug. ſuper Pſal. 125. Marc. 6.

2. probatio. Iob. 19. 9.

Polychron.

Iſidorus.

Iob. 3. 14.

Iſidor. de vita & morte ſancto- rum.

Tertia ratio.

Iob. 4. 10. 11.

Prob. 19.

Iob. 15. 34. & c. 36. 18. & c. 22. 8.

c. 34. 15. 19.

Verf. 30.

c. 36. 5.

Tertia confir- matio. Iob. 2. 15.

Iob ſuis amicis regno ſuperior

I4

Regum Pale- ſtinarum con- ſuetudo.

ferre, juxta ſimplicem, & propriam vo- cum ſignificationem; quam, ubi ſen- ſus nihil abſurdi habet, cum aliis de- torquere ad metaphoram. Eandem rem olet quod cap. 3. ait: Nunc dormiens ſle- rem, & ſomno meo requieſcerem cum regi- bus, & conſulibus terræ. Significat enim pa- ri conditione fuiſſe cum Regibus, & ſupremis magiſtratus; propterea que nihil mirum, ſi mors illum præripuiſſet, quæ innumeros alios reges proſtravit. Huc tadem Divus Iſidorus refert quòd cap. ultimo filiã vocaverit Cornu-ſtibii; nã cum in ſacro ſermone per Cornu, ſignifi- cari ſoleat regni potètia, & robur, eo no- mine ſignificavit regnum ſibi reſtitu- tum.

Secundus probationis Locus eſt triu- amicorum Iobi non leve hac de re te- ſtimonium; nam pro regni paterna ad- miniſtratione tyrannidem illi paſſim obijciunt; Leonem illum appellant, uxorem lænam, filios catulos Leonum cap. 4. Quæ dicendi forma in regem crudelem, regiamque familiam refer- tur Proverb. 19. Præterea quòd mune- ra acceperit, juſque perverterit iniquè adminiſtrando iudicis munus cap. 15. & cap. 36. Accedit quod Eliphaz ait: cap. 22. In fortitudine brachii tui poſidebas terram, & potentiſſimus obtinebas eam. Et quod ab Eliu dicitur cap. 34. quod du- bium non eſt tacitè propter ipſum Io- bum dici: Qui dicit regi apoſtata, qui vo- cat duces impios, qui non accipit perſonas prin- cipum, nec cognovit tyrannum cum diſcepta- ret adverſus pauperem. Et ruruſ: Qui re- gnare facit hominem hypochritam propter pec- cata populi. Et iterum cap. 36. Deus poten- tentes non abjicit, cum & ipſe ſit potens, & re- ges in ſolio collocat in perpetuum, & illic eri- guntur.

Tertius locus ex lib. Tobie, ubi tres amici reges dicuntur, qui aut æquales, ut amicitia exigit, aut certè inferiores Io- bo fuerunt & ſapientia, & potentia; quæ duæ res regnum conciliabant; id quod ex totius libri decurſu aperte col- ligitur: quare & rex, & regno illis ſu- perior fuiſſe exiſtimandus eſt.

Quòd ſi ea, quæ inter Pæſtinos re- ges viguiſſe videtur conſuetudo, per- manavit etiam ad Huſitas, quippe vi- cinos; profecto non ſolum regem ſed Regem regum aliorum, id eſt ſupremum

inter alios illius regionis reges, ut pote ſapientiſſimum, & ſanctiſſimum, exiſti- mare Iobum debemus. Enim verò Cha- nanæi reges unum aliquem ex ipſiſſime delegiſſe videntur communibus ſuffra- giis, ad quem ex aliorum tribunalibus provocatio, & appellatio eſſet, tanquam ſupremum, juſtiſſimum & incorruptiſ- ſimum; qui etiam aliorum privatorum regum cauſas, liteſq; componeret. Non enim ſine cauſa factum credendum eſt, ut ex illis aliquis communi nomine ap- pellaretur Melchiſedech, id eſt Rex juſtitia, ut interpretatur Paulus) aut Adoniſedech, id eſt: Dominus juſtitia; ſicuti apud Aragonios nunc etiam ſupremus ma- giſtratus dicitur, el Iuſtitia. Rei hujus conjectura fieri poteſt ex ipſorum no- minum ſignificatione; quæ non tam propria videntur, quam appellatiua; cõ- ſtant enim ex partibus ſignificantibus, Melchi-ſedech, id eſt Rex meus juſtitia. Adoni-ſedech, id eſt Dominus meus ju- ſtitia: dignitatis enim videtur hæc ap- pellatio; quam verosimile eſt habuiſſe reges Hieruſalem, Melchiſedech & Ado- niſedech urbis imprimis nobilis; atque eò videtur Iſaias alludere capit. 1. cum ait cognomen illud Civitatis Iuſtitia, quod propter peccata amiſerat, fore ut aliquando illi reſtituatur: Quomodo facta eſt meretrix civitas fidelis plena iudicii? Iuſti- tia habitavit in ea; nunc autem homicida. De- inde: Reſtituam iudices tuos, ut fuerunt priùs, & conſiliarios tuos, ſicut antiquitus: poſt hoc vo- caberis Civitas juſti (Hæb. Ghir-Sedech ci- vitas juſtitia) urbs fidelis. David verò vim & injuriã paſſus ab hoſtibus ſupremum regem appellat, à quo, pro ſuo juſtitia- tuendæ munere, adverſus potentiſſi- mos quoſq; tyrannos ſtatim exauditus eſt Pſalm. 4. Cum invocarem exaudivit me Deus (Eloah iudex ſupremus) juſtitia (Se- dech) mea. ſuam autem David appellat ju- ſtitiam Dei, quòd iudicis, ſicut Dei, æ- quitas in miſerorum, & oppreſſorum de- ſenſionem incumbere debeat. Neq; hæc Regis regum appellatio, & dignitas in- cognita fuit; apud nationes alias; nam præterquam quòd apud Parthos, Arta- banus Rex magnus primus appellatus eſt, dupliciq; diademate uſus ut Herodia- nus ſcribit: & apud Perſas, ut Plutarchus autor eſt; unde illud Ageſilai Aſiaticis ex conſuetudine, regem Perſarum ma-

Supremus re- gum Channa- agorã rex.

Heb. 7. 1. Iofue. 10. 1.

מלכי צדק אדני צדק

Notio nomi- nis Melchiſe- dec, & ſimiliu

Iſai. 1. 21.

עיר צדק

Pſalm. 4. 1.

Rex Regum apud na- tiones alias. Artabanus.

Herodianus. lib. 6. Plutarchus in Lacumis.

Dicitur Age filii.
Sueton. c. 6. Plutarchus.
Iulius cap. 24.
Marcellin. lib. 17.
Plin. lib. 30. c. 3. Plutarchus.
Diodor. lib. 2. c. 1.
18
Iob Rex regum. Iob. 1. 3.
Iob. 29. 11.
Verf. 11.
Verf. 16. Abimelech quid.
19
Iob primogenitus ex

gnum vocantibus: *Ecquid ille (inquit) me est major, nisi & justior & modestior?* Certè tum hæc magni Regis appellatio apud Parthos, & Persas ad Regem regum pertinebat. Nam & Suetonius in Caligula Parthorum Regem appellat: & Plutarchus in Pompejo trahit, Pompejum noluisse Parthorum regem appellare Regem regum, ut à cæteris appellabatur. Persarum etiam regem Saporem Regem regum appellat Iulius Capitolinus; illumque ad Constantium Imperatorem hoc titulo scripsisse: *Rex regum Sapor particeps siderum, & frater Solis & Luna. Constantio fratri meo S.P.D.* Marcellin. scribit: Magicam quoque in Oriente Regum regibus imperare trahit Plinius: Armeniorum regem Tygranem Plutarchus in Lucullo, Regem regum dicit: deinde à Egyptiorum reges Simandrum, & Sesostrum se Reges regum in suis tumulis cognominasse Diodorus meminit. Igitur (ut ad Iobum redeamus) his proculdubio consonant, quæ de Iob dicuntur; quod fuerit, *Vir, Rex vè magnus inter omnes Orientales.* Quæ magnitudo non ad opes solum, sed ad dignitatis, & honoris gradum, pietatisque, & sapientiæ pervulgatam apud omnes de illo existimationem referendum est. Deinde cap. 29. *Quod auris audiens beatificaret illum, eo quod Liberasset pauperem vociferantem, & pupillum cui non erat adiutor.* Quo indicatur non solum suis jus dixisse, sed etiam exteris, qui in aliis tribunalibus aut injuriam patiebantur, aut jus suum non assequebantur. Præterea ex eodem cap. quod *principes illi assistebant, duces* (proprie gubernatores, & iudices) cohibebant vocem suam, & lingua eorum gutturi suo adhærebat: *Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo.* Adde quod illud idem officium præstabat, quod reges Geraræ regio, eodemque communi nomine profitebantur, cum ait: *Pater eram pauperum,* quid enim aliud significat *Abimelech*, nisi, pater meus Rex. Ergo iudices alij, exteriorque magistratus indicantur ab illo expectasse postremum de litibus iudiciu, & patrem etiam se præbuisse miserorum adversus aliorum principum potentiam.

Hinc jam pro totius hujus rei coronide pauca quædam colligamus. Primum cum Philippo, & Beda Iobum fuisse primogenitum; nam regia, tum etiam sa-

cerdotalis dignitas non nisi primogenitis deferri solebat. Id quod etiam ante datam legem in Abrahami familia observatum videmus; nam illa erant *primogenita* Esau; tum quod sacerdos esse deberet; sacerdotales namque fuisse vestes illas valde bonas, quas apud se Rebecca domi habebat; verosimile est ex multorum sententia; tum quod esset quasi Rex duxve cõtribuliũ suorum, & caput universæ familiæ. Id quod aperte indicat Isaac benedictionem impertiens Jacob, quem existimabat esse primogenitum Esau. *Serviant tibi populi, & adorent te tribus: esto dominus fratrum tuorum, & incurventur ante te filii matris tue.* Deinde ad Esau respondit: *Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres ejus (Jacob) servituti illius subjungavi.* Idem confirmavit Jacob moribundus filium allocutus primogenitum: *Ruben primo genitus meus prior* (esse debuisses jure primogenii) *in donis* (capiebat enim duplicem hæreditatis partem præ aliis fratribus) *major in imperio* (regis, aut ducis: iudicisve, tum etiã sacerdotis) *non crescas* (prop. non excellas, neque caput attollas). Res quidem ab aliis etiam gentibus observata. De Iobi verò sacerdotio inferius dicemus.

Secundò non constat, an Iob regnum obtinuerit à suis majoribus jure hæreditario propter sanguinẽ, & genus; an verò electione, & suffragiis populi. Licet quidem probabilius sit, non accepisse à parente regnum, sed suæ sapientiæ, & sanctitatis merito sibi cõparasse delatũ à populo. Nã Septuaginta, qui Parentem Iobi nominant Zarem, regni aliquid habuisse non scribunt; nec verò legimus illius nominis regẽ ullum. Tum & Moyses describens catalogũ regum Idumæorum, quamvis quidem recenset Zaram Ducem nepotem Esau, & deinde scribat Iobab, (quem dicemus paulò post eundem esse qui Iob) tamen Iobab filius Zaræ scribitur successisse in regno Belæ, nõ Zaræ: & regi Hufam Themanitæ successit in regno Adad filius Badad: & Sauli successit in regno Balanam filius Achobor. An verò à Patre Zara imperium, potestatemve ullam jure primogenii Iob acceperit, tunc dicemus, cum de illius genealogia diseruerimus; tum etiã de opulentia, & nobilitate, quæ illi ad regnum viam patefecerunt.

Philippo, & Beda.
Primogenita Esau, quæ, Gen. 25. 31. Gen. 27. 25.
Primogenitus sacerdos, & suæ familiæ caput.
Gen. 27. 27.
Verf. 37. Gen. 49. 3.
20
An Iob Regnum hæreditario obtinuerit.
LXX.
Gen. 36. 13. & 15.

Dein-

21
Chrysof. in c. 26.
Aristot. I. Pol. c. 1. 3. 4.
Exod. 2. 14.
Dan. 13. 45.
Iob. 2. 18.
Psal. 68. 10.
22
Iudices quondam non externi aut peregrini.
Proverb. 31. 10.
Deut. 18. 15.
Luc. 4. 22.
Plutarch. de nativa in progeniem suam caritate.

Deinde verò consequens hoc loco est illa in hanc ipsam rem Chrysofomi interrogatio, atque responsio. *Quis cum iudicem constituit? à se ipso, hoc est ab ipsa virtute creatus est iudex quemadmodum Moyses; tales videlicet decebat esse principes.* Verè quidem, atque sapienter: Quemadmodum enim Aristoteles docuit, quosdam esse, nascique natura servos, quosdam ad imperandum; illos, qui corpore, hos, qui mente plus valent; ita sanè quos fratrum suorum amor, justitiæque, & veræ pietatis zelus inflammat, licet non nati, sed à virtute tamen informati, & facti ad imperandum, judicandumque, vel soli, vel primi censei deberent. Stultè sanè Hæbreus ille cum Moyse exposulavit: *Quis te constituit iudicem, & principem super nos?* Puerũ duodecim annorũ Danielẽ animi candor, & Dei spiritus constituerunt iudicem presbiterorum iudicum nemine vel reclamante, vel provocante ad tribunale aliud; sicut scribitur, *cum Susanna duceretur ad mortem, suscitavit Dominus spiritum sanctum pueri junioris, cujus nomen Daniel, & exclamavit voce magna, Mundus ego sum à sanguine huius. Et dixerunt ei senes, Veni, & sede in medio nostri, & indica nobis, quia dedit tibi Deus honorem senectutis.* Ergo stulti, atque improbi Iudæi, qui Christo redemptori ejicienti de tẽplo vendentes, & ementes oves, & boves, & publico tunc per flagellum iudicis officio fungenti dixerunt: *Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis?* cum ex ipso zelo domus Dei tuendæ facere possent conjecturam iudiciariæ illius, atq; legitimæ potestatis; tunc enim discipuli recordati sunt, quia scriptum est: *zelus domus tue comedit me.*

Tandem illud; non fuisse opus prioribus sæculis externos reges, aut iudices accersere ex remotis regionibus, & gente ignota, ut procul esset, & de ultimis finibus pretium, & existimatio illorum: creabant enim principes; & magistratus de genere suo, & de gente sua; & præter generis, & familiæ claritatem, ut quisque sapientia, fortitudine, pietate, & benevolentia in suos præstabat cæteris, ita erat in patria sua acceptus, & suis civibus summa fide, & caritate imperabat. De posterioribus autem sæculis sapienter dixit Plutarchus. *Appellationes, & peregrina instituire subsellia Græci primum obmutuam diffidentiam commenti sunt; quasi as-*

cititiam justitiam, sicut rem necessariam aliam, quæ apud ipsos nõ proveniret, desiderarent. Sed nunc de hoc non plura; neque verò de viri honorifica appellatione, & sancti Iobi regali propter virtutem honore.

Erat in terra Hus.

23. Quæ proprietates, præteriti imperfecti in sacro sermone. Vulgati quoque defenso.	recepta pronuntiatio. Et rursus de nomine Hus.
24. Quid terra in sacro sermone comprehendat.	28. Situs terra Hus, & dimidiæ tribus Manasse.
25. Regna uno, vel pluribus oppidis constantia.	Mons Hermon, Scamite, & Nomades. Themã.
26. Nomen Hus multipliciter scriptum. Et de Hebræorum densiori aspiratione.	29. An Hus ad Idumeam pertineat?
27. Remenda communi usu	30. Præpositio In quid valeat. Idumea duplex. Noms Galaad, Hermon, Libanus.

23
M Inuta interrogatio, sed non omnino inutilis; Quare quod juxta Hebræum, & Græcum vertendum videbatur, fuit, quo etiam modo legerunt Septuaginta; Interpreter præterito imperfecto reddit? An quia Hebræum præteritum valet utrumq;? Liberum ergo fuit hoc, vel illo modo vertere. An quia hic liber potius vitam Iobi, quam mortem describit? quare non tam illum præteriisse, quam eam, in qua tunc erat vitæ conditione, cum in hostem, & latrones incidit, significare voluit? imperfectum namque præteritum servire solet exprimendo continuum aliquod vivendi institutum, aut indefinẽtem vitæ cursum; ut id Genesis 10. quod in Hebr. est: *Nerod fuit robustus venator.* Doctè reddit interpreter, *erat robustus venator coram Domino,* idest continuò se in venatione exercebat. Genesis 42. *erat fames in terra.* Hebraicè, *fuit,* idest durabat, & invalescebat quotidie. Exod. 8. *erant Ciniphe Hebræi fuerunt,* indefinẽtem vim eorum significat. 3. Regum. 5. *Erat pax inter Hirã, & Salomonem,* Hebr. *fuit,* firma, stabilisq; amicitia indicatur. An quia ea loquendi ratione exprimitur securum quoddã vitæ genus, constãs, tranquillum, eatenus nunquam abruptum? Sic sanè Nabuchodonosor fubitã ex terrifico somnio conturbationem animi sui, historiãque universam narraturus, orditur ab illis verbis: *Ego Nabuchodonosor quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo.* Et id

Per præteritum imperfectum quid exprimitur in sacris.
Apud Hebræos perfectum & imperfectum præteritum idem.
Gen. 10. 9.
Gen. 42. 5.
Exod. 8. 18.
3. Reg. 5.
Dan. 4. 1.
Exod. 1. 5.

A 5

Exod.

Exod. 1. post recentitiam omnē familiā Iacob subiungitur, *Ioseph autem in Aegypto erat.* Hebr. *fuit*, id est, prosperē agebat Ioseph, illiusque, ac suorum fratrum domus securā omnino, atque pacatā florebat. Sic etiam de se vir Iob: *Ego ille quōdam opulentus* (prop. quietus, & securē agens) *repentē contritus sum.* Igitur, *vir erat in terra Hus*, quietus in domo sua, florens in palatio suo, qui subitō, & insperatō contritus est.

24
Terra in sacro sermone.
Reg. 5. 12.
Deut. 14. 14.
Jerem. 25. 17. & 20.

In terra Hus. Terram pro regione accipio latiore, & quā plura sub se regna complectatur. Licet enim pro uno tantum regno accipiatur aliquādo. 3. Regū 5. *Fecit Asa rectam, & abstulit effaminatos de terra.* id est de regno suo. Imo & strictius pro una tantum urbe. Deut. 34. *Nō negabis mercedem advena, qui tecum moratur in domo tua, & intra portas tuas.* Sed hoc tamen loco latius patere hoc nomen, respicienda sunt; nam plures esse reges Aufiditis Ieremias testatur cap. 25. dicit enim, *propinatim calicem, acceptum de manu Domini cunctis regibus terra Aufiditis.* Sed an ita latē accipi debeat terra Hus, ut vel universam Idumeam, vel maximam illius partem comprāhēdat, paulo post differemus. Illud hoc loco animadvertendum regna singula non singulis tantum civitatibus, sed pluribus etiam oppidis constare potuisse; nam licet Hebræi regem aliquando appellent, qui unius tantum urbis, aut oppidi princeps est (ut observant Lyra Tob. 2. Andreas Masius Iosue 13.) sed eiusmodi potius regulos, quā reges dixeris. Tamen Iosue 10. reges numerantur, quibus plura parebant loca: *Sehon rex Amorrhæorum, & Og rex Basan.* Id quod etiam in aliis regnis, atque regibus Iericho, Hai, Hierusalem cum aliis viginti octo, quos percussit Iosue, annotavit eo loco David Kimhi.

25
Regna quondam singulis oppidis constantia, tum etiam & pluribus.
Lyra.
Masius.
Iosue 2. 10. & cap. 10.
David Kimhi.

Quod verō ad ipsum nomen terræ Hus attinet, nil mirum si à suo fonte aliquantulum detorsum sit, nam cum nomina propria ex propria in aliam linguam transeunt, magnam mutationem subeunt, & plerāq; Hæbra corruptē legi in Græcis, Latinisque codicibus Hieronymus ipse cōqueritur ad Fabiolā māsione 9. Septuaginta, ergo atq; Græci terram Aufididē dixerunt quasi Husitidē, ut Hieronymus dixit de locis Hæbraicis, quā

26
Hus quare ratione scribitur.
Hierom.
LXX.

etiam nominis inflexionem servavit Latinus interpres Ierem. 25. nominans reges terræ Aufididis. Licet quidem Aquila Hebræum, quoad fieri potuit, retinuerit in Græco, vertens terram *Hus*; quomodo legerunt etiam Septuaginta Complutenses, & Chrysostomus sermone de patientia Iob. Hujus mutationis causa est lenior Græcorum, & Latinorum pronuntiatio; Hebræorum verō longē asperior, & densior, fortē etiam significantior, præsertim in prolotione aspirationum, & gutturalium. In Hebræo autem Hus scribitur per *Gham*, quæ est densissima aspiratio, rursus in fine per *Tsade*, quæ vix habet litteram sibi respondentem ex æquo apud Græcos, & Latinos. Quare Græci, qui aspiratione carent, non aliter potuerunt vertere densissimam aspirationem Hebræorum; de quo scribit Hieronymus ad Titum 3. *Septuaginta non potentes convertere in Græco aspirationes Hæbraicas, aliis litteris additis, ut possunt, exprimunt;* idēque asserit, Latinos etiam in prolotione gutturalium solere ab Hebræis irrideri imperitiā, cum plerāque à Latinis corruptē proferatur. Sed præstat tamē post confirmatum usum veterem, atque communem proferendi consuetudinē, ab illa non discedere, quam si semel nomina propria ad sua exemplaria exigas, scribas, & proferas, nomina ignota, & in audita auditorum auribus ingerere; quis enim cum nimis quibusdam Hæbraizantibus jam nunc, & proferre, & scribere inter Latinos velit. *Iesaiahu, Imeiah, Iechezchel, Chaggahai,* pro Isaiā, Ieremia, Ezechiele Aggæo. Rursus, *Selomoh, Iardem, Iosiah, IitschaK,* pro Salomone, Iordane, Iosia, Isaac. *Parath* pro Eufrate; *Chasdim* pro Kaldea, *Madai, & Parazz* pro Medis, & Persis?

etiam nominis inflexionem servavit Latinus interpres Ierem. 25. nominans reges terræ Aufididis. Licet quidem Aquila Hebræum, quoad fieri potuit, retinuerit in Græco, vertens terram *Hus*; quomodo legerunt etiam Septuaginta Complutenses, & Chrysostomus sermone de patientia Iob. Hujus mutationis causa est lenior Græcorum, & Latinorum pronuntiatio; Hebræorum verō longē asperior, & densior, fortē etiam significantior, præsertim in prolotione aspirationum, & gutturalium. In Hebræo autem Hus scribitur per *Gham*, quæ est densissima aspiratio, rursus in fine per *Tsade*, quæ vix habet litteram sibi respondentem ex æquo apud Græcos, & Latinos. Quare Græci, qui aspiratione carent, non aliter potuerunt vertere densissimam aspirationem Hebræorum; de quo scribit Hieronymus ad Titum 3. *Septuaginta non potentes convertere in Græco aspirationes Hæbraicas, aliis litteris additis, ut possunt, exprimunt;* idēque asserit, Latinos etiam in prolotione gutturalium solere ab Hebræis irrideri imperitiā, cum plerāque à Latinis corruptē proferatur. Sed præstat tamē post confirmatum usum veterem, atque communem proferendi consuetudinē, ab illa non discedere, quam si semel nomina propria ad sua exemplaria exigas, scribas, & proferas, nomina ignota, & in audita auditorum auribus ingerere; quis enim cum nimis quibusdam Hæbraizantibus jam nunc, & proferre, & scribere inter Latinos velit. *Iesaiahu, Imeiah, Iechezchel, Chaggahai,* pro Isaiā, Ieremia, Ezechiele Aggæo. Rursus, *Selomoh, Iardem, Iosiah, IitschaK,* pro Salomone, Iordane, Iosia, Isaac. *Parath* pro Eufrate; *Chasdim* pro Kaldea, *Madai, & Parazz* pro Medis, & Persis?

Sed ut revertamur ad Hus, quot sunt in Hebræo aspirationes, tot modis variari potest scriptura illius, atq; totidem etiam, quot sunt litteræ Latinæ similes litteræ *Tsade*, videlicet *Hus, Hutz, Huz,* Rursus, *Hus, Hhus, vel Chus,* sed proximē exemplari *Ghutz.* atque hæc de nomine dicta sunt. Quod verō spectat ad ipsam terram Hus, non multum differre videtur dissensio autorum nomine tenus, re tamen ipsa conveniētium. Nam Kaldaus hanc ipsam vocat terrā Armeniā; Chrysostomus in caten. Arabiam; alii com-

Aquila.

Complutenses. Chrysost.

Densior spiritus Hebræorum.

υ
ϕ

Hieronym. de Græca versione.

27

Retinēda antiqua. & usu communi recepta pronuntiatio.

Variationes nominis Hus

Hus aliis nominibus nominata.

Kaldaus. Chryf.

muni

Situs terræ Hus: LXX. Euseb. Plinius. Ptolomæus. Thren. 4. 21. Olympiod. in titio caten. Abulens. super prolog. Hieron. & Num. 20. Brochard. Fret. lins. Breidembachius in descriptione terræ sanctæ. Sepulchrum Iob. Pyramides superstructæ sepulchris Regum.

muni nomine Idumæam; nam à vicinis provinciis, aut regionibus hæc omnia derivari possunt in terram Hus: fuisse namq; in confinio illarum terrarum testantur Septuagint. cap. ultio. *Habitavit (inquiunt) Iob in terra Aufside in finibus Idumææ, & Arabia.* & Eusebius lib. 1. de præparatione evang. cap. 4. profert Aristæā in Iudaica historia scribentem, Iobum habitasse in Idumææ, & Arabiæ finibus; cōsentiunt Plinius lib. 15. cap. 13. & Ptolomæus dicētes terram Hus esse in Arabia, & utramque affinem esse Idumææ. Id quod Ieremias indicat Thren. 4. *Gaude, & letare filia Edom, quæ habitas inter Hus.* Adde etiam quod Olympiod. ait, Sermone tūc temporis celebratum esse extare sepulchrum sancti Iobi in Arabia. Idēque asserunt Abul. Brochard. Fret. Breidemb. permanere etiam tunc Pyramidem sepulchri S. Iob in finibus Idumææ, & Palesthinæ. Quod verosimile est, cum in omni sæculorum memoria illam sepulchris regum superstruēdi Pyramides consuetudinē viguisse Aegyptus testetur suarū miraculo Pyramidū, non quidem pro condendo frumēto ut nonnulli frigide senserūt, sed pro cōden-

dis regū cadaveribus, ut scripsit Herod. *Herodot. Gorop. in Hermap.* Caterum pro clariori intelligētia terræ Hus brevem quandam illius tabellam libuit subicere, quam magna ex parte elaboravit, atq; in suo terræ Sanctæ Theatro reposuit Christianus Adrichom diligentissimus terræ Sanctæ descriptor, & quam nos in paulō diversam formam redactam subicere curavimus, nō quod existimemus minutiora quæque loca, quæ nunc visuntur, antiquis respondere omnino, quāvis nomine assentent, aut certō quodam milliarium, atq; passuum numero antiquam illam locorum, urbium, provinciarum distantia nunc certō posse ubique constare post tot annorum series, tot locorum ruinas, quæ aut bello, aut rerum vicissitudine, aut temporū vetustate, aut loci tædio incolis aliō migrantibus, aut alia de causa ubi vis gentium contigerunt; (in minutissimis enim huiusmodi descriptionibus, quantū fidei mereantur Geographi quidam alii viderint) sed ut præcipuarum partium, montium, regionum, regnorum, & quas vocant positionum ratio constet ad sacra nostræ historiæ, & terræ Hus intelligentiam non inutilis.

Descriptio terræ Hus.



EST

28

Situs, & topographia terræ Hus. Dimidia tribus Manassæ ubi quoudâ.

3. Regum. 4. 13

Hieronymus.

Ioseph. de Bello lib. 3. c. 2.

Montis Hermonis varriæ appellaciones.

Ezechiel. 7. 5. Dent. 4. 143. Cant. 4. 5. Ezech. 27. 5.

Beroaldus notatur.

Scœnitæ qui, & unde dicti. Plin. lib. 6. cap. 28.

Nomades, qui.

Hierony. Ezech. 27. 21.

Fines terræ Hus, & Iaticu do.

EST igitur terra Hus cis Iordanem in ea forte, quæ dimidiæ tribui Manassæ attributa est. Cùmque dimidia tribus Manassæ porrigatur usque ad montem Hermon, amplectatur etiam regionem Argob, quæ est sita super Iordanem, ut ait Hieronymus de Locis Hebraicis; & erat in ditioe Basan, ut dicitur 3. Regum. 4. Ben gaber præerat in omni regione Argob, quæ est in Basan. tum etiam comprehendat sub se juxta Argob regionem Trachonitidæ etiam super Iordanem, ut scribunt Hieronymus de Locis Hebraicis, & Ioseph. lib. 3. de Bello. certè Hus, media est inter Trachonitidem, atque Argob, & montem Hermon. Habet igitur ab Occidente Iordanem, Trachonitidæ, & Argob; ab Oriente verò Hermon; non illum, qui citra Iordanem monti Tabbor conjungitur, sed alium majorem, & celsiorem trans Iordanem, qui etiam Sannir dicitur: Ezech. 27. & Sion Deute. 4. abundatque leonibus, & pardis Cant. 4. tum etiam laudatissimis abietibus ad tabulata navium Tyriarum Ezech. 27. à Meridie verò habet montem Seir, siue Edom, quem incoluit Esau; tum etiã Idumæam, & desertum Arabiæ; paulò inferius ad latus Meridiei habet regnũ Basan, & regionem Galaditidem, & Lacum Genesareth: tandem ab Aquilone habet Damascum, & Libanũ. Matthæus verò Beroaldus parũ exactè videtur de Hufitis loquutus, dum illos miscet, confundit potius, cum Scœnitis: namq; Scœnitæ sunt incolæ Arabiæ desertæ auctore Plinio, qui propterea Scœnitæ, id est, tabernaculorũ habitatores dicti sunt quòd facile frequentèq; tenatoria mutant; & commigrant libenter, quò illos meliora pascua vocaverint; proptereaq; etiam Nomades, id est, vagi dicuntur: ferè enim, qui illas solitudines incolunt, pascendis pecoribus vivunt: ut enim ait Hieronymus Ezech. 27. Arabia, & Cedar abundat agnũ, arietibus, & hædis, & Tyri nundinas hac illatione multiplicant, sicut scriptum est Ezech. 27. Arabia, & universi Principes Cedar cum agnũ, & arietibus venerunt ad te negotiatores tui. Hus verò licet sit contermina Arabiæ desertæ, cæterum neque tam raros, neque tam vagos habitatores habuit. Qui verò fuerint fines terræ Hus, quæ urbes, quàm latè patuerint omnino reticetur ab illius terræ descripto-

ribus. Hoc solum indicant peculiare, videlicet Brochard. & Guillelm. Tyr. in suo Bello Sacro ad meridionalem partem terræ Hus proximam esse Suetam, unde nomè originemq; duxerit Baldad Suthites; ad Septentrionem Frételius constituit Naamath, unde Sophar Naamathites: proximiorum verò Iobi sepulchro iidem descriptores faciunt Theman, ex qua Eliphaz Themanites, & similiter Septentrionalem. Quam in re omnino contrarium habent Hieronymus, qui tum de Locis Hebraicis, tum etiam super id Amos 1. Mittam ignem in Theman, ait Theman esse australem provinciam, & ipsam nominis Ethimologiam id significare. Quare Theman appellativè sumptum sæpe in Scriptura pro meridie usurpatur, quod noster interpres Austrum vertit Iob. 9. & 39. Exod. 26. Habac. 3. & mare, quod sit ad meridiem, Psalm. 88. Aquilonem, & Mare. Cujus significationis illa analogia est, quòd cum, Theman descendat à Iaminus quòd est dextera, aut dexter, vel dextris respicientibus Orientem, quæ est quasi prima, præcipua, & anterior mundi plaga Meridies dexter est; ideo dextrum pro Meridionali plaga. Tum etiam Theodoret. super id Ezech. 20. Contra viam Austrum, ait, Theman Græcè Meridiem esse quamquam, id quod Cant. 4. Super id veni auster, &c. addit, Theman Hebræorum, & Syrorum lingua significare, vocè, nescio unde hauserit. Sed statim pauca alia de Theman.

His tamen, quæ diximus objici potest, non videri terram Hus separandam ab Idumæa, neq; à monte Seir; imò omnino ad Idumæam pertinere; id quod probari potest. Primò ex sacra Scriptura quæ terram Hus conjungit cum Idumæa Thren. 4. Gaude, & latere filia Edom, quæ habitas in terra Hus, ubi videtur nõ solum contineri terra Hus in Idumæa, sed potius Idumæa in terra Hus.

Secundò, quoniam Iobab, quem dicemus fuisse Iob, recensetur inter Duces Idumæos Gen. 36. atq; adeò Idumæum illum appellant ducti conjectura terræ Hus, Isidor. Prof. Euse. Aristæas superius adducti: neq; verò exteris imperasse, sed suis certũ est. ergo terra Hus Idumæa est.

Tertiò quoniam Theman, quæ vicina erat terræ Hus, erat etiam vel conjuncta Idumææ, vel potius in ipsa Idumæa; Ie-

Brochardus in suo Itinerari. Guillelm. Tyr. de bel. sac. lib. 2. 2. Suetæ.

Frételius Naamath.

Theman.

Hierony.

Amos. 1. 11.

Theman appellativè sumptum.

Iob. 9. 9. Iob. 39. 29. Habac. 3. 29. Psalm. 88. 13.

Themã à qua radice.

יָמִין יָמִין

Theodoret. Ezech. 20. 45.

Cant. 4. 16.

29

An terra Hus ad Idumæam pertineat. i. objectio.

Thren. 4. 21.

2. ratio.

Gen. 36. 33.

Prosper. Euseb. Aristæ.

3. ratio.

Ierem. 49. 7.

Amos. 1. 11.

1. Confirmatio. Abd. 1. 8.

LXX. 2. Confirmatio. Gen. 39. 40.

Responso i. objectio.

Lyranus

30

Præpositio In quid valcat.

Gen. 1. 26.

Onkelos.

Verior responso.

Abd. 1. 3.

Iere. 49. Ad Idumæam hac dicit Dominus exercituum; nunquid non ultra est sapientia in Theman? Et Amos 1. tamquam caput, aut præcipua Idumææ urbs proponitur Theman; Hac dicit Dominus super tribus sceleribus Edom, & super quatuor non convertam eum, &c. Mittam ignem in Theman, & devorabit ades Bosra. Confirmo, ex Abdia, Perdam sapientes de Idumæa, & prudentes de monte Esau. Quo loco originali, pro meridie est, Theman, eandemq; vocem retinuerunt Septuaginta: Pavebunt pugnatores tui, qui de Theman. Rursus corroboro ex Gen. 36. ubi inter Idumæos duces annumeratur Dux Theman; sic enim scribitur: Hac nomina ducum Esau in cognationibus, & Locis, & vocabulis suis, Dux Thamma, Dux Alva, Dux Tetheth, Dux Oolibama, Dux Ela, Dux Phinon, Dux Cenez, Dux Theman.

Primæ objectioni quidam satisfaciunt constituentes duas provincias, aut urbes ejusdem nominis Hus, alteram in Idumæa, de qua ibi loquatur Ierem. alteram verò, in qua Iob vixerit: Sic Lyranus. proptereaq; distinguendæ æquiuocationis causa dictum videtur, quæ habitas in terra Hus.

Secundò dici posset, habitare in terra Hus, idem esse quod ad Hus, vel juxta Hus: nam præpositio illa In, quæ in Hebræo est simplex littera Beth, non uno tantum modo usurpatur à nostro interprete, vertitur enim etiam, ad, vel juxta Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, vel, juxta imaginem nostram, quod alii dicunt; vel secundum imaginem; quod Kaldæus Onkelos in sua Paraphrasi perinde referre existimavit, ac dicere: Faciamus hominem in imagine nostra. Idumæam autem esse conterminam terræ Hus, supra diximus, cùm terræ Hus, conterminam esse Idumææ, & Arabiæ ex multorum testimonio probavimus. Sed illa facilior simpliciorq; responso, Idumæam ibi latè sumi, ut comprehendat etiam terram Hus; secus, cùm strictè sumitur, neque includit terram Hus, neque Galaaditidem, regnumve Basan, sed montem Seir, vel Edom, & quæ illi adjacet regio, ubi habitavit Esau; quæ non tam est, campestris, & plana; quàm montosa & aspera, atque in scissuris petrarum sita, totaque montium fastigiis cinctæ, ut describit Abdias: Superbia cordis tui exultit te habitantem in scissuris petrarum, exaltantem

solum tuum, quæ dicit in corde tuo, Quis detrahet me in terram? Proptereaq; Esau ditio, atque regio, quam incoluit, nominatur in sacra Scriptura Mons Gen. 36. Habitavit Esau in monte Seir. Cæterum à monte Seir, & a posteris Esau, qui ex Seir, siue ex monte Edom descendentes maximum illorum campestris partem, quæ inter Edom, & Iordanem interjacent, occuparunt, totus ille terræ tractus Idumæa dicitur, paulò largiori nomine: præsertim cùm Mons Edom, idem mons, continenter sit cum monte Galaad, Hermon, & cum monte Libano; qui montes claudunt totam illam regionem à Meridie, Oriente, Aquilone; licet in diversis partibus diversa obtineat nomina. Nam cù Galaad mons conjungatur à Iere. cap. 22. cum Libano, oportet medios etiam montes, conjunctos esse; seu potius continuos. Ergo cum Ieremias ait, Galaad tu mihi caput Libani, Docet Galaad esse initium, & primum caput reliquorum montium; tum quia primum situs ordine locum, tum quia cæteris prominètem occupat. Prima igitur pars montis illius longissimè extensi appellatur Galaad mons. Secunda appellatur mons Seir, vel Edom, quem incoluit Esau; tertia mons Hermon; quarta Libanus. Dicitur verò habitare Idumæa in terra Hus, ut significetur Propheta locutus de Idumæa; etiam earatione, qua complectitur terram Hus. Nisi malis terram Hus, vel ob solitatem, vel ob cœli temperationem, vel ob aliquid aliud singulare, & excellens præ cæteris regionibus Idumææ quodam quasi privilegio peculiariter à Propheta designatam. Atq; eò referri posset quod Septuaginta Vaticani eum locum vertunt omisso nomine Hus: Gaude & Latere filia Idumææ, quæ habitas super terram. Quasi dicat de illa præcipua Idumææ parte loquor, quæ habitas super terram, id est, feliciter, & beatè vivit; quod nos dicimus. Que vive y reyna sobre la haz. de la tierra. sicut eodem sensu, eademque phrasi dicitur Proverb. 2. Qui recti sunt habitabunt in terra, & simplices permanebunt in ea, impii verò de terra perdentur. Ad secundum eadem responso. Ad tertium cum suis confirmationibus non alia.

Gen. 36. 8.

Ierem. 22. 6.

Initium, & finis montis Galaad.

LXX.

Prov. 2. 21.

Responso. 2. object. & 3.

QVIS IOB FVERIT: quod illius genus?

31. Iobu fuisse Chanaanem. Sententia Rub. Salomonis. Refellit Benedict. Nemo filiorum Iacob Husita. 32. 3 & 4. Sent. de Iobi genere. 4. verior & illius probationes & Septuag. interpretum autoritas. 33. Faria obiectio. Nominu Iob, & Iobab distinctum.

31

HIS quaestionibus proponendis ansam praebet, prebebit etiam conjecturam solvendis terra Hus. Quamquam illa, quae precipua est, de genealogia Iobi sit pariter minimè facilis: ut quod Hieronymus ad Vitalem presbiterum scripsit, in rebus (inquit) obscuris diversis debemus proponere opiniones, ut non tam scribere quam familiarius loqui videamur, certe quadret in rem praesentem; adeo est incerta & plena sententiarum varietate.

Primò R. Salomon potius patriam, quam certum genus assignavit dicens fuisse Iobum Kanaanum, & in Kanaan mortuum ante egressum Israel de Aegypto. Sed de tempore, quo vixit postea. Ad Kanaan igitur, vel potius ad Kam primum Kanaanorum caput Iobi genus referendum censuit. Kanaanam verò cum dixit, non ultra Iordanem, sed potius citra Iordanem in ipsa Palestina vixisse. Nam licet Kanaanæ strictè dicantur Palestinae illi, vel Phœnices, qui juxta mare Magnum, Mediterraneumve habitabant, ut constat ex Num. 13. Kanaanus moratur juxta mare, & juxta fluentia Iordanis, videlicet juxta Libanum, & duos illos fontes Ior, & Dan, unde Iordanis derivatur, quare ab illis etià partibus montosis dicitur mōs Nu. 14. Kanaanus, qui habitabat in monte: Tamen etiam Palestinam Kanaanæ dici aperte liquet ex Gen. 10. ubi ex Kanaan disseminati dicuntur Sardonii, Hæthæi, Amorrhæi, Gergefæi, cum aliis gentibus, quas expugnarunt filii Israel in ingressu terræ Sanctæ: qui omnes appellantur populi Kanaanæorum, ibiq; assignantur termini Kanaanæ à Sidone usque ad Geraram, Gazam, So-

domam, & Lafa. Ergo R. Salomon autumat Iobum fuisse Palestinum.

Secunda sententia videtur esse Ioannis Benedicti in annotat. ad cap. 7. 1. Paralip. qui existimat Iobum fuisse filium Issachar, & nepotè Jacob: Nam eo loco filius Issachar nominatur Isab; & idem Gene. 46. Appellatur Iobab, siue, ut in Bibliis Vaticanis correctius jam legimus, non Iobab, sed Iob; Hunc ergo ait esse nostrum Iob, quintum ab Abraham per Isaac, & Iacob; atque idem videtur doceri in interpretatione nominu Hebraicorum, quæ in fine Bibliorū Regiorum habetur. Sed planè videtur hæc sententia falsa; nemo enim ex filiis Iacob Husita fuit, cū tam illius filii quam nepotes in Aegypto mortui fuerint. Cum autem illorum familia, & tribus profecta sortem habuerint in terra promissionis, terram Hus obtinuit dimidia tribus Manasse, ut supra exposuimus; & trans Iordanem sortem quidem habuit Ruben, & Gad: citra Iordanem verò cū aliis tribubus Issachar sortitus est terram à Iordane usque ad campum magnum Esdreton nō longè disitum à mari magno, ut describitur Iosue. 19. Quare illi nominis conjectura sola non sufficit, cetera repugnant.

Tertia sententia, & quidem celebrior vult Iobum esse ex posteris Nachor fratris Abraham. Hanc docent Hieronymus, intradit. Heb. in Gen. & non obscure Isidorus de vita, & morte Sanctorū cap. 23. Rupertus lib. 6. in Gen. cap. 34. Rabanus lib. 3. cap. 25. Magister histori. Scholas. in Gen. cap. 38. Philipp. presbiter, & Beda initio hujus cap. Lyra, & Glossa Carthusianus, & Hugo Gen. 22. Arboreus lib. 9. Theosop. cap. 12. Christianus AdriKom in suo theatro terræ Sanctæ in descriptione Manasse Num. 95. Probant autem ex conjectura nominis Hus, videntur enim terra duxisse nomen, & Husitæ genus, ab Hus filio Nachor; de quo argumento postea.

Quarta sententia affirmat Iobum esse ex posteris Abrahami per Esau, videlicet quintum aut sextum ab Abraham; tertium verò, vel quartum ab Esau. Hanc docent Origen. hic, August. 18. de Civit. cap. 47. Chrysof. concione. 2. de Lazaro. D. Gregorius in Præfatione Ambrosius & Sedulius ad Romanos. 9. super id, Re-

2. Sent. Ioan. Benedict. 1. Paral. 7, 1.

Gen. 46, 13. Biblia Vaticana.

Refellit Benedict.

Tribus Ruben, & Gad. Tribus Issachar.

Iosue. 19.

32

3. Sent. Hieronym. Isid. Rab. Pet. Com. Philipp. Bed. Lyra. Gloss. Dionys. Hugo. Arboreus. AdriKom.

4. Sent. Iob fuisse ex posteris Esau verior. Orig. Aug. Chrysof. Greg. Ambros. Sedul.

becca

Greg. Turon. Perion. Abul. Senens. Volaterr. Albert. Mag. & alii.

becca ex uno concubitu, &c. Theod. quæst. 92. in Genes. Prosper de prædict. parte 1. cap. 22. Eusebius lib. 1. de demonst. Evang. cap. 1. & 4. qui adducit Aristeam in Iudaica histor. Greg. Turonens. lib. 1. historiae Francorum cap. 8. Perionius lib. 1. devitis Prophetarum. Abulens. Gen. 22. Sixtus senens. lib. 1. verbo Iob, & lib. 8. hæres. 10. Volaterranus lib. 13. suæ antropologiae. Initio verò hujus libri Albertus Magnus, & cum Titelmano recentiores alii. Eugub. idem tenet; sed in eo quod dicit hanc esse Hebræorū sententiam aperte contra dicit Hieronymus.

Hujus rei prima probatio, & quidem firma, ut censet Orig. & Chrysof. sumitur ab autoritate Septuaginta interpretum, in quibus, tum etiam in interpretatione Theodotionis, reperiri hæc verba asserit Origen. in epist. ad Iulium Africanum, & jam id certò constat ex editione, & correctione Vaticana cap. ultimo, Iob fuit de filiis Esau filius, ut ipse quintus sit ab Abraham. Idemque faciunt regem Idumæorum, ut supra diximus; qui omnes videntur fuisse posterii Esau.

Huic testimonio Hieronymus, Rupertus, & alii Latini conatur satisfacere, ex eo, quòd ea verba non sint in Originali Hebræo, neque etiam in Latina editione. Bene quidem; neque enim tanquam testimonium de fide rem hanc penitus evincit: Sed magnam esse Septuaginta interpretum autoritatem, nec leviter aspernandam, præsertim, ubi Latinæ nostræ lectioni non repugnant, negari à nemine potest: imo verò amplectendam, & suspiciendam, & vulgatæ lectioni, quoad fieri possit, adjungendam, Sixtus PP. V. illis suæ sanctionis verbis gravissimè præcepit: Volumus, & sancimus ad Dei gloriam, & Ecclesie utilitatē, ut vetus Græcum Testamentum juxta Septuaginta ita recitetur, & expolitum ab omnibus recipiatur ac retineatur, quo potissimum ad Latinæ vulgatæ editionis, & veterum Sanctorum Patrum intelligentiam utantur.

Deinde; quouiam proculdubio Iobab Rex Edom (quem dicemus Iobum fuisse) fuit ex genere Esau; tum etiam amicorum illius nomina, & cognomina sapiūt cognationem, & genus Esau. Nam Eliphaz Themanites nomine refert primogenitum Esau. Gen. 36. & cognomine refert Theman, nepotem Esau; qui

regioni Themanitarum nomen dedit; cui etiam regioni idem imperavit, appellatur enim Dux Theman; filius Eliphaz, primogeniti Esau.

Ergo omnes autores hujus sententiæ existimant nostrum Iobum esse illum Iobab, qui Gen. 36. numeratur à Moyse inter Reges Edom, Reges qui regnarunt in Edom antequam haberent regem filii Israel, fuerunt hi; Bela filius Beor, nomenq; urbis ejus Denabá. Mortuus est autem Bela, & regnavit pro eo Iobab filius Zare de Bosra; cumq; mortuus esset Iobab regnavit pro eo Husan de terra Themanorum, &c. Ita etiam senserunt Septuaginta scribes Iob ultimo: Hi sunt Reges, qui regnaverunt in Edom, cujus regionis etiam ipse (Iob) dominatus est. Primus Balac filius Beor: & nomen civitatis ejus Demaba: Post Balac autem Iobab, qui vocatur Iob. Et ratio videtur idem suadere; nam cum Iob ante legem vixerit, & Moyses regum Idumæorum, & Husitarum, Ducum, & Toparcharum universa illius ditionis, quæ trans Iordanem est ad montem usque Edom; & gentium omnium quæ ex Esau derivatae sunt, catalogum texat, non videtur ab illo prætermitti potuisse Iob ditissimus, atque notissimus toto Oriente; atque adeo non sub alio nomine recensitus, quam sub nomine Iobab.

Quæ diximus tamen non carent impugnationibus, prima sumitur ex discrimine nominum Iob, & Iobab; nã si ejusdem hominis nomina sunt, profectò nō diversa, sed unum, & idem cum contractione quadam censenda sunt. Atqui nō solum differunt in contractione, sed etiã in ipsa radicali littera; nã Iob per Aleph, at verò Iobab, per simplex (iod) scribitur; ergo diversa nomina diversorum hominum sunt. Hoc argumentum tanti facit Oleaster Gen. 36. ut adversus omnes ferè patres antiquos evincere existimet, Iob non esse eundem, qui Iobab. Idem aperte sentit Bellarm. tom. 1. controvers. lib. 1. de verbo Dei cap. 20.

Respondent quidam non semper idē nomē scribi iisdē characteribus, & verè; nã cōtractiones; aut diversæ nominis ejusdē inflexiones tum in Hebræa, tum in aliis linguis frequenter fiunt; Adde non esse valde difficile litteram Aleph, aliquando deficere, cum adesse deberet, cum sit ex litteris deficientibus;

atque

Gen. 36, 31.

LXX.

ratio.

33

i. obiectio.

יוב

יובב

Oleaster

Bellarm.

Resp. i. obiect.

1. ratio. Orig.

LXX. Interpretum autoritas.

Sixti Quinti sanctio.

2. ratio.

Gen. 36, 41.

Iob, & Iobab
diverfa nomi
na.

2. object.
34

Roboratur
objectio.

An Reges I
dumæi fue
runt privati
an verò toti
Idumææ.

1 Paralip. I.

superius. 30.

atque in illo nomine, etiam cum scribitur, sed tamen sono, aut pronuntiatione non exprimitur, quippe quiescit. Ego verò facile admitterem, illa esse diversa nomina, binomiumque fuisse Iob; sed de nomine postea.

Secunda; Iobab in Idumæa regnavit, at Iob *Vir erat in terra Hus*; vir verò ille in Denaba. Ad hoc revocanda sunt, quæ de terra Hus diximus, pertinet enim Hus ad Idumæam, & Husita Idumæi sunt. An verò Iob patria fuerit Husita, peculiari dubitatione explicabimus.

Sed urges; Iobab, & alios Reges Edom numeratos à Moyse, non privatos duces, aut regulos, sed universæ Idumææ Reges fuisse, manifestè enim ibi Duces separantur à Regibus. Primò enim dominabantur Duces privati, dein de successerunt Reges octo, qui nò privata alicujus provinciæ, sed nulla addita restrictione dicuntur Reges Edom, idest universæ Idumææ; nam duo simul Reges existere non poterat; propterea enim successio singulorum Regum scribitur in locum alterius, & vita, & regno defuncti: *Mortuus est Bela, & regnavit pro eo Iobab, cumque mortuus esset Iobab, regnavit pro eo Husam, &c.* At verò primus Rex Bela non dicitur successisse in locum alicujus, qui mortuus esset, quoniam Duces simul plures in pluribus provinciis suas ditiones moderabatur. Tadem post octo Reges iterum administratio, & regimen rediit ad Duces, ut scribitur 1. Paralip. I. *Adad mortuo* (is fuit ultimus Rex Edom) *Duces pro Regibus in Edom esse ceperunt*: Iob autem nò potuit esse Rex universæ Idumææ, nam tres illius amici Idumæi fuerunt, & Reges suarum provinciarum in Idumæa eodem tempore. Fateor hoc mihi argumentum visum esse difficile, & cujus solutionem libentius discerem, quam dicerem. Sed tentandum aliquid dicere; & primò quidè videri aliqui posset non ineptum asserere, terram Hus positam esse pro Idumæa, partem videlicet præcipuam pro toto, ut diximus supra, cum ageremus de terra Hus. Quare idem sonabit Rex terræ Hus, & Rex Edom. Sed esto hoc admittatur, adhuc obstat Illa triû Regû amicorum, Ducumve regna, aut imperia eadè Iobi ætate. Rursum si dicas, cum recensentur Reges Edom Idumæam ac

cipi stricte pro monte Seir; non largè, ut comprehendit alias vicinas provincias, aut toparchias, falsum dices, cum terra Hus subiecta fuerit. Iob Regi Edom, in illaque habitaverit; & inter Duces, quibus successerunt Reges Edom, annumeretur etiam Genes. 36. & 1. Paralip. I. Dux Theman, à quo Eliphaz Themanites, amicus Iobi, & genus, & nomen, & imperium acceperit.

Ergo quid tadem vero-similius existimem his propositionibus accipere. Prima; fortè tres Reges amici Iobi nò pertinebant ad ditionem Idumæi regni, Regumve Edom. Hujus rei conjectura fit, ex eo quòd inter Duces illos Idumæos nò fit ulla mentio horum nominum Sophar, & Baldad; & Septuaginta in fine cap. 42. cum tres amicos numerant, tantum dicunt Eliphaz fuisse de filiis Esau; neque etiam fit ibi mentio Ducis Suetæ, &c. Neque Ducis Naamath, quibus imperavit Sophar Naamathites; & Baldad Suhites. Potuerunt ergo eodem tempore tum illi in suis regnis, tum Iob in Idumæa regnasse.

Secunda; quoniam Dux Theman, & Dux Eliphaz ibi nominatur, & Eliphaz Themanites Rex etiam dicitur in lib. Tobia (quippe tres Reges numerantur) vero-simile est, omnes istos tres Reges, regulos potiùs, aut Duces fuisse, idest privatos Reges, & privatarum regionum, qui tamen imperium, & potestatem haberent, sicut & Reges, licet non ita longè patentè. Sic enim dicitur Genes. 36. *Hi Duces Edom habitantes in terra imperii sui.*

Tertia; Duces nihilominus unicuique parebant, vel quem ipsi elegerant, ut indicavit Mótanus lib. de duodecim Gentibus cap. 6. vel qui alia ratione, & via Regnum occupasset; sicut & nostrates Duces, aut Marchiones Regibus, vel Imperatoribus parent.

Quarta; Cum Reges regnabant, aliquid publicæ administrationis, & regiminis etiam in privatas Ducû ditiones exercebant. Cum verò cessarunt Reges, omnis administratio rerum publicarum, & provinciarum ad suos Duces devoluta est; & hoc est, quod ille locus 1. Paralip. superius adductus probat. Ergo potuit Iob Rex esse in Idumæa, & amici illius Duces, & Reguli;

Gen. 36.
1 Paralip. I.

35
Verior ref-
ponso.

LXX.

Tobia 2. 15.

Gen. 36. 43.

Moutanus.

Amici Iob
Duces, aut
Reguli.

atque

LXX.

36

3. Object.

Respon-
Olymp.
Eugub.

Plures ap-
pellati Hus.

Gen. 10. 22.

Gen. 22.
Gen. 36.
Seir cujus no-
men.

Deut. 2.

Gen. 36.

Hus, & Hu-
sam à diver-
sis radicibus.
DWN
YIV

atq; Reges quidè, si privatos intelligas, uti jam explicuimus; qua etiam ratione accipiendum est illud testimonium libri Tobia; & quod in fine libri Iob legitur etiam Septuaginta, *Eliphaz de filiis Esau Themanorum Rex, Baldad Tyrannus Saucheorum, Sophar Rex Minæorum.* Tertia objectio; Terra Hus profectò nomen accepit ab Hus filio Nachor, quippe ab illius habitatore, & principe. ejusmodi autem provinciæ semper videtur in possessionem, & hæreditatem cessisse filiis, & posteris eorum, qui primi vel illas occuparunt, vel in provinciæ, aut regni formam redegerunt. ergo Iob Husita, & Husitarum Rex à Nachor, & Hus ducit genus.

Sanè Olympiodorus in catena, & Eugubinus aliud agens ait, Hus fuisse filium Esau; atq; ab eo regionè, in qua regnarunt posteri Esau, fuisse appellatam terram Hus. Verùm hoc ex Scriptura non constat; cum nusquã reperitur Hus, qui sit filius Esau; licet tres ejus nomenclaturæ viri numerentur: Primus filius Aram, nepos Sem, pronepos Noe, Gen. 10. Secundus primogenitus Nachor fratris Abraham Gen. 22. Tertius filius Difá, & nepos Seir Horraï, Gen. 36.

Fortè autem Eugubinum fecellit nomen Seir, quod fuit etiam nomè, aut (similis) cognomen Esau, sed primum tamen fuit nomen viri Horraï, tum etiam motis, in quo Horraï habitavit. Inde autè videtur Esau accepisse cognomè Seir, quod expulsis Horraï occupaverit motem Seir, sicut dicitur Deu. 2. *In Seir prius habitaverunt Horraï: quibus expulsis atq; deletis habitaverunt filii Esau, sicut fecit Israel in terra possessionis sue, quã dedit illi Dominus.* Licet quidè Eugubinus ansam potuerit accipere ex eo, quod ait Hieronymus de Iocis Hebraicis littera V. unum de posteris Esau hoc nomine appellatum.

Alii existimant terram Hus nomè accepisse ab Husam, qui regnavit in Edom post Iobab Gen. 36. quod nomen licet nondum habuerit tempore Iobi, potuit tamè habere tempore Moyfis, qui descripserit hunc librum, & notiori jam tunc appellatione illam nominavit. Sed neq; hoc costare potest; nam Hus, & Husam in suo originali in nulla omnino littera conveniunt; Husam enim per *Heth, Sin, & Mem*, scribitur; Hus verò per *Ghain, Vau, & Tsade*. Tandè ergo dici potest ab aliquo il-

lorum trium potuisse sic nominari terram Hus; licet nemo fuerit ex filiis Esau; neque oportere semper à posteris primi conditoris, vel habitatoris alicujus provinciæ illam possideri; cum tot sint hominû, locorum, belli, temporum mutationes. Et quòd, si quæ esset in hoc difficultas, illam profus tolleret, sic appellatam esse terram Hus non à filio Nachor, sed à filio Aram, nepote Noe clara conjectura est, quod docet Hiero. in quæst. Hebr. Gen. 10. & Ioseph. 1. antiquita. quòd iste Hus primus instituit, & incoluit Trachonitidem, & Cœlesyriam, & gentem harum regionum; atque adeo oportuit etiã conditorem, & institutorem extitisse terram Hus, & gentis Husitanæ; nam Hus media est inter Trachonitidem, & Cœlesyriam. Adde etiam quod ait in quæst. Heb. Genes. 10. quòd ab Hus filio Aram Septuaginta interpretes in libro Iob, regionem Ausitidem, quasi Husitidem transtulerunt; unde non solum suspicari, sed & clarè opinari possumus Hieronymum non fuisse alienum ab hac nostra sententiã de Iobi genealogia ex Esau, cum hanc referat, nec rejiciat scribens ad Evagrium imò asserat ex propria sententiã, ad Thersasiam: Atque adeo illa de Hus filio Nachor potiùs ex Hebræorum traditione retulit, quam asseruit.

QVAE IOBI PATRIA: qui parentes?

31. Multiplex Bosra, illustratus locus Iosue.
32. Iobi patria Bosra in Idumæa vel Trachonitide.
33. Septuaginta de Iobi matre refelluntur. Illius pater Zarah. & de jure Priscorum Ducum.

V Nanimis omnium videtur fuisse conspiratio in asserenda Iobi patria, videlicet terra Hus: hanc enim existimant illorum verborum sensum, *vir erat in terra Hus*. Sed certè hinc tantum colligi potest in Hus habitasse; nam quod deinde inferitur, ergo ortu fuit Husita, non necessariò sequitur. Quare Septuaginta ad habitationem referunt cap. 42. dum legunt, *In terra Ausitide habitans*. Cæterum

Hieronym.
Ioseph. 1. An-
tiquita. c. 14.

Hieronym. tom. 3.
ep. 126.

Tom. 9. ep. 120.
de vera circum

31

LXX

B constat

Genes. 36. 33. Multiplex Bosra.

I. fu. 21. 27.

Andr. Mas.

LXX.

Iofu. 10. 8.

Iofu. 21.

Deut. 4. 43.

1. Machab. 5. 1. I. fu. 34. 36. Amos. 1.

32

Bosra Iobi patria.

Iulianus.

33

LXX. Iobi mater.

Gen. 36.

constat ex Gen. 36. Iob siue Iobab, habuisse patriam Bosram; regnavit Iobab de Bosra. Est autē triplex ejus nominis urbs, prima in regione Trachonitide, in forte dimidiæ tribus Manasse, quæ data fuit Sacerdotibus, & una ex civitatibus confugii, sicut dicitur Iof. 21. Filii Gerson Levitici generis dedit de dimidia tribu Manasse confugii civitates Gaultō in Basan, & Bosrā cū suburbaniis suis civitates duas. Hæc in Hebræo dicitur *Beshera*. unde Mafsius existimat, Latinum nomen esse corruptum, & mēdosè legi. Græci tamen, & Septuaginta eodē fere modo nominant Bosorā. Secūda est in regione Moabitide, cis montes Abarim ad mare mortuū in forte Ruben non valde longè à Iordanis influxu. Hæc dicitur Bosor, in Heb. *Beser*, & Bosra etiā nominatur, urbs etiā refugii & Sacerdotibus data, & describitur his verbis Iof. 20. *Trans Iordanē contra Oriētalem plagā Iericho statuerunt Bosor, quæ sita est in cæpestri solitudine de Tribu Ruben.* Et Iof. 21. *Filiis Merari Levitis data est de Tribu Rubē, ultra Iordanem cōtra Iericho civitas refugii Bosor in solitudine.* Et rursus Deuteronomii ca. quarto v. 43. *Bosor in solitudine; quæ sita est in terra cæpestri de Tribu Ruben:* erat quippe in cæpestribus Moab, atque in ea parte, quæ erat, dicebaturq; desertū; civitas quidem munita, & magna, ut dicitur Mach. 5. *Tertia Idumæa; cū Edom enim semper iungitur.* Isa. 34, & 63. & Amos. 1. *Iam ergo certum videtur patriā Iobab non fuisse Bosrā Moabiticā; illa enim erat postero rum Loth: non improbable fuisse alterā illam urbem Idumæā, cū Idumæus appelleretur Iob, fueritq; ex posteris Esau: Non minus vero simile fuisse primā illā in regione Trachonitide, vel juxta illā de dimidia Tribu Manasse: nam vel erat intra ipsam terrā Hus, vel cum illa conjuncta, & Arabiæ proxima; & favet etiam uxorem Iobi fuisse Arabissam, ut ex Septuaginta postea dicemus; & idem docuit Iulianus in Cat. cap. 42.*

Nunc de Iobi parentibus. Et quoniam Septuaginta matrē illius nomināt, prius de illa. Ajunt enim matrē fuisse Bosorā; unde autē hoc acceperint, ignoro prorsus. Quod si ex Gen. 36. desumpserunt, certè ibi non recensetur mater Iobab, sed patria, sicut & reliquorum regū Idumæorum, *Bela filius Beor, nomēq; urbis ejus Denaba: mortuus est autem Bela, & regnavit*

pro eo Iobab filius Zara de Bosra; cūq; mortuus esset Iobab, regnavit pro eo Husam de terra Themanorū. Sanè fateor eam etiā esse familiarem Hebræis locutionem, ut matrē cōstruāt cū præpositione De, cū utrūq; parentē alicujus exprimunt, ut Matth. 2. *Iudas genuit Phares, & Zaran de Thamar* sed non semper ea locutione matrem significant. Nisi velis dicere patriam esse hominis matrem, sicq; allegoricè locutos esse Septuaginta. Hinc collige non significari eo loco Genes. regias urbes regni Metropoles, & capita, ut quidā opinantur; sed regum patrias, ut clarè constare potest legenti.

Tandem, pater Iobab Zara fuit, Dux quidē, filius Raphael, nepos Esau. Inter Duces autem, & Reges id discriminē constituunt quidam ex Hebræorū doctrina, ut duces tantum non essent redimiti corona, perinde ac Reges; alii quod duces tantum essent capita familiarū; alii aliter. sed certè antiqui illi Duces hæc similia omnia videntur habuisse, ut & capita familiarū essent & populi, civitatiscq; principes, & dominationē, imperiūq; exercerēt; hoc enim illis verbis Gen. 36. significatur, *hæc sunt nomina Ducum in cognationibus & locis.* Et deinde: *habitantes in terra imperii sui,* Iob ergo à parente Zara hæreditario primogeniū jure accepit, ut cognationis suæ caput esset; cum quo facit, quod cum à Deo restitutus est sanitati, & pristinæ dignitati, venerunt ad eū omnes fratres suæ familiæ, & universæ sorores suæ. Eodē jure privatā dominationē habuit in Bosorā, quippe patriam suam, vel in aliquam aliam suæ gentis civitatem. Sed tamē quod Rex esset, id nō accepit à parente, uti supra exposuimus.

APPENDIX NOTATIONVM AD IOBI GENEALOGIAM.

APPENDIX. I.

- 34. Iob Gentium ad Fidem adducendarum figura, & Psalm. 107. illustratus.
- 35. Iob Christi Chirotheca, aut calceamentum. Lucas & Matth. explicati. Aliquis belli, mos.
- 36. Hispanis certandi consuetudo. Iob trium Magorum præcursor.

PRIMO observa cum Prospero, id, quod multum facit ad sanctitatem, &

Matth. 2.

Iobi parens.

Dneum & Regum discrimen.

Gen. 36. 43.

Quid Iob acceperit à suo parente.

Prosper. de prædicatione.

in com-

Psalm. 107. 10.

Ioann. 15. 15.

35

Luc. cap. 3. 16.

Matth. 3. 11.

Iob portavit Christi calceamenta.

Aug. serm. 6. de temp.

Iob. 19.

R. Hummanuel.

Psalm. 60.

Antiquus mos obsidionis.

Cicero illustratus.

in comium sancti Iobi, gentium ad veram Christi fidem conversionem quodam modo in Iob præfiguratum; jam, inquit, *per justum virum transitura Christi vestigia in gentes signabantur; de quibus David in persona ejus dicit, In Idumæa extendam calceamentū meum, mihi alienigenæ amici facti sunt.* Quasi diceret, redigā in imeam potestatem atq; possessionem, penitusq; subjiciam: Sed ita tamen, ut subiectum populū non habiturus sim ut mancipia, neq; enim dicam, vel nominabo eos, qui in me crediderint, meq; dilexerint, *seruos, sed amicos: quia omnia, quæ audivi à parte meo nota faciā eis.* Tum etiam promittit Christus extensurum, projecturumq; se sua calceamenta in Idumæam, id est suæ Incarnationis, atq; cōversationis cum hominibus mysteria gentibus revelaturū; hæc enim per calceamentum intelligunt Patres Lucæ cap. 3. & Matth. 3. hujus igitur corrigiam licet non sit dignus solvere S. Iob, instar Ioannis, sed solvit tamen, atq; portavit (ut Matth. loquitur) dum Christi mysteria, & fidem habuit, atq; decantavit illustratus propheticè etiam lumine. Propterea enim August. serm. 6. de tempore illū appellat, eximiū prophetarū, quod cap. 19. prædicaverit, *in carne mea videbo Deum salvatorem meum.* Quod (inquit August.) ad id tempus pertinet, cum Christi Deitas habitu nostræ carnis induta est. Cum quo illud facit quod Rab. Himmanuel, apud Pagn. in radice *Naghal*, ait, in eo loco Psal. 60. non solum *calceamentum*, aut *compedē* legi posse, sed etiā *chirothecam meā; Mos enim* (inquit ille) *erat regum, cū aliquam obsidebant urbem fortem, ut chirothecam projiceret Rex intra urbem significās nunquam se ab ea recessurum nisi urbe capta.* In cujus consuetudinis confirmationem affertur, quod in Antonium dixit Philip. 11. Cicero. *Miror tam diu morari Antonii: solet enim accipere ipse manicas, nec diutius obsidionis metum sustinere.* Sed Cicerone omisso, cujus longè alius intellectus est (notat enim Antonium animi languentis, & timidi, ut qui facilè soleat se dedere hosti, & præbere manus vinciedas; sunt enim manicæ manuum vincula) Certè si cum illa consuetudine locus ille Psalms colludit, dices Iobum fuisse signum, & quasi pignus Gētilitatis aliquando manus daturæ, & cervicem submissuræ Christi jūgo projectū ab ipso Deo inter medios hostes, atque

contestante, nunquam se ab illis recessurum nisi prius captis atque devictis. Porro antiqua solennisq; fuit apud Hispanos bellica cerimonia, ut qui alterum lacefferet ad singulare certamen, hosti præfenti, & hostiliter appellato in multorū oculis chirothecam projiceret, illūmq; deposceret ad pugnam: unde etiā affirmare possis Deum veluti extendere calceamentum, & contorquere chirothecam in Dæmonum turbas, virō sanctissimo atque fortissimo Iobo: inter Idumæos constituto, atque angelorum, hominumq; circumfusa multitudine avidè expectante, furialibus dæmonum exercitiis bellum denūciare periculosum, & acerrimum. Vides igitur, ut tres Reges qui ab Oriente venerunt primitiæ gentium Deum hominem adoraturi, & regē Iudæorum veneraturi, prævium aliū Regem habuerint magnū inter omnes Oriētales, & quasi pignus etiam gentium; qui non minori Deum hominem vidēdi arsit desiderio, *videbo*, inquit, *In carne mea Deum salvatorem meum.*

APPENDIX. II.

- 37. Pulchra Iobi cum Israëlitico populo comparatio ex Hierony.
- 38. Iudæorum superbia. Illustratus Iofue, & Matthæus de lapidibus suscitandis in filios Abraham.
- 39. Gentium fides & incrementum. Quid dies magnus. Iudæorum Zelotipia & spiritus compunctionis.

SECUNDO notandum cum Hieronymo ad Therasiam de vera circūcisione Iudæorum corpore, & littera non corde, neq; spiritu circumcisorum superbiam valde pungi, atq; cōprimi, hoc proposito Iobi Idumæi exemplo. Quam rē elegatè, & copiosè persequitur Hier. *Vbi* (inquit) *es in sola carne circūcisa Iudæa? confer cum hoc viro pedē, concede & gloria: attolle te majorū superba virtutibus: Iob adversum te procedit in mediū sanguinis auctores non erubescens, neq; per Esau in concessā benedictionis sorte transfusione mētibus Iob spoliatus bonis omnibus nihil requirit; tu Aegyptū in eremo post manna delitiosa suspiras. Illū ab spe in Deo posita tot malorū tentamenta nō avocant: te ad eā spē bonorū omnium blandimenta non provocant. Ille manū Dñi sentiens benedixit in vulnere, tu virtutibus de Pharonis jūgo exuta nō subjaces. Illi p. circūcisis, veniā postulare cōceditur; tibi vero velut incircūcisa Amorrhæus pater, & mater ingeritur esse Cethea. Hæc & alia pulchra*

36

Priscus Hispanorum mos.

Iob præcursor trium Magorum.

Iob. cap. 9. 26.

37

Iob comprimit Iudæorū superbiam.

Hierony. Iobi cum Israëlitico populo collatio.

Acto. 10. 34.

38

Illustratus
Matth. locus
de lapidibus
fufcitandis in
filios Abraham
Homer.

Iofue. 4. 9.

Remig. & An-
selmus in Mat-
th. 3.

Lapides Ior-
danis quid
prefigurarint.

Luc. 1. 25.
* Hisp. que ni-
cran nata, ni-
nadie, ni gen-
te de quicn fe-
uiciffe de ha-
oer calo.
Eph. 1. 14. 11.

Rom. 9. 25.
1. Pet. 2. 10.

Hieronymus. Quare hinc in veritate cõ-
pertum est, ut Petrus dixit, *Quod non est
Deus acceptor personarum, sed in omni gente,
quæ timet Deum, & operatur iustitiam acceptus
est illi.* Si igitur filius Israel nolit bene-
dictionem, quam Israel pater suus acqui-
sivit, benedictio elongabitur ab eo, &
transibit ad Idumæam, & ad filios Esau.
Frustra enim gloriatur, vanæque intum-
escunt nomelatura illa, & insigni no-
bilitatis filiorum Abraham, cum possit
Deus de lapidibus ipsis, videlicet gen-
tibus abjectis, vilibusque, & terræ (quos
vocant) filiis suscitare filios Abraham.
Quo etiam modo loquendi dixit Ho-
merus Odiss. 18. *Dis tuum genus, unde es, non
enim à quercu es antiqua, nec à petra: quod
alii dicunt, neque lutea, neque terra progenies.*
Cum verò Ioannes dixit, *Potens est Deus
de lapidibus istis,* demonstravit quasi digito
in ipso Iordanis alveo, & eo loco, per
quem trajecit populus Israel in terram
promissam, ubi baptizabat Ioannes, (vi-
delicet in Bethabara, quod transitum
sonat) illos lapides, quos posuit Iosue in
medio Iordanis alveo, ubi steterunt Sa-
cerdotes, de quibus eo loco dicitur, &
sunt ibi usque ad presentem diem. durasse etiã
usque ad Ioannem, ab eodẽq; indicatos
illis verbis Matth. 3. docent Remigius, &
Anselmus: Illi itaque lapides demersi, &
obrutati in ipso alveo Iordanis, atque usq;
ad Ioannem baptizantẽ superstites, gen-
tium figura erant, errorum, & ignorantia
fluctibus obrutarum, sed tandem ad
Christi fidem, & Ecclesiam per Baptis-
mi januam ingressurarum, & suscitanda-
rum de imo alveo, & de terra, in qua mi-
serere jacebant ad filiorum Dei gloriam,
& nobilitatem: filios autem deturbãdos
de sede quã superbo fastu, potiùs, quàm
ullis virtutũ meritis occupabãt: sicut scri-
ptum est: *Deposuit potentes de sede, & exalta-
vit humiles.* Illi fanè vocabant Gentes
non gentem, & Ethnicorum populũ,
non populum; sicut etiam Ester 14. di-
citur; *Ne tradas Domine sceptrum tuum his,
qui non sunt;* id est, gentibus alienis à vera
Dei cognitione, & cultu: sed qui aliquãdo
non populus, postea populus Dei, & qui non con-
sequuti misericordiam, postea misericordiam con-
sequuti, ut ex Osee 2. repetunt Paulus, &
Petrus, dum uterque ad eos scribunt, qui
ex gentibus crediderant, eum honorem
illis deferentes, quem superbi Iudæi non

credentes auiferant. *Ascendit igitur de ter-
ra, ut (Osee dixit) quia magnus dies Iezra-
hel: suscitabit nimirũ, de lapidibus filios Abra-
he suscitabit de pulvere egenos, & de stercore
eriget pauperes;* tum etiã, pullulabunt, &
crescent, in magna copia, & numero, ita
ut videantur terram universam implere;
idq; eveniet *Iezraheli*, id est femini, &
filiis Dei, susceptis ex gentilitate, in Die
magno, lætissimo, maximè festivo, epu-
lis, & cõviviis dicato: Hoc enim *Dies ma-
gnus* significare solet, ut colligitur ex Io-
ann. 19. *Erat magnus dies ille Sabbathi,* & Isai
1. ubi nos habemus: *Neomeniam, & Saba-
thum, & festivitates alias non feram.* Septua-
ginta legunt, *Neomenias vestras, & Sabbathæ,
& Diem magnum non fero.* Ad magni igitur
diei conviviũ opiparũ suscipiendæ fidei
Christi, quoniã qui vocati primi sunt, nõ
fuerunt digni, iussi sunt convenire, atq;
discumbere mensæ regali, quotquot per
vicos, & plateas reperti sunt pauperes,
debiles, cæci, claudi; ut verissimè dictum
ut: *Multi ab Oriente, & Occidente venient, &
recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in re-
gno caelorum.* Inter eos verò, qui venerunt
ab Oriente Iob non ultimus est, sed om-
nino numerandus inter primos cõvias,
qui nullã uxoris ductæ excusationẽ præ-
texuit uxore licet atque liberis onustus;
non quinq; boum iuga præterdit, quã
vis quingenta habuerit; nõ quod cõeptã
villã esset visurus, qui regno amplissimo
providebat. Interim filii regni rumpun-
tur dolore, & tabescunt invidia, *dissecantur
cordibus suis, & strident dentibus in eos,* quos
videt eõ admissos honorificè, unde ipsi
turpiter dejecti sunt: sicut scriptum est,
Dedit illis Deus Spiritum compunctionis: id est
pungetẽ, & exacerbantem corda illorũ;
tum etiam Zelotypiæ & invidentię spiri-
tum adversus gentes fidei participes; ut
illa cõminatio adimpleretur: *Ipsi me pro-
vocaverunt in eo, qui non erat Deus, & irritave-
runt in vanitatibus suis, & ego provocabo eos
in eo, qui non est populus, & in gente stulta irri-
tabo illos.* Nam invidetia, & Zelotypia fa-
stum, & arrogãtiam, immoderatũq; sui
ipsius amorem, tanquam umbra semper
comitatur. Quare Paulus *Hebraus, & He-
brais,* qui benè illos intus, & in cute no-
verat, ait Rom. 11. *Quamdiu sum gentium
Apostolus, ministerium meum honorificabo* (id
est, strenuè, ac diligenter inserviam
gẽtium saluti, & conversioni, atque id in

39
Osee. 1. 4.
Matth. 3.
Luc. 1.
Quid Dies
magnus in
sacris.
Ioan. 9. 3. I.
Isai. 1. 13.
Septuagim.
Matth. 18. 11.
Luc. 11.
Act. 7. 54.
Rom. 11. 8. 2.
Isai. 29. secun-
dum. 70.
Deut. 32. 21.
* Hisp. yo les
dare un mal
rato de celos.
Philip. 3. 5.
Rom. 13. 11.
summa

Isai. 24. 26.

40

Ambrosius in
Psal. 36. 28.
Nemo justus
censeatur pa-
rentum im-
piorum fi-
lius.

Iob gener,
non mori-
bus Idumæ

Isai. 1. 15.
Psal. 5. 7. &
24. 24.
Osee 4. 5.
Hieronym.
Nemo debet
apud Deum
erubescere
propter san-
guinem &
genus.
Ioan. 1. 13.

summa gloria, & laude ponã si quo mo-
do ad æmulationem provocem carnem
meam, & salvos faciam aliquos ex illis. Sed
rem tamen hanc, & Sacramentum ab-
sconditum prioribus sæculis, & genera-
tionibus cum Isaias cap. 24. diversis viis,
& rationibus indicasset (rem videlicet
suo populo minimè gratam, sed plenam
invidia, & offensionis) quasi latentem
animi sensum aperire formidaret, rem-
que totam silentio premere conaretur,
& erumpentia verba compefceret, ait: &
dixi (statui deinceps): *Secretum meum mihi.*
adeo illos pungit electio gentium, & vi-
ri sanctissimi Idumæi, non Israclitæ san-
ctitatis, verissimeque fidei, & religionis
celebritas.

APPENDIX. III.

40. Nemo sanctus refertur
ad parentes impios, & ig-
nobiles. illustratus locus.
Psal. 36. & Ephes. 3.
41. Vera nobilitas non ex
genere, sed ex sancti-
tate.
42. Est generi, & sanguini
suis honor, sed sine pieta-
te inanis.

TERTIO cum Ambrosio in Psal. 36.
colligendus est illius versiculi
sensus: *Semen impiorum peribit. Semen* (in-
quit ille) *non corporalis generationis, sed men-
tis interna, & impietatis successio.* Nam utique
Iob de semine Esau scriptura signatur testifi-
catione. *Quo modo ergo Semen Esau perit in
Iob, cum tantus vir fuerit, & venturum in ter-
ram Dominum prævideret, qui cæcum istius sæ-
culi Diabolum subjugaret. Ergo hoc queritur,
ne malitia transferatur in posteros.* Fieri er-
go potest, ut ait Ambrosius, ut exuat
unusquisque, quod natus est; & qui im-
pio patre natus est, minimè censeatur
illius filius, cujus impietatis particeps
non est. Iam ergo Iob minimè Idumæus
fit, neque filius Esau prophani, neque
sædo sanguine peccatorum, quem no-
men Edom sonat, cruentatus; sint verò
Idumæi quamvis non sint ex posteris
Esau, quorum manus sanguine plena sunt, viri
sanguinum & dolosi, apud quos neque veri-
tas, neque misericordia, sed maledictum, men-
dacium, furtum, homicidium, & sanguis sangui-
nem tetigit. Ergo ut Hieronymus dixit,
nemo debet apud Deum erubescere san-
guinem: nam filiorum Dei generatio
non est ex sanguinibus, neque ex voluntate

carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo. Qua-
re cum Paulus mysteriũ degentium cõ-
versione, & concorporatione, & com-
participatione promissionũ, quæ Israe-
litis à Deo factæ fuerant, scriberet Ephe-
siis, qui ex gentibus crediderant, ne,
quod non essent ex genere Iudæorum,
putarent investigabiles illas Christi di-
vinitas ad se non pertinere, hujus (inquit)
*Rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini
nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in
caelis, & in terra nominatur. Paternitas;* pro-
priè cognatio, familia, generis alicujus
contribules, tribus; quod Psal. 95. No-
mine Græco retento, Patria dicitur: quã-
vis, inquit, non sitis ex patre Abraham,
neque ex aliqua illarum duodecim illu-
strium tribuum, non ideo minus nobiles
censebimini apud Deum, cum filii Dei
sitis, nam si quæ tribus, aut paternitas no-
minatur; id est celebre & illustre nomen
habet, non tam ex sanguine habet primi
progenitoris, quàm ex Deo. Eritis ergo
& vos *patria gentium,* in honore, & gloria.
Adde etiam, quod in hanc ipsam rem fa-
cit, omnem paternitatẽ nominari à Deo;
namque omnis familia ad Deum primi
generis, autorem, & creatorem reduci-
tur; nobiles, & ignobiles; Iudæi & gen-
tes: ne superbiant illi, ne isti concidant
animo: quod innuit Paulus illis verbis:
*Mihi data est gratia hac ingentibus evangeli-
zare, &c. quæ sit dispensatio Sacramenti absco-
diti à sæculis in Deo, qui omnia creavit.* Id
quod etiam Lucas docuit, dum Christi
generationem retro converso ordine ac
Matthæus dixit; Vniuersos illos Patriar-
chas referens in Adamum primum pa-
rentem; Adamum deinde in Deum plas-
matorem corporum, & patrem Spirituũ,
qui fuit (inquit) *Adam; qui fuit Dei.* Ut ex
Deo omnis paternitas nominetur. In Dei igitur
Ecclesia non est distinctio Iudæi, & Gra-
ci, nam *dives est in omnes, qui invocant illum.*
& jure nobilitatis gaudent, qui Fidei, &
religioni nomen dederunt; in hac De-
civitate *Rhaab* (id est Aegyptii) Babylo-
nii, *alienigena,* (Philistæi) & *Tyrus,* & populu
Aethiopum, hi fuerunt illic; Numquid Sion
dicet (dicetur) *homo & homo* (propriè,
vir, & vir) *natus est in ea?* Valdè miran-
dum, ut Ecclesiæ gratulantes dicere
possimus, omnes illius cives non
solum numero immenso, sed nobilitate
etiã, & ortu esse clarissimos; omnes vide-

Ephes. 3. 14.
Quid pater-
nitas.
Psal. 95. 7.
patris
Quid sit no-
minari in sa-
cro Sermo-
ne.
Ephes. 3. 8.
Lucas. 3. 38.
Matth. 1.
Matthæi &
Lucæ in
Christi Ge-
nealogia se-
ries inversa
41
Fidei & san-
ctitatis me-
ritò vera no-
bilitas.
Psal. 86. 4.
Fideles om-
nes cuiuscũ-
que generis,
Ecclesiæ in-
digenæ.

delicet nasci principes, viros, magnos, insignes, & ex prima nobilitate, quos Deus in numero habet collectos ex omnibus populis, omniumque ordinum, & omnis conditionis hominibus: videlicet Dominus narrabit (numerabi. Hispanus sic pulchrè explicabit; Los contarà, y los tendra por cuenta, y los tomarà por memoria) in scripturis populorum, & principum horum, qui fuerunt in ea. Quid enim nocuit Iehpte, quod filius esset meretricis, quavis ut ille dixit: Oderunt natos de pellice, quomin⁹ adipisceretur repromissiones? Quid Rahab meretrici, quod cauponariam everceret, & quod alienigena esset? Non dicat (inquit Isaias) Filius advena, qui adhaeret Domino dicens; Separatione dividet me Dominus à populo suo; quia haec dicit Dominus; filios advena, qui adherent Domino, ut colant eum, & diligant nomen ejus, ut sint ei in servos. Adducam eos in montem sanctum meum, & letificabo eos in domo orationis meae; holocausta eorum, & victima eorum placebunt mihi super altari meo; quia domus mea domus orationis vocabitur à cunctis populis. Quid refert, quod comederint Patres uvam acerbam, ut dentes filiorum obstupescant? cum dicat Deus Ezech. 18. Vivo ego, si erit ultra vobis parabola haec in Israel; ecce omnes anima mea sunt; ut anima patris, ita anima filii mea est; anima, quae peccaverit, ipsa morietur. Quod si genuerit filium, qui videt omnia peccata patris sui, quae fecit, timuerit; & non fecerit simile eis, hic non morietur in iniquitate patris sui; justitia justis super eum erit, & impietas impij erit super eum. Et rursus Isaias eodem loco. Beatus vir, qui facit hoc; & filius hominis, qui apprehendet istud custodiens Sabbathum, ne polluat illud, custodiens manus suas, ne faciat omne malum. Pro Viro est in origine ens, quod ignobilitatis, & miseriae nomen est; pro filio hominis, filius Adam, quod terrenam, & vilem originem indicat. Quasi dicat, omnem hominem cuiuscumque gentis, & conditionis alloquens, sive virum, sive hominem, nemo miser, nemo ignobilis, nemo obscuris natalibus, qui Dei praecepta custodiat, & per innocentiam fiat nova creatura; morumque innocentia, & sanctitate quasi de integro interpoletur. Sed desipiunt planè filii Belial, dum Saulè contemnunt, quod filius Temini sit de minima tribu Israel, & cognatio ejus novissima inter omnes familias de tribu Benjamin; cum influerit in eum spi-

Hebr. 11. 33.
Juvenal. Saty. 6.
Isai. 56. 6.
Jerem. 11. 29.
Ezech. 18. 22.
Ezech. 8. 3.
Isai. 56. 2.
I. Reg. 9. 21.
& 20. 27.

ritus Domini: turpius etiam desipit, improba Iudeorum, sive amentia, sive stultitia, sive fatuitas, qui frequenter illam vocem usurpant. Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cujus novimus patrem, & matrem? Sanum verò sapientis consilium Eccles. 8. Ne comunices homini indocto, ne malè de progenie tua loquatur. Sanè generis, & natalium claritas suam sibi honorem deferri jure postulat; argentum est, & splendorem habet; sed nisi cum pietate conjungatur, audiemus clamantem Isaiam: Argentum tuum versum est in scoriā; & qui filii candidorum pro sua nobilitate, & generis candore habebantur, in non minus obscuros, quàm aethiopes teterrimos, & abjectissimos evadunt. Numquid non ut filii aethiopum vos estis mihi filii Israel? ait Dominus. neque verò ejusmodi homines contaminatos sceleribus aethiopes vocat Amos, & mancipia vilissima, sed quantumvis Isaele, & Abrahamo progenitos Iudaeorum, & Gomorrhæ populum: Ezechiel Kananaeos, Amorrhæos, Cethæos: Paulus Roman 2. Non veros Iudæos, sed Iudæos cognomine tantum; & tandem postquam multa deseruerat hac de re, subjungit; Non enim qui in manifesto Iudæus est, (id est, qui suum gen⁹ manifestè probare potest ex Abraham Patre circumcisionis) neque qui in manifesto in carne est circumcisus, sed qui in abscondito Iudæus est, & circumcisio cordis in spiritu, non littera, cujus laus non ex hominibus sed ex Deo est.

Ioan. 6. 42.
Ecc. 8. 5.
Isai. 1. 22.
Amos 9. 7.
Isai. 1. 10.
Ezech. 16. 3.
Rom. 2. 28. 29.

QUONAM TEMPORE Iob extiterit?

43. *Varia sententia.*
44. *Iobum extitisse ante Legem, & Moysen.* | 45. *An Iob fuerit tempore Patriarcharum, & filiorum Iacob.*

VIR quidem erat Iob in terra Hus; sed quonam erat tempore, Scriptura non dicit; quare haec res non minus est incerta, quàm illa de genealogia. Et primò Gregorius existimat fuisse post Legem, & Moysen; Moysen verò spiritu prophético de illo in Genesi locutum sub nomine Iobab: ait ergo vixisse tempore Iudicum, probatque ex Genes. 36 ubi dicitur Iobab regnasse cū aliis Regibus Edò, antequam haberet Regem filii Israel.

43
Prima sententia Greg.
Gen. 36. 34.

Bona externa sapientius impii concessa
Secunda sententia Burgensis Gen. 21.
Iob 21. 29.
Replicator. Tertia sententia Severi Sulp.
4. Sententia Hieron.
5. Sententia Adrichom in Chron. an. 2235 Geneb. in Chron. an. 2239.
44
Scaturit vetera responsio. Iob ante exitum Israel de

Sed hoc non habet magnam vim; illorum enim verborum is potius sensus, & energia est, ut indicet rem consideratione dignā, Filios videlicet Esau prius pervenisse ad regni fastigium, & humani honoris culmen, quàm posteros Iacob, quem Deus dilexit. Haec enim humana, & ad aspectum splendida amicis, & inimicis communia vult esse: Deus; non rarò denegat amicis; concedit inimicis; saepe differt in posterum, & non nisi post multos labores tandem largitur. Secundo Burgensis Gen. 21. opinatur Iob vixisse post egressum populi Israelitici ex Aegypto, dum adhuc peregrinaretur in deserto; quare id Iob cap. 21. Interrogate quemlibet de viatoribus, intelligi vult de Israelitis, adhuc peregrinantibus. Sed si nullum aliud firmius fundamentum habet Burgensis, facilè concidet, cum eo loco illā expositionem minime simus probaturi: tum etiam quoniam oportuit multò antea praecessisse Iob, & illius amicos, atque veram Dei cognitionem, & cultum jam pridem exolevisse ibi gentium, antequam universā regionem illam filii Israel occuparent vi armorum impijs habitatoribus profligatis, atque deletis. Acriter eo loco invehitur Replicator adversus Burg. Tertio; Severus Sulpitius lib. 1. Sacrae historiae, scribit eo tempore extitisse Iob, cum Moyses diversabatur apud Ietro Socerum suum. Verum eadem potest esse hujus sententiae confutatio, quae praecedentis: nulli enim firmæ conjecturae nititur. 4. Hieronymus de locis Hebraei. visus est multò superiorem Iobi aetatem, scilicet fecisse, cum Eliphaz Iobi amicum, & coetaneum scribat esse illum Eliphaz, qui Gen. 36. Scribitur esse filius Esau. de qua Hierony. sententia postea cap. 4. cum de Eliphaz, differemus. 5. Christianus Adri Kom Iobum constituit circa tempora Iacobi demortui in Aegypto. Geneb; verò paulò superiorem statuit Iobi nativitatem, tunc nimirum, quando Iacob cum tota familia descendit in Aegyptum. Sed cum nihil certò hac de re constare possit, id quod ad veritatem propius accedere videtur paucis exponamus. Primum vixisse Iob ante exitum Israel de Aegypto, in quo oportet convenire Pa-

res omnes mox adducendos. idem docuit Rabi Salomon, ad confirmationem adducens illud Num. 14. Ne timeatis populum terrae hujus; recessit ab eis omne praesidium; Quod Hebraicè est, recessit umbra eorum. Onkel, recessit fortitudo eorum. per Praesidium autem, umbram fortitudinem, quae omnia dem significat, nimirum protectionem ac defensionem, Hebraei intelligunt vel Deum, in cujus umbra alarum, & protectione speramus, & commoramur; vel duces, & principes, quorum praesidio, & fortitudine uti non poterant, quod jam nulli superessent; & praesertim Iob, qui suae vitae, atque pietatis meritis illos defendebat, universamque provinciam velut umbra protegebat. Deinde verò videtur etiam vixisse non solum ante Legem, sed etiam ante Moysen. Primum docent, secundum non obscure indicant Chrysof. August. Ambr. Theodo. superius adducti. Et Theodoret. praeterea in Epitome divinorum decretorum lib. 5. de creatione. Origen. homil. 4. super Ezech. Euseb. lib. 1. demonstrat. Evang. cap. 3. & 4. namque Moyses Septimus videtur fuisse ab Abraham; Iob verò quintus, ut describitur Exo. 6. Levi genuit Caath; hic genuit Amram; hic verò Aaron, & Moysen. Cum ergo Levi fuerit pronepos Abraham, Moyses verò pronepos Levi, septimus est Moyses ab Abraham. Tandem subtilis illa computatio, qua Titelmanus conatur Iob referre ad tempora Phares, vel Esron secundum ordinem generationum Iacob, & Esau (est enim, Esron quartus à Iacob, sicut & Iobab ab Esau) elegans est, atque legi, probatque digna; quam ille latè & copiose scribit, ego verò minime describam: illud tantum adjungam Origenem ita loquutum loco superius indicato, Iob vixisse temporibus patriarcharum, & Moysis. Verum jam nos in quaestionibus (genere videlicet descriptionis aridiori, minusque jucundo) diu immoratos, liberiores jam, & expeditiores ad sacrarum sententiarum leniorem tractationem pergere oportet.

Aegyptio. R. Salom.
Num. 14. 9.
Onkel.
Tob ante Moysen.
Chrysof. Aug. Ambros. Theodor. Orig. Euseb.
Exodi 6.

45

☩

Nomine Iob.

46. Ratio, & notio nominis Iob.	in conservati nominis dunturitate discrimen.
47. Iobis nomen pradicum. idem est Parentia nomen. nominum quoque mutatio cu status mutatione.	49. Memoria iusti pucundissima; impiorum longe molestissima, ex Salomone; quadam de Pomo Sodomitico.
48. Iustorum, & impiorum	

46
Præf. cap. I.

Aethymologia, & interpretatio nominis Iob. Cyprian. Didymus.

Greg. Chryf. Hieron. Philip.

יוב
Iudic. 5. 28.

יוב
Iobis nomen pradicum ex Greg.

47
Iobis nomen pradicum ex Greg.

Iobis nomen est nomē patientiæ ex Didymo.

DIXIMVS nonnulla de nomine Iob in præfatione, sed nominis nūc enucleatior Aethymologia tradenda. Nomen itaque Iob arcanam habet significationem; & quidem à Cypria aduersus Iudæos, Iob interpretatur, *Charissimus Dei*. Sed ignoro, unde hanc nominis interpretationē haurire puterit. Didymus incatena, ait: nomen Iob esse nomē patientiæ; aliquanto etiam diversum à reliquorum Patrum interpretatione. nam à Greg. Chrysof. Hieronym. Philipp. illa probatur, quæ in vulgari nomine Hebraicorum interpretatione circūfertur, ut sit idem, quod *doleus*, aut *gemens*, à *Iabab*, quod est ejulare, aut ululare: quod verbum semel tantum habetur Iudic. 5. *Per fenestram respiciens ululabat mater ejus.* dicuntque peritiores Hebraicæ linguæ esse clamorem, aut vociferationem bellicam; quod etiam à Iobi certaminibus cum communi hoste non est alienum. Mihi magis arridet illa interpretatio Origenes. hom. 14. in cap. 11. Iosue; quod *Iobab* (eadem est autem Aethymologia nominis *Iob*) idem sit, quod *Inimicitia*; nam cum nomen *Iob*, ab *Aleph* incipiat, rectè convenit cum radice (*ajab*) quod est inimicum esse; quasi, qui Dæmonis, tum etiam suorum quondam amicorum graves aduersus se inimicitias sustinuerit. Paucula quædam nunc observanda. Primum; si verum esset id, quod supra ex Gregorio attulimus, Iob post Moysen, & legem fuisse, magna fuisset illius laus nomen fuisse prædictū à Propheta, antequam nasceretur; quod non nisi paucissimis, atq; sanctissimis viris contigit. Secundum; cum Didymus ait, Iobi nomen patientiæ nomen esse; ut id jam fuerit, quod antea vocatum erat, aut verò vocatum sit, quod quidem fuit; indicare videtur nomen hoc illi impositum post dolores perpeffos, & admirandæ patientiæ exemplum præstitum, ut cum nouo statu, novum etiam nomen acceperit; id quod

frequenter factitatum videmus, cum aliquis cōditio commutabatur in meliūs, ea ratione, quod cum possit eam commutationem alius censeatur homo, & quasi nova creatura, nomen etiam novum obtinere debet; quod recenter natis, novisque hominibus imponi solet. Vnde videas eum, qui adoptabatur apud Romanos, nomen, & cognomen adoptatoris assumere, quasi tunc denuo adoptatori filius nasceretur, illique suum nomen imponeret; & seruo libertate donato nomen etiam donabatur Patroni, quasi tūc homo esse inciperet, qui liber esse incipiebat. Sed de hoc alibi. nūc tantum repetendum, quod supra diximus, fortè Iobum binomium fuisse. Tertium; hoc loco quidam observant propeculiari iustorum solatio nomina iustorum scripta esse in libro vitæ; cuius rei exēplum hic locus præbet, præferēs Iobi nomen. Sed quid, quod impiorum etiam nomina scribuntur? neque solam egregia sanctorum facinora, sed detestanda etiam corruptissimorum hominum scelera describuntur? ergo ut verior, & solidior, atque loco præfenti congruentior, sit observatio, in hunc modum habenda est; insitam quidem esse omnibus cupiditatem illam conservandi nominis, atque transmittendi ad posterorum memoriam sempiternam; sed in ea re dupliciter differunt pii, & impii; primò, quod illi non sunt valde solliciti de propagatione sui nominis, quippe Deo relinquūt eam curam, cum scriptum sit, *de ventre matris meæ recordatus est nominis mei*. qui igitur nomina sanctorum suorum celebravit antequam nascerentur, pari etiam ratione postquam decesserint évita, celebrata redet, & ab omni temporis, vetustatisque injuria vendicabit. Sicut enim filius non valde laborat pro comparanda, & augenda re familiari, cuius futurus est hæres, quod ea cura potissimum pertineat ad parentes; ita sanè cum hereditas filiorum Dei hanc nominis, conservatæque memoriæ perennitatem complectatur, certique sint de Dei optimi maximi paterna erga se providentia, & cura, illud tantum laborant, ut Deo placeant; quid sibi indelucris, & accessionis in hæreditate proventurum sit, non valde curant: Vnigeniti filii Dei exēplo, dicentis: *Ego non quero gloriam meam, est qui querat*: nam Non-

Mutatio nominis cu status mutatione.
Adoptatus, & libertus nomina mutabant apud Rom.
48
Insitus appetitus conservandi nominis.
Iusti non valde solliciti de nomine suo evulgando. Iob. 49. 1.
Deus iustorum nomina vendicat ab oblivione.
Iob. 5. 10.

Eccles. 16. 6. Iob. 56. 5.
Impii frustra sua nomina æternitati, consecrant.
Sep. 2. 4.
Gen. 11. 4. Psalm. 48. 12.
Iob. 12. 16.
2. Regum. 18. 18.
* Cosa que se aya de hazer a fuerça de braços, y que pide manos listas en el trabajo, y largas en el gasto.
Supra 7. 17.
49
Gratissima iustorum memoria.
Molesta impiorum memoria.

nine eterno hereditabit illum dominus Deus noster. Et rursus: *Dabo eis nomen aeternum, quod non peribit*. Impii verò planè vident totā propagandi nominis curam ad se pertinere, Post hæc (inquiunt) *erimus, quasi non fuerimus, & oblivionem accipiet nomen nostrum*. Neque enim procurabit res illorum Deus, quorum nomina digna non fuerunt, quæ in libro vitæ describerentur: neque homines, quos sibi nullis bene factis demeriti fuerūt. Ergo ingētis molis, & laboris immensi opus aggrediūtur, dicentes: *Celebremus nomen nostrum, antequam dividamur*. Prima ponunt urbium, mœniorumq; fundamēta, ut vocent nomina sua in terris suis. exstruunt sibi magnificentissima sepulchra sumptibus maximis; sicut ille cui dictum est: *Excidisti tibi hic (in templo) sepulchrum; excidisti in excelso memoriale diligēter, in petra tabernaculum tibi*. Erigunt sibi statuas; excitant fornices, arcusve triumphales, exstruunt pyramides, nominis videlicet, memoriæque monumenta, uti Absalō, qui *erexerat sibi, cum adhuc viveret, titulum, qui est in valle regis; dixerat enim: Non habeo filium, & hoc erit monumentum nominis mei; vocavitq; titulum nomine suo*. Sed quanto Deus bone labore, quantis sumptibus! sanè appellatur *Manus Absalon usq; ad hanc diem*. cum audis * *Manum*, opus intellige laboriosum, & grave, maximæque sollicitudine, & labore quæsītum. Quam verò infirmum, quàm leve id monumentum nominis, quàm fallax memoria! in illius enim tituli pyramidem non est illatus Absalon, neq; suo monumento mandatus; aliam enim congestorum lapidum pyramidem aggerarunt super eum, quibus obrueretur, consepeliretūque ejus memoria; quippe *Tulerunt Absalon, & proiecērunt eum in Saltu in foveam grandem, & comportaverunt super eum acervum lapidum magni nimis*. Alterum discrimen ex proverb. 10. *Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorū putrescet*. quātumvis pari ad posteros passu piorum, impiorūque nomina curant, sed tamen laudatissima semper erit memoria iusti in frequenti hominū conventu, aut quocunque alio familiari sermone; & illius usurpatio nominis gratissima, multoque jocundissima loquenti, audienti, legenti, roganti, respondententi. His verò omnibus impiorum nomē putridum, putidum, grave-olens, ingratis-

simum auribus, injucundum naribus, ori, linguæ, palato molestissimum, & quod nauseam provocet semel ori admotum; propterea enim delicatioris palati Rex pijsimus, dixit, *Nec memor ero nominum illorum per labia mea*. Sed cum audio putre esse impiorum nomen, nescio quid fructibus, qui ex arboribus decerpuntur, simile intelligo; quorum quidam putrescunt facile, & quāmvīs ad speciem pulchri, sed intus sunt corrosi vermibus, resoluti, fætidī, omnino inutiles edendo, multò minus servādo in posterum. ergo hominis opera, atq; vitæ arbor sit, quæ nominis celebritatem, & diurnitatem tāquam fructum profert; quod si vitæ corrupta sit, putre, & quod facile pereat nomen efficit. Quare impiorum nomen licet ad speciem splendidum, ad auditum sonorum, ad posteritatem, ut videtur, diuturnum, sed fructus tamen est corruptissimorum operum, facile putrescens, & similis Sodomitico pomo, quod, ut ait Solin. cap. 38. de Sodomā loquens: *Licet speciem habeat maturitatis, mandī nō potest, nam fuliginem intrinsecus favillaceam ambitio tantum extima cutis cohibet, quæ vel levi tactu percussa fumum exhalat, & fatiscit in vagum pulverem*. At bonorum operum fructus, videlicet gloriosa, & honorifica allicujus usurpatio, ex bonis operibus proveniens, ex illis fructibus est, qui servari integri, diūque durare possunt; & quos Ecclesia sponsa recondit libenter in suo penu, ut ad sponsi delicias proferat, dicens: *Omnia poma nova, & vetera servavi tibi dilecte mi*. Tum etiam melle, & facaro condit, permittis etiam aquis, atque pulveribus odoratis, ut loquenti dulcescat in ore: audiens, & percipiens, famæ odorem suavem trahat, & respiret, sicut de S. Iosia scriptum est: *Memoria Iosie in compositione odoris facta opus pigmentarii; in omni ore quasi mel indulcabitur ejus memoria, & ut Musica in convivio vini*. Illam verò celebritatem, & diurnitatem nominis, & famæ cum laude divulgationem proprium genuinumque esse Sapientiæ, & pietatis fructum, Sapiencia ipsa testatur cap. 24. *Ego quasi Terebinthus extendi ramos meos, & rami mei hanoris, & gratia: ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honestatis*. Et iterum: *Bonorum laborū gloriosus est fructus. Est sanè immortalis memoria illius & nota apud Deum & homines, rursus*.

Nomen impiorum similis fructibus putrescētibus.
Vita humanā arborisimilis
Pomum Sodomiticum.
Solimus.
Cant. 7. 13.
Ecclesia facta condit sui horti poma.
Eccles. 49. 1.
Eccles. 24. 22.
Sap. 3. 15.

Non recedet memoria ejus, & nomen ejus requiratur à generatione in generationem: si permaiserit (in vita diuturna) nomen devolinet, plusquam mille; & si reasuperit (in morte) proderit illi, ad nominis videlicet diuturni propagationem. Exemplum hujus rei clarissimum est Iob, quem, dum viveret, auris audiens beatificabat: nunc post tot saecula nemo non summa cum voluptate loquitur, audit, legit virum, qui erat in terra Ius nomine Iob.

Et erat vir ille simplex, & rectus ac timens Deum, & recedens à malo.

Natura ductum, & rationem insitam sequitur Iob. quaedam de Ratione, naturali, & Conscientia, & quaedam insitam verbum apud Iacobum. 51. Quid simplicitas in sacris, varia quoque simplicitatis dispositiones, & quae verior. 52. Simplicitas pro veritate apud Græcos. Quid verus homo: quid omne, in sacro & Latinorum usu. 53. Simplicitas pro sinceritate, & impermissione sceleris, quid cordis mundities, quid natura simplex, quid Axiomi Sinceritatis. 54. Simplicitas pro veracitate, rursus veracitas magna Innocentia pars. Quid ruge apud Paulum, quid duplex os, & lingua apud Salomonem. 55. Simplicitas pro quietate vendi ratione, & curis vacua, & quaedam alia in hanc rem.

est, abrogavit, sed potius instituit, re-dintegavit, atque errorum caligine dissecta protulit in lucem, ut pristina pulchritudini restituta, evangelica disciplina, & fide collustrata niteret. & Iacobus cap. 1. Insitum verbum nos suscipere jubet, quod, Oecumen. interpretatur naturalem sermonem, qui discernit melius à pejori; à quo etiam rationales sumus, ac dicimur. Est enim hoc à natura insitum verbum Fidei comes, & divinæ gratiæ præcursor; quo suscepto divinæ gratiæ, & fidei se præpararunt sancti illi Patriarchæ, qui sine lege scripta justificati sunt. Ille verò Dei filius, ex cujus fide justificati sunt omnes, quotquot Deo placuerunt, Verbum dicitur, Legos, ratio; disponit enim omnia summa cum ratione, & suos fideles sive antiquos, sive posteriores ad rectæ rationis regulam, & legem instituit, & conformat: ut sicut Apostolus Corinthiis scribit: Omnia rectè, & secundum ordinem fiunt.

Primò igitur dicitur, simplex, à radice (Thamam) quod finire, vel consummare, aut consummari, significat, ser, o est acabadò. & cum ad mores refertur, consummatum, atque perfectum, & omni ex parte absolutum significat. Latinus interpres non uno modo hanc vocem vertit; nam Iob. 9. reddit Innocentem. Gen. 6. Perfectum. Levit. 23. Plenum. Isai. 1. Sanum vel Sanitas. Ezech. 5. Integrum. Levit. 1. & Psa. 118. Immaculatum. Quare ut hoc quoque obiter annotemus, cum sacrificii pecus jubebatur esse immaculatum, non pertinebat ad simplicitatem, vel varietatem pellis, aut coloris; sed ad perfectionem, & integritatem, ut esset integrum, perfectum, sanum, minimè claudum, aut debile. Sæpe tamen etiam illa eadem vox redditur simplex, hoc loco, & infra cap. 9. & Gen. 25. & passim in lib. Proverb. eodémque modo Aquila, & Theodotio simplicem hoc loco legerunt, quamvis Symmachus, immaculatum dixerit. Quare illa, omnia in hac simplicitate continentur consummatio, perfectio, integritas, sanitas, & quaedam Innocentiæ, & sanctitatis plenitudo. Sed quare Interpres simplicitatem verterit, aut quid peculiare nomine simplicitatis intellexerit, quæve ratione ad simplicitatem retulerit perfectionem, & consummationem viri iusti, mirè variant interpretes. nam Greg.

Iacobi 1. 25. Oecumen.

Faciendes in se est, se præparat ad divinam gratiam.

1. Chor. 24. 50.

SI Quid simplicitas in sacris.

Iob 9. 10. Gen. 6. 9. Levit. 23. 15. Isai. 1. 15. Ezech. 15. 15.

Aquila, & Theodor. Symmach.

50 Commendatus Iob ab animi bonis.

Natura ducti sequi, non infima laus.

Rom. 2. 14.

Orig. Rem. 2. Conscientia pedagogus.

Rom. 12.

CVMM commédatus jam sit Iob, à dignitate, patria, nomine; nunc ab animi bonis; atque inter ea primùm constituitur quæ ad æquitatē rationis naturalis pertinere videtur, simplicitas, veracitas in dictis, & factis; rectitudo, virtutis, & boni amor, odium mali. Neque enim infima laus est, Naturam ducem recti, & rationem equitatis magistrā sequi; & cum legem aliam non habeas, naturaliter ea, quæ legi sunt facere; ab interna illa regula, insitæque lege boni prosequendi, malique vitandi nunquam deflectere; ut tibi ipsi lex sis, & ostendat opus legis scriptum in corde tuo; & pedagogum illum animæ (sic enim Origenes Conscientiam vocat) recta semper doceat, atque monentem, lubenter audire, & observare. Certè Paulus hujus recti dictaminis, & naturalis legis, etiam post evāgelicam acceptam, minimè nos oblitos vult, cum ita evangelio, & Christi fidei obsequendum doceat, ut obsequium rationale sit; neque enim Evangelium legem naturalem, quæ secundum rationem

cap. 2. & 5. eam simplicitatem ad mansuetudinem quandam refert, quam simplices etiam columbas habere videmus Chrysof. ad veritatem quandam, rationalis nature nullo fucō permittā: Divus Thomas virtutem Dolositati oppositā intelligit, quod nemini injuriam intulerit; ideo enim subicitur, & rectus. Alii referunt ad veritatem quandam dīctorum, & factorum. Alii ad unitatem rectæ intentionis, quæ dicitur oculus simplex in solo Deo defixus, & nihil præter Deum quærentis. Sed quod huic loco maximè quadrare videtur, proximèque accedere ad vim simplicitatis exprimendā, est, ut simplicitas veritatem quandam afferat omnis falsitatis, & simulationis expertem: sic enim simplicitatem usurpavit Cicero. 2. de finib. cum dixit: Vera diligimus, id est, fidelia, simplicia, constantia: tum vana, falsa, fallentia odimus, ut fraudem, perjurium, malitiam, injuriam. Hujus ratio, & analogia est, quod simplicia tādū syn-cera, & pura sunt, quamdiu non sunt composita, aut aliorum admistione corrupta; cum aliquid habent compositionis dispar, atque dissimile sui, jam apta sunt fallere, & fucum facere, dupliciæque sunt. Sic dixit Cicero de senectute. Cum simplex animi natura esset, neque haberet in se quicquid admistum dispar sui, atque dissimile non posse eū dividi. Ergo cum Iob dicitur simplex & verus, puritatem quandam sanctitatis, & veritatis significat. Is enim est perfectus, & integer; sic videas Ios. 24. Cōjungi perfectionem, cum veritate. Servite ei corde perfectō, atque verissimo. unde etiam, qui verè amicus alicujus est, habere dicitur animum simplicem, atque syncerum. Hanc Deus animi verè pii, verè amici, propensam voluntatē obsequendi, & synceram cordis simplicitatem diligit. Scio Deus meus (inquit Salomō) quod probes corda, & simplicitatem diligas. Vnde & ego in simplicitate cordis mei latens obtuli universa hæc: id est simpliciter, verè, amicè, sicut 1. Petri. 1. cap. In fraternitatis amore simplici ex corde diligitte attentius. Hanc tamen veritatem cum omnes ferè in simplicitate collimare contenderint, licet non omnino, ex parte tamen attigerunt. primò Orig. & Chryf. cum legerint in Septuaginta: Et erat ille homo verus, intelligunt eum verum hominem dici, qui divinam in se similitudinem ad-

Greg. Chrysof. D. Thom.

Math. 6. 22. Vera simplicitatis ratio.

Cicero.

Cicero.

*Vn onbre de veras san to, y puro.

Iosue 24. 14.

1. Paral. 29. 17

52

Orig. Chrysof. LXX. Quis verus homo apud

quam est conditus, pravis moribus non confuderit, neque corruerit, & divinam imaginem suo animo impressam flagitiosè vivendo nō affecerit injuria; fucus non censetur verus homo, sed falsus, aut similitudinarius; cōparabitur enim jumentis insipientibus, & similis fiet illis. Improbi (inquit Origenes) non secus, quam picti falsi sunt homines; Nam velut histrio habitu, & corporis figura, ementitur hominem ratione utentem, & divinam similitudinem pravis actionibus non obscurantem. Quare Sapiens, veri hominis definitionem ex virtutis, & pietatis studio tradit, Ecclesiastæ ultimo: Deum time, & mandata ejus observa, hoc est enim omnis homo. vel totus homo, vel perfectus vel quidquid homo est. Hoc enim etiam capit Originalis vox, nec non etiam Latina, nam omne interdum est idem, quod totum; & perfectum, aliquid, integrumque significat. Paraphrasis Tygurina habet, in hoc consistit omnium hominum perfectio. Vide in hanc rem pulchra quædam in Hilario super id Psalm. 118. Manus tuas fecerunt me, &c. Nisse. in oratione cui titulus. Quid nomen, professiōve christiana significet; qui exemplum adducit de simia emētita saltatorem: & Euf. lib. 7. de præparatione evangelica cap. 6. dum de hominis natura diserit; & Philonem in libro de Abrahamo.

Secundò ea veritas simplicitatis poni potest in Innocentia animi impermissa peccato, & incōtaminata flagitio in qua etiam puritate integritatem, & perfectionem Lyricus constituit canens: Integer vita, scelerisque purus. Apud Græcos Katharos, est, purus, mundus, impermissus, in contaminatus scelere aliquo. Hoc apud Ciceronem purum dicitur, integrum, candidum, omni admistione liberum. Sic enim scribit de Senect. Animus omni admistione corporis liberatus, purus, & integer esse capit. Hac ratione Nissen. lib. seu Disputatione de anima, & resurrectione definit naturam simplicem. simplicem (inquit) et unius modi voco eam, quæ in solo bono animadvertitur, & nullius mali communione permista est. Quare Iacobus cap. 4. dū animo duplices admeliorem simplicitatis frugē revocare conatur, hanc mundiciem & puritatem præcipit, Emundate manus peccatores, & purificate corda vestra duplices animo. Atque hæc ipsa est illa mūdiciem cordis Matth. 5. Videlicet, simplicitas cor-

Græcos.

Psal. 48. 13. & 21.

Orig. Impius histriōni similis, & falsus homo. Veri hominis definitio. Ecl. vii. 13.

Quid Omne apud Latinos sonet. Paraphr. Tygurina.

Hilar. Nissen.

Euf. Philo.

53

Simplicitas, & veritas pro innocentiā im-permissa sceleris.

Horat. Sadaq.

Cic.

Sciffonus.

Quæ sit natura simplex.

Iacob 4. 8.

Cordis mūdici es, quæ-

Math. 5. 8. 1. Chor. 5. 8.

dis, puritas sceleris, Beati mundo (Kathari) corde; vide Paulum in 1. Corin. 5. ubi vult esse azimos in sinceritate, & veritate, idest impermixtos fermento malitia, & nequitie, quibus vitis sinceritatem, & veritatem opponit. Ergo sinceritas, quæ eadem est simplicitas, veritatem affert; rursus veritas malitiæ, & nequitia permissionem excludit.

54

Simplicitas pro veritate in dictis, & factis,

Psal. 14. 2.

Maxima innocentie pars in veracitate.

Eph. 5. 27.

Tertio; simplicitatem interpretari licet veritatem in dictis, & factis omnis fraudis, & doli expertem; cum quo faciunt Septuaginta Vaticani, qui habent, Et erat homo ille verax. Huc videtur perfectionem, & innocentiam vitæ immaculatæ universam revocasse David psal. 14 nam describere videtur eum, qui ingreditur (vivit) sine macula, idest perfectè, integre, immaculatè, simpliciter; ex eo quod operetur justitiam, idest universam legem impleat; rursus operari justitiam eum, qui loquitur veritatem in corde suo: id est, quod loquitur non ore tantum, sed ex corde loquitur; per expositionem addit, & non egit dolum in lingua sua, nec fecit proximo suo malum, non detrahit, neque accipit æquis auribus detractores, non decipit, aut injuriam mentem gerit, cum exterius lingua jurat. Imò Paulus Eph. 5. omnem sponsum gloriam, mundiciem que omnis maculæ expertem, in hanc animi simplicitatem, atque candorem retulit, & ut simplicem redderet omni duplicitate, quæ in rugis inest, rejecta Christum sponsum summa caritate laborasse. Christus (inquit) dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, ut eam sanctificaret mundans eam lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipse sibi Ecclesiam, non habentem rugam, neque maculam, ut sit sancta, & immaculata. ubi vides maculam, & rugas conjungi; hæcque ad animi duplicitatem pertinere. Vafri omnes, & versipelles duplices sunt; In corde, & corde loquuntur, dum aliud cor labiis dolosis profitentur se habere, aliud verò imo pectore gerunt: quin etiam duas in eodem ore linguas gestant, non solum ut nunquam tacere possint, sed ut nunquam loqui sibi constantia valeant. Mirum, quam oderit Salomò duplicis linguæ homines, viam (inquit) pravam (cuniculis, & ambigibus interceptam, & difficultatibus detortam, jam acclivem, deinde præcipitem) & os bilingue (quod nunquam sibi

Ecclesia ornatus simplicitas.

* Sin dobles, ni pliegues, ni bolillos.

Psal. 11. 3.

Qui duplici corde, duplici etiam lingua homines.

Prov. 13. 8.

constantia loquitur) desertor. Neque verò unica via, & ea prava contenti sunt. Sed, quod mirum est, terram ingrediuntur duabus viis, hac se tibi offerunt obviam, & comitem viæ præbent; illa discedunt longius, & penitus averfantur. Et non secus atque duo homines, qui in eadem via contrariis omnino motibus aguntur, dum alter à capite viæ, alter à fine proficiscitur; sic versutus, & callidus, cum duplex sit, non simplex homo, duabus viis idem iter conficit sibi ipsi contrarius, omnibus ut apparet externa facie amicus, nulli verò non inimicus: quippe gradus etiam averfa facie, converso dorso. Gestant etiam (ut non omnino latere possint, nã ut ait Sapiens, Qui depravat suas vias, manifestus erit) non solum vestimenta ovium, intrinsecus verò lupina, sed vestem etiam, quæ ex duobus texta est, & visum vel leviter commota fallit. Agrum suum serunt diverso semine; enituntur, ut duobus dominis servire videantur, Deo, & Mammonæ, & in duas partes claudicant. Sed miseri concident * semel (penitus corruent lapsu irreparabili, sicut è contra, lenis ille simplicis hominis gressus, de scælici exitu securum illum reddidit, cum proverbium sit; Qui ambulat simpliciter, salvus erit, qui perverfis graditur viis, concidet semel.

Ecc. 2. 14.

Vafri, quibus similes,

Prov. 10. 9.

Levi. 19. 19.

* Daran vna, y buena.

Prov. 28. 7. 28.

55

Gen. 25. 27. * Onbre de buen trato, liso, y quitado de pesadumbres, y ruydo.

Simplex pro quieto. Kaldæus.

OnKel.

Ad extremum nõ incongruè dici poterit, Iob vir simplex, sicut & Iacob Gen. 25. Similiter nominatur vir * simplex habitans in tabernaculis. Nimirum, qui se in externas res, & vanas sollicitudines minimè effunderet, ut Deo, & sibi vacaret habitans in tentoriis, quietus, domi consistens. Vel ut Kaldæus dixit, Minister domus doctrina, quod scholam frequentaret, ubi de Deo, divinisque rebus ageretur sub magistro aliquo pietatis, veritatisque unius Dei cultore; & ut quibusdam placuit, sub Melchisedech. Simplex autem Iacob opponitur Esau, qui fuit Vir agricola, & venator. OnKelus, oberrans in agris, quippe impatiens quietis, osor domus, amator ruris, venationis studiosus, & sectator ferarum, & ut semel dicam, externarum rerum delectationi, & curis, & rei faciendæ deditus. Certè qui externa nimium sollicitè, & cupidè procurat, extra se vagatur deserti interni animi domo; qui verò sibi, Deoque vacat, is ad cordis penetralia

ingre-

Psalm. 120. 8.

ingreditur, & suæ domi, quiescit, sicut Scriptum est: Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum quem locum hac paraphrasi illustrat Kaldæus. Dominus custodiat introitum tuum ad studia legis, & exitum tuum, ad negotiationes mundi. Atque id olere etiã videtur, quod Esau fuerit, totus in morem pelis hispidus, & pilosus, Iacob verò lenis, id est, lævis, & glaber, nam ut est in proverbio Hispano, hombre veloso o rico, o hazendoso. homines villi asperi, aut divites, aut industrii; hi sunt sapientes, & prudentes sæculi hujus, quique profitentur illius sapientia studium terrene, animalis, diabolica; simpliciorum vivendi rationem cõtenuunt, & se solos viros putant; simplices parvulos, ignaros rerum, gerendis, administrandisque negotiis inutiles, & planè ineptos, quo nomine ignavia, & stultæ cujusdam inertia accusati sunt quondam ab æthnicis Christiani, quod viderentur in fructuosi in negotiis, & simpliciis vivendi institutum colerent, & profiteretur, ut Tertulia. scribit in Apolog. Nimirum sapiens sibi videtur vir dives. Sed eo ipso nomine, nõ simplex, sed duplex est. Melior (inquit sapiens) est pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quàm dives torquens labia sua, & insipiens. Et iterum: quàm dives in pravis itineribus. Hujusmodi enim, qui de sua duplicitate gloriantur, illa comminatio intèta est, ve * duplici corde (id est multiplicis cogitationis & intelligentiæ.) Sed jam longior fuerit hujus vocis (simplex) non simplex, sed multiplex tractatio, illud modò dictum fuerit in simplicitate Iobi peculiarem omnem simplicitatis vim, atque laudem enituisse.

Et rectus ac timens Deum.

56. Que rectitudinis ratio, & varia acceptio in sacris, qua via recta, & via iustitia. Illustratus Salomon, & Daniel. 57. Rectum pro jucundo, & hujus analogia ratio. 58. Iustus placet omnibus, displicet carnibus, & sanguini Pauli exemplo. 59. Quid Dei timor, que vis patriæ.

60. Quondam omnia timore fiebant, & timoris nomine Lxx universa. & Deus ipse nominabatur. 61. Iustitia pars recedere à malo, quid recedere, quid stare in sacro sermone, quid propositio à, & Græco. 62. Illustratus Math. locus ex Græco non communicandum cum impiis.

Rectus, videri potest hoc additum per expositionem, nam aliquando etiam vocem originalem Latinus interpretis vertit per simplex, infra cap. 22. 3. & quæ sæpe dicitur via recta, id est plana, & minimè difficilis, Isa. 40. 3. & 40. Oseæ. 14. 5. 10. Proverb. 29. & 27. est eadem, quæ viæ pravæ opponitur; videlicet simplex. Sed fortè verius est ut illam viri justis perfectionem jam explicet sigillatim, & per partes. Nam rectitudo hæc, ea est, quæ dicitur æquitas infra cap. 23. 7. Psal. 10. 7. Deu. 9. 7. Pro. 4. 7. 11. & iustitia Psal. 47. 7. 11. Sicut autem hoc loco simplex & rectus junguntur, ita etiam simplicitas & æquitas, cohærent. 3. Reg. 9. 4. in simplicitate cordis, & in equitate. Quod si ad alterum hæc rectitudo, referatur, rectus, & æquus est, qui nemini nocet. Sic Dan. 11. Vbi nos habemus, veniet ad Regem Aquilonis * facere amicitiam Septuaginta, facere fœdera; in fonte est, facere rectitudines, æquitas, id est æquis conditionibus fœdera inter duos Reges cõponere. Si verò ad cor, & animum, rectus est, qui rectè vivit, rectâ incedit, non declinat ad dexteram, neque ad sinistram; quæ in medio consistit fidus comes: qui nec in solefcit prosperis, nec frangitur ad versis, nec metu, aut minis, prece, aut pretio à rectè, & syncerè judicando dimovetur. Sic enim rectitudo exponitur à Salomò Proverb. 4. Dirige semitas pedibus tuis, & omnes viae tue stabiliuntur. Septuaginta, rectas orbitas fac tuis pedibus, & vias tuas dirige. Propriè ad Heb. pòdera, complana, rectifica, libra ad aequalitatem, ut nihil sit eminens, nihil depressum; istæ enim sunt, sententia aequitatis, & semita iustitiæ, iustitia enim æquale reddit; id est pondus, æqualitatem æquitatem serva; & deinde per expositionem adjungitur: Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram, averte pedem tuum à malo.

Rectitudo pro equitate.

Rectus qui nemini nocet Dan. 11. 6. * Hazer las amistades y su que nadie quede cargado.

Lxx. Quæ sit cordis & vitæ rectitudo.

Proverb. 4. 26. Lxx.

Quæ viæ iustitiæ, & æquitatis.

57

Rectum pro jucundo.

Rectum esse in oculis quid

Cæterum idem verbum (Iasar) quod significat rectum esse, significat etiã placere, & jucundum esse, hac analogia, quod quæ recta sunt, eadem sunt oculis pulchra, & venusta, quare ab hac radice frequenter dicitur aliquid rectum esse in oculis alicujus, aut placere in oculis: rursus quæ recta sunt, & plana, eadem sunt minimè aspera, sed lævia, æquabilia, suavia, amica tactui: nam rectitudo hæc, non tam

ea est,

ea est, quæ in directum, & longum protenditur, quàm quæ ad amulum, & rectitudinem complanata est; uti explicatur Isai. 40. *Rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons, & collis humiliabitur; & erunt prava in directa, & aspera in vias planas.* Plana ergo, lævia, & recta, sensibus amica, & suavia existunt. Hinc rectum idem est, quod sua ve, atque jocundum, Psalm. 118. *Ad omnia mandata tua dirigebar, id est suaviter, facillè, jocundè ad illa ferebar, recto, prompto, facili animo complectebat.* in Heb. *omnia mandata tua direxi, aut rectificavi;* id est recta, suavia, jocunda, facilia duxi; digna, quæ totis viribus, & corde complecterer: & ideo subdit, *omnem viam iniquitatis odio habui.* Similiter Psa. 44. *virga directionis, virga regni tui.* propriè *virga planicies, vel rectitudinis;* nam (*Misor*) est planicies, aut rectitudo terræ exulta, atque arboribus, hortisq; amæna; quæ dicuntur campestris; quare *virga directionis,* est sceptrum, & regni gubernatio jocunda, facilis, amæna, minimè aspera, aut dura; juxta id. *Dominiis regit me, & nihil mihi deerit; in loco pascuæ* (hæc est planicies, & campestris rectitudo) *ibi me collocavit. Super aquas refectiois educavit me, & animam meam convertit; deduxit me super semitas justitiæ* (hæc item sunt semitæ rectæ) *propter nomen suum: tadem explicat clariùs, virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Et Proverb. 23. *Ne intuearis vinum, quando slavefcit, ingreditur blandè.* Heb. *illabitur in rectitudinibus.* id est sine offensione, sine asperitate, suaviter. Ergo cum Iob *rectus* dicitur, aut quicumque alius vir justus, dilectum Deo, & hominibus sonat, omnibus gratum, atq; jocundum, nulli molestum, aut asperum, suavem, mitem, comem erga universos. Hoc illud Pauli est Colossensibus, imò universis Christi fidelibus præcipiētis, *Grati estote, id est gratiosi, amabiles omnibus (Eucharisti) bene merentes de omnibus; & alio loco, Quæcumq; amabilia sunt, hæc cogitate.* propriè ex Græco (*prophile*) amabilia, amata, & chara omnibus, licèt enim passivè accipere. id se præstare Paulus profitetur. I. ad Corint. 10. *Ego per omnia omnibus placeo, non quarens quod mihi utile est, sed quod multis.*

Sed Paulum sibi ipsi objiciamus scribentem ad Galatas. I. *Si hominibus placerè, Christi servus non essem.* Pro responsione

non indigemus alio, quàm ipso Paulo explicato; nam *hominem* usurpat pro carnali, pro carne videlicet, & sanguine, & pro iis, qui nō sapiunt, quæ sunt spiritus Dei: his in causa religionis minimè acquiescendum est; sicuti & Paulus ipse, ut vocanti Deo responderet, *non acquievit carni, & sanguini:* Neque *Christi servus esset, si suæ genti placere vellet* Christum & evangelium non agnoscenti; anathemate ferit infideles, & hæreticos cum opus est; quamvis ex ea re in offensionem multorum sciat se deventurum; terribilem se præstat per epistolas, nam illius *epistola graves, & fortes;* qualis autem *verbo est per epistolas, talem se præfens in facto exhibet; contristat etiam suos, nec illum penitet, sed gaudet etiam:* quare minimè mirandum, quod impii graviter de justo conquerantur, & gravem sibi esse etiam ad videndum proclamant; propterea habito inter se consilio sic statuunt, *Circumveniamus justum quoniam inutilis est nobis.* Septuaginta, *quoniam insuavis est nobis,* quo etiam modo legunt Cyprianus lib. 2. testimon. ad Quirinum cap. 14, August. 17. de civitate capitul. 20. vox Græca difficilem, morosum, & intractabilem significat. Ergo viri justi lenitas illa, sive rectitudo, & ingenii facilitas, atq; suavitas ad aras usq;.

Ac *timens Deum.* Subjungit alteram quæ erga Deum est, justitiæ partem, Dei videlicet timorem, id est pium, & religiosum veri Dei cultum, & venerationem. Quod maximè observandum fuit sæculo corruptissimo idololatria, & veri, uniusque Dei ignoratione. Latria autem, ut periti Græci, & Phavorinus in Lexico tradunt, affert sua significatione vehementiam, & intensionem timoris; quare sapienter D. Thom. debitum Deo honorem, & reverentiam refert ad donum timoris. 2. 2. neque verò hæc timoris significatio in audita est apud Latinos, cum Poeta dixerit: *Emathion, æqui cultor, timidusque deorum.* Idem profus, quod *rectus ac timens Deum,* quare frequenter in sacro sermone *timor,* est Dei adoratio, & cultus; Matth. 4. *Deum tuum adorabis,* quod Deut. 6. unde id sumptum est, habetur, *Deum tuum timebis.* Quoniam autem Dei religiosa veneratio, & cultus duo affert, & internam numinis reverentiam, & externum cultum, ceremoniarumque piam observationem; utrumque timoris nomine

Galat. 1. 10.

Galat. 1. 16.

1. Corint. 5. 5.

1. Corint. 10. 10.

2. Corint. 7. 8.

Sap. 2. 15.

Verf. 12.

LXX.

Cyp. & Augst.

Iustus aliis placeto usq; ad aras.

59

Latria affert intensionem timoris. Phavorinus.

D. Thom. 2. 2. q. 19. art. 9. & q. 18. art. 2.

Ovid. 5. meta. Timor, Dei cultus. Matth. 4. 10. Deut. 6. 13.

Quæ includat timoris nomen.

Psalm. 118. 2.

Psalm. 137. 2.

Act. 10. 2.

Luc. 2. 25.

60

Timor includat quondam omnem legis observationem.

Psalm. 9. 11.

Exod. 20. 2. versu. 18. Cur lex timore tradita.

Deus timor.

Gen. 31. 53.

nomine significavimus. Primum Psalm. 1. *Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore,* id est, horreni numinis majestatem, & excellentiam debito honore, & reverentia prosequimini, veluti servi (servitatem enim latria ex vi significationis affert) sed ita tamen, ut exultare coram illo possitis, benèq; vobis de vestra servitute, & timore gratulari; est enim magnifica, & gloriosa servi Dei, & illius majestatem, numenq; timentis cōpellatio; & magni cuiusdam præmii ex hujusmodi servitute, & timore proveniuntur speciem efficit. Secundum verò Psalm. *Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo,* id est, juxta ritum ceremoniarum, & præscriptum legis observandæ iis, qui templum adveniunt te adoraturi. Hinc *timens Deum,* vel *timoratus;* pro legis observatore, & religioso cultore; & junguntur quidem, *religiosus, ac timens Deum.* Acto rum 10. *Iustus,* verò; & *timoratus.* Lucæ. 2. Quod timor autem in lege naturæ, & inveteri præsertim, omnem cultum, & legis universæ observationem significaret, & comprehenderet, illa ratio est, quod tunc timore peragebantur omnia & veluti servi colebant Deum pœnæ potius, & vindictæ declinandæ gratia, quàm amore numinis: timebant nimirum sibi, nisi timerent punientem Deum, legemque minantem. Quare David dum penitus compressam hostium audaciam, & vel supplicio, vel terrore inflicto ab inferenda sibi injuria coercitos desiderat, *Cōstitue* (inquit) *Legis latorè super eos, ut sciant gentes quomodo homines sunt.* Hier. juxta Heb. *Pone terrorem,* siue *timorem,* Idem nimirum censebatur, *lex,* aut *legis lator,* quod, *terror* aut *timor.* Quare legem illam terrificam, timorem appellabant; nominis hujus ratione reddente Moyse Exodi. 20. *Cum enim cunctus populus videbat voces, & lampades, & sonitum buccinæ, montemq; fumantem; & perterriti, ac pavore concussi steterunt procul dicente Moyse, Loquere tu nobis, & audiemus; non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur,* ait Moyses ad populum: *Nolite timere, ut enim probaret vos venit Deus, & ut terror illius esset in vobis, & non peccaretis.* Nec verò modò Lex, Deus etiam legillator *timor* dicebatur justorum, *Jacob, & Patris sui Isaac;* abstracto illo nomine significante nō leviter, sed vehementer timendum illius numē. Sed jam Lex gra-

tiæ, & Deus ipse, *Charitas;* nomine abstracto significante Dei *inimam charitatem,* qua dilexit nos in Christo; redamandumque à nobis *ex toto corde, ex tota anima, universis viribus;* quippe optimum, & indulgentissimum parentem nō à servis, sed à filiis; *Non enim accepimus Spiritum servitutis iterum in timore, sed accepimus Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus* (dulcissimam vocem ingeminantes, suavissimèque sonantem nationibus universis Hebræis, Græcis, Latinis) *abba pater.*

Et *recedens à malo.* Explicuit prosecutionem boni, videlicet facere bonum; nunc alteram justitiæ partem adjungit, quod est, *declinare à malo.* *Recessus* autè hic juxta originale propriè est, rebellio quædam, & defectio à tota malorum cohorte, & peccatorum factione, & stas inimicitias cum peccato gerere, hostiū instar inferentium hostibus bellum; quo recedendi verbo, licèt ab alia radice, significatur rebellio. 3. Regum. 12. *Recessit Israel de domo David.* & 4. Reg. *Rex Moab recessit à me; veni mecum contra eum ad prælium.* Quare etiam bellicum aliquid sonat quod è contrario Ecclesiasticus dixit. cap. 2. *Accedens ad servitatem Dei, sta in timore, & prepara animam tuam ad tērationem.* Ille enim accessus ad factionem sanctitatis fit recedendo à malo; illud autem est virtuti, & pietati nomen dare. & Domino exercituum militare. Cum quo facit, quod *stare,* sit etiam, stationem suam servare instar strenui militis; & *preparare se ad tērationem* sit, diligenter se comparare, vallare, atque sepire ad sustinendum impetum adversariorū; quod Paulus dixit Ephes. 6. *Accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo.* Et deinde: *state ergo succincti lumbos vestros.* Hunc autem à malo velut, ab hoste recessum, Paulus etiam expressisse videtur Roma. 12. odii nomine, *odientes* (inquit) *malum, adherentes bono,* quo loco Chryso. ait: *Multum nos jubere Apostolum adversus malitiam habere inimicitiam, multum odii, multum belli.* Atque illud præterea observat vehementer quoddam mali odiū significari particula Græca (*apò*) propriè dicas, *valde abhorrentes à malo, longe recedentes,* non enim tantum valet ea præpositio *A,* vel *ex,* sed etiam *lōgè,* procul. Quam etiā habet vim Matth. 7. *Discedite à me omnes: qui operamini iniquitatem.* id est, procul recedite. necne in

1. Joan. 4. 8.

Deut. 6. 6. Matth. 22. 37. Luc. 10. 27.

Rom. 8. 15.

61

Iustitiæ pars declinare à malo.

Psalm. 33. & 36. Quid recedere in sacris.

3. Reg. 12. 19. 4. Reg. 3. 7.

Ecl. 2. 1.

Quid stare in sacris.

Ephes. 6. 13.

Rom. 12. 9. Chryf. hom. 21. super ad Rom.

246

62

Matth. 7. 23. De iavoz in daos de mi, y de mi reyno

eadem regione mecum habitare, id enim etiam significat verbum ipsum *apochorêo*, solum vertite; inter me, & vos, non modo murus interfit, sed etiam longissimū spatium, ut significet nulla ratione *communicandum operibus tenebrarum*; procul recedendum à *tabernaculis impiorum*; non standum in via peccatorum: atque illud frequenti oratione postulandum à Deo, *Vide si via iniquitatis in me est, & deduc me in via eterna.* Exemplum omnis sanctitatis tibi proponitur Iob ita à malo recedens, ut longè, latèque ab iniquitate abfuerit: cumque eo etiam nomine cum scelere, & impietate immortales inimicitias susceperit, regno se, & imperio dignissimum præstitit; cum de Rege Christo dictum sit, *dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vixit te Deus deus tuus oleo latitiæ.* Oleum autem latitiæ id dicebatur, quo rex ungebatur in die latitiæ, cāt. 3. die videlecet, quo coronabatur, & inaugurabatur in regnū.

AN REGNUM IOBI DEVM QVOQUE TIMVERIT ET ADECCLESIAM PERTINVERIT?

36. In lege nature suere multi qui ad civitatem Dei pertinerent. Ecclesia quid: cur catbolica.

64. Iobi lux, circumfusa te nebris impiorum, omnia in hoc mudo confusa, & permista.

63

IOB singularis pietas, sanctitas, religio nos in hanc dubitationem adducit, quale videlicet regnum extiterit sub rege sanctissimo: cui, ut cumulatè satisfaciamus, unum, aut alterū præmittemus. Primū cum August. de ciuit. 18. cap. 47. Sanctitatem Iob, manifesto argumento esse, in lege nature, & extra Israeliticū populum fuisse, qui ad civitatem Dei, & spiritualem Hierusalem pertinuerint probata fidei, & sanctitatis cives. In hac nimirum ciuitate, homo, & homo natus est in ea idest quilibet potest esse ejus civis, & indigena, qui leges civitatis, juraque obseruet; atque fidem, & sanctitatem colat. quid enim aliud est spiritualis Hierusalē quam Ecclesia, hominumque multitudo, quos verus Dei cultus, veraque cognitio in unam civitatem convocat, & cōjungit? Cujus muri, atque mœnia erecta & super structa sunt lapide angulari, qui nō

solum *utraque*, idest antiquæ, & novæ legis fideles in Ecclesiam unam, unum effecit, sed ab Adamo quotquot fidem, & religionem veram tenuerunt; sub eodem septo, eodemque domus Dei tecto continuit. Quippe Ecclesia catholica, & universalis est, tum ob alia, tum quod universa tempora complectatur, idest ab exordio mundi constans: perpetuo extiterit, ad finem usque constanter, perpetuoque perseveratura.

Secundum; cum Origen. hom. 1. & D. Gregorio lib. 20. cap. 1. Iobi sanctitatem mundo extitisse velut fulgentissimum lumen; quippe iusti in medio nationis prave, atque perverse (ut ait Apostolus) luceant, velut laminaria in mundo. Sunt itaque nunc lumina circumdata tenebris, tenebrę resperse luminibus; impios inter mixti sancti, pijs circumfusi peccatores; cōfusa omnia, & perturbata; & ut August. dixit, *perplexa, nunc sunt due ille ciuitates; in vicemque permista; donec ultimo iudicio dirimantur*: nunc triticum, & zizania in eodē agro crescunt usque admixsem: in eadem area grana frumenti nondum à paleis expurgata, usque ad ventilabrum; in eadem sagena mali, bonique pariter pisces conclusi, usque ad electionem bonorum in vase sua; in eadem Aegypto commorantes advenę Israëlitæ cum indigenis, usque ad exitum de populo barbaro; Babylone inter Kaldeos detenti Hierosolimitani, usque ad conversionem captivitatis: in iisdem pascuis hædi, agnique pariter versantes, usque ad separationem; in eadem domo magni patris familias vasa in honorem, & vasa in contumeliam, aurea, & argentea, lignea, atque fictilia usque ad virgam ferream que vasa figuli confringat.

PARS PRIMA Husitas impios atque infideles extitisse.

65. Prima sent. de Husitarum infidelitate. 66. In stormum lucrum ex impiorum parte quatione. Iob ab impijs multa passus. 67. Impiorum commelitus extitissus. 68. Impij conantur iustos corrumpere. Non tãgenda que illorum sunt. auditu, & visu ledunt pravorum exempla. 69. Reges leduntur etiam impietate subditorum. 70. Miraculi instar boni inter malos esse.

Ephes. 2. 20.

Ecclesia universalis.

64

Origen. Gregorius.

Philip. 2. 15.

Agos. 1. de ciuit. Cap. 35.

Math. 13. 30.

Math. 3. 12. & Luc. 3. 17.

Math. 13. 40.

Pf. 113. 1.

Pf. 125. 1.

Math. 25. 32. & Rom. 9. 21.

Pf. 2. 9.

2. Cor. 10. 10.

Eph. 3. 11.

Num. 16. 26.

Pf. 1. 1. & 85. 11.

Regno dignus qui malo odio habet. Pl. 44. 8.

Oleum latitiæ quale. Cant. 3. 11.

Aug.

In lege nature suere etiam cives spiritualis Hierusalem.

Quid sit Ecclesia.

Ephes. 2. 20.

65

Prima sententia.

IAM nunc de dubitatione proposita Græci atque Latini consentire videntur, non solum Iob ex gentibus alienis à veri Dei cognitione, & cultu genus ducere; sed regionem Hus pari etiam infidelitatis, & idololatrię impietate astrictam fuisse: nihilo enim melioris conditionis Idumæis, ceterisque Arabibus Husitas censent. Ergo in ea regione errores illos pervagatos fuisse oportet, quos tres illi viri Iobo affingunt, & quos à se Iob constanter depellit, adorati videlicet Solis, & Lunæ; & abnegatę divinę providentię; ex quo facilis, & planus patefit aditus ad omnia scelera. Sententiam hanc pluribus explicuit Origen. appellans Husitas, universosque posteros Esau *injustos, impios, profanos, infideles, obscenos.* Chrysof. qui Ausitidem cōcludit intra Arabiam, ait *corruptos omnes in Arabia fuisse, & nullū ibi nō extitisse improbitatis exemplum.* Grego. impios illos, quibus cum vixerit, significatos ab ipso Iob, illis verbis cap. 30. *Frater sui draconum, & socius struthionum;* multaque ab iniquis illata sustinuisse mala existimat; proptereaque rosę comparat, quam pungūt spinę circumfusę, puncturis licet ipsis suavē spirantibus; quare sicut fingitur ille Cupidinis frater Antheros, mutuus videlicet amor, & benevolentia, sine quo neque Cupido crescere ad debitam hominis mensuram, neque exultare in infantili ætate mutuis lusibus, & puerilibus confabulationibus lætus poterat; quippe solus, & parili ætate, societateque destitutus; sic sanè neque perfectus vir esse posse videatur, qui fratrem non habeat, cum quo crescat pariter; sed non sicut ille amor mutuus amorem, & benevolentiam; sed odium potius, & inimicitia, ut cum his *qui oderunt pacem, sit pacificus;* & inter eos vivat, *qui retribuunt mala pro bonis, quoniam sequitur bonitatem.* Ille ergo renuit esse Abel justus, qui Cainum fratrem habere renuit fratris osorem, & fraterni sanguinis effusorem favissimū. Isaac esse non vult, qui Ismaelē fratrem persequutorem habere recusat; Non Jacob, *princeps cum Deo,* qui germanus esse nolit profani Esau, nunquam non frater nam cedem anhelantis; neque Ioseph erit, cui non fuerint fratres plures (non unus modò) qui *semper illum oderint.* Propterea Iob ad tam ex-

Orig. hom. 1.

Chryf. in c. 16.

Grego. lib. 1. c. 1. & li. 20. c. 29.

66

Pf. 119. 7.

Genes. 21.

Et Galat. 4. vers. 29.

Genes. 27. vers. 41. & 42.

Osee. 12. Gene. 37.

cellsum creverit sanctitatis saltigium, quòd, *frater draconum* fuerit mortiferū ubiq; in illum malitię, & invidię virus jaculantium. Cujus Rei non obscurum argumentum est, quòd data occasione, virus in Iobum conceptum evomuerint sui ipsi cives, *deridentes, abominantes, longè fugientes, & minimè revertentes in illius faciem spuere,* cap. 30. v. 1. 9. 10. *opprimentes* etiam nemine opitulante, v. 12. 13. 14. se etiam odio habitum testatur, cum cap. 31. ait, *Si gavisus sum ad ruinam ejus, qui me oderat, &c.* Eandem Gregorii mentem habuisse videtur Origenes, qui Iobum inter Husitas constitutum appellat, *columbam inter raptrices aquilas, agnum in medio luporum diripientium; inter tribulos liliū, Abrahamo persimilem, qui credidit in medio Chaldeorum idola colentium, educusque est de Vr (de flamma & igne exardescētis persecutionis) Kaldæorum.* & argutè illud observat videri adversus Satanam apostatam, illa verba directa & contorta. *vir erat in terra Hus.* Nam qui in terra sanctorum iniqua gessit, & de celo cecidit cum Lucifer esset, & in ignem æternum conjectus est, qui in medio lapidum ignitorum ambulat, non potest non acriter vulnerari, penitusque trasfigi proposito hominis exēplo, qui in terra Hus videlicet impiorum, ibidem natus, ibidē altus, & educatus fuit *vir simplex, & rectus, & timens Deum, & recedens a malo;* nunquā a bono deficiens, nūquam ab officio discedens; nihil mali, nihil vitij ex impiorū convictu quasi contagione contrahens. Quare nisi Husitæ impii, & infideles fuerint, non videtur magna Iobi laus rectū, & simplicem fuisse. *Nōq; enim (ait Grego.) valde laudabile est, bonum esse cum bonis. sicut enim gravioris culpa est inter bonos, bonum non esse, ita immensè est praconii bonū etiam inter malos extitisse.* Quis enim nesciat ex impiorū cōvictu summū periculū sanctitati creati; pravis exēplis sæpe; multūque lædi, nō raro etiā vinci, & opprimi? non ne commistisunt inter gētes, & didicerunt opera eorū, & secuti sunt, sicut scriptum est, *factū est illis in scandalum?* Ea verò commistio qualis sit, ex vini cū aqua tēparatione comòdè intelligi poterit; est enim ab Isai. dictū, *Vinū tuū mistum est aqua;* sicut enim vinū aqua dilutū læguet, friget decoloratur, odorē amittit, tandē evanescit; nō aliter ex impiorū familiaritate læguet, friget, decolor,

Orig.

Genes. 15. 7.

Isa. 14. 12.

Ezech. 28. 14.

67

Impiorum societas contiosa. Pf. 105. 35.

Isai. 1. 22.

Pietas cum pietate coniuncta aliquid quando eum nescit.

& acida redditur pietas; qui commissio ni faciendæ; & adulterandæ, cauponandæque virtuti nunquam non invigilat callidissimus ille taupo dæmon, sui semper quæstus, nostri dispendii, damni- que diligentissimus procurator.

Neq; modo feruetioris, puriorisq; san- ctitatis vinum corrumpere & diluere stu- det injecta familiaritate impiorum, sed eam mentem impiis omnibus injicit, ut pelliciant, invitentque justos, quos apud se habent (ne quis se ab illorum vivendi ratione abstineat) ad purissima Baby- lonis pocula, turpèsque comotationes, & turbidum, fœculētumque fœdissima- rum vinum voluptatū: graviter, nequis- simum hunc dolum ferente Deo; gravi- ter etiam conquerente Ainos. 2. *Susci- tavi de juvenibus vestris Nazaraos, & propina- batis Nazaraeis vinum.* à quibus, videlicet, abstinentiam discere debuissetis; illos ve- stro vos exemplo, consiliis, vinolentia oblato etiam poculo, & propinato vino, ad vestra ebrietatis, & vitæ impurissimæ imitationem cōvertere studuistis. Ergo tam difficile est bonum, justumque inter malos esse, ut ille tantum fœlix, *beatusque* esse posse Davidi Regi visus sit, non qui inter improbos vixerit; Sed *qui nō abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentie non sedit.* Id est, qui tam discesserit ab impiis procul, ut non solum non excipere auribus cō- silia, vocēsque impiorum, sed neque pos- sit tangere, quæ ad illos pertinent, non sedem, quam illi semel occuparint; non viam, quam illi calcaverint; non vestem quam illi tetigerint, quàmvis nunquam induerint; (propterea enim castus Ioseph reliquit pallium in manu fœminæ tur- pissimæ, quòd, ut observavit Hie. conta- ctus impurissimæ manus contagione pesti- lenti cōtaminatū esset: nō accipere illorū etiam spōte oblatum auxilium ad opē- ratum laborē minuēdum; exemplo Zo- robabelis; & populi Principum i. Efd. 4. qui idololatris dicentibus. *adificemus vo- biscum, quia ita, ut vos, querimus Deū vestrum; responderunt, Nō est nobis, & vobis ut adificemus domum Deo nostro, sed nos ipsi soli adificabimus.* Quid, quòd etiam impiorum nomē sum- ptum ore, & versatum lingua lædere ho- minis animum potest? Eapropter sic apud se statuerat David; *Nec memor ero nominum illorum per labia mea.* Quare quæ

actione, quam vocant Physicam, læ- dere non possunt hominem, si ad im- piorum familiaritatem, & convictū re- ferantur, *bonos corrumpere mores* poten- tia sunt; qualia sunt *colloquia mala.* atque aded etiam tacentem excipere eorum voces exitiosum est. in quam rem id Psalmi. 140. *Non communicabo cum electis eorum,* ita à Kaldæo explicatum est, *non sistentabor cantilena domus convivii eorum.* Si illorum videas exempla improbitatis (mirum) tuis ipsi oculis fascinaberis; minimum, si te nimium gesseris cautē & sanctē, cruciaberis acerbissi- mē. Tantum audi Apostolum Petrum, rem hanc verbis gravissimis, gravissi- mōque exemplo confirmantem. *Iustum* (inquit) *Loth oppressum* (opprimitur ni- mirum inter improbos virtus) *à nefan- dorum injuria* (vexat etiam contumeliis omnibus pietatē impii) *ac Luxuriosa cō- versatione eripuit* (videlicet redemit quasi ex servitute; nam injustitia justitiam detinere, & constringere, veluti cap- tivam nititur) *Aspectu enim, & auditu justus erat,* (nam quæ ille videbat, quæ audiebat gravissima, & molestis- sima illi erant) *habitans apud eos, qui de die in diem* (singulis diebus, quotidie quoti- dianis exemplis improbitatis) *animam justam iniquis operibus cruciabant* (quippe nō aliter quàm iudex cruciatibus, tormen- tisq; extorquere solet à reo admisi sce- leris confessionem, ita pravum exem- plum hominem excruciat ad abnegan- dam pietatem, & vitæ honestatem de- ferendam) *Novit Dominus pios de tentatione eripere.* (id nimirum est divinum quod- dam, & immortale Dei beneficium, cla- rissimum etiam divinæ benevolentiae argumentum, justum de medio impio- rum, qui pietatem perdere tentant, e- ducere, quàmvis exilio, quàmvis mor- te faciat; sicut SS. est, *Hnoch placens Deo factus est dilectus, & vivens inter pecca- tores translatus est; raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus; aut ne scitio deciperet animam illius.* Propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum.

Sed quantumvis (inquit) hæc veris- sima sint, Rex tamen, aut Princeps non versatur in magno discrimine, cum im- piis licet cōversetur; nō enim tāgi, lædē- ve poterit pravis suorum moribus; & exemplis. Quare minus jam miranda fuerit

1. Chor. 15. 33
Pf. 140. 4

Kaldæus.

Pravorum exemplo- rū vis, at- q; virus

1. Pet. 2. a ver. 7. illu- stratur bo- na ex par- te.

Dei benefi- cium de im- piorum so- cietate ho- minem eri- pere.

Sapient. 4. 10.

69

68

Impii conā- tur pios ad se cōvertē- re.

Apoc. 17. 4

Amos. 2. 11

Difficile bo- nū inter ma- los esse.

Genes. 39. 12

Horony.

Efd. 4. 2

Pf. 15. 4

Princeps su- biliorū sce- leribus cō- sentiens.

1. Reg. 29. 6. 7.

Osee. 10. 7.

Apoc. 17. 15

70
Miraculi in- star bonū inter malos esse.

Tob. 1. 5.

fuerit Iobi Regis pietas: Minimè vero: nam non solum caput in reliqua mem- bra influit, sed etiam, ut medici docent, aliis membris ægrotantibus consentit, & parem ægrotudinem participat; præ- fertim ab itomacho, in quem humores pravi, sordēsque ciborum omnes cogū- tur. Quare sicut caput, ita Rex per con- sensum patitur nocumentum, quem ad- modum ex Rege illo intelligi potest, qui satraparum sui regni consiliis, & vol- untati ita consentiens erat, ut nullam al- liam ablegati à se Davidis rationem red- deret, quàm illam: *Rectus es tu, & bonus in conspectu meo sed satrapis non places; revertere ergo, & vade in pace, & non offendas oculos sa- traparum.* Neque verò de regni tantum proceribus; de tota plebe, & ignobili vul- go dictū est ab Hosea. *Transire fecit Sama- ria Regem suum, quasi spuma super faciē aque.* Rex enim populo in idololatriā procli- vi, atque præcipiti placere volens, usque ad ipsas aras idolorum, vitulos erexit: cumque populus tanti sceleris non mo- dō non pœnitens, verum etiam cupidi- dus, atq; susceptor improbo Regi mini- mē repugnaret, sed potius lubens assen- tiretur, tum sui Regis, tum regni totius exitii causa extitit; sic *transire* (pro- priè excidi, perirēq;) *fecit Regem suum, sicut spumam supernatantem;* nam *aqua multa,* populi sunt; *spumam* autem non solum ven- tus dispergit, verum etiam aqua in seip- sam illam convertit, penitusque consu- mit. Omni ergo ex parte mirabilis. jam fuerit Iobi pietas & Dei timor integer, & illæsus in mediis turbis infidelium, & numinis contemptorū; & persimilis mi- raculis illis omnium sermone celebratif- simis, Danieli inter fœvissimos leones sospiti, & incolumi; A naniq; A zarię, Mis- faeli ambulātibus in medio flammæ, lau- dantibus Deum, & benedicentibus Do- mino; Rubo igne toti perfusæ, & ad spe- ciem ardenti, sed minimè combustæ; Is- raelitis maris alveo imprimētibus sicco pede vestigia; Heliseo vati nihil damni perferenti ab equorum, curruum, & ro- boris exercitus Regis Syriæ obsidione; atq; cum hostibus suis pariter gradienti. Rarū hoc sicuti, & miracula, & cujus ex- empla vix pauca invenias; unum reli- quit Tobias: *Qui in captivitate positus viā ve- ritatis non deseruit; & cum irent omnes ad vi- tulos aureos, hic solus fugiebat cōsortiā omniū;*

Et cū omnes ederent ex cibis gentiliū, iste cu- stodivit animam suam, & nunquā contaminatus est in escis eorum.* & alterum in tribus il- lis viris sanctissimis inveniri posse fortē significatū est illo Ezechielis loco, *Si fue- rint tres viri isti in medio ejus* (videlicet ter- rē, quæ peccaverit & prævaricans præva- ricaverit) *Noe, Daniel, & Iob, ipsi justitia sua liberabunt animas suas.* Simillimi namq; ex- titerunt pietate inter impios cōservati; sicut enim Iob inter Idumæos *Deū timuit, & recessit à malo;* Sic Daniel etiam proposuit in corde suo *ne pollueretur de mensa Regis, neq; de vino potus ejus,* abstinens à profanis, communibusque cibis, quibus alii pueri Regii vescabantur; & propter eximiam sanctitatem, & singularē pudicitiam de medio fœvissimorū leonū illæsus evasit, miraculo significante illæsam pietatē in medio Kaldæorum impiissimorum; tan- demque *Noe vir justus atque perfectus* in generatione sua,* sæculo videlicet corru- ptissimo; *Omnis quippe caro corruerat viam suam super terram.* Proptereaque dictū est ab Ezech. *Si fuerint tres viri isti in medio ejus,* quòd Iob, pariter, ac Noe, & Daniel in medio infidelium & improborum vixe- rit; ideo etiā prædicatur recessisse à ma- lo, quòd in circuitu ejus impii ambularet. Iob ergo regnum, neq; Deum ti- muisse neque ad Ecclesiam pertinuisse, videri po- test ex dictis abū- de confici.

ALTERA PARS
VERIOR.

Husitaram fides, & re-
ligio probatur.

- 71. Statuitur fides, & reli- gio Regni Iob.
- 72. Traditio vera religio- nis. Quidam ex gentibus religioſi & pii, nō minus quàm Israelitæ.
- 73. Regnū; Regiasq; urbes in lege naturæ Deum coluisse. explicatus bona ex parte locus Gen. 20.
- 74. Rei superioris cōfirma- tiones & exempla.
- 75. Pii Principis officium, quid Lac. Mammilla, Nu- tritrix, Dispensator, quid
- 76. Regis & sacerdotis munus. locus Genesis illu- stratus.
- 77. Exemplorum, quæ Prin- cept præbet, efficacia.

*Hic p. pro- priè Guar- do la boca

Ezech. 14. 7. 14.

Daniel. 1. 8.

Daniel. 6.

Genes. 6. 9. *Hōbre cū cōli en su tiempo lo uvo.

71

QVI Hufitarum regnum sub Rege sanctissimo impium, & infidele aſerunt, atque ex eo celebrant pietatem Iobi, exiſtimare videntur plus apud Regem valere ſolitū ſubditorum exēplum, quā Regis vitam, & morum diſciplinā apud ſuos. Quod cū verū eſſe non poſſit, aliter videtur de propoſita dubitatione ſtatuendū; neq; Iobum, dum floreret in regno, odio habitu à ſubjecto populo, neque perſequutionem ſuorum, mali ve quicquam ſuſtinuiſſe; imò verò ſumma omnium benevolentia, & obſervātia ſuſceptū, & cultum; nec nō illius Regnū aut ſaltem urbem regiam, verā fidei, & verā religionis cultricem fuiſſe, propterea que pertinuiſſe ad Eccleſiam. Rei huius probatio, cōjectura potiùs, nō omnino levis peti poteſt ex his, quę ſequūtur.

Primò; (quod & aliarum probationū fundamentum ſit) nā licet vera Dei cognitio, atque religio à Noe uſq; ad Heber; & ab Heber uſque ad Abraham, à quo ad Iſraelitas, quaſi per manus tradita permanavit; ſed tamen ante inſtitutam Synagogam, & Legem traditam, in Lege etiam, & populi Dei republica fundata, & conſtituta, nō fuit vera religio, & Dei cognitio uni tantum populo adſtricta; nā licet antiquus ille tātum cognominatus eſt Dei populus, peculiū, acquiſitio, propter peculiarem, quam illius gerebat curam, peculiareſq; leges, & ceremonias traditas, tamen licet non eadē lege, eadē tamen veri Dei cognitione & revelatione, uni Mediatoris Dei & hominū, aut divinitus, aut per doctrinam accepta, potuerunt non pauci inter gentes pares eſſe plerifque ex populo Dei; atque adeo non ſolum privati quidam homines, ſed integra aliqua reſpublica, & populus cū ſuo Rege & capite verū Deū agnoviſſe & coluiſſe. Quam rem do cuiſſe videtur Aug. 12. decivit cap. 47. Sic ſcribens; *Nec ipſos Iudæos exiſtimo audere contendere neminem pertinuiſſe ad Deum, præter Iſraelitas, ex quo propago Iſrael cœpit eſſe reprobo ejus fratris majore; populus enim re vera, qui propriè Dei populus diceretur, nullus alius fuit; homines autem quorūdam non terrena ſed cœleſti ſocietate ad veros Iſraelitas ſuperna cives pertinentes etiam in aliis gentibus fuiſſe negare nō poſſunt; quia, ſi negant, facillimè convincuntur de ſancto, & mirabili viro Iob, qui nec indigena, nec proſelitus, id eſt advena populi Iſrael fuit, ſed ex ge-*

te Idumæa gen^o ducēs, ibi ortus, ibidē mortu^o eſt. Hoc loco Aug. quāvis ſingularis hominis exemplū protulerit, nō tantū ſentit ſingulares quorūdam homines juſtos eſſe potuiſſe præter Hebræos, quippe hoc jād docuerat ſuperioribus lib. 11. & 15. Eccleſiæ initia progreſſuſq; deſcribēs; ſed illud proculdubio docet, gentē aliquā, aut populū, quāvis nō diceretur propriè Dei popul^o, Deū agnoviſſe, & religioſe coluiſſe: tum etiā loquitur poſt Dei populū, & rem publicā à reliquis gētibus ſeorſum inſtitutā, cū erat, atq; prædicabatur: *Notus in Iudæa Deus;* nō ſolum propter verā, atq; ſupernaturalē Dei cognitionē, ſed propter peculiare aliam ex legibus, præceptis, revelationib^o, prodigijs, & miraculis frequētiffimis, quaſi experientia quadā collectam, ut indicat Theod. & Baſil. *Ne Iudæi omnibus noti* (ut Aug. dixit in huius Pſal. præſatione) *Glorientur, & inſultent gentibus, quibus De^o nō diceretur notus.* Non loquitur itaq; Aug. de priorib^o ſæculis, quibus nulli Dei populo alligata vagabatur Dei agnitio, & cultus.

Secundò, nam alia etiam regna, aut regias urbes tūc ferme tēporis ſub juſtis, Deūque timentibus regibus piè, & fideliter Deum coluiſſe verofimile eſt; ut de Gerara, & ejus Rege Abimelech, exiſtimare oportet ex circumſtantijs explicatis Gen. 20. Primò, quod non voluerit Saram priùs conjugem, quā intellexiſſet eſſe ſolutam viro, & ſororē Abrahami; nam Dei, & religionis contemptores Reges, *Videntes filias hominum, quod ſint pulchra, accipere ſolent ex omnibus,* nullo uxorum, aut alijs viris deſponſarum habitu delectu, *quos eligunt.* Secundò quod familiariter loquebatur Deus Regi: familiariter reſpondit etiā Abimelech, atque ſubmiſſe, ſi quid peccaſſet, deprecatus eſt Deum agnoſcens, & religioſe compellans, *Domine;* in Heb. *Domine mi.* quam lectionem retinuerunt etiam vulgati quidam codices. Tertiò; quod fidenter appellat ſuos, *gentem juſtā,* & non niſi per ignorantiam peccaturam; ſe verò ipſum ſimplici corde, & mūdīs manibus, cui etiam munditiæ manuū ipſe Deus atteſtat^o eſt. Quod nō videtur in hominē idololatrię impietate contaminatū convenire poſſe. Quartò; quod poſtquam expoſtulaviſſet Abimelech, cum Abraham, *quid feciſti nobis;* quid

Premitur Auguſtini locus

Pſal. 75. 2.

Baſil. & Theodor. ſuper Pſal. 75.

73

Abimelech fidelis & pius.

Genef. 20. magna ex parte explicatur.

Genef. 6. 2.

bis; quid

* Que viſtis enim, o enim gente para uſar de eſſe termino.

LXX.

Θεοδ. LXX.

Objecio. Pagn. Patab. Onkelos. Forſterus. Cajet. Regia.

P1

Iofue. Reſpond.

Kald. Tygurina.

74

Pſal. 138.

Genef. 11. 20.

Theodoret.

bis; quid peccavimus in te, quia induxiſti ſuper me, & ſuper Regnum meum peccatum grāde? ſubjecit * *Quid viſiſti ut hoc faceres?* Q. d. nihil in meis civibus videre potuiſti, aut iniquum, aut impium, quod te in hanc neceſſariò ſimulationem compelleret. Reſpondit Abraham; *Forſitan non eſt timor Dei in loco iſto* (rectè Septuaginta, *Theſebia,* Dei cultus) *& interficient me propter uxorem meam.* planè videtur ſignificare nondum fuiſſe ſibi cognitam ejus regni, & loci religionem, & pietatem.

Sed oppones eum locum non per dubitationem, ſed per aſſertionem debere legi. Pagn. *Verè non;* in theſauro, *profectò non eſt timor Dei in loco iſto.* Vata. in annot. *certè non eſt timor; id eſt; huius loci homines non timent Deum.* Onkelos, *utique non eſt timor Dei.* Forſterus, *Cajeta.* Regia, *ſolum, vel, tantum non eſt timor Dei.* Quasi diceret, hoc ſolum vidi, vel cogitavi apud me. quo etiam modo particulam originalem (RAK) ſæpe vertit Vulgatus per particulas excluſivas, Genef. 14. v. 24. Deuteronom. 3. 11. Iofue 1. 17. *Tantum ſit Dominus Deus tecum.* Reſpondeo, eū ſub illa particula & tota ſentētia latere ſenſū, quem noſter interpres ſapienter expreſſit; quippe nullus alius quadrat. & argumento eſt cōſenſus Septuaginta. *Forſitan non eſt Dei cultus.* Kaldæus in Bibliis Regiis. *Forſitam.* Tygurina; *Forſis non viget timor Dei in loco iſto.* Et quidem hoc etiam modo particula (Ach) quæ alteri eſt ſynonyma, vertitur Pſalm. 138. *Forſitam tenebra conſcalcabunt me.*

Quintò, quod ut piū decebat Regem, & Dei cultorem, invitat ſanctum Abrahamum, ut quā maluerit regni ſui Deum quoque colētis ſedem, & habitationem deligat, *Terra* (inquit) *coram vobis eſt, ubicumque tibi placuerit habita.* Cū tamen in re proſus ſimili Pharao Rex à veri Dei religione alienus juſtum Abraham exegerit tota Aegypto, honorificè licèt; *Præcepit Pharao ſuper Abraham viris, & duxerunt eum, & uxorem illius, & omnia quæ habebat.* quare Theodoretus quæſt. 62. in Gen. ait, Abimelech probiorem fuiſſe Pharaone. Addit etiam quæſt. 64. Abraham temporibus fuiſſe viros pios; idque conſtare ex Melchifedech & Abimelech, & Hebronitis; nam hi Patriarcham magnopere venerati ſunt; cum enim pro ſepelienda uxore peteret à Kananæis juſ-

ſepulchri reſponderūt filii Heth, dicentes: *Audi nos Domine princeps Dei es apud nos, in electis ſepulchris noſtris ſepeli mortuū tuum.* Theod. cū Septuag. *Rex à Deo tu es in nobis.* Quasi diceret, pro Rege, & principe divinitus nobis cōceſſo te volum^o, aut te habem^o; neq; verò impius popul^o juſtū, & fidelē virū vellet regnare ſuper illos.

Ejuſdem confirmatio eſt, idem de Amorrhæis exiſtimaviſſe Theodoretum; in quem ſenſum advocat id Genef. 15. *Non dum impleta ſunt peccata Amorrhæorum, nondum* (inquit Theod.) *exitio digna perpetrarant; nō decet autem ante peccatum expreſſentia panam inſligere;* ſubjungens illis temporibus extitiſſe viros pios. De regno verò Salem (ſive eadem fuerit quæ Ieruſalem, ſive quædam alia urbs regia, cui imperaverit Melchifedech, *Rex juſtitia ac Sacerdos Dei altiſſimi*) aliter apud me ſtatuere non poſſum, quā fidele, & religioſum regnum extitiſſe. Cū enim Rex ipſe, & ſacerdos pariter, Deo verò ſacrificia ſui populi offerret, nullas alias habebat Idolorum aras, aut templa, nullam falſam religionem. Idemque tandē conſtanter aſſeri opotebit de ſancti Iobi regno, cū ex ſuprà dictis fuerit *Rex juſtitia;* ex dicendis verò etiam *Sacerdos Dei altiſſimi.* vide Geneb. in Chronol. exiſtimantē temporibus Patriarcharum atque Iobi ætate, plerōſque Chananæorum ad Eccleſiam Catholicam pertinuiſſe; tum etiam Arabes, à quibus liber Iob acceptus eſt, indēque à Moyſe tranſlatus; filios præterea Loth in Moab, & Amon; & Eſau in Idumæa; ut qui circuncisionem, & ritus Abrahami retinerent. addit etiam nōdum defeciſſe ab Eccleſia Meſopotamios, apud quos Prophetabat Balaam. Neque Madianitas, apud quos Sacerdotii munere Iethro ſūgebatur. Deū quoque cultum in Aethiopia à filiis Abraham ex Cetura; in India à poſteris Iectan, qui & circuncidebantur; in Aſſyria à Ninivitis uſque ad Ionam.

Tertiò ex teſtimonio Eliphaz cap. 4. idē confici videtur; *Ecce docuiſti multos, & man^o laſſas roboraviſti; vacillātes conſirmaveriſti ſermones tui, & genua tremēntia conſortaviſti.* quæ manifeſtè pertinet ad verē fidei, & doctrinæ ſanæ inſtructionē, tum etiam ad pietatis officia, quibus ſubjectū ſibi populū informabat, ut eo loco dicem^o. Id porro ſancti Regis, principis ve mun^o propriū eſt.

Gene. 23. 11.

Theodor. LXX.

74

Theod. Amorrhæi quōdam fideles, & pii Genef. 15. 16.

Regnum Melchifedech fidele.

Genebrar. in Chronol. an. Mundi. 2239.

Chananæi pertinentes quondā ad Eccleſiam Arabes filii Loth.

Meſopotamii

Madianita

Aethiopes.

Ninivita

75

Iob. 4. ver. 3.

Sancti Principis officium quod.

est; ejusmodique futuros in Christiana Ecclesia piissimos principes, qui vita, consiliis, verbo suorum fidem, pietatemque promoveant, Isaias pollicetur, *Mammilla Regum lactaberis*. Quis porro nesciat lac ad doctrinam referri, qua teneræ fidelium mentes in fide, & pietate nutriuntur, & crescunt, dicente Paulo, *Tamquam paxillis in Christo lac vobis potum dedi*. & Petro, *Rationabile, & sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem*. Consequens verò ex hac Regum doctrina subjungitur, *& scitis quia ego Dominus salvans te, & redemptor tuus fortis Jacob*. Sic videlicet proficies in me cognoscendo, atque imitando. Neque modo fideles ex Regum pietate, & fide exugunt fidei, & pietatis incitamenta; sed in semel concepta sanctitate confirmantur, eriguntur, manuducuntur, brachiis etiam gestantur, ne cadant, ne ve offendant in viarum discrimina; eodem vate dicente, *Erunt Reges nutritii tui, & Regina nutritices tue*. Porro nutritii nomen ab illius fide, seu fidelitate dicitur, cui puer educandus, atque instituendus committitur; aut ab eo, qui officium, munusve aliud, quale est æconomi, fideliter administrat: id enim significat radix (*Aman*) fidum, aut fidelem esse, & cui credi aliquid, committique jure debeat, uti constat ex eo, quod Esther. 2. dicitur Mardocheus nutritius Esther, non solum educator, sed etiam tutor, atque curator. Idem verò nutritii officium tunc Paulus explicat per ministrum, & æconomum fidelem, cum refert ad dispensationem mysteriorum Dei, & puræ lactæque doctrinæ prædicationem. *Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei: hic jam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur*. Ergo Reges nutritii sunt, atque dispensant fidelibus mysteria Dei; non quòd usurpare ulla ratione debeant Sacerdotum ministerium, quorum est *pascere verbo*, & verbi interpretatione gregem, qui in illis est; sed quòd illorum etiã pietati, & fidei committatur regnum institutum in fide, & ad pietatem excitandum. Quàm igitur fideliter, & sollicitè existimare oportet Iobum Regem sanctissimum nutritii, & dispensatoris *mysteriorum Dei* munus, apud suos præstitisse? Vis etiã magis privatum, magisque domesticum

officium verissimè in Regibus agnosceret? certè *Simile est regnum calorum*, atque Reges Ecclesiæ similes fermento, quòd acciptum mulier abscondit in farina satis tribus, donec fermentatum est totum. namque Regum, & principum pietate, quasi in subditorum animis abscondita, fermentatur totum Regnum, & divino Spiritus igni præparatur. Tres profectò Orientis Reges in recens nati Christi fide instructi, atque edocti, velut tria fermenti frustra, ad tria sua Regna redierunt, quòd singuli non satis farinæ singulis, sed singulis Regnis fermentandis, & ad veram fidem, & religionem adducendis satis essent.

Quartò nam si Sacerdotis ministerium cum regio jûgatur, nihil erit, quòd ad subditorum in fide, & pietate institutione desiderari possit amplius. *Legem enim requirent de ore ejus*. de manibus verò, & potestate, qua fungitur, observationem & executionem legis, præmium observatoribus debitum; transgredientibus supplicia digna; tum præterea de illius vita, & moribus requirent bene vivendi exempla. Nam cum proprium Sacerdotis munus sit docere, certè Regis etiam est, prælucere subditis observatione legis, cum de illo scriptum sit: *Postquam sederit in solio Regni sui, describet sibi Deuteronomium legis hujus in volumine, accipiens exemplar à Sacerdotibus Levitica tribus, & habebit secum, legètque illud omnibus diebus vita sua, ut discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba, & caeremonias ejus, quæ in lege præcepta sunt*. Quorsum enim in sublime evehatur princeps, ponaturque *super candelabrum*, nisi ut *luceat omnibus, qui in domo sunt*? Quorsum Rex sit *Civitas supra montem posita*, nisi ut suos intra suos muros, suosque mores contineat? Quorsum idem Rex, & populi princeps, *Lux mundi*, & Sol quidam sit, nisi ut ipso exoriente, atque affulgente dispareant tenebræ, & expergefactus homo, excitatusque exeat, *ad opus suum, & ad operationem suam usque ad vesperam*? Iam ergo Iob Rex, pariterque Sacerdos, suis ita præluxit, ut ignorantia, & infidelitatis tenebras verissimæ doctrinæ splendore ex suo Regno dispelleret. Certè propter Sacerdotium, & publicum ministerium Abraham quoque in id incubebat, ut non solum numerosam ver-

Rex, & princeps fermento similis. Lucas. 13. 21.

Math. 2. Tres Magi fermento similes absconditi in farina satis tribus.

76

Malach. 2. 7.

Quid de ore, quid de manibus & moribus principis requirendum

Dent. 17. 18.

Rex Candelabrum, civitas Sol.

Psal. 103. 23.

naculorum turbam, sed alios quoque, pro tēporis & loci occasione nata, verbo, & prædicatione, ad veram fidem, & religionem adduceret: adductos verò, ne deficerent, secum etiam duceret. nam egrediens de terra sua: *Tulit Sarai uxorem suam, & Loth filium fratris sui, universamque substantiam, quæ possederant, & animas, quas fecerant in Haran. & egressi sunt, ut irent in terram Chanaan*. què locum sic legit Onkelus. *Et animas quas subjecerant Legi in Haran; nam Hebræi docent Abrahamum viros, Sarai verò faminas instituisse in vera Dei religione. Quare illorum animas fecisse, id est, illos Deo, & ejus præceptis procreasse, & genuisse dicuntur; tū etiam fecisse quasi sacrificasse, & Deo obtulisse per conversionem ad veram religionem dici possunt; aut fecisse, id est, acquisivisse, & comparasse Deo, & ejus cultui: aut cōgregasse, & redegisse ad fidelium Ecclesiã. Hęc enim omnia cadere possunt in propriam significationem verbi *faciendi*, quod in fonte est, *Ghasa*.*

Tandè, quòd incredibilis sit in utraq; partem, quæ à Regibus sumuntur, exemplorum vis, ut non modò facillè, verum etiam efficacitate, & necessitate quadam ad religionis, morumque principis imitationem animi subditorum agantur; non aliter, atque umbra corpus sequitur, & illud refert, à quo expressa, & effecta est; si corpus rectum, si curvum sit, si stet, si moveatur, in umbra ipsa expressum videbis, *movetur videlicet cum principe mobile vulgus*; frustra tentabis umbram commovere immoto corpore; frustra inflectere, si illud stet rectum; frustra ad rectitudinem adducere, inflexo, & recurvo illo. Non aliter mare, quamvis tranquillū sit, ventorum vi agitatur, quam commovetur vulgus vita, exemplo, verbo, & spiritu potestatem habetis. *aque, videlicet multa populi sunt*; princeps verò aut magistratus *Spiritus* est apud Ecclesiasten, & *Ventus* apud Danielelem. Non aliter Gubernator clavo in utramque partem navim reducit, quam vitæ exemplo, qui reipublicæ clavum tenet. Neque tandem aliter primum mobile inferiores omnes orbis rapit contra proprias, peculiarisque in partem adversam inclinationes, diurnum motum à superiori quasi imperatum, & impressum incitatissimè, brevissimèque conficietes, in proprio, & peculiari cursu seg-

nes, quasi vix audeat suo regi, & gubernatori repugnare; quàm facillè princeps secum adducit, trahit, rapit quoque pergat, subditorum animos. *Erington* (inquit Plutarchus) *Puilla herbam, si una capra in os sumpserit, illam ipsam ferunt, simulque reliquum gregem consistere, quousque accurrat caprarius herbamque ex ore eximat, usque adeo acres efflantur è rebus vires; simili prorsus ratione, si viro in magistratu posito quis virtutem insuderit, hic multus per unum profecerit, & ab incæpto cursu revocabit*. Prætereo Regem Hemor, & Principem Sicheem nullo negotio suadentes populo circuncisionem, grauisimumque dolorem, & religionem, caeremoniasque ignotæ apud illos gentis, nam potuit illud oratione ad persuadendum apposita tandem obtineri. Sed illud non prætereundum solo conspectu regis miserabiliter intefrecti adduci posse hominem, ut sibi ipsi manus afferat, mortemque consciscat: nam *arripuit Saul gladium, & irruit super eum; quod cum vidisset armiger ejus, videlicet quòd murium esset Saul, irruit etiam ipse super gladium suum, & mortuus est cum eo*. Ex hac tanta vitæ Regum efficacitate in subditorum animis permovendis facillè colligi potest Iobi sanctitatem & religionem, ita permanasse in universum regnum, ut ad illius exemplum se cōposuerit; præsertim cum Regem piissimum singulari pietate coluerint, & unice dilexerint, dicebāt enim, quòd illū certatim amarēt viri tabernaculi sui, *quis det carnibus ejus ut saturemur*, externi quoque, quòd mærentiū esset consolator, quòd cor viduarum reficeret, quòd oculus esset cæco, & pes claudum, pater pauperum, patronus pupillarum, liberator perituri & unica populi, regnique, letitia, solæque, delitiæ, expectabant enim illū sicut pluviam. Scriptum verò est, *Sicut ros super herbam, ita & hilaritas Regis*. Deinde nihil sapere videbantur sapientissimi quique, nisi quòd ab illo audissent; nam *qui illum audiebant, expectabant sententiam, & intenti tacebant ad consilium illius*. Quæ audissent verò excipiebant avidissimè, & memori mente complectabantur, quippe os suum aperiebant quasi ad imbrē ferotinum. Ex hoc verò imbre quantum fuerit honorum fecunda frugum effecta terra Hus, quàm floruerit religione, & pietate, quantum profuderit optimorum fructuum, divinare opus non fuerit, neque verò dubitare am-

Gen. 12. 5. * Ille vobis cōfigo la gēte, que avia hecho. Onkel.

77 Principis exempla efficacissima.

Conglobatio similitudinū ad exprimendam exēplorum vim.

Ecclesiast. 14. 4. Daniel. 7. 2.

Plutarch. quod Philof. debeat cum Principibus sermo conari.

Genf. 34.

I. Reg. 31. 4.

Iob. 29. 7. 24.

Proverb. 19. 12.

amplius ad Ecclesie & fidei ouile unum adductum esse a Rege, eodemq; pastore vigilantissimo Hufitarum populum; conueniunt enim in vnum populi, & timent Deum, cum Reges Deum timent psallen te rege alio, in conueniendo populos in unum et Reges ut seruiant Domino. Et rursus, timebunt gentes nomen tuum Domine, et omnes Reges terra gloriam tuam.

2. 11. Nati sunt ei septem filij, & tres filia.

- 1. Numerosa proles pramij loco uisus iustus olim concessa.
2. Dandi casus sepe redudat in sacro sermone. elucidalus locum Amos . 6. & Cantic. 1. Quid ignorare, & quid cognoscere in sacris.
3. Datus acquisitionis in sacro sermone.
4. Filij possessio paterna.
5. Qui pater, idem dominus.
6. Discrimen inter filios, & reliqua externa bona.
7. Filij parentibus utiles.
8. Filij illi nascitur a quovere genitus est. Ex Mathe. 1. Luc. 1. Rom. 1.
9. Promiscua filiorum soboles incanda parentibus nuruum, & generorum charitas erga soceros.

COMMEMORATAE Iobi sanctitati recte subjungitur liberorum enumeratio; namq; hi, antiquo praesertim tempore, non nisi a Deo propitio, & beneuolo concedebantur uiris sanctissimis, quos ille caros haberet, cum dederit (inquit David) dilectis suis somnum, ecce haereditas Domini filij, merces; fructus ventris. idest, dabit utiq; Deus optimus suis dilectis quietam & felicem uitam rationem numerosae prolis susceptione, et benedictione, quae iustis uiris mercedis et praemii loco tribui solet, sic exponete Theodoro.

Nati sunt ei. Dandi casus frequenter per Pleonasmum redundat in sacro, & Hebraico sermone. Exod. 34. Praecide tibi duas tabulas; idem ac fume, vel praecide duas tabulas. Amos. 6. ingredientes pompaticè domum Israel. Hebr. venerut sibi. Hisp. Andanse, contoneanse, passanse. Nam quod additur a Hieronymo, pompaticè, potius pertinet ad exprimendam vim uerbi ueniendi, quam casum illum redundatem. Quare uiri docti existimant typographorum vitio quartum casum pro tertio irrepisse in id Can. 1. Si ignoras te. Cum ex Hebreo uideatur legendum, si ignoras tibi; sicut & statim, egredere, & abi. Heb. Egredere tibi. Caeterum bene uertille nostrum interpretem abunde probat consensus Septuaginta; tum etiam uerbi originalis proprietates exposcentis accusativum; ipseque sensus commodissimus, si ignoras te. Ex Heb. Si te non cognoscis, idest non curas, si negligis tuam pulchritudinem, egredere. qua significatione, & uerbo ignorandi, & uerbo cognoscendi usus est Paul. 1. Corin. 14. quod obiter pro uulgato dictum sit. Sepe uero is datus casus acquisitionis (quem uocant) est, & commodum, aut in commodum, significat ea prorsus ratione qua apud Latinos datus communis. Zachariae. 9. Rex tuus ueniet tibi (uili maxime & salutaris) iustus, & saluator. Isai. 63. Saluabit michi brachium meum, id est, cedet uictoria in meam gloriam. Hinc consequens est, ut cum est de filiis sermo, dicantur parentibus suis nasci; quod tum ad rem, atq; ad supellestem paternam, tum etiam ad bonum, commodumq; pertineat. Quare Iobi externa bona iam incipiunt numerari; est namq; ex iure natura patria in filios potestas, & propterea acquiri, uel possideri a parentibus dicuntur, Genes. 4. Possedi hominem per Deum. Deut. 32. Ipse est pater tuus, qui possedit te. Quare frequenter patris, & domini nomina iunguntur, quasi per expositionem. Idem enim est dominum esse, quod patrem. Matth. 11. Pater ac domine caeli & terrae. Ecles. 23. Domine, pater, & dominator uita mea. propterea Persae (ut autor est Aristoteli in Poli.) liberis utebantur, quasi seruis; & in eadem rem de patria potestate differens Accursius scribit, Sclauos (a quibus non multum absunt Romani) filios arbitrio suo uedere, & occidere. Ex quo fortè uidetur ad Hispanos deriuatum, ut incipia, Esclauos, nominet; & genas illorum insigniant, & inurant duplici illa nota. S. & . 7. uidelicet figura clauis. Sed de hoc plura. I. C. Porro Chrysol. Homi. 67. in Genes. in hanc rem affert id Iacob moribundi benedictis Iosepho; Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli in arcu, & gladio meo. Certè non ipse Iacob, sed sui filij Sichimam caeperant, atq; uastauerant: sed si filiorum dominus pater est, multo magis eorum, quae a filiis possidentur; si autem dominus, cui uoluerat dare poterat. Sed hoc discriminis inter filios & reliqua bona externa constituunt facrae litterae, quod peculiariter filij a Deo

dere tibi. Caeterum bene uertille nostrum interpretem abunde probat consensus Septuaginta; tum etiam uerbi originalis proprietates exposcentis accusativum; ipseque sensus commodissimus, si ignoras te. Ex Heb. Si te non cognoscis, idest non curas, si negligis tuam pulchritudinem, egredere. qua significatione, & uerbo ignorandi, & uerbo cognoscendi usus est Paul. 1. Corin. 14. quod obiter pro uulgato dictum sit. Sepe uero is datus casus acquisitionis (quem uocant) est, & commodum, aut in commodum, significat ea prorsus ratione qua apud Latinos datus communis. Zachariae. 9. Rex tuus ueniet tibi (uili maxime & salutaris) iustus, & saluator. Isai. 63. Saluabit michi brachium meum, id est, cedet uictoria in meam gloriam. Hinc consequens est, ut cum est de filiis sermo, dicantur parentibus suis nasci; quod tum ad rem, atq; ad supellestem paternam, tum etiam ad bonum, commodumq; pertineat. Quare Iobi externa bona iam incipiunt numerari; est namq; ex iure natura patria in filios potestas, & propterea acquiri, uel possideri a parentibus dicuntur, Genes. 4. Possedi hominem per Deum. Deut. 32. Ipse est pater tuus, qui possedit te. Quare frequenter patris, & domini nomina iunguntur, quasi per expositionem. Idem enim est dominum esse, quod patrem. Matth. 11. Pater ac domine caeli & terrae. Ecles. 23. Domine, pater, & dominator uita mea. propterea Persae (ut autor est Aristoteli in Poli.) liberis utebantur, quasi seruis; & in eadem rem de patria potestate differens Accursius scribit, Sclauos (a quibus non multum absunt Romani) filios arbitrio suo uedere, & occidere. Ex quo fortè uidetur ad Hispanos deriuatum, ut incipia, Esclauos, nominet; & genas illorum insigniant, & inurant duplici illa nota. S. & . 7. uidelicet figura clauis. Sed de hoc plura. I. C. Porro Chrysol. Homi. 67. in Genes. in hanc rem affert id Iacob moribundi benedictis Iosepho; Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli in arcu, & gladio meo. Certè non ipse Iacob, sed sui filij Sichimam caeperant, atq; uastauerant: sed si filiorum dominus pater est, multo magis eorum, quae a filiis possidentur; si autem dominus, cui uoluerat dare poterat. Sed hoc discriminis inter filios & reliqua bona externa constituunt facrae litterae, quod peculiariter filij a Deo

dere tibi. Caeterum bene uertille nostrum interpretem abunde probat consensus Septuaginta; tum etiam uerbi originalis proprietates exposcentis accusativum; ipseque sensus commodissimus, si ignoras te. Ex Heb. Si te non cognoscis, idest non curas, si negligis tuam pulchritudinem, egredere. qua significatione, & uerbo ignorandi, & uerbo cognoscendi usus est Paul. 1. Corin. 14. quod obiter pro uulgato dictum sit. Sepe uero is datus casus acquisitionis (quem uocant) est, & commodum, aut in commodum, significat ea prorsus ratione qua apud Latinos datus communis. Zachariae. 9. Rex tuus ueniet tibi (uili maxime & salutaris) iustus, & saluator. Isai. 63. Saluabit michi brachium meum, id est, cedet uictoria in meam gloriam. Hinc consequens est, ut cum est de filiis sermo, dicantur parentibus suis nasci; quod tum ad rem, atq; ad supellestem paternam, tum etiam ad bonum, commodumq; pertineat. Quare Iobi externa bona iam incipiunt numerari; est namq; ex iure natura patria in filios potestas, & propterea acquiri, uel possideri a parentibus dicuntur, Genes. 4. Possedi hominem per Deum. Deut. 32. Ipse est pater tuus, qui possedit te. Quare frequenter patris, & domini nomina iunguntur, quasi per expositionem. Idem enim est dominum esse, quod patrem. Matth. 11. Pater ac domine caeli & terrae. Ecles. 23. Domine, pater, & dominator uita mea. propterea Persae (ut autor est Aristoteli in Poli.) liberis utebantur, quasi seruis; & in eadem rem de patria potestate differens Accursius scribit, Sclauos (a quibus non multum absunt Romani) filios arbitrio suo uedere, & occidere. Ex quo fortè uidetur ad Hispanos deriuatum, ut incipia, Esclauos, nominet; & genas illorum insigniant, & inurant duplici illa nota. S. & . 7. uidelicet figura clauis. Sed de hoc plura. I. C. Porro Chrysol. Homi. 67. in Genes. in hanc rem affert id Iacob moribundi benedictis Iosepho; Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli in arcu, & gladio meo. Certè non ipse Iacob, sed sui filij Sichimam caeperant, atq; uastauerant: sed si filiorum dominus pater est, multo magis eorum, quae a filiis possidentur; si autem dominus, cui uoluerat dare poterat. Sed hoc discriminis inter filios & reliqua bona externa constituunt facrae litterae, quod peculiariter filij a Deo

LXX. Quid ignoret, & quid cognoscere. 1. Cor. 14. Zach. 9. 9. Isai. 63. 5. Filii sunt paterna suppellex. Patria in filios potestas. Genes. 4. 1. Deut. 32. 6. Accurs. C. lib. 8. titul. 47. de patria potestate in 8. ius autem. Chrysol. Genes. 42. 22.

3

4

5

6

Psal. 101. 23. & 16.

Filii quondam pietatis praemium. Psal. 112. 1.

Theodoret.

2 Dandi casus redundans. Exod. 34. 1. Amos. 6. 1.

Hierony.

Cantic. 1. 8.

dentur; caetera subiaceant humane industriae; nam nisi Dominus adificauerit domum (familiam, liberorum posteritatem) in uanum laborauerunt, qui adificati eam. Rursus dicuntur, hereditas Domini, id est, a Domino sanctis suis concessa; hoc illud est, Gen. 4. cum Eva peperit Cain, Possedi hominem per Deum. Quali diceret, natus filius, & mea possessio, & Domini etiam hereditas est mihi a Deo donata. Sic exponit Chrysol. Homil. 18. super Genesim. Non (inquit Eva) natura mihi puerum dedit, sed diuina gratia. Quod illud pertinet Genes. 30. cernens Rachel, quod infacunda esset, inuidit sorori suae, & ait marito suo, Da mihi liberos, alioquin moriar. Cui iratus respondit Iacob, Numquid pro Deo ego sum? & iterum cap. 33. Esau percortati quid sibi uolant isti, & si ad te pertinent respondit parvuli sunt, quos donauit mihi Deus seruo tuo.

Dicuntur praeterea filii nasci parentibus, quod utiles illis futuri sint; Isai. 9. parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Referuntur namq; inter bona utilia, ut qui timere & colere debeant parentes. Levi. 19. 3. & 3. Regum. 2. 19. Honorant illos, & uictum subministrant Gen. 27. 1. Exod. 20. 12. Deu. 5. 16. & 27. 16. Ecclesiast. 3. 1. & cap. 6. 18. & ca. 7. 29. Pro. 28. 24. Mathe. 15. 4. & 19. 19. Ephe. 6. 2. Operiunt ignominiam illorum Gen. 9. 23. Propulsant injurias, & defendunt Psalm. 126. 4. & sunt fortitudo parentum Gen. 49. 3. & Latitia Proverb. 10. 1. & 15. 20. & 24. Gen. 21. 6.

Tandem illi dicitur nasci filius, a quo genitus est Rom. 1. Factus est ei ex semine David secundum carnem (ei) quo loco quamuis in Graeco illud ei, nunc non extet, ex sacrae tamen Scripturae more sapienter potuit ab interprete addi, ut significaret hominem Christum uerum esse Dei filium, uerumque Deum. hanc ipsam dicendi rationem ex Hebraeo retinent Septuaginta, cum de alicujus familiae primo parente loquuntur, Num. 26. ubi nos habemus, Filius Ruben Phallu, a quo familia Phalluitarum, & Hefron a quo familia Hefronitarum. Septuaginta sic, ipsi Phallu populus Phallui; ipsi Afron populus Afroni. & 1. Paralip. 7. ubi nos habemus, de stirpe Thola uiri fortissimi. Septuaginta legunt, ipsi Thola fortes uirtute. Quare cum Luc. 1. dicat Angelus Zachariae, Elisabeth pariet tibi (ex te pa-

rente) filium; Iosepho uirginis sponso tantum dicitur, pariet filium. non tibi, quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est, Mathe. 1. significat ergo haec locutio non dubiam, sed certam prolem, torum castum, omnis sinistrae suspicionis expertem ex quo fit, ut filii carissimi habeantur patri; propterea namq; filios minus solent patres amare, quam matres, quod haec certiores sint de suscepta prole illi minus certi, sepe etiam dubij, ut Aristoteli. Septem filii & tres filiae. Perfecto filiorum numerus ex utroque sexu, ipsi etiam per se masculi Septenario, perfecto quoque numero; quo, ut inquit Philo, gaudet natura, ut quae septem diebus perfecta fuerit: rursus filiae ternario, eodemque insigni numero. Promiscuam filiorum & filiarum sobolem maximè esse parentibus in uotis obseruat Origen. quod familia multum crescat, & cognatio cum externis multo facilius iniri possit ex permutatione filiorum, & filiarum, si, cum pater dederit filios, & filias, rursus accipiat alios filios adoptivos, similesque filias, generos uidelicet, atq; nurus; qui interdum erga foceros synceriores, atque beneficentiores ipsis filiis esse solent.

III. Et fuit possessio eius septem millia ouium, & tria millia camelorum, quingenta quoque iuga bouum, & quingenta asinae, ac familia multa nimis, eratque uir ille magnus inter omnes orientales.

- 1. Quid possessio in sacris.
2. Possessio incommode redidit peculium, & quae peculiatio.
3. In Arabia pastores potissimi Arabia fertilitas, uere naturalesque diuitiae, unde pecunia nomen.
4. Tobus auri dives, aureo saeculo aurum non magnum aestimatum.
5. Ouum certus numerus non ad paritatem, sed ad opulentiam expressus.
6. Oves Arabiae uales, & pecorum usus.
7. Camelorum usus, & copia in Arabia.
8. Bouum usus.
9. Agri quondam facili parabiles.
10. Iugerum, sub iugo comprehensum; & utriusque nominis ratio.
11. Asinarum & asinorum quae utilitates, elucidatus locus, Gen. 36.
12. Mulorum genus in Syria quale.

Et fuit possessio eius. Alteram bonorum partem subjungit, opes uidelicet, non quae auro, & argento, sed quae pecoribus

constarent; non enim alias opes videtur locus hic possessionis nomine dignas admittere. quare vim vocis enervant, ne dicam corrumpunt, qui non simpliciter, & universè possessionem vertunt, cum Latino interpretate, sed restringunt ad rem pecuariam legentes, & fuit possessio peculium, ut Pag. possessio pecoris ipsius, ut Tygur. pecuaria res eius, ut Regia. Nam non solum pecuaria possessio eiusmodi fuisse asseritur, sed in uniuersum nō alia illius possessio fuisse scribitur. præsertim cum vox originalis (nichne) nullam peculiaris rei possessionem, sed in uniuersum quamcūq; significet, & hoc loco nulla alia voce addita restringatur; quæ tamē addi solet, cum peculiarem aliquam possessionem exprimere volunt sacræ litteræ; ut Genes. 13. Erat dives valde in possessione auri, & argenti. Genes. 26. Habuit possessionem ovium, & armentorum. & licet quidem eandem originalem vocem sæpe verterit Latinus interpretes, pecora, aut armenta; sed tñ id facit explicationis gratia, quod ex antecedentibus, aut consequentibus, aut aliqua alia voce oporteat sic intelligi; ut cum Exo. 17. legimus, Cur fecisti nos exire de Aegypto, ut occideres nos, & liberos nostros, ac iumenta siti? juxta Heb. propriè, ac possessionem siti. certè non est alia possessio quæ siti interire possit, quàm jumēta, & pecora. Sicut etiām Num. 20. Si biberimus aquas tuas, nos, & pecora nostra, dabimus quod iustum est. Iuxta Heb. ego, & possessiones mea; nulla autem alia possessio aquam bibit, quàm pecora. Quare cum bene hunc locum vertisset Pagni. ego, & pecudes meæ, & Kaldeus etiam ego, & iumenta mea, Tygur. ego, & pecora. tamen Regia, ut à Vulgato recederet, Hebraicum retinuit, & obscurè reddidit, Ego, & acquisitiones meæ.

Sed redeo ad nostrum locum. Vatablus in annotationibus vertit, Peculium ipsius. Quod improprie videtur dictum nam priscis sæculis peculium erat, dicebaturq; quasi particula quædam gregis, quam patres filijs, domini servis, industriæ exercendæ causa concedebant. quàm quam Vlpianus Peculium dictum vult, quasi pusillam pecuniam, pusillum ve patrimonium; tum verò peculium proprie non esse patrum familias, atq; nobilium, sed fervorū Cicero in parad. aperte scribit; An eorum (inquit) servitus dabilia est, qui cupiditate peculii nullam conditionem recusant

durissima servituti? Præterea nescio quid affert lucri, & industriæ cupiditatisque mercatoriarum cura peculii conficiendi; quod in Iobum nulla ratione convenit; commodissimum igitur nomen Possessio, quod licet primū dictum fuerit de agris, & fundis, ut ait Festus; postea tamen de quibuscunq; mobilibus bonis usurpatum est. Adde quod potētissimi Arabes pastores erāt. quare rectè potuit Iobi possessio in uniuersum describi à gregibus potētissimū, & armētis. de illo sic scribit Diodor. lib. 3. suæ Bibliot. cap. 7. Pecorum adeo fertilis Arabia est, ut nationes plurimas vitam pastorum ducentes enutriat. atque dum hujus fertilitatis tot animalium, quæ ibi longè, latèq; enumerat, rationem aliquam Phisicam asserere videatur. Videtur (inquit) Sol regione ad meridiem posita plurimum gignendi virtutem asserere, proptereaque plurima in eis locis varia, ac pulchra animalia natura fieri. Igitur si quæ sunt, aut dici possunt non fallaces, aut falsæ sed veræ divitiæ, & possessiones honestæ, hæc quidē sunt, quas Aristoteles tum veras, tum naturales appellat. 1. Poli. cap. 5. & 6. ut quæ vitæ serviant, & quibus finis positus sit, pro vitæ, & victus exigentia; cum acquirendæ pecuniæ nullus sit finis: nam quò plus sunt potæ, & devorata, plus sitiuntur. quando itaque nullus erat auri splendor, nullusque usus, aureū erat sæculum: cum verò effosa sunt opes inventimenta malarum ferrea ætas, & sæculū ferrugineum esse jam cepit, Posterior res inventa est, aurūq; repertum, Quod facile & validis, & pulcris dedit honorē.

Harum autem verisimarū opum antiquitatē, atq; præstantiam ipsum pecuniæ nomen nunc quoq; testatur, utpote quod à pecu, ut ait Varro, vel à pecore, sive à pecude dictum fuerit: & ipsi etiam antiquissimi numi, pecudis nota, videlicet ovis, aut bovis insigniebantur, ut autor est Plinius lib. 8. cap. 3. & lib. 33. cap. 1. & 3. & Marcus Varro lib. 4. de lingua latina & de re rustica ca. 2. qua de re plura aliquando dicendi & occasionem, & locum expecto.

Neque verò existimandum est, Iobi tempore nullum fuisse aut auri, aut pecuniæ usum; namque jam Abrahami tempore Sara accepit mille argenteos ab Abimelech, Genes. 20. & emit jus sepulchri quadringentis siclis argenti probat a monetæ publicæ

F. sm.
3
Potētissimi Arabes pastores.
Diodor.
Veræ, & naturales divitiæ.
Aristoteles.
Ovid. 1. Metamorph.
Vnde pecunia dicatur.
Varro.
Plinius.
Varro.
4
Gen. 20. 16.

Quid possessio.
Pag. & Regia notantur.
7777
Genes. 13. 2. Genes. 26. 18.
Diligentia Vulgari interpretis.
Exod. 17. 18.
Num. 20. 19.
Pag. Kald. Regia.
2
Vatablus
Quid peculii
Vlpian. D. de pecul. L. de positi
Cicero.

Gene. 23. 16. blica à filiis Heth. Genes. 23. in Hebræo, * De buena monetæ transeuntis vel * currentis, videlicet quæ jam in communi usu esset, & de manu in manum (quod dicunt) pro exercenda mercatura, vel contrahenda emptione, & venditione transire soleret. Septuaginta habent, quadringēta didrachma argenti probati mercatoribus. Onkelus verò legit, quadringētos siclos argenteos, qui recipiuntur pro mercimoniis in qualibet provincia. Habuit etiā proculdubio Iob aurum, & argentum ut colligitur ex c. 3. & 23, & 28. quo nō tam indicat se abstinuisse ab auro, quam cum illo abundaret, contempsisse platē, & minimè illius se cupiditati tradidisse. tum etiam ex cap. ultimo cum à singulis propinquis accepit in auream vnam. & cap. 28. manifestè probat jam tunc auri diversas species, lapidēsque pretiosos interpreti fuisse, & ex regionibus semotis peti solere. Quare Origeni dicenti non fieri hoc loco auri, atque argenti mentionem, quod aurum, atque argentum minimè habuerit; minimè assentior: sed rectè illud, homines primis illis sæculis vivo adhuc mundo, & cōstituto in primo quasi juventutis flore, vivas divitias & florentes, atque crescentes amasse, videlicet viva pecora, & ea quæ humus profert: at verò jam nunc fenescēte, & propè mortuo mundo inhiare divitiis mortuis, atque sepultis, auro videlicet, atque argento in ipsis terræ visceribus recondito, & confepulto. Sanè viri sancti primævam illam vivendi rationem, pastoriamque vitam colebant; pastoribus autem cæsus, atque divitiæ constat pecoribus, ut Varro dixit; quare Iob o fuit possessio tria millia ovium, &c. Hinc illos videas ita aurum, & argentum habuisse, ut ab auri, & argenti comparandi & cōgerendi immodica cupiditate abstinerint; ut de se ipso testatur Iob. Si putavi aurum robur meum, &c. has opes parentes relinquebant, & precabantur filiis, ut Iacob Genes. 49. benedicens Iosepho, Benedicat tibi Omnipotens benedictionibus uberum, & vulvæ. Quod ad pecorum fecunditatem, & lactis vberitatem pertinet. eadēque res intelligitur commodè per terre pinguedinem Genes. 27.

Septem millia, &c. Catenę autor super id capitis 31. Si letatus sum super multis divitiis meis, & quia plurima reperit manus mea. sic scribit: Id est, neque mearum opum vi exiit

infinita. fortasse igitur oves, cameli omniaque ipsius certo fuerunt numero; ut quacumque superassent, in egentium usum, ac sumptum converterentur. Quibus verbis existimasse videtur, sibi, suæque familiæ certū hunc ovium, camelorum, asinarumque; numerum præfinitū, ut reliquum pecorū cederet pauperibus. Sic enim legunt Septuaginta. Si letatus sum; cum esset mihi census multus, & si in innumerabilibus posui manum meam. videtur esse sensus, certō numero, certōque termino opes auxisse, & pro necessitate domus, atque familiæ dimēsum esse. Sed cum hic ovium, & camelorum numerus proferatur non in argumentum rei cuiusdam parçæ, opumque ad mediocritatem quandam comparatarum, sed potius fortunæ cuiusdam splendidissimæ, & divitiarum magnitudinis præ omnibus Orientalibus, non potest hic numerus is esse, quem Iob pro sua sobrietate & animi moderatione in acquisitione, & usu suæ possessionis sibi statueret, sed quem illi præ ceteris Regibus augendo, & locupletando larga Deus manu contulerit: quare innumerabiles fuisse illius divitias ex illo cap. 31. loco, colligi oportet, ut ibi dicemus.

Septem millia ovium. Illud tantum de his ovibus ex Diodoro Siculo afferri potest non omnino scitu indignum, dum de Arabia fecunditate scribit lib. 3. c. 12. copiosam esse ovium magnas, pinguesque caudas habentium. Nos dicimus, carnosos de cinco quartos. Sed, quod ad utilitatē horum pecorum pertinet, D. Thomas post Origenem observat, in ovibus indicari, quæ ad victum, & vestitum; in camelis, quæ ad onera ferenda; in bobus, quæ ad colendam terram; in asinabus propter mulorum generationem, quæ ad vehendum erant necessaria. eleganter, & subtiliter. sed dicemus tamen sigillatim. Et sanè Ovium præterea non vltimus usus in sacrificiis. Magna (inquit Plinius) pecori gratia vel in placamentis Deorum, vel in usu vellerum; ut boves victum hominum excolunt, ita corporum tutela pecori debetur. Ovium verò in sacrificiis usus frequentissimus apud univasas nationes, exceptis Aegyptiis, ut Exod. 8. constat; & Thebanis, ut scribit Herodotus in Euterpe, qui capras Diis immolabant.

Et tria millia camel. Post oves, camelos, & eo etiam numero, ut cum ovibus per-

LXX.
LXX.
6
Diodor. Oves Arabiarum magnarū pinguiq; caudarum
Origen. & D. Tho. Utilitates pecorum
Plin. lib. 9. c. 47
Ovium usus in sacrificiis. Exod. 8. 26.
Herodot.
7

fectum numerum denarium expleant, ad numeratos fuisse ex eo fortasse fuerit, quod *Camelos* (autore Plinio) *inter armenia pascit Oriens*. Nec verò solum Arabici gestandis oneribus, sed præliis etiam apti sunt. Sic idem Plinius; *Camelorum duo genera; Bactriani, & Arabici: differunt quòd illi bina habent tubera in dorso; hi singula, & in pectore alterum, cui incumbant. Dentium superiore ordine, ut boues, carent in utroq; genere omnes autem jumentorum in iis terris dorso surguntur, atq; etiam equitantur in præliis; velocitatis inter equos, sed sua cuiq; mensura sicuti vires. Solinus quoq; scribit Arabiam plures camelos gignere; à Bactris verò camelos mares caltrari, ut pugnaciores, atque robustiores sint. excisa petulantia. Sicuti Aelianus, fœminas etiã, quò ad bellum aptiores existant, vulvas ferro exulcerari. Vegetius quoq; lib. 3. de re militari cap. 23. *Camelos* (inquit) *aliquantæ nationes in aciem produxerunt*. Sed de Arabiciis etiam camelis, atq; illorum usu, & opera prætereundum non est Diodori testimonium; Is igitur lib. 3. suæ bibliothecæ. c. 12. de illa Arabiæ parte, quæ supra Fœlicem Arabiam posita est, loquens sic scribit; *Multa, & diuersa camelorum præbet genera; tum pinguium, tum macilentorum: quorum nonnulli gibbum duplicem in dorso habent; à quo & Ditiili nominantur. Horum carnibus, lacibq; vescuntur incolæ. Quidam ferendis oneribus apti supra decem medimnas frumenti, homines verò quinque in lecto jacentes vehunt. Anacoli verò Legarij, qui Dromadũ sunt forma. plurimum via conficiunt, præsertim per deserta, & aquis carentia loca; in bello quoq; duos in certamen sagittarios ferunt dorso contrariè invicem insidentes. alterum à fronte aduersus hostem, alterum contra persequentem pugnantem. Cùm igitur tum ad pugnandum, tum ad gerenda onera, tum ad cibum Arabes camelis utantur, nemini jam mirum fuerit, quod 1. Paralip. 5. scribitur, quòd filii Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasses, qui terram illam, quæ quondam Iobi fuerat, & amicorum illius, pugnantem contra Agarenos cæperunt camelorum quinquaginta millia, & ovium ducenta quinquaginta millia, & asinos duo millia.**

Nesciò quid de septè millibus ovium septè filiis; & de tribus millibus camelorum, pro tribus filiabus, vt singulis filiis appropriarentur mille; rursus idem de quingentis jugis bouum, & quingentis asinibus efficientibus similiter decem millia, excogitavit Origenes, acutè, potiùs quàm solidè.

Quingenta quoq; juga bouum. Bouum usus non solum in terræ cultura, quam nõ Buziges Atheniensis, aut Tryptolemus, ut scripsit Plin. sed Noe inuenit, de quo prædixerunt illius parentes, *Iste consolabitur nos ab operibus manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus.* boue nimirũ atq; aratro inuentis. Sed præterea in sacrificiis victimæ optimæ, & laudatissima Deorum placatio, ex Plin. sed apud Iob, & illius amicos æqualis vtriusq; victimæ usus, & honor; par etiam numerus, si exigente Deo; *Sumite septem tauros, & septem arietes, & offerte holocaustum.* Rariùs videntur cessisse bouillæ carnes in cibum. Damnatus aliquando, qui ut omaso vesceretur, bouem occidisset socium laboris, agriq; culturæ; actusq; in exilium. Quamquam Orige. dixerit boues vivos pro agricultura, occisos pro cibo, & calceamentis fuisse. Sed verò exoritur hoc loco dubitatio cur inter possessiones. S. Iobi agrorum nulla mentio fiat, neq; terræ iugerum post juga bouũ D. Thom. illam causam assignat, quòd propter infrequetes terræ habitatores, præsertim in Arabia, tum etiam propter soli vbertatem non erant agri valde pretiosi; quare antiquis patribus facilè erat mutare subinde loca, & agros, numerosis simos licèt greges secum conueherent; ut patet in Abraham, Loth, Iacob. Poterant ergo sedem sibi suisq; pecoribus deligere: sic enim potuit Abraham dicere Loth. *Ecce universa terra coram te est, recede a me obsecro, si ad sinistram (Aquilonem) ieris, ego dexteram (Auftrum) tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. elegitq; sibi Loth regionem circa Iordanem &c.* Terræ autem coram aliquo esse, idem est in sacro sermone, quod alicuius potestati, arbitrio ue, & oculorum delectui subijci; ut Genes. 20. *Terra coram vobis est: vbi cumq; tibi placuerit habita. & Ierem. 40. Terra in conspectu tuo est: quò elegeris & quò placuerit tibi, ut vadat, illuc perge.* Sed verior, æquè ac breuior responsio, in jugis bouum terræ iugera intelligi: id ne quemquam lateret expresserunt Septuaginta legentes. & opera magna erant ei super terram. Ipsaq; Latina vox iugum aliquando pro iugero terræ accipitur, sic enim scribit Varro. 1. de

Origenes. **8** Plin. lib. 7. c. 56 Genes. 5. 25. Plin. lib. 9. c. 44. Iob. 42. 8. Valer. M. lib. 8. c. 1. & Plin. sup. Orige. **9** Cur inter possessiones nulla fiat agrorum mentio. D. Thom. Agri quondã non valde pretiosi. Genes. 13. 9. Quid sit Terram coram aliquo esse. Gen. 20. 15. Ierem. 40. 4. **10** Verior responsio. LXX. Quid iugum apud Latinos Rustic.

Plin. lib. 8. c. 17. Solinus. Aelianus. Vegetius. Diodor. Camelorum diuersa genera. 1. Paralip. 5. 21. Camelorum immensus numerus.

Rustic. cap. 10. *Iugum vocant quod juncti boues uno die exarare possunt.* quæ est eadem iugeris significatio, & diffinitio, autore Plin. lib. 18. cap. 3. consentit etiam proprietas Hebraici nominis, quæ iugũ vertitur, aliquando etiam iugerum, ut Isai. 5. *Decem iugera vinearum facient lagunculam unam* cum autem iugerum unum ex Varro superius adducto, claudat bis centum pedes quod uersus quadratum. facile erit summam colligere amplissimorum agrorũ; præsertim cum oporteret non eundem quotannis agrum feri, sed vervacta multa, & novalia esse. Neque verò solum frumetitios agros habuisse vult Origenes; vineas quoque illi attribuit; Chrysofomus etiam consitiones, prata, hortos. Non indignum animadversione, quod advertit Chrysofomus, Regẽ huc sanctissimum nõ habuisse auratis laquearibus ornatas domos; non auro conglutinatos currus; nullam fieri mentionem equorum: adde etiam nõ venaticorũ canum, nõ accipitrum, non denique thesaurorum auri, & argenti, lapidumq; pretiosorum; sed illa tantum inter possessiones referri, quæ ad vitæ necessitatẽ sunt accommodata, & quæ facultatem conferunt bene merendi de omnibus, atque egentibus opitulandi.

Et quingentæ asinae. Has requiri solitas propter mulorum & mularum generationem, quod D. Thomas cum Origene cõfuit, confirmari potest; muli enim quondam in pretio fuerunt, & illi præsertim qui ex equo, & asina essent, ut indicatur Iudic. 10. *tair Galaadites iudicauit Israelẽ per viginti, & duos annos habens triginta filios sedentes super triginta filios asinarum. &c. 12. Abdon habuit quadraginta filios, & triginta ex eis nepotes ascendentes super triginta pullos asinarum.* Quos mulos esse, Vatab. aliiq; censet. Hinc Hebraizantes tantopere celebrant Ana illum, propter excogitatam artem admittendi equos ad asinas; ubi enim Genes. 36. legimus; *Iste est Ana, qui inuenit aquas calidas (Iamim) in deserto, dum pasceret asinas.* Hebraizantes retentis iisdẽ litteris, variatis punctis, legunt, *iste est qui inuenit (Iemim) mulos dum pasceret asinas.* Reges etiam utebantur mulis. 2. Regum. 18. & 3. Regum. 1. & 18. & ad publicam lætitiã, & ovationem adhibebantur, ut colligitur ex Isai. 66. *Annunciabunt gloria meam gentibus, & adducent omnes fratres ve-*

stros de cunctis gentibus donum Domino in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis ad montem sanctum meum Ierusalem, dicit Dominus. Cæterum asinarum huc mentionem fieri propter mulos, quibus infidebant quondam viri principes, mihi valdè dubium est; nam mulos hujusmodi non esse ejusdem generis cum nostratibus, sed sui generis, Arist. planè testatur lib. 6. cap. 36. de historia animalium. *Sunt (inquit) in Syria, quos mulos appellant, genus diuersum ab eo, quod coitu equæ, & asina procreatur, sed simili facie; quomodo asini syluestres similitudine quadam nomen urbanorum acciperent. Et quidem ut asini illi feri, sic muli præstant celeritate: procreant eiusmodi mula in suo genere.* Et idem cap. 24. scripserat, *in terra super Phœnicem mula & coeunt, & pariunt omnes, sed id genus diuersum est, quamquam simile.* Ergo vel asinarum mentio fit, quòd necessariæ essent simul cum bobus ad terræ culturam; sic enim Isai, 30. utriq; conjunguntur. *Tauri tui, & pulli asinorum, qui operantur terram, commistum migma comedent, sicut in area ventilatum est.* Vel quòd vehendo etiam deservirẽt; sic enim non mulos aut hinnulos, sed juniore asellos illis locis Iudicum intelligit Rab. David in lib. radicum, quem sequitur Pagninus & non esse ineptos triumphis, aut vehendo, colligi potest ex Zach. 9. *Ascendens super asinã, & super pullum filium asinae.* Quos asinarum usus etiam apud Romanos fuisse Plinius testis est lib. 8. cap. 43. *Asinum (inquit) cccc. nummũ emptũ. Q. Axio Senatori auctor est Marcus Varro. haud scio an omnium pretio animalium victo, opera sine dubio geruli mirifica, arando quoque, sed mularum maxime pro generatione.* Idem confirmat Orige. dicens in regione Arabiæ, & Palestina pares esse equis in velocitate eundi, & redeundi; & valere ad negotia peragenda, & afferenda; eadẽque officia præstare, quæ nunc equi, & muli. Asinarum autem potiùs quàm matium, videtur facta mentio, quòd, ut eodem loco scribit Plin. *mares sint in remissione operis detiores.*

Plin. Isai. 5. 10. Varro. Origen. Chrysof. Iob agros potius quàm aurum commorati. II D. Thom. Origen. Iudic. 10. 3. Iudic. 12. 13. Vatab. Mulorum origo. Gene. 36. 24. Reges mulis ad equitandũ vs. 2. Reg. 18. 9. & c. 13. 29. 3. Reg. 1. 38. Isai. 66. 20.

12 Cuiusmodi fuerint Arabici, & Palestini muli. Arist. Asini opportuni agricultura. Isai. 30. 24. R. David. Pagn. Zach. 9. 9. Plinius. Quæ asinã apud Romanos utilitates. Origenes. Asini Arabici. Plin. Ac familia

Ac familia multa nimis.

13. Familia nomen à ministrando, & serviendo terra. Agricola servus. Explicatus Ecclesiasticus.
 14. Familia quos comprehendat. Qui familiares: qui Confiti Agricola.
 15. Familia potius, & rusticum instrumentum comparandum, quam Latifundia. Correctus Plinius.
 16. Superandus agrorum, & pecorum numerus à familiaribus. alia etiam præcepta Rei Rustica.
 17. 18. 19. 20. 21. 22. Variæ Magnitudinis, Magni quoque acceptiones in sacro Sermone. Quid Parvulus, & Superlativa Hebraeorum.
 23. Quid Orientalis, & Oriens apud sacros.
 24. Divitum compellatio in Scriptura. Divitia nutrimentum victorum. Iobi laus.

AC familia multa. Numerosū videlicet famulitiū, quo opus erat ad pecorū & agrorum curam. Septuaginta, ministeriū multum valde. Aquila, servitium. Symmachus, cum nostro, famulitium, aut familia. consonant omnia, & conspirant cum fōte; nam familia, in Heb. descendit à radice (Ghabad) quod est ministrare, aut servire; Inde operari, vel colere terram, quod propriè est, servire terræ: sicut etiam Columel. dixit l. 3. c. 4. Summa sedulitate cultura serviat. Nā sicut servus alitur ab eo, cui servit, & vitæ necessaria accipit, non aliter homo à terra, quam excolit: & sicut servus non recipit laboris, & servitutis aliam mercenarii mercedem, videlicet denarium diurnum; sic agricola præter victum, & vestitum, non alias pecuniæ v-furas exigit à terra. Hanc serviendi trāslationem, & rationem, quæ in agricultura posita est, indicavit Ecclesiasticus. ca. 27. v. 18. dū eum, qui sicum servat, quod agricolæ est, conjūgit cum servo, & ministro, qui summa observātia & cura heredo suo ministrat. Qui servat (inquit) sicum (Tygur. qui colit sicum) comedet fructus ejus; & qui custos est Domini sui glorificabitur. Ergo servit terræ agricola; tum etiam in servitio alicujus Patris-familias est; sic apud Job cap. 7. dicitur servus, qui operatur terram, desiderare umbram; & Gen. 47. cum Aegyptii vendiderunt agros, seque ipsos addixerunt colendis, dicuntur facti, servi Pharaonis. Eme (inquiunt ad Ioseph) nos in servitutem regiam, & præbe semina, ne percunte cultore redigatur terra in solitudinem. Deinde verò: quintam partem Regi dabitis, quatuor reliquas permitto vobis, &c. Quare licet familiæ appellatio in liberis

tantum hominibus diceretur, quorum Dux, & princeps generis vocabatur Pater, & Mater familiæ, ut scripsit Festus, deinde verò ita liberos contineat, ut ait Vlpia. ut comprehendat eos omnes, qui in ministerio sunt, et si liberi esse proponantur, vel alienos bona fide nobis servientes. at de servis, aut famulis jam dicitur; non quidem de uno, aut altero, sed de plurib⁹, ne duo (inquit Lex) familiam faciunt. Eandem rem eleganter dixit Cicer. pro Cæcin. Quid facilius quam probari iis, qui latinè sciant, in uno servulo familiæ nomen non valere. Deinde neque dubium est, quin si ad rem judicandam verbo ducimur, non re, familiam intelligamus, quæ constat ex servis plurimis. Hinc est quod olim qui servi essent, familiares dicebantur autore Macrobi. in Satur. li. 1. cap. 11. Nostri (inquit) majores omnem dominis invdiam, omnem servis contumeliam detrahentes, dominum patrem familias, servos familiares vocaverunt. Idem ferè iisdem verbis apud Senec. li. 6. epist. 47. Servi itaque agricolæ alii erāt verè servi in dominorū mancipio positi; alii liberi quidem, sed tamē ita addicti, ut quasi servi numerarentur, quippe ne peculium quidem suum haberent; & hi Confiti agricolæ dicebātur apud Rom. ut ut fuerit posteriorib⁹ sæculis, Iobi servitia amplissima erant, & familia multa nimis, ex servis, & ascriptitiis agricolis, ut tādē illud verissimum fit. Vbi multa sunt opes, multi, qui comedunt eas.
 Sed mirabilis fanè sacra hujus historiae ordo in enumerandis & proponendis, quæ faciunt ad Iobi laudem. Describit enim optimum Patrem familiās, cum potius rusticum instrumentum, boves, juga, aratra, familiam recenset; quā latifundia, aut agrorum multitudinem & amplitudinē; inter alia enim de agro colendo præcepta, hoc quoque in hæc verba scripsit Plin. Modū agri in primis servandum antiqui putavere: quippe ita censebant, satius esse minus serere, & melius arare. Quæ in sententia & Vergilium fuisse video (eod al-ludit ex 2. Georg.
 ***** Laudato ingentia rura.
 Exiguum colito. quæ sententiā expēdit Colum. lib. 1. cap. 3.) Verūque consistentibus latifundia perdere Italiam, jam verò & provincius. Sed qualem oportuerit esse optimi Patris familias, solertissimique agricolæ Iobi familiā, tum quid familiæ nomen significet, ex iis quæ de Furio

Festus. Vlpia. l. 195 D. de verbo. signifi.

Cicer.

Familiares qui diceretur. Macrobi.

Senec.

Confiti Agricola.

Eccles. 5. v. 10.

15 Cur familiaris potius metio, quā latifundiorū.

Plin. 18. cap. 6.

Cresino

Plin. Creino subicit Plinius, intelligendum est. C. Parvus Cresinus è servitute liberatus, cum in parvo admodum agello largiores multò fructus perciperet, quā ex amplissimā vicinitas, in invidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficis. Quam obrem a Sp. Albino Curuli die dicta metuens damnationem, cum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit, & adduxit familiam validā atque (ut ait Piso) bene curatam ac vestitam (sic enim omninò corrigendus est, & legendus locus, nō ut exemplaria ferè omnia habent, filiam validam, parum enim, aut nihil ad agriculturam filia; multum familia) ferramenta egregiè facta, graves ligones, vomeres ponderosos, boves saturos. Postea dixit: Veneficia mea Quiritēs, hæc sunt; nec possum vobis ostendere, aut in forum adducere lucubrations vae, vigilasque, & sudores. omniū ius sententiis absolutus. Cavuit etiam Cato inter prima rei rusticæ præcepta, ne familia multa sint. Igitur Iobi familia tum multa nimis, tum minimè mala, sed optima, valida, bene curata, benèque vestita, boves saturi, vomeres ponderosi.
 16 Multa nimis. Certus familiarium, & agrorum numerus colligi. ex quingentis jugis bouum, & certo quodam numero jugerum terræ curiosa quantumvis computatione minimè potest. Quāvis enim M. Cato operariorum numerum præfinire voluerit singulis agri jugeribus, idèq; conatus fuerit Sacerna; sed quidem (ut rectè dixit Varro) nō potest ad certam metam, aut numerum familia dirigi; Neq; de huius magnitudine, aut multitudine aliter statui, quam pro agri proportionē; nam si sit ita dissimilis, ut totus arari nō possit, ut si sit confragosus, atq; arduus, paucioribus eget bobus, atque bubulis. Sed tamen cum numerosissimam familiam, & non nisi certum numerum jugerum bouum, certosque pecorum greges locus hic designet, videtur planè indicare agrorum numerum, ab agricolarum, & multitudinem pecorum, à pastorum, & magistrorum pecoris familia. & numero superatam fuisse, ut maior et numerosior fuerit familia, quā res necessaria agrorum postularer. Præstat enim parvulus agellus bene cultus, quā multo laxior male. Quippe acutissimam gentem Patros dixisse convenit, referente Columel. in becilliozem agrum, quā agricolam esse debere: quoniam cum sit colluctantulum cum eo, si fur

Plinius correctus & illustratus.

Ex eodem Plin.

Cato. l. 10. c. 11. de re rustica.

Varro. 10.

Vt sit censeendum de multitudine Familiae

Agros superandos esse a familia. Penotum sententia

us prevaleat, allidi dominum.
 Eratque vir ille magnus inter omnes Orientales. Hebraismum retinuit. interpres, carent enim Hebræi comparativis, & superlativis, circumloquuntur verò particulis, Præ, valde, inter. Latinus diceret, Maximus inter omnes Orientales. Magnitudo verò hæc cum ex multis rebus spectari possit, etiam ex proprietate originalis vocis, quæ aliquando refertur ad nobilitatem, & honorem, ad tumorem, & arrogāntiam animi; ad divitias, & ad eiusmodi generis vllam præstantiam, & magnificentiam; hoc etiam loco multiplex existit interpretatio.
 Prima Septuaginta legentium n. Erat homo ille nobilis inter eos, qui ab ortu solis. sic enim habet Vaticanus. quāvis Compluten. habeant, magnus. & illo modo accepisse Græcos constat, nam referunt ad generis nobilitatem ducti ab Abrahamo. Autor catenæ, Chryf. Dydi. Sic magni dicitur in Scriptura; quos appellant Græci, Megistanes, quasi dicas, magnos, aut maximos: eādem vocem Marc. 6. reddidit interpres, Principes. Herodes natalis sui cenam fecit principibus. nos. Los grandes del Reyno. Latinus etiam magnū pro nobili accipit, quare illud Horatii est Magni Quo pueri magni è centurionibus arti &c.
 Secundo alii, pro famoso, & glorioso nomine accipiunt. Quasi dicat fama Iobi occupauerat regiones illas orientales; sic exponit D. Thom. & Lyranus: quæ etiam ratione dicitur. 2. Regum. 7. Eci tibi nomen grande, juxta nomen magnorum, qui sāt in terra. Iob. ut referatur ad honorem; colabatur Iob summa omnium reverētia, & observantia præ cunctis Regibus Orientalibus; vel ab Orientalibus; omnium honoratissimus. sic Iosue. 4. Magnificavit Dominus Iosue. 4. Regum. 5. Naaman Princeps militum Regis Syriæ erat vir magnus apud Dominum suum. (exponitur) & honoratus. Exo. 11. Fuit Moyses vir magnus valde in terra Aegypti: conare servus Pharaonis, & omni populo.
 Quarto referri potest ad sapientiam; cum enim sapientissimus Philosophus, atque Theologus fuerit, quā laudem ipse sponte licet a cæteris etiam delatam sibi arrogat, cum in platea prodeunti sibi parati cathedram; & intentos ad illius doctrinā inhianti ore, singula verba quasi cœlestis pluvie stillas. excipere solere

Columel. lib. 1. c. 3.

17 Hebræi comparativis, & superlativis carēt. Magnitudo quid comprehendat.

LXX. Prima expositio.

Niceph. Chryf. Didymus. Magi qui. Marc. 6. ver. 21.

Horat. 1. ser. Sat. 6.

18 2. Expositio.

2. Reg. 7. ver. 9.

19 Tertia expositio.

Iosue. 4. 14. 4. Reg. 5. 1. Exod. 11. Teniale todos mucho respeto.

20 4. Expositio.

Iob. 29. 7.

testatur;

Eccle. 1. 16. Qui dicantur parvuli in sacris. Prov. 1. 12. 1. Cor. 14. 20. 1. Cor. 13. 11. Hus consilium. Dilymus. Prover. 8. 12. 21. 5. Expofitio. Gene. 26. 12. 1. Reg. 25. 12. Orientales ditissimi. 22. 6. Expofitio que fupiores alias cōfiliari. 3. Reg. 10. 23. 23.

teltatur; Certè nō videbatur prætermittenda tam illuftris laus; neque verò alio loco recenfit. Et de fapientia quidè videtur illud accipiendum Eccle. 1. Ecce magnus effectus fum, (fequitur expositio) & præceffi omnes fapientia; qui fuerunt ante me in Ierufalem, & mens mea contemplata est multa fapienter. Quare per antithefin dicuntur parvuli, & diligere infantiã, qui defipiunt; effici pueri fensibus, qui nō rectè, neque verè de rebus sentiunt, & iudicant. Quare Paulus. 1. Cor. 13. ait; Cum effem parvulus loquebar ut parvulus, fapiebam ut parvulus; quando autem factus fum vir, evacuavi, que erant parvuli. Magnus ergo erat Iob, vir fapientiffimus, nihil puerile, nihil juvenile aut lascivians verbo, aut opera, fed mature omnia, & præmeditato confilio facies, ut qui in terra Hus habitaverit, quæ interpretatur Confilium; fic observante Dilymo; & rectè, cum fapientia de fe dicat: Ego fapientia habito in confilio. Quinto illud videtur commodiffimè; ut ad divitias referatur, & poffeffiones ampliffimas; namque verbis fimillimis (fi idè potius) locupletiffimus Ifaac describitur Gen. 26. & dicitur in terra illa, & invenit in ipfa anno centuplum; benedixitque ei Dominus, & locupletatus est homo, & ibat proficiens, atque fucceffens, donec magnus vehementer effectus est; habuitque poffeffiones ovium, & armentorum, & familia plurimum. Non aliter describitur ftultus ille dives Nabab. 1. Regum 25. Poffeffio ejus in Carmela; & homo ille magnus nimis, erantque ei ovium millia, & mille caprae. Ergo dicitur Iob omnium Orientalium locupletiffimus; quæ non est levis opulentia amplificatio, cum Orientales gentium omnium ditiffimi habitaverint. Sexto tamè sevellis non fejugere omnes, quas enumeravimus magnitudinis formas, rectè poterunt claudi omnes inter magnitudinem, & amplitudinem hujus vocis; Magnus; pluribus namque titulis magnus extitit Iob inter Orientales; fic etiam Salomō propter celebratam nominis; fapientia, divitiarum, & cum verfa illius gloria, magnus dicitur; 3. Reg. 10. Magnus; atque Rex Salomon super omnes Reges terræ, divitiis, & fapientia; & univerfa terræ defiderabat pulchritudinem Salomonis. Orientales; Affricam, Arabiam Mesopotamiam, & alias conteminas provincias intelligit; nam respectu Palestine,

& Ierufalem, quæ in medietate terræ habitatis constituta est, tota Asia est Orientalis; fic ut Europa Occidentalis quare, univerfus ille terræ tractus, quam terminat Syria, sursum versus, Oriens, aut Orientalis dicitur. Sicut & Balaam Kaldæus Syriam Orientem nominat Num. 23. De Aram (hæc est Syria.) adduxit me Balac, de Montibus Orientis. Non aliter dicti sunt Magi venisse ab Oriente, quod, vel ab Arabia, vel à Kaldæa, Ierofolimam venerint. Illud indicabo potius, quam dicam, ex ingentibus Iobi divitiis valde locupletari illius sanctitatem; cum enim divites in Sacro sermone peccatoris nomen habeat Psalm. 81. Facies peccatorum sumitis. id est potentum, atque divitum; subjungitur enim; Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris. id est ditioris, atque potentioris. cum superbe opes non superbiae solum, sed libidini cæterisque vitiis materiam, & facultatè præbeant; Iob tamen omnium virtutum pabulum, atque nutrimentum extiterunt; ut neque impossibile jam videatur (quod Plato existimavit) valde divitem, pariter ac valde probum esse; neque ita virtutem à divitiis discrepare. (quod plerumque videmus) quasi utraque in lance statera sint posita, semperque in contrariam partem declinent; cum in Iobo æquis librata ponderibus, opes ampliffimæ, æquæ ac pietas singularis reperiantur. **IIII. Et ibant filii eius, & faciebant convivium per domos, unusquisque in die suo: & mittentes vocabant tres sorores suas, ut comederent, & biberent cum eis.**

1. Quis usus, & proprietas verbi Eundi in sacro sermone.	Iob adhuc fuisse filios familias. quid domus appellatio consistat.
2. Virorum spectis domos adificandas veteris consuetudo filii Iobi iam patre servat.	Superioris difficultatis Iob 10. illustratus locus Iudicium.
3. Origenis sententia filios	Concordia fratrum facer dies fastus.

I BANT & faciebant. Hebraismus videtur, quem quidam explicant, ut singulare quoddam studium, & curam significet; pro, summo studio, celebrabant convivium

Matth. 2. 1. 24. Divitis no men peccator. Psal. 81. 2. Dluitie vitiuor pa bulum. Plat. de repub. & dialo. de iusto. Iob Ditiffimus, æquè ac sanctiffimus.

Dent. 15. 2. Quid verbi eundi in sacris. Osee. 14. 7. 1. Reg. 15. 6. Confuetudo significat verbo eundi. Genes. 8. 5. Iona. 1. 11. & 12. Ezech. 1. 14. Gene. 26. 13. *Yua con mu chia pujanca y priesla eni quecciendo. LXX. * Andavause de casa en casa y de fiesta en fiesta. 2. An filii Iob fuerint cum hæc contigerunt filii familias Reg. 7. 8. & 9. Psal. 126. 4. Origenes 3.

vivia, sicut & Deu. 13. Ire post Deos alienos, peculiare quoddam studiū, & animi cōtentionem asfert. Alii etiam addunt verbum eundi, Epitafium & incrementum habere Hofe. 14. Ibunt rami ejus. id est vehementer crescent, & expandentur, confurgentque; in altū. 1. Regum. 15. Dixit Saul Cino, abite, recedite, atque discedite ab Amalech; id est celerrimè discedite; curam, diligentiam, celeritatè fugiendi importat. Sed certè hoc loco & plerisque aliis significare videtur consuetudinè, aut cursum nūquam intermissum in ea re, quæ verbum subsequens significat; consuetudo nūquā intermissa hæc apud illos erat faciendi convivium. Hispanus eodè idiotismo, pulchrè explicaret, Ivan por su rueda combidándose. Gen. 8. Aqua ibant, & decrescebant usque ad decimum mensem. id est subinde, sine intermissione decrescebant. Iona. 1. Mare ibat, & intumescbat. Id est incessatè estus crescebat. Ezech. 1. Animalia ibant, & revertebantur. id est continuò, sine mora, atque adeo celeriter. Genes. 26. * Ibat proficiens, atque succrescens. Fortè verbum eundi simplicem significationem habet hoc loco; cum enim oporteret convenire in aliena domo, ire oportebat in domum convivii. Ibant igitur, & celebrabant convivium. Sic sanè Septuaginta intellexisse videntur. * Convenientes filii ejus faciebant convivium. Quid si redundet hoc loco illud ipsum verbum, eundi; neque aliud sit ibant, & faciebant? Verbo veniendi aut eundi, redundat, si milis Hispanismus. Ivan y combidavause. Per domos. Vxores jam duxisse septem filii hinc videtur, ut qui separatis in domibus essent, & Patres familias; nam solebant viri sponfis domos ædificare; atque idem à Salomone, vel ex Palesthinorum, vel Aegyptiorum more servatum est, ædificavit enim domum filia Pharaonis, quæ uxorem duxerat; de qua dicitur, Filia Pharaonis ascendit de domo David in domum suam, quam adificaverat ei Salomon. Erant ergo jam filii Iob, filii excussorum, id est, excussi & trusi è paterna domo. Verum Origenes sensisse videtur fuisse tunc temporis filios familias, aut certè in paterna domo habitasse; cum enim differit de promiscua sobole, quæ paribus multò jocundior est, quam si ex al-

tero tantum sexu suscipiatur, sic ait. Si aliqui filii tantum nascerentur, alii autem filia, cum eas viris omnes traderet, domum vacuum relinqueret, atque hereditatem suam desolatam; nunc verò filias suas sanè dat foras; filii autem intus accipit uxores, ac per hoc & extrinsecus habet cognationem, & intrinsecus hereditatem. Quibus verbis ad eam locum alludere videtur Iud. 12. Abefan de Bethlehem, qui habuit triginta filios, & totidem filias; quas emittens foras maritis dedit, & ejusdem numeri filii suis accepit uxores introducens in domum suam. Neque huic sententiæ obesse poterit nomen plurium domuum; nam domus in sacro sermone quodcunque receptaculum, aut partem domus significare solet, cum Pater dicatur invenire sibi domum, videlicet foramen parietis; & Lepusculus plebs invalida, in petra locet cubile (Hebraicè domum) suam, & mulieres texebant domunculas. id est cortinas tabernaculorum; Non aliter olfactoriola, seu capsulæ plenæ odoribus, rebisque suavè spirantibus dicuntur ab Hebræis, domus animæ, aut spiramenti. Cæterum hæc donus acceptio ex adjunctis facile colligi potest, cum translaticia est, aut paulò laxior, vel strictior; sed in præfenti loco propria non est deferenda, neque detorquenda; præsertim, cum illud, quod est, Mittere, & vocare, domicilia separata ostendat; idemque necessariò convincat nuncium acceptum à Iobo de eversione domus primogeniti; non enim potuit esse pars aliqua paternæ domus, cum tota ipsa, quatuor angulis concussa, & labefacta ventorum violentia corruerit. Et ne maneat scrupulus ex Iudic. Loco cum dicitur nurus introduci in domum Socer, non intelligo domum ipsam lateribus constantem, parietibus, & tecto; (quanta enim deberet esse, ut præter ipsum Abefan iudicem, & principem virum, caperet triginta alias virorum, & uxorum peculiare familias?) Sed per domum intelligo familiam, & cognationem: est enim uxor de familia viri, ut Iuris periti docent. Vnusquisque in die suo. Hebdomadam integrā implebant septem filii; & cum suū diem cuique assignatum dicit, fortè illum diè intelligit, qui cuique ex ordine responderet incipièdo à primogenito, & à Sabbatho, cujus diei prima quondā observa-

Iudi. 12. 9. Domus quid comprehendat. Psal. 83. 4. Prov. 30. 26. 4. Reg. 23. 7. Domus animæ quid Hebræis. 4. Difficultatis solutio. Illustrat. Locus Iudicium. Domus pro familia L. Q. yicumque c. de re milita. lib. 12. 5.

Dies sacer fraternæ concordia.

tio, primūq; honor fuit; deinde secundo natus secundo diei succedebat. Certè hujus convivii dies notandus albo lapillo, ut qui fraternam cõcordiam promoveret; sicut è contrario Athenienses referente Plutarcho, in detestationem fraternæ discordiæ, unū semper ex quolibet mense diè eximere soliti erant, quo inter Minervam, & Neptunum nata fuerit contentio.

An filiorum Iob convivium quotidiana, perpetuâque fuerint?

- 6. Filios Iobi semel tantum in anno convivium celebrasse. 7. Secunda sententia verior. 8. Quotidiana convivium fraternam caritatem promovet. 9. Priscorum conviviorum ritus, & frugalitas. 10. Divitiis epulonis locus & peccatum. 11. Filiorum concordia parentibus grata. 12. Quotidiana convivium pertinere tum ad filiorum, tum ad parentum laudem. 13. Mittere, & missus; vocare, & vocatus in sacris. Vocatores qui apud Latinos.

SED illud questionem habet, an quotidiana essent hæc cõvivia, ita ut nulla hebdomada convivio vacaret; an verò peculiari quadam, & certa hebdomada, semel videlicet in anno, septem diebus continuis convivarentur. Hebræi existimant non nisi semel in anno hujusmodi convivium celebrata; illos sequuntur Origen. Eugub. & Astunica. Cajetanus verò paululum de hac sententia remittit; cum enim dicat se dubitare, quantum temporis inter convivium & convivium intercesserit, & nescire an menstrua fuerint, an crebriora, rariora vè; tandem concludit rationi consentaneū videri non fuisse quotidiana, sed moderatum temporis spatium convivium à convivio separasse.

Probari hæc possunt primò, quòd videantur hæc convivium quasi umbra quadam legis præcessisse; in lege autè præcipiebatur septem diebus epulum celebrari, Paschæ, Hebdomadarum; tum etiam Scenopegiæ; hac conjectura utitur Origenes. Deinde, quoniam quotidianæ

computationes ad nimium luxū, & delicias potius referentur, quàm ad caritatem fraternam, quàm filii Iob, quippe sancti, sanctoque parète nati coluerunt, cum modestia, & frugalitate cõjunctam. Vitio sanè ingenti datur epuloni diviti, quòd quotidie epularetur splendide. Nò aliter luxuriantibus, & intemperantibus procis, atque opes superbas jactantibus dicebat Telemachus.

Quin & divitias, & opes assumite vestras, Mutuâque per domos convivium ferre vicissim.

Ad hæc, si semper symposia agitentur id inter illorum, & sui parètis laudes minimè nunc videretur referendum; neq; verò Iobi sacrificium semper pro filiis offerendum, & pro expiandis conviviorum sordibus, quod nunquam intermittere esset, sed craftina die reparandū: hac ratione utitur Eugub. Tum verò illud (quod Cajetanum movet) non est prætereundum, minùs grata minùsq; jucunda cõvivia futura, nauseam potius, & fastidium allatura, quæ quotidiana essent, & nulla intermissione, nullâque abstinentia præteritæ diei condita: deesset nimirū illis tertia illa valde cõmendata lex convivii, ut certa, & delecta quadam die celebraretur, nò pmiscuis, & profestis. Cõstare enim debere convivium his tribus dixit, Varro, lectis viris, lecto loco, lecto tẽpore. quòd etiam inter ipsos fratres, filiosq; observandum esse Aug. docuit de hac re differens. Rogandi (inquit) sunt parètes, & vicini, sed rarius rogandi sunt. Sanè qui singulis diebus vel cõviva, vel convivii apparatus esset, familiæ suæ benè præpositus, bonùsq; suorum liberorum educator esse non posset: nihil enim sibi, suisque curandis temporis reservaret, integra mēsis, & delitiis vita consecrata.

Verùm communior sensus interpretū quotidiana, perpetuâq; cõvivia planè asserit; & licet pauci apertis, & disertis verbis re hanc doceant, nemo non videtur ita sensit, cū ipsa sententia minimè sit obscura; unusquisq; in die suo. Et deinde. Sic faciebat Iob cunctis diebus. Quid quòd perpetua illa, & indefessa cõsuetudo verbo eãdi significatur, ut supra explicuimus: tum etiam quia (ut Hebræus apud Cajet. dixit) potest exemplar ita verti, & ibunt filii ejus & facient convivium. quæ verba futuri temporis rem perseverantè, & nunquam intermittendam solent indicare;

Luc. 16. 19.

Hom. Odyss. 1.

3. Ratio.

Eugub. 4. Ratio.

Convivii lex

Var. in Menalup. Aug. ser. 2. de temp. dominic. 2. adventus.

7. Verior questionis solutio.

Verbum futuri temporis quid indicet.

licet

Eccle. 1. 3.

Hebræus refellitur.

Quid valeat præteritū per factum in sacro sermone.

Eccle. 1. 5.

Vulgatus interpretis defecit.

8

Respondetur ad obiecta. Ad. 1.

Ad. 2. obiectum.

Convivia caritatem promouent. Cic. de sen.

Cõviviologia apud Latinos.

Vnde dicatur cõvivium Hebræis.

שנה

licet soleat verti à Latino interprete per alia tempora: ut Eccle. 1. Quid habet amplius homo de universo labore suo, quo laborat sub sole. Heb. quo laborabit sub sole. ut significetur labor perpetuus humanæ vitæ comes, & grave jugum super filios Adâ à die nativitatē, usque in diē mortis eorum. Cæterum licet futurū hoc loco nō sit in exemplari, quod nunc extat (aliud enim fortè tunc habebat præ manibus Hebræus ille) sed præteritū; ita ut propriè sit, Iverunt filii ejus, & fecerunt convivium. Sapienter Latinus interpretes intellexit præteritū illud perfectum, idem valere, quod imperfectum, quod cõtinuationem etiam, & perseverantiam actionis significat, ut supra ostēdimus. sicut Eccl. 1. ex Hebræo ad verbum dicas, ortus est Sol, & occubuit. quod rectè Vulgatus legit, Ortus, & occidit. ut significet, eundè semper movendi, oriendi, & occidendi cursum tenere, què tenuit ab initio. Quòd si dicas huic tot signis consuetudini significatæ sufficere unam totius anni hebdomadam; ridiculè dices. certè semel in anno hanc vitæ, & mensæ communionem inveteratæ illi consuetudini dedisse satis non est, deficeret enim tam longo unius anni jejunio, quantumvis semel in anno septè integris diebus cõtinèter epularetur. Ergo ut hæc pars stabiliter satisfacta mus his, quæ pro parte adversa objecta sunt. Quod Origeni quasi umbra, & præambulum legis, & epulorum Paschæ & scenopegiæ esse videtur; aliis nō videtur. facilis, & vera responsio in re, quæ negari tam facilè potest, sicut dici.

Quòd secundo loco additur, quotidianas computationes pertinere ad luxum, minimè assentior: ad confirmandam, & augendam caritatem, & communis vitæ societatem, concedo. Eleganter quidem docuit Cicero ex ipsa ratione nominis convivii, quorsum res ipsa conviviorum, & epularum solennium instituta esset. Bene (inquit) majores nostri accubationem epularum, quod amicorum & vitæ conjunctionem haberet, convivium nominarunt; melius quàm Græci, qui hoc idem tum computationem, tum concubationem vocant, ut quod in eo genere minimū est, id maximè probare videantur. Et licet quidè Lingua Sancta convivium nominet à (Sathah) quod est bibere, quasi dicas potationem, aut computationem; & profusiora convivium, non ex alio quàm ex vino, &

largiore potu notet Isa. cap. 5. Væ, qui convulsis manibus ad ebrietatem sectandam, & potandum usque, ad vesperam, ut vino astuetis; Cythara, & Lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in convivio vestris. vigebant fortè apud in temperantiores ludæos prædia antelucana, quæ apud Priscos in usu erant, & quorū meminit Hom. odiss. lib. 14. Strabo etiã lib. 15. scribit Persis ab usum invaluisse, ut à mane ad vesperam quidquid est tẽporis, unico Prædio concluderetur: & de Alexandro similiter loquitur Plu. Alexander Prædio, cum dilucrisisset, accubebat. autor est Suetonius Galbam ante lucem vesci solitum; sicut Aelianus Tarentinos matutinis fepoculis ingurgitasse. Sed redeo ad Hebraicam convivii appellationem, quæ quavis à potatō sup̄ta fuerit, sed tamè ut dixit Cicero: qui Græcorū more bibunt, ex hoc cõvivi magnificentiã considerant, quod maximū apud illos est; at verò viri sobrii id minimū ducunt; amicitie, & vitæ cõjunctione, quæ cõviviorū sobrietate, alitur, & cõfirmat, maximū. Nò madebāt olim mēsa: multo mero; nō replebātur vomitu, sordibusq; quod Isa. deplorat; nō onerabātur, infinitis ferculis, quæ nostri nunc (ploradū) mores, nostra ferūt tẽpora; sed cib' mundus, simplex, nullis fictitiis cõdituris, atq; palati, & gustu irritamētis, qualia existimare oportet hæc familiæ Iobi convivia extitisse. Certè mensa, res apud antiquos Sacra fuit, ut ait Macro. & quod de Perfarū regibus Serinus apud Stobæū, ferm. 42. & 44. memoriæ prodidit, ante cibum de modestia disputasse, & ante potū de tẽperantia; hoc idè à cõviviis piissimis, & frugalissimis minimè prætermittū credēdū est; sicut neq; illa, quæ apud alias gentes à vera religione alienas observata fuerūt, referente Macro. ut numinis primū, & religionis pro cõvivi capite meminisset, deinde bene precaretur. cõviviis, & secundum precationem dapibus cū modestia vesceretur. trinis tantū ferculis cõvivia exhibuit Aug. scribete Suet. Servius in 1. Aeneid. duob' tantū usos antiquos Romanos dixit (non pluribus fortè Iobi filii) neq; poculis pluribus; quare ex quatuor poculis, quorū primū Anacharis referete Laertio, & Asclepiades scribete Apuleio, dixerūt pertinere ad sitim, secundum ad hilaritatē, tertium ad voluptatē, quartum ad insaniam; fratres isti sancto parente nati, tantum duo prima sumpse-

Isai. 5

Prandia antelucana. Hom. Strabo. Perfarū abusus. Plutarch. lib. 2. de Virtute & Fortuna Alex. Suet. in Galb. cap. 22. Aelian. li. 12. cap. 30.

9. Priscorum convivia qualia. Isai. 28. 8

Macro. lib. 3. Cap. 11. Stob. Perfarum cõviviū initio mos.

Macro.

Quot apud antiquos fercula, & pocula. Suet. in Augusti. c. 74. Senec.

Laert. in vita Anachar. Apule. lib. 4. Floridorum.

D 2

run

runt necessitati, honestatē fraternā que hilaritati ferventiā. rursus ex novem poculis aliis, que Eubulus enumeravit, cum Bachum inducit sic loquentem apud Athenæum.

Prudentibus viris ego tres misceo Crateras, unum sanitatis gratia: Primum bibunt hunc: grati amoris alterum, Dulcisque voluptatisque: ac inde tertium Somni; bibunt hos turba nam prudentium Redeuntum domum. Nec est inde amplius Quartus virorum potus, ast injuria. At quintus est clamoris: est Lascivia Sextus sacratus: fugillationibus Est Septimus, vocatus est octavus: hinc Est nonus ira.

Ex his inquam duo tantum prima ebi bebant; sanitatis primum; mutui amoris, & benevolentia alterum; quæ quoniam semper perfe curare vigerēque debebat, nunquam conviviorum celebritas inter mitte batur.

Qui deinde affertur in exemplum dives epulo, longè est dissimilis; Is enim epulabatur (Ephrenomenos) lætum se reddebat, delitiabatur, beatificabat se, depellebat omnes animi sollicitudines & curas, solam voluptatem confectans in epulis: ut colligitur ex Phavorino in, Euphron & in Disphoros, quæ contraria sunt; potest illud verbum epulandi, & delitiandi afferre abundantiam quandam, ut nullum voluptatis genus prætermiserit, nullamque occasionem voluptatis: quam etiam abundantiam significat verbum Lasciviendi, Amos 6. ex proprietate radice (carach) sic enim quod Latinus dixit, lascivientes, Septuaginta legerunt, delitiis affluentes. Epulum verò non fratribus, non hospitibus, non peregrinis non egenti Lazaro apparabat, sed sibi ipsi splendide, læpròs, largè lautè, magnificè, exquisitis cibis, atque cupediis. Ergo iste erat mancipium sui corporis, vèrem pro Deo colens; huic libamina, & sacrificia offerebat, quæ non sacro, sed execrando voracitatis igne absumentur: Similimus profectò illis, quorum immensam gulam, & turpem lasciviam describit cōminabundus Amos; Opulentos in Sion, dormientes in lectis eburneis, & lascivientes in stratis; comedentes agnū de grege, & vitulos de medio armenti; bibentes vinū in phialis, optimo unguento delibutos, &c. nihil patientes super contritionem Ioseph. Quare ille audire meruit

in inferno, sitiēs, & esuriens. Memento quod recepisti bona; (Agatha) largam, & lautam ciborum, & potus fruitionem.

Iam tertia ratio petit, an hæc cōviviorū narratio pertineat ad laudē filiorū, an verò solius parētis; posset enim videri allicui ex hoc solū cōmēdari Iobus, quod sacrificaret pro filiis intēperantioribus; tā erat religiosus, & de filiorū pietate sollicitus; tū etiā quā fuerit fratrum cōcordia suo parēti grata, ut hoc quoque ad facilitatis cumulū accedat, significatur: nā ut ille dixit, fratrum inimicitia parētibus gravissima. Certè Plut. autor est, Xerxem cum audivisset Ochū filiū infidiatū fratribus, mærorē cōtabuisse. Mortēque; quā potiùs, quā filiorū discordiā mater sapientissima probabat, precabaturque; sibi Julia Severi Imperatoris uxor; hæc, ut Herodianus scribit li. 4. cum Getam, & Antoniū filios à contentione, & imperii diuisione revocare non potuisset, talē habuit apud eos orationē: Terrā quidē, & mare o filii jã invenistis, quo pacto dividatis; matrē verò quomōdo dividetis? Quomodo infelix ego distribuar inter utrumque; vestrū? me primā igitur occidite, dimidiāque; uterque; apud se partē sepe liat. ergo cōviviva per se nullam esse laudis materiam.

Cæterum utrique; cōmendantur; tū filii, qui mutua caritatis officia honestis cōviviis obibant; tum etiam illorū parēs qui tā bene institutos, filios habuit, ut quā semel didicissent in paterna domo fraternę benevolentia disciplinā, perpetuò colerēt. Quare non pro cōviviis intēperantioribus expiādis sacrificabat, sed pro occultis defectibus, si quos fortè incōviviis tēperatissimis, & honestissimis, per incuriam incurissent. Neque repetitō cōvivio repetebatur parū honesta cōsuetudo, ut frustra censeretur repeti etiā sacrificium; non enim homo sapientissim⁹ ignoraret, verissimè dici posse: Qui baptizatur à mortuo, & iterū tagit mortuū, quid proficit lavatio illius? sic homo qui jejunat in peccatis suis, & iterū eadē faciens, quid proficit humiliando se? Orationem illius quis exaudiet? Ca jetanus verò bene noverit temperantiam, & frugalitatem esse condimentum quotidiani cibi atque quotidianarum etiam epularum; eadēque; illas sobrietatem videlicet, atque modestiam tantum abesse ut tempus adimant rebus necessariis, ut potiùs modum, ordinemque

7224

II

Ad objectionem tertiam An quori dianna filiorū cōviviva pertineant ad parentis laudem. Filiorum concordia parentibus gratissima. Euripides Plutarch. de pietate erga fratres

Herodianus

Iuliz Oratio

I2

Solutio propositæ difficultatis.

Ad 4. obiectionem.

Eccle. 34. 30.

Temperantia condimentum quotidiani cibi.

seruent

Eubul. Athen. lib. 2. d. pnos cap. 1. Nonem Bachipocula qualia

IO Diuitis epulonis peccata. φεαίνωμαι. Quid epulari

Phavorin. εὐφρόν. Δυσφ. 2.

Lascivire quid. לָסַח LXX

λαμπρὸς Philip. 3. 19.

Amos. 6.

Boni nomen ad cibum pertinet

servent in rebus, & tempus suum cuique præscribant, liberumque relinquunt.

I3 Mittere & vocare in sacris

Genes. 31. 4.

Rom. 1. 16.

2. Reg. 2. 5. Prover. 9. 3.

Verbum mittendi quid includat Psal. 17. 17. Psal. 56. 4.

Missus in sacris quid sit.

Joan. 13. Vocare pro invitare.

Nu. 25. 2.

2. Reg. 15. Prover. 9. 3.

Vocatus.

καλέω καλῶν ἑστὶν ἡ ἀποστολή

Vocatores qui.

bus negotium invitandi demandatur, ut ex Plinio constat lib. 35. cap. 10. cum de Apelle scribit per fraudem invitato ad Regis Ptolomæi cœnam ab impostore quodam non ab ipsis Ptolomæi Vocatoribus.

Tres Sorores.

- 14. Optimus conviviarum numerus. quid de duodecim convivis. 15. Fæminas non tangunt conviviorum cura. Sororis Etymon. Græcarum seminarum in convivis mos. 16. Cur sorores convivis adhibita, opinio D. Tho. Fratrum erga sorores caritas. 17. An filia Iob virgines fuerint, Gener est de familia soceri, & quis Generi appellatione continentur. 18. Comedere, & bibere in sacris. 19. Communio mensæ & calicis concordia Symbolum. Illustratus Abdias. 20. Fraternalis benevolentia. plura ex sacris, & profanis scriptoribus. 21. Fratrum odia gravissima. plura ex sacris, & profanis.

TRES sorores. Cùm multum laboratione antiqui in præfinito certo quodam numero conviviarum, qui optimus videretur jucunditati, & sobrietati, & tandem tres, quatuor, aut quinque; Græci statuerint, ut ex Arcestrato Syracusio refert Athenæus. lib. 1. ca. 1. & Plato in Timæo, tres aut quinque; requisierit, Homer⁹ verò usque ad decem probaverit; sed tamen illud tanquam optimum invaluit, quod Gel. ex autoritate M. varronis scribit præcipientis, conviviarum numerum incipere oportere à gratiarum numero, & progredi usque ad Musarum; id est proficisci à tribus, & consistere in novem; ut non pauciores tribus, non plures novem in eadem mensa accumberent. quod idem in his filiorum Iobi convivis servari necessarium debuit; nam cùm septem essent filii, filia verò tres, convivorum unus novem excipiebat cōvivas, ut vel hinc colligas falsum esse id quod proverbio iactatur, Septem convivium, Novem verò cōvitiū facere. Iam numerum illum duodecim adhibens cōvivio corporis, sanguinisque sui. quod Lucium Verum Imperatorem fecisse primum cum duodecim accumbentem solenni convivio; scribit Iulius Capitolinus in vita illius.

Sorores suas. Olimpio. notat solos filios in obsequio cōviviorum munere occupatos fuisse, neque harum rerum curas requisivisse à fæminiis. rectè; nam fortes vigines erant,

Plinius

I4

Conviviarum numerus quis optimus. A. Aristot. apud Athenæum Plato. Homerus Gel. lib. 2. c. 7

Duodecim convivium.

Iulius Capiti.

Olimpiod.

D 3 quas

quas non tangunt ejusmodi curæ; quòd si erant maritis locatæ, suæ tantum domus, suorumque virorum, atque liberorum meminisse debuerunt: nam propter hos relinquit quoq; mulier, ut vicè repèdat viro, patrè, matrè, fratres. Nescio enim quid magis separatam à parètum domo filia habet; quàm filius. quòd, ipsum etymon vocabuli indicat, nam ut Labeo dixit, referente Gellio. 13. cap. 10. Soror appellata est, quòd, quasi seorsim nascitur, separatúrque ab ea domo, in qua nata est, & in aliam familiam trāsgreditur. quare jubetur sponsa *oblivisci populū suum, & domum patris sui*, Pf. 44. *filia* (inquit Epictetus) *aliena possessio est patri*. quòd respicit illa Beotiorū consuetudo referente Plutarcho in quæst. centur. Roma. ut cum sponsa curru vehebatur in domum mariti, axem currus pro janua incenderent, quasi sublato eo, qui posset eam aliò abducere, aut in domum paternam reducere. Addit Chrysof. suæ sobrietatis, atq; temperantiæ sorores testes adhibitas esse à fratribus, nullasque alias fœminas interfuisse convivii; & rectè; nam fortè Chrysof. respicit his verbis antiquam illam fœminarum Græcarum consuetudinem, quibus non licebat accumbere convivio nisi propinquorum; quod apud Macedones servatum scribit Herodot. lib. 5. apud alios etiam Probus Aemil. in proæmio virorum illustrium, & Iustinus lib. 7.

D. Thomas ideo fororum mentionem fieri existimat, quòd cõmuniter soleant despici à fratribus; commendatur itaque comitas, & benevolentia fratrum erga sorores. Ego verò sic existimo, fratribus erga sorores benevolentiam, & amorem ab ipsa natura peculiari sensu inditum, & commendatum esse; quare illarum injurias acriter propulsant, vehementerq; vindicant; exempla sunt Simeon, & Levi, cæteri que filii Jacob, gravissimè ferentes, atq; ulciscentes Dinæ sororis stuprum; & Absalò pro violata sorore Thamar interficiens fratrem Amnon. Fratres verò Rebeccæ ipsa illorum matre in diligenda sorore ardentes videntur fuisse, primiq; ipsi sororis discessum, quem graviter ferebant, comperendinabant; nam Eliezer urgenti profectio-nem responderunt: *Fratres ejus, & mater, Maneat puella saltem decem dies apud nos*. Di-

miserunt tandem imprecantes prospera sorori suæ, atque dicentes: *Soror nostra es, crescas in mille millia*. Quasi dicerent, quid non boni precemur sorori, in cujus germanitate omnem dilectionis rationem habemus. Præterea, quòd Sponsa nomen habet Sororis in Canticis; sicut & Sponsus nomen fratris; quo mutua dilectio, eaque feruētissima significatur, qua prosequitur Sponsam sororem.

Sed expediēda nunc facilè est jam indicata quæstioncula, existimare ne oporteat locatas fuisse suis viris filias Iobi; curiosum hoc potius quàm necessarium; sed non omnino inutile. Partem asserentem docuit Origen. superiùs adductus. Sed tamen non deest sua cõjectura partinoganti; nulla enim generum Iobi nentio fit, quorum tamen, perinde ac filiorum, soleat Scriptura meminisse; & quæ ad bonum pertinent filiorū, ad illos quoque pariter pertineant. Gen. 19. *dixerunt Angeli ad Loth: Habes hic quæpiam tuorū generum, aut filios, aut filias? omnes qui tui sunt, educ de urbe hac.* (& quòd observari debet) eo quòd ad virum justū pertinerent quodam modo, generos vocat, non quibus jam nupissent filia, sed quibus locandæ, & jam despõsæ essent, subditur enim; *Loth loquutus est ad generos suos, qui accepturi erant filias ejus, & dixit: Surgite, egredimini de loco isto.* quòd idem est, quòd postea L. 8. D. degradibus, statuitur, Generi appellationē etiā ex spõsalibus contrahi; quòd non est ab eruditissimo Servio prætermisillum. ad id Virgil.

Et gener auxiliū Priamo, Phrygibusq; fere- Infelix, qui non Sponse præcepta furētis (bat Audierat.

Quare sicut David meritò dicebat. *Nū parum vobis videtur generum esse Regis?* ita sanè permagni æstimandum est, viri sancti Generū esse. non videtur itaq; integra Iobi familia numerata prætermisissis generis; neq; præteriret historia generos etiā cum filiis oppræssos ruente domo, multum enim valeret ad explicandam claudis magnitudinem, æquè ac doloris, patientiæ quoque S. Iob.

Vt comederent, & biberent. Sicut panis, & aquæ nomina quodcūq; esculentum, & poculentū cõprehēdūt, ita sanè *comedere & bibere* quæcunq; cibi, & potus genera; tū etiā pertinet ad solenne epulū, & lautū, hilarèq; convivium. Luc. 12. pecunius

Sponsa soror; & spõsius frater

I7

An filia Iob fuerint iā matrimonio locata

Origen.

Iobi filias virgines fuisse

Genes. 19. 12

Generi appellatione quis contineatur.

L. 8. D. de grad.

Servius in 2. Aeneid.

1. Reg. 18. 19

Viri familia Generos cõprehendit.

I8

Luc. 12. 19

ille dives

ille dives sic fecū colloquebatur, *Anima mea comede, bibe, epulare, habes multa bona posita in annos plurimos*. Et qui se ad comopotandum adhortabantur, apud Isai. *Comedamus, & bibamus*. Et Sapiens dum docet confectandam hilarem quandam vitam, cum honesto, & frugali divitiarum usu, depulsis animi curis inutilibus; & sordida parsimonia; *Nonne melius est comedere & bibere, & ostendere anima sua bona? & hoc de manu Dei est.*

I9

Cõmunio mē & calicis amoris symbolum

2. Reg. 12. 3

Isa. 54. 15

Abd. 7

In convivii celebrata fœdera

Alex. lib. 5. 63

20

Proverb. 27. 10

Arist.

Fraterna benevolentia à natura insita facile amittitur.

miraberis, quæ ut optima, & à natura ipsa postulata, ita vulgo minimè evenire soleat, sed insolenter & rarò. Mirabundus enim exclamavit ille, *Fratrum quoque gratia rara est*. Fratrum quidem amicitia efficit, & commendat naturæ & studio-rū æqualitas, & similitudo quàm maxima esse potest; cum illis communes sint parentes, uterus, sanguis, ortus, educatio, domus, generis claritas, res familiaris, patrimonium, disciplina etiam, atq; mores ut Arist. scripsit; ut verissimum sit illud etymon, Frater, quasi ferè alter, ex sententia P. Nigidii, ut scripsit Gell. verissimèq; illa Xenophõtis sententia, *Se ipsum curat, qui fratri providet*. Porro, *Omnia Omnia Philon;* simile simili amicū, ex Plat. in Phæd. Quis itaque amicior quam frater fratri? Neq; enim tam similis est oculus oculo, & pes pedi. Quare id à Plutarcho acutè observatum est in ipsa natura multiplex observari fraternæ benevolentia argumentum, cum ea, quæ valdè necessaria sunt in nostro corpore, gemina effecerit, manus, pedes, aures, brachia, oculos; ita sanè duos ex eodem vero procreat, ut alter alterum mutuis officiis juvent, & conservent; neque enim pes pedem supplantat; neque manus nocet manui; neque oculus germanū oculum eruit. Quare qui fratrem abjiciat, ut alios amicos parat, is certè suum pedem abjiciet, & abscindet, ut ligneum sibi asciscat; qui multò minùs usui esse poterit, multòque magis dedecori, oneri, molestia. Fraternitatis caritatem cõmendat ad Hebræos Paulus, ut quæ maxima videatur esse atque ardentissima, *Caritas fraternitatis* (fraternæ similis) *maneant in vobis*. Neq; sanè illam à Christo servatore perfectè caritatis Legè, alio quàm fraternæ dilectionis exemplo, aut nomine nobis tradidit, *Vt essemus filii patris celestis*. Arnobius & perstringès barbaros ethnicorum animos, & objectionibus, quæ ab illis in primos Ecclesiæ fideles jaçtabantur, sapienter pariter ac Christianè respondens, *Sic mutud* (inquit) *quod doletis, diligimus, quoniam odisse nò novimus* (sic nos, quod videtis, fratres vocamus, ut unus parètis Dei homines, qui se diligebat ardèter in prima Ecclesia fideles, fratrum nomine se in amore cõfirmabāt, & complectebāt, ut apud illos non aliud esset Christianus,

Ovid. 1. Met.

Ar. li. 8. eth. c. 11.

Gel. lib. 13. c. 10

Xenoph. in Cærop. lib. 8.

Plato.

Sallust. in Jugurt.

Plutarc. de fratre benevol.

Fratrum mutua officia.

Simile.

Heb. 13. 1.

Arnobius cõtra gent.

Christianegè fraterna charitas.

1. Cor. 7. 12. Clemens Alexandr. August. Euseb. Nicophorus Tertul.

quàm frater; quod tum ex Paulo scribente ad Corint. apertè constat; tum ex his, quæ scribunt Clem. lib. 5. Strom. August. lib. 1. de ferm. Domini cap. 43. Euseb. 3. de histo. cap. 43. Nicopho li. 1. cap. 3. Tertull. de corona mili. Tandem fraternus amor exemplar, & imaginem præferre videtur omnis veræ, constantisque amicitia, atque mutua benevolentia; cum etiam Sponsus Sponsam sororem vocet, Sponsa verò fratrem Spòsum. Et ut aliquid etiam de fratum honore, & dilectione (quod ad Hufitarum mores pertineat) proferamus, certè apud Arabes Lege statuebatur (autore Strabone lib. 16.) ut fratres gentilium hæreditatem successores antecederent filios. Magna inter conjugatos caritas, sed ascititia, non accepta, neque hausta ab ipsa natura; major parentum erga filios, sed minimè reciproca; propter dissimilitudinem, & inæqualitatem; maxima inter fratres, ut quæ æqualitas adfit, & mutua benevolentie procreatrix, similitudo.

Sed mirum; tria hominum genera, qui se mutuo amore prosequi aut ex naturæ, & consanguinitatis, aut ex vicinitatis, & cohabitationis, aut ex conjugii lege tenentur, minimùm se diligere solent, multùm odisse. Rarissimam namq; rem Sapiens requirebat dicens: *In tribus placitum est Spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus; Concordia fratrum; Amor proximorum (vicinorum) & vir, & mulier sibi bene consentientes.* Sicut enim quæ calidissima sunt, eadem fiunt frigidissima; ita & sanè ex amicissimo redditur quis inimicissimus, & ex fratre hostis acerrimus; videlicet nõ solum ut Poeta dixit.

Fraterno primi maduerunt sanguine muri. Sed primo illo fraterno Abelis sanguine injustus Cain terram madefecit, quæ aperto ore sanguinem fratrum excipiens, tantique sceleris debitas pœnas fratricidæ expetiit, atque imprecata est, *Per iram homicidii, (ait Sapietia) fraternitatem ex mundo tollere visus est, qui primam, quæ in mundo extiterat, fraternitatem sustulit, fratremque peremit.* Et ut alia fraterni odii exempla præteream, illud est mirabile, quod de Eteocle & Polynice fratribus proditum est; qui cū se mutuis vulneribus confecissent, & rogo cadavera mandarentur, ex eorū cor-

poribus nascentes flammæ se se dissecauerunt; quare in proverbium abiisse, *Graves fratrum inimicitia.* tum etiam illud, *Quorum amor summus est, horum summa odia.* ut Arist. scribit in Polit. atque hujus rei Physicam rationem tradit, quod cum eadem pars appetitiva sit, quæ irascibilem. & Concupiscibilem continet, videtur homo à natura ita constitutus, & dispositus, ut cum propter naturæ & sanguinis conjunctionem aliquem amare teneatur, si ab illo se lædi contèntive intelligat, incredibiliter irascatur, acerbissimūq; odium concipiat, quod in fratris fortunam, honorem, vitamq; ipsam erumpere solet; atque ejusmodi interdum existit, quod neque mitigari precibus, neque utilitate deponi, neq; sedari vetustate possit. Sunt enim fratres quidam, in quibus infinitum sit odium, in quo semel susceptum sit Crimè, profectò pessimum, apud Deum; & nefariæ turpitudinis, infamiæ que nota inurendū apud homines. De quo sanè amator ille fratrum suorum Ioseph, *accusavit fratres apud patrem crimine pessimo.* prop. *detulit in summa, seu rumorè illorū malū apud patrem.* Onkelus. *Deferebat Ioseph sermonè eorū malum,* videlicet vel mutua illorum dissidia, & fraternitatis caritatem minimè servatam; ut Rabanus, & alii interpretantur, vel sanè conquestus est Ioseph apud Patrem, de opprobriis, quibus afficiebatur à fratribus, & de detractatione, quod obloquerentur inter se, patrem cõtra jus, falsique plus diligere Iosephum quàm ceteros. unde natū est, tum etiã ex eo, quod ipse à fratribus injuriæ & mali acceperat, ut multis experimentis probare potest. vellet fuerit fratrum animum, & caritatem fraternitatis, primùm detento Simeone, deinde etiam revocato ex itinere Benjamin; quod Iosephus. 2. Antiquit. cap. 6. sapienter observavit, dum sic inducit Iosephum loquentem cum suis fratribus ex Gen. 45: *Discedentibus omnibus semet ipsum fratribus indicavit dicēs: virtutem quidem vestram atque favorè circa fratrem vestrū valde collaudo, & meliores quàm sperarem ex his, quæ in me cogitastis, invenio; hæc autem omnia feci, experiri volens, amorem vestra fraternitatis.* Sed quæ non manent pœnæ hujusmodi fraternæ benevolentia contra naturæ leges violatores acerbissimæ, sanè atque gravissimæ: quales & poeta agnovisse visus sit, dū inter eos

Ar. 7. pol. c. 7.

Vnde fratrum odia nascuntur.

Illustratus locus. Genes. 32. 2.

Onkelus.

Raban.

Genes. 42. 44. vs. pl. u.

Gen. 43. 3.

Pœnæ constituta fratrum odioribus

qui

Arabum mos Strabo.

Fratrum, quæ parentum, & conjugum dilectio maior

21

Eccle. 25. 1.

Ar. 4. meteo cap. 3. Fratrum odia. Luca. lib. 1. Gene. 4. 8.

Sap. 10. 3.

Sabell. aread. 1. lib. 7.

Verg. lib. 6.

qui apud inferos cruciantur hos quoque constituit.

Hæc quibus invisi fratres, dum vita manebat. Ignem quoque, qui non accenditur neq; extinguitur, in Esau, & in illius imitatores, qui nunquam sibi ab odio fraterno temperarint, jaculaturum se Deus ipse comminatur, Amos. 1. *Super tribus sceleribus Edom, & super quatuor non convertam eum.* (quartum hoc videlicet inextinguibile) *eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum, & tenuerit ultra furorem suum, & indignationem servaverit usque in sinem. Mittam ignem in Theman, & devorabit ades Bosra.* Nam si illum, qui seminat inter fratres discordias, detestatur Deus, ei sanè placere nunquam poterunt qui fratres invicem non dilexerint, sicut ille dixit nos, qui non confunditur fratres vocare dicens. *Nuntiabo nomen tuum fratribus meis.* unde voluit, debuitque per omnia fratribus assimilari. Ergo iam non solum Iob, sed Iobi etiã familia Deo, & hominibus probata extitit.

Amos. 1. 11.

Por auct. pal. sado tan ale. ante con su. caojo. Prover. 6. 19.

H. b. 2. 11. 12. Ps. 21. 23. vs. 17.

V. Cumque in orbem transissent dies convivii, mittebat ad illos Iob, & sanctificabat illos, consurgensque diluculo offerebat holocausta pro singulis. Dicebat enim, Ne forte peccaverint filii mei, & benedixerint Deo in cordibus suis. Sic faciebat Iob cunctis diebus.

1 Vnde dicatur solemnitas in Hebræo.

2 Mittere in sacris.

3 Quid sanctum, quid sanctificare. Illustratus Sophomas. Isai. Joel. Paulus.

4 Sanctificatio, idest preparatio ante sacrificandum, & orandum, qualis olim requisita.

5 Preparatio requisita ante sum sacrificii apud nationes omnes, & in omni Lege.

6 Iobi sacrificia non extendenda ad ritum Legis. Quibus rebus sanctificatio fieret.

7 Iob ad sacras & sacerdotales epulas invitavit filios, Paterna, & Regiam humanitatis tum severitatis exempla ex scriptura.

8 Ps. 132. Illustratus paraphrasi ad fratrum concordiam, & parentum caritatem erga suam familiam.

I

Cum in orbem &c. Idest, septem exactis diebus, septemque convivii peractis, vel potius, ut cohæreat cū eo, quod additur, *sic faciebat Iob cunctis diebus,* nõ fig-

nificat post exactos septem dies, et evolutos in orbem, sed cum transissent, perinde valet ac cum transirent, labentibus diebus & vertente tempore. Quare tantum abest, ut hinc colligatur semel tantum in anno septimanam convivalem celebrasse, ut potius locus hic probet quotidianis repetitionibus, semper instauratum fuisse septenariū illum, & hebdomadariū conviviorum numerum. Quod autem hic dicitur, *in orbem transire,* aut circumire, Isai. 29. dicitur, *solennitates evolutæ sunt in orbem;* quod ad statutum aliquem diem, aut festivitatem vel quotannis, vel mensibus, aut hebdomadibus repetendam pertinet. Quare solennitas etiam nomen habet in Heb. à (Kagag.) quod est gyrare, aut circumdare, quasi circuiens, aut dies evolutus in orbem, & rediens iterum. quare quod *Epulans,* vertitur Ps. 41. in voce exultationis, & cõfessionis sonus epulantis, Hieronymus legit. *festæ celebrantis;* reddique potest, gyantis, aut circumeuntis, vel gyantis in orbem. non tam quod solennitates celebrarentur choræis, & circumvolutionibus tripudiantium; quàm quod ipsæ festivitates solennibus diebus suam circuitionem temporis efficerent, & quotannis recurrerent.

Mittebat ad eos Iob. Quid mittebat? respondet Origenes, orationes ad Deum, precesque suas, confessionem quoque ac gratiarum actionem pro filiis. addit etiã, *mittebat ad eos,* qui pietatem admonerent. Eugub. misisse ad templum hostias: quod ex Chrysoft. videtur sumpsisse, qui verbo *mittendi,* munus sacerdotale agnoscit: quasi intelligatur misisse ad Deum sacrificium: Missam vocat Ecclesia catholica, ex Innocentii, D. Tho. Hugo, & aliorum Theologorum sententia. Sed huic loco maximè congruit, ut intelligatur nuntius missus ad filios, qui eos admoneret, & cõvenire juberet, ad sacrificium præparatos & prius sanctificatos.

Et sanctificabat illos. Non dubium, quin sanctificandi verbum ad rem sacrificii pertineat, ex communi sacri sermonis usu. Potest itaque particula (Et) sumi per expositionem in sequenti hemistichio, *sanctificabat & offerebat,* idest mundos, sanctosque reddebat, expiatis culpis, & sordibus per sacrificium; sanctificabat offerendo: vel potest aliquid sacrificio præ-

*Vendose parlando por su rueda, y dando la buelta los combites, la yyan tambie dando los sacrificios.

Isai. 29. 1

Vnde dicatur solennitas

קגג

Psal. 41. 5.

Hieronym.

2

Origene.

Eugubinus.

Chrysoft.

Innocent. D. Thom. Hugo

3

Particula (&) per expositionem

Septuaginta. uium significare, ut rectè, riteque fieret. quod Septuaginta probarunt, legentes Mittebat Iob, & purificabat eos. sed hæc tamen indigent majori dilucidatione.

UTP Quid Sanctum significare sanctum aliquid, sacrum, Deo consecratum, aut dictum, sanctificatum, vel factum sanctum ex oblatione, aut aliqua alia sancta cæremonia, ritu ve sacro, quo separatur à communi, & profano usu, & destinatur ad Dei cultum, sanctum habendum ab omnibus, & religiose venerandum, atque tractandum. Quæ omnia rectè conveniunt in oblationes, & sacrificia, atque in Sacerdotes, nam his rebus, quippe sacratis & Deo devotis, sanctitas, aut sanctificatio inest: 1. Regum 7. de Sacerdote. Sanctificaverunt (consecrarunt, sacris initiarunt) Eleazarum, ut custodiret arcam Domini. De sacrificio passim in Exod. Levit. Num. Deut. Ioan. 17. Pro eis ego sanctifico (offero in sacrificium) me ipsum. De utroque per translationem à ritu sacrificantium, & macerantiũ victimas transferuntur ad occisionem, & sanguinis effusionem quæ in bello fit. Ierem. 12. sanctifica (separa, se pone tanquam rem sacram, ne quis tangat, aut ad alium usum destinat, accommodetve) eos ad diem occisionis.

1. Reg. 7. I. de Sacerdote. Sanctificaverunt (consecrarunt, sacris initiarunt) Eleazarum, ut custodiret arcam Domini. De sacrificio passim in Exod. Levit. Num. Deut. Ioan. 17. Pro eis ego sanctifico (offero in sacrificium) me ipsum. De utroque per translationem à ritu sacrificantium, & macerantiũ victimas transferuntur ad occisionem, & sanguinis effusionem quæ in bello fit. Ierem. 12. sanctifica (separa, se pone tanquam rem sacram, ne quis tangat, aut ad alium usum destinat, accommodetve) eos ad diem occisionis.

Ierem. 12. 3. Soph. 1. 7. Supplicium impiorum. est Deo sacrificium.

Ierem. 12. 3. Soph. 1. 7. Supplicium impiorum. est Deo sacrificium.

Ierem. 12. 3. Soph. 1. 7. Supplicium impiorum. est Deo sacrificium.

Ierem. 12. 3. Soph. 1. 7. Supplicium impiorum. est Deo sacrificium.

hanc accommodat ad spirituale animum per Evangelii susceptionem, sacrificium. Romano. 15. Propter gratiam, que mihi est data, ut sim minister (Sacerdos Deo offerens, & faciens animas) Christi Iesu in gentibus sanctificans (faciens quasi per prædicationem meam sacrificium animarum) Evangelium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta, & sanctificata in Spiritu sancto. Hinc extenditur ad præparationem, quæ antecedit sacrificium, cum quis abstinere ab immundis, & profanis, quæ ineptum illum reddent rei Sacra, vel offerendo, vel faciendo sacrificio. 1. Regum. 16. Ad immolandum Domino veni, sanctificamini & venite mecum, ut immolem. Exod. 19. Sanctifica illos hodie & cras; laventque vestimenta sua, & sint parati in diem tertium. Quæ alii afferunt hujus præparationis exempla, non sunt valde congrua; nam sanctificare jejunium. Ioel. 1. & sanctificare bellum. Iere. 6. non est præparare, aut disponere, sed indicare solenne, sanctumque jejunium, Deo dictum, & quod nefas sit violare; & indicare certò futurum bellum, certis ritibus, & solènitatibus Dei iussu, quod sanctum solennèq; haberi oporteat. Iam ergo Iob sanctificabat, sanctificari, & præparari curabat, atque iubebat, ut ab immundis abstinere, ut vel sic puriores interessent sacrificio, quod esset pro illorum peccatis offerendum.

Sed pressius rogas, quorsum hæc sanctificatio spectaret, quorsu ve ab illis requireret, qui Sacerdotis munere fûgi nõ deberent, neque offerre, aut tangere victimam? Responderi duplìciter potest. primò eam sanctificationem atque munditiam non solum fortè, requisitam, ut sacrificio sancto sanctè dignèque etiam ipsi, quorum intererat, filii interessent; sed ut etiam ipsi non nisi mudi Deo supplicarent, mundasq; preces adhiberent, comites sacrificio. non aliter atque Iacob hunc religiosum ritum universæ suæ familiæ indixit ante Sacrificii oblationem; Abjicite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra, surgite, & ascendamus in Bethel, ut faciamus ibi altare Deo. Idemque mos apud gentes alias servatus est, ut accessuri vel ad sacrificium, vel ad orationem præmitterent purificationem, aut religiosam aliquam præparationem. Vti Telemachus Palladi supplicaturus, lavit manus aqua

Sed pressius rogas, quorsum hæc sanctificatio spectaret, quorsu ve ab illis requireret, qui Sacerdotis munere fûgi nõ deberent, neque offerre, aut tangere victimam? Responderi duplìciter potest. primò eam sanctificationem atque munditiam non solum fortè, requisitam, ut sacrificio sancto sanctè dignèque etiam ipsi, quorum intererat, filii interessent; sed ut etiam ipsi non nisi mudi Deo supplicarent, mundasq; preces adhiberent, comites sacrificio. non aliter atque Iacob hunc religiosum ritum universæ suæ familiæ indixit ante Sacrificii oblationem; Abjicite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra, surgite, & ascendamus in Bethel, ut faciamus ibi altare Deo. Idemque mos apud gentes alias servatus est, ut accessuri vel ad sacrificium, vel ad orationem præmitterent purificationem, aut religiosam aliquam præparationem. Vti Telemachus Palladi supplicaturus, lavit manus aqua

Sed pressius rogas, quorsum hæc sanctificatio spectaret, quorsu ve ab illis requireret, qui Sacerdotis munere fûgi nõ deberent, neque offerre, aut tangere victimam? Responderi duplìciter potest. primò eam sanctificationem atque munditiam non solum fortè, requisitam, ut sacrificio sancto sanctè dignèque etiam ipsi, quorum intererat, filii interessent; sed ut etiam ipsi non nisi mudi Deo supplicarent, mundasq; preces adhiberent, comites sacrificio. non aliter atque Iacob hunc religiosum ritum universæ suæ familiæ indixit ante Sacrificii oblationem; Abjicite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra, surgite, & ascendamus in Bethel, ut faciamus ibi altare Deo. Idemque mos apud gentes alias servatus est, ut accessuri vel ad sacrificium, vel ad orationem præmitterent purificationem, aut religiosam aliquam præparationem. Vti Telemachus Palladi supplicaturus, lavit manus aqua

Rem. 15. 16.

Sacrificiũ spirituale animorum.

Sanctificatio præparatione ad sacrificiũ. 1. Reg. 16. 5.

Exo. 19. 10. 11.

Quid sanctificare jejunium, & bellum.

Ioel. 1. 14. Ierem. 6. 4.

4

Cur sanctificari iubeatur filii Iob. 1. Responso.

Mundi & sancti iubeantur interesse sacrificio.

Genes. 32. 3.

Sacrificatur, oratur ve purificabatur.

marina

Hom. 1. Iliad. Aene 4. Plutar. 1. Marina, qua utebantur in sacris purificationibus, apud Homerum. Puramq; sumpsit vestem sacrificaturus apud Verg. Puraque in veste sacerdos.

Levit. 15. 3. quam in rem plura affert Plutarchus de Iliid. & Osyrid. Religiosum præterea præparationis, aut purificationis ritum Deus voluit ad Legem transferri, uti nõ semel præcipitur in Levit. & cap. 15. Docebitis filios Israel, ut caveant ab immunditiis, & nõ moriantur in sordibus suis, cum polluerint tabernaculum meum, quod est inter vos. id est, ne, si polluerint tabernaculum meum, pollutique ad sacra accesserint, morte mulcentur. idem indicatur Ijai. 1. cum de sacrificiis sermo præcessisset. Lavamini (fortè corpore) mundi estote (fortè vestimètis puris, minimèque pollutis) auferte malum cogitationum vestrarum (ne putarent externam tantum munditiam, & puritatem requiri, & non potiùs internam) Igitur ne filiorum immunditia obesset, aut ex peccatorum sordibus, coacta veluti nubes interponeretur, quominus ad cælum transfret filiorum oratio, & odor suavissimus sacrificij oblatus à parente, præcipiebat Iob suis filiis sanctificationem, & expiationem præmittere.

Secundò potuit hæc sanctificatio eò spectare, ut possent de sacrificio, quippe sancto, dignè comedere; nam sacrificiũ, sacram ve oblationem non licebat nisi mundis, & sanctificatis tangere; uti ille pius apud poetam de se profiteretur. Tu genitor cape sacra manu, patriosq; penates. Me bello è tanto digressum, & cede recenti. Attrectare nefas, donec me flumine vivo Abluero

Ad hanc verò conjecturam, atque expositionem invitò à Chaldæo sic locum hunc elucidante, Mittens invitabat eos: cuius is videtur sensus, ut filios invitaret ad eas epulas, quæ sanctificationem, & munditiam postularent; quippe iam Deo sacratas, & oblatas. Nam apud nationes omnes is videtur ritus invaluisse, ut sacrificio, & oblatione peractis, vel in ipso sacrificio epularentur, vescerenturq; oblati cibis, atque pecoribus: quale descripsit Vergil. Euandri sacrificium, cum excepit Aeneam atque socios paratis iam mensis. Dapes jubet & sublata reponi. Pocula

Tum lecti juvenes certatim, araq; sacerdos fuerint

Viscera tosta ferunt taurorũ, oneratq; canistris Dona laborata Cereris, Bachumq; ministrat. Vescitur Aeneas simul, & Trojana juvenus, Perpetui tergo bovis, & lustralibus extis.

De Moabitibus verò scribitur Nume. 25. Fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ volaverunt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt, & adoraverunt Deos earum. Atque huc spectat id Exod. 32. cum coram vitulo obtulerunt holocausta, & hostias pacificas. Et sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Idemque clarè constat ex Act. 15. & 21. cum iubentur fideles ab immolatis abstinere. & ex 1. Corint. propter infirmorum scàdalum prohibetur esus idolothiti. & cap. 10. Quæ immolant gentes, demoniis immolant, non Deo. Non potestis calicem Domini bibere, & calicem demoniorum. Hunc ergò universarum gentium ritum trãtulit ad legem Deus, cum sacrificij pars iubetur cedere in usum offeretis, aut sacerdotis, ejusque familiæ. Huiusmodi verò sacras epulas sanctificationem postulasse aperte scribitur Levit. 22. Mandatus vescetur de sanctificatis &c. Idemque Samuel præstitit. 1. Regum. 16. Sanctificavit Ijai, & filios eius, & vocavit eos ad sacrificium. id est, invitavit ad esum vituli sacrificati, & subditur. Non discumbemus priùs &c. & cap. 21. militibus Davidis non nisi mundis cõceduntur Panes Propositionis sanctificati à Achimelech. In Ecclesia verò Christiana, & de nostro ipso sacratissimo sacrificio Corporis & sanguinis Christi proponitur nobis mensa lautissima, & non nisi mundis discumbere licet, Nam qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus Domini. Ex his ergò omnibus efficitur, etiam in lege naturæ aliquam sanctificationem, & præparationem rationem requisitam esse ab iis, qui sacris epulis discumbere deberent, & hanc esse illam filiorum Iob procuratam atq; indictam a parète, eodemque sacerdote sanctificationem.

Verum objicies rem hæc esse alienam, à præsentì instituto; nam in holocausto, & in hostia pro peccato nihil relinquebatur Sacerdoti, nihilque offerenti, sed integra hostia comburebatur, Levit. 1. 4. & 6. quod offerebat verò Iob sacrificiũ, holocaustum erat, & pro peccato. Responso in pròptu est; Holocaustum, & victimam pro peccato non esse hoc loco exigendam ad Legem, & ritum Leuitici, cui fuerint

1. Cor. 11. 29 In lege naturæ requisita sanctificatio ante esum sacrificij

6 Objectio. Levit. 1. 12. 13. 4. 12. 6. 9. 10. 11. Respond.

fuerint

Quibus reb' sanctificatio perageretur.

Leuit. 22. 3. 4.

7

Sacre epule Paterna, Regiaque severitas

Athen. li. 4. cap. 6. Perfarum Reges soli mensæ accumbunt Plutarchus

2. Reg. 13. 23.

Iob 29. 2.

fuerint ante legem: neque verò holocausti nomen ex vi suæ originis, aliud est, quàm sacrificium; de quo statim.

Qui verò rogaret, quibus rebus illa sanctificatio purificatio ve fieret; certè ex his, quæ diximus, solutionem sibi parere poterit; nam vel ablutione, aut mutatione vestium, aut abstinentia ab immundis, præsertim à mulieribus, aut religiosa aliqua ratione alia, simili ve aliquo ritu præstari potuit. quarum rerum exempla nuper adduximus. conducetque consulere in hanc rem, quæ de immundis caventur Levit. 22. Num. 15. Exod. 19. 1. Reg. 21. certè accessuri ad sacrificia apud Ethnicos venire abstinebant, & certis quibusdam cibis, ut capris, fabis.

Ergo, ut rem hanc totam unica observatione claudamus, Sanctificatos filios ad sacras epulas invitabat parens sanctissimus, tum quòd cum esset Sacerdos, id videbatur pertinere ad suum Sacerdotale munus; tum ne laicis conviviis tam frequentibus interesset vir pietatis gravis, ac ætate; ut enim illius tenera, suavifq; amoris significatio, & in filios indulgentia fuit, natis convivia, & honestam à molestiis aberrationem permittere; ita etiam viri gravitas, singularifque constantia eluxit cum illud ipsum hilarioris vitæ institutum ipse usque adeo vitarit, ut neque filiorum cõviviis interfuisse dicatur, neque illa quotidiana, & alia ex aliis nexa gaudia, sibi voluerit esse cõmunia; quod fortè regis dignitatis & severitatis fuit. Nam Heraclitus Cumanus, qui res Persicas scripsit apud Athen; Rex (inquit) apud Persas sapius solus, & prandet, & cenat: quamvis aliquando una mulier cenet, & nonnulli filiorum. atq; Plutarchus in Artaxerxe, scribit, regis Persarum mensæ præter matrè, & Regis conjugem nemini interesse permissum. Quod suo quoque exemplo cõfirmavit David Rex, nam se invitanti Abalon cum omnibus filiis Regis, respondit; *Noli fili mi, noli rogare, ut veniamus omnes & gravemus te.* Cæterum hanc quoque lætitiæ, & felicitatis partè non debuit perpetuò Iob desiderare, ut filii ejus essent; sicut novella olivarum in circuito mensæ illius: cum infra dicat cap. 29. pristinam fælicitatem recensens; *Quis mihi tribuat, ut sim juxta menses pristinos, quando erat Omnipotès mecum, & in circuito meo pueri mei.* erant ergo filii in circuito mensæ, id est illi astabant,

ut pulchra & eleganti specie patrem epulantem oblectarent, & illum ornarent, & convestirent, sicut rami truncum, atque radicem arboris, cui adnascuntur; & ipsi quoque epularentur, sicut novella olivarum, & furculi semper virètes, benèque de se sperare jubentes; cibum quoque ex illius manu capientes, in paternæ indulgentiæ, & amoris significationem, sicut furculus olivæ succum exugit ex radice & trunco, à quo alitur, & sustinetur. Humanum illud, & regia benignitate dignum, quod Herodotus Spartanorum Regum jura dignationesque recensens scribit; *Quoties (inquit) aliqua publica visceratio fit (visceratio autem dicebatur, cum in solennitate aliqua, publicis ve ludis, aut funere insigni, epulæ dabatur, & carnes distribuebantur populo) primi in cœna Reges discumbant, & iis primum distribui incipiat duplum omnium, quàm cæteris convivis: videlicet, ut quem vellet elargito obsonio honoraret, ut eleganter rem explicuit Xenophon, in oratione de laudibus Agesilæi. Duplicem (inquit) portionem in cõviviis ex constituto accipiens, nec sic quidem tota utebatur, verum simpliciter, nec integra, contentus, reliquum distribuebat. Ratus geminam Regi portionem dari non satietatis gratia, sed quo possit, quem velit honorare.* Idemq; autor rem eadem à Lycurgo Lacædemoniis traditam testatur. Anoris illa significatio mirabilis, cum Christus Iesus proditori impiissimo intinctum panem porrexit. Capiebant ergo filii Iob suavissimas cum buccellis, Paternæ caritatis significationes, quibus virebant, & nitescabant sicut furculi olivarum; ex olivæ autem nomine, & ratione cujus similes erant, pacem illi, & bonorum omnium abudantiam, & cœli rorem, terræque pinguedinem parenti pollicebantur.

Porrò filii olivæ, filii olei sunt, filiiq; Sacerdotis inuncti oleo sacro; & licet id unguentum oleumque suavissimum videamur jam subol facere, quo capita convivantium ungebantur; sed illud tamè redolet potissimum, quo delinitus ipse Sacerdos, qui caput erat convivii, atque mensæ, liberos deinde suos perfundit, nam cum pater non aderat, læta erant, atque jocunda amicissimorum fratrum symposia, sed acephala, sine patre sine capite; at convivatore patre, atque eodè Sacerdote multò lætissima, atque jacudif-

H. rodo. lib. 3

Xenophon

Iob. 13. 26.

Oliva quid significet

8

lima

psalmus. 137. Illust. acuspaphrafi.

*El sacerdote y el padre de familia sea hombre de barba y de pelo en pecho. Ad tit. 1. 6. Hiero. Isai. 7 & Ezech. 5.

Sene. lib. 3. de benef. c. 27. C. ce. ult. 3. in Verrè. Mart. lib. 3. epig. 40 & lib. 7. epig. 19. & lib. 12 epig. 88.

lima. (Ecce res mirabilis & quæ non satisfacit pro meritis explicari verbis) *quàm bonum* (honestum; salutare, utile, probatū Deo & hominibus) & *quàm jocundum* (suave, dulce; non solum propter honestatè, & commoditatem gratū, sed propter suavitatem & delectationem iocundum) *habitare* (conviuere, & concordiam atq; in tua caritatis officia colere) *fratres* (ut natura & corpore ita animis, & benevolentia germanos) *in unum* (pariter, nò solum vno atq; eodem convivio iunctos; sed vno parente, & capite colligante, & deinceps illorum omnium animos vinculo perfectionis. cum autem videretur Psaltes sentire convivialis unguenti fragrantiam, occasione arrepta subdit) *sicut unguetum* (sacerdotale, quod ex multis suavissimisq; aromatibus conficiebatur) *in capite* (caput hoc Aaronis, sacerdotis videlicet; fragrat in convivio suaviter sacerdotis caput, sed non minus fragrat concordia fratrum, filiorumque sacerdotis, latè etiam spargitur bonus odor, non unius tantum rei, sed multorum odorum commistio & temperatio, ita non unius tantum virtus sed omnium bene consentientium temperamentum & conjunctio) *quod descendit in barbam* (a capite & à parète piissimo & religiosissimo defluit, unctio atque in barbæ pilos, filios adnatos, & cohæretes barbæ, oleum charitatis fraternæ. docentur enim aparente, ut se diligat invicem, sicut ipse illos diligit; ut ponant sibi met caput unum, id est idem inter se sentiant, quod illorum caput, & patrè sentire velèque viderint) * *barbam Aaron* (repetitio emphatica qui patrè est, vir esto bene suæ familiæ præpositus filios habens subditos cum omni castitate, fideles, non in accusatione luxuriæ; in his ergo virum se præbeat. Barba, ut Hieronymus ait, virilitatis indicium, virū ostendit. vir erat Iob) *quod descendit in oram vestimenti eius* (deinde recta institutio, & pietatis cultus. diffunditur in reliquam familiam, quæ etià particeps erat convivii, & sacrarum epularum. Serui ad pedes mensæ, & lecti, cœnanti patri familiæ assidebant cœnaturi pariter. sic etiam Iob, non comedit buccellam suam solus) *sicut ros Hermon* (similis est pater familiæ monti Hermon canis aperto nivibus) *Qui descendit* (distillat roris guttas) *in montem Sion* (non aliter pater familias fæcundos, & fertiles reddit domesti-

corum animos, inductione roris doctrinæ, vitæ exemplo, morum lenitate; nò aliter illis honesta convivio indulget, honestamque lætitiæ, quàm ros hermonicus exhilarat arbores, atq; Herbas motis Sion; scriptū est enim, Sicut ros super herbam ita & hilaritas regis) *quoniam* (propterea) *illis* (ubi fuerint congregati filii, domestici, familia tota, cum patre-familiæ, corde uno & anima una) *mandavit* (præcepit) *Domini benedictionem* (ibi esse, perseverareq; perpetuò bonorum omnium abundantiam; ut concordia esset, quasi cornu copiarum, Pacis simulachrum tenet manu cornucopiæ) & *vitam usque in seculum.* (vivunt quippe diu fælices, qui se mutuis officiis juvant, & prosequuntur.

Prover. 19. 12

Consurgensque dilucula.

- 9. Quid surgere, aut consurgere in sacris.
- 10. Dux voces eiusdem significationis in sacris. Quid, Manè consurgere & diluculo agere.
- 11. A deo capiendæ agendæ principia prima luce.
- 12. Quærentibus primo manè Regium Dei præmia amplissima proposita. Illustrat. Ps. 124.
- 13. Quæ via & motio Holo-causti ex Græco, & Hebræo.
- 14. An singula pro singulis filiis sacrificia obtulerit Iob.

Consurgensque dilucula. Olymp. ait verbo *mittendi*, patris curam nò quamlibet, sed infomnè declarari; sed potius id significat, verbum, *surgendi*; videlicet celeritatem, & diligentiam in re conficienda; *consurgens offerebat*; diligenter, sedulo sacrificabat; prima cura, prima cogitatio de sacrificio. Quare hoc verbum subire solet adverbii locum, hortantis, & urgentis. 2. Regum. 15. *Surgite fugiamus.* id est, statim sine mora; exponitur deinde, *Festinate egredimini, ne forte veniens occupet nos.* 1. Paralip. 22. *Consurgite, & adificate sanctuarium Domino Deo.* statim agite de ædificando sanctuario, incunctanter aggredimini opus. Quare quod in Heb. dicitur Genes. 28. *Surge & proficiscere in Mesopotamiã.* Vulgatus doctè vertit, *Vade & proficiscere.* duobus enim verbis rem eandem significantibus, significatio vim, & augefim capit; vade celeriter, cito fuge, excede, erumpe; quod clarioribus verbis dixerat Rebecca, *Consurgens fuge.*

Olymp.

Quid afferat verbum surgendi.

2. Reg. 15. 14.

1. Para. 22. 19

Genes. 28. 2.

Sed crescit celeritas & diligentia adjucto, manè vel diluculo; tum quòd duæ istæ

IO

voces

מַנְעַן

Duae voces e iisdem significationis in sacris.

Prov. 7. 15.

Fulgatus. Prover. 13. 24.

Psal. 100. 8.

Luc. 15. 17.

q. 100

Iob. 7. 21.

Psal. 77. 34.

Ierem. 23. 3.

Prov. 8. 17.

Isa. 26. 9.

Psal. 62. 2.

Pron. 1. 28.

Psal. 126. 2.

Prov. 11. 27.

II

A Deo nol. is agendi capiē dum principium.

Homer.

voces ad eandem rem pertinent, nā consurgere hoc loco à radice (Sacam) significat manicare. nos dicimus: levantarse de mañana, madrugat. quod junctum diluculo, valde manè, & magnam diligentiam significant. Sicut enim aurora est prima diei pars, ita primam curam significat, & primum negotium peragendum. Cōduplicatur enim eadē res diversis licet vocabulis significata. quare quod Proverb. 7. dicitur: Desiderans te videre: Hebraicè habetur; Vt manè consurgerem ante faciem tuam. Licet enim in tenebris & caligine occurreret meretrix, & ad opera tenebrarum pellexerit juvenem, donec illucesceret dies, tam è illud manè, aut de mane vigilare, quod est in fōte, significat curam, diligentiam, desiderium; quod doctè expressit vulgatus. quod etiā, insister, vertit Proverb. 13. Qui diligit filium, insister (semper, omni cura, & diligentia. Hebr. manè, diluculo, nullam prætermittens occasionem) erudit. Eadem analogia Psal. 100. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ; id est diligenter, & sedulo puniendos curabam, non differebam per incuriam impiorum supplicia: sic etiam prodigus ille filius, quem famēs urgebat, Lucæ. 15. dixit: Surgam, & ibo; statim, sine mora, nihil cunctatus. & eleganter Hebraismū Hispanus explicat. nam, madrugat, idem est quod adesse tempori, non dormire in utraq; aurem, neque surgere oscitabundum. Sicut etiam è contrario vespera ad negligentiam, & oblivionem pertinet; nam (tardasse) perinde valet ac non curare vel per incuriam occasionem & opportunitatem rei gerendæ prætermittere. Vfus autem varius est; nam multis verbis adverbium hoc solet nubere; multis etiā modis ipsa hæc res dici; Manè querere. Iob. 7. Diluculo venire; Psal. 77. De nocte consurgere. Iere. 25. Manè vigilare. Prover. 8. & Isa. 26. De luce vigilare. Psa. 62. Manè consurgere. Proverb. 1. Ante lucem surgere. Psal. 126. Diluculo consurgere, hic & Proverb. 11. hic autem ita diligentia, & sollicitudo significatur, ut propriè etiam accipi debeat, de ipso diluculo, & auroræ tempore, quod sacrificando impendebatur à Iobo. sunt enim à Deo, divinisque rebus agendi à nobis capiendæ principia. & similem habet laudē Vlysses, apud Homer. 1. lib. Odyss. non ab alio quam ab ipso Iove.

..... Qui semper sacra Deorum, Ante alios fecit cumulans altaria domus Cujus Rei contemptum, & negligentia videtur Scriptura observasse in Cain, ut observat Ambros. super id Genes. 4. Factum est post multos dies, obtulit Cain ex fructibus terræ. sic enim scribit lib. de Cain & Abel. cap. 17. Duplex culpa, una quod post dies obtulit, altera quod ex fructibus, non ex primis fructibus. Sacrificium autem & celeritate commendatur, & gratia. Matutino tempore se invisurum templum, & vacaturū matutinis precibus, & matutino sacrificio pollicetur David Psal. 5. Manè * astabo tibi. (sistam me ante tuum tabernaculum, ubi te præsentem exhibes; locum sacrum adibo ante alia negotia, ut tecum agam, cōsulamque de agendis per diem) & * videbo (subaudi te) quare sacrificii matutini sit peculiariter præ cæteris mētio Amos 4. Offerite manè victimas vestras. atque hæc est, illa tantopere celebrata oratio Orientem versus, quasi ipsa orantis constitutio corporis indicaret, Deum summò manè, & prima quaque luce adeundum, & orandum: quod fuisse Magis, & Persis solenne, ut primo semper diluculo Diis canerent, hymnòsque & laudes darent, scribit Herodotus lib. 1. de illòque Apollonio Thyazæ hæc refert Philostratus; Cum Sacerdotibus habitabat, & Oriente Sole sacra quadam in occulto faciebat. Sed sunt, qui inanibus vigiliis se macebant, & de multa nocte consurgunt ut filiorum rem commodumque procurant, quorum innanem fuisse laborem, & solitudinem supervacuum evētus ipse cassus comprobatur, tū Psal. 126. aperte docemur; qui enim domus ædificandæ, atque amplificandæ familiam primam, eadēque bene firma fundamenta ponere vellit, in pietate, in filiorum honesta religioſaq; disciplina, in Deo ponat, in quo omnis adificatio constructa crescit; secus nulla erit tam ampla domus, quæ diu stare possit, nam nisi Dominus adificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui adificant eam. (vigilare & summo manè exsurgere nisi, oraturos & sacrificaturos pro filiis, vanum est vobis ante lucem surgere (nam, surgētis statim ac federitis, id est vix tantillo quietis sumpto, cogemini iterum surgere; infomnes pervigilabitis noctem integram) surgite (surgētis ad laborem, & molestias sollicitudinum) postquam (statim

Ambro. Genes. 4. 3.

Psal. 5. 4. * Todas las mañanas os tengo de yr a ver

Herodot. Philostr.

12

Psal. 114. 1

ac

Genes. 15. 2.

13

הָיָה

Sacrificiū dicitur ab elevando.

Psal. 140. 2.

ac federitis (ut tantillum quietis possētis capere) qui manducatis panem doloris (nam quicquid vobis, liberisque vestris cōparaveritis, ingenti labore comparabit. cum tamen quærentibus primū regnū Dei, & iustitiam eius, pro se, pro liberis pro tota familia, reliqua adjiciantur. nā) cum dederit (id est dabit) dilectis suis somnum (quietem & tranquillitatem animi, & vitæ) ecce (nimirum ut cum filiis, simul etiā bonorum copiam, & quæ ad victum necessaria sunt parentibus piis largiatur Deus) hereditas Domini (magna necessaria rerum copia; præterea) filij (ne tristis dicere cogatur, sicut Abraham, Domine Deus quid dabis mihi, & ego vadam absque liberis, id est quorum tot opes in unicum, & sine filijs hominem confers) merces (lucra rei familiaris) fructus ventris (benedictio uberum, & vulvæ, & pecorum multiplicatio.) Is igitur describitur Iob, qui quod quæsierit primū regnum Dei & summo manè sacrificauerit pro filiis, cum filiis ingentes quoque diuitias consequutus fuerit. Offerebat holocausta. Ista quoque vox ab eadē radice, Ghala, quasi diceret offerebat oblationes vel, sacrificabat sacrificia. Nō enim hic attendenda est holocausti ab aliis sacrificiis differentia, quæ postea in lege præscripta fuerunt. Quare quod qui dam observant hoc loco, liberalem, & spontaneam Iobi oblationem, qui victimam offerebat, totam comburendam & consumendam in Dei honorem, potiùs pertinet ad Græci vocabuli etymologiam (nam holocaustum significat, totum consumptum) quam ad Originale, quod est indifferens ad quodlibet sacrificium. Quod si vim radicis attendas, sonat, elevabat; vel, sursum efferebat elevationes; vel, faciebat ascendere ascensiones. Sumunt autem Hebræi, elevationem, pro re oblata, & elevata super altare, vel assumpta & sublata manibus sacerdotis, cuius odor dicebatur ascendere in cœlum, & suavissimè olere Deo. propterea enim precabatur David. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Cum enim esset in exilio & sacrificiis interesse non posset, precabatur elevationem manuum supplicantis reputari a Deo pro elevatione sacrificii super altare; & orationē sive preces, quas manè dirigebat ad Deum, pro

sacrificio matutino & pro thure, siue thiamate, quod manè incendebatur, & cuius fumus, & odor videbatur esse Deo gratissimus, & quasi ab illo propter suavitatem inspirando attrahi, cum sursum elevabatur, quasi in cœlum vsq; penetraret. Ne igitur (inquit) reflex, o Deus in meam orationem, neque illius odorem, & fumum quasi dispergas, quod tibi probata non sit; quare quæ Deo probata, & accepta non erant, dicebantur non elevari, neque ferri sursum, neque penetrare in cœlum, & in conspectum Dei. Thren. 3. Opposisti nubem tibi, ne transeat oratio. quæ vero probantur Deo, penetrare usque in Dei tribunal; Eccles. 35. Qui adorat Deum in oblatione, suscipietur; & deprecatio illius usque ad nubes propinquabit. oratio humilitatis se nubes penetrabit. Et ut de hac thuris elevatione, & directione illud obiter dicamus, Kimhi existimat allusionem fieri ad antiquam suffumigandi artem, ait enim quod veteres ex Alexandria usque artifices evocabant, suffumigationis faciendæ peritos, quæ instar palmæ sursum recta ascenderet, non obliquè hâc illâc fumus distraheretur. Nam licet Israelitæ suffumigandi gnari essent, sed non sustollendi fumi. Ideo Cant. 3. dicitur Sicut virgula fumi. utrobique autem est palma fumi, propter rectitudinem, qua sursum ferebatur. Hæc igitur tantum ad originalem elevandi vocem pertinent. Pro singulis. Vera hæc lectio ex correctione Vaticana, non * per singulos, ut in cæteris ferè codicibus vulgatis legebatur; licet sensus utriusque idem. Id quod dicitur explicuerunt Septuaginta legentes ex Hebræo, secundum numerum eorum. Quot autem essent peculiaris sacrificia non constat, potuerunt enim septem esse, septem filiis respondentia, ut Grego. numerat; filiarum verò, ut quæ non essent conviviorum capita, nulla esset peculiaris victima sed sibi ac fratribus communis. Vel certè fuerint decem victimæ, id quod indicat Cypri. de opere & elemosy. numerosa vocans sacrificia; atque sapienter animadvertit, plures filios non debere, patrem-familias negligentiorum reddere in rebus divinis, sed multò sollicitiorum. sic ille scribit. Vt in hac vita seculari alendis, sustinendisque pignoribus, quo maior est numerus, hoc maior & sumptus est; ita & in vita spiritali atque cœlesti, quo amplior fuerit pignorum

Quæ Deus probata habet, dicuntur penetrare in cœlum.

Threnor. 3. 44.

Eccle. 35. 21

Kimhi. Ars suffumigandi apud Hebræos.

Cant. 3. 6. Iob. 2. 30.

I4

Vaticana. * Por cada uno el suyo.

LXX.

Gregorini.

Cyprian.

copia

copia, esse & operum debet maior impensa. Sic & Iob sacrificia numerosa pro liberis offerebat: quantisque erat in domo pignorum numerus, tantus dabatur Deo, & numerus hostiarum. Potuit etiam unum tantum holocaustum offerri pro convivatore, & convivis singulis diebus; id quod videtur indicare autor catenæ, explicans illud, secundum numerum eorum, pro unoquoque et singulis ordine. neque ab hoc sensu aliena est lectio Latina. Iam præter exemplar Hebræum, & præter vulgatam lectionem, Septuaginta Vaticani addunt holocaustis, & vitulum unum pro peccato pro animabus eorum. interpretes Origenis, pro peccatis animarum eorum. quam lectionem licet Complutenses non agnoscant, habent tamen. Origen. Chry. Olymp. in catena. Antonius Monachus Græc. lib. 2. Sermonum, sermone. 9. quod ut cum Latino consentiret, posset sumi expositiue, ita ut holocaustum esset vitulus pro peccato oblatum; non enim, ut supra diximus, est hoc loco magnificanda distinctio illa holocausti, & sacrificii pro peccato; licet Græci in catena, præsertim Didymus, & Origen. voluerint diversa esse sacrificia, videlicet holocausta, quæ præcesserint quasi prophetia, & præludium legis; & vitulum unum in figuram, unici legis gratiæ sacrificii, corporis & sanguinis Christi.

Fuerit ne IOB Sacerdos?

15. Offerre sacrificiū ad laicos quoque pertinere.	Paulus.
16. Sacerdos aliquando honoris aut familiaritatis nomen, & quare publico munere, & autoritate fungitur. illustratus	17. Primogeniti quondam sacerdotes.
	18. Sacerdotium olim Regibus delatum.
	19. Sacerdotium aliquando penes Principes, & nobiles viros.

Appellatio offerendi sacrificium communis est sacerdoti & laico; nam etiam in Scriptura offerre sacrificium dicuntur, qui illud ad sacerdotem deferunt, vel qui interfunt sacrificio, & qui quavis alia ratione à Sacerdote faciendum procurant. Quare Exod. 5. dicitur, *Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi.* & Num. 28. *Hæc sunt sacrificia, quæ offerre debetis.* ut enim August. dixit lib. quæst. veter. testam. q. 46. ille dicitur offerre, cuius sunt oblationes, quas super altare ponit sacerdos, ip-

sique imputatur sacrificium, cuius munere offertur. Quare ex verbo offerendi holocaustum, non continuo sequitur Iob fuisse sacerdotem, id est facientem & consecrantem victimas, & ex publico munere, & dignitate offerentem. Et quidem negasse visus est Albertus Magnus; qui cum dicitur Iob misisse ad filios, subintelligendum putat, nuncium, vel sacerdotem; si enim ipse sacerdos esset, aliena sacerdotis opera non uteretur. Alii etiam quamvis ab antiquioribus Ecclesiæ patribus videant vocari Iobum Sacerdotem, non continuo acquiescunt; quod nomen sacerdotis non semper sit ministerii, & officii, sed interdum honoris: n. 2. Reg. 8. filii David dicuntur fuisse *Sacerdotes*; quod explicatur. 1. Paralip. 18. cum iidem dicitur, *Primi ad manum Regis.* nam sicut sacerdos Deo assistit, & familiariter cum illo agit, ita qui regi est ad manum, & ex primoribus aulae, cum rex dicatur sedere in solio Dei, sacerdotis appellationem habet. 3. Reg. 4. Post enumeratos Sacerdotes ex officio sacro, Sadoc, & Abiathar, subditur, *Zabud filius Nathan sacerdos,* (per expositionem) *amicus Regis.* & similiter. 2. Reg. 20. *Ira Iairites erat sacerdos* (amicus familiaris) *David.* quamvis Hieronymus. Ideo filios David sacerdotes vocatos vel lit, quod essent suorum fratrum magistri. Ergo propter sapientiam, aut honorē, & reverentiam, in qua erat Iob apud omnes, potuit etiam sacerdotis nomine appellari. Tum etiam Chrysof. loquens de sacerdotio Melchisedech hom. 35. in c. 13. Genes. ait, dici sacerdotē, forte quod quia ætate provecior erat, à suis colebatur. Sed certè cum hoc loco non vocetur Iob Sacerdos, de nomine curandum nobis non est, sed res ipsa investiganda. Iobum asserunt Sacerdotem Origen. lib. 1. Chrysof. in cate. Hieronymus epistola ad Euagrium. quæ est de Melchisedech. Philip. presbi. Beda. et frequens posteriorum interpretum sententia: quod non solum colligunt ex cura, & sollicitudine quotidiani sacrificii, & procuratæ sanctificationis filiorum, sed etiam ex Regia dignitate, & primo honoris & sanctitatis gradu apud suos. Sed clarior erit, firmiorque huius rei probatio, si prius inquiramus, quo jure potuerit Iob sacerdotis ministerio fungi. Chrysof. sic ait: *Aliunt nonnulli priscos illos sacerdotes more Melchisedech per*

Alber. Magnus

16

Sacerdos nomen honoris aut familiaris consuetudinibus.

2. Reg. 8. 1. Paral. 18. 17

3. Reg. 4. 5.

2. Reg. 20. 26

Chryf. st.

Origenes Chryf. st. Hieronym. Philip. Beda.

Iob Sacerdos

se ipsos

*se ipsos creatos fuisse. hoc ergo significat mittebat. Et eandem rem ex propria sententia docet hom. 35. in Gen. agens de Melchisedech. Sacerdos (inquit) erat forte à semetipso ordinatus, sic enim tunc Sacerdotes erant. quibus verbis, si velit quosdam Sacerdotale munus ex antiqua gentis institutione, aut propter singularē alicujus rei excellentiam habuisse, & sine nova populi electione, aut consecratione exitisse Sacerdotes, rectè quidem, ut mox dicemus; si verò quēvis potuisse munus Sacerdotale usurpasse pro libito, minimè id verū est. Nam cum Sacerdos publico munere, publica etiam autoritate fungatur, fieri aut esse Sacerdos non potuit, qui neq; à Repub. aut à Principe Reipub. vices habere electus; neq; à Deo aut ab eo, cui à Deo mandatū esset, institutus & initiatus non fuisset. Certè Ari. non minus ad publicā rem pertinere existimavit Sacerdotem, quā magistratum aliū; quin potius inter magistratus, quibus nititur Reipublicæ dignitas, integritas, & conservatio, Sacerdotes constituit; qui certè publicā rem agūt. nam pro universo populo offerunt; tū etiā, non nisi illud sacrificiū offerūt, de quo inter eos cōveniat, ex quibus tota respublica unum corpus efficitur. nā in sacrificio cōveniūt, qui in unica religione cōveniūt; dicente Paulo *Translato Sacerdotio necesse est, ut legis translatio fiat.* externus ille sacerdotii, & sacrificiorū usque unica religione, unico cultu, unica legis ratione homines continet. Sed rem totā eleganter docuit Paul. Heb. 5. *Omnis* (in omni politia, quæ uno religionis nomine fundata est) *Pontifex* (non solum princeps Sacerdotū, sed Sacerdos, quicumque enim Pontifex est, id est potens facere, & sacrificare) *ex hominibus assumptus* (delectus, separatus, segregatus à reliquis hominibus, aliorū suffragiis & voluntate electus: tum etiam, qui ejusdem cum aliis hominibus naturæ sit, nā illos representat, homo homines. Syriaca, *omnis Pontifex, qui est ex filiis hominis.* neq; enim Angelus hominū Sacerdos esse potest) *pro hominibus* (loco & vice aliorū hominū; tum etiā pro illorū cōmodo & bono) *constituitur* (statutis constitutisq; cæremoniis, & religiosi ritibus initiatus, qualis constitutus est Aaron Exod. 28. 29. & 39. sicut etiam dicitur Act. 14. *Cum constituisset per singulas Ecclesias presbiteros.* & ad Tit. 1. & alibi*

Sacerdos publico munere, & autoritate fungitur.

Ar. 6. Polit. c. 8. & lib. 7 c. 8 Sacerdos potissima reip. pars.

Hebr. 7. 12

Ad Heb. 5. 1. Illustratus locus de officio Pontificis.

Exod. 28. & 29. & 39. Act. 14. 22.

non semel) in his, quæ sunt ad Deum (pereunt enim malè laici involantes in Sacerdotū functiones, cum Dathan, & Abiron) *ut offerat dona* (spontaneas, & liberales oblationes panis, vini, olei, aut aliorū terræ fructuum) *& sacrificia* (victimas, ea videlicet, quæ vivunt, & in sacrificio jugulantur, macantur, immolantur) Itque nunquam se ipsum constituit quis Sacerdotem. Quod autem in. 3. Reg. 13. dicitur; *Quicumque volebat, implebat manum suam, & fiebat Sacerdos Excelsorum* tantum indicat facilem fuisse aditū in falsa illa religione vitulorum, ad falsam Sacerdotii consecrationem. at verò præterquam quod illi Sacerdotes suos habebant consecrandi ritus, nam *implebant manum*, id est consecrabantur, vel unctioe manum, quæ implerentur unguento, vel potius, ut colligitur ex. 2. Paralip. 13. cum sumus Sacerdos oblationes, & sacrificia imponebat in illorum manus, ita ut impletet manus sacrificio. Quod enim in Hebræo dicitur Exod. 28. *Cunctorum consecrabitis manus, sanctificabisque illos, ut Sacerdotio fungantur mihi.* in Heb. *Cunctorum implebitis manus.* & 2. Paralip. 13. *Quicumque venerit, & initiaverit manum suam in tauro de bobus, & arietibus Septem, fit Sacerdos eorum, qui non sunt Dei.* Hebr. quicumque impleverit manum. Non sibi quisque sacrificandi officium usurpabat, sed à Rege designatus: Dicitur enim, *Ieroboam fecit de novissimis populi Sacerdotes.*

At veriore aliam causam obtinendi muneris Sacerdotalis Hiero. tradit epist. citat. & in trad. Hebra. in Gen. Isidorus in Gen. cap. 23. Philip. & Bed. hinc, Gloss. super id Gen. 26. *Vende mihi primogenita.* & Heb. 2. *Vendidit primitiva sua.* D. Thom. 1. 2. q. 103. a. 1. ad 3. & 2. 2. q. 87. a. 1. ad 3. videlicet Primogenitos, illustrium præsertim familiarū Sacerdotes fuisse. addiditq; Hier. Melchisedech fuisse Sem primogenitū Noe: deindeq; primogenitos omnes usq; ad Aarō Sacerdotali honore præcelluisse; Atque hæc ipsa esse *primogenita*, quæ Esau vedit. Quamvis Isidorus existimet, *primogenita* fuisse vestes illas valde bonas, quæ Sacerdotales erant, quas in duci Primogeniti victimas offerebant. Propterea itaq; Paulus Heb. 12. vocat Esau, profanum, quasi laicum, non consecratū, neq; initiatum; indignum, qui sanum intret, & in locis factis diverfetur, aut sacra

Tit. 1. 7.

Num. 16. 17.

3. Reg. 13. 33

Implere manum.

2. Paralip. 13. 9

Exod. 28. 41.

2. Paralip. 13. 9

3. Reg. 13. 33

17

Hierony.

Isidor.

Philip.

Beda.

Gloss.

Hebr. 2. 12

D. Thom.

Primogeniti olim sacerdotes.

Hierony.

Genes. 25. 33.

Heb. 12. 16

Quare vocatur Esau profanus & fornicator.

E contrectet,

contrectet; deniq; privatum Sacerdotio. vocat etiam, *Fornicatorem*, quod vitium cum in Esau scriptura alio loco non notarit, certè videtur ad rem eandem de religione, & Sacerdotio referendū; nā qui veri Dei Sacerdotiū cum *lente* cōmutavit, visus est etiam veram religionem abjicere, & veri Dei cultum in idololatriam convertere. quod in Sacro sermone, *fornicari* dicitur. Idem indicatur Gen. 49. à Jacob benedicente Rubē; *Rubē primogenitus meus, prior in donis, major in imperio*; ubi Kaldæus sic legit: *Te debebat, ut acciperes tres partes, Primogenituram*, scilicet (id est duplicem hæreditatis portionem) *Sacerdotiū, & Regnum*; quod & in Aegypto servari solitum Heliodorus Phœnicæus auctor est lib. 1. & 7. Scribens in urbe Memphitica, quæ totius Aegypti caput erat, filium primogenitum Pontificis Maximi in patris locum, & dignitatem succedere. oportuerit ergo Iobum Primogenitum filiū Zaræ fuisse, penes quem etiam fuerit jus Sacerdotii. Verum neq; hæc primogenituræ ratio omnino solida, aut sola viguit in obtinēdo Sacerdotio: nō enim alligatū fuit solis primogenitis; cum Abel natu minor Sacerdos asseratur à Hieronymo loco superiori, & Aug. de mirab. Sacrae Scripturae. cap. 3. Philip. Beda hic. & clarè indicatur Gen. 4. cū dicitur obtulisse Deo *de primogenitis gregis sui, & de apibus eorum*; videlicet non alterius Sacerdotis manu, aut ministerio. Deinde Sem, qui asseritur fuisse idē qui Melchisedech, à plerisq; negatur primogenit⁹ Noe. Tum etiā Abrahā, qui ex sentētia Orig. hoc loco, & auctore operis imperfecti. in Matt. hom. 1. Sacerdos fuit, & Sacerdotali ministerio funct⁹, Gen. 15. nō fuisse primogenitū Thare Gen. 11. Sed natu minorē aliis fratrib⁹, colligi nō omnino malè potest ex illi⁹ atq; Zarę, cujus erat avunculus, ætate. Chry. licet oratione. 4. contra Iudæos affirmat laicum fuisse, & laici nomine benedictionē suscepisse à Melchisedech Sacerdote. Quāvis neque hæc Chrysof. ratio suam solutionē non habeat, cum fortè Pontifices Summi, & Sacerdotes maximi soli primogeniti essent; at verò minores Sacerdotes, qui à maximis, & supremis benedictionem petere, & accipere solerēt, ex fratribus minoribus esse potuissent.

Tertiam Sacerdotii obtinendi ratio-

nem ex Regno Isyd. Philip. Beda & alii desumunt: exemplum asserunt Melchisedech Regē Salē. Isydorus viro etiā ex Romana politia; *Antea* (inquit) *qui Reges erant, & Pontifices erant, nam magnorum hæc erat consuetudo, ut Rex esset etiam Sacerdos & Pontifex. unde & Romani Imperatores Pontifices dicebantur.* refertur vero hoc testimonium cap. Cleros. 21. dist. Numa Rex ipse se in primis Pontificem constituit, ut Diony. Halicarn. & Plutarch. tradunt. Galba verò (Suetonio auctore) etiā triplex Sacerdotium gessit. Lacedæmoniorum Rex Ducem, & Sacerdotem agebat, ut scribit Xenophon; quod etiam spectat; quod Strabo ait; Sacerdotes in Zelandiā omnium potestatem habere. Illud verò vulgatum est, apud Aegyptios ex Philosphis Sacerdotes; ex Sacerdotibus probatissimum creari Regem. Ad quā gentiū, nationūmq; aliarum inveteratā consuetudinem fortè colluditur, cum Deus suum populū appellat *Regule Sacerdotium*, utraq; simul Regia, & Sacerdotali dignitate fulgentem. Quas cum Deus in Ecclesiastica politia separaverit, repetere voluisse per sacrilegū ausum Sacerdotale functionē ex Regio privilegio visi sunt, Saul offerens holocaustum, & pacifica. 1. Reg. 13. Cui dictum est à Samuele, *stultus egisti. Et Ozias; qui cum roboratus esset, elevatū est cor ejus in interitū suū, & neglexit Dominum Deum suum, ingressusq; tēplum Dñi adolare voluit incensū super altare Thymiamatis; percussus ergo est lepra.* Similis sanè fuit Iob lepra, similis regno; sed sacrilegio sed Sacerdotio dissimilis.

Ad hæc, penes nobilitatē fuit etiā jus Sacerdotii, & penes principes viros, & capita familiarū; ut Hier. & alii superi⁹ adducti tradunt; id q̄ indicat. 3. Reg. 13. cū Ieroboā ingētis piaculi notat, q̄ fecit *de novissimis populi Sacerdotes.* Græcis par erat Sacerdotii dignitas majestati regie, nec erat pervia ignobili vulgo, autore Plut. pblēma. 113. Solis Patriiis cōcedebatur ex Romanis, ut scribit Livi⁹ li. 10. Dec. 1. tū deinde Cōsulibus, Prætoribus, Cēsoribus, ex Orosio li. 5. c. 10. de P. licinio scribēte; & ex Livio. 4. Dec. lib. 3. de Marco Marcello Cōsule & Pōtifice. Hoc quoq; in Iobum convenit, filium primogenitū Zaræ Ducis clarissimi; & capitis, atque Principis familię clarissime, ut quæ Ducibus, atque Regibus splenduerit.

Isyd. 7. c. 17. cap. 12. Philip. Beda.

Cap. Cleros. 21. dist. Diony. lib. 2. Plutar. in Numa. Suetonius

Xenoph. de rep. Lacæd. Strabo. lib. 12. Plat. quæ affert Ficinus super Trismegisti. Severus apud Stobe. serm. 41. Alex. lib. 2. c. 8.

1. Petr. 2. 9.

1. Reg. 13. 9

2. para. 26

19

Cum nobilitate olim coniunctū sacerdotium Hierony. 3. Reg. 13

Plutarch. Livius Orosius Livius

Genes. 49. 3

Primogenit⁹ accipiebat tres partes hæreditatis.

Kaldæus Heliod. Phœnicæus

Iob primogenitus.

Non soli primogeniti Sacerdotes

Hierony. August. Philip. Beda. Genes. 4. 4.

Orig. Autor operis imperfecti. Genes. 15. Genes. 11. 26.

Chrysof.

Reges olim Sacerdotes

18

Sacerdotium penes sapientes.

Eusebius

Dicere in corde.

2. Reg. 21. 15

*Penso de herie y de martaric.

*Teniendose por sabios q daro para necios.

Rom. 1. 22.

Illa tandem ultima est, non ultimo loco ponenda Sapiencia, penes quam jus Sacerdotii fuit, ut iidem auctores tradūt, unde apud Aegyptios Trismegisti nomen obtinuit Mercurius, quasi ter maximus esset; maximus Sapiens, Rex, atque Sacerdos maximus, quē Eupolem⁹ apud Eusebium lib. 1. Præpa. Evangel. cap. 6. existimat fuisse Moysen, qui propter literarū inventionem id nomen apud Aegyptios consecutus fuerit. Et quidē Sacerdotiū cum Sapiencia conjunctū esse debere barbaræ etiam nationes agnovērunt, quæ à suis Sacerdotibus & rerum agendarum consilia, atque responsa, & dubiorum explicationem, & solutionem nunquam non petierunt. Iob igitur vir perfectissimus atque sapiētissimus, propter singularem divinarum humanarūque rerum scientiam, & cognitionem, qui in Sacerdotiū veniret, dignissimus haberi potuit; et qui non Trismegistus sed Polymegythus, multis modis maximus, jure vocari debuisset.

Dicebat enim, ne forte peccaverint filii mei, &c.

- 20. Dicere, & Dicere in corde quid.
- 21. Sacrificium postulat, & docet ipsa natura. sacrificii multiplex finis. Scrupulus bonæ mentis signū. Peccare.
- 22. Multa vitia inter se nexa, & cū Gulositate præsertim.
- 23. Benedicere in utramque partem, hoc idco in bonum accipi, aliorū sententia.
- 24. Benedicere pro adorare. Gulositas proxima idololatria.
- 25. Benedicere hoc loco in malum, non tam pro blaspheemia, quam pro quovis peccato, & cogitationum importunitas.
- 26. Verbum Faciendū in sacro usu, & an Iob sacrificia fuerint quotidiana.
- 27. Facere pro sacrificare.

20

DICEBAT enim. Hæc scilicet ratio illum ad sacrificandum excitabat; hæc cogitatio, & curā illū deducebat ad tēplum, & sacrificia. Cū jungitur verbo dicendi, *in corde*, vel *intra se*, idem valet q̄ cogitare, & interiori loqui, aut versari in aliqua cogitatione. eandem vim sæpe retinet solitariē positum; exempla passim occurrunt. 2. Reg. 21. Deficiente David Iobi-benob, qui fuit de genere Arapha, nisus est percutere David. Hæb. * Dixit percutere David. Roma. 1. * Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Dicebat ergo Iob intra se, hoc versans animo; nisi velis etiam certis, conceptisque verbis, & oratione suam mentem explicuisse inter sacrificandum.

Ne forte peccaverint filii mei. Sacrificabat quidem pro peccato; potuit enim natura duce; atq; magistratum sacrificare, tum multiplicem in sacrificando finem doceri: cum enim corpore constet homo, nō solum anima, à natura ipsa docetur tum externum, & corporeum cultū Deo exhibere, tum etiam hunc per sacrificia & oblationes cultum commodissimum esse: qua ratione dictum est à B. Clem. in constit. antiquos patres naturali lege admonitos sacrificasse. Finis autem multiplex potest ab ipsa naturali ratione distinguī; primus, ut sacrificium sit in Dei honorem, & primi auctoris rerum omnium, primæque causæ testificationem; ideo creaturas creatori offerimus, & illas quidem in signum nostræ submissionis, internæque oblationis, & obsequii animorum. Secundus pro impetranda venia peccati alicujus, aut verò pro impetrando beneficio aliquo. Tertius in laudem, & actionem gratiarum. hæc, quæ ab ipsa natura profecta videntur translata sunt postea ad legem, holocausta, hostia pro peccato, & hostia pacifica; & conveniunt pariter in unicum novæ legis sacrificium. & quāvis Septuaginta etiam in sacrificio hoc Iobi distinguere voluerint holocaustum in Dei honorem, & protestationem divinæ excellentiæ, à Vitulo pro peccato, certè id necessarium non fuit; tum quoniam uno, & eodem sacrificio potuit S. Iob tres illos in sacrificando fines attendere; tum quod non fuerit manifestum aliquod filiorum peccatum, in cujus expiationem certè referri sacrificium oporteret.

Ne forte. Scrupulus, & suspicio peccati, quæ hominem stimulat, & sollicitat, bonæ mentis indicium esse solet; ut Greg. dixit: Non aliter etiam hæc Iobi sollicitudo, & suspicio alicujus peccati filiorū occulti, atque latentis, manifestā illorum sanctitatem testatur, cui testimoniū quoque suum dicunt Greg. & Græci omnes Orig. Chrysof. Basilius, Dydim. Polychronius hic, & superius. v. 2.

Peccaverint. Propriè, aberraverint, deviaverint, à recto tramite (*hbata*) enim proprie est errare: ad quā vocis proprietatem alluditur Psalm. 24. *Legem dabit delinquentibus in via*; id est peccatoribus errantibus à recto tramite.

Sed unde nā hæc suspicio stimulat

21

Sacrificiū ab ipsa natura postulat.

Clemens lib. 6. cōsti. c. 20

Multiplex finis sacrificandi.

LXX.

Scrupul⁹, quē vocant, signū bonæ mentis.

Greg. epist. 31

Gregor. Græci. Origen. Chrysof. Basilius. Didimus. Polychron.

Non

Psalm. 24. 8.

22

Cōviviorum comes luxus.

Iobū?certē ex cōviviorū frequētia, & epulis paulō lautioribus, quæ ferē semper condiuntur immoderata voluptate, & in ani cordis jucūditate, loquacitate, scurrilitate, & intēperantioribus aliis verbis, gestibus, motibus. appōsita similitudine explicat. Greg. Hi (inquit) qui cordarū harmoniā tēperant, tanta hanc arte dispensant, ut plerūmq; cū una tangitur, logē alia, ac multis interjacētib; postea corda quatiatur; cūmq; ista sonitū reddit, illa, quæ in eodē cantu temperata est aliis impercusis tremat; Sic sanē, licēt virtutes omnes connexę sint, sed tamē quędam quibusdā jucundius respondēt, & alsonant; nō aliter quibusdā vitiis peculiaria vitia familiaritate, & cognatione quādā respondent. Nescio quid habet cognationis turpis libido cū jurandi licētia, & procacitate; ut si secundū, ut ita dicā, Decalogi præceptū percutias, respōdeat sextum; si sextū resonet, etiam cōsequutione quadā secundū affonnet; id quod in multorum auditis confessionibus observarūt exercitati cōfessarii. Gulæ vitiū ludos intēperantiores & lasciviores jocos excitat; nā Sedit populus māducare, & bibere, & surrexerunt ludere: Sequitur etiam multi loquium; unde Dives, qui epulabatur quotidie splendide; gustā aqua petebat in inferno, quod plus in lingua, quā in aliis mēbris torqueretur; pœna indicāte vitiū lingue, ut observavit Greg. Nimi⁹ luxus in cibo & potu (mirū) conjunctus est cum animi quadā immanitate, & inhumanitate: cū exemplū est ille dives epulo non miseratus misserrimū Lazarū: & illi etiā apud Amos vatē; Comedentes agnū de grege, & vitulū de medio armēti, bibētes vinū in phialis, & optimo unguēto delibuti, nihil patiebatur super contritionē Ioseph, ad hęc sacrorū, & religionis contēptus, & Dei oblivio; sic Salomō Prov. 30. Petit sibi tantū tribui necessaria victui, ne fortē satiatur illiciat ad negandū, & Isai. 5. Cythara, & lyra, & tympanū, & tibia in conviviis vestris, & opus Domini nō respicitis. Honestatis, dignitatis, rerūmq; aliarū pretiosissimarū nullā dūcit gulofus rationē; sicut ille, qui lēte bene infertus, abiit parvipēdens, quod primogenita vendidisset, de ejusmodi certē illud dici potest; Anima saturata calcabit favum. Inverecūdia præterea, & impudētia quādā comes est ventris; quare cū Sapiēs. d̄ precatur auferrī à se vētris cōcupiscētias, subjecit, animo irreverētī, & infrunito ne tradas me. Infrunitū autē aliquā-

Greg. lib. 1. c. 4.

Quędam quibusdam vitiis cognata

Gulam comitantur pleraque alia vitia. Exod. 32. 6 Luc. 16. 19

Gregor.

Amos. 6. 4 & 6.

Pro. 30. 9

Isai. 5. 12

Genes. 25. 33

Prov. 27. 7

do Latinus interpres, pro infatiabili, & vētri dedito sumpsisse visus est; & irreverentem sequente vocabulo exponit. Similes certē infatiabiles impudentissimis canibus; cū scriptum sit; Canes impudentissimi nescierunt saturitatem. Deniq; cū Cerere & Bacho incalescit, ardet potiùs Venus. vide Rom. 14. 5. 21. Gal. 5. 5. 21. Eph. 5. 5. 18. Iaco. 5. 5. 2. Pet. 2. 5. 13. 1. Pet. 4. 5. 3. In hæc igitur vitia trahuntur, qui, ut ait Iudas Apostolus; Convivantur sine timore; cū enim cōviviu res sit plena periculo, oportet, ut cōvivatores pleni sint timore. Vides igitur singularē Iobi pietatē, & solitudinē liberorū, cū pro illis cōviviantib; timeat, absens ipse cōvivio; nove rat quippe sanctissimus, sapientissimūsq; virū corporis vires incalescunt, & reficiuntur, corporis etiam pravas appetentias, & affectiones excitari, virēsq; sumere; & vix (quod dixit Greg, celebrari cōvivio sine culpa posse. Sic enim Iacobus Apostolus dixit, in cōvivio Enutrirī corda, quæ sedes est appetitus; id est excitari, crescere, vires sumere & pinguescere concupiscentiā, & ad omnē licentiā, audaciorē fieri cibi copia, & saturitate. Epulati (inquit) estis super terram, & in luxuriis enutristis corda vestra. Vides igitur quā sit necessaria sapientia in cōviviis, illius enim mun⁹ est, hominē sobriē deducere in operibus suis, & ab omni intēperātia continere; non enim potest esse continēns (ex Græ. sobrius, moderatus, quæ maximē virtus in mensa requiritur) nisi Deus det. Et benedixerint Deo. Verbum benedicēdi mediū est, quod in bonā, & in malā partē accipi possit; pro laudare, gratias agere, adorare, & colere; tum etiā pro maledicere, irreverētē, & impudētē se gerere erga aliquē; de quo enucleatius dicem⁹. 5. 11. Nunc sententiā germanā ex varietate interpretū colligamus. Quidā utrāq; præsentis versiculi partē connectunt, ut Iob vereatur, ne si peccaverint filii, gratias egerint pro ipsa voluptate intēperā tiori percepta; quasi pro beneficio quodam divinitus sibi concessio; hæc est Divi Thomæ expositio; sicut si latro famosus Deo gratias ageret, quod in prædam opimam incidisset; & qui turpiter vivit, quod optata voluptate potiri potuerit. Simile est id Zach. 11. Cū Deus pater loquitur filio suo hominū jam duci & præceptorī; Pasce (inquit) pecora occisio-

Eccle. 23. 6 Quid infrunitum.

Isai. 56. 11

1ud. 5. 12.

Gregor. Iacob. 5. 5. Quid enutrire corda apud Iacobū.

5ap. 8. 21.

Græc. 23 Benedicere in utramq; partem.

D. Thomæ.

Zach. 11. 4

nis. id est cum pastores alii non gregem, sed semet ipsos pascāt, tu fili pastor bon⁹ esto populi Israelitici) que, qui possederant, occidebant (nō enim pastores, sed immites & sævi tyrāni in illos dominātur, & quotidie mortificāt & macant, tanquā morti, occisioni, & macello destinata) & non dolebant (Heb. non delinquebant; non sibi videbantur confēci alicujus: peccati existimātes obsequium se præstare Deo) & vendebant ea (ut ex populi damnis, & detrimentis lucrum facerēt) dicentes; Benedictus Deus (gratias agunt quasi pro cœlesti beneficio) divites facti sumus. rectē omnia D. Thomas. Sed sensus hic paulō durior, & non valde è proximo petitus. Cajetanus vero utrāque etiam partem conjungit, sed diversa ratione, videlicet, ne, si forte filii peccaverint, non tantū verbo, aut joco, sed, quod gravius est, corde & consensu pravo, cū pro more prædentium & confurgentium à mensa debuerint benedicere, id est gratias agere Deo bonorū omnium largitori, & deprecari cujusque delicti veniam; ille tamen surrexerint peccatorū & pœnitentię oblitus, & jejūnam quandam, & sine pœnitentia, & lachrymis aridam gratiarum affectionem retulerint. Probat autem ille verbum benedicēdi, in bonā partem debere accipi; in malā non posse. Primò quoniam blasphemia, maledicentiāque in Deum scelus rarissimum, & non nisi flagitiosissimorum, atque impudentissimorum hominum est; cujusmodi minimē censendi sunt extitisse filii sanctissimi. Secundò quoniam non decuit parētem sanctissimum, & liberis sanctissimē educatis honesta convivia permittentem suscipere dubitationem de gravissimo aliquo flagitio: potuit tātū levioris alicujus errati, & interni quidem, quod occultius est, suspitione & scrupulo commoveri. Tertid, quod putet Cajet. Peccare, & benedicere ad diversas actiones referenda; nam in Heb. diversis tēporibus dicūtur, potest enim sic reddi ex exemplari; Fortē peccaverint filii mei, & benedicent Elohim in cordibus suis. acutior Cajetanus, quā solidus. Sed cū adversus has duas interpretationes nihil majoris momenti objicere possimus, non video, cur Titelman⁹ neothericos quosdam, verbum benedicēdi propriē & sine antiphrasi usurpantes appellare ausus sit

D. Thom.

Cajetanus

Benedicere in bonam partē

Titelmanus notatur.

superstitiosos, & vano timore anxios. Tertia, & quæ nunc dicam, min⁹ cōmōda, min⁹que lenis interpretatio aliorum, ut benedicere sit adorare. idque non sine exemplo, cū dicatur Isai. 66. & 2. Paral. 6. Flexis genibus contra universam multitudinem Israel, & palmis in cœlum elevatis ait Domine, &c. pro flexis genibus, est idem verbum, benedicēdi; nam affert ex sua proprietate geniculationē; qui enim benedicit solet genu flectere, & qui genu flectit, benedicit; qui autē flexo genu benedicit, etiam adorat. Quoniā verò Dei nomen hoc loco est, Elohim, quod nomē cū plurale sit aliquando accipitur pro angelis; Psa. 8. 62. & Psa. 137. 2. pro falso etiam Deo Daniel. 11. 38. & pro multis diis, atq; idolis gentium Exod. 18. 11. Deut. 4. 7. Hunc sensum eliciunt; Ne fortē peccaverint in convivio, & ex saturitate, & ingluvie ad angelorum, vel plurium deorum benedictionē, laudes, hymnos; adorationem cordibus saltem, & interno affectu inclinaverint. Hujus interpretationis ratio illa esse poterit, quod peculiaris sit Gulæ cum idololatria, & apostasia à fide cognatio & vicinitas, de qua re sapienter differit Amb. lib. 6. epist. 36. utens illo Exod. 32. Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. consonant alia testimonia Deut. 6. Cū comederis, & saturatus fueris, cave diligenter ne obliviscaris Domini Dei tui. Kaldæus hac paraphrasi illustrat; Cū comederis, & saturatus fueris benedicas Domino Deo tuo, in terra illa bona, quam dedit tibi. Caveas tibi ne fortē obliviscaris timoris Domini Dei tui, & Deut. 13. Cū comederint, & saturati, crassisque fuerint avertentur ad Deos alienos, & servient eis, detrahentque mihi, & irritum facient pactum meū. & Deut. 32. Post enumerationem melis, olei, butyri, lactis, adipis, arietum, hircorum, medullæ tritici, & rubeantis vini meracissimi, subjungitur; Incrassatus est dilectus, & recalcitravit; incrassatus, impinguatus dilatat⁹, dereliquit Deū factorem suū, & recessit à Deo salutari suo. Provocaverūt eum in diis alienis. Pro. 30. Tribue tantū victui meo necessaria, ne fortē satiatur illiciat ad negandū, & dicam; Quis est Dominus? Huc respexisse videri potest Kaldæus legēs; Ne fortē filii mei ad iracundiam provocaverint Deum nam provocationis, exacerbationis, aut irritationis nomine Zelotipia propter idololatriam significari solet juxta id;

Tertia expositio. Benedicere pro adorare. Isai. 66. Paralip. 6. 13

Nominis Elohim varia acceptio

Gula idololatrię proxima

Amb. epist. 36. ad simon. Exod. 32. 6 Deut. 6. 11.

Kaldæus.

Deut. 31. 20

Deut. 32. 15

Pro. 30. 8

Kaldæus.

Provocare ad iracundiam quid.

Provocaverunt eum in diis alienis, & ad iracundiam concitaverunt. Ergo cum videret Iob comessationibus, comotationibus, ebrietatibus idolorum festivitates celebrari, timere potuit, ne ex cibo & potu conviviali ad idolorum recordationem, & cultum aliquem; aut religiosam invocationem defiliissent. Hæ omnes interpretationes *benedicendi* verbum in bonum usurpant.

Sed verò in malum debere accipi, pro maledicere & blasphemare, acriter contendit Titelmatus, & necessariò se probare existimat ex aliis locis, quibus benedictio est idem quod maledictio, & blasphemia: certè conjectura verosimilis; argumentum verò minimè efficax, aut necessarium. Carthusianus quam præse fert hæc expositio: duritiam; & acerbiter ingentem blasphemiam, emolli conatur, quòd non existimaverit Iob suos filios eos esse, qui blasphemiam assensum præbuisent, sed veritus tantummodo fuerit, ne parùm caute se gesserint in sedandis primis motibus, primisque blasphemiam impulsionebus, & cogitationibus depellendis.

Quintò tandem illa videri potest ut lenissima ita optima interpretatio, ut *benedicendi* verbum accipiatur quidem in malum, sed non tamen pro blasphemiam, sed pro quovis peccato quantumvis levissimo, sive interno, sive etiam externo; quodcunque enim, cum in Dei cultus contèptum quendam, & oblivionem cedat, contrarium est divinis laudibus, & benedictioni: quare per contrarium intellectum rectè significari verbo *benedicendi*, potest. Quare levem aliquam cogitationem, errandam, & ab honesto, rectoque alienam, peccati & benedictionis nomine intelligunt Origenes, Basilus, Polychronius, Olympiodorus, tum etiam Hieronymus & Beda. Præterquam enim, quòd ex adjuncto illo, *in cordibus suis*, sic oporteat intelligi; Septuaginta rem hanc illuminarunt legentes; Ne forte filii mei in mente sua cogitaverint mala erga Deum. lenius legit Polychronius. Ne forte cogitatione conceperint, quæ Deo displiceant. Certus itaque Iob de honestate operum, & verborum puritate, & candore, de cogitationibus tantum filiorum erat sollicitus, nam cum opera, loco, & tem-

pore, atq; opportunitate indigeant, neque sine labore perficiantur, cogitationes tamen momento absoluntur, & facillè irrepunt, & nullum est illis tenipus importunum; nullus locus imperivius, in medio etiam honestissimorum hominum cœtu, in abdita cordis officina latentem & occultam, sed certam voluptatem fabricare solent. veritus igitur Iob Deum, cui à videndo, & penetrando cuncta (*Theos*) nomen est, nomenovit *in tenebris constituta, & lux est cum eo*; qui *cor praxum* & inscrutabile ipsi homini, cognoscit; qui *probat renes* (internas affectiones) & *corda* (cogitationes) & reconditos, tacitosque animi sensus) certo, & constituto sacrificio quotidiano incertum, dubium, occultum, sed verosimile (quæ infirmitas cordis humani, & pronitas fingendi interius mala) filiorum peccatum expiabat. Propterea Chryostomus hom. in Iob & Abraham, appellare videtur Iobum virum Evangelicum, quòd tantam curam, & sollicitudinè de internis cogitationibus susciperet, quàm Evangelicæ leges præcipiunt. de quo plura, cum iterum recurret sermo de suis ipsius Iobi cogitationibus.

Sic faciebat Iob cunctis diebus. Verbum faciendi, curam & sollicitudinem affert in re paranda, præparanda, impigrè, & diligenter præstanda, aptè, commodè, opportunè, ornatè efficienda. quo verbo dicitur Gen. 2. *Cõplevit Deus die septimo opus suum, quod fecerat.* Indefinenti igitur studio *faciebat*, id est sacrificabat pro filiis. *Cunctis diebus*, videlicet vel quotidie, ad præcedentis diei expiationem, ut legit Hieronymus in Epist. ad Evagr. & admittit Olymp. in catena. vel cum distributione accommoda, octavo quoq; die, post alios septem conviviales evolutos; quod verba illa indicant: *Cumque in orbem transissent dies convivii.* ad quem locum recurrere oportet. Genes. in chronol. in continuatione religionis, & doctrinæ, ann. mundi. 2269. ait singulis diebus septimis obtulisse pro septem filiis holocausta; celebrasse etiam suum profabbathum, aut pervigilium sabbathi, & quasi parasceven, sive præparationem, qua præsanctificabat, præparabatque filios in crastinum holocaustum; nam quædã legalia tẽpore, & lege-

Cogitationum
Leuitas, & im
portunitas

Dan. 2. 22.
Ierem. 17. 5.
& 10. 12.

Chrysof.
Iob vir Evan
gelicus.

Inferius cap.
31. 1.

26

מִשְׁבֵּעַ

Genes. 2. 2.

An Iob sacri
ficaverit die
bus singulis.
Hieronymus.

Genebrar.

naturæ

Deut. 32. 16

25

4. Expositio.
Titelm.
Benedice pro
blasphemare

Carthusian.

5. Expositio.

Origen.
Basil.
Polycron.
Olimpiod.
Hieron.
Beda
LXX

Polychron.

naturæ fuisse observata, ut sacrificium de animalibus mundis, & abstinètia à suffocato, indicatur Genes. 8. 9. 17. & similiter forte sabbathizarunt antiqui patres ante legem latam; ut affirmarunt Abenezra in Decalogo, & R. Salom. Gene. 2. 6. Lyran. Gene. 7.

Sed quanta devotio, quanta alacritas, quantum gaudium, de quo nihil detraheret frequentia quotidiani sacrificii? familiaritas sacrorum nullum efficiebat contemptum, nullam accidiam; idem surgebat quotidie, eandem adhibebat curam & sollicitudinem; in eodem semper cordis proposito manebat; *mutabat* quotidie *fortitudinem*; quod ab Isaia de illis dicitur, quorum virtus renovatur de die in diem, & commutant pristinæ diei fortitudinè, cum hodierna nihilo fegniori aut minori in rerum diuinarum cura: sicut familia in Hispanismo de illis qui recentibus in dies singulos vestibus utuntur, dicere solemus, *Cada dia muda su vestido.* Sic igitur *faciebat Iob cunctis diebus.* Verbum præterea, *faciendi*, ad sacrificia pertinet: nam *facere*, est sacrificare, uti ille dixit, *Facere vitula pro frugibus.* & Varro lib. 5. de lingua Latina, *Agnam Iovi facit.* Idemque lib. 4. etymologia huius nominis *Pontifex*, tradit ex sententia Q. Scevolæ, quòd sit, potèss facere, id est sacrificare. Sacris scriptoribus familiaris etiam significatio: Exod. 29. ab hac ipsa radice, *Vitulum pro peccato offeres per singulos dies.* Hebr. *facies* per diem. & vers. 38. *Hoc est, quod facies*, (sacrificabis) *agnos anniculos duos per singulos dies.* Num. 28. *Holocaustum iuge est, quod obtulisset* (quod factum est, iuxta Hebr.) *in monte Sinai.* 3. Regum. 18. 23. *Ego faciam bovem unum, & imponam super ligna.* Ezech. 46. 22. *Faciet vitulum pro peccato.* & vers. 44. *Sacrificium Ephraim per vitulum faciet.* Hoseæ. 2. *Ego dedi ei frumè tum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicavi ei, & aurum, que fecerunt* (sacrificarunt, & obtulerunt) *Baal.* Psal. 66. *Offeram* (Hebraic. *faciam*) *tibi boves cum hircis.* Et de nostro sacrificio Luca. 22. *Hoc facite in meam commemorationem.* Et iisdem faciendi verbis, eiusdem sacrificii fit mentio. 1. Corint. 11. Huius autem significationis analogia ad primariam & propriam hæc est, quòd quæ Deo offerri, & sacrificari debent, diligenter parari, & præparari debent; opportunè, ornatè & quo ad fieri possit, exquisitè, & sedulè quæ ad fa-

Genes. 9. 17.
Abenezra
R. Salom.
Lyranus.

Isai. 42. 32.

27

Facere pro sa
crificare.
Verg. egiog. 3.
Varro.

Q. Scevola.

Exod. 29. 36.

Num. 28. 6.

Hebraic.
3. Reg. 18. 23.
Ezech. 46. 22.
& 44.

Osea. 2. 8.

Psal. 66. 15.

Luc. 22. 19

1. Corin. 11. 24.

cræ spectant, cum scriptum sit; *Maledictus qui opus Domini facit fraudulenter.* Et iterum: *Si offeratis cæcum ad immolandum nonne malum est? Et si offeratis claudum, & languidum nonne malum est? Offer illud duci tuo, si placuerit ei: ut si susceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum?* Et tandè: *Domus mea deserta est, & vos festinatis unusquisque in domum suam.* Quod si qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis; Quid qui in divino opere, mollem & dissolutum se præstiterit.

VI. Quadam autem die cum venissent filii Dei, ut assisteret coram Domino, affuit inter eos etiam Satan.

1. Particula, *Autem*, nota illationis. Iusto viro de est probatio.
2. Quid designet in sacro sermone *Dies illa*. quid dies iudicii. Totius controversiæ inter Iobum, & Dæmonem status.
3. Filii Dei pro Angelis. notatur Chryf.
4. Verior acceptio filiorum Dei pro Angelis sive pro sanctis hominibus.

5. Septem assistendi acceptiones & modi Angelorum coram Deo.
6. Venire in sacris. In medio esse, Dæmonis impudentia, & quomodo Deo assistat.
7. Quis Satan: quæ illius nominis notio

Quadam autem &c. Illud, *autem*, quod in Hæb. est, *Et fuit dies*, in Sept. *Et factum est*: non solum videtur esse particula transitio: sed etiam propriè, copula, atque nota consecutionis, ergo, itaque, ex tot, ac tantis virtutibus sanctissimi hominis consequens fuit invidia dæmonis, tentatio, persecutio, & ut manifestum fieret, quem verborum sonitum, & tinnitum percussus redderet, vacuus ne, an solidæ sanctitatis plenus existeret. Tantum itaque virum non potuit amplius sustinere invidus dæmon sine calumnia, sine delatione & criminatione, qui suorum fratrum accusator est; ne dum hominum. *Affuit* itaque Satan. Igitur, quod Dei optimi ingenium est, virum hunc non externis tantum opibus locupletatum, sed virtutum cumulo exaggeratum probari voluit, & mundo proponi omnis patientiæ & sanctitatis exemplar, atque ipsis etiam Angelis spectaculum fieri; propterea illis concilium indixit, cui interfuit quocumque Satã, nihil enim viro recto, simplici, timententi Deum, recedenti à malo deesse amplius videbatur, quàm ut têtaretur, & p̄baretur, ut illi

Ierem. 48. 19.
Malach. 1. 8.

Hag. 1. 9.

I
LXX

quoque, sicut & Abraham diceret Deus: *Nunc cognovi, quod timeas Deum.* Quod si dicas, Bene Deo probatam extitisse sanctitatem Iobi. Rectè: Sed illud deerat adhuc, ut vinceret, & fortitudinis specimen aliquod præberet. Eleganter Ambrosius dixit: *Iob erat Deo probatus, victor tamen non erat: probata erat devotio, tamen premium non habebat.* Ergo Iobo sanctissimo divina sapientia certamen forte dedit, ut vinceret; & honestavit (locupletavit) illum in laboribus, & complevit (mensuram bonam & conferatam, & coagitatam, & superfluentem; sunt enim labores, velut vacua mensura, inquam confertur premium) labores illius.

2 *Quadam die.* Dies pro tempore frequenter in Sacra Scriptura. Vide Iustin. oratione ad Gentes, qui etiam ait à Platone diem vocari tempus, cum ait, tempus una cum cælo natum esse; hoc enim illud est, quod dicitur: *In principio creavit Deus cælum, & terram.* Et deinde: *Factus est dies annus.* sed abstinuisse Platonem à verbis Moysis, ne, si illum sequeretur, ab Atheniensibus deferretur. Quodam igitur tempore hæc accideret, &c. Nisi malis cum Gregorio, diem accipere nocti oppositum, in quo Sol lucet; atque eam temporis circumstantiam hic notari, boni ominis causa. *Quia* (inquit) *Iob tentatio à die capta perhibetur, ad victoriam deducebat.* ejusmodi multa solent mysticè, & tropologicè observari à Patribus; & similia quædam exempla proponuntur à Grægo. hic lib. 2. & Homil. 12. in Ezech. Sic etiam Ambrosius. Luc. 22. ait: *Petrus negavit in nocte, consuetur in die.* Diem autem hunc quo Angelorum concilium coactum, & peractum est, sic describunt Septuaginta. *Et factum est, sicut dies hæc.* nihil mirum si in illa hebdomadæ die, quo Iob sacrificabat, cum jam in orbem transissent dies convivi, Satan criminatus Iobum illum expetierit ad pugnam. Rursus, si simili die, hæc postea à Iobo litteris, & memoriæ mandata, aut à Moysè descripta sunt, dici ab scriptore vel à scriptore potuerit, *Factum est sicut dies hæc.* Nos exempli gratia dicere solemus; *Paso est tal dia como oy.* Orig. legit. *Sicut dies illa: atque cū à se ipso petat quæ dies illa? Respondet; illa dies, quæ Dei longanimitatem, & Iob alacritatem, & diaboli nequitiam publicavit, quemadmodum ille dies manifestabit, qui in igne revelabitur,* quibus verbis describit

judicii diem: licet incertū omnino sit, & de die illa nemo sciat, tamen quia cum certō futura sit, & quasi digito propter certitudinem indicari possit; hac circuitione verborū notari solet, *Dies illa.* Isai. 34. v. 8. & Marc. 13. v. 11. 19. 24. Quod videtur à Kaldæo sumptum; qui legit: *Et fuit tanquam dies judicii magni, & venerunt Angelorum caterva, ut starent coram Domino.* quod fortè ideo dictum à Kaldæo est, quod eo tempore inter dæmonem & Iobum causa agenda, & excutienda esset, diuturnæque patientiæ, & incredibilium ærumnarum exempla proponenda. Sic enim in subita, repentinâque calamitate Hispani nostri illam vocem usurpant, *Eue un dia de juicio.* neque immeritò: cum Iobo, ejusque familiæ ille dies miser, & luctuosus extiterit; Aut etiam diem illū judicii magni vocat, quasi audiendæ, dirimendæque liti gravissimæ, & magnæ controversiæ peragendæ ad Dei subsellia destinatum. Instat dæmon, accusat acriter, ipse est enim *accusator fratrum suorum;* qui accusat illos die ac nocte: Iob rapitur ad iudicium, seque tuetur; Iudex litem admittit, contestari jubet; accusatoribus potestas fit, ut accusatorio jure ea omnia conquirat, quibus Iob innocetiam criminari, & labefactare possint; calumniatur, & mædaciis circumveniunt; producuntur jurati adversus Iobum testes, videlicet conjurati illi tres, quatuorve quondam amicissimi; Iobus contra, fidelissimis & gravissimis pro se testibus utitur, videlicet calamitatibus, & cladibus ingentibus summa constantia toleratis. Instat Iudex, ut videtur severissimus; conqueritur Iob. dum ait: *Instauras testes tuos contra me.* interea ut ab illo vel verbū elicere adversarius possit, acerbissima tormēta paratur. *Neque; solum ponuntur ante oculos vincula, verbera, equuleus, carnifex tortor; sevisim; sed in manu tortoris ipse, omniâque sua pronuntur, iudice potestatem torquendi faciente; *Ecce* (inquit) *in manu tua est.* percutitur, vulneraturque gravissimè à planta pedis usque ad verticē capitis. Nullam aliam vocem extorquere possunt hostes, quàm illam: *Sit nomen Domini benedictum,* quam ipse quasi confirmans crebro reperit, certus in tormentis potius vitam profundere, quàm à veritate & innocentia discedere; *etiam si me occidat* (inquit) *nullum aliud à me ver-*

Dies illa, de qua dicitur

Kaldæo
Dies iudicii quid significet

Litis gravissimæ inter Iobum & Dæmonem status.

Iob. 10. 17

bum

būm extorquebitur. Tandem fertur sententia, sanctissimūque vir absolvitur; si absolvi potest, qui nihil piaculi admiserat, liberque ab omni culpa summa cum laude, & gratulatione declaratur.

3 *Cum venissent filii Dei.* Propriè, filii Elohim, fortium, potentium, magnatum; vel Dei, fortis, potentis, efficacis. De nomine Elohim plura aliquando; nunc tantū examinādi, qui sunt filii Dei, aut filii Elohim in qua re duæ extremæ sententiæ sicut à media, ita à veritate recesserunt.

Prima existimavit eo nomine Angelos tantummodo significari: audientes itaque Gen. 6. *Cum vidissent filii Dei filias hominum,* &c. & Septuaginta eo loco dicentes: *Videntes Angeli Dei* (quam lectionē habent Philo, & Aug.) intellexerunt Angelos, sive bonos, sive malos captos impuro mulierum amore progenuisse gigantes. in quem sensum Tertull. Iustin. Cyprian. Clemens Alex.

Genes. 6. LXX. Philo lib. de Gigan. Aug. 15. de civit. c. 23

Tertul. Iustin. Cyprian. Clemens Alex.

Suidas in Seth. Cyril. Alex. lib. 9. aduersus Iulian. Genes. 4. 26 Theodoret, Aquila. Euseb. Emis. Chrysost.

Heb. 1. 5

Chrysost.

Iob. 41. 16

4 Tertia ergo, eaque verissima sententia

Qui filii Dei

Filii Dei pro Angelis

Genes. 6. LXX. Philo lib. de Gigan. Aug. 15. de civit. c. 23

Tertul. Iustin. Cyprian. Clemens Alex.

Suidas in Seth. Cyril. Alex. lib. 9. aduersus Iulian. Genes. 4. 26 Theodoret, Aquila. Euseb. Emis. Chrysost.

Heb. 1. 5

Chrysost.

Iob. 41. 16

4

est, nomen filiorum Dei anceps esse, ut angelis, vel hominibus, aut propter potentiam, aut propter sanctitatem tribuatur. Sic hoc loco Philip. Angelos aut Sanctos homines intelligi vult, estque etiam ad utrosque proclivis. Psalm. 28. *Afferre Domino filii Dei, afferre Domino filios arietum.* Nam Kaldæus angelicos choros invitatos ad divinas laudes exponit. Alii filios potentium, & insignium virorum, filios Abraham, Isaac & Iacob, veræ religionis cultores, piorum posteritatem. O vos, inquam, verè pii, & verè Dei adoratores sacrificiis & oblationibus honorate Deū. Sic Daniel. 3. *Species* (splendore, & maiestate insignis) *quartus similis filio Dei,* id est angelo: exponitur enim vel ab ipso Nabuchodonosore dicente, *Benedictus Deus eorum, qui misit angelum suum, & eruit seruos suos.* & Malach. 2. dicitur, *filia Dei alieni,* mulier alienigena cultrix idolorum, *Contaminavit Iudas sanctificationem Domini, & habuit* (uxorem duxit, & iure conjugii possedit) *filiam Dei alieni.* Rursus filii Dei pro angelis Iob. 3. 8. 7. & pro hominibus sepe in novo testamento. Hinc Paulus ad Eph. scribit. *Ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur.* est enim Deus paterfamilias, ex quo omnis paternitas (id est cognatio & familia) habet appellationem filiorum Dei, in cælis (id est inter angelos, qui sunt filii Dei) & in terra (inter homines justos, quos adoptionis gratia dignatus est Deus: quare illi de meliore parente, aut nobiliori cognatione gloriari non possunt, natura enim superiores sunt hominibus, sed gratia adoptionis, & divinæ consortio naturæ homines minimè inferiores. Quare sapienter D. Thomas docuit. 3. parte quæst. 13. differens de adoptionis gratia, nomen filiorum Dei, non convenire primò & præcipuè angelis. Quamvis peculiari quadam ratione illis potius, quàm hominibus convenire negandum non sit. Primò quia ut idem D. Thomas autor est, illi primò adoptionem filiorum receperunt. Secundo, quoniam in rerū generatorum alacritate, & obedientia, exsequendisque; iussis sunt simillimi filiis. Tertio sunt optimè affecti erga res humanas, atque ea caritate referunt Dei optimi parētis, naturæ & viscerum imaginē, & similitudinem filiorum. Quarto ex etymologia, & proprietate vocabuli,

Filii Dei tam Angeli, quam Sancti homines

Philippus psal. 28. 1.

Kaldæus

Daniel. 3. 21.

Malach. 2. 11.

Ephes. 3. 15. Math. 13. 15. Luc. 24. 22.

D. Thom.

Angeli potius quam homines filii Dei.

sunt verè filii fortium, & potentum; potentia & robore mirabili Deum potentissimum atque fortissimum repræsentant, tanquam filii progenitorem, & creatorem. Quintò (quod etiam pertinet ad proprietatem nominis, & phrasin Hebraicè, filii dicuntur, administri & discipuli, ut filii Prophetarum; quare in illos etiam quadrat nomen filiorum Dei, qui ministrat & assistunt Deo, ex quibus omnibus efficitur, ut qui filii Dei venerunt ut assisterent coram Domino, sancti angeli necessariò fuerint.

Sed duo illa verba, quod angelos attingit, præmenda sunt, *Cum venissent, ut assisterent*: ex primo namque Orig. Athana. & Grego. tanquam fidei dogma tradunt angelos moveri localiter, neque omnibus locis præsentibus esse, sed esse cuique suum locum, & spatium præfinitum, cum illud necessariò requiratur, si ex uno loco in alium veniunt. Eadem ratio cõficitur à patribus ex verbis illis Satanæ *Circuivi terram, & perambulavi eam*. Similiter ratione confirmant hanc Theologicam veritatem Tertullianus in Apologe. cap. 22. Chrysof. super id Heb. 1. *Omnes sunt Administratores Spiritus*. Amb. lib. 1. de Spiritu sancto cap. 10. Nazianzenus oratione. 2. de Theol. rursus Athana. in Epistola ad Serapionem de Spiritu Sancto. Damascenus lib. 2. de fide cap. 3. nam omnis creata substantia sicut mutationis secundum locum capax est, ita loco definita est, solus Deus, qui mutari non potest, quippe immensus, universo spatio, etiam quod fingi, & imaginatione concipi potest, præfens est. Illud tantum in Grego. observa, cum ait angelos esse loco circumscriptos, non tribuere illis continentiam in loco instar corporum, sed definitionem in loco; qua etiam dicendi ratione & circumscribendi vocabulo usi sunt tum alii patres, tum decima generalis Synodus.

In secundo verbo cum de angelis dicitur, multiplex assistendi, aut standi coram Deo ratio, & modus considerari potest. Primus strictè & angustè eos solum angelos comprehendit, qui non exeunt ad ministeria, neque ad externa munera peragèda mittuntur. Ideòque Deo assistere dicuntur, quia in Deo immediatè multorum mysteriorum, rerumque agèdarum rationes vident, de quibus alios

inferiores illuminat, qui exequenturi sunt ejusmodi ministeria. Quare alii dicuntur Assistentes, Seraphim, Cherubim, Throni, Dominationes; alii Ministrantes, videlicet reliqui ordines; de qua distinctione vide Dionys. cap. 9. & cap. 13. de cœlesti hierar. Gregor. 17. moral. cap. 9. D. Thom. cù Theologis l. p. q. 112. ar. 3. Hic assistendi modus nõ quadrat presenti

Secundus importat habitum inferioris ad superiorem, nam sicut sedere Regum, principum & supremorum judicium est, cum scriptum sit; *Sedebit Dominus Rex in aeternum*. Et, *Dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus, & regnabit, &c.* Ita etiam assistere, vel stare, tum etiam coram aliquo confurgere, est honorem & reverentiam exhibentis. Isa. 49. *Reges videbunt & confurgent Principes, & adorabunt propter Dominum Deum tuum, qui elegit te*. Sic igitur assistunt coram Deo, quem honorificant angelorum chori, horum enim proprium munus est laudare Deum, dicente Deo ipso: *Cum me laudarent astra matutina, & jubilarent omnes filii Dei*. & propterea videntur dici filii Dei, & angeli Dei, quod divinis laudibus celebrandis addicti sint, juxta id: *Benedicite angeli Domini Domino*. Ideo in majestate, & gloria appariturus Dominus angelorum comitatum præferet; *Filius hominis venturus est in gloria sua cum angelis suis*: Quare cum vidit Isaias, *Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum, vidit stantes Seraphim*, & millia millium Seraphinorum, qui stantes honorem & reverentiam exhibebant, verbis etiã illis; *Sanctus, sanctus, sanctus*. contestantes dignissimè esse, quem creaturarum universitas coleret, & cujus nomen religiosissimè sanctificaret. Verum neque hic modus requiritur ab hoc loco; nam non dicerentur angeli venisse, ut laudando assisterent Deo, quem semper laudant; sicut neque qui sequitur eadem ratione.

Tertius est ministrantis. Proverb. 22. *Vidisti virum velocem in opere suo, coram Regibus stabit* (Regibus ministrare dignus) *neque erit ante ignobles*. 3. Reg. 10. *Beati servi tui hi, qui stant coram te*. hac etiam ratione assistunt Deo administratorii Spiritus, & apud Danielem *millia millium*, qui ministrant, iidem assistunt, nisi fortè eo loco discrimen fiat ministrantium, ab iis quos peculiari ratione assistentes superius nominavimus.

Dionys. Gregor. D. Thom.

Assistere inferioris est.

Psal. 28. 10 Luc. 1. 33

Assistere, stare, & confurgere in sacris Isai. 49. 7

Iob. 38. 7

Dan. 3. 58

Isai. 6. 1.

Assistere pro ministrare. Proverb. 22. 29.

3. Reg. 10. 8.

5 Origen. Athanas. Gregor. Angelos definiti loco.

7 Tertul.

Chrysof. Ambros. Nazian. Athanas. Damascen.

Deus præfens spatio imaginario. Greg. Circumscribi Angelos quomodo accipiendum.

Angelos assistere quomodo.

Quartus ministrantis etiam est; sed id peculiare importat, quod velut miles paratus sit, & in procinctu ad Ducis nutum, & imperium; nam stare militis est, sive dimicaturi cum hoste, sive alium ab hoste defensuri, qui suæ tutelæ, & fidei commissus sit: Sic apud Iob. *Cum sederem quasi Rex circumstante exercitu*, Sic angelus evangelinato gladio dicitur stetit contra Baalam, & princeps ille exercitus Domini, quem Iosue vidit; *Stantem contra se, evaginatum tenentem gladium*. & apud Dan. *Consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filiis populi*. Angeli, itaque veluti parati & procincti milites assistunt coram Deo, cum dicantur militare Deo, id est astare illi tanquam Duci milites imperata executuri; Zacha. 9. 8. *Circundabo domum meam ex his qui militant mihi euntes & revertentes*: Sed neque hæc standi ratio consistit in hoc loco.

Quintus habitus est orantis Iere. 18. *Recordare quod steterim in conspectu tuo, ut loquerer pro eis bonum*. Sic dicitur angelus stare ante Altare. Apoc. 8. quod idem est, quod assistere coram Domino. & cum Raphael dixisset Tobia: *Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, ego obtuli orationem tuam Domino*. subjungit; *Ego sum Raphael unus de septem, qui astamus ante Dominum*. Atq; hic astandi modus posset cõvenire in præsentem locum; non enim incommodè dicitur, aut intelligetur venisse angelos, ut astarent coram domino oraturi, & pia opera, sacrificiaq; & preces Iobi oblaturi coram Deo.

Sextus ad iudicii & subselliorum formam, ordinemque refertur sedente iudice, & stantibus iis, qui vel rationem requisiti reddunt, vel sententiam expectant; sicut Exod. 18. *Sedit Moyses, ut iudicaret populum, qui assistebat Moysi à mane usque ad vespeream*. Quid autem sit assistere iudici explicuit deinde Moyses; *Venit ad me populus querens sententiam Dei*. Ideo de impiis qui propter scelerum conscientiam non audebunt prodire ante tribunal, dicitur; *Non resurgent (non stabunt) impii in iudicio*. Sic etiam cum apud Danielem dicitur, *Millia millium assistebat, & ministrabant*; subjungitur, *Iudicium* (iudex cum iudicii forma) *sedit & libri aperti sunt*. Hoc etiã cadit in re præsentè; nã ut ex Kaldæo diximus hic concilii dies, fuit dies iudicii magni, in quo sedente iudice angeli assistunt, patro

ni hominum, causas acturi & pia hominis opera à nequissimi dæmonis calumniis, & criminationibus defensuri: Adstat Satan reos agēs homines; expectant utriq; sententiam; boni ergo angeli apparitores assistant iudici; & dæmō tortor & carnifex.

Septimus tandem est peculiaris Deo assistendi modus, cum Angelus cum Deo loquitur, & nova quadã ratione illi præfens efficitur, petens illuminari, aut certior de divina voluntate fieri super re aliqua agèda. Quã de re sapienter Divus Thomas scribit. l. 1. part. in hæc verba: *Locutione, qua angeli loquuntur Deo laudantes ipsum, & admirantes, semper angeli Deo loquuntur, sed locutione, qua eius sapientiam consulunt super agendis, tunc ei loquuntur, quando aliquid novum per eos agendum occurrit super quo desiderant illuminari*. Hæc ergo de assistentia angelorum dicta sint. De illa verò particula, *coram*, hoc unum; non esse in hoc loco eam, quæ alibi occurrit in Sacro sermone, sed quæ singulariter versa sit ab interprete Latino, *coram*, cum sæpe eandem verterit, *super*, aut *supra*, interdum etiã, *juxta*, *prope*, est enim in fonte *Ghal*, à *Ghalab*, quo est ascendere; quasi dicas super aut juxta Dominum. Sed sensus idem de voce verò *Dominum* aliqua statim.

Affuit inter eos. Illud observant Albertus, & D. Thomas, sanctos angelos venisse; Satan verò nõ venisse, sed assuifse, quasi coactum coram iudice. Sed certè alii patres potiùs hinc colligunt dæmonis impudentiam, & calumniandi desiderium, nullamque prætermitti ab illo adversandi occasionem, & sanctorum hominum merita vel extenuandi, vel falsis criminationibus, & mendaciis obscurandi. Nec verò in illo verbo *veniendi* vllum discrimen solidè asseri potest, nam in Septuaginta; *Venerunt angeli, ut starent coram Domino, & diabolus venit cum eis*. Aquil. Chryso. Complut. *In medio eorum*. & hoc sumptum est ex fonte; quæ locutio æqualitatem quandam afferre solet, ut Prov. 1. *Sortem tuam mitte nobiscum*. Heb. *Sortem tuam projice in medio nostrum*. Et Deut. 18. *Prophetam suscitabit eis de medio fratrum suorum similem tui*. idè rectè explicatur à Latino *inter eos*, videlicet, Spiritus se se interferuit angelis aliis similis naturæ, conatus si quomodo posset delitescere inter angelos lucis, ementito splendore. Sed quã tandem ratione adesse præfens potuit dæmon

Assistere Angelos, cum ad Deum loquuntur.

D. Tho. 1. p. q. 107. a. 3. ad 2.

49 50

6 Albertus D. Thomas.

Verbum veniendi

LXX

In medio esse quid Prove. 1. 14

Deut. 18. 15.

dæmon, aut quæ communicatio lucis ad tenebras. Respondet Grego. Satanam præsentem adfuisse Deo, sicut cæcum solis luci; non enim affuit ut contempleretur Deum, aut splendorem sanctorum Angelorum, sed ut potius videretur ab illis; atque in eandem sententiam ferè Nazianzenus.

Satan. Ingens solatium, quod cum unus Satan ad fuerit, plures tamen hominis patroni numerentur; ut verissimè à nobis dici possit. Plures nobiscum sunt, quam cum illis. Rursus ingens timor, dum in terris agimus; nam etiam irrepit in angelorum cœtum Satanas, quippe In circuitu impi ambulat; id est quocumque te vertas, in medio iniquitatis, & improborum versari videaris; abundat tandem iniquitas.

Sed quis tamèn nomine Satan intelligi oportet? Steuchus verosimile putat esse diuinam Nemesis, aut iustitiam, quæ omnia lustrat & circumspicit, & circuit uniuersam terram, quæ q; vult nos Dei amatores, perfectos, & in aduersis constâtes; & ad eam Nemesis & diuinæ Iustitiæ personam accommodare nititur omnes interrogationes, & responiones, quæ scribuntur in hoc Dei cum Satana colloquio. Hebræi alii commenti sunt hunc Satanâ fuisse unum aliquem hominem, Iobi inimicissimum, qui dignus fuerit & Satanae, & diaboli nomine. Cæterum verissima, dicam etiam, catholica omnium patrum interpretatio dæmonem spiritum nequâ intelligit. Septuaginta Diabolum dicunt. Prosper non quempiam unum ex Angelis apostatis, sed supremum censet: appellat enim illum totius militiæ principem, qui poposcit Iobum fortissimum ad certamen. Neque mirum, ut cum Iob figurâ personamque gesserit Christi domini, uterque utriusque tentator fuerit. Quam sententiam ex Hebræis affert Hierony, Habac. 3.

Sed quid Satana nomen significet, petendum est ex radice Hebræa: dicitur enim a verbo, Satan, quod esse idem, quod declinare, aut diuertere, docet Oleaster, ad id Genes. 26. Appellavit eum (puteum) inimicitias. sed eiusmodi significatio non placet Hæbraicè peritis, potiusque pertinet ad verbû (Satha), quod est diuertere, aut declinare, quàm ad Satan. quàmvis Iri neus lib. 5, aduersus hærefes cap. 21. ait Satana, verbum, Hebraicè apostatam sig-

nificare, idemque docet Iustinus in dialogo, his verbis. Satan, Iudeorum, Syrorumque lingua disertorem significat. quod deinde Iustinus addit, minus congruit, Hæc (inquit vox) (Nas) quod interpretatur serpens Hebræis, idem quod Satan valet: ita ex utroque unum vocabulum componitur Satanas. cum certum sit Satanas ad terminationem, & inflexionem Græcam, aut Latinam pertinere; Satan verò ad Hebraicam; quo etiam inclinabiliter utitur Tertulli. lib. 3. aduersus Marci. cap. 20. Illud ergo verius apud cæteros significat, odio habere, inimicè esse, aduersari, detrahere alicui malitiosè, propter odium, & inimicitiam. Ego ut unico verbo plura complectar, existimo hoc significare, obistere alicui hostili animo; atque in hac significatione, quæ propria, & germana est, cæteras omnes contineri. Sic enim illa aduersandi tamquam germana à Hieronymo agnoscitur eaque apud Latinos non alia est, quàm repugnandi, & obistendi. Hæc enim apud Cice. synonyma sunt, aduersus & repugnans. Tum Basil. homi. quod Deus nō est autor malorum; Satanas (inquit) quod bono aduersetur appellatur. id enim significat vox Hebræorum. idem Cyril. Hierosoli. cathec. 2. Res exēplis confirmabitur Zach. 3. Satan stabat à dextris eius, ut aduersaretur ei. alluditur enim verbo aduersandi, ad nomen Satan. vel potius per conjugata, cum ex eadem radice sint, vis & proprietates vocabuli exprimitur. quasi diceret, aduersarius, ut aduersaretur, ut conati Iesu sacerdoti magno religionis instaurationem, & meliorē statum, obisteret, mente inimica; & hostili animo oppugnaret diuinarum rerū, augmentum, & curam. Matth. 16. Petro dissuadenti mortem, & passionem acerbissimam dictum est a Christo Iesu, Vade post me Satana, scandalam es mihi. ne mihi impedimentum, obstaculum ve fueris; ne obistat velut meæ crucis inimicus; sed potius amicum & socium te mihi passuro præbe. Genes. 26. cum exhauriendi ex puteis pastores Geraræ obisterent, & hostili animo repugnarent pastoribus Isaac, rixati sunt, appellavitque eum (puteum) inimicitias: quasi dicas, resistantiam & oppugnationem inimicam. 3. Reg. 5. Non est Satan, neque occursum, malus; nemo est qui rebellet, qui repugnet, qui obistat. Nō malè hoc loco vertit Tygurina, ut non sit qui se mihi opponat, aut malum obijciat: videlicet

Iustinus contra Tryphon

Tertul.

Vera significatio verbi Satan, multis exemplis eō firmata

Cicero. Basilus.

Cyrillus Hierosolimitan. Zacha. 3. 1.

Matthe. 26. 25

Genes. 26. 20.

3. Reg. 5. 4

Tygurina.

Salomoni se sponte subiciebant vicini omnes amicè & benevolè. Num. 22. Ego veni, ut * aduersarer tibi, quia perversa est via tua, mihi que contraria (deinde explicatur idem esse aduersari, quod hostiliter resistere) Nisi a fine recessisset de via dans locum resistenti, te occidissem. 2. Reg. 19. filiis Sarvia repugnantibus, & aduersantibus voluntati, & animo Davidis mitissimo erga Semei, ait; Quid mihi, & vobis filii Sarvia? cur effcimini mihi hodie in Satan? Tu etiâ Matthei. 12. opportunè videtur Christus Dominus usus vocabulo Satanae, cum ait: Si Satanas Satanam ejicit, aduersus se divisus est; quo modo ergo Regnum ejus stabit? id est, si Satanas sibi ipsi aduersatur, & repugnat suismet conatibus, & seipsum oppugnat, uti fieri solet, cum regnum in se ipsum divisum est. Tandem. 1. Efd. 4. Factum est, ut populus terræ impediret manus populi Iudæ, & turbaret eos in edificando. deinde subicitur; In Regno autem Assueri in principio Regni ejus scripserunt * accusationem aduersus habitatores Iudæ, & Ierusalem. Hebraic. * (Sithah) id est aduersationem animo inimico, & calumniatorio. Quare quod hoc loco dicitur, impedire manus populi, idem est quod aduersatio, aut aduersari. Rursus hoc illud est, Satan stare à dextris (yr a la mano) & optimarum rerum conatibus obistere. Hinc primò observandum, cū dæmon appellatur aduersarius, certè alludi ad nomen Satanae. 1. Pet. 5. & 1. ad Thim. 5. Secundò Satanam verti à Septuaginta, Diabolum, hoc loco, Zach. 3. Psalm. 99. & duo hæc nomina sibi respondere mutuo indicatur Apocalyp. 12. Projectus est Draco ille magnus Serpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Satanas. Diaboli autem nomē licet Isidorus voluerit Hebræum esse, certè constat esse Græcum à (diaballin) quasi dicas criminatorem, mēdacem, calumniatorem; sic enim nominis explicatio, & ratio redditur eo ipso loco Ap. 5. 10. Projectus est accusator fratrum suorum, qui accusat illos ante conspectum Dei nostri die, ac nocte, forte ut crescat, quod hic dicitur, Quadam die, imò etiam, die ac nocte. Tertullia. lib. 2. aduersus Marcio. cap. 10. Delatorem, quod idem est, explicat. & lib. 5. cap. 18. Sed qua ratione Satanas, & Diabolus ad eandem significationem revocari possint explicandum est, cum certè omnino diversæ significationis videantur, aduersarius, & calumniator, aut cri-

Num. 22. 32. * Para impeditur el passo

2. Reg. 29. 22

Matth. 12. 26

1. Efd. 4. 4.

* Dieron aucto delaresistēcia, que les autian he cho, y del embargo dela obra

Zach. 3. 1.

LXX Quid nomen Diabolus Apoc. 12. 9

Matthe. 26. 25

Tertul.

minator. Sciendum est ergo, Adversariū, ex proprietate Latini sermonis non solum esse eum, qui quoquo modo alteri aduersetur, aut repugnet; sed etiam qui in iudicio aduersus nos contendit, qui nobis litem intendit, & nostræ causæ contradicit; quæ nominis proprietates ex illo constare potest Matth. 5. Esto consentiens aduersario tuo citò, dum es in via cum eo, ne forte tradat te aduersarius iudici, &c. Et Lucæ. 12. 58. Eadem autè est vis, & significatio calumniatoris, diaboli, & malitiosi criminatoris; quare illud, quod est aduersari, Septuaginta dixerunt, detrahere alicui; quasi apud iudicem. Psalm. 108. Pro eo, ut me diligerent, detrahebant mihi. Hierony. aduersabantur mihi. Et iterū: Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum. Hierony. qui aduersantur mihi à Domino; id est, qui calumniis, & mendaciis in iudicio prolatis meam innocentiam obscurare conantur. ea propter Iudas opportunè dicitur diabolus. Ioa. 6. Qui & piis operibus repugnabat, & aduersabatur, & calumniabatur atque accusabat Christi Domini facta, & aliorum Apostolorū, tum etiam Diaboli, & Phariseorum Christum calumniantium, ministrum se præbuit, ut deferret Iesum apud Iudicē iniquum. Ergo cum non tam viribus ad nocendū, quàm malitia, & mendacio, ac fraude valeat Dæmon, non tam nobis aduersatur viribus, quàm calumniis & criminationibus falsis: atque in eo peculiariter mendaciū, & falsæ criminationis verus autor & pater esse cognoscitur, quod cum nobis ad peccatum autor sit, deinde peccati, ad quod nos incitavit, reos agit; veri quidem peccati, falsus tamen criminatō, & malitiosus accusator. in quem illud quadrat, quod in Ioaab suadentem cuidā necem Absalon, sapienter ab illo responsū est; Nequaquam mitterem manum meam in scilium Regis; sed etsi fecissem contra animā meam audacter, nequaquam hoc regem latere potuisset; & tu stares ex aduerso. Basil. hom. quod Deus non est autor malorum. sic ait: Diabolus dicitur quoniam idem & in peccato nobis cooperatur, & accusator noster est. Ab hac igitur aduersandi, & calumniandi libidine Satanae, & Diaboli nomen habet. Quamvis etiam aduersandi officium habeat sanctis angelis, qui nostras res procurant, & nobis ipsis, ne consequamur quod ille amisit: tum etiam calumniatus

Matth. 5. 26

Significatio Diaboli proxima Satanae.

LXX Psal. 108. 4

Ioa. 6. 70

Dæmon non tam viribus, quàm calliditate & malitia nobis aduersatur.

2. Reg. 12. 12. 13

Tertul.
Iustin.
Chrysof.

fuerit Deum apud primos parentes, ut explicant Tertul. lib. 2. contra Marci. Iusti. ad gent. Chrysof. hom. 2. in. 2. ad Corinth.

Exhis videas iam apposite omnia in rem presentem convenire: nam ubi angeli conveniunt acturi de rebus hominum procurandis, & promovendis, ille adest continuo pro suo Satanæ munere, ut adversetur & obsistat, cum subsellia, & iudicium aperiuntur, & parantur, adest criminator, & adversarius pro suo Diaboli officio; cum laudatur Iob, calumniatur ille malitiosissimè, & detrahit apud iudicem. Sed jam hæc quæ nã ratione perfecta fuerint, tandem discutiendum est.

An hujus Angelorum concilii acta ita vt scribuntur, vel potius per metaphoram accipienda sint?

- 9. Prima sententia, hæc nõ accidisse ut narratur, sed dici propter significationem.
- 10. 2. Sent. Concilii hoc imaginaria visione representatum.
- 11. Tertia sent. verior, rem ita corrigisse ut narratur
- 12. Angelos, præsertim Iobi & filiorum custodes in locum certum conyenisse, & quorsum?
- 13. Angelus nã, an Deus ipse concilio huic præfuerit?

Prima sententia.

In re nõ omnino facili, triplex est sententia. Prima negat hæc secundum historiam debere intelligi; affirmat tantum quasi fictione quadam poetica, aut figurata descriptione rem nobis proponi; non tamè falsò aut inutiliter, sed ut utilia multa, atque verissima nobis significarentur: nam certa illa, & stata dies, qua dicitur convocatum hoc concilium, significat certum & constitutum a Deo tempus, quo cuncta hæc funesta, & calamitosa Iobo acciderunt. Non aliter licet dicere Dei sit æternum, tamè dicitur dixisse primo, aut secundo die, *Fiat lux*, aut quidvis aliud quòd res eo die, vel tempore creata extiterit. Deinde convenire sanctos Angelos manifestat illorum in Deo laudando alacritatem, & curam administrandi, & pia hominum opera Deo sistendi: illos Deo assistere est, aut Dei visione frui, aut para-

Genes. 1. 3.

tos esse Dei imperata exequi; aut nihil Deum latere posse, cum nuda sint omnia, & aperta oculis eius. Adest etiam inter illos Satan, indicat hunc etiam subesse diuinis oculis, & iussibus; aut etiam similis esse naturæ aliis Angelis, propterea que quasi inter illos delitescere. Non interrogari sanctos Angelos unde veniat, est illorum, atque in universum filiorum Dei opera probari Deo. Satã verò interrogari, inde nasci, quòd illius, atque impiorum conatus, & actiones quasi Deo ignoratæ sint, idest minimè illi probatæ. Dæmonem deambulare, & circuire universam terram, declarat vagum esse, & inquietum spiritum, celerem in conficiendo, & peragendo, nocendi cupidum, possidendi, dominandi; iactabundum, superbum, mendacem, quærentem, quem devoret, & omnia tentat, atque explorat, ut nocere possit. Iobi virtutes recenseri à Deo, exprimit Iobi pietatem & sanctitatem bene Deo perspectã, atque probatam. Satanæ calumnia prodit officium Diaboli, criminatoris, invidi, malitiosi. Collocutiones denique cæteræ ostendunt dæmonem nocere minimè posse, nisi permitta sibi a Deo facultate; atque ea, non quam vellet dæmon, sed quam Dei bonitas & providentia præfinit, atque præscribit. Hanc interpretandi rationem videntur sequi Origenes, Grego. Salvianus lib. 1. Anticim. Philip. præbiter. D. Tho. & alii recentiores. Cajeta. Carthusianus. Isidorus Clarius, Titelm. censent nãque hic subesse profopopeiã quãdam, fictã que personarum inductionem, quæ potius esset dicenda mimesis, per quam verarum personarum verba & dicta, interdum etiã gestus per imitationem effinguntur, & representantur.

Alii secundò existimarunt hanc esse visionem quandã hujus libri scriptori ostensam imaginariò, qua illi significarentur ea omnia, quæ in prima interpretatione exposuimus. rem itaque, quæ hoc loco narratur, non ita esse perfectam, sed ita esse visam & representatam, ut scribitur. Quæ exponendi ratio confirmari ex simili potest. 3. Reg. 22. vidisse namq; Michæas testatur Dei & Angelorum concilium, in quo omnis exercitus cœli assistebat Deo. adfuit quoque spiritus nequam & mendax paratissimisque ad decipiendum; ultro, citroque habitum esse inter-

Origen.
Gregor.
Salvianus.
Philip.
D. Thom.
Cajetanus
Carthusian.
Isid. Clar.
Titelm.
Mimesis.

IO
Secunda sententia concilii hoc imaginariò representatum esse

3. Reg. 22

Deum

Polychron.
Zachar. 3. 1.

Vatablus
Hug.
E. s. b.

Astunica

II

Deum & dæmonem colloquium, permittente Deo facultatem decipiendi Regè Achab. Hanc exponendi rationem indicavit Polychron. & in exemplum adducit illam alteram visionem Zachariæ. 3. *Ostendit mihi Dominus, Iesum Sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini, & Satan stabat à dextris ejus, ut adversaretur ei.* Idem videtur placuisse Vatablo, verosimile putat Hugo. latè persequitur Euseb. cœsens quòd Moyse, aut tres Iobi amici, qui hunc librum scripserint, cum quibus etiã locutus est Deus, rem hanc per visum in ternum exceperint. Nisi forte ipsi Iobo restituto in pristinum statum suæ tragediæ initium, & quasi primus actus phantasiæ spectandum datus est; qui post perfectam universam tragediam tragicus effectus non potuit, sed multò lætissimus; atque jocundissimus. Et verò nihil huic expositioni obest, quòd nullum hinc verbum exprimatur, quod visionem aut ostensionem imaginariam indicet; nam cum hæc nõ per modum prophetiæ, sed per modum historiæ narrentur, ut ipsi verisimiliter Iobi historiæ responderent, historica & simplici narratione dici, & scribi debuerunt. Quædam alia objicit Astunica contra expositionem hanc, sed nihil adversus illam efficit.

Tertiò potest simplici intellectu accipi res ita gesta, atq; perfecta ut scribitur; non quidè corporea ratione, sed ea, quæ verisimiliter inter Spiritus potest intercedere, ut in certum quẽdam locum angelicè convenirent cui se præsentem exhiberent; ad fuerit Satã per suam substantiã, habitæ fuerint inter illos spirituales collocutiones, & manifestationes suarum cogitationum; unus aliquis ex superioribus Angelis Dei loco & nomine toti cœtui præfuerit; Dæmoni innotuerit peculiaris aliqua Dei voluntas, aut permissio; sicut & sanctis Angelis; qua in re tractando minus Physicè minusque Theologicè quidam hoc loco scripserunt. Ego verò ab hac exponendi ratione non discedam, tum quòd videam nihil incommodi ex illa sequi; ubi verò nihil absurdum in ipso primo, & Grammatico sensu inest, non oportere ad figuram, aut Metaphoram divertere, sed ut dicitur, & ut verba sonant, rem intelligere, verissima est Sacræ Scripturæ regula. tum etiã quòd gravissimis patribus nõ displicue-

Scripturæ regula

rit. Nam Athanas. in quæstionibus in facram Scripturam, ad Antioch. q. 8. clarè hæc de re loquitur, sic ille quærit; *Cum ex cælo Diabolus prolapsus sit; quo modo scriptum est in lib. Iob, quòd ingressi sunt Angeli Dei; ut starent in cõspectu Dei, & in mediõ eorum Diabolus?* Responsio: *Non dicit Scriptura, quòd in cœlis Diabolus venerit in mediõ angelorum. manifestum igitur est, quòd in terra.* Etenim ubique sunt Angeli, astant Deo. Verum sciendum est, quòd per sanctum aliquem angelum Diabolo est Deus locutus. *Quemadmodum etiam Reges per hominem aliquem intermedium suum alloquantur adversarium.* Ecce, ut certum re ipsa locum conventui angelorum, atque veram & realè colloquutionem per intermedium angelum Satanæ cum Deo sine ulla figura aut metaphora doceat Athanasius. Eandem rem indicavit August. in annotation. in Iob: rogans enim quare Satan cum angelis dicatur venisse: *Numquid (respondet) quia nisi per illos audire non potuit? realè colloquutionem & adventum præsentiamque dæmonis planè concedit.* Nazian. ex eadem dæmonis præsentia impudentiam illius considerat, quòd nisi re ipsa evenisset, inanis videretur consideratio. *O impudentiam (inquit) ejus, qui tanta audeat; jam inde à principio in paradysum ille contra signum irrepperat, nunc quoque inter angelos medius consistit, ut Iobum ad supplicium deposcat.* Simili sententia idem videtur sensisse Lactan. lib. 1. cap. 10. Dum de Satana in idolo Appollinis responsa dante, & se non dæmonem, sed angelum dicente scribit; *De sa ille mentitus est, qui cum sit è numero demonum, angelis se Dei aggreavit.* Olymp. rem totam confirmat *Angelos (inquit) cum Diabolo disceptando sermocinari; ex iis que apud Zachariam leguntur perspicuum fieri potest; sic enim Angelus Diabolo; imperet tibi; &c. Tum ex epistolis Catholicis, cum Michael contenderet de Moyse corpore cum Diabolo; &c. Itaque existimare possumus angelum quempiam divina mandata exhausturum, cum Diabolo collocutum esse: neque enim suo sermone dignatur Deus Diabolum.* Ex aliis interpretibus Lyranus in hanc sententiã nõ invitus trahi poterit; Hugo verò cardinalis lubens ipse descendit; Ioannes verò Ferus non longè recedit.

Sed quorsum, inquis, hic angelorum conventus, ut verba sonant intelligi debeat, cum etiam realis ipsa, & vera angelorum locutio, quæ non est astricta cor-

Athanas.

Augusti.

Nazianze.

Lactan.

Olympiod.

Lyranus
Hugo. Card.
Ioan. Fer.

I2
Objectio.

poreo

Responfo.

Angeli custo- des Iobi, & filiorum cove- nientes in cõ- silii locum.

13

Athanas. Olympiod. An toti concilio quispiam angelorũ præ fuerit.

Genes. 12. 13 15. 18

Dionys. Origen. C. prianus Nazian. Athanas. Ambros. D. Thom. Indic. 17.

poreo loco, potuerit inter Angelos intercesisse, ubicumque extiterint, etiam locis valde disitis, dummodo suæ mentis conceptus alter ad alterum direxerit, volueritque alteri innotescere? Respondeo; Cum dæmon Iobi adversarius, & tator circa ipsum Iobum versaretur, ad essetque præsens nõ solum in terra Hus, sed etiam à dextris ipsius Iobi, ut illi adversaretur; cumque etiã Angelus custos in eodem esset loco, res ipsa postulare videbatur, ut & Angeli, qui novam illuminationem petebant super Iobi salute & rebus, aut procurandis, aut promovendis simul etiam cum aliis custodibus filiorum Iobi, tum etiam Satanas petens facultatem nocendi & perdendi, ibi locorum venerint, ubi res ipsa, & Iob atq; filii versabantur. Tum etiam in Angelorum custodum auxilium ad dæmonis audaciam comprimendam, & illius calumniis & criminationibus repugnandum alii Angeli in eundem locum accurrerint. Quare potius hunc localem conventum & concilium res ipsa peragenda petebat, quam ultra necessitas propinquioris loci ad colloquendum.

Rursus quod Athana. & Olympiod. dixerunt, aliquem ex superioribus Angelis colloquutũ esse cum Satana, non Deum; quodq; nos indicavimus eum angelum fuisse, qui toti concilio præfuerit, vocari potest in dubium, ex eo quod cum astitisset dicuntur coram Domino, subest in Hebreo nomen, *Iehoua*, quod non nisi Deo vero tribuitur, & nunquam eo nomine angelum appellatum invenimus, cum tamen nõ raro, *Elohim*, appellantur: Respondet: Angelum quidem in propria persona nunquam appellari, *Iehoua*, quamvis *Elohim*, aut Dominus aliquando ipse dicatur: at verò qua ratione Deum repræsentat, & illius personam vicemque gerit nõ semel dicitur, *Iehoua*; videlicet cum dicitur *Iehoua* apparuisse, vel locutus ut Genes. 12. 13. 15, 28. ubi tres viri vel angeli vocantur nomine *Iehoua*; & in uniuersum non Deum sed angelum apparuisse, aut locutum hominibus quotiescunque dicitur Deus apparuisse, docuerunt Dionys., Origen. Cypria. Naz. Athana. Ambr. quos refert August. epistola. 111. eadẽq; est D. Tho. & Scholasticorum sententia, Ad id nomẽ *Iehoua* idolo tribui Iudic. 17. quod existimaretur ab ethnicis verò Deo

2. VII. Cui dixit Dominus. Unde venis? Qui respondens ait, Circuivi terrã & perambulavi eam.

- 1. Dicere, pro interrogare, aut respondere. Verbum futuri temporis cum interrogacione. Deum interrogare, aut dubitare quid?
- 2. Respondere Deo angeli, aut Deum angelo quomodo.
- 3. Circuire, celeritatẽ, malitiam, sanctitiam asfert. illustratus locus. 1. Petri. 5. 8.
- 4. Perambulare, pedem ponere, circuire, venire, ad possessionem, & administrationem publici muneris refertur. Dæmonis impudentia, Christi Iesu versus dominatus.

Cui dixit. Verbũ dicendi cõmune est in terrgãdo & respondendo; itaq; Dominus (Iehova) qui Dei loco præsedebat, & ceteris quasi jus dicebat, sedens in cathedra Dei, dixit, rogavit Satanam, unde venis? in Hebreo per futurũ effertur, hæc interrogatio, unde venies? quo etiam modo legunt Regia, & Hebræus apud Caie ta. habebitque admittam in crepationem quandam perverfæ consuetudinis, & pravaram excursionum: qua etiã ratione vago, & inquieto filio indignabundus pater redeunti domum dicere apud nostrates solet. De adonde vendras tu aora? Nam in interrogatio de re iam facta, & præterita per verbũ futuri temporis designare potest consuetudinem nunquam mittendam. Simile quid observavimus superius. verf. 4.

Alii ex proprietate linguæ Hebrææ existimant, futurum illum cum interrogacione idem valere, quod præteritum quasi dicat, unde venisti? neque deest illis exemplum ex Genes. 31. Sed bene vertisse Latinum interpretẽ ipsa lenitas interrogandi per verbum temporis præsentis abunde probat. Potestque quasi ex gestu habere suspensionem, aut significationem sceleris alicujus perpetrati; ut nõ tam dubitando interrogatio fiat, quam asserendo; quasi dicat, * Venis utique ab homicidiis, adulteriis, furtis, & omnis generis sceleribus procurandis, ut Origenes hoc loco notavit. Quod autem per interrogacionem, & speciem quãdam dubitationis, aut ignoracionis ostendat se Deus reprobare, id quod sibi esse ignotum significat, eleganter explicat Origen. & D. Grego. & variis exemplis illustrant. Illud in præsentis satis fuerit ex Hoseæ. 8. ipsi

Regia, & Hebræus

Origen. * Hispanus familiariter locutione diceret De adõde venes tu ago: a q yo se guro qd exeshecho algun bucre caulo

regnauerunt

* Alomenos no por mi ni por mi quenta. * que nõ tengo en ello arte ni parte. LXX Quid dicatur Deus ignorare.

2

D. I. P. 7. 13. a. 3.

Gregorius.

3

Angelorũ in movendo celeritas.

Greg. Palud. Mar. Gab. 2.

Tertul. in apolog. c. 22.

D. I. P. lib. 1 different. c. 12. Dæmon quicquid impatiens.

Genes. 4. 12. Luc. 11. 24.

regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt & non cognovi. Septuaginta; Principes extiterunt, & non indicaverunt mihi. cum enim de peccatis neque consilium à Deo petatur, neque auxilium, neque pravam cupiditatem homo fusis ad illum precibus Deo manifestet, dicitur Deus ignorare, quod ex nullo hominis officio cognoscit.

Qui respondens ait. Subtiliter docuit Divus Thom. 1. p. nõ eodem modo Deum loqui angelo, atque angelum Deo: nam Deus loquens ordinatur ad angelum sicut agens illuminans, & revelans; angelus verò loquens ad Deum, velut passum, admirans, consultans, cognoscens, & accipiens ex Deo aliquid. vide Gregorium copiose hac de re differentem, atque distinguẽtẽ quatuor modos, quibus Deus Diabolo loquitur; tres verò alios, quibus Deo Diabolus

Circuivi terram. In fonte, à circumeundo in terra. sed vim latentem in Hebraismo expressit Vulgatus, cum terram circundari dixit. Quod ad naturam Satanæ pertinet, mira illius & aliorum spirituum celeritas indicatur; quam esse tantam, ut nulla mora, nullo tempore moveri loco, & circuire etiam universam terrã Theologi quidam existimaverint. Sed illud tamen verè asseritur, infinitam videri illorum celeritatẽ, quippe si velint quodcumque iter, spatium vel loci tempore quantumcumque brevissimo cõficiant. Tertullia. in apolog. ex eo quod aves in Scriptura nominentur Dæmones, id colligit. Omnis (inquit) Spiritus ales est. hoc angeli, & Dæmones; igitur momento ubique sunt; totus orbis illis locus unus est; quid ubique geratur tam facile sciunt, quam enunciant, velocitas, divinitas creditur, quia substantia ignoratur. Quod verò attinet ad ingenium & mores pravitatẽq; naturæ, cum in malo fixi & obstinati hæreant, sunt tamen ad malum procurandum & res humanas perturbandas, instabiles, inquieti, vagi. Ab his notis illos describit Isidor. Dæmones sunt impii spiritus. subriles, & vagi, commovent sensus, fingunt effectus, vitam turbant, somnos inquietant; morbos inferunt, mentes terrent, invocati adsunt, mutantur in diversas figuras, &c. Quippe vagi, & profugi in terra, sicut Cain, postquam à facie Dei eiectus est, Ambulabunt per loca arida & inaquosa, quærentes requiem, & non invientes. Et quod

quietis sit impatiens, circueundi, & itinerum amator, illa nomina indicant, Coluber in via, Cerastes in semita. Sed verbum circumeundi asfert præterea malitiam, & nocendi cupiditatem; Kaldæus, à perscrutando. Et rectè; nam subest in Hebræo. (Sut) quod est perlustrare, attentè discurrere, & circumspicere. Quod bene posset illis verbis exprimi quibus Evulio Plautinus odiosam vetulam insectatur; Circumspectatrix cum oculis emissis. Idem verbum est. 2. Regu. 24. Lustrata uniuersa terra. Et. 2. Reg. 16. Oculi Domini contemplantur uniuersam terram. Zach. 4. Oculi Domini qui discurrunt in uniuersam terram. Sic ergo Satan circuit, pervagatur, omnia contempletur, perscrutatur, circumspicit, quid in mundo agant mortales, qua via possit illis nocere, qua parte aggredi, irrepere. Hunc sanè locum videtur Divus Petrus paraphrasticòs illustrasse. Adversarius Diabolus circuit quærens; non deambulat recreationis gratia, aut captandẽ aurã, sed studio quærendi; in veniendi studioissimus; incredibili fame stimulatus; nocendi cupiditate exagitatus; Circuit sicut hostis, cum murum urbis obsessã explorat, qua nam parte imbecillior sit, aut oppugnari & expugnari faciliior; tum etiam circuit, circumvenitque; non enim est simplex, aut aperta circuitio, sed perfidiæ plusquam Punicæ, atque malitiæ, & omnis doli plena circumventio. Se ipsum (ait Chrysoft.) accusat, quod nullum fixum habeat domicilium, sed cunctas regiones perlustrat, adversus cunctos mortales pugna suscepta. Deinde quod addit Petrus; Sicut leo, quem fames stimulat, & exagitat, neque patitur usquã consistere. Sic Didymus circuitiõnẽ hanc ad feritatem, & immanitatem refert: Insani (inquit) & præ furore circumcursantis sunt illa verba. Simile. id. Psal. 58. quod in hostes Davidis, & in apparitores à Saule missos primò dictum est, verissimè autem in Dæmones quadrat; Convertentur ad vesperam, & famẽ patientur ut canes, & circuibunt civitatem. videlicet ne elabi possit homo. Ipsi disperguntur ad manducandũ. si verò non fuerint saturati, & murmurabunt. vides circueutes dæmones, illos ipsos esse qui per uniuersam terrã disperguntur ad manducandum, semper famescientes, nunquã saturi, ringentes semper, & in prædam inhiantes: non aliter calliditate & nocendi

Genes. 49. 7

Kaldæus.

DAU

Plantus.

2. Reg. 24. 8.

2. Reg. 16. 9

Zach. 4. 10

1. Petr. 5. 8

Chrysoft.

Didymus

Psal. 58. 18.

cupiditate stimulabantur, qui eundem Davidem queritabant huc illuc aberrantes, & vias omnes occupantes, & intercludentes, cum dixit; *In circuitu impii ambulat.* vide Cypria. de Zelo, & livore eleganter hac de re differentem.

4
Et perambulavi eam. Perambulare terram, Hebraeis esse, eam subigere, in potestatemque redigere quidam hoc loco docent, respondente etiam Hispanismo. *Poner debaxo del pie.* sicut in Psalmo dixit David: *In Idumaeam extendam calceamentum meum, mihi alienigenae subditi sunt.* Et quidem Didymus scribit hanc esse Satanæ sententiam: *Cum terrena & aërea subegerim, solus mihi Iobus adversatur; ego illius descendendi causa venio.* Sed quod ad verbum attinet, certe hic non subest (*Darac*) quod est ambulare, conculcare, triturare, aut pedibus proterere, & ad dominationem, subigendi; potestatem refertur. Vnde dicitur Deut. 11. *Omnis locus, quem calcaverit pes vester, vester erit.* Et Iosue. 1. *Omnem locum, quem calcaverit vestigium pedis vestri, vobis tradam.* Et cum ad homines refertur, est id vulgatum; *Tener el pie sobre el pescuego.* Deut. 33. *Et tu eorum colla calcabis.* Iudic. 5. *Conculca anima mea robustos.* Atque eodem ab eademque radice illud pertinet Psal. 90. *Super aspidem, & basiliscum ambulabis.* Subest igitur hoc loco (*Halac*) quod est simplici quadam significatione egredi, incedere, procedere, transire. Sed quidem licet non ex vi, & proprietate vocabuli, ex ipsa tamen actione ambulandi, & liberè incedendi juris sui, suæque tyrannidis terram, uniuersosque mortales esse significat. Est namque naturalis actus (quem Iuris periti dicunt) in acquirenda possessione pedum positio, uti decrevit Paul. 1. 3. D. de acquirenda possessione. *Adipiscimur (inquit) possessionem corpore, & animo. Sed non ita ut qui fundum possidere velit, omnes glebas circumambulet; sed sufficit quamlibet partem eius fundi introire.* addit præterea. *Quod si ibi scias esse thesaurum, & velis etiam illius possessionem querere, acquires terra inambulatione.* Et Cælius ad Ciceronem sic scribit lib. 8. epistolarum. 11. *Firmus & Lentulus quasi res eorum esset, una nobiscum circumierunt.* Græcis verò (*embatêvo*) quod est pedem infero, aut pedem pono ad acquirendam possessionem refertur. ut Actor. 25. *Festus cum venisset in provinciam, &c. pro-*

prie, cum ingressus esset provinciam, aut, cum pedes posuisset in provinciam; id est, cum suscepisset provinciam. Idem ab alia licet radice est, Proverb. 23. *In agrum pupillorum ne introeas;* id est non usurpes tibi jus, neque per vim occupes. Similis est apud Ioan. 1. phrasis. *In propria venit.* Illud enim venire, ingredi, ambulare, est tanquam Dominum legitimumque hæredem. Tandem illa libera inambulatione videtur ad publicam officii, & magistratus administrationem pertinere, juxta quod accipiendum videtur id. 1. Reg. 2. *Ambulabit cum Christo meo;* id est publico, & Sacerdotali officio fungetur; ministrabit mihi in templo. fortè huc revocandum id Psal. 11. ** Incircuitu impii ambulat.* Id est circumquaque, ubique, publicè impii positi sunt in dignitate sublimi, & publicis muneribus funguntur: videtur enim sermo esse de prosperitate, & honore impiorum, subditur enim; *Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.* Iam ergo superbissimus Dæmon, idemque sui lucri cupidissimus, non est contentus in qualibet terræ parte pedem ponere, sed universas terræ glebas terit pede, circuit, & perambulat, quo thesaurum animarum, qui in fundo hujus mundi est, sibi acquirat, & in omnia, omnesque dominetur, mundi que se rectorem, & publicum supremumque magistratum constituat. Mentitur ergo potestatem & dominationem, sicut & mentitus est ostendens Christo, *Omnia regna mundi,* dicens: *Tibi dabo potestatem hanc universam & gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, & cui volo do illa.* Mentitur inquam; nam licet dominatus hic non sit naturæ, sed malitiæ, ut Cypri. dixit, sed nequissimus servus & vilissimum mancipium nihil potest sibi acquirere, sed vero Domino. Quare cum *judicium mundi* factum est, princeps mundi, qui ingressus alienum fundum circuibat, & perambulabat, *ejectus est foras;* & ille, qui exaltatus est, cæli atque terræ verus Dominus, fixis licet pedibus in cruce, cum antea circuisset, *civitates, & castella, pertransissetque benefaciendo, omnia traxit ad se ipsum.*

*Atuendo en trado en su oficio con bué pic. Prover. 23. 10.

Ioan. 1. 11

1. Reg. 2. 35

Psal. 11. 9.

*Los menos buenos son los que lo andan todo, y los que se lleuan las placas y officios.

Luc. 4. 6.

Cypri. hom. de jejunio.

Ioan. 12. 31

Ioan. 12. 32

Luc. 11. 22

Act. 10. 38

U III. Dixitque Dominus ad eum: Numquid considerasti servum meum IOB, quod non sit ei similis in terra homo simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo?

- | | |
|---|---|
| 1. Ponere cor sup aliquid. Iusti pulchritudo alliciat se divinos oculos. | 7. Discrimen inter Dei, & Dæmonis servitatem. |
| 2. Iustus vir spectaculum dat Angelis gratissimū. Explicatus Zacharias. | 8. Iustum virum in creaturas omnes, & ipsum etiam Satanam Dominari. |
| 3. Homines jubentur attentius considerare vitam, & mortem viri iusti. | 9. Vnicum servum suum præ reliquis creaturis facere videtur Deus. |
| 4. Apponere cor sollicitudinem, & anxietatē affert. Iustus gravis est Dæmoni ad videndum. | 10. Nominis proprii compellatio, aut recordatio, quid inducet. |
| 5. Servi Dei appellatio honorifica. Quod sit discrimen inter pia, & servilia opera. | 11. Qui insigniter iustus est, non solum, improbis, sed etiam ipsis iustis est dissimilis. Iobi laus. |
| 6. Quis alteri, quam Deo servit, servus est vilissimus. | 12. Cum quibus ne comparatur Iob sanctitate: an Moyse & Patriarchis sanctior? |

I
LXX
* Reparaste encl quando le viste? Ponere cor su per aliquid.

NVM QVID considerasti. Quod in Heb. est; Numquid posuisti cor tuum super servum meum? Eleganter Septuaginta reddiderunt: ** Attendisti mente tua?* nam Hebraismus ille observationem, & attentionem animi affert, studiosam, atque diligentem, cum quod oculis videtur, mente percipitur, & intimæ cogitationi, atque considerationi mandatur. Considerasti virum omni attentione, & consideratione dignissimū? cum ad Iobum pervenisti leviter ne præteristi, an vero illius te consideratio fixum, & hærentem tenuit? 1. Reg. 25. ** Ne ponat oro Dominus meus. Rex cor suum super virum istum iniquum, quia secundum nomen suum, stultus est.* Exod. 7. 23. Post illud insigne miraculum versi in sanguinem fluminis, dicitur de Pharaone: ** Avertit se, & ingressus est domum suam, nec apposuit cor etiam hac vice.* Id est non curavit, nihili fecit, nihilo melior, aut mollior redditus est tanto miraculo. Fieri igitur, inquit Deus, non poterit, quin rem pretiosissimam, justum meum, longèque pulcherrimam consideraris. Enim vero ea est iusti viri species, & pulchritudo, ut & meum cor, meosque oculos ad se converte-

*No hazays señor caso de steruyn y neçio de mi marido. ni reparays enfus cosas.
*A luelta de cabeça no se curo mas del milagro, que si no uviera pasado delatete del.
Iustorum pulchritudo alliciat divinos oculos.

rit, neque de illo unquam dejiciam. Neque verò oculos tantum, sed quod in oculis accerrimum est, cui ipsa inest videndi facultas, pupillam dico, id est ipsam videndi, & contemplandi vim, & optimam providentiæ partem in iusto defigit. Quid quod non solum illum aspicit, atque contemplatur, sed videndo & contemplando attentius oculis & animo ita in illum fertur, ut velut dissidentes (quod ajunt) oculi ipsum justum contingant, & ipsa divina lumina hominem penetrent, ut verisimè dicere possit: *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.* Quippe hærent iusto Dei lumina, luminumque pupillæ. Hoc cum probè nosset David, sic precabatur Psal. 16. *Custodi me ut pupillam oculi.* Quasi dicat, tuos oculos custodies, si me, ô Deus, custodias; scio enim in me tuos oculos defixos esse; tuam igitur rem ages, si meam procures. Hinc jam videas justum fieri spectaculum mundo, angelis, & hominibus, vellèque Deum ut undique accurrant spectatores; ex cælis sancti angeli, ut congaudeant sancto homini, & præstantem adjuvent, vincentem coronent, triumphantem deducant, & in natura dissimili similem, fortèque majorem sanctitatem suspiciant, & colant. Certè de illo qui est suæ Ecclesiæ primum, idemque verissimum fundamentum dictum est. Zach. 3. *Super lapidem unum septem oculi sunt.* Est inquit, lapis angularis, sed non lapis inanimis, sed vivus, oculatus; qui non duobus oculis sed septem præditus est, ut suæ Ecclesiæ provideat, ut suorum iustorum conspectu jucundissimo abundè suos oculos pascat, & animum singulari voluptate exfaturet. Hi igitur esse etiam poterunt oculi illi septem, qui super unum lapidem sunt, videlicet beati Spiritus hominum custodes, atque rerum humanarum patroni, vigiles, qui nunquam dormitabunt neque dormient, custodientes Israel. *Qui super lapidē unū* videlicet iustum in fide & pietate constantem, & vivum lapidem coniecit, & positi sunt, illum considerant, atque suscipiunt, illi provident atque prospiciunt, apponentes super illum cor, & intima cogitatione attendentes. Et verò hujusmodi ministris humanæ salutis Deus utitur in suæ illi

Zach. 1. 8

Psal. 16. 8.

2

Angelis iucundissimū spectaculum vir justus.

Zach. 3. 9.

Psal. 120.

gloriae curru magnificentissimo prae-
dens, & providens suae Ecclesiae; quippe
vehitur quatuor Cherubinis, quae plena
sunt oculis ante, & retro, ut undique sanctis
prospiciant, & undequaque contéplé-
ntur.

3 Spectatum etiam ex terra accerfun-
tur homines contemplaturi hominem
similis naturae, dissimilium morum. Et
quidem tum justis hominis vitam, tum
mortem ceteri jubentur contemplari
attentius, atque inde salutaria sibi documé-
ta colligere; quod etiá in justorum cultú
& honorem redundet; sic enim *perficat*
Deus (parat, efficitque suis justis honoré
& cultum) *hie qui in illum sperant, in cõ-
spectu filiorum hominum.* Sed dolendú; nam
justus *gravis est impiis ad videndum;* & cum
lampas sit jucundissima, atque fulgentis-
sima, contemnitur planè; id quod sibi
ipfi evenisse conquerebatur Iob; *Lampas*
cõtempta apud cogitationes divitum. Cum ve-
rò etiam jubeamur Sanctorum intueri *exi-
tum conversationis, ut imitemur fidem, nihilo*
attentiores effitumur in illorum obitu;
Iustus perit, & non est qui recogitet in corde
suo, & viri misericordiae colliguntur quia nõ est
qui intelligat. ex area tandem regione, &
inferorum sedibus evocati maligni spi-
ritus considerare jubentur Dei servum,
eò scãtitatis evectú, unde ipsi ceciderút.

4 Sed quod ad hanc Dæmonis confi-
derationem facit, notandum præterea
est, illam locutionem *apponendi cor,* posse
etiam referri ad curam, & sollicitudinè,
tum etiam ad timorè aliquem, & anxie-
tatem animi, aliquando etiam ad indigna-
tionè. 1. Reg. 9. *De asinis, quas perdidisti,*
ne sollicitus sis: Heb. asinis quæ perierunt
ne apponas cor tuum. 2. Reg. 13: Cum
fama pervenit ad David dicens: *Percussit*
Absalon omnes filios Regis; Davidi scindenti
vestimenta sua dixit Ionadab; *Ne ponat*
Dominus meus Rex super cor suum verbū istud,
dicens: Omnes filii regis occisi sunt. Tandè id
Iob. 34. *Si direxerit* (Heb. posuerit) *ad (su-*
per) eum cor suum, spiritum illius & flatum
ad se trahet. id est, si indignatus Deus co-
gitet de perdendo homine, &c. Hinc ea
sententia confici poterit; Cum liber tibi
pateat incessus in terram universam, quã
tam sollicitudinè afferet tibi unus Iob,
quem subigere non potes? quantam cu-
ram efficiet unus homo cæteris dissim-
ililis, æqualis angelis; te quoque supe-
rior? nunquid itaque illum sollicitè &

anxie considerasti? gravis ne tibi ille
extitit ad videndum? plus ne ex illo mo-
lestiæ, ignominiae, damni que sustines,
quàm ex cæteris, qui te colunt, honoris
& lucri? nunquid indignabundus illum
contuitus es: toruo vultu, minacibus o-
culis, illius perdendi studiosissimus, ag-
grediendi invadendique sollicitus, vin-
cendi dubius, maleque securus? Hac ra-
tione interrogatio hæc vim assertionis
habet, ut Olympiod, existimavit. *Scio*
(inquit) *scio te advertisse animum ad servum*
meum Iob, anxie, sollicitè, furenter. Et ve-
rò in superbissimum Dæmonem, quem
justus unus eludat, illud convenit, quod
contumaciter, & arroganter dum à Mar-
docheo, neque adorâte, neque genu flectè-
te contèneretur Aman, cum vidisset il-
lú sedentè ante fores palatii non solum
non assurrexisse sibi, sed nec motú qui-
dè de loco sessionis suæ, indignatus val-
de, dixit: *Cum hæc omnia habeam,* (videli-
cet magnitudinè divitiarum, filiorú tur-
bam, & magnam super omnes principes
& servos Regis gloriam) *nihil me habere*
puto, quamdiu videro Mardocheum.

5 *Servum meum.* Ex tanta in universã ter-
ram dominatione insolecèti Satane ob-
jicit Deus unicú suú servú, ut illius cõ-
tumaciã, & arrogantiam comprimat. Porrò
Servi Dei, ex ipsa proprietate nominis,
nomè honorificèissimú est, & ingenuo
verèq; libero homine dignú; tú quia ser-
vi nomen ministros & famulos compre-
hendit; tum præcipuè quia servire Deo
omnè pietatis cultú, & sancta omnia ob-
sequia & ministeria minimè servilia cõ-
prehédit. Quare Paulus propter Evãge-
lii prædicationè se appellat *Christi servú;*
Sic Exo. 7. *Dimitte populú meum, ut sacrificet*
mibi. Heb. *at serviat mibi.* Et Isai. 43. *Non te*
servire feci in oblatione, neque laborè tibi prabu-
in thure. id est non exegi à te laboriosam,
sumptuosamq; pecudá & thuris oblatio-
nè. quantum ergo distat inter dies festos
& profestos, tantum inter opera hæc pia,
& religiosa aliãq; opera, quæ servilia ap-
pellantur, & ad animum non referuntur.
certè dies festus liber est, ingenuus, nobi-
lis; dies alii serviles sunt, & velut servi at-
que mancipia; non aliter pia & religiosa
opera libera sunt, ingenua; reliqua, quæ
ad corpus attinent, servorum conditio-
ne continentur, qui in illis se exercet
liber est, ingenuus, nobilis; qui in istis má-

cipium

Exech. 10. 12

3

Homines iu-
bentur conté-
plari vitã &
mortem san-
ctorum.
Psal. 30. 26

Sapi. 2. 15

Iob. 12. 5

ad Heb. 13. 7

Isai. 57. 1

4

Apponere
cor curam &
indignatio-
nem affert.

1. Reg. 9. 20

2. Reg. 13. 33

Iob. 34. 14

Servus igitur Dei liber est, atque inge-
nus. Hinc est ut qui in conspectu Agni
sunt, interdum imponant sibi coronas, &
fedeant; interdum deponant, & proci-
dant; ut ex hoc servire se Deo, ex illo
verò nihil sibi veræ libertatis, regiae què
nobilitatis imminui, vel auferrî signifi-
cet, si Dei servi sint.

6 Hinc rursus consequens est ut qui al-
teri quam Deo servit, verè servus sit,
minimèq; ingenuus, quippe dignus, qui
appellatur servus servorum. quo nomine
extremam, abjectissimamque servitutem
sacra Scriptura significat; ut Genes. 9.
Male dictus puer Chanaan. servus servorum erit.
Satanas ergo cum servus sit, & vilissimú
mancipium, qui se illi servum exhibet,
servum servorum se efficit. Hoc igitur
inter servitutem Dei & servitutem Dæ-
monis atque peccati discrimen est. *Ser-
viét* (inquit Deus) *ei* (videlicet Regi Aegy-
pti Sefac) *ut sciant, distantiam servitutis meae*
& servitutis regni terrarum.

7 Sed si hæc (inquit) vera sunt (sunt au-
tem verissima) quid causæ est, ut in Sacra
Scriptura nomen servi Dei tam frequens
sit, & jugú, vincula, alligatura, quæ servis
Dei imponuntur toties repetantur; At
verò cum de Dæmonis, Mundi, Carnis
obsequio, & servitio agitur, vix aut rarò
servi nomè detur hominibus; jugum ve-
rò, vincula, lora, quibus alligatur impro-
bi, nunquam veniant in sermonem? Re-
spòdeo quidem primò: servitutem du-
rissimam atq; ignominiosissimã pecca-
ti, nõ semel dici in sacris. Deutero. 5. 7. 6.
Jerem. 16. 7. 13. & 34. 7. 13. Exod. 13. 7. 3.
Micheæ. 6. 7. 4. Roman. 6. Sed tamen il-
lud Servi Dei nomè, quod honorificen-
tissimú est, & creaturis cæteris colen-
dum, atque formidandum, frequentius
repeti, quòd hujusmodi nomine velit
Deus justos suos sæpe mundo, angelis,
hominibus commendare. Jugum verò,
quod sustinent, trahuntq; miserrimi pec-
catores, non semel etiam indicatur. Nu-
mer. 25. *Initiatusque est Israel Boelphegor;*
proprie ex Hæb. Alligatus, vel subju-
gatus, aut sub jugum missus. propterq;
eò respiciens Paulus monet Corinthios,
ne velint: *Jugum ducere cum infidelibus.* At
quòd Dæmon non jugum, non vincula
non servitutem proponat, nihil de illius
tyrannide minuit: nam (quod non est in-
dignum consideratione) ad jugum Deus

vocat suos, sed non meminit, stimuli, nõ
aratri non trituræ; propterea jugum &
servitutem suavia dixit, onera levia, quæ
non re, sed solo nomine terreant. At
Satanas supprimit nomina servitutis, &
jugi, cum tamen miseros peccatores gra-
vissimis oneribus defatiget, fortissimis
atque durissimis vinculis constringat, &
intolerabili triturandi labore divexet.
Scriptum est enim: *Va qui trahitis iniqui-
tatem in funiculis vanitatis.* Et: *Funibus pecca-
torum suorum constringitur impius;* Fitque
Ephraim vitula docta diligere trituram.

8 Sed cum *Meum* dicit, emphasim habet.
Si ad Deum referatur, videbitur Deus de
suo servo gloriari contra impudentem
Dæmonis superbiam. Quasi dicat; *Quid*
te jactas dominari in universam terrã, cū
unicus servus meus universæ terræ præ-
stet multis partibus? Hoc igitur nunc
mirandum, quòd non solum nomen ser-
vi Dei sit homini gloriosum, sed (quod
majus est) ipsi etiam Deo gloriosum &
honorificum existat: *Servus meus* (inquit)
es tu Israel, quia in te gloriabor. illud, *quia,* af-
fèverantis est: Licèt quidem servus meus
sis, & cum feceris omnia quæ præcepta
fuerint tibi, dicere debeas. servus inuti-
lis, inutilis inquã, Dño tuo, qui cū Deus
sit bonorum tuorum non indiget (*Quid*
enim etiam si justus sis de manu tua accipiat?)
sed rem præter omnem existimationem
affirmo verissimam, fore, ut multum mi-
hi honoris & gloriæ per te accrescat
apud homines, & Angelos. *quia,* etiam,
adhuc, licèt servus sis, &c. Quod si ad ip-
sum justum emphasis pertineat, hæc erit
sententia; *Quid tam magnificum & sin-*
gulare jactas, cum ais tibi obsequi ter-
rã universam, cum multò verius in crea-
turas universas servus meus, dominetur,
& multò libentius illi cuncta obediunt?
Tyrannidè tu exèrces, servus verò meus
verè regiam potestatem; in terram tu, in
cælum ille; tú non tam circuis peram-
bulando, & terendo terram pedibus, quã
super pectus gradiendo; os ille gerit su-
blime, & ad sydera tollit erectos vultus,
interim te quòque pedibus calcet, & su-
per aspidem, & Basiliscum ambulat, & con-
culcat leonem, & draconem. Vel ignis è
cælo vocatus adest servo meo; *Si ho-*
mo (inquit Elias) *Dei sum, descendat ig-*
nis de cælo. Dominatur astris, soli, lunæ,
& ad nutum illi obediunt, atque illorum

Isai. 5. 18.
Prov. 5. 22
Hof. 10. 11.

Deus de suo
servo gloria-
tur.

Isai. 49

Psal. 15. 2.

Iob. 35. 7

Iusti in uni-
versas creatu-
ras domina-
tus.

4. Reg. 1. 10.
11. 14

10. 10. & Eccle. 46. 5.
 4. Reg. 20. 11.
 1. Sai. 38. 8.
 Luc. 10. 9.
 9
 Vnico suo ser-
 uo comitatus
 incedit glo-
 rioso Deus.
 3. Reg. 9. 10.
 Singulis scri-
 vis suis se to-
 tum tribuit
 Deus.
 Genf. 12.
 Præ viro ju-
 sto reliquum
 terræ despi-
 cit Deus.

motui sempiterno, legique perpetuæ potest vim afferre. An non in iracundia Iosua impeditus est Sol, & una dies facta est quasi duo? Retro etiam aget, si oporteat, quasi adductis, & cõtētis habenis, & quòquo velit furētes folis equos circūaget. Ecce (inquit Dei nomine Isaias) Ego reverti faciam umbram linearum, per quas descenderat in horologio Achaz, in sole retrorsum decem lineis. Denique tibi imperat servus meus, potestatemq; omnem, atque factum proculcat; quippe: Reversi sunt Septuaginta cum gaudio dicentes: Domine etiam Dæmonia subi- ciuntur nobis: & ait illis, Videbam Satanam si- cut fulgur de cælo cadentem; Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & Scorpiones; & super omnem virtutem inimici.

Servum meū Iob. Nō producit hic Deus adversus contumaciā dæmonis numero- sum famulitium, aut angelorum, aut ho- minum; sed unico servo contentus pro sua regia & divina majestate comitatus incedit. Olim se Elias existimabat dere- lictum solum, qui Deo serviret, & tantam Dei majestatem unico tantum servo co- mitatam, rem videlicet indignissimā, cō- querebatur, semel & iterum: Derelictus sum ego solus. Sed tum ad Prophetæ solatium, tum ut suam apud illum Deus majestatiē, & existimationem tueretur, plura præte- rea servorum millia sibi superesse expo- suit. Derelinquam mihi in Israhel septem millia virorum, quorum genua non sunt curvata ante Baal. At nunc unicum proponit Iobum unice dilectum, cujus se Deum, Domi- numque testetur; non aliter atque cum crebris sermonibus repetit, se Deum Abra- ham, Deum Isaac, Deum Iacob; singulis vide- licet servis se totum tribuens, & tribus hominibus ter Dei nomine repetitō se adjungens; ut unicum servum suum ce- teris rebus prætermisissis, sibi esse in pre- tio & in honore significet. Hoc si ani- madvertisset Abraham, poterat certè So- lomæ veniam tanti excidii petere & im- petrare, non solum propter, quinquagin- ta justos, vel propter quadraginta quin- que, propter quadraginta, propter trigin- ta, propter viginti, aut propter decē Dei servos, qui Sodomis reperirentur; sed si pauciores decem, vel si unicum Loth, proponeret, propter hunc toti populo parceret Deus, qui terrā universam præ unico servo suo Iob videtur hoc loco despiciere.

Sed cum Iob nominat, carissimum sibi esse significat, & familiarissimum, & cu- jus peculiarem valdeque solertem curam habeat; hæc enim omnia significat no- minis proprii alicujus hominis cogni- tio, & memoria. Sic Ioan. 10. Inter alias veri, bonique pastoris conditiones nu- meratur, quod proprias oves vocat nominatim, & educit eas. Nam cum sua nomina singu- lis imponit, indicat singularem omniū curam gerere, benèque sibi notas & fa- miliares esse. quare cum vocantur pro- prio nomine, vocem ejus * audiunt, & educit eas; nam compellatione proprii nominis quasi delinita & allecta facile sequun- tur pastorem quocunq; illas ducat. Nan- fieri non potest, ut qui illas nominatim cognoscit, solerter nō curet, & splendi- dè non pascat. Propterea Christus Iesu- it homo erat; aut Christi præcursor Io- hannes, seu quilibet justus, quem Deus pe- culiari providentia tuetur, ait apud Isai. Dñus ab utero vocavit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. Id est antequam prædierim in hanc lucem, Deus me voca- vit nominatim, me dilexit, mei rationem habuit; antequam hominum aliquis meū nomen nosset, aut mei rationem duce- ret, jam Deo meo curæ eram. Idem est cum illo: De ventre matris meæ tu es protector meus; & cum illo Ierem. 1. Priusquam te for- marem in utero novi te, & ante quam exires de vulva sanctificavi te. Consuetudo autem, & familiaritas conjunctissima significatur. Exodi. 33. cum præmittatur: Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum; subjungitur. Non indicas mihi, quem missurus es mecum, præ- fertim cum dixeris, novi te ex nomine (exponi- tur in sequenti) & invenisti gratiam coram me: pro illo, novi te ex nomine, Septuaginta habēt, Scio te præ omnibus; id est tu mihi pro- baris præ omnibus aliis; sic exponit Au- gustinus. q. 152. super Exodum. Præ omni- bus Deus Moysen sciebat, quia Deo præ omnibus Moyses placebat. Hinc colligē quosdam insigniter justos dici Deo notos ex pro- prio nomine quasi ex suis meritis, non propter aliorū patrociniū commendati- tios; alios verò Deus alieno nomine no- tos & caros habet, uti populum illum, qui opus habebat subinde usurpare non suum nomen, sed nomina aliena; Recor- dare Domine Abraham, Isaac & Iacob servorū tuo- rū; sicut Ex. 2. dicitur, Audivit gemitū eorū,

IO
 Compellatio
 nominis pro-
 prii, quid in-
 dicit
 Ioan. 10. 3
 Nomē impo-
 nere curæ &
 providentiæ est
 * Reconocēla
 boz y el rega-
 lo del pastor.
 1. Sai. 49. 1.
 Recordarino
 minis alicu-
 jus.
 Ps. 70. 6
 Ierem. 1. 5.
 Exod. 33. 12
 LXX
 Augustinus
 Norum esse
 Deo ex nomi-
 ne.
 Exod. 32. 13
 Exod. 2. 25

* Reconocio-
 los no por si-
 mo por el no-
 bre de sus pa-
 dres.
 II
 Particula,
 quoddam mul-
 tos sensus an-
 cept.
 1. Sai. 2. 15.
 1. Reg. 1.
 Sap. 2. 15.
 Ioan. 7. 7.

ac recordatus est saderis, quod pepigit cū Abra- ham, Isaac, & Iacob; & respexit Dominus, Filios Israel. & * cognovit eos (hæc enim est vera lectio Vaticana) id est illos non ex se, sed ex suorum parentum notos esse declaravit.

Quod non sit ei similis. Vel particula illa causalis (quod) redundat in sensu, sicut sepe solet, ut tantundem referat, ac si di- ceretur; Considerasti Iob cui non est si- milis; vel causam reddit, considerare te oportuit, quia illi nemo similis est; latere enim non potest inter alios sibi dissimi- les constitutus; vel explicat id, quod cō- siderandum esset à Satana; considerasti- ne Iobum esse aliis dissimilem, & absti- nere se à viis aliorum, neq; agi commu- ni errore reliquorū mortalium? in Hebr. non est nomen, sed adverbium similitu- dinis; Non sicut ipse: quo Hebraismo pari- tēq; Hispanismo, nadie como el, quasi quæ- dam aposiopesis est maximarum laudū. Singularis igitur Iobi sanctitas significa- tur, atque in hanc rem Origenes accepit id, quod supra dictum est ex lectione Sep- tuaginta: Erat quidam homo: videlicet unus, singularis, cui nemo similis; sicut & id, quod de Patre Samuelis scribitur. 1. Reg. 1. Fuit vir unus de Ramatha in So- phim: quasi singularis, præ cæteris. Cæte- rum hac comparatione duo cōtinen- tur; alterum, dissimilitudo vitæ ab aliis improbis, sicut. Sapien. 2. De justo, ægrè id ferentes, dicebant, impii; Gravis est no- bis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est a- liis vita illius, & immutatae sunt viae ejus. Hæc enim dissimilitudo morum, & diversitas vitæ redundat in ignominiam, & dete- stationem improbæ illorum vitæ. Ideo enim subjungitur; Abstinet se a viis nostris tanquam ab immunditiis. nam qui ita ab im- probis recederet, ut tantum loco cede- ret, & eorum existimationem nihil lede- ret, hic minimè illis esset molestus: juxta id quod Christus Iesus suis fratribus di- xit, Ioan. 7. Non potest mundus odisse vos, me autem odit, qui ego testimonium perhibeo de il- lo, quod opera ejus mala sunt. Sanè neminem vellet impius sui similem; superbus jur- gatur cum superbo: dives insidiatur di- viti: libidinosus solus sua præda potiri- vult. Alterum verò; in morum & vitæ si- militudine cum aliis justis, excelsus qui- dam, & præstantia, & sublimioris cujus- dam gradus dissimilitudo significatur in

Iob fuisse; sicut etiam similitudinē cum dissimilitudine conjunctā habet, cōpara- tio illa Eccl. 47. Quasi adeps separatus à car- ne, sic David à filiis Israel. Intelligit autē adi- pem, qui ex carne hostiæ pacificæ separa- batur, solusq; in honorē Dei cremaba- tur. Quasi diceret; Licet reliqua hostiæ caro Sancta sit, sed adeps multo sanctior; ita David comparatus aliis justis sui tē- poris; quare non solum erat segregatus, ab improborum societate, sed etiam sancti- tatis præstantia ab aliorum justorum communiori vitæ, & morum ratione, u- trūque itaque includit hæc Iobi laus.

Sed quæstio hoc loco oritur, an cum Abrahamo quoque, Isaac, Iacob, Moysē, hæc Iobi comparatio fiat, atq; illis etiam sanctior asseratur? Lyranus cōstanter ne- gat fuisse Abrahamo, aut Moysē sanctio- rem. Carthusianus Moysi nō præfert. Ca- jetanus existimat tunc temporis potuis- se etiam inferiorem fuisse Iobum sancti- tate & caritate aliis hominib⁹ (id quod etiam prius placuerat Lyrano) quod ve- rō ad hujus comparationis veritatē spe- ctat, aliqua peculiari prerogativa supe- riorē aliis omnib⁹ fuisse; sicut & de quo- libet sancto propter eximium aliquid, & singulare donum, canit Ecclesiā; Non est inventus similis illi, qui conservaret legē excelsi; aut quia nemo tunc temporis cum tantis opibus tantam pietatem conjunxerit.

At partē oppositā docere planè vide- tur Origen. super id. Sic faciebat Iob cunctis diebus; efficit enim illum non solum parē, sed etiā aliis prioribus, posterioribus etiā justis sanctiorē. Magnus (inquit) erat Abra- ham in fide, sed excellit illum Iob in tolerantia: Magnus erat Iacob in cordis munditia, sed non fuit illo minor Iob in misericordia: adversus ce- teros omnes priores, & novissimos non succubuit in virtutū studiis, omnia enim que fecerunt san- cti fecit etiam Iob, quod autem sustinuit cū gra- tiarum actionibus, hoc nihilominus nullus alius sustinuit.

Ego duo, aut tria assero. Primū cōpa- rationē fieri cū cæteris mortalibus illius ætatis; quod indicatur, cum dicitur; Quod non sit ei similis in terra. terrā autē oportet intelligi universam; nā de universa locu- tus fuerat Satan: tū verò de illa ipsa æta- te, & sæculo; sicut & comparatur Noe cū aliis omnib⁹ sui tēporis hominib⁹, Ge. 6. Noe vir justus atq; perfectus in generatione sua. Et: Te vidi justū corā me ex omnibus gentibus.

Eccl. 47. 2
 I2
 1. Sent. Iobnō
 fuisse patriar-
 chis sanctio-
 rem.
 Lyra.
 Carthuf.
 Cajet.
 Origen. Cent.
 Iob fuisse pa-
 triarchis san-
 ctiorē.
 Questionis
 vera absolu-
 tio.
 Gene. 6. 9.
 Gene. 7. 1.

Alterum, comparisonem fieri nō in peculiari aliqua virtute, sed in omni sanctitate, quæ illis vocibus explicatur, *simplex, rectus, timens Deum, recedens à malo*. nam hæc explicatio gratia post factam comparisonem subjunguntur. Tãdem, cum superius statuerimus Iobũ post Abrahamum & Isaac, atque Iacob fuisse, Moyse quoque priorem, certè cum his comparatio non fiet. quod si Ioseph aut alii filii Iacob, tunc temporis existerent. illis quoque sanctis sanctiorem fuisse factum Iob. Illud verò quod de Abraham Ecclesiasticus scribit: *Non est inventus similis illi in gloria*; quòd videlicet valde illum Deus apud homines gloriosum operibus, honore, ac gloria, & numerosa sabbote reddiderit, prætereaque commendaverit, in Iob nostrum appositè convenit. Quantã enim illi gloriam dedit hoc Dei ipsi præconiũ; & in cõsilio angelorũ (non ad turbas, ut cõcipit de Iohãe dicere) publica laus, & prædicatio? Quos Deus ipse cõmendat, hos justos suos nominat, quippe verissimo iudicio probatos, atque commendatos; uti Paulus ex Abac. ad Hebr. scribit; *Iustus meus ex fide vivet.*

IX. Cui respondens Satan, ait: Numquid IOB frustra timet Deum?

- 1. Particula, frustra, quid valeat. Dæmon malitiosè calumniatur intentionem, è contrario iusti excusat tetiam prava aliorum opera.
- 2. Dæmonis malitia. Divinum obliviosorum ingratus animus erga divina beneficia. Iob nunquam immemor.
- 3. Quæ gratuita caritas & amicitia: quæ mercenaria. Virtus sui ipsius premium.
- 4. Deum non moveri ulla sui militate: Multosque habere servos gratuitos.
- 5. Virtutum virtutem finitimi. Improbi veram aliorum virtutem non admittunt.

HINC jam verum esse constat id, quòd paulò superius observavit Chrysof. Solere Deum interrogationibus uti, ut vel hominis, vel Dæmonis metem & consilium eliciat, & à se ipsa improbitas vulneretur, suaque cõfessione, & verbis contra se ipsam ferat sententiã. Hoc loco invidiam, & immanitatem facti rogatus Dæmon prodit sua responsione. Discipuli euntes in Emaus suam in fide

resurrectionis inconstantiam. Martha cum respõdit, *Domine jam fatet, quatríduanus est enim*, modicam fidem. ejus rei passim exempla occurrunt. Præterea (ait Chrysof. *Ut is, qui egregium habet athletam, de ejus virtute periculum fieri cupit, ea propter percontatur Diabolum, ut lucta ipsi causam asferat.* Ille verò respondit, interrogando etiam; sed ea interrogatio non expectat responsum, & æqualis est malitiosæ assertioni; *Iob non frustra timet Deum.* existimat quantum esse pietatem, virtutem à religionis autoritate ad lucrum tradit. Quasi dicat, lucro allectus, aut pretio cõductus colit Deum; non frustra; non gratis; non sine pretio; ex conventionè & mercede pietatis; non sine causa. Nostrates dicerent, *No sin buen por que.* Ezech. 6 Immisso supplicio, *Scient quia ego Dominum non frustra loquutus fuerim:* id est, scient ex vera iracundia minas processisse; nō fuisse inanes, & sine causa. eadem particula vertitur gratis, *supervacue.* Psalm. 34. *Gratis absconderunt mihi interitum laquei sui, supervacue expronaverunt.* id est sine causa aut justa occasione; minimè à me læsi, aut læcessiti; vel gratis, id est ex gratia amicitia, & grato ac benevolo animo, sine alia mercede, & pretio. Gen. 29. *Num quia frater es, gratis servies mihi.* quare illa particula duo affert, & gratiã, benevolentiam que animi; & præterea excludit quidvis aliud præter gratiam. utrumque ergo negat Diabolus, cum ait: *Nō frustra*, id est nō ex vera amicitia, sed neque sine pretio, & mercede; aut sine animo & intentione consequendi lucrum, & uberem provectum ex pietate, & labore colendi Deum. Vbi primò observanda est Iobi sanctitas mirabilis, cui nihil à Satana objicitur, aut affingitur mali, præter intentionem, quàm iste pravam esse mentitur; & ignoras certis calumniis criminatur. Est hoc superbi, dolosi, & prospectoris ingenium, ut scribit Ecclesiasticus cap. 11 *Bona in mala convertens insidiatur, & in electis (bonis, laudabilibusque operibus, aut viris ipsis iustis) imponet maculam.* Sicut qui in ejectione Dæmoniorum ex corporibus obfessis, latentem virtutem, & quam ipsi ignorabant calumniabantur, dicentes, *In Beelzebub principe Dæmoniorum eiecit Dæmonia.* è contrario tamen vir simplex, & iustus in aliorum improbè factis, vel ignorantia, vel intentionis, vel rei alicujus excu-

Ioan. 11. 34.
Interrogatio quæ non expectat responsum.
Particula frustra quid significet.
Psalm. 34. 7.
Gen. 29. 15
Mirabilis Iobi sanctitas.
Dæmon solè intentione calumniatus
Eccle. 11. 13.
Improbi intentione calumiantur in bonis operibus.
Luc. 11. 15
Iustus aliorum etiam pravorum operum excusationem querit.

Eccle. 144.
Luc. 7. 24.
Abac. 2. 4.
Heb. 10. 38.

Chryf.
Quare Deus utatur interrogatione.
Luc. 24.

Luc. 23. 24.
Gregor. 2
I. Paral. 14
Ps. 146. 1.
* No os yramal conferui ille y ataballe
Plutarch. 1. de tranquill. animi.
Xenophon.
Ingrati divites.
Isa. 2.
Hof. 2. 8.
fationem querit; *Non enim sciunt, quid faciunt.* Exemplum fit ipse Iob, qui ne interna cordis suorum filiorum sanctitate temere iudicare videretur, quavis cõviviorum frequentia suspicionem non omnino levem alicujus peccati efficeret, sacrificabat tamen incertus, dicens: *Ne forte benedixerint Deo in cordibus suis.* vide Greg. lib. 1. cap. 5.
Secundò dæmonis malitia, & calliditas in his suis temerarii iudicii tenebris relucet; nam sua illa respõsione, & verbis nihilo mutatis, tantum mutato gestu, & animi pravo affectu, poterat Iobũ virtutis & grati animi laudare. Ad Iobi enim sanctitatem pertinuit, quòd propter acceptas à Deo ingentes divitias, & beneficia singularia, gratum se, piũque divinæ munificentia præberet, & suæ pietatis & cultus causam, debitum, & obligationem frequenter cogitaret, dicens: *Non frustra Deum timeo, cum ille summis beneficiis, & liberalitate divina me obligaverit.* Quid enim tam piũ, quàm illa opulentiissimi Regis grati animi vox; *Qua de manu tua accepimus, reddimus tibi.* Hinc & se, & alios invitabat Psaltes, ad divinas laudes. Psalm. 146. *Laudate Dominum, quoniam bonus est Psalmus,* bonus, inquam, utilis, in rem vestram, & ex quo multa in vos redundent bona. & deinde, *Præcinito Domino in confessione.* Hæbr. propriè, respondete, accinite illi. Cùm enim illum laudamus, ille respõdet, & accinit nobis conferendo beneficia, & præmiũ nostri obsequii, cum verò ille nobis cõfert beneficia, iterum quasi sono musico nos excitat, & provocat ad suas laudes; ut illi respondeamus, & accinamus nostro pio, & religioso obsequio. Certè Xenophon (referente Plutarcho) jubebat secundis maximè rebus, homines Deorum meminisse; eosque tunc enixius venerari. quo nomine Ierusalem tum sæpe ingratitudinis arguit Deus, tum verò Isa. 2. *Repleta est terra argento, & auro, & repleta est idola.* Quasi dicat, cùm illos locupletaverim, eaque ipsa re devinixerim ad meum cultum, illi tamen beneficiorum immemores, me quoque; idolis posthabent. Cui similis est illa altera per Hoseam vatem querimonia; *Hæc nescivit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicavi ei, & aurum, quæ fecerunt Baal.* Acriter hac ipsa de causa expostulat cum Da-

vid; *Ego unxi te in Regem super Israel, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum Domini tui, & uxores Domini tui in sinu tuo, dedi quoque tibi domum Israel, & Iuda; & si parva sunt ista adjiciam multo majora: quare ergo contempsisti verbum Domini, ut faceres malum in conspectu meo?* Hi sunt divites obliviosi, quos intelligere & meminisse iubet acceptorum beneficiorum sermo divinus; *Intelligite hæc, qui obliviscimini Dominum.* *Incrassatus enim, impinguatus, dilatatus dereliquit dilectus Deum factorem suum, & oblitus est Domini creatoris sui.* quod ingratitude genus cum proprium ditibus sit, pessimũ tamen esse sapienter Seneca scripsit lib. 3. de bene cap. 1. *Ingratus (inquit) ille est, qui beneficium accepisse se negat quod accipit; ingratus est, qui dissimulat; ingratus qui non reddit; ingratus omnium, qui oblitus est. Hic enim nunquam fieri gratus potest.*
Tertiò illud objicit sanctissimo viro nequissimus delator, quòd multum valere cognoscit ad amicitiam vel dissolendam, vel diluendam & debilitandã: quòd Iobi erga Deum caritas, & amicitia non fit gratuita, quàm si, ut Cicero dixit, *ad fructum nostrum referemus, non ad illius commoda, quem diligimus, non erit ista amicitia, sed mercatura quedam utilitatum suarum.* idemque lib. 1. de leg. *Qui non ipso honesto movetur, ut boni viri sumus, sed utilitate aliqua, atque fructu, callidi sumus, non boni.* Ejusmodi sunt, quos Sapiens vocat *amicos dona tribuentis;* quæ locutio (ut Logicorum more dicã) formalis est; habent enim amicum, dona tribuentem, qua ratione dona tribuit; secus neque amici sunt hominis illius, neque illum de nomine aut de facie notum habere volunt: quam falsæ amicitia ratione expressit. eleganter Seneca, cum de turba adulatorum loquitur; *Prædam (inquit) sequitur turba ista, non hominem.* Qui ergo apud primos homines Deum calumniatur, quòd non propter hominis bonum, sed propter suam ipsius utilitatem pomum interdixisset, nimirum ut solus ipse Deus esset & omniscius, ut hac ratione idem nunc calumniatur hominem apud Deum, falsæ, & minimè gratuite pietatis atque religionis. sordida namque est pietas, quæ præter Deum, præterque ipsam pietatem præmium aliud querit; sicut enim ipsa impietas est pæna impio, uti Pla-

2. Reg. 12. 8. 9
Seneca.
3
Caritas gratuita
Cic. 1. de nat. Deor.
Cic. 1. de legi.
Qui utilitate sua ducuntur non sunt veri amici.
Prou. 19. 6
Seneca
Genes. 4. 17.

Prov. 13. 21

to dixit, *Pena iniustitie comes*; ita sanctitas præmium est sancte operanti, utrumque testatur Sapiens Prouerb. 13. *Peccatores persequetur malum, & iustis retribuentur bona.* propriè dicas, peccatores persequitur, sequitur, perpetuo insequitur, insectatur malum (quod ipsi agunt) iustis verò retribuet bonum; quia videlicet ipsa bona opera sibi sunt præmia: *Pax enim, & gaudium omni animæ operanti bonam.* eodem pertinet id Ecclesiastici. 2. *Qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius*: quod videlicet lex ipsa bene servata satisfaciatur non solum voluntati hominis, sed suo labori & honestis actionibus lex ipsa præmium sit, & cumulata mensuram honesti laboris impleat præmio. Graviter rem hanc, æquè ac sapienter docuit Seneca, de beata vita. & de beneficiis. 4. li. 3. elegit etiam ille cecinit. *Nec facile invenies multis in millibus unum. Virtutem præmium, qui putet esse sui. Ipse decor recti facti, si præmia desint, Non movet, & gratis penitet esse probum.* Ergo inquit dæmon, Non est Iob gratiæ Dei cultor, non amicus, sed mercenarius, sed præmii & lucri temporalis spectatus.

Quid de pñ.

4

Quarto tandem, tanto iniquius, quanto latentius Deum calumniatur Satanas, quod præmio & pretio cædatur suos servos, quodque nemò illi gratuito servire velit: quasi diceret; Quid mihi obijcis unicum servum tuum, quem etiam non haberas, nisi præmio & utilitate alliceres? nulla itaque tibi cum illo vera amicitia, sicut ille gratuitus non est, ita neque tu erga illum verè beneficus, aut liberalis nam qui beneficii sua causa dat, non verè, ut profit illi, cui dat, is neque est liberalis neque benevolus. *Multum*, inquit Cleanthes referente Seneca. *à beneficio distat negotiatio.* Sed mentitur diabolus non esse qui Deo serviat gratuito; sunt enim multi, fuit etiam olim Iob, qui illam vocem emisserint. *Possederunt nos domini absque te, tantum in te recordemur nominis tui.* Id est hoc solum volumus, & enixe precamur, ut ab aliorum dominorum tyrannide libera nullo alicujus domini nomine appellamur, quam tuo; non servi peccati, non mundi, non dæmonis, non carnis mancipia; sed servi Dei: hoc tantum servi Dei nomen ingentis mercedis loco nobis tenet, nullo alio præmio, aut mercede potestulata. Et quidem innumeri etiam gra-

Senec. lib. 6. de benef. c. 12.

Isai. 44. 13

tuati Martyres, qui itam vocem fortissimorum juvenum usurparunt: *Ecce Deus noster, quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis; quod si noluerit, notum sit tibi Rex, quod deos tuos non colimus.* Mentitur etiam Deum ex nobis utilitatè aliquam captare. Dei, enim, qui verax est, est illa vox verissima: *Misereror cui voluero*, ipsa miserendi voce, quæ ex mera gratia, & voluntate gratuita deducitur, rem totam explicante. Quod Paulus Rom. 9. Miserendi voce conduplicata, ut omnem utilitatis ratione à verissima, & pro suis syn cera Dei misericordia excluderet, sic repetit; *Misereror cui miserus sum.* Non vendit Deus sua beneficia accepto pretio nostri obsequii, sed donat gratis: *Parvuli (inquit Iacob) sunt, quos donavit mihi Deus.* Et deinde v. 11. *Suscipe benedictionem, quam donavit mihi Deus tribuens omnia.* Hoc enim est Dei gratis nobis beneficientis proprium, in Sacro sermone epitetum, profusam illius munificentiam exprimens; * *Tribuens omnia.* Idem dicitur: *Misereror, id est gratis, beneficus, & propensius ad beneficiendum gratis, & propter se ipsum, aut propter nomen suum.* Exo. 22. v. 27. Psal. 85. v. 15. Psal. 110. v. 4. Sed quid mirum nam etiam hæc est viri iusti nota, & proprietas. Psal. 111. *Iustus miseretur (gratis) & commodat, dat, donat.* magna est igitur gloria gratiæ Dei, id est illius gratiæ voluntatis, & divini beneplaciti erga homines sine ulla sua utilitate aut spe fructus. De quo aliquando dicendi locus, & tempus erunt, cap. 38. v. 26.

Sed duo hic observanda; alterum, quod acutè colligit Basil. vitium virtuti esse finitimum, & facile esse transitum ab uno in aliud. Propterea temeritas interdum existimatur fortitudo; & è contra; & hoc loco gratuita Iobi pietas & Dei timor, appellatur à Dæmone mercenarii avaritiæ hominis insatiabilis cupiditas, & studium propriè utilitatis. Alterum, quod eleganter scripsit Didymus, est; dignum quod illius ipsius verbis describatur. *Proprium (inquit) eorum est, qui virtuti sunt inimiciores, ceterorum bona minime vera esse existimare. Sed potius per calumniam dicere, hic quidem ob ereptam sibi nocendi potestatem, iustus est: ille vero frugi ac temperans propter stoliditatem ille alter pecuniis opibusq; caret, quia iis paradisi haud est idoneus. Deniq; nemo improbus cuiusquã virtutè vel legitimã solidãq; admittit.*

Daniel. 3. 17

Exod. 33. 19

Rom. 9. 15

Genes. 33. 5.

*El que todo lo da y nada vende

*Por ser quies y por el no bre y ebras q tiene de liberal y dadivo.

Psal. 111. 5.

5 Basil. Vitium virtuti finitimum.

Didymus

X. Nonne

X. *Nonne tu vallafti eum ac domum eius, universamque substantiam per circuitum, operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius credit in terra?*

1. Deus erga suos servos munificentissimus. Non differt premium laborantibus, ex Dent. Ecclesi. & Isai.
2. Quid vallum, aut murus in Sacro Sermone, & ad rem pastoriam pertinet.
3. Vallum pro Angelis: bonum proprium munus esse in circuitu.
4. Deus ipse murus, & mu-

rus ignis, Galea, & scutum ut suis servis profit.
5. Domus pro familia, quid filii domus apud Hebraeos
6. Substantia quid, & quare pauper exinanitus.
7. Quid Opera manuum. Benedicere ex adjunctis varietatem accipit. Iustorum felicitas in rebus gerendis, è contra impiorum infelicitas, illustratus David, & Dent.

I

VERE ista dicuntur à Satana; sed malignè interpretatur: quavis enim sit lucrum reportatè ex pietate, sed neq; Iob propterea Deum timet. Neque Deus propterea Iobum tuetur, ut servum sibi utilem comparet; at sicut Iob beneficiis acceptis gratum se, atque gratuitum servum Deo exhibet; ita Deus servis suis, strenuèque laborantibus, munificum & liberalem, quasi ex divina quadam gratitudine præbet. Nisi enim aliud salutis, & ampliori iustorum merito expediat, bonis etiam temporalibus, vellet Deus iustos suos cumulare: neque solum in futura vita, sed etiam in præsentem centuplè conferre. *Benedictio Dei in mercedem iusti festinat.* (neque enim expectat nocte, ne cum illo pernoctare videatur labor mercenarii; sed ante noctis tenebras: *Cum sero factum est, vespere; ante vesperum etiã, Nam, festinat*) & *in hora veloci processus illius fructificat*; id est velociter, in eadem etiam laboris hora & facti seminis boni operis, germinat, & crescit culmus, & maturefcit, & fructum, præmiùmque colligere licet. vix pedem movebit homo ut procedat in Dei obsequio, cum statim movebit, porrigetque manum Deus, ut præmium largiatur. Non enim Deus sicut alii patres-familias, qui quàmvis liberales sint & iusti pariter, atq; benigni erga mercenarios; tamèn laboris pretium non secum deferunt, sed domi in scriniis servant; eò mercenarios ire jubent, mer-

Deo erga suos servos munificentissimus Eccle. 11. 24

Matt. 20. 8

Eccle. 11. 24

Deus non differt laborantibus præmiu

cedem sui laboris accepturos; at Deus secum defert præmia nostri laboris, & ad manum parata habet: *Ecce* (inquit Isaias: quod mirabilis cuiusdam liberalitatis & benignitatis est) *merces ejus* (quam ipse proponit iis, qui se coluerint) *cum eo* (ad manum habet, secum defert, statim redditurus laborantibus. neq; fatis fuit hoc semel dixisse: repetit iterum, quod de Dei liberalitate, & benignitate erga suos servos nos certos faceret) *& opus illius coram illos.* neque oportet festinare mercenarios pro accipienda mercede; ille mercedè redditurus *festinat.* Nam homo sui præmii suæque utilitatis licet avidissimus, tardior atque segnior est præ velocitate, & festinatione divine munificentie. Eleganter res hæc delineata est illis verbis, quibus terra promissa describitur, & commendatur à divina providentia; *Non est sicut terra Aegypti, ubi iacto semine in hortorum more aqua ducuntur irrigue* (vide quâto labore costet perceptio fructu: his, qui in Aegypto terræ serviunt) *Sed montuosa est, & campestris* (quidquid divina lex montuosum & asperum habere videtur, divina gratia & largitate, benignissimãq; Dei providentia emollitur) *de caelo expectans pluvias* (uberes fructus sine ullo labore nostro, aut perquam tenui cælum pollicetur) *quam Dominus deus tuus semper invisit* (ipse accurrit visurus quid sui servi, sui que agricolæ opus habeant, quid præmii, quid fructus debeant accipere) *& oculi ejus in ea sunt à principio anni.* (non enim in finem anni fructum reservat, sed singulis mensibus, perpetuisque fructibus, aliis atque aliis terram locupletat, & agricolas reficit) *usque ad finem ejus.* Eleganter, invitatus licet, invidiosusque Satan rem aliis translationibus illustrat in sequentibus.

Nonne tu vallafti eum. Singula verba emphasisim habent: & primò quidem vallam, aut valli nomine, muri; sepiæ circumjectæ fundo, aut urbi, firmum præsidium fidæque ac tuta custodia significatur: cuiusmodi est illud. 1. Regum. 25. *Pro muro erant nobis tam in nocte, quam in die.* Et. 1. Esdræ. 9. *Inclinavit misericordiam suam, ut extrueremus solitudines, & daret nobis sepem in Iuda, & Ierusalem.* Id est, ut haberemus, ubi nos possemus: tutos defendere ab hostibus; & aliquam urbem muratã, quò possemus confugere. Sic Psal. 31. *Spe-*

Isai. 62. 11

Dent. 11. 11

Agricolæ Aegypti multo labore fructus percipiunt

2

Vallu, aut murus, firma turraq; custodia.

1. Reg. 25. 16 1. Esdræ. 9. 9

rantem

rantem in Domino misericordia circumdabit, instar valli, aut muri: ergo Iobum vallabat, custodiebat, munitur divinum praesidium; pateret profecto quaqua versum justus demonis incurfibus, nisi interposito muro divina illi Providentia tueretur, & misericordia circumdaret. Quare cum vallari iustus dicitur, simul etiam significatur, paratos esse hostes humanae salutis ad nostram impugnationem, qui nos oblideant & circummeant; & nisi hoc munimento interfecto, non posse mortales ultra pace aut tranquillitate potiri: cum enim Satan circuit, & obsidet, & inuadere conatur, experitur murum sibi ob stare, & undique negari sibi accessum, prohiberique, ne justis noceat. Quid, si forte hoc vallum etiam pertineat ad pastorem custodiam, qua pastor circuit gregem suum, quaerens ne quis devoret, atque circuitiones lupi sua cura & circuitione propulsans? Deum vero custodire homines, sicut pastor custodit gregem suum, dixit Jerem. se vero a Deo custodiri Iob ipse testatur infra cap. 29. v. 2.

Sed quod, quale ve. fit hoc divinae custodiae vallum, dupliciter potest intelligi: primo, ut referatur ad angelorum custodiam, qui dicuntur nos vallare, & cingere, licet enim velit Origenes etiam intra nos multos esse angelos, quibus animarum, corporumque nostrorum cura, atque custodia demandata sit; de qua re accipit id Psal. 102. Benedic anima mea Domino & omnia, quae intra me sunt nomini sancto eius. Tame. saepius Scriptura circa nos illos describit; sicut cum Syris obsidentibus civitatem Dotain, vidit minister Elisei, montem plenum equorum, & currum igneorum in circuitu Elisei. & illud Psal. 33. Immitte angelus Domini in circuitu timentium eum: singulare pro plurali, id est sese angeli immittent, aut diffidentur, castrametabuntur in circuitu iustorum; cingentque illos militari custodia. Hieronymus ex Hebr. Circundat angelus Domini in gyro timentes eum. Eodem pertinet illa sua Ecclesiae. promissa tutela; Circundabo domum meam ex his, qui militant mihi, euntes, & revertentes. unde licet colligere iusti hominis dignitatem, & pretium apud Deum; quem velit Deus; perinde ac se ipsum, suis angelis circumdari, atque stipari; id enim est angelorum munus, esse in circuitu throni, & coronare, ac cinge-

re suum regem: sicut scribitur Psal. 88. Deus qui glorificatur in concilio sanctorum, magnus & terribilis super omnes, qui in circuitu eius sunt.

Secundo potest referri ad Deum ipsum, cum emphasi illius pronomini, Tu. Tu ipse pro muro es Iobo, ac domui eius; tuam ego custodiam, atque potentiam expertus sum in illo defendendo, meque prohibendo, ne cum illo confingerem, aut propius accederem tetaturus. Vere hoc quoque dicit demon: nam videtur Deus grati animi vicem rependere hominibus: egit enim quondam Dei populus excubias, & custodias instar valli, & muri in circuitu Dei, cum castrametabantur filii Israel per gyrum Tabernaculi foederis; erat ergo tunc Deus in medio custodiae eorum, nunc nos vicissim in medio divinae custodiae: coronabant illam quondam homines, & vallabant illius tabernaculum; nunc nos ille coronat, & vallat iustum suum ac domum eius: non fenel se ipsum aurum operit nostris hostibus, & Ecclesiae suae vallum, atque munimentum, vicissimque petit, ut in circuitu eius consistamus. Ego ero ei (inquit ille) murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius. Murum vero ignis se dicit, ut rem terribilem hostibus, inaccessam, & in quam nemo audeat, aut tentet irrumpere, nisi suo malo: tum etiam ex qua multas ad vitam commoditates lucis, & temperati, proficuique calorispere homo possit. Hunc igitur murum igneam reformidabat Leo, qui circumibat rugiens & quaerens quem devoraret: terretur enim Leo, vel accenso titione, nam cum alia timeat, sed maxime ignes. ut naturae scriptores tradunt. Sed quid mirum Deum muri, & valli vices subire pro suo iusto defendendo, hosteque propulsando? Galea est iusto, ut caput illius coronet, dicente David. Obumbravit super caput meum in die belli: Verissimè pollicitus est, praestat etiam fidus, fore ut circumdet, & cõtegat instar scuti hominem in die belli: Scuto (inquit ille) tantum Dei praesidium expertus circumdabit te veritas eius. undique videlicet se vertet (ut humano modo dicamus) ut te contegat instar scuti, aut parmae, qua quoque versus versat & circum agit homo, quo se ab hoste defendat; qua qua versus te ille proteget sicut scutum: ad dexteram hominis se constituit, ut ex-

Psal. 88. 3.

4
Deus murus est suis servis.

Grati animi vicem rependit Deus viris iustis.

Num. 1. 2.

Zach. 2. 5.

Quid significet murus ignis.

1. Petr. 5. 8.

Plin. lib. 3. c. 16.

Deum galeam esse, sicutum propugnaculum, vigilem. In Psal. 13. 8.

Psal. 90. 4.

complecta

Psal. 110. 6.
Psal. 109. 6

complectatur, & contineat tutum ab hostis ictibus; Dominus custodit te, Dominus protectio tua super manum dexteram tuam: Inde, Dominus a dextris tuis confringet hostes. Sed tandem observa cum audis Deum suorū iustorum murum esse, intellige etiam propugnaculum, qualia in muris extrui solent: tum etiam vigilem, & speculatorem, qui in muris, turribus ve eminentioribus excubias agere solēt, ut nihil hostes agere, nihil moliri, aut cogitare possint, de quo suos statim non admoneat.

Cum verò eum dicit, intelligit quae ad Iobi corpus, & animam pertinent universa, ut & capillos illius non solum in numero habeat, sed etiam in tutela, atque praesidio; de custodia enim rerum aliarum extenarum est, id, quod sequitur.

Ac domum ejus. Kaldæus dicit, Homines domus ejus. videlicet non solum uxorem, & liberos, sed universam familiam ex servis, & vernaculis; nam hi cum domi contineantur, per metonymiam domus dicuntur. unde Hebreus sermo, famulos, aut vernaculos appellat viros, vel filios domus. ut Genes. 15. Filius procuratoris (id est procuratoris, vel dispensationis) domus meae: id est dispensator, & famulus. et cap. 17. Circuncisus est Abraham, & Ismael, & omnes viri domus illius, tam vernaculi, quam emptitii, & alienigena. & ita vir domus, aut natus domi, vertitur Vernaculus, à Iere. 2. v. 14. & Familia, Ecclesiast. 2. v. 7. quod manifeste ad servos, & ancillas pertinet. Acquisi sui servos, & ancillas, & familiam (Hebr. filios domus) multa nimis. sed existimo hoc loco potius pertinere nomen domus, ad filios iuxta communioem usum domus, in sacro sermone, ut eodem ordine hæc enumeratio respondeat initio capitis. Nam post Iobum, statim recensentur filii, deinde cum possessione armentorum jungitur familia servorum, ita & hoc loco adjungitur substantia, quod ad possessiones, & famulitium pertinet.

Universamque substantiam. Hæc facultates, & rem omnem familiarem continet: Rectè explicatur a Vulgato, quod in Hebræ. obscurius dicitur; Et omne quod ei. Id est est quicquid ad illum pertinet. Substantia autem facultates dicuntur tum in sacro sermone, tum apud profanos scriptores, quod illæ sint velut firma, solidaque materia, robor, ac firmitas hominis; sicut Prover. 18. scribitur, Substantia divitis, urbs

roboris ejus, & quasi murus validus circumdans eum. in se pauper dicitur exinanitus, exhaustus, evacuatus, Ecclesiast. 13. v. 8. Philippen. 2. v. 7.

Operibus manuum ejus benedixisti. Hoc Polychron refert ad rem agrariam, ut respondeat ei, quod supra dictum est, Et quingenta iuga bovum. sed fortè commodius, si in uniuersum accipiatur de negotiis, & rebus gerendis, & procurandis, in hunc sensum; tu efficis, ut quaecumque ille aggreditur, aut instituit, procurat. ve prosperè illi succedant, velociter, & feliciter conficiat. significatio autem verbi benedicendi, quod ex sua proprietate est cum geniculatione, aut corporis incurvatione benignè & bladdè atque benevolè loqui ad aliquem, modum peculiarem accipit ex circumstantia personarum. Nam Deus benedicit homini, aut alicui creaturæ, cum propitius, atque beneficus erga illam vult illi, & confert bona, aut cum in bonis collatis complacet. Homo homini benedicit, bona illi à Deo precando, & omnem felicitatem aut desiderando, aut gratulando. Homo Deo benedicit, illum propter infinitam bonitatem & excellentiam laudando, & in tanta bonitate complacendo. Ergo Deum operibus manuum hominis benedicere, erit hominem in agendo dirigere, bene agendi facultatem tribuere, institutis & votis felices progressus, feliciores etiam absolutiones dare, ut prosperè cuncta cadant, & nihil maneat infectum. Sic Isai. 53. Dei voluntas, & beneplacitum conjungitur, cum operibus, & manibus Christi Domini, Voluntas Domini in manu ejus dirigitur. Quasi diceret, Dei voluntati & decreto, tum etiam illius benignitati, & caritati erga genus humanum adscribendus est felix quicumque euentus operum, & praedicationis Christi: sic etiam Dei benedictioni tribuendus est prosper exitus operum manuum hominis. illam verò pollicetur Deus iustis suis Deute. 12. Lat abimini in cunctis, ad qua miseritis manum vos, & domus vestra, in quibus benedixerit vobis Dominus Deus vester. benedictio domini tanquam causa praecedentis subiungitur; quare proprie vertendum, ut annotavit Vatab. Quia benedictet te Dominus Deus. 28. Benedictus eris ingrediens, & egrediens. Per ingressum autè, & egressum, cunctorum gerendorum ratio, initium, & exitus significantur. Feliciter ad nego-

7
Polychronium

Verbum benedicendi ex adjunctis varietatem capit.

Isai. 53. 10

Gerendarum rerum felicitatem quandam, & facultatem cõfert suis iustis. Deut. 12. 7.

Deut. 28. 6
Vatablus

*Entraras cõhuen pie cu qualquier negocio, y saldras biẽ del.

tia ge-

tia gerenda pedem efferes, & manum latus admovebis; latus etiam redibis domum re confecta, & ad finem optatum perducta. Neque arctandus est locus ad ingressum ex bello, vel egressum ad configendum cum hoste, ut Hebraizantes volunt; sed ad quæcumque opera pertractanda, ex Scripturæ phrasi & morè. similis locus Psal. 120. *Dominus custodiat introitum, & exitum tuum.* Te comitetur euntem, & redeuntem, quocumque pergentem ad aliquid operis agendum. Kaldæus; *Dominus custodiat introitum tuum ad studia legis, & exitum tuum ad negotiationes.* Idem sub arboris metaphora promittitur iusto Psal. 1. *Omnia quæcumque faciet, prosperabuntur.* Cum enim iustus confitus sit ad decursus aquarum divinæ benedictionis, & largitatis, neque flores (id est gerendarum rerum initia, vota, desideria) habet deciduos, & inutiles; neque folia (id est verba, quæ in rebus tractandis fieri solent) defluentia, languida, arida, parum efficacia; sed ad fructum, & debitam maturitatem suo tempore perveniunt cuncta. Sed, *Omnia quæcumque faciet, prosperabuntur.* Mirum, quàm torqueantur impii frustrati votis, & tristibus infastisque consiliorum, & operum suorum, eventibus, sententiam hanc in illos ferente Deo: *Maledictus eris ingrediens, & egrediens, & non dirigas vias tuas.* Ergo pietate, & frequenti oratione promerenda est à Deo ista operum & consiliorum benedictio; cum ignoremus quid agere debeamus. Quoniam (inquit David) non cognovi litteraturam (Psal. Rom. Augustinus, Arnobius; Non cognovi negotiationem. Id est negotiorum tractandorum rationem) Introibo in potentias Domini: me totum committam divinæ potentiæ, atque sapientiæ, quæ me de rebus agendis instruat, factisque instructum implicari me difficultatibus non patiat, sed expediat, & facilem exitum commonestret. Propterea suam sponfam à capillis benè pexis, atq; compositis ab sponso commendatam ait Theodore. quò significaret in humanis negotiis in quibus non possumus nõ implicari, laudabiliter, decorè, fœliciter se gerere.

Et possessio ejus. Septuaginta, Pecora ejus multa; Et rectè, licet vox originalis tam bona mobilia, quàm immobilia compre-

nentat; de quo diximus supra. * Crevit. Prop. excrevit, erupit, effudit se se, terminu transivit; oportet novos pro tot gregibus pascendis agros, & alia pascua querere. à radice. Parats. In terra, videlicet in terra Hus; aut in ea terra orientali, it aut comparatio fiat cum aliis illius regionis divitibus; ut respondeat illi, quod supra dicitur: *Erat magnus inter omnes Orientales.* Cum verò dicitur terra, aut etiam omnis terra in Sacra Scriptura, nõ oportet univèrsam intelligi. Sic enim Hieronymus Isai. 13. ait: idioma Sacræ Script. esse, ut omnem terram, illius significet provinciam, de qua est sermo. Quid si hac enumeratione omnium facultatum Iobi latenter significare contendat Dæmon, fieri non posse ut tanta, sanctitas quanta de Iobo prædicatur, cum tanta divitiarum copia bene consentiat? cum illud majori ex parte verè dicatur; *Si dives fueris, non eris immunis à delicto.*

XI. Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi.

- 1. Extendere, dare, mittere manum, quid in sacro sermone.
- 2. Probatio per tribulationes res viris iustis necessaria.
- 3. Tange, tum de gravissima, tum de levi plaga dicitur. Multiplex Dæmonis calliditas.
- 4. Particula, Nisi, ad iuramentum imprecatorium refertur, & quid sua significatione continet.
- 5. Quid suppleri oporteat cum Deus utitur imprecatoria iurandi formula.
- 6. Quid sit in faciem: quid benedicere, in bonum me aut in malum?
- 7. Benedicere, pro maledicere an per Antiphrasim, vel potius per Euphemismum: ut utriusque plura exempla.

EXTENDE. Extendere manum, aut brachium habitus est percutere volentis: Isaiæ. 5. *Adhuc manus ejus extenta.* Psalm. 10. *Exurge Domine Deus; & exaltet manus tua.* Psalm. 105. *Elevavit manum suam super eos, ut prosterneret eos in deserto.* Inde extendere manum non solum ad animu percutiendi refertur; sed etiam, est idem quod percutere. I. Reg. 26. *Quis extendet manum suam in Christum Domini, & innocens erit?* Ezech. 6. 14. *Extendam manum meam super eos*

* Ya no le c-
be el ganado
en las dehesas

779

Hierony.

Eccle. 11.

I

Isai. 5. 25.
Psal. 10. 12.
Psal. 105. 26.

Extendere ma
num

I. Reg. 26. 9.
Ezech. 6. 14.

super eos, & faciam terram desolatam. quod alio etiam Hebraismo Solet scriptura significare, videlicet; Dare manum. nos dicimus: *Dare una mano.* Quod enim exod. 7. dicitur, *Immittam manum meam super Aegyptum.* propriè in Hebr. est, Dabo manum meam. Alii; Ponam manum. *To le asentare la mano.* Itaque percute (inquit dæmon) Iobum, sentiat vim atque duritiam manus tuæ, da illi manum. sed quia hîc ad externa bona Dei manum immitti petit, fortè hæc locutio referenda erit ad habitum auferre aliquid volentis, aut diripiētis: ut illud Thren. 1. *Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia ejus.* Diole *saco mano.* Ait ergo repete ab illo, quæ illi dedisti; quæ ille habet multa, atque pretiosissima auferto, hostem te simula; diripe, spolia detrahe. Sic tandem ille suæ pietatis, vera ne, an ficta sit, certissimum specimen præbebit.

Verè hoc Satanas; cum scriptum sit; *Tribulatio patientiam operatur, patientia verò probationem:* nam ad patientiæ, & tribulationum cotem attritum aurum, prodit quale sit: *sicut probatur vas figuli in fornace, & aurum, vel argentum igne.* Rem vero proponit Deo perse se gratissimam; quippe vult (quod ad suum honorem, & gloriam pertinet) ut de vera solidaq; pietate suorum servorum constet apud homines, & angelos: neque aliter fieri potest, quasi ex pacto, firmo & stabilito, quin Dei servus probetur, & graviter de illo sumatur experimentum. Rem necessariam dixit angelus Raphael Tobia; *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te.* Non aliter dicitur, *Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam.* sic ante legè tradendam, & testamentum paciscendū veræ amicitia, quo illos in suum populū & peculium reciperet Deus, & ante ingressum in terram promissam probavit Israelitas Deut. 8. *Recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per desertum, ut affligeret te, atq; tentaret, & nota fierent, quæ in tuo animo versabantur, utrum custodires mandata illius, an nõ.* Denique quicumque accesserit ad servitute Dei, stet in timore, & paratus ad tentationē sic accedat, ut in tempore tentationis, quæ proculdubio de illo fiet, non recedat. Certè cū Ananias in visu admonitus, ut quereret Saulum, dubitaret ea de re, atque timeret lupum infestissimum gregi domi-

nico inferre, neque planè cognosceret, qua ratione servus Christi effici posset ex inimico & hoste, statim ut accepit à Deo, fore ut in suam servitutem & fidelium congregationem per patientiam, & tribulationes pateret illi aditus, neque nisi probatus admitteretur, & sciens atque volens experimentum, quod de se sumendum esset; dubitationem omnem, & cunctationem deposuit. *Dixit ad eum Dominus; vade, quoniam vas electionis est mihi iste. Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati: & abiit Ananias.*

Et tange. Licet verbo tangendi gravior plaga significari soleat, nonnunquam tamen quæcumque etiam levisima. Gene. 26. *Nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod, te laderet.* quo sensu videtur dictum à Satana, *tange,* etiam levisimè; non enim aunderet magnas clades statim imprecari Iobo Dei amicissimo. & id videtur Latinus interpres explicuisse, cum dixit, *paululum;* cum in Hebr. non sit paululum, sed, *extende nunc manum tuam;* quasi diceret, ad breve saltem tempus; ne videretur ex inventerato odio, & invidia veteri perpetuis ærumnis velle Iobum conficere: tum etiam, ut rem non omnino difficilem postulasse videretur. D. Gregor. idè paululum dixisse notat, quoniam quæcumque externa mala inferat Satanas, parvi æstimat, nisi animam læserit. Porro callidè peccat, ut Deus ipse faceret, quod sibi horum malorum procuratori, & executori de mandandum fore intelligebat. Cum verò dixit, *Cuncta,* videtur Chrysostomo crudelitatem suam prodidisse, ut qui cuiusdam partis bonorum direptione non fuerit contentus, sed cupierit penitus evertere bonis omnibus.

Nisi. Particula cõposita tum apud profanos scriptores, tum apud sacros ex duplici Si, Non. Sed quam habeat vim illa particula cõtroversum est. Nam quidam non obscuri sacrarum litterarum interpretes existimant tantum habere vim simplicis affirmationis, aut negationis: ut hoc loco, *Si non, aut nisi in faciem benedixerit* id est certissimè benedicet. Isaiæ. 5. *Nisi domus multa deserta:* id est proculdubio efficaciam, ut deserte & absque habitatore sint Iudic. 5. *Nova bella elegit Dominus. Clypeus, & hasta si apparuerunt in quadraginta millibus Israel.* Id est, non apparuerunt. Sic Septuaginta Vaticani per simplicem affirmatio-

Exod. 7. 4.

Kald. & Arab.

Threnor. 1. 10

2

Rom. 5. 3
Tribulatio, & patientia produnt qualis quisque sit. Eccle. 2. 77 Sap. 3. 6. Zach. 13. 9 Eccle. 2. 5.

Tribulatio- nis, & patientiæ examen res necessaria Tob. 12. 13. Luc. 24. 26

Verb. 8. 2

Eccle. 2. 1.

Acto. 9. 15.

3

Verbum tangendi. Genes. 26. 29.

Por aora.

Greg.

Chrysof.

4

Particula nisi quid significet.

Vide Frac. Rib. Ham. 8. n. 21.

Isai. 5. 9.

Iudic. 5. 8.

LXX. Vaticana

nem

Particular Nisi, est nota juramenti, *Psalm. 88. 36. Psal. 94. 12. Isai. 14. 24. Ezech. 5. 11. Genes. 14. 23. Isai. 12. 14. Jerem. 15. 11. Psal. 7. 5. 4. Reg. 6. 31. Aposto. pefis Terent. August. * Vaya lo que mandaredes. D. Thom. Ouid. 2. met. 5*

nem convertunt; Certè in faciem te benedicet. Sed existimo tamen illam particulam Nisi, aut. si non, aut particulam Si, quando neque interrogat, neque conditionalis est, habere vim juramenti; tum ubi juramenti fit mentio, ut Psalm. 88. *Iuravi in sancto meo, si David mentiar.* Psal. 94. *Iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.* Isaiæ. 14. *Iuravit Dominus exercituum, si non ut putavi, ita erit.* vel cum ipsa juramenti verba exprimuntur. Ezech. 5. *Vivo ego dicit Dominus, nisi pro eo quod sanctum meum violasti.* Genes. 14. *Levo manum meam (habitus est jurantis) ad Dominum Deum excelsum, quod (Heb. si.) à filo subregminis, usque ad corrigiam calige non accipiam.* Tum etiam cum nulla juramenti forma, aut mentio præcedit. Isaiæ. 22. *Si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini.* Jerem. 15. *Si non reliquie tua in bonum, si non occurri tibi in tempore afflictionis.* Sed notanda in hac juramenti formâ duo; alterum cum negativè effertur idem valere; quod juramentum affirmativum: si non, id est iuro ita esse, aut ita fore: cum verò sine negatione dicitur idem valere, ac juramentum negativum, non ita esse, vel non ita fore. Alterum, hujusmodi juramentum esse execratorium aut imprecatorium: aliquando autem imprecatio, vel execratio exprimitur, ut Psalm. 7. *Si reddidi retribuendis mihi mala decidã meritò ab inimicis meis inanis.* 4. Reg. 6. *Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat. si steterit caput Elisæi super ipsum hodie.* Aliquando verò execratio supprimitur per apostrophe, cum vehementia affectus, sicut illud Terentii. *Nè me attingas scelestè, si Pol Glicerio non omnia hæc.* supple dispeream, aut, me dii perdat. Hæc autem reticentia fieri solet religionis causa, & vitandi mali ominis. Orationem ergo sic complet Augustinus: *Nisi in faciem, &c. supple, * Quid jubes? quasi diceret, vel sustinebo; aut patiar, quod mihi pro pœna injunxeris.* D. Thom. supplet, malum mihi accidat. Alii; mendax inveniar, aut dispeream, vel quid simile. Sicut dixit ille: *Mentiar obscurum nisi cum nox fecerit orbẽ,* Sed tamen non deerit, qui his, quæ diximus, objiciat; cum Deus in Scriptura jurare dicitur sub hac juramenti imprecatorii forma cum reticentia, nihil posse commodè suppleri. Neque verò in aliquo Scripturæ loco exprimi, ut inde pe-

tur. subaudiri posse, non sim Deus, aut nõ habear fidelis, & verax; ne meis verbis fidem adhibeatis posthac, vel quid simile. quod verò id nunquam exprimat, eam causam esse Titelmanus censet, quod Deus non habeat majorem se, per quem juret. Sed hoc dubitationi non satisfacit, cum juramentum execratorium non videatur requirere alium majorem, per quem fiat. commodius dici poterit, causam hujus reticentiæ esse, quod impossibile sit execrationem in Deum cadere; ideo nusquam exprimi, quod fieri nusquam potest. De re hæc docti quidam sapienter disputant.

In faciem. Publicè, apertè, impudenter, tuâ majestaté nihil reveritus; sicut & id Galat. 2. *In faciem ei reserui.* (statim se explicat,) *coram omnibus.* ait ergo, * si illum tangas, adversum te excandescet, & in tuam ipsam faciem iratus involabit. Divus Thomas aliter, *faciem sumit.* D. Greg. aliter, de quo statim.

Benedixerit tibi. Benedicendi verbo impudentissimum diabolus minimè usum fuisse, sed potius maledicendi considerat Origenes, Philip. Beda: Moysen verò, vel quicumque alius fuerit hujus libri scriptor, sanctè & modestè locutum verbo benedicendi, pro maledicendi. Didymus è contra existimat, sic enim scribit; *Pro divinis precationibus, & maledictis prosequetur, benedicet, a diabolo positum est: in quo verbum adhibuit speciosius, ne Deum verbo asperiore figere videretur.* idem dixit Hieronym. super id Galat. 3. *Maledictus omnis. Etiam ipse Satanas cum de Iob polliceretur, quod si grandibus profusus fuisset angustie, blasphemaret, à meliori parte hoc significavit dicens, Nisi te benedixerit.* Mihi Didymus placet; potest enim etiã in mente, quam Logici dicunt, ultimata, & inter spiritus colloquentes esse hæc antiphrasis, cum notitia, aut conceptus benedictionis dirigitur ad alterum, ita ut ex ea ille alius necessariò colligat benedictionem pro maledictione sibi esse representatã; sed hæc alterius negotii sunt.

Quod verò ad significationem benedicendi attinet, D. Thomas existimat posse accipi propriè in hunc sensum; si Iobum tangas, manifestum erit, quod non bene, & ex corde tibi benedixerit; id est laudaverit coluerit: *Sed in faciem,* secundum ap parentiam, & speciem externam. sicut Paulus Ephes. 6. dixit, *Servi obedite dominis carnalibus*

Titel. super Psal. 94.
Titel. super Psal. 94. Foris. Isai. 5. 1. Anf. c. 62. cõcord.
6
Galat. 2. 11. * Tocalde y vereis si se os viene a las barbas D. Thom.
Origen. Philip. Beda. Didymus
Hierony.
Antiphrasis in mente ultimata. Didymus
D. Thom.
Ephes. 6. 5.

Chaldæus. *carnalibus, non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi facientes voluntatem Dei ex animo.* quare idem erit in faciem, quod, ad oculum. Certè paulò durior & coactior interpretatio. Chaldæus etiam propriè videtur accepisse, sic enim legit; *Nisi coram te oraverit.* quasi diceret, si illi eripueris, quæ dedisti, orabit instanter, ut illi ablata restituas: neq; enim volet tibi servire bonis spoliatus; videbis re ipsa quantum amet divitias, cum pro illis obtinendis supplicem se tibi præbuerit. nisi fortè per contrarium intellectum orare accipiat Chaldæus, pro maledictis, & contumeliis cum Deo agere, aut murmuratione, quam dicunt & divinæ majestatis detractione quadam; sic enim etiam Hispanus detractionem significare solet, *Rezar por alguno,* cum alicui detrahit. cum quo videtur facere id Psalm. 34. *Cum David testatur se ab odio & maledicentia suorum inimicorum abstinuisse; * Oratio mea in sinu meo convertetur.*

Tandem Latinorum, atque Græcorum summus in hac re consensus asserit hoc loco benedicere pro maledicere positum. Rursus licet Gregorius benedicere in faciem, sic exposuerit, *Si accepta perdidit, faciem, id est, respectum tuæ gratiæ non requireret. Si enim ea, quibus delectatur non habuerit, favorem tuum etiam maledicendo contemnet.* quasi diceret, amicitiam tuam nihili faciet, nam illam propter lucrum colebat; tum etiam te maledictis & contumeliis laceffet, ut quæ non sit firma & stabilis, sed quæ semel dederit, repetat. hoc, inquam, acutè potius à Gregorio, quàm ad Scripturæ phrasim accommodatè dictum est; cum cæteri exponant benedicere in faciem, esse, palam, & impudenter maledicere, ut supra diximus. Sed hujus rei contrariæ significationem, ad antiphrasim, seu contrarium intellectum refert Augustinus lib. contra mendacium ad Consentium cap. 10. in cujus tropi explicationem, & exemplum hunc ipsum locum adducit; sicut & id 3. Regum. 21. *Benedixit Deo & regi.* eundemque tropum nominant Philip. & Beda; qui eò dicitur ab Ironia differre, quod hæc gestu indicet contrariû sensum; Antiphrasis verò non gestu sed ipsis rebus: & quidem etiam Quintilianus lib. 8. Antiphrasim sub Ironia com-

Chaldæus.
Psalm. 43. 13.
* Ego me vega, lo que yo les desco, y por mi alma vaya lo que por ellos rezó.
7
Greg. lib. 2. c. 6.
Augustin.
3. Reg. 21. 10. Philip. Beda.
Quintil.

prehendit. Sed qui grammaticorum antiphrasim explodunt, quàmvis ex illorum grege sint, non omnino malè contrarios hos verborum intellectus non tam ad antiphrasim, quàm ad Euphemismos; id est bonam ominationem pertinere voluerunt. Est autem Euphemismos, ut Demetr. Phaler. docuit, cum res odiosas bonis verbis; & impia itidem facta piis significamus, boni ominis causa. Nam Pythagoræi, ut Cicero autor est, non solum deorum voces, sed etiam hominum observabant; quæ vocant omina. Quæ postea Romani, quia valere censebant; idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, scilicet, fortunatumque esset præfabantur, præsertimque in sacrificiis, quocumque temerè prolato verbo tristi, aut miserando, rem sacram temerari credebant. Quare rebus divinis quæ publicè fierent, ut faverent linguis imperabatur; id est ut bona & fausta loquerentur, à malis & ominosis verbis abstinerent. unde id Tibull.

Dicamus bona verba (venit natalis) ad aras; Quisquis ades lingua, vir, mulierque fave.

Ergo cum sermo sanctarum Scripturarum fieri sit, per Euphemismò oportet tristi, & mala verba in bona, & fausta convertere non tam boni augurii captandi gratia, quàm puritatis & sanctitatis divinarum Scripturarum conservandæ; tû etiam divini honoris, & laudis colendæ. quare Hieronymus ad Gala. 3. negat ubi *Maledictum,* aut *Maledictio* dicitur, nomen Dei exprimi. *Audaci (inquit) pede ad hoc procedo certamen, ut ad libros provocem, nullo loco scriptum à Deo quemquam esse maledictum; & ubicumque maledictio ponitur, nunquam Dei nomen adjunctum.* Si ergo ubi Deus maledicit creaturæ, non dicitur maledicta à Deo, sed tantum, *Maledicta terra in opere tuo; Maledictus Serpens,* &c. quantò magis cum de hominis maledicto, & blasphemiam agitur, aut Deus nominandus non erit, aut malum verbum in bonum convertendum, ut hoc loco; aut alia periphrafi circumloquendû fuerit, quale est id Ecclesiæ. 23. *Est & alia (præter juramentum) loquella * contraria mortis.* id est proxima, vicina, è regione mortis, habitans, tendens versus mortem: intelligit blasphemiam, quæ Levitici. 24. morte, & lapidatione mulctari jubetur. Alia periphrafi explicant Septuaginta.

Fran. Sanct.
Demetri.
Cic. 1. de Div.
Tibull. eleg. 2. lib. 2.
Hieronymus.
Genes. 3. 14. & 17.
Eccles. 23. 15. * Palabras ay que van aparar a la horca y estan pared en medio de la casa de la muerte. Levit. 24.

LXX.

Est alia loquella induta morte. Quasi diceret tota obvoluta morte, comprehensa, possessa à morte. diceres blasphemum ita esse morti certissime destinatum, ut jam sit indutus morte, illis videlicet vestibus miserandis, quibus capitis rei induti ducuntur ad supplicium. Sed de hac Sanctarum Scripturarum puritate, & candore verborum, quæ honestissime instar matronæ nullum verbum parum decens aut profert, aut audire equis auribus potest, plura dicemus, cum aliquando locus alius feret. Sed illud tandem explicandum est, quale nam maledictionis aut blasphemie genus intellexerit Satanæ, cum affirmavit Iobum benedicturum Deo? Respondeo; Maledictionem quamcumque intellexisse, id est quicquid in Dei contemptum, aut contumeliam caderet, detractionem, aut criminationem divinæ bonitatis, & providentiæ; quod ad iram, & blasphemiam refertur, ex doctrina D. Thomæ.

D. Thom.

XI Dixit ergo Dominus ad Satan: Ecce universa, quæ habet, in manu tua sunt: tantum in eum ne extendas manum tuam. Egressusque est Satan à facie Domini.

- | | |
|---|--|
| 1. Impetrare statim quod petas, non est argumentum Dei propositi. | strage; illi coerces Deus. Illustratus Isai. Dæmonis quedam nomina |
| 2. In manu esse, quid? | 5. Egre di. quid denotet. |
| 3. Dæmonis fames, humani purissimum sanguinis. | Dæmonis celeritas. cur appelletur volatile. & |
| 4. Dæmon expleri non potest nisi extrema hominis | quid, à facie Domini. hoc loco & aliis. |

I
Impetrare quod ores non est sanctitatis argumentum.

Augustinus

ECC E. Lubens protinus tibi meum athletam concedo. Iniquissimo Satanæ concedit Deus statim quod postulat, ut hinc discas, neque esse sanctitatis argumentum, si statim obtineas à Deo, quod petis, neque Divinæ iræ, si non obtineas. Simili de re quæstionem movet Augustinus tractatu. 6. in epistolam Ioan. 1. Diabolus (inquit) petiit Iob, & accepit. petiit Apostolus, ut auferretur ab eo stimulus carnis, & non accepit. Sed Apostolus magis exauditus est, quam Diabolus. Apostolus enim exauditus est ad salutem, & si non ad voluntatem; Diabolus exauditus est ad voluntatem, sed ad damnationem: ideo enim concessus est iste tentandus, ut eo probato esset ille cruciandus.

In manu tua. Ne postea calumniaretur leniorè Dei manum, quam oportet, ad probandam illius sanctitatem. Non ego eum tangam, tuæ manui & potestati committo. *In manu esse*, vel *in manus tradi*, protectionem, & defensionem significat aliquando; qua ratione iusti dicuntur esse in manu Dei. Psalm. 9. *Tu laborem, & dolorem consideras* (quo opprimuntur iusti ab iniquis) *ut (deinde) tradas eos in manus tuas* (id est, ut illos tuearis, & illorum patrocinium suscipias. & sic coheret, quod sequitur) *Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.* hoc verò loco manus potestatem denotat: sicut & Psalm. 88. * *Ponam in mari manum ejus.* per Hyppallagem. ponam mare in manu ejus. ut non solum terram imperet, & cum lapidibus regionis pactu ineat, atque terræ bestiæ pacificæ sint illi, sed ut & venti & mare obediant ei. Exo. 4. *Reversus est Moyses in Aegyptum portans virgam Dei in manu sua.* Dixitque ei. Dominus, *Vide ut omnia ostenta, quæ posui in manu tua* (in tua facultate, & voluntate) *facias coram Pharaone.*

2

In manu esse ad protectionem refertur.

psalmo. 9. 14.

Manus potestatem denotat. psalm 88. 14. * Darele mano en la mar.

Matth. 3. & Luc. 8. Exod. 4. 20.

3

Appollina. Satanæ nocendi fames.

Satanas plus expetit, quam petere videatur.

Luc. 22. 31.

Apoc. 12. 12.

Matth. 4. 8.

Tantum in eum ne, &c. Non permitto tibi potestatem illius salutis & incolumitati corporis nocendi. Bene hinc licet cum Appollinari colligere voluisse Satanam, ut totus ipse Iobus illius arbitratui, & potestati permitteretur; negasse verò Deum. Ut hinc primò discas, plus à te Diabolum elicere velle, quam prima ipsa facie ostendat, primisque verbis exigat, nam cum ille postulaverit, ut tangeret Deus cuncta, quæ Iobus possideret, deinde verò Deus permitteret, quæ habebat universa perdenda, & diripienda; contentus tamen non est; & ab illius voluntate, & intentione postulandi excipit Deus, potius ab illius inexplebili fame, eripit potissimum bolum, Iobum ipsum; hunc enim ille sitiebat, hunc famecebat vanissima elatus fiducia, quod influeret Iordanis in os ejus: nūquid enim debobus cura illi erat? Homines ille appetit. *Va* (inquit angelus) *terra & mari.* Sed quid tandem Satanæ inimicitiarum est cum terra, & mari? hominibus sanè cavendum admonet angelus, terra marique, degentibus. *Quia descendit Diabolus ad vos habens iram magnam.* Omnia ille mundi regna facile tecum commutabit; neque assimabit præterium ullum pro commutatione animæ tuæ.

Secundò

4
Satanæ sitis humani sanguinis.

Isai. 27. 1.

Pagnin.

*Es vna trunca que todo lo arraviella de parte aparte.

Secundò hinc doceberis, dæmonis inexplebilem humani sanguinis sitim, quæ tantis hominum stragibus extingui non potest; non nisi omnium mortalium extremis calamitatibus satiare potuisse, nisi illius belluæ hiantem cupiditatem injecto fræno Deus comprimeret, & ex nostrarum virium tenuitate nocedi illi facultatè opportunè metiretur. Quam rem clarissimo experimento disces, si cruciatus implacabiles observes, quibus illorum corpora afficit, in quos iusto & occulto Dei iudicio sevièdi potestas illi à Deo fit. nam si cuiusquæ corpus invadat, sensus omnes lædit, & à propria natura & statu evertit, obscurat lumina, obstruit aures, debilitat crura, obstupefacit linguam, turbat (qua potest ratione) mentem, & corpus universum velut inanimem truncum efficit, tundit, vulnerat, cruètat, allidit ad saxa, & in obvia quæque vitæ discrimina præcipitem agit miserum hominem. Ille igitur hominū amator, qui venit ut vitam habeant, & abundantius habeant, in hoc venit, ut dissolvat opera Diaboli. Quare quod ad nostrum adversarium attinet, nunquam nostris malis expleri poterit, quod duo illa, quæ apud Isaiam habet nomina, indicant; *Visitabit Dominus super Leviathan serpentem vectem.* Dicitur, *Leviathan*, id est additamentum, vel augmentum, nam nullo nostro malo contentus est, nullam potestatem sibi satis esse, plus sibi potestatis addi nobis malorū plus inferri semper postulat. appellatur præterea *Serpens vectis*. Pagnin. legit, *Serpens transiens*. Alii etiam juxta Hebr. *Serpens fugiens*, aut velox, aut discurrens de extremo ad extremum, videlicet omnem locum occupans, omnem exitum obstruens velut inductus *vectis*, ab extremo in extremum littus; in nos totos, omniaque nostra, nulla re excepta dominari cupiens. Quia verò Deus dæmonis potestatem, calamitatesque nostræ imbecillitati attemperat, subditur; *Numquid, juxta plagam percussantis se percussit eum, aut sicut occidit interfectos ejus, sic occisus est?* Quali diceret minimè ego cum percussio, aut percussio Israellem permittò; eo sum animo, quo illius hostes: istrenim penitus delere, stirpitis excindere, fibrasque ipsas radicem evellere conantur; neque nocendi modum aliquem sibi statuunt:

Sed ego tamen, & usæ meæ modum, & mensuram statuo, atque hostium furorē intra certos limites coerco. *In mensura contra mensuram.* Id est non semel, funditisque delco, & consumo hominem; sed calamitates diversis vicibus immitto, sæpius impleo mensuram, sæpius effundo: non totam simul, neque semel Satanæ nocendi copiam facio. Quæ Dei mirabilis providentia hoc loco maximè relucet, cum semper aliquid subtrahat cupiditati Satanæ, neque totum Iobum semel illi permittat. Secus cum bona, & beneficia confert, *Misericordia ejus non est numerus.* quasi diceret, nulla mensura. *Domine in celo misericordia tua.* (nam nullis terminis constringitur) *& veritas* (fidelitas promissorum) *usque ad nubes: justitia tua sicut montes Dei* (gradatio quædam est, quæ deorsum versus reddit.) *Quemadmodum* (quo modo! quantum! res admiratione dignissima) *multiplicasti misericordiam tuam Deus!*

psal. 35. 6.

5

Egredi, quid indicet

Dæmonis celeritas.

Habac. 3. 5.

Cur dæmon appelletur volatile.

Mat. b. 4. 1

LXX.

A facie Domini quid signi ficet.

Genes. 4. 14.

Egressusque est Satan à facie Domini. Alacritatem, strenuitatem, sollicitudinem in re gerenda videtur significare verbum *egrediendi*; nihil enim aliud expectabat, quam facultatem nocendi Iob; ea igitur obtenta, nihil moratus nihil respondens amplius egressus est, abiit, excessit, erupit, rem perfecturus celeriter. eadem ferè vis hujus verbi Habac. 3. *Egredietur Diabolus ante pedes ejus.* in Hebr. *egredietur (Reseph)*, id est volatile, ut Hieronymus eo loco exponit, atque ex Hebræorum sententia propter nimiam velocitatem principi Dæmonum id nomen convenire scribit, qui Christo post baptismum statim occurrerit; nec solum post pedes ejus, ut *insidiaretur calcaneo*; ex lectione Septuaginta; sed *ante pedes ejus*, egressus fuerit in campum, locumque certaminis, tempus, & locum præoccupans. Quod verò est, *à facie Domini*, id est Angeli, qui ex Dei persona illi loquebatur sicut dixit Cain: *Ecce ejcis me hodie à facie terra, & à facia tua abscondar.* Id est non permittis mihi habitare in hoc loco, ubi te præsentem exhibes. Secus in aliis locis Scripturæ, illud à facie Domini habet longè alium sensum.

G 2 An

An hæc Dei verba solam permissionem Deï moni faciant: an verò etiam novam illi facultatem aliquam præbeant.

6. Testimonia Patrum quæ videntur probare his verbis contineri Dei præceptum, aut determinatam voluntatem. 7. Vera quæstionis solutio. Deus tantum velle potuit passionem Iobi, non verò iniquam tortoris actionem. 8. Dæmonis manus & potestas à Deo ligata circa naturalia. 9. Illa eadem constricta in tentando, & superando.

6 An hæc Dei verba continent Dei imperium, an verò solam permissionem.

Gauden. Brixian. tract. in scriptur. in præf. Chrysost.

Olympio.

Gregor.

7 Responsio.

SED jam hoc loco duas nobis quæstiones excitabit Theologus. Primâ, an his Dei verbis cõtineatur imperium, præceptum ve divinum, aut Dei voluntas (quam dicunt) determinata; an verò sola permissio facta Deï moni? nam cum hoc loco de penis infligendis fermo sit, quarum Deus autor esse potest, neque solum permittere, sed præcipere etiam, atque determinatè velle, ut Dæmon Iobum affligeret, nihil videretur ea res ledere divinam bonitatem. Adde etiam Deum voluisse Iobum affligere, cum illum ipse Dæmoni objecerit, ut illum expeteret, & postularet ad certamen, expectitum verò concederet adversario. Inquam rem Gaudentius Brixianus dixit: quòd Deus quasi ingressus Diabolo Iobi sanctitatem, ut doleret, indignaretur, invideret. Et Chrysost. voluisse Deum ut Iobus tentaretur, propterea que percontatum fuisse, Numquid considerasti, &c. Ut lucte ipsi causam afferret. Olymp. crebris laudibus suum justum efferre Deum, ut ad ineundum cum athleta certamen, lacerasset adversarium. Grego. Deum prædicasse laudes Iobi in despectum Diaboli, neque concessisse semel potestatem seviendi in illius corpus, quòd pluribus illum tentationibus, atque certaminibus servaret.

Respondet, Cum hæc Iobi penset, atque perpersio tot cladum per iniquam sive Dæmonis, sive aliorum latrunculorum

operam, & voluntatem effecte, & exercitata fuerint, certè Deus non præcepit; & moraliter tantum velle potuit passionem, quæ in Iob fuit bona; minimè verò actionem, quæ in agentibus iniqua fuit. Permissit tamen Deus, dum Dæmonis manum, id est potentiam, quæ arctata, & ligata erat, solvit, id est non coercuit, neque frænavit, quòd illa verba declarant: Ecce in manu tua est; quam cum adhuc coercuerim, nunc expeditam, & liberam relinquo. Quare dixit Grego. quòd unus, & idem spiritus, i. Reg. 18. Dicitur Spiritus Domini malus irruens in Saul. Domini per licentiam potestatis, quæ injusta non est, malus per desiderium voluntatis injuste. Quare illud tange, fortè est, permittit, ut tangam; nam quòd Deo permittente fit, Deus facere dicitur. Neque verò excluderetur Gregorii sensus, si dicas, illum Spiritum Domini malum irruentem in Saul, ita ut prophetaret in medio domus suæ fuisse vehementiorè quendam iram motum, qui illum propemodum ad insaniam adigebat.

Alteram quæst. An nunc det novam aliquam facultatem dæmoni Deus, quam ille natura sua non haberet. Respondeo; Naturalem Dæmonis, sicuti aliorum angelorum potentiam duplicem esse circa hæc inferiora; alteram ad applicanda activa passiva per motum localem; alteram per suggestionem internam, & propositionem objectorum, commotionem specierum, & spirituum, & id genus alia. de quibus Theologicum D. Thoma disputant. i. p. q. 111. & utraque hæc manus, sive facultas dæmonis ligata est à Deo, ne tantum noceat, quantum posset. Et de prima quidem ex hoc constat, cum ad diripiendas facultates, & domum evertendam, petat & obtineat facultatem; tum etiam, quòd sine peculiari Dei facultate non potuit gregem illum porcorum in mare precipitem agere, Matth. 8. Marci. 5. Luc. 8. quem locum in hanc rem notavit Tertullianus, lib. defug. in persecutione. & acutè in eo loco Divus Thomas observat non petivisse legionem illam, ut in homines mitterentur, quia Christum Iesum de nostra salute sollicitum minimè id permissurum sibi persuaserat. In universum autè D. Aug. 7. de civ. ca. ultimo de dæmonibus agens; Non possunt (inquit) quod non sinuntur facere. Et lib. 2. cap. 23.

Grego. lib. 2 cap. 10.

* Vna rabia diabolicaque le hazia hæret locuras

8

D. Thom.

Math. 8. 30 Marc. 5. 11. Luc. 8. 32 Tertullianus D. Thom.

Augusti.

tantum

Gregorius Cyprianus Theophilac.

9

1. Chor. 10. 13.

Apo. 20. 1

Aretas

* Por algun tiempo andara el diablo suelto.

Gregorius

Quid qualisve sit catena diaboli.

Cyprianus

Augustinus


Diabolus nec timendus nec honorandus.

Judith. 16. 19

Deut. 28. 58.

tantum possunt, quantum secreto Dei arbitrio permittuntur. vide etiam lib. 18. cap. 18. Greg. hoc loco. Gypria. lib. 3. testimo. ad Quirin. cap. 80. Theophil. Marci. 5. De secunda verò illa Dæmonis facultate videtur locutus Apostolus. i. Cor. 10. Non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet cum tentatione proventum: videlicet ut non solum crescente, & amplius sæviète tentatione vires vobis suppeditet, quo pares sitis ferendæ, & perferendæ tentationi; sed ut eas vires subministreret, quæ vos validiores, & superiores ipsa tentatione efficiant. Propterea Apocal. 20. Vidit Ioannes: Angelum descendentem de celo (Christum Dominum) habentem clavem abyssi, & catenam magnam in manu sua. (id est, ut Aretas exponit, vim cohibendi operationem vitiorum) & apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est Diabolus, & Satanas, & ligavit eum per annos mille. (detinet itaq; in carcere, & vinculis Satanam, ne egrediatur, à facie sua ad nocendum, & seducendum gentes) & post hæc (videlicet tempore Antichristi) oportet illum * solvi modico tempore. Eleganter verò Gregorius hanc ipsam Diaboli catenam, & vincula habenis comparat; nam Deus optimus, qui providentiæ suæ curru vehitur, & ad debitum finem creaturas omnes confert, nunc Dæmoni remittit, nunc intendit habenas; calcaria verò nunquam adhibet.

Hinc eliciunt Cyprian. Sermone 6. de oratione Dominica. & Augustinus li. 2. de civitat. cap. 23. Diabolum nec timendum, nec honorandum, cum nihil nisi ex Dei permissu agere possit. Sed Deum quidem colendum; quem qui timet, magni sunt per omnia. Qui verò non timuerit, augebit Dominus plagas ejus. Heb. mirificabit; id est mirabiliter augebit, & multiplicabit: videlicet inveniet mirabilia quædam tormentorum genera, quibus impium excruciet; & solvet Satanam, qui liber minimeque coercitus exquisitis illum cruciatibus conficiat.



XIII. Cum autem quidam die filii, & filia eius comederent, & biberent vinum in domo fratris sui primogeniti:

1. In nostro adversario tñ violentia, tñ astutia. Ate Homericæ. 2. Priscæ indumenta. Dæmonis pellis ex leonina & vulpina. In sandria 3. Quo tempore inierit Satanas cum Iobo certamè. Ars Dæmonis: & que sint insidie, sive metho dia apud Paulum.

VE TVS illa controversia, plus ne in hoste valeat, & commendetur astutia, an violentia? certè utrumque valere plurimum in adversario humani generis, nihil verò commendandum, sed cavendum & timendum utrumque, vel ex hoc loco licet colligere; ex quo perspicui potest tum immanitas incredibilis, teterrima feritas, & immanissima audacia; tum fraudulenta astutia, malitiosa calliditas, fallax obscuritas, veteratoria, multiplex, versuta nocendi ars. Quid inquam ars, cui nomina mille, mille nocendi artes? qualis Ate ab Homero describitur, quæ ex Iovis filia in teterrimam mortalibus noxam conversa est.

Ipsa Iovis proles, mortalibus omnibus Ate Noxia mille modis, pedib; nõ mollibus unquam Repit humi, verũ capita ipsa, & maxima rerũ Aggrediens homines affligit.

Hunc se esse Dæmon ipse testatus est, dum monacho rogati quisnam esset, aut qui vocaretur, respondisse fertur, Mille modis artifex vocor. Hercules Nemæi se Leonis tergo contegebat. Mauri, ut scribit Strabo, Leonum & pardalium, & ursorum pelles induunt; & domniëtibus substernunt: similibusque indutos pellibus in Xerxis exercitu Ethiopes fuisse, scribit Herodotus. Barbarorum alii eodem autore, serpentum, ac piscium coriis, indumentis, ac stramentis utuntur. Alii quibus tam immanis feritas non placuit, ut magna Scytharum pars, tergis vulpium inducitur; referente Seneca: tumetiã Thracibus in more fuit autore Herodoto, cassides ex pelle vulpina conficere. Sed versutus Dæmon utrumque conjungens Leoninæ vul-

I Vtrum in hoste valeat astutia, an violentia.

Satanas tum callidissimus tum sævissimus.

Homer. li. 19. Iliad.

Homericæ Ate.

Dæmonis nomen.

2 Fera priscarum gentium indumenta.

Strabo. li. 17

Herodotus lib. 17

Senec. lib. 2 epist. 90.

Herodotus

pinam affuit, qua se totum veste contegat, ut quod vi nō potest, astu tandem perficiat. ad quod alludere videtur familiare id nostratum hominū proverbium, quo veteratōrē appellant, Pellē Diaboli, *La piel de Satanas*; Quod usurpasse aliquando Lyfandrum Lacedæmoniorum ducem Plutarchus scribit. nam ad eos qui ipsū concidebant, quod plerūque fraude trāsigeret, ut indignum Hercule; dixit, *Quo non pertingat Leonina; ibi assuendam Vulpinam*. Quod proverbium à Nazianzeno in Iulianum torquētur, ferūm simul æquē ac veteratōrem: atque illud etiam quod de eodem Iuliano scribit, in humani generis hostem melius, veriusque convenit; sic ille ait, *Quemadmodum chameleontem ajunt in quidvis facile mutari, atque omnes subinde colores, candore uno excepto, suscipere; sic etiā ille Christianis, præter clementiam, in quidvis se vertebat, ac perquam crudelis erat ipsius lenitas, & violenta persuasio*. Non aliter sanē Demon cum vulpem agit, Leoninam crudelitatem spirat; cum leonem, vulpina se pelle contegit: verius, totus ipse Leo est, totus vulpes, totus crudelitas, totus fraud. Simul utrumque in Iobo tentando videas, se se mille modis versare, vorfutiorē ut ajunt rota figurari; mille larvas sumere, mille artibus in mille figuras; instar Prothei, se convertere; tempora observare; occasiones captare; verba componere; semper vulpem, nunquam non leonem. In summa omnia demonis nomina, quæ plurima sunt, & illius ingenium significant, aut sunt violentiæ & crudelitatis, sicut astutiæ atque malitiæ, aut odiū & inimicitiarum adversus hominē; & sicut astutia vires acuit, & sevitiam extimulat; ita odium, & invidia sevitiam, atque astutiam exacuit, & incitat. est ergo *novacula acuta*, quæ excindit *faciendo dolum*.

Sed ut ad rem præsentem deveniamus, expectavit callidus hostis primum conviviorum diem lætissimum, atque splendidissimū, ut qui in domo primogeniti celebraretur; atque eō pertinet; quod cum v. 4. tantum dicatur, *Comederent, & biberent*; nunc, *vinum addatur*, quod ad lætitiā, lautitiāque majorē pertinere videretur. nam non nisi potentiores, & opulentiores bibebant vinum Isai. 5. v. 22. & Ps. 68. Est autem in

fonte vini nomen, *Iain*, unde forte dictus est, *Ianus*, quem dicunt fuisse Noe, usus vini inventorem. de quo vide Berof. lib. 3. Chrysofomus, *quandam diem*, intelligit, tempus ante meridiem, cum præliandi initium factum est; nam ultimus nuntius meridiē venit, tempore videlicet prandendi. Atque oportuit rem à Diabolo. eo tempore procurari, ut unius diei spatium. tot acerbitatibus, & certaminibus commode suffectura videretur. Sed Origenes tempus primi nuntii colligit meridiem fuisse, videlicet ipsam horam prandii, ut Iobo discubenti ad mensam acerbis & inopinatus existeret. Hæ sunt illæ technæ, & insidiæ Diaboli, adversus quas paratos stare jubet Apostolus: quæ Græcè dicuntur, *Mothodia*, id est insidiæ, & astutus. cum methodo, cum ratione, & arte ad fallendum, ad vincendum commo-

disima.

XIIII. Nuntius venit ad Iob, qui diceret: Boves arabant, & asina pascebantur iuxta eos:

XV. Et irrerunt Sabæi, tuleruntque omnia, & pueros percusserunt gladio, & evasi ego solus, nec manriarem tibi.

- 1. An nuntii fuerint Demones ementis famulorum habitum. Nomen serpentis à nuntiando.
- 2. Nequitia pravorum spirituum quid apud Paulum. tum etiam apud profanum. Istorum nuntiorum acerbitas.
- 3. Nondum satis subacta terra ab aratoribus Iobi. Iudi Cereales respicere potuerunt Samsonis arte cremandarum frugum.
- 4. Quo anni tempore hac contigerint.
- 5. Amplificatio hujus cladis. Quid irruere, seu ca-
- 6. Qui Sabæi Saba duplex. Unde Regina Saba? & quibus litteris hæc nomina scribantur insigne.
- 7. Altorum sententia de Sabæis. discrimē ex scriptura: nomini non est solidum. Ipsi Sabæi fuisse Arabes. At Regina Saba non de Arabia sed ex Aegypto. Sabæos, & Thracomitas Latrociniis vivere.
- 8. An Sabæorum habitum ementis fuerit Demon.
- 9. Quid percussit: quid puer. Invidorum ingenium

Ianus idē qui Noe.

Berosus Chrysofomus

Origenes

Ephes. 6. 11

mas Godvici

I Origenes

NUNTIUS. Id quod Origenes in tertio nuntio existimat fuisse unū aliquem è famulis Iobi, idem ferè interpretes omnes de omnibus nuntiis intellexisse videntur; sed ita tamen, ut semper in illis relucent Dæmonis tum immanitas, quæ hostes ad prædam & cædem accenderit; tum calliditas, quæ à communi plaga nuntios exceperit, & miserabili oratione intruxerit, atq; eo ordine, temporeq; disposuerit, ut uni alius opportunè succederet, ut importunitate tot cladum, & infaustorum nuntiorum Iobi constantiam commoverent. Sed Chryf. Homi. 2. & 3. de patientia Iobi; existimat Dæmonem ipsum nuntiorum formam, & speciem ementium: simile vero existimant Polychro. Et Olympiodorus. & quidem non solum sævus, & sanguinarius nūtiis, sed etiam infelix & ominosus; quicquid novi afferat, aut indicet, seper Satanas est. unde etiam serpentis nomen, quod hebraicè dicitur *Nachas* à curiositate, & callida, insidiosaq; observatione, in Kaldaica paraphrasi dicitur *Cheriva*; ab indicando, seu nūtiando, quasi dicat, nuntium, qui nuntiavit Evæ pomum vetitum. Ergo cum ingens lucrū reportaverit ex prima illa nuntiatione, nunc alicujus utilitatis spe allectus nuntii formam, & officium iterum assumit. Et videtur ipsa rei gestæ narratio sic exigere; non enim aliter videretur fieri potuisse, ut unus semper ex his claudibus liber evaderet, & renuntiare posset, an alii omnes famuli periissent, an verò quidam alii evadere etiam potuissent; nec etiam si homo esset, potuit tam opportunè unius adventus alterius extrema verba excipere; ut quoad fieri posset nullum respirandi spatium Iobo concederent. Quid, quod verba ipsa, in quibus multum erat momenti ad commovendum animum, non videretur Damon commissurus homini rustico, sed suæ tantummodo astutiæ & calliditati crediturus? & sicut, qui boni aliquid volunt afferre, affingunt aliquid, quo faciant id quod nuntiant lætius; ita certè nuntius improbissimus multa affingeret acerbitatis, & doloris, quo nunc réfficeret lucuosiores. Quare ementia figura, habitu, & gestu miserabili, dilaceratis vestibus, tunsus, & fortè etiam faucibus, facie & manibus cruentatus, fugiendi celeritate creberrimè anhelans, & vix

interclusū spiritū potens emittere, singulis quibūsq; verbis insistens, orationē diluēs lachrymis, inauditis verborū exaggerationibus, & ad efficiendam in Iobi animo mollitudinem, & doloris sensū cōparatis, & qua potuit acerbitate cōditis, atq; cōpositis, rem totā exposuit.

Hinc perspicies verissimū id Pauli, ad Ephes. scribentis, *colluctationem* nobis esse *adversus spiritualia nequitia*. Id est adversus spiritus nequissimos. Per nequitiam, autē quæ Græcè est (*poneria*) malitiam & versutiam intelligit: qua etiam voce postulam oratione dominicaliberari (*à potu poneru*) à malo. Quo nomine etiā Hispani callidū, & veteratōrē atq; mendaciorū, & fraudum non solum architectum, sed etiam dissimulatōrē aliquē appellare solent, *Es un malo, y dissimulado, que sabe mil ruindades*. Certè apud Latinos autores illam ipsam vim habet vocabulū, *nequitia*: Quæ expressit Cicero iis verbis, quæ in nequissimum Demonem se se hīc ementita nuntii figura simulantē, & contegentem rectè quadrēt; invehitur ille in Antoniū, ad amiculum divertentem: *Delituit* (inquit) *in quadam cauponula, atq; ibi se occultas perpotavit ad vesperum; ad urbem advectus domum venit, capite involuto; tanitor, quis tu? à Marco tabellarius. O hominem nequam; nihil enim magis proprium possum dicere. neque verò nos hīc, quā, o spirituales nequitias; spiritum nequam: Quanta verò fuerit horum servorum acerbitas, tum ex re ipsa, tum ex comparatione cum illis mēstissimis nūtiis, qui scribuntur. i. Machab. cap. 5. colligi potest. Cum enim Galaditæ congregati sunt adversus Israelitas, hujusmodi litteras, nuntiosq; miserunt ad Iudam & fratres ejus. *Congregata sunt adversus nos gentes per circuitum, ut nos auferant. Cecidit multitudo de nobis, & omnes fratres nostri, qui erant in locis. Tabin intercepti sunt; & captivas duxerunt uxores eorum, & natos, & spolia, & peremerūt illic ferè mille viros. Et adhuc epistola legebantur, & ecce alii nuntii venerunt de Galilea conscisis tunicis nuntiantes convenisse adversum se à Prolemaida, & Tyro, & Sidone. Hi inquam, nūti adferunt diferimen, in quo provincia versabatur. At verò functiores alii, plures etiam numero, rem jam confectam, cum summo malo cladēque renuntiant. Sed esto nuntium tritte perferat**

Ephes. 6. 12.

2

Quid nequitia apud Paulum.

nequitia a nois nequitias

Malus demonis nomen.

Quid nequitia apud Latinos.

Cic. philip. 2.

1. Mach. 5. 10

3 Amplificatio infausti nuntii.

Judic. 13.

Alex. lib. 5. c. 26.

Iosue. 3. Levit. 23. Abulensis.

5 LXX

* Q. d. quifo la del gracia, que estuuiel- sen a mano.

722

* Dieroa fore ellos Pjal. 9.

nuntius ipse Dæmon, iustus nihil tibi ab infausto nuntio timet, cū de illo scriptum sit: *Ab auditione mala non timebit.* *Boves arabant.* Singulis verbis amplificatur calamitas: nondum enim erat satis subacta terra, neq; satis cultus ager excipiendo semini, ut sementis, aut frugis spes ulla relicta fuerit. Nondum tunc temporis nata fruges, nam illas Dæmon, non relinqueret intactas; cum enim ipse sit turbo, grando, & Spiritus procellarum, illas dilapidaret, atque convellet, aut si jam maturuissent, violentus, pariter atque astutus, velut Samson alter, vulpina opera usus, plusquam trecentas vulpeculas accensis facibus legatis ad caudas in segetes dimitteret, quas, cum vinetis quoque & olivetis demolirentur, atque consumerent. Vim enim ignis, & vulpinas artes sibi esse ad perdendas fruges comminatus est hominibus, cū delusam antiquitatem docuit, ut in ludis Cereali- bus, qui in Cereris honorem magnificē- tissimè fiebant, vulpes stipulis alligatæ accensa flamma cursitare in circo maximo cogere. Cujus Rei Alexander meminit.

4 Quo autem anni tempore hæc contigerint, non erit facile divinare; nam pro varietate regionum tempus etiã colendi agros diversum est. Et sunt etiam terræ, quæ bis in anno frumentum, & fructus ferant. In terra autem Chanaan tempus messis hordeaceæ cadebat in mensem Martium, ut patet Iosue, 3. & Levit, 23. Messis verò triticea in finem Aprilis, & initium Maii: de qua re doctè differit Abulen. 1. Reg. 12. q. 15.

5 Et asina. Septuaginta, *Famina asina*, ut fetus, & propagationis spes adæpta fuerit iuxta eos; ut non per custodum incuriam furto sublata intelligantur, sed per injuriam, & vim prædonum. Tum etiam, ut amplificetur infortunium, quasi ex Iobi infelicitate natum fuerit, ut adessent ibi asinæ in prædam Sabæorum: quæ, si longius pascerentur, ut quondam solebant, evasissent prædonum manus. Hebr. *Asina pascentes* * ad manus eorum.

6 Et * irruerunt. Lapsi sunt, præcipites ruerunt in prædã more hostili, à (Naphal) quod est ruere, & cadere super prædam, unde dicitur Pslm. 9. *Inclinabit se, & cadet cum dominatus fuerit pauperum.* translatione sumpta à venatoribus, qui dū fe-

ram illaqueatam tenent, aut sagittis confixam prostraverunt, irruunt in eam, & cadentes super eam opprimunt.

6 Saba. in Hæb, *Seba*; metonymicòs, pro Sabæis. Cæterum duplex est Saba; altera, quæ non tam est regio, quam urbs in Aethiopia, vel Insula Nili; cujus meminerunt Ioseph. lib. 2. antiquitat. & Strabo lib. 27. cujus Regina erat illa, quæ venit ad Salomonem. 3. Reg. & quæ dicitur Regina Austri, Matth. 12. & sic Saba conjungitur cum Aethiopia, & Aegypto Isaiæ. 43. v. 3. & 45. v. 14. cum quo etiam facit quod fœminas in Saba, & Aethiopia regnasse scribunt Plinius lib. 6. cap. 29. Strabo lib. 16. Euseb. lib. 2. histo. cap. 1. & res clarè colligitur ex 3. Reg. & Act. 8. propterea Claudianus dixit.

7 Madis, levibusque Sabais Imperat hic sexus, Reginarumq; subar- Barbaria pars magna jacet. (mis)

8 Sicut etiam Aegyptus parvit Cleopatra; Massageta, Thomiri; Afsyrii, Semiramidi; & suis etiam Scythæ Reginis. Altera verò fuit Saba Syriæ regio, seu potius eadem, quæ dicitur Arabia fœlix, ut Hieronymo placet, in locis. Acto. apost. lit. A. & Strab. lib. 16. Plini. lib. 6. cap. 28. vocant enim incolæ Arabiæ fœlicis, Sabæos; & ita Pslm. 71. Saba jungitur Arabiæ. *Reges Arabum, & Saba dona adducent.* & Isai. 60. *Omnes de Saba venient aurum & thus deferentes*: quod dubium non est dictum esse de Arabia fœlici, quæ auro & thure abundat ut indicatur Ezech. 27. et scribunt Hieronymus in loca apost. litt. A. & quæst. Hebr. in Genes. 25. Plin. lib. 1. cap. 11. & lib. 18. cap. 17. & lib. 37. cap. 6. & 10. Hujus autem Sabæ regionis, utriusque diversitatis argumentum est diversitas nominum in Heb. nam alterum scribitur cum *Sin*, *Seba*, hoc loco, & Isai. 60. & Ezech. 27. 22. & tunc Iansenius. Pslm. 71. existimat significare Arabiam fœlicem, aut ejus regionis urbem: alterum verò scribitur per *C*, *amech*, *Ceba*, & tunc ait significare regionem Aethiopiæ, ut Isai. 53. v. 3. & 45. v. 14. Contrario modo Genebrardus, & Interpretatio nominum Hebraicorum, quæ in fine Bibliorū circumfertur, rem tradunt; nam ajunt priori modo significare Sabæorum Aethiopiam, posteriori Arabiam fœlicem, cujus metropolis (*Saba*) in mote sita erat. Rur-

9 videtur

6 Duplex Saba

Iosephus. Strabo.

Plinius Strabo. Euseb.

Claud. in Europ.

Altera Saba Syriæ regio

Hierony. Strab. Plin. Pjal. 71. 10. Isai. 60. 6.

Arabia Fœlix thure abundat

Nominis Saba diversitas in Hebræo

722

Iansenius.

722

Genebrard.

7 Caietan.

Ioan. Bened.

Adrichom.

Hierony.

Sin & C, ame- ch permuta- biles.

Vnde venerit Regina Saba

Ioseph. Origen. Hierony.

Abul.

Strab.

videtur ex nominibus suorum primorū habitatorum; nam filius Regma, dicitur, Saba, Genes. 10. v. 7. & similiter filius Iecsan. Genes. 25. v. 3. At verò Ceba dicitur filius Chus, Genes. 10. v. 7. & 1. Paralip. 1. v. 9. à quibus utraque Saba sua nomina acceperunt.

7 Ex his argumentum sumit Caieta. existimandi hos Sabæos, esse quidem Syriæ conterminos, atque hanc ipsam esse regionem Saba, unde Regina Austri dicitur Ierolimam ad Salomonem venisse. Quam rem docuit etiam Ioannes Benedictus in annota. ad cap. 10. 3. Reg. & idē sensisse videtur Christianus Adrichom in suo Terræ Sanctæ Theatro, in tabula tribus Manasse. Quibus favet Hieronymus in Isai. 65, dicens, Madian & Ephraim esse regiones trans Arabiam, omnemque provinciam appellari Saba, unde fuit Saba Regina, quæ venit audire Sapientiam Salomonis. Argumentum inquam Caietani est, quoniam per litteram *Sin* scribitur Saba, tū hoc loco; tum etiã. 3. Reg. 10.

8 Sed in hac re primum censeo, differētiam illorum nominum, nō debere admodum religiosè observari, ita ut, *Saba*, & *Ceba* perpetuò differant; cum enim, *Sin*, & *Camech*, sint similis soni, possunt etiã in eodem nomine, & re significanda permu- tari. Quare potius ex re subjecta, & antecedentibus & subsequētib; vera significatio petēda est; & ita Hieronymus qui Saba per *Sin*, ait significare Arabiam; de locis Hebraicis Genes. 16. ait accepisse nomen à Saba filio Chus; qui tamen scribitur per *Camech*.

9 Secundò non venit Regina Saba de Arabia fœlici, sed de Aegypto, aut Aethiopia, aut de insula Meroe: in quo ferè omnes consentiunt. Ioseph. 8. antiquita. cap. 6. Origen. homi. 1. in Canti, Hieronymus super id. Joelis. 3. *Venundabunt eos Sabais genti longinqua.* Sic ait; *Sabaim gens* rās Iudæam dicitur, de qua fuit & Regina Saba, quæ venit sapientiam audire Salomonis, de quibus & Isai. loquitur cap. 45. & *Sabaim viri excelsti ad te transibunt. unde & thus venire perhibetur*, licet quidam Sabæos Arabes suspicentur. Vide Abulen. 3. Reg. 10. q. 2. & 2. Paralip. 7. 2.

10 Tertiò tandem isti Sabæi ex Arabia fœlici excursiones facere soliti in regiones vicinas hoc loco nominantur. Sic Strabo lib. 16. ait; *Sabæos qui erant in Arabia fœlici*

11 *ci, solitos excurrere in Syriam & Arabiam per- tram.* & Plinius lib. 6. cap. 28. dum agit de Arabibus fœlicibus, qui vel sunt ipsi Sabæi, vel his vicini juxta mare Rubrum ait; *Ex innumeris populis pars coequa in com- mercis, & latrocinis degit.* Diodorus quoq; lib. 3. bibli. cap. 12. de Arabia sic scribit *Quæ vergunt ad Orientem partes Arabes incolunt, quos nominant Abatæos, habitantes patriã, tum desertam, tum inaquosam, tum in paucis ferentem fructus. ideo latrocinis vicinis gentibus infesti sunt, atque invisi bello.* Adde etiam quod Thraconitæ Hufitis etiã vicini; latrocinia exercebant, prædãque agebãt, ex vicinis agris, ut testatur Ioseph. lib. 15. antiquita. cap. 12. & 1. de bello cap. 15.

12 Rursus hoc loco Origenes censet, id, quod Olympiodoro non displicet, hos non fuisse veros Sabæos, sed potius dæ- mones habitum, & figurã Sabæorum emē- titos, propterea quæ legi apud Septuagin- ta. *Venerunt prædones.* isti enim sunt dæmo- nes nequissimi, non nisi ex raptò vivē- tes, postquam semel diuinæ gloriæ rapi- nam tentaverūt. Dæmones ergo, pro suo incredibili in res humanas odio, *tulerunt omnia*; propriè, assumpserunt, acceperunt prædam, de prædatis sunt: inde a radice, *LaKach*, nomen prædæ, *malKadac*; inde etiã dicuntur fauces quæ accipiunt & devo- rant; & forcipes quæ extrahunt, & eruūt aliquid, & fortiter capiunt.

13 Et percusserunt. De ingenti plaga dicitur & propriè ad pulsationem, aut verberationem pertinet: Hispani de quacumque plaga, aut dolore, aut clade alia dicere so- lent, *vezio golpe es este.* Sed ex adjunctis di- versas significaciones obtinet; nam *percu- tere cæcitate*, Genes. 19. est cæcos redde- re, *percutere lingua*. Ierem. 18. est falsum te- stimonium dicere cōtra aliquem, aut de- ferre apud judicem, *percutere civitatem*, est vastare, *percutere gladio*, vel *in gladio*, est vul- nerare, interficere, *percutere in ore gladii*, vel *in acie gladii*, est adigere mucronem, & ipsam aciem gladii: qua ratione hoc lo- cō etiam scribitur in Hebræo, Percusse- runt eos in ore gladii.

14 Pueros. Famulos, servos, custodes peco- rum, bubulcos, aratores. Pueri autem nō- men licet aliquando ætatis sit. sæpe est ministerii, & obsequii; inde ducta ratio- ne, quod majoribus, & senioribus assur- gere, obsequi, inservire debeant juniores

Plin.

Diodor.

Iosepho.

8

Sabæorum ha- bitu an sum- pserint dæmo- nes.

LXX

קלח חוקים

9

Percutere ad magnam plagam pertinet

Puer ad mini- sterium refer- tur.

adolescentioresq; quos Hispanus non tam ex etate quam ex officio vocat, *mos*. eadem analogia ætatis & ministerii, in Græco, *Pes*, significat enim omnes qui in familia sunt, domesticos, præter patrē & matrem-familiās, tum etiam in Latino *Puer*, ut ait Paulus de verb. signifi. I. puer. *Pueri* (inquit) *appellatio tres significaciones habet; unam cum omnes servos pueros appellaremus: alteram, cum puerum contrario nomine puella diceremus: tertiam cum atq; puerilem demonstraremus.* Ut igitur acrius pungat, cædes & hostium immanitas cum rerum ammissione miscetur à Dæmone.

Et evasi ego solus. Bis in Heb. repetitur ego tantum, solus ego. ut cladem exaggeret, ex qua mirum fuerit unum tantum evadere potuisse, tum etiam ut indicet non per hyperbolem loqui, sed nullum alium fuisse re ipsa superstitē, & incolumem ex omnibus famulis.

Vt nuntiarem. Vel invitus fatetur Dæmon, aut is cui Dæmon suppeditabat verba, non solatii, sed augendi doloris, & Iobum pungendi causa hunc famulū à communi clade servatum esse. Illa autem est invidi hominis natura, illud ingenium invidi Dæmonis, ut Basilus notavit, ut cum fortunæ commutationem dolere se ostendit, & verbis priora narrat, aut collaudat, non id faciat humanitate aut caritate commotus, sed ut graviolem proximo calamitatem ex horum memoria, ac desiderio faciat.

XVII. Cùmque adhuc ille loqueretur, venit aliter, & dixit: Ignis Dei cecidit e caelo, & tactas oves, puerosque consumpsit, & evasi ego solus, ut nuntiarem tibi.

1. Dæmonis methodus, & ordo servatus in hac clade.
2. Dæmonis improbitas & importunitas musca simili. Beelzebub, assiduitas tentationum.
3. Tot cladum perpetuas continens series.
4. An verus fuerit ignis qui oves tetigit. Quid ignis Dei in sacro sermone.

5. Quid tangere, cum ad ignem referatur. Quid consumere. Os & lingua tributa igni. Dæmonem fingere Deum fastidientem sacrificia. Fulminis tacta nefasta sacrificia.
6. Patetissimi Iobi cogitatio opportuna. Fulmine tacta, Deo consecrari existimata. Protervia facere apud Latinos. Patetia Ceraunia gēna similis.

Cum prima plaga ex hominibus, secunda ex cælo proveniret, rursus tertia ex hominibus, quarta ex cælo & superiori impræssione, observanda est methodus à dæmone servata, & ordo iste vicibus alternis; cum enim humanus animus aliquid mali passus ab homine, soleat ad Deum confugere, & opem ex cælo implorare; rursus percussus a Deo atq; repulsam ferens, regrediatur ad humanā opem, & solatia rerum externarum captanda: ut omnem solatii & remedii spem, præcideret, & aditum præcluderet, post Sabeorum sequitiam, fingit Deum iratum, & cælum adversum se exardescens, ne eò confugiat. Deinde ad homines revertenti, Kaldæos objicit; tandem ne filios, ne ve iterum Deum requirat, illam ve hominum aut numinis fidem implorare possit, ventum è cælo vehementem immitit, qui domus ruinam, & miserandam filiorum necem efficiat.

Deinde iam hic non solum hostis noster Satanam & calumniatorem se exhibet, sed quod illius etiam proprium nomen est, Beelzebub; licet enim id nomen sit idoli Acharonitarum. 4. Reg. 1. tamen rectè tribuitur principi dæmoniorum, Matth. 12. v. 24. Luc. 11. v. 15. idem enim significat, quod *Deus musca*, aut *Deus muscarum*. Sicut enim musca, sordida & importuna bestiola, quod viribus non potest, pertinacia tamen, & importuna atque infesta impudētia vincere conatur, & omnibus locis incommoda nobis est; sæpe repulsa, redit sæpe, & ab uno loco fugata, certo itinere in eundem locum insilit; non aliter muscosus, & infestissimus Dæmon instat, & iterat tentationes, ut importunitate & infestatione obtineat, quod viribus non potest; scit namq; assiduitatem tentationum multum valere ad labefactandam viri fortissimi constantiam. Importunitate Dalilæ victus est Samson; victus Adā importunitate Evæ, sæpius ingerentis pomi dulcedinem. In hanc rem D. Grego. explicat id cap. 14. *Mons cadens desluit, & alluvione paulatim terra consumitur, & homines ergo similiter perdes; atque de duarum tentationum generibus sapienter differit lib. 12. cap. 13.*

Cùmque adhuc ille loqueretur. Nazia. oratione in laudē Athanasii, Ita (inquit) *hac amisit, ut nec luctibus ipsis ob afflictionū seriem, perpetrāque connexionem locus esset.* Unde

I Methodus à dæmone in cladibus servata.

2 Beelzebub Deus muscarum.

Dæmonis improbitas & importunitas.

Judic. 14.

Iob. 14. v. 19.

3

colligo

Paulus

Paulus

Ingenium invidorum Basil. hom. de invid.

colligo non plures has clades, sed unam continentemque fuisse, ne singula possent deferbere, si luctu & lachrymis partes lenirentur: imo, neque pie alicui cogitati in inunda, qua vires, & animi colligeret aduersus dolorem, & acerbitatem secundi nuntii, neque respirandi locum relinquere voluit dæmon. Quare pie potius, quam commode, aut sol de considerat Origenes, multa in primo nuntio. Iobum mente loquutum fuisse, de hostiū rapina, quos ille nulla iniuria provocasset: de divitiarum instabilitate; de Dei benignitate, quem alia multo plura restitutum speraret. Denique; huiusmodi piis cogitationibus occurrisse nuntio secundo.

4 *Ignis Dei.* Hunc non fuisse verum ignē, sed à Dæmone per speciem simulatum, videt Origenes, & Chrysostr. tanquam fulgur, enim aut fulmen satanas de cælo cecidit. Ceteri verum ignem, intelligunt, potuit enim Dæmon applicando activa passivis, ignem in aere accendere, vel è superiori regione, partem aliquam ignis densatam advehere in terras. Porro ignis pro fulmine, sicut & Psal. 147. *Ignis (fulgur) na) grania nix, glacies; & Psal. 104. Dedit pluvias earum grandinem ignem (fulmina) comburentem in terra, ipsorum.* Psal. 103. *Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis, id est, qui tempestate, ventis, fulgtris, fulminibus tanquam ministris utitur, & imperat, vide Exod. 9. v. 4. & Sapi. 16. v. 16. *Novæ aquis, & grandibus & pluvie persecutionem passi, & per ignem consumpti.* Ceterum *ignem Dei;* Cajetanus dici existimat, quia etli productus fuerit procurate dæmone, sed tamen non debet dici creatura dæmonis, sed Dei. Bella philosophia, sed alio in in loco opportunit. Cū Gregorio Chartusianus, quia à Deo permisus, D. Thomas, Lyranus, quasi a Deo missus, ut fingat Deum adversus Iobum iratum, & cælum exardescēs in suam ultionem.*

Acerbiora certe huius secundi nuntii verba: quare Chrysostr. dicit, panituisse diabolum primi nuntii, quod minus recte cladem exposuisse, sed, quod ad Scripturæ phrasim pertinet, *ignis Dei* multipliciter dici potest; aut quia ad Dei cultum, & ministerium peculiari ratione pertinet; ut Levit. 11. *Incensum* (proprie,

ignem) Domini, & panes Dei sui offerent. aut quia à Deo irato immisus, ut numero. 11. *Dominus iratus est, & accensus in eos ignis Domini devoravit extremam castrorum partem,* aut quia magnus, & vehemens; sicuti frequenter, quæ magna, & excellētia sunt in quoque genere Dei, aut divina, aut sacra, esse dicuntur; ut etiam apud profanos *Aurifera sumas,* id est inextinguibilis, magna, & *suera anchora,* maxima & validissima, & quam nulla vis possit abrumper. Aut dicitur ignis Dei, quasi cœlestis, ex cælo delapsus, ut per expositionem addatur, *cecidit de cælo;* sicut etiam dicuntur *montes Dei,* montes altissimi, & cælum summis cacuminibus ferientes, & Genes. 19. *Dominus pluit super Sodomam sulphur, & ignem a Domino de cælo.* id est cœlitus, cælum verò pro aere aut regione superiori.

5 *Et tactas oves.* D. Thomas primum ipsum leuemque contactum ignis videtur intellexisse; nam ait esse supra vim naturalem ignis, quod ad primum tactum res consumpsit. Sed præterquam quod verborum *tangendi* quælibet etiam gravior plaga significari solet, & quod in Originali proprie sit, *ignis exarsit in pecore, & in pueris ceteris.* Latinus interpret. latinus reddidit verbo *tangendi,* quod de fulminum ictibus dicitur; sicut & Psal. 103. *Qui tangit montes, & fumigant, & Pl. 143. *Tange montes, & famigabunt.* & statim exponitur per *fulgura, conuersionem, &* *Consumpsit.* Proprie devoravit. Solet lingua os, ventriculus, fames, tribui igni voraci & consumptori. Cum autem oves, potius, quam alinas, aut canēlos, tactas, & concrematas fulmine dicit, videtur vel le dæmon non solum percellere Iobum cælo irato, sed etiam præteritorum sacrificiorum penitentiam suggerere, aut ad desperationem quandam adducere defectu pecorum, quæ deinceps possit macla re, ad placandum iratum Deum; ut extremam illius cladem amplifcet, cui extremum Deum placandi, & deprecandi remedium negari etiam videatur. Cui simili est id Psal. 108. imprecatis Iudæ proptori, *extremam materiam Oratio* (quæ in malis extremum solet esse per fugium miseris, *erat in peccatum;* non solum oratione nihil obtineat, sed ex ea dignior maior supplicio censetur. rem eandem Salomone explicat Proverbi. 15. *Victima imbecillorum abominabilis.* Sed in hoc loco auge-*

An iste fuerit verus ignis. Origen. Chrysostr. Luc. 10. 18.

Ignis pro fulmine. Psal. 147. 8. Psal. 144. 32.

Psal. 103.

Cajetan.

D. Thom. Lyranus.

Chrysostr. hom. 3. de patient.

Ignis Dei multipliciter dicitur.

Levit. 11. v. 6

Num. 11. 1.

Vergil. 3. A.

Genes. 19. 24.

Psal. 103. 32. Psal. 143. 6

Psal. 108. 7.

Prover. 15. 8

tur vis

tur vis, non solum victima abominabilis fuisse indicatur, cum Deus iratus victimę faciendę pecora subtraxerit, sed iā nulla victima. Suggestabat itaque illi dæmon, quod sui hostes Davidi Regi Psalm. 3. *Non est salus ipsi in Deo eius.* Illud ejus energiam habet, q̄ non inutiliter addiderūt Septuaginta; cum in Hebr. desideretur. Quasi diceret. Deus à se rejicit, qui ad illum cōfugere solebat; fastidit illum; abominatur sacrificia; inimicum ducit; & neque aures orāti, neq; sacrificiati benignū vultum præbere deinceps volet. Quę fulmine tacta essent nefasta habebantur sacrificiis: sic Plinius lib. 14. cap. 19. scribit, fas minimè fuisse prolibare diis vina vitis fulmine tacta: tum etiam homines de cælo tangi malum auspiciū, tristęque euentum portendisse semper observatū est, ut Titus Livius scribit li. 2. Deca. 3. & Julius Obsequens Prodigiōrum. cap. 71. 83. 87.

Sed Iobum tamen huic suggestioni de monis sapienter occurrisse elegāter scribit Origenes. *Ego inquit, paulatim oves sacrificaturus eram, sed illi gratias, qui omnium ovium unicuique holocaustum suo ipse igne effecit, atque suscepit.* Maciaste me omnes boves in Dei honorem, immolasse & combussisse oves & duco, & glorior. Adde etiam potuisse Iobum hunc cœlestem ignem accepisse in signum Dei propitii, & sibi soli, sacris que usibus tantummodo Iobum, & omnia ejus pecora deposcentis. Nam sic etiā existimatum est à priscis, ut quę loca aut res fulmine tacta fuissent, in nullius bonis fierent, sed religiosa haberētur, quod ea Deus cōsecrasset sibi videretur. Honorique, & pietatis testimonio, & laudi duxerunt, quod Lycurgi reliquię, quod Euripides item iam conditus, & mortuus de cælo tacti fuissent, ut Plutarchus scribit, his verbis rem totam claudens. *Itaque argumentum ac testimonium magnum iis est, qui sunt Euripidis studiosi, illi soli post mortem contigisse, quę prius diis immortalibus dilectissimo, piissimoque Lycurgo contigissent.* Et quidem quod de Albidio quodam per jocum dixisse fertur Cato, graviter ac serio de se ipso dicere potuit Iob: Albidius ille patrimonium universum luxu absumpserat (autor est Macrobius.) unis exceptis ædibus, quę incendio conflagrarunt. Tum festiviter in illum Cato; Proterviam, inquit, fecit: propterea quod ea, quę comel-

se non potuerit, quasi combussisset. Proterviam autē facere genus sacrificii erat, cum ea quę ex sacris epulis reliqua fuissent, igne absumebantur. Iob vero existimare potuit verum se Deo sacrificium obtulisse ovium, cum ea quę comelle nō potuit, neque in alios usus convertisse, igne cœlesti absumpta fuerint. Patientissimō, sapientissimōque viro digna sanē cogitatio, longęque apud Deum pretiosissima, Quare sicut naturę scrutatores tradunt, quodam gemmę pretiosissimę genus, quam Cerauniam vocant, quamque Magi apud Parthos diligenter quærant, non alibi inveniri quam in loco fulmine ictō; ita sanē & hoc fulminis ictu, & cōflagratione in Iobi mente sapientissimi hanc cogitationem piissimam gigni, & inveniri potuisse credendum est. Ex qua discere potest, qui vel ob abflictam valetudinem, vel rei familiaris jacturā angitur, non debere se nimium macerare, quod neque habeat vires integras ad quotidiana pietatis opera; neq; intactas fortunas ad quotidianam egenorū sublevationem: quam enim victimam veluti per dies, & per partes distributam ipse Deo destinarat, Deus antevertit, semelq; totam, & integram sibi sacrificari, offerrique non sine singulari in eum amore providentięque decrevit.

XVII. Sed & illo adhuc loquente venit alius, & dixit: Chaldei fecerunt tres turmas, & invaserunt camelos, & tulerunt eos, nec non & pueros percusserunt gladio, & fugi ego solus, ut nuntiarem tibi.

1. Chaldaei professionis, & scientiæ nomen. Tum etiam & gentis. Chaldaea Regionis situs.
2. Chaldaei quare equites Chaldaei equi & Parthici. Expræda illi vivunt. Quid
nomen Chaldaeorū sonet: Quid turma apud Latinos & in sacro Sermonis Numerus ternarius accipitur ex militaris disciplina præcepto.
4. Invadere quid.

CHALDAEVS: Kaldæorum nomen aliquando est scientiæ, professionis, & vivendi instituti, quasi dicas sapientes aut divinos. de his sic Strabo lib. 16. scribit: *Divinatores in pretio erant, ut etiam im-*

Quid proterviam face-
re.

Plin. lib. 33. cap. 9. 28.
Ceraunię Gemmę natura.

Tribulatio patienter tolerata suggerit sapientē cogitationē.

I Kaldæos idem quod Sapientes Strabo.

Psal. 3. LXX.

Fulmine tacta nefasta Sacrificia. Plinius.

Tit. Livius Jul. Obsq.

6

Alex. lib. 14. cap. 14.

Plutarch. in Lycur.

Catonis Ioc.

Macr. lib. 2.

perio digni judicarentur, ut apud Bosphoranos Achaicarum, apud Indos gymnosophistarum, apud Persas Magi, apud Assyrios Kaldæi, apud Romanos Hetruria Haruspices. cū quo id facit, quod scribit Hieronymus Isai. 48. & Ezech. 11 Chaldæos interpretari dæmones, idest scientes. Cæterum frequentius est nomē gentis, & regionis ipsius, apud quam illa Astrologiæ, & divinandī ars colebatur. Cum autem in Hebr. *Casdim*, idest Chaldæi, legatur; Septuaginta legerunt, *Equites*, quos dubium non est eisdem intelligi, atq; Chaldæos. Est autem Chaldææ regio finitima Arabiæ desertæ; quæ, ut scribit Hieronymus de antiqui Heb. in Genes. 10. & 22. Hebraicè *Casdim*, dicitur, à Chafed filio Nachor fratris Abraham. Genes. 22. Ioseph. 1. antiquit. cap. 14. ait ab Arphaxad illorum principe Arphaxadæos nominatos, Chaldæos. Quidam cū Babyloniis miscent, cum Syris, cum Assyriis. Alii ab his omnibus distinguunt, & nomine terræque separant. Sed magna est Syriæ, atq; Assyriæ varietas apud scriptores, & quam enotare non sit præsentis loci. Chaldæos paruisse, adhæsisseque Babyloniis dubium non est. De his sic scribit Plinius lib. 6. cap. 26. *Babylon Chaldaicarum gentium caput, diu summam claritatem obtinuit in toto orbe, propter quam reliqua pars Mesopotamiae, Assyriaque Babylonia appellata est.* Strabo. lib. 3. Chaldæos, & Tybarenos Armeniis subjicit; & qui nunc Chaldæi olim Chalybes dictos fuisse. Xenoph. lib. 3. Cyropæd. Armenios & Chaldæos conjungit. Sed certè sacræ litteræ Babyloniis, & Chaldæos pro iisdē accipiunt, ut patet Ezech. 12. *Adducam eū in Babylonem, in terram Chaldeen.*

Sed quia respectu Palestinię, & Iudææ dicitur Chaldæa, terra longinqua. 4. Reg. 20. oportet etiam remotiores fuisse Chaldæos à terra Hus: propterea non pedites sed equites excursions in alias regiones facere solitos: idēq; a Septuaginta equites merito dicti sunt. commendantur autem velocitate, & ferocia equites, equiq; Chaldæi, tum etiam gens illa à latrocinādi & prædandi industria, & inveterata cōsuetudine. Hab. 1. *Ego suscitabo Chaldæos gentem amarā, & velocem, ambulāntem super latitudinem terræ, ut possideat tabernacula nō sua, leviores pādis equi ejus, & velociores lupis vespertinis, & diffundentur equites ejus, equites namque ejus de longē venient; volabunt quasi*

aquila festinans ad comedendum; omnes ad prædam venient. Quod de velocitate equorū & equitū ait Habac. traditur etiam à profanis scriptoribus. Oppianus namq; dum de equorum velocitate scribit, sic ait.

Armenii, Siculi, Parthi, Euphratis ad undas Præstant ccccccccccccc

Et iterum alio in loco,

Qui habitant virides Euphratis ad undas Magnanimis utuntur equis in bella leonum; Accedit levitas cursus, quodque ora leonis Intrepidè perferre valent, vocēsque superbas: Cū reliqui fremitus nequeāt tolerare minaces

Cū quo facit, quod Parthi & Persæ Chaldæis ultra Tigrim contermini equitandi fuerint studiosi, & Parthicos equos agilitate & cursu excelluisse scribit lib. 3. Strabo. Quod vero de vivendi instituto expræda, & rapina supra diximus; testatur etiam Xenophon lib. 3. de Pædia Cyri scribens Chaldæos quosdam ex præda vivere, nescirēque terram colere, ac nec posse quidem assuetos ex rebus bellicis vitam degere. lib. autem 4. de expeditione Cyri minoris, arma Chaldæis propria describit, quę non nisi ab equitibus gestari soleant, videlicet prægrandes cetræ, & lanceas: & nomen ipsum consentit cum eadem re, nam *Casdim*, idest Chaldæi, Hebrai. sonat prædatores, aut vastatores, a radice *Sadad*, quod est vastare, aut de prædari.

Hi ergo excurrentes per Husitarum fines, & agros, fecerunt tres turmas; nomen Latinū propriè significat equitum acie; licet quidem in sacris libris dicatur etiā de peditum, aut quorumcūque hominum cohorte, aut peculiari aliqua cōgregatione; ut patet Genes. 32. v. 7. Exod. 6. v. 26. Hebraicè habetur. *Posuerunt tria capita*, aut tres duces; sic etiam Septuaginta Vaticani, *Fecerunt nobis capita tria.* Aquila, *Tria principia.* eodē recidunt omnia; nā singulis turmis singulos duces, aut Præfectos, aut Decuriones cōstituerūt. Quod autem numerum ternarium dicit, ad bellicam disciplinam, & ordinem benè instructę aciei pertinet: est itaque is numerus in dividendis, & infruendis militum turmis servatus Iudic. 9. *Abimelech tulit exercitum suum, & divisit in tres turmas tendēs insidias in agris & infra, cum cuneo suo oppugnans, & obsidens civitatem: dua autem turma palantes per campum adversarios persequabantur.* eō etiam respexisse videtur Iacob,

כשדים LXX.

Chaldæa regio. Hierony.

Iosephus.

Chaldæos ad Babyloniis pertinere.

Plinius.

Strabo.

Xenophon.

Ezech. 12. 3.

2

4. Reg. 20. 14. Quare dicantur Chaldæi, equites.

Habac. 1. 6.

Oppianus

Equi Parthici.

Strabo. Chaldæi vivunt expræda

Xenophon.

Vnde dicantur Chaldæi. כשדים

777

3 Turma quid in sacro sermone

LXX. Vaticani. Aquila.

Ternarius numerus acierum ex præcepto militaris disciplinæ

Iudic. 9. 43

v. 44.

qui

Genes. 32.

qui postquam se in castris exerecuit luctatus cum Angelo tres omnino turmas instruxit obviam Esau processurus. Licet enim Genes. 32. v. 7. dicatur divisisse populum, qui secum erat in duas turmas, sed tamen postquam Genes. 33. doctior & peritior militaris disciplinæ evaserat ex luctatione cum angelo, tres ordines, tresve acies instruxit: divisit filios Lie, & Rachel, ambarumque famularum; & posuit utramque ancillam, & liberos earum in principio; in primam aciem: Liam verò & filios ejus in secundo loco; hæc est cohors secunda: Rachel autem & Ioseph novissimos; tertia hæc turma erat. Oportuit autem à Kaldæis plures turmas, & cohortes instrui, ut alii prædam abigere, alii custodes & famulos cedere, alii vel cædentibus, vel prædam agentibus auxilio esse possent. Ait ergo nuntius non casu sed hostili animo & præmeditatos advenisse Chaldæos, instructo exercitu, & cohortibus ex militiæ præcepto ad invadendum dispositis.

Quod autem dicit, *invaserunt camelos*, propriè ex He. est, irruerunt prædonum aut grassatorum more, ut spolia detraherent, & prædam agerent. Quare quod ab hac radice, *Pasat*, dicitur. i. Reg. 27. *David, & viri ejus agebant prædas de Gessuri*; propriè dicas, excurrebant, vel invadebant ad prædandum: rursus per idem verbum dicebat ei Achis. *In quem irruisti hodie?* id est quem invasisti, quem spoliasti, aut ex quo prædam egisti? In reliquis verbis eadem vis quæ in superiori versiculo; *gladio, in ore gladii: Ego solus, solus ego*.

XVIII. Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intravit, & dixit: Filius tuus & filiius bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti.

XIX. Repente ventus vehemens irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruës oppressit liberos tuos, & mortui sunt: & effugi ego solus, ut nuntiarem tibi.

1. Particula Repente, quid valeat.
2. Mors subita non semper cum peccato conjuncta.
3. An verus ventus iste fuerit? ventus à regione deserti in bonum, & in malum, idem qui Auster. Hebreorum sententia.
4. Anguli aedificiorum ossa pro Principibus. Funda-

mentum etiam convulsa.
5. An Iob habuerit filios alios ab hac plaga exceptos.
6. Extremi nuntii acerbitas ex multis capitibus consideratus Davidis pro Absalone luctus. Ventus Deo, non hominibus obediunt.
7. Parentum Carnas organos liberos maxima. Dolor ex illorum morte gravissimus. Quædam ex profanis. Explicatus Ex. chiel.

RE P E N T E. Particula originalis idè valet quod *Ecce*, quæ aut referri potest ad venti vehementiam, & vim formidandam; sic enim ea particula servire solet admirationi excitandæ rerum maximarum, ut Genes. 6. *Ecce ego adducam diluvii aquas super terram*. aliquando ad tempus refertur, cum præstò esse, aut sine ulla temporis mora rem esse, aut fieri significamus. Quo modo frequenter est particula respondentis, & paratum se præbentis ad iussa præstanda. Isai. 58. *Primus ad Sion dicit, ecce adsum*. hoc ergo modo Latinus interpretes & Septuaginta acceperunt legentes, *repente*, quasi diceret nulla mora, adhuc illis accumbentibus, nemine quippiam tale suspicâte, celo adhuc sereno, & tranquillo. Repentina verò mors, & inauspicatus interitus nò est manifestum, & indubitatum hominis peccatoris testimonium, cum hi filii Iob Iusti fuerint, ut hoc loco asserunt Origenes. Grego. Anastasius Episcopus, Nicenus. q. 17. in Scripturam, ubi rem hæc luculenter tractat. Sic enim Christus Dominus Luce. 13. docuit illos super quos cecidit turris Siloe non fuisse sceleratiores aliis. Sed frequenter sanè insignibus peccatoribus subitam mortem tanquam illis commertum, dignumque supplicium Sacre littere comminantur, quale illud est Psalm. 33. * *Mors peccatorum pessima*. Suple esse debet, aut esse solet. Sed quid sit mors mala aut mors pessima elegatè explicuit Theodorus ex proprietate lingue Græcæ: *Poneròs* (inquit) *est pravum & malum genus mortis mors, non commanis, & similis cum reliquis hominibus, sed amplius aliquid & gravius habet, sicuti Assyriorum interitus, qui mortem formidabilem subiere, usque adeo repente, & inopinatè angeli cade pro-*

I Particula repente, quid valeat.

Genes. 6. 17

Isai. 58. 9.

2 Subitus interitus nò semper cum peccato conjunctus Iobi filios sanctos fuisse.

Origenes Gregorius. Anastasius Luc. 13. 4

Mors subita dignum impiorum supplicium. Psalm. 33. 22.

*La mala morte para el malo se hizo.

αὐτῶν

strati

4 Invadere Quid
לשד
1. Reg. 27. 8

Sophon. 2. 1.

strati, ac sublatis sunt. Sic fere paucis deptis Theodorus. quare admonetur tanti criminis improbus illis Sophoniæ verbis. *Convenite, congregamini gens non amabilis, antequam pariat iustio quasi pulverem transeuntem diem*. id est antequam repentino turbine, & sæva tēpestate subito exorta, & pulvere excitato obruamini; id est repentino interitu, quæ velut æstiva tempestas vos momento prosternat, & brevifimè transeat nullo inflicto, aut morbo aut dolore.

3 An verus iste ventus fuerit Origen. Chrysoft.

Ventus à regione deserti, Auster.

Hab. 3. 3.

Ventus à regione deserti, in malum, & in bonum. Hof. 13. 15.

Hieronymus

Ventus. Rursus de hoc quoque vento, sicut & de nuntiis sentiunt Græci, Origenes, & Chryso. & Hieronymus super Hosæam infra adducendus, non verum fuisse ventum, sed demonem, qui spiritus nequissimus est; potuit autem vi demonum excitari interim ex collisis corporibus vel aere vento simili concuti, & convelli tota domus. Addunt præterea Græci plures demones illius ruina efficiendæ cupidissimos accurrisse, & in angulos domus incubuisse, de quo statim. Si verò fuit verus ventus, qui à regione deserti spirabat, videtur certe Auster fuisse; propterea Hieronymus ait in trad. Hebr. quia deserta Arabia erat ad meridiem terræ sanctæ, Auster, & desertum pro eodem usurpari, de quo supra diximus. Forte etiã quia vastissima illa solitudo Pharan ad Austrum erat, Auster intelligitur per regionem deserti, sicuti exponitur Habac. 3. *Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan*. Accipitur verò ventus de deserto veniens in malum; cum tamen Hoseæ. 13. accipiat in bonum; *Adducet urentem ventum Dominus* (Christus Iesus autor vitæ) *de deserto ascendentem, & siccabit venas ejus*; mortis videlicet. Sed de hoc vento sic eo loco scribit Hieronymus. *Legi in cujusdam commentariis ventum urentem, quem adducit Dominus de deserto, illum esse, qui percussit domum Iob in quatuor angulis, & fecerit eam super filios ruere convivantes: & unum esse de his ventis, quos in evangelio legimus flare & venire cum turbine, pluvii, atque fluminibus, ut subvertant domum, quæ super petram adificata est, sive super arenas; quod nequaquam mihi videtur: neque enim in Iob scriptum est, quod ventum de deserto Dominus adduxerit, sed nomen Domini tacitum est, ut ventus de solitudine qui contra sanctum virum sua venerat voluntate, contraria possit accipi fortitudo; & venti, qui domorum fundamenta subvertunt, utiq; ad bonam partem nò poterunt referri*

Et concussit quatuor angulos. In angulis tota domus firmitas consistit, sunt enim veluti aedificiorum ossa; quapropter negat Vitruvius in angulis fenestras fieri, ne angulorum juncturæ dissolvantur, & firmitas debilitetur. Sic Sophoniæ. i. comminatur ruinam & vastationes; *Dies tubæ, & clangoris super civitates munitas, & super angulos excelsos*: turres pleriq; intelligunt, qui bus munimenta civitatum murorumque firmitas continetur, & nititur; ego omnem firmitatem intelligo, metaphora ducta à domo, cujus firmitudo angulis consistat. Solent verò anguli aedificari prægrandibus, æquè ac firmis lapidibus; unde pro ducibus, principibus, regibus, quibus totius regni fortitudo, & firmitas innitur, sicuti Iudicum. 20. dicitur, *Romnes anguli* (Duces, Principes, Decuriones) *populorum, & cunctæ tribus Israel in Ecclesiam populi Dei convenerunt*. Quare cum Babylo ni minatur Deus, deinceps neque proprium Regem, aut Ducem habituram, neque ullam Principis potestatem aut fortitudinem, sic per Iere. 51. loquitur, *Dabo te in montem combustionis, & non tollent de te lapidem in angulum, & lapidem in fundamenta*. unde nò dissimili forte metaphora quosdam Duces quasi angulares dicimus, *el Cabo*; Helvetii etiam vocant *Cantones*. ergo angulos, qui erant prægrandibus firmis lapidibus erecti, ventus vehemens dissolvit, atque disjecit. Quia verò aedificiorum firmitas nò solum in angulis est, sed etiam in fundamentis, considerant in Catena Græci non solum concussos, & prostratos angulos; sed etiam fundamenta ipsa convulsa, quod extreme crudelitatis & odii acerbissimi est; quale illud, *Exinanite, exinanite, usque ad fundamentum in ea*.

Oppressit liberos. Cum reliquos domesticos ruina oppresserit, solum meminit liberorum ut Iobum exulceret. An verò alii quidam fuerint filii Iobo, non ex matre familiæ, sed ex ancillis suscepti, qui ex hac clade excepti fuerint, indicare videtur auctor Catenæ super id cap. 22. *Per hæc habebis fructus optimos*. idè inque senserunt Septuaginta super id cap. 19. *Orabam filios uteri mei*. Hos ergo, ut pote minus præcipuos, & qui liberorum primorum nomine nò comprehenduntur, superstites fuisse nò ad miseriarum levamè, sed ad augmentum, fieri potuit. De quo suo loco.

4 Anguli aedificiorum ossa Vitruvius.

Soph. 1. 19.

Anguli principes.

Iudic. 20. 2.

Ierem. 51. 26.

Psal. 136. 7.

5 An Iob habuit filios filios exit superstites.

LXX Iob. 19. 17.

Et mortui

6 Acerbitatis hujus nuntii multa capita.

Tyranni.

Olympio. Chrysof.

Matth. 8. 17.

Polychronii interrogatio.

Aptior responso.

Et mortui sunt. Acerbitatem hujus nuntii hæc efficiunt, Primò, quòd repentina domus ruina nemini concesserit evadendi locum. Secundò, quòd oppressi fuerint edentes, & bibentes, nondum pro illo convivio expiati sacrificio aliquo, ne fortè benedixissent Deo in cordibus suis; quòd oportuit esse parenti sanctissimo magnam feretem doloris; qualis Davidi exitit inopinatus Absalonis interitus in peccatis suis mortui; propterea enim tã largiter flevisse, & intimè doluisse credendus est. Tertiò, quòd cù filii omnes mortui fuerint, servus tamen aliquis, qui nuntium afferret, evaserit incolumis. atque eòdem respicit, quòd cum omnes qui in ea domo essent oporteret opprimi, sed tamè solum filiorum strages commemoratur, ut acrius pungat; sic observavit Olympio. Quartò, quòd notat Chrysostomus, sic fuisse filios Iobi obrutos, & cadavera ita deformata, & compressa, ut quòd cujusq; corpus esset sepulturæ mandandum internosci non posset. Quintò, quòd cum ventus non hominibus, sed Deo obsecundet (sic enim cum Christus Iesus imperavit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna; homines mirati sunt dicentes, Qualis est hic, quia vèri et mare obediunt ei!) Deum immisione vehementissimi venti fingit iratum adversus universam Iobi familiam, & elementa omnia in illius malum conjurata; ignem prius dixit, nunc ventum. Vnde peti potest responsio illi dubitationi, quam proponit Polychronio. Cur in liberorum interitu non armavit hostes? Respondet ipse; Ne irruptione perturbaretur universa civitas, cum tamè in Iobum tantum, illiusque domum non item in cæteros potestas illi data esset. Sed aptior responsio; ut Deum cælumq; iratum repræsentaret, & pugnare contra Iobum orbem terrarum. Adde etiam nõ fuisse facilè credendum regiam prolem sublatam iri in sua civitate, & domo inopinatis insidiis: aut hostes tam fuisse temerarios, & projectos, ut in regiam civitatem irrumpere tentarent, nisi magno quodam, benèque instructo exercitu.

tur. sunt quippe filii parentum viscera, in quibus sensus doloris, & ut ita dicam, animi mollitudo sita est. Quo nomine cum Paulus servum Onesimũ dignatus esset scribès ad Philem. *Obsecro* (inquit) *de pro meo filio, què genui in vinculis.* subjicit, *Tu autem illum ut mea viscera suscipe.* sunt enim, ut inquit eo loco Hierony. omnes filii patrum viscera. Appollonius Tyanæus (referebat in illius vita Philostrato) cum multa de animalium in suos foetus caritate disseruisset, illud Euripidis dictum commendat. *Omnibus profectò hominibus filii sunt anima.* sed videri sibi verius, atque sapientius, si de cunctis animalibus eandem sententiam protulisset. certe Arist. in ethic. *aque* (inquit) *parentibus vita liberorum cara est, atque sua.* Sed paulò ampliùs Latinus Paccatus in Panegirico quem Theodosio dicit, *Instituente* (inquit) *natura plus ferè filios, quàm nos metipfos diligimus.* Hinc sapienter Paulus Iureconsult. dixit, Nihil interesse an aliquis in se malum veritus sit, an in suis filiis, *cum parentes* (inquit) *magis in liberis terreantur.* quare iudices in filiis torquere solent parentes, ut citius ab illis criminis confessionem extorqueat, cum dubii sunt, uter illorum crimen admiserit. Hinc est ut decedentibus parentibus filii superstites maximum sint mortis solatium; non enim omnino mori se existimant, qui vivenres relinquunt filios: nam ut ait Ecclesiasticus, *Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus, similè enim reliquit sibi post se.* Si verò filius mortuus sit vivète patre, & se & filium ejusdem mortis participes existimant. quare plerique parentes cuperèt alterna, vicariæque sua morte filiorum vitam redimere, illud Davidis lugentis usurpantes. *Quis mihi det, ut ego moriar pro te fili mi?* unde & id apud Iuris peritos; ut si accusato filio pater iudicium, ac defensionem susceperit, is æque transigere possit, ac si suam ipsius vitam, sanguinèmq; redimeret.

7 Tandem acerbissimum nuntium extremo loco servatum esse Satanæ methodus & insidiarum ars petebat; dolorè autem ex liberorum morte conceptũ fuisse maximum amor parentum erga liberum qui maximus esse solet, planè testatur.

Hinc ille locus Ezech. 14. elucidari potest. *Sifuerint tres viri isti in medio ejus Noe Daniel, & Iob, ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, & nec filios, nec filias liberabunt.* proponuntur enim hi viri sanctissimi tanquam oratores ferventissimi, pro aliorum salute & vita; quorum tamen orationes pro aliorum salute exauditæ nõ sint, ita Deo disponente: videlicet non eripuit Noe sui sæculi homines à diluvio; neque

Filii parentum viscera. Ad Philem. 13. Hierony. Philostrat. lib. 2. Arist. lib. 8. ethic. c. 12. Latinus Paccatus. Penl. l. isti quidem. D. de eo quod met. cau. Eccli. 50. 4. 2. Reg. 18. 13. Ezech. 14. 20.

Daniel in fratres suos Iudæos à captivitate; neq; Iob filios suos à miserando interitu.

XX. Tunc surrexit IOB, & scidit vestimenta sua, & conspexit capite corruens in terram adoravit, & dixit.

1. Iusti doloris signa. Stoicorum stupor, & indolentia. Explicatus Paulus Dolores sensus commendat aliquando fortitudinem. 2. Surgere celeritatem rei conficiendæ affert. 3. Surgere habitus constantis animi. Iusti in ærumnis caput attollunt; impii non subsistunt. Ecce siastes explicatus. 4. Surgere invicti animi & hostem lacessentis habitus.

I Tunc. Græci ad nuntium extremum hæc referunt, videlicet cum exceptis aliis nuntiis Iob immotus perstitisset; sed tamen cognita morte filiorum iustè pro humanitatis & patris debito commotus surrexit. Potest tamen ad omnia referri, ita ut cum omnes quatuor nuntios sine ullo temporis intervallo excepisset, jam tunc sibi copia temporis facta surrexerit, ut iusta tristitiæ, & luctus documenta præberet. Ex quo loco insensibiles Stoicos sancti patres damnant, quippe ad omnem dolorem & humanitatis sensum dedolentes, & sine sensu: quos carpunt August. de Civit. cap. 9. Lactant. lib. 7. à cap. 14. pluribus sequentibus capit. Senec. lib. 1. episto. Cice. Tuscul. 3. Plinius lib. 7. Hòs Paulus perstrinxit, cù ad Roma. 1. dixit, *sine affectione, absque federe,* idest sine ullo commiserationis affectu. Qui ex proprietate Græcæ vocis, *storge*, est ille affectus caritatis, quo parentes afficiuntur erga liberos, vicissimque liberi erga parentes, frater erga fratrem &c. qui etiam sunt absque federe, ut qui cum nemine vellint ullo pacis, aut communis vitæ federe copulari. Tandem *absque misericordia* ut qui nullius miseria tangantur. Et sanè idè ipse, qui cum gustasset myrrhatum vinum, *noluit bibere*, ne in mediis doloribus sensus retunderetur aut stupe-ret; vult ne in calamitatibus & ærumnis hebescamus, aut consopiamur indolen-

tia, vel stupiditatis veterno, ne ve nobis conveniat, quod in ebrium dicit Sapiens. *Eris sicut dormiens in medio mari, & sicut sopitus gubernator amisso clavo, & dices, verberaverunt me sed non dolui, traxerunt me, & ego non sensi.* Monet ergo Ieremias cap. 2. *Scito, & vide, quia malum & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem ejus apud te.* idest ut amaritudinem calamitatum sapiamus, & gustum sumamus ærumnarum, quas pro peccatis sustinemus, ut vel hoc sensu, & amaritudine ad sanam mentem revocemur. Tum præterea, tantum ab est, ut doloris sensus extenuet fortitudinem, ut potius amplifcet, & commendet. vide Anabros. super id Lucæ. 22. *Pater si vis &c. Non habent* (inquit) *fortitudinis laudem, qui stuporem: magis vulnerum tulerint, quam dolorem: propterea dicitur Isai. 53. Sciens infirmitatem.*

Surrexit Iob. Videlicet è sede regia, aut è mensa, ut se prosterneret humi nisi fortè Hebraismus sit, *surrexit & scidit vestimenta sua.* idest statim scidit vestimenta sua; sicut id Iudic. 20. *Surgentes venerunt in domum Dei.* idest confestim. 2. Reg. 14. *Surrexit Iobab & venit ad Absalom.* idest statim ut accepit nuntium. nam venientes servi scisis vestibus suis dixerunt, *succederunt servi Absalom partem agri igni; surrexitque Iobab & venit.*

Philip. ad animi constantiam, & patientiæ firmitatem pertinere existimat hunc surgentis habitum: tantum enim abfuit, ut consterneretur caderet ve animo, ut surgeret potius, atque surgendo animum quoque adversus tot mala erigeret, & firmaret. Surgens itaque non est obrutus tot calamitatum fluctibus, sed caput extulit undis, iustorum more, qui dum de torrente laborum in huius vitæ via bibunt, exaltant caput, & se superiores laboribus & calamitatibus ostendunt. eoque altiùs surgunt, quò magis intumuerit pelagus, magisque fluctus æstuaverint, sicut scriptum est, *Multiplicata sunt aque, & elevarunt arcam in sublime à terra.* Cum è contra impii in miseriis non subsistant. in miseriis (inquit Theodoretus) *incident, sed his superiores non erunt.* obruentur, subsidebunt in fece miseriarum, hærebunt in profundo, non

Prov. 25. 23. Ierem. 2. 19. Ambros. Isai. 53. 3. 2. Surgere celeritatem affert. Iudic. 20. 18. 2. Reg. 14. 30. 3. Surgere constantis animi habitus. Iusti erigunt caput. Psal. 119. 7. Genes. 7. 17. Ps. 139. 17. Impii in miseriis nõ subsistunt.

Eccles. 7. 5.

emergēt, neq; enatabūt. Hi sunt lapides illi, quos à cordis fortitudine & constantia descripsit Salom. Eccles. 7. Cor sapientis ubi tristitia. quia videlicet, non vecordes, aut languidos se exhibent in rebus tristicibus, & adversis, sed animo cōstantes, corde invictos & insuperabiles. furgere itaq; Iob non est, locum in quo confidebat de serere, sed potiùs antiquam constantiam & mentis sedem nunquam dimittere, sed perstare firmum, immoto pede, erecto animo, recto corpore, & ad obfistendum parato: quo id præstitit cumulatè, quod faciendum præcipit Sapiens Eccl. 10. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris, quia curatio faciet cessare peccata maxima. Id est, si spiritus nequam obtenta à Deo facultate, in te irruat, ne te moveat, neque tua sede & tranquillitate dejiciat; neq; te extra te poni permittas, sic enim optima per ætumnas, & tentationes tuæ vitæ, salutarisque medicina peccatis rescindendis, & præcavendis adhibebitur. ergo ne fugias vñio nes, & sectiones, sed consiste firmus, neque loco mouearis, ut te dolori subtrahas.

Eccles. 10. 4

Si verò habitus surgendi referatur nõ solum ad constantiam in perferendis laboribus, sed ad virtutem & robur animi se ad victoriam comparantis, & de hostibus triumphum pollicentis, certè dices Iobum præteritas ætumnas ita superasse, ut reliquas, si quæ essent, graviores & acerbiores surgens, stansque lacefferet, & expectaret alacris, victoriam sibi de omnibus pollicitus. similem significationè habet id cum in extremis iam malis, desperatisque propemodum cladibus populus Dei versaretur, cum videlicet, Luxit & elanguit terra, confusus est Libanus, & obsurdit, & factus est Saron sicut desertum, & concussa est Basan, & Carmelus. tunc se Deus non solum in tantis malis subsidium, atque perfugium, sed cladium omnium, ætumnarumque triumphatorem, hostiūque debellatorem pollicetur; & numen suum atque potentiam manifestaturum, Nunc consurgam dicit Dominus nunc exaltabor, nunc sublevabor.

4

Idem apud profanos. *It scissa veste Latinus. Conjugis attonitus fatis, urbisq; ruina Canicie immundo persusam pulvereturpās Et iterum alius. ut primos edere planctus Cassandra inciperet, scissaque Polyxena palla.* Lacædemoniorum hanc fuisse in luctu cæremoniā testatur Herodot. lib. 6. & Græcorum, Lucian. dialogo de luctu, & Romanorum Dionys. Halicar. lib. 7. cum de cōdemnatione Marci Coriolani scribit. ergo ut lugeret miserandam omnium filiorum necè non solum discidit vestes humeris, atq; pectore; sed quod consequens erat, lugubrem & pullum faccum induisse credendus est, atq; etiam cinere, & pulvere cōspersisse caput: cū ipse quoq; dicat. c. 16. Saccum consui super cutem meam, operui cinere carnem meam.

Isai. 33. 9

Nunc consurgam dicit Dominus nunc exaltabor, nunc sublevabor. (?)

Et scidit vestimenta sua.

- 5. Dilacerare vestes lugentium habitus apud sacros, & profanos. Iobum lugere filiorum mortem. 6. Lacerata vestes pœnitentiam agentium. Iob sponte pœnas alias suscipit. Iustus in ætumnis se præterea macerāt. Illustratio Psal. 34. 7. Conscissio vestium ad blasphemiam detestationem. Iob occurrens prima suggestioni blasphemie. 8. Præficus condendit cadaverum...

ET scidit &c. Discissio vestium ad ingratam calamitatem, & sensum doloris pertinet, quò significetur cor dirumpi & lacerari dolore. Fiebat tamen non in unam tantum doloris, aut infausti eventus significationem, sed plures; ut possit etiam hæc Iobi vestimentorum dilaceratio ad plura referri. Et primò quidem erat mos, habitusque lugentium in alicuius obitu, & funere. 2. Reg. 1. Apprehēdens David vestimenta sua scidit, omnesque viri, qui erant cum eo, & planxerunt, & fleverunt, & jejunaverunt usque ad vesperam super Saul. & cap. 3. vers. 31. dixit David ad Ioab & ad omnem populum, qui erat cum eo, scidite vestimenta, & accingimini saccis, & plangite ante exequias Abner. idque etiam ante legem Genes. 39. Iacob scissis vestibus indutus est cilicio lugens filium suum multo tempore.

Idem apud profanos. *It scissa veste Latinus. Conjugis attonitus fatis, urbisq; ruina Canicie immundo persusam pulvereturpās Et iterum alius. ut primos edere planctus Cassandra inciperet, scissaque Polyxena palla.* Lacædemoniorum hanc fuisse in luctu cæremoniā testatur Herodot. lib. 6. & Græcorum, Lucian. dialogo de luctu, & Romanorum Dionys. Halicar. lib. 7. cum de cōdemnatione Marci Coriolani scribit. ergo ut lugeret miserandam omnium filiorum necè non solum discidit vestes humeris, atq; pectore; sed quod consequens erat, lugubrem & pullum faccum induisse credendus est, atq; etiam cinere, & pulvere cōspersisse caput: cū ipse quoq; dicat. c. 16. Saccum consui super cutem meam, operui cinere carnem meam.

5 Vestium dilaceratio quorsum fieret.

Lugentium habitus.

2. Reg. 1. 11

2. Reg. 3. 31

Genes. 37. 34

Vergil. 12. Aeneid.

Iuven. Sat. 9.

Herodotus Lucianus Dionys. Halic.

Iob. 16. 55

Secundo

6

Iosue. 7. 6.

Hos. 6. 7.

Ps. 34. 13.

Secundò hæc actio pœnitentiam agentibus, & se se coram aliis deprimentibus, & coram Deo humiliter deprecantibus conveniebat; Iosue. 7. Iosue scidit vestimenta sua, & pronus cecidit in terram coram arca Domini. Vide etiam. 2. Paralip. 34. v. 19. & 1. Machab. 3. v. 47. huc illud Iosue. 2. Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. id est plus corda, quam vestimenta; sicut & id Misericordiam volo, & non (plurquam) sacrificium. nam illa externa dilaceratio, nisi ficta & inanis esset futura, internæ contritionis, & doloris cordis significatio quædam erat; sicut & carnis circumcisio, cordis circumcisionem significabat, & exposcebat. Ergo tot acceptis cladibus, & plagis scidit præterea ipse vestimenta sua, & spontaneam pœnitentiā agens, subiectum se & humilem Deo exhibet, vir sapientissimus, & Deo flagellati comitem se adjungit; quò se amplius maceret, & fatiget. Tam enim longè absunt, viri sancti ut immittas à Deo calamitates respuant, ut cum illas placere Deo intelligat, alias etiam ipsi adjiciant, spontèq; suscipiant. Hoc suorum malorū unico levamine utebatur David. Psal. 34. Cū mihi molesti essent induebar cilicio. (non contentus videlicet hostium molestiis, mihi ipsi hostis eram ego ipse, & molestissimo cilicio ex animalium fetis contexto me macerabam) Humiliabam in jejunio animam meam (præter hostis insidias, ego mihi cibū subtrahebam & jejunio animales, corporeasq; vires debilitabam) & oratio mea in sinu meo conuertetur) cum mihi illi male precarentur, bene illis precabar; quod & difficile, & molestum humano sensui esse solet, iis benevelle, à quibus læsus sis.) Quasi proximum, & quasi fratrem nostrum, sic complacebam. (Cū illi mihi molesti, & infesti existeret, ego mihi ipsi vim afferebam, ut omni via & ratione illis possem placere, & proximi fratrisque officio prodesse) Quasi lugens, & contristatus sic humiliabar (illi me sublatum de medio cupiebant, ego verò, quò illorum conatus promoverem, & anteverterè, lugubrem vestè sumebam, qua honorificè quasi meum feretrū prosequerem, in quod me illi iam dudum illatum, & repositum cupivissent. Fortè ad id alludit, cū. 2. Reg. 15. fugiens Absalonem sponte urbe fortissima cecidit, cū in urbe, quàm in agro meliùs se tueri, & defendere posset. ut observavit Abulen. tamen sponte

ignominiosam fugā suscepit, cecidit regia urbe, regalique sede; fugit nudis pedibus, nõ enim tam fugam celerem, quàm molestam & laboriosam inibat, non equo, non calcaribus usus, sed calceis etiã, qui iam õtes arduos & difficiles ascendentes levare possent, depositis: tum etiam, Scandens & flens, & nudis pedibus incedēs, & *operito capite ascendebat plorās; videlicet pro morte lugentium lugens & contristatus; sic igitur suã mortem, quam expetebat Absalon) lugebat, & contristatus humiliabatur. Nõ aliter se fecisse testatur Iob postquam multa, quæ pertulerat mala. commemoravit, & mille se vulneribus percussus dixit, Conscidit me vulnere super vulnus; quas ipse pœnas alias adjecisset subjungit, Saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam. quasi diceret, accepta vulnera non oleo, non resina, nõ malagmate lenivi, neque obligavi; nõ sanguinem fluentè cõpescui, neque vincivi, sed quasi aceto, saleque perfunderè, fetoso cilicio cooperui, & cinere conspersi. Scidit etiã vestimenta sua quasi primis verberibus admonitus, ut vestè projiceret, quò se nudū flagellati præberet: quasi illud usurpās Psal. 37. Quoniã ego in flagella (futura in fligēda) paratus sum; & (quàmvis) dolor meus (què nunc iam perfero à te, ab hostibusque meis illatū) in cõspectu meo semper. Nõ hoc impiorū ingenium, qui Dei cõnationibus, suppliciis etiam, quibus possunt voluptatū generibus occurrere nituntur; nam Vocabit Dominus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctū, & ad calvitium, & ad cingulum sacci, & ecce gaudium, & latitia occidere vitulos, & jugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum.

Tertiò hæc vestium dilaceratio, & intimi doloris significatio sæpè usurpata est in blasphemie detestatione; & Dei honorè; ut qui Dei injuriã accepisset, rumperetur præ dolore. sic fecit Ezechias. 4. Reg. 19. & Isai. 37. Audiēs blasphemias Rabfacis, atque Iere. 36. cum sacrū volumen dilaceratum & cõbustum est, criminis ingentis notantur, qui nullã doloris significationem ad tantū sacrilegium præbuerūt. Non timeverunt, neq; sciderunt vestimenta sua rex, & omnes servi ejus, qui audierunt omnes sermones istos. Eodem videtur spectare id Act. 12. cū Rex Herodes argentea veste coruscans, & divinos sibi honores deferri à populo intelligēs, miserè interiit, eo quòd

2. Reg. 15. *Con vna lob, a o con un capirote de luto.

Ps. 37. 18.

Isae. 22. 12. 13.

7 Dilaceratio vestium in blasphemie detestationem.

Ierem. 36. 24.

Act. 12. 13.

Act. 14. v. 13. & 14.

no dedit, sed honorem Deo, videlicet discissa veste; que tunc peculiari ratione debuisset discindi, cum ea fuisset populo erroris occasio aliter Paul. & Barnab. act. 14. quibus cum Iovis sacerdos sacrificare pararet, conficis tunicis exilierunt in turbas clamantes & dicentes Viri quid hac facitis? & nos mortales sumus. Iam ergo. licet de hac veteri ceremonia nihil sciatur ante legem ad blasphemie detestationem precessisse; sed pulchre tamen extendi eoque poterit, atque cum dilaceratis Iobi vestibus consui. Namque cum illud propositum esset demoni, idque pollicitus esset, fore ut Iobus Deo benediceret credendus est multos stimulos hominis animo adhibuisse, & multas blasphemie cogitationes suggestisse, ut illum ad aliquid quod blasphemie verbum pertraheret. Sed blasphemaret, scilicet, aut divinam providentiam detraheret, qui ad primam cogitationem, primamque tanti criminis suggestione, quam interius sibi audire videbatur, illico surrexit, & quasi precordia in Dei honore, & blasphemie detestationem dirumperet, vestimenta etiam confudit.

Iob primam blasphemie suggestioni respondit vestium dilaceratione

8 Origenes. Antiquus funerum ritus.

Chrysostr. explicatus

Virg. 12. Aene.

Quarto vestium vocat Origenes illam aliam condendi cadavera antiquam ceremoniam: nam si quando pretiosa veste contactum cadaver condidi oporteret, vestem prius confcindebant, ne forte, si integra esset, furasli occasio daretur, & cupiditas furibus ngeretur exhumandi corpus, & indignum tractandi. Nescio an de hac re intelligendus sit Chrysostr. homilia super orationem Annæ paulo ante finem, dum de divini morte, & funere loquitur in hac verba. Cum defuncto multa inculcaveris vestem pretiosam, & auratam, nihil aliud nisi maiorem indignitatem, & accusationem attuleris, & adversus defunctum omnium ora referaveris, & accenderis acriter in avaritie accusatione, singulis lacerantibus, & suffocantibus defunctum, ac maledicentibus, quod neque mortuus circa pecunias insaniam dissolvit, nec hoc tantum est grave, verum & quod furum oculos aperit. Hoc sibi ipsi officium prestitit Amata Regina Latini Regis uxor, nam cum furore ad suspendium adigeretur.

Purpureos mortura manu discindit amictus, Et nodum informis leti trabe necit ab alta. Iob itaque; vivus adhuc, paratus in quamcumque sortem, pro singulari sui animi virtute scidit vestimenta sua, & adversarios spiritus his verbis compellat; Iam vos nequissimi hostes de me actum putatis; iam me sublatum vultis de medio, & repenti

no aliquo casu obrutum; iam de preda disceptatis, & super vestem meam forte mititatis; sed furunculi vilissimi, regales, has meas vestes ego prius dilacerabo, ne me mortuo hac vos preda incolumem, & integram ostentare aut jactare possitis. Non aliter vir fortissimus stipatus latronum caetera, hostibus insultaret, prius vitam profuturus cum sanguine, quam pallium largiturus. Hispanus id diceret, primo salda de mis manus hecha tiras: Non feruiat hosti, non demoni tuum pallium, non oculi, non manus, non pedes; rumparis prius, & membratim confcindaris, quam de te vivo & forte spite ille triumphet; quam ve illi servias integer. Elegans illud in primis est, & quod huc faciat, quod de mundi contemptu Seneca disputans scripsit ad Lucillum. Circumspiciendum nobis (inquit) est quomodo a vulgo tuti esse possimus. Primum inde nihil occupamus, unde rixam esse inter competitores: deinde nihil habeamus, quod cum magno emolumento insidiantis eripi possit, quam minimum sit in corpore tuo spoliatorum, nudum latro transiit: etiam in obsessa via pauperum pax est.

Quinto Græci. Origenes. Nilus, eximium luctatorem, & insuperabile monomachum Iobum agere, dum vestes lacerat, exstimat. Nam Syrorum gens, teste Origenes, cum conferenda erat cum hoste manus, vestes confcindebant, & abiciebant, & nudo pectore se se in medios hostes audacter committiebant: alique quoque barbaræ nationes spoliatae, atque tunicis succinte nudis pectore & humeris hostes excipiebant. Omnis (inquit Paul.) qui in agone cõedit, ab omnibus se abstinet. non enim nisi nudos, ut Nilus ait, in stadium lex certaminis ducit. Hinc illud vulgatum Gregorii dictum. Qui ad fidei agonem venimus, luctamen contra malignos spiritus sumimus. Nihil autem maligni spiritus proprium in hoc mundo possident: nudi ergo cum nudis luctari debemus, nam si vestitus quisquam cum nudo luctatur, citius ad terram dejicitur, quia habet unde teneatur: qui ergo contra diabolum ad certamen properat, vestimenta abiciat ne succumbat. Non aliter Iosephus ille castitatis athleta in manu voluptatis illum tenere conantis vestimenta reliquit, nudusque profugit, victoriam triumphumque reportans, non aliter primus homo dum in stadio consistebat, cum hoste conficturus, nudus erat; ubi autem victus est, & paradiso, videlicet loco certaminis, repulsus, indutus est

Iob cum hoste quasi eum furunculo agens

Simile

Non sunt nostra spoliata denda hosti

Senec. epist. 14 ad Lucil.

Paupertatis, & lacerarum vestium iaus.

9

Origenes & Nilus

Syrorum in prelio.

Abjicere vestes habitus in euntis prelium.

1. Cor. 9. 25 Grego. homil. 32. in Matth. 16. & Luc. 19.

Iosephus dimittens pallium.

ut qui

Prov. 27. 13

LXX. Cöplut.

Vaticani

Iob nudus nudum provocat hostem.

IO

Vestium abjectio ad libertatem pertinet

Externa omnia non sunt vera bona.

Matth. 5. 39.

August.

Quid dextera maxilla, quid sinistra.

Acto. 21. 13

ut qui nuditatem simul cum certandi virtute rejecisset. In qua rem Nilus accommodat, id Salomonis preceptum Prover. 27. Tolle vestimentum ejus, qui spondit pro extraneo. Quem locum sic Septuaginta Cöplutenses legunt; Tolle vestimentum ejus; advenit enim injuriator, qui aliena disperdit. Septuaginta autem Vaticani, sic; Aufer vestimentum ejus, praterit enim injuriosus, qui quidem aliena vastat. Ait itaque; Nilus, auctorem pro verbiorum precipere ludi, certaminisque; magistro, ut ejus, qui luctaturus cum hoste in arenam descendit, vestimenta detrahat; Ergo Iobus provocatus ab hoste hostem provocat, atque; lacescit; & qui terrenis rebus nuntium remiserat, vestes confcindit, & abjicit, divinæque; virtutis oleo perunctus, nudus nudum & corporis integumentis carentem adversarium expectat.

Sexto tandem hanc dilacerationem vestium dicas esse infracti cuiusdam, pariter, ac liberalis pectoris; quasi diceret ad suos hostes: Aliis spoliatus rebus omnibus, si quid mihi reliquum est, videlicet vestem hanc, qua cõtegor, mihi invidetis, non est quod per insidias illam auferre moliamini, libenter illam abjiciam, nulla iterum sumendi spe: nam ne possim iterum illa uti ego prius efficiam, in frustra comminuat. Neque; sic tamen bona me ulla amisisse existimo, nam quæ extra me sunt, nihil ad me; bona mea in pectore asservata & recondita habeo, & omnia bona mea nudus licet mecum porto. Consonat cum Christi assertoris doctrina Matth. 5. Dico vobis non resistere malo (Chrys. diabolo in impiis operanti) sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram: & qui vult tunicam tuam tollere, præbe ei & pallium. Nullum finem patientiæ præscribere, nullum spoliationi, nuditati, paupertati: quem locum acute tractat Aug. episto. 5, ad Marcellinum: maxilla quidem dextera securior est, quod non respondeat dexterae manus, sed sinistrae adversarii percipientis; tum etiam melior & honoratior est: cum ergo meliora bona tibi voluerit inimicus auferre, cum interiori tunica & animæ virtutes; expone terrena omnia bona, & sinistram maxillam, externumque; pallium; quæ cum ille abstulerit, nihil quod verè bonum sit, amisisse te puta. Paulus verò eximius laborum exantlator, qui cum vincula audit, non solum alligari, sed & mori paratum se præbet, ut nullum sustinentiæ finem

faciat, sic nos instruit. 1. Cor. 6. Delictum est in vobis, quod judicia habetis inter vos, quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?

Et tonso capite corruens in terram adoravit.

- 11. Capitis & barba abrasio in commutatione foris, vel in malum, vel in bonum.
- 12. Recidere barbam militare volentis. idem etiam recidere capillos. Iobi certamen.
- 13. Abrasio capitis in sacrificiis. Iob sponsam eam oblationem cum aliorum tum sui ipsius offert.
- 14. Mortuos abscidisse comam. Quadam ex profanis Iob paratus mori, non solum spoliari.
- 15. Corruere in terram lugentis, adorantis ve habitus. variis adorandi gestibus, ex sacris & profanis.
- 16. Adorare pro incurvare se, aut genuflectere ex Heb. & huius analogia ratio explicatus locus. 4. Reg.
- 17. Militem procidere ad pedes Imperatoris quid. Iob supplex coronam petit.
- 18. Iobi virtus in medio duorum vitiorum.
- 19. Comparatio cum aliis qui filiorum mortis luxuriant in sacris. explicatur luctus David.
- 20. Eadem cum aliis quoque; comam. expensa mors Heli.

Et tonso capite. Origenes vult, hoc non luctus, sed lætitiæ causa factum; sicut & de Ioseph scriptum est, Genes. 41. Eductum de carcere Ioseph totòderunt, ac veste mutata obtulerunt ei. Certum est tamen ut discione vestium, ita & tonsionem capitis ad luctum consuetudinem, & ceremoniam pertinuisse. Quia verò tum in sacris litteris, tum in profanis mos tondendi aut radendi caput, & barbæ; jam maroris, & luctus est, iam verò lætitiæ, & melioris fortunæ; ideo sapiens docet in Catena Chrys. et Greg. lib. 2. c. 17. pro varietate regionum, & temporum ita quoque; varios mores, & ritus, atque; adeo contrarios viguisse. Sæpe quidem fortunæ, & status commutationem significare volebat tonsione capitis, & abrasione barbæ; ubi coma & barba prolixa ornamento erat: ubi verò abrasa barba, & tonsus caput amabatur, intonsus erat in luctu. Maroris & luctus calvitium & detorsio sunt. 1. Esdræ, 9. v. 3. Isai. 15. v. 2. & 22. v. 12. Iere. 7. v. 19. 16. v. 6. Ezech. 24. v. 17. & v. 23. Mich. 1. v. 16. fuit etiam captivitatis, & servilis contumeliæ, aut ingentis ignominie, & opprobrii. 2. Reg. 10. v. 4. 2. Esdræ. 13. 1. Paralip. 19. v. 4. Deuter. 32. v. 42. Ezech. 29. v. 18. Nabucho-Donosor servire fecit servitute magna, omne caput decalvatum, & omnis humerus depilatus. unde Aristotel. 1. Rhetoric. dixit, comam esse libertatis argumentum Quare cum apud ethnicos probro, & ignominie

1. Cor. 6. 7

II Origenes

Gen. 41. 14.

Tondere caput luctus est

Chrys. Greg.

Capitis & barbæ abrasio in fortunæ & status commutatione.

Torsura D. Petri.
Germanus
 nominæ haberetur tonsura capitis, tonsus est D. Petrus ab his, qui ejus sermone non credebant, & hac ratione illusus, ut scripsit Germanus Episcopus Constantinopol. in Theoria rerum Ecclesiasticarum. E converso comam & barbam prolixam aliquando fuisse luctus, & mæroris signum indicatur Genes. 41. v. 14. & 2. Reg. 19. v. 14. cum Miphiboseth descendit in occursum regis illotis pedibus, & intosa barba, vestes que suas non laverat &c. Ad honorem quoque & dignitatem videtur pertinere id Baruch 6. Sedent habentes capita, & barbâ rasam. Quare quod ab illis fecerneretur, suis sacerdotibus præcepit Deus Levit. 19. Non attōdetis caput in rotūdum, nec barbâ radetis. Quod etiam spectasse Nazæorum lex Nume. 6. de nutrienda coma, visa est. Apud Romanos, ut Martial. li. 2. indicat, barba reorum prolixa erat. Nos similem vocamus, barbam lugentis uxorem, barba de viudo. Imperatorum verò usque ad Neronem barbara fuit, ut Aulus Gellius scribit lib. 3. cap. 4. Verum cum multa de hac re dici possent, multaque eleganter cogerent nostræ ætatis viri doctrina excellentes, & bene de sacrarum litterarum studio meriti, satis fuerit illos indicasse, quod nos ad alia properemus. illi sunt Antonius Guevara dum explicat Habacuc dicentem. De nudasti fundamentum ejus usque ad collum. & Alfonso Mendoza quæstione sua. 5. de Nazæorum capite non tondendo.

I 2
 Quia verò non solum ad lætitiâ, aut luctum, sed etiâ ad militarem habitum vsurpabatur capitis & barbæ abscissio, tum etiâ ad quædam sacrificia, ideo nihil molle aut imbecillum, nihil parum pium aut religiosum de hac capillorum detonsione existimandum est. Certè Ambros. lib. 6. Examer. dixit, comam esse terribilem in bellatoribus: sed tamen barbam rasam erat militare volentis: uti ille dixit.

*Si quem recisa forte barba videris,
 Mibi videtur militare velle.*

Abantes quoque natura pugnaces, & cominus pugnandi periti, anterioris capitis parte tondébant, ne ulla hostibus ad capiendum ansas darent; ob eandemque rem suis ducibus, ut barbâ raderet imperavit Alexander, ut scribit Plutarch. in Theseo. Iob itaque non solum vestimenta abiecit lucturus cum hoste, neteneri possit, sed etiâ capillos tondet, ut expeditior sit, cum reliquerit omnia.

Sacrificari verò solitos capillos præterquam quod ex Nume. 6. constat; de ethnicis idem asserunt Cyril. in Levit. & Theodore. q. 28. Eugub. & Cajeta. Num. 6. ex profanis Lucianus in Dea Syriæ, Suetonius in Nerone c. 12. Tum etiâ qui ex maris tempestate evasissent abrafam comam sacrificabant. Considerare igitur licet Iobum de his, quæ sibi reliqua essent, spontaneâ Deo oblationem facere; quo significaretur, quæ sibi ablata essent, sua sponte ablata, non invito; & incolumem ex tempestate formidanda tot fluctu, atque tempestationum evasisse. Quid, quod non solum capitis comam, & externa omnia bona Deo sacrificat, sed se ipsum illi hac ceremonia initiat, & devovet? nã solebat quidem in sacrificiis summa pecudum capita abradere, id quod significavit Virgil. cum proferre illo faciendū minutatim sacrificium illud Latini regis describit.

*Dant fruges manibus scissas, & tempora ferro
 Summa notant pecudum, patriisque altaria libat.*

Sumptum verò hoc ex Homero Iliad. 3. qui in sacrificio describendo scribit.

*Hic rex Atreides cultrum, quem forte ferebat
 Majoris gladii vagina in parte repostum,
 Excipit, & media villos de fronte revellit
 Ambarum pecudum.*

Quod, si ex Græco ad verbum reddas, est pillos à capitibus agnorum dissecut. Non aliter mansuetissimus, & patientissimus Iob suos ipse capillos dissecut, & gratisimum Deo sacrificium obtulit.

Sed illud omnino prætereundum non est, posse quoque ceremoniam hanc abscissæ comæ, ad mortis votum, aut præviam quandam animi præparationem, & promptitudinem referri, quæ se Iob profiteatur non solum omnia externa bona, sed vitam etiâ Deo jubente reddere paratum esse: nã solebant morituri omnia prius ornamenta, & honoris insignia, se illo habitu morerentur, deponere, capillos præferunt, & capitis honorem; uti Amphiaras vates iam absorbendus capitis coronam comamque, atque alia ornamenta his verbis deponit apud Statium.

*Audio iam rapida cursum stygis, atraque Ditis
 Flumina, ter geminosque mali custodis hiat.
 Accipe commissum capiti decus, accipe laurus,
 Quas erebo deferre nefas.*

Atque jam jam sibi manus allatura Phædra. *Placemus umbras: capitis exuvias cape,*

I 3
 Capillorum abscissio ad sacrificia pertinet
 Cyrilus.
 Theodoretus.
 Eugub.
 Cajetan.
 Lucian.
 Livius.

Iob non invito ablata cuncta

Virgil. 12.
 Aenid.

Homerus.

I 4
 Merituri comam abscindebant.
 Iob se meritum abscissione capillorum profiteatur.

Statis extrem. 7.

Seneca in Hy pol. act. 5.

Laceratq; frontis accipe abscissam comam.
 Et quidem existimasse videtur delusa antiquitas eos, qui morti proximi essent à Proserpina primum tonderi, & his quasi primitiis initiari Orco, sicque facile è corpore solvi posse. Hanc profectò causam Didonis difficulter morientis Virgilius assignat lib. 4.

*Tum Iuno omnipotens longam miserata dolorum
 Difficilesque obitus, Irim demisit Olympo,
 Quæ luctantem animam, nexosq; resolveret aræ.
 Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem
 Abstulerat, stigiosq; caput dænaverat Orco:
 Ergo Iris croceis per cælum rosca pennis
 Devolat, & supra caput astitit. Hinc ergo Diti
 Sacrum iussa fero, teque isto corpore solvo;
 Sic ait, & dextra crinem secat, omnis & unam
 Dilapsus calor, atq; in ventos vita recessit.*

Servius certè eo loco docet, solitos homines certis consecrationibus adversus fortunam adversam se comparare, nec aliter diem suum obire. Sic quoque Glaucias iam iam periturus apud Statium

*Iam complexa manu crinem tenet infera Iuno
 Et eò cernè respiciens Horatius dixit.*

*Mista senum, ac juvenum densantur funera, nul
 Sæva caput Proserpina fugit.* (Lum.)

Se ipsum itaque Iob tanquam vitæ fructiferam, caputque suum ipse putat, ut fructum plus afferat in patientia. Et demum adversario insultat, quod neque capillum sui capitis tangere potuerit, neque majorem sibi dolorem, aut detrimentum intulerit ex direptione bonorum omnium, quam si capillos prolixiores, rem videlicet superfluam, sensuque carentem totondisset.

Corruens in terram. Luctus est, corruere in terram, & sedere in pulvere; sed hoc loco potius est adorantis habitus; quare exponitur sequenti verbo, Adoravit. non aliter procumbentes, & prostrati singulari animi gaudio perfusi Magi, adoraverunt Matth. 2. sed quidem sciendum non eundem semper fuisse adorandi gestum, & habitum; aliquando enim stantes adoratio nem exhibebant, ut notavit August. lib. 2. ad Simplic. q. 4. & indicatur Isai. 49. Reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt Dominum. aliquando etiâ sedentes orabant, & adorabant. 2. Reg. 7. Ingressus est Rex David, & sedit coram Domino, & dixit, Quis ego sum Domine Deus &c. Numa etiam Popilius, referent in ejus vita Plutarcho, sedens adorabat. atque adeo non Reges solum sed cujusvis generis homines adoratos

sedere jubebat Pythagoras; volens nimirum significare, in quiete & tranquillitate animi Deo & orationi vacandum. Sed certè inter omnes orandi & adorandi habitus, magnæ cujusdam animi demissionis, & penitus se Deo devovetis est, supplicem se præbere, veneraturum supplicare, procidere in genua; nã qui procidit, nihil in se agnoscit firmum, & stabile, & nihil in eo non agnoscit gloria & adoratione dignum ad cuius pedes accidit. In respectu ejus (inquit David) cadent omnes, qui descendunt in terram. Id est mortui, cum terræ & sepulturæ mandantur videntur in terram corrucere adoratori Deum vitæ, & mortis Dominum, & auctorem resurrectionis. Cadere itaque mortuos in conspectu Dei, videtur idem esse cum illo Pauli, præcipietis, ut In nomine Iesu omne genua flectatur, non solum cælestium, & terrestrium, sed & infernorum; videlicet corum, qui in sepulchris resurrectionem expectant. Ergo per Pleonasmum dictum est adoravit, postquam dixit, corruens in terram. Genes. 38. Adoravit Abraham pronus in terram. Genes. 37. manipuli adorantes; id est incurvati, aut prostrati coram manipulo Ioseph. & passim in libris Regum. Esther. 3. Marдохæus non flectebat genua (exponitur sequenti verbo) ne que adorabat. Matth. 4. v. 9. & c. 8. v. 2. Apocalyp. 7. v. 11.

Quia igitur adoratio fiebat peculiari gestu corporis, videlicet incurvatione aut genuflexione, aut capitis inclinatione, ideo verbum adorandi, Sachab, proprie est incurvare, aut humiliare se. Tum etiâ adorandi verbum pro sola incurvatione corporis, aut genuflexione externa accipitur. 4. Reg. 5. cum Naaman postulabat, ne sibi culpæ imputaretur corporis incurvatio & genuflexio in templo Remmon eo tantum fine, ut rex genuflexus comode posset humero ejus inniti, hoc enim non erat intrinsecè malum; Quando ingreditur domus meus templum Remmon, ut adoret, & illo innitente super manum meam si adoravero in templo Remmon adorante eo in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus. Eadem ferè incurvandi, aut procubendi simul, & adorandi significatio in Græco, Proscynèo. Non dissimilis apud Latinos, cum etiam Plinius. lib. 8. c. 1. de elephantis dicat, Regem adorant, genua submitunt. Propterea Damasc. oratione. 3. de imagin. cap. 5. sic adorationem definit, Adoratio est animi cedentis, id est submissi, & humilis significatio. cedit animus cadentem

Adoraturum procidere quid.

Ps. 21. 30.

Pleonasmos

Genes. 18.
 Genes. 37.
 Esther. 3.

I 6

Adorare pro incurvare se.

ἰσχυ

4. Reg. 5

πρόσκυνεω
 Plinius

Damasc.

te & procumbente corpore. Itaque Iob *corruens in terram adoravit.*

Illud breviter addam genuflexionem, & supplicationem ad pedes Imperatoris habitum fuisse strenui militis coronam accipientis. ergo Iob prius surrexit, quasi lacessiturus hostem & strenue dimicaturus, nunc procidit Deo supplicaturus, iustam patientiae & fortitudinis coronam, & premia consecuturus.

Hoc tadem loco Gregorius inter duo vitia extrema Iobum constituit, utrinque reductum, videlicet inter indolentiam illam Stoicorum, seu dicas insensibilitatem & stupiditatem; & ex altera parte molitudinem, & pusillanimitatem, nimiumque sensum verberum & doloris. Nam surgens, scindens vestem, todens caput, ostendit se flagella sensisse, & doluisse: corruens vero in terram, & Deum adorans, in bonitate de Domino sensisse, & Deum plusquam suos filios honorasse.

Potest autem summa cum laude vir patientissimus cum aliis comparari, qui suorum filiorum mortem non acceperunt si mili constantia; sed vel in altero extremo constituti sine sensu fuerunt; vel ad alterum propius accedentes luctui miserabili se totos tradiderunt. Ex sacris proferri possunt haec exempla. Iacob unius Ioseph morte nunciata ad quem neque imperium, neque sacerdotium, neque duplex rei paternae portio, aut familiae conservatio pertinere poterat, ut qui primogenitus non esset, multis liberis aliis viventibus, tamen *scisis vestibus indutus est cilicio, lugens filium suum multo tempore. Congregatis autem cum illis liberis eius ut leniret dolorem patris, noluit consolationem accipere; sed ait: Descenda ad filium meum lugens in infernum. Quasi diceret; filio meo Ioseph mortuo, non possum amplius vivere; Mafro mori quam vivere non vivete Ioseph. Quae verba perturbati, & graviter dolentis, & mala sua exaggerantis dixit esse August. in quaestionibus super Genesim. transegit autem Iacob in luctu, & lachrymis, tres & viginti annos, qui a decimo sexto aetatis Ioseph anno, usque ad ejusdem quadragesimum fluxerunt. Dein de David impiu licet Absalonem, regni & paterni sanguinis siti etem, neque regni, neque divinarum promissionum herede, tam diu, tamque grauter mortuum luxit, ut oportuerit ab immoderato inutiliq; fletu & gemitu a fortissimo duce Ioab cohiberi,*

& deterreri proposita mii t: & populi defectione, nisi sibi a lachrymis temperaret. Cu vero Amnonem filium nefarii incesti & stupri reu flevit interfectu, quod ea in re minus constantem se praebuerit, verbis saeminini generis rem hanc explicat sacra Scriptura, quasi mollis, & effeminatum fletum viro indignu tribuens. 2. Reg. 13. luxit (in Hebr. verb. saemininum luxit foemina) David filium suu multis diebus.

Ex Profanis haec. Solon unus e septem Graeciae sapietibus, apud Thaletem Mileti diversabatur; cum vero Thales ex eodem numero sapiens quendam peregrinu subornasset, qui simularet se Athenis venisse & interfuisse funeri filii Solonis; cepit Solo caput cadere, ut scribit in ejus vita Plutarchus, atque alia facere, & dicere, quae ab hominibus afflictiis, & calamitate aliqua perfunctis fieri solent. Tu Thaletem ridentem his hominem aggressum ferunt. Hec me Solo a nuptiis, & a procreandis liberis delortatur, quae te hominem fortissimu, & constantissimum infringunt. Iulius Capitolinus scribit Gordianum seniore audita filii morte laqueo vitam finisse. similibus mollitudinis & paternae inconstantiae mille passim occurrunt exempla.

Inter alia vero ad stupiditatem illud pertinet, quod de M. Horatio Pulvillo scribit Tit. Livi Deca. 1. lib. 2. Is cum templi dedicationi vacaret filii morte nuntiata, nihilo plus a proposito averfus, quam ut cadaver afferri juberet; orationem peregit, & templum dedicavit. quod si hoc ad constantiam & religionis pietatisque cultum referatur; (quod etiam majori iure referendum est quod Heli suorum filiorum morte nuntiata, nihil commotus est; sed tunc tandem cum accepisset arcam Dei captam esse a Philisthaeis, *Cecidit de sella retrorsum, & fractus cervicibus mortuus est;*) Multo tamen constantior, multoque pietatis & divini numinis observatior Iobus, qui dolorem ex filiorum interitu maximu, lachrymas, & luctum in oratione & pietatis diviniq; numinis cultu ita conuertit, ut totum se commotum humanitatis sensu ostenderet; totum etiam se Deo & orationi committeret; sanctissimisque verbis de Dei providentia, & de sua orbitate philosopharetur. Res par miraculo illi, cum vacce vitulis earum conclusis domi, trahebant arcam Dei, *tinere uno gradiebantur pergentes, & mugientes, & non declinabant ad dexteram, neque ad sinistram.*

17 Militum pro cedere ad pedes Imperatoris, quid.

18 Iobi virtus in ter duo extrema vitia constituta

19

Genes. 37

*Coneste dolor morire, quod non se me qui tara halta que echen la tierra cima

August.

2. Reg. 29-33

2. Reg. 13 37

Plutarchus

Iulius Capitolinus

20

T. Livius

1. Reg. 4-18

1. Reg. 6. 12

XXI. Nudus egressus sum de utero matris meae & nudus revertar illuc Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.

- 1. Praeclara Iobi ad omnes nuntios responso. Aerum ne impellunt ad philosophandum.
- 2. Terram vocari matrem. Puerum recens natu statui solitum in terra veluti in matris gremio.
- 3. Puerum in terram cadere & tolli, quid? Sepulchrum, matris uterum.
- 4. Matris uterum simpliciter ab aliis accipi. Quae moritur, similis est conceptui.
- 5. Matris uteri nomen commune sepulchro, & est contra: Quid inferiora terrae, in David, & Paulo, quid Terra natiuitatis.
- 6. Relativum in sacro Ser-

- mone aliquando indicare aliquid interius mentis obiectum.
- 7. Iob bene in Deum animatus. Philosophiae rationes, & consolationes usurpatae in sacris.
- 8. Iob spoliatus non plus dolet, quam si perpetuo miser fuisset. Quaedam ex Seneca.
- 9. Iob gloriatur se scire perniciam pati. Patentia, & Philosophiae tabula in naufragio.
- 10. Argumentatio, qua se Iob consolatur. Particula Et, nota illationis.
- 11. Pua haec via, tu etiam fabula peracta in terra Theatro.

Qualis fuerit Iobi responso.

Prosper.

Chryso.

Olym.

Iob praecleari virtutis Philosophiae praecipis.

Zeno.

una oneraria ex bonis omnibus tantum reliqua esset, cum accepisset cum mercibus periisse; Bene sane, inquit, agis fortuna quae ad pallium obsoletum illud me, & ad Stoam redegisti. Diogenes in exilium pulsus tunc tandem philosophari auspicatus est; utriusque autor Plutarchus. Iobum tamen ad subliorem, excellentioremque philosophandi rationem tanta bonorum omnium, filiorumque orbitas redegit. Simile quid Greg. Nissenus observat in Moyse; nam ab eo, quem servandae pacis, & non contendendi cum fratre admonerat, injuriam & repulsam passus, ad contemplationem impulsus est; ut civitatum relicta turbatione se cum ipse vivere malet.

Sed ut gravissimam sententiam intelligamus, illa prius verba explicanda sunt quae de utero matris loquuntur, & de revertendo illuc. Chryso. existimat terram vocari matrem, tam in prima parte, quam in secunda, quem sensum D. Thomas non rejicit, ita ut de Adamo in sua persona loquatur, aut vero in universum de homine; namque cum primum formatus homo est a Deo, de terrae gremio, quae formando corpori materiam subministravit, prodit, susceptusque est in lucem. Similique, ratione videtur Gene. 2. dictum, *Formavit Deus hominem de limo terrae*, sicut cum pater materque hominis explicantur Matth. 1. *Iudas genuit Phares & Zaran de Thamar*, Quare cum suae mortis, & reversionis in terram admonetur homo, simul etiam suae originis, suaeque nativitatis ex terra admonetur a Deo Genes. 3. *Donec revertaris ad terram, de qua sumptus es, quia pulvis es, & in pulverem revertaris*, res quidem non obscura iis, qui naturali lumine ducuntur; nam Pythicam illam vocem, quae ex intimo specu Tarchiniis ab oraculo sciscitantibus, ad quem prius summa Romani imperii devolenda esset, reddita est huiusmodi; *Imperium summum Roma habebit, qui vestrum primum, o juvenes, osculum matri tulerit*; percalluit quidem aliud spectare ratus, ac de lusi comites, Brutus; qui velut si prolapsus cecidisset, terrae osculo contigit, scilicet quod ea communis mater omnium mortalium esset, rem scribit Livi. 1. annal. Quare cum primum nascatur puer non tampus peram, quae illum enixa fuisset, quam terrae matri filius tribuebatur acceptus &

Diogenes.

Plutarch. de tranquill. ani.

Gregor. Nissen. de vita Moys.

Chryso.

D. Thom.

Tetra hominis mater.

Genes. 2. 7.

Matth. 1. 3.

Genes. 3. 19.

Livius.

Puer recens

Varro.

edit; si enim puer vitatis erat, sublat' ab obstetrice statuebatur in terra, ut Varro scribit. apud Martia. li. 2. de vit. Patrum. idemque lib. 1. de lingua Latina ait, antiquos ubi primò infans natus esset, nudum confestim in terra sternere, Opemque Deam, quæ & ipsa terra est, impiorare, quæ velut mater nascenti esset auxilio. ejusdè rei meminerunt Festus Pomp. Suetonius. Suetonius in Augusto cap. 5. & in Nerone cap. 6. Servius in. 10. Aenei. atque Augustinus. Augustinus in. 4. de civit. cap. 10. cum falsa numina in unicū verū numē, Deūmq; refert sic scribit; *ipse opem ferat nascentibus excipiens eos sinu terra, & vocetur, Ops; ipse levat de terra & vocetur Levana.* Seneca quidem de ea cæremonia loquitur libello de moribus, *Omnes* (inquit) *infantes terra nudos excipit.* & Plinius lib. 2. cap. 65. *Terra nos nascentes excipit.* initio verò lib. 7. comparans hominē cum reliquis animantibus, quòd inter cuncta solūm inermem, nudūque natam creaverit; *Hominem* (inquit) *tantum nudum, & in nuda humo natali die abijcit ad vagitus.* tandē Macrobius lib. 1. cap. 12. ex Labeonis sententia tradit, Majam Deam terram esse, & Mercurium illi in sacris ad jungi, quia vox nascenti homini contactu terræ datur; eandemque Opem vocari, quòd ipsius auxilio vita cõstet; & Fatuam à fando, quòd infantes partu editi non prius vocem edunt, quam attigerint terram; & Faunam à favendo, quòd omnium usui animantium favet; & Bonā, quòd omnium nobis ad victum causa honorū est; denique Magnam Matrem in sacris appellari.

3

L. 3. c. de Posth.

Statii rap.

Hinc natum videtur, ut nascentes infantes dicerentur in terram cadere: quæ ratione Iustinianus Imperator dixit: *Posthumū, qui vivus perfectè natus est, licet illico postquam in terram cecidit, vel in manibus obstetricis decessit, testamentum rumpere.* huc illud pertinet Statii Papinii lib. 1. Sylvarum.

..... Tellure cadentem
 Excepi, fovique sinu, nec colla genasque
 Comere; nec pingui crinen deducere amo-
 Cessavit mea nate manus. (mo.)

Sap. 7. 3.

Planèque hoc videtur esse quod Salomon Sap. 7. de se testatur: *Ego natus excepi communem aerem, & in similiter factam decidi terram.* Atque inde tollere filium dicitur qui filium habet; quòd illum pater de terra jacentem tollebat. Quem verò paren-

tes non agnoscerent, neque vellent suo nomine educari, aut nutrir, non tollebant. Hinc Sostrata ad Chremetem maritum.

*Meministi me esse gravidam,
 Et mihi te magnopere interminatum,
 Si puellam parerem, nolle tolli?*

Ex his igitur perspicitur potest terræ gremium *matris uterū* vocari à Iobo, de qua homo sublatus sit nudus. Atque hujus interpretationis illa confirmatio esse potest, quòd secunda pars de terra quoque intelligenda sit; quare particula, *illuc*, quæ vim referendi habet, terram intelligi postulat in prima parte; sic legunt, & *nudus revertar in terram*, Hieronymus epistola. 20. ad Tarasiam. Prosper parte. 1. de prædicationibus. Gaudentius Brixianus, suo tractatu in Scripturam. Cyprianus oratione de mortalitate; *Nudus exivi de utero matris, nudus etiam ibo sub terram.* Is ergo erit sensus, quem Gregorius quoque expressit; *Nudū me nascentem, & in hanc lucem venientem terra protulit; nudum me hinc exeuntem, & discedentem terra recipiet.*

Alii simpliciter accipiunt *Matris uterū*, quæ illum genuit, & peperit. Et relativū, *illuc*, non accipiunt pro illo eodem loco, sed pro alio statu, vel loco simili, ut hæc sententia sit, *nudus revertar in locū & statum similem, in quo spoliatus sim omnibus humanæ vitæ præditiis, & jaceam in tenebris & angustis; nimirum in terræ sepulchro, quod simile profectò est materno utero; nam licet moriens homo videatur nasci ad alteram meliorem vitā, & avelli quasi ex terræ visceribus dolore mortis obstetricante, idèque sicut nascitur invitus & repugnans puer, sic etiam ex terra avellitur, cui hærebat, invitus, & repugnans homo; (quam utriusque status comparisonem eleganter persequitur Greg. Nissen. Oratione de dormientibus) Tamen ad rē præsentem defunctū videtur parens terra intra se, quasi in suo utero excipere, & concipere tanquam mortuum semen, ut vivum reddat in resurrectione; & quasi novum factum in regeneratione excludat. Pulchra item est apud Nisse. nativitas cum resurrectione collatio. Hæc verò interpretatio similem habet Ecclesiast. 40. *Iugum grave super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulture in matrem omnium.**

Terent. in Heaut. Sc. 1.

Hierony. tom. 9.

Prosper.

Gauden. Brix.

Cyprian.

Greg.

4

Greg. Nissen.

Terra cadaver excipit velut mortuum semen.

Nissen. Eccl. 40. 1.

Nam

5
 Sepulchrum atque maternus uterus, & nomine similia. Psal. 26. 10. Inferiora terræ quid in Sacro Sermone.

Psal. 138. 15.

Ephes. 4. 9.

Iona. 2. 3.

Matth. 12. 40.

Proverb. 30. 10.

Terra nativitatē peculiariter matrem

Nam de ventre *matris eorum*, dixit: id est de ventre matris, quæ unumquemque genuit, & peperit. postea verò dixit, *Mater omnium*, communem omnium defunctorum parentem; sepulturam verò quasi terræ uterum; quippe viscera.

Hinc est, ut nomen sepulchri utero materno commune sit in Sacro Sermone. Sepulturam significant *inferiora terra*. Psal. 62. *Introibunt in inferiora terra, tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.* id est occidentur vel gladiis cõfossi, vel bestiarum dentibus dilacerati; et tandem sepulture tradentur. eodem nomine intelligitur maternus uterus. Psal. 138.

Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto, & substantia mea in inferioribus terra. in matris videlicet alvo, tanquam in recõdita, & ab omni perturbatione semota officina, tu ipse hominis opifex, qui omnium es artifex, pro tanti tamque subtilis & elegantis opificii dignitate remotis arbitris me fecisti, & quasi acu pinxisti, & variegasti. Eam enim vim habet verbum *faciendi*, in fonte. sic & Paulus de Christo Domino ad Ephes. scripsit: *Descendit primū in inferiores partes terra.* Quod alii de descensu ad infernorum limbum; alii de sepulchro accipiunt; arguet verò alii de descensu ex cælis in viscera purissima sanctissimæ virginis; subterranea namque statio, sicut & maternus uter, caliginosa loca sunt, & valde humilia, & abjecta, quem tamen locū nō horruit Dei filius, qui lux ipsa est. Simili ratione *Ceti ventrem*, cum sepulchri & inferiorum terræ partium nomine conjunxit Iona cap. 2. *De ventre* (inquit) *infernorum clamavi.* id est de ventre, qui est velut infernus locus, & sepulchrum. quod usurpavit Christus Dominus, & similitudinis figuræ; rationem exposuit: *Sicut fuit Iona in ventre Ceti, sic erit filius hominis in corde terra.* quasi diceret, *in inferioribus terra*, in visceribus, in sepulchro. nō aliter Proverb. 30. Sepulchro æquè ac vulvæ, aut matrici tribuitur infaturabilitas. *Tria sunt infaturabilia infernus, & os vulvæ, & terra que non satiatur aqua.* Ut autem relativum *illuc*, commodiorem habeat significationem non debet accipi pro quolibet sepulchræ loco, aut pro qualibet terræ parte indiscriminatim; sed pro illa, quæ illum genuit, quæ dici solet terra nativitatē, à qua cum cadaver excipitur, mortis quoddam

solatium est; sicut Ierem. 22. dicitur; *Nolite flere super mortuum, neque lugeatis super eum fletu; plangite illum, qui egreditur, quia non revertetur ultra, neque videbit terram nativitatē suæ.* propterea Iacob de terra & sepultura Aegypti non tanquam de matre, sed tanquam de noverca loquebatur. Ioseph quoque asportari aliò jussit ossa sua cum moreretur.

Tandem licet paulò durius, sed tamen non est inutile, quòd alii relativum, *illuc*, non referunt ad præcedentia, sed accipiunt demonstrativè, ita ut indicetur Deo, vel beatitudò, & status futurus, in què Iobus tunc haberet cogitationem defixā; Sic Clemens in Catena, & Nissenus oratione, de 40. martyribus; *Deponebant* (inquit) *tunicarū amictum, dictum illud Iobi adjectives, nudi introivimus in mundum, nudi ad eum, qui huc nos introduxit, abibimus.* quasi diceret, qui me nudum huc misit, cū nudus ad eū redidero, nō me nō agnosceret; non aspernabitur, similiter Psal. 35. relativum non refertur ad præcedentia, sed demonstrat aliquid cogitationi, & intellectui: *Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem*, videlicet in haratum, & gehennam, quam sibi objiciebat Psaltes, cum nulla illius mētio præcessisset. Tam nunc totius sententiæ expendenda vis.

Nudus egressus sum. Ante aliā observandum, quàm sit Iob bene in Deum animatus, cum pro Dei causa, & providentiā adversus se ipsum, suāque bona omnia exquisitis argumentis disputet: at è contra improbus dæmon rationes & calumnias contra Deum excogitaverit, & mulieri obtruserit. Deinde ponderandum est, virum sapientissimum non uti solatio aliquo, aut ratione sublimiori, quàm illa, quæ ex Philosophia peti potuit, quod ad animi constantiam, & calamitatum contemptum quendam referendum est. non enim calamitates amplificat, sed potiùs extenuat; nam illis non censet adhibendum aliud acrius remedium, aliunde magis præfens allevamentum ex conditioni medicina petitum; sed facile quoddam, & quòd cuique obvium sit: quasi diceret, nihil mirum me sic affici; quod enim patior, ex communituræ, divinæque providentiæ lege provenit; agit me cū Deus tãquam cum homine; homo sum, humani à me nihil alienum existimo; tentatio me non apprehē-

Ierem. 22. 10.

Genes. 47. 30.

Genes. 50. 24.

6

Relativum de signat aliquid ad intellectū; & cogitationem.

Clemens; Nissenus.

Psal. 35. 13.

7

Quam bene de Deo sentiat Iob.

Philosophie consolatio- nis Iob.

dit

Rom. 6. 9.

Animi recti constantia, & mundo renuntiantis.

8

Paupertas aequalis amissioni fortunarum.

Infelicitatis genus fuisse felicem. Seneca.

9

Gloriatur in sua nuditate Iob.

dit nisi humana, levis, facilis toleratu, non difficilis advincendum. Non aliter Paulus cum virtutis, & pietatis colendae laborem & difficultatem extenuat: *Humanum* (inquit) dico, propter infirmitatem carnis vestrae (quod in hominis ratione, quod in quotidiana consuetudine, quod in humanis viribus positum sit, divina etiam accedente gratia) sicut exhibuistis membra vestra servire iniquitati, ita nunc, &c. Adde etiam in his verbis considerari posse affectum viri constantis, & mundo vale dicentis, penitusque renuntiantis; nihil, inquit, est quod erga mundum me gratum, aut ullius beneficii memorem exhibeam; nihil ex hoc mundo mecum aufero, nihil illi acceptum referam; nihil, quod a me ille reposit; nihil rursus quod cum illo nudus exoptulem; nam nudus in mundum veni, ab eo nudus.

Et nudus revertar. Videtur parem facere paupertatem amissioni fortunarum, cum haec ratio par allevamentum esse possit, aut homini, quem semper pressit inopia; aut qui magnarum facultatum jacturam fecit. Et recte quidem, nam qui dives extitit, spiritu tamen pauper extitit, neque plus cruciatur bonorum spoliatione, quam si nunquam dives extitisset. Secus multo acerbior est diviti miser status, quam homini misero illa sua perpetua, & constans inopia: ingentis enim infelicitatis genus est fuisse aliquando felicem. elegantem de re hac disserit Seneca lib. 1. de tranquillitate vitae cap. 8. Erras (inquit) si putas animosius divites detrimenta ferre. Bion eleganter ait non minus molestum esse calviam, quam comatis pilos vellere. idem scias licet de pauperibus locupletibusque; par illis esse tormentum; utriusque enim pecunia sua adhaesit, nec sine sensu avelli potest. tolerabilius autem est faciliusque non acquirere, quam amittere: ideoque latiores videbis, quos, nunquam respexit fortuna, quam quos deseruit. Respice aegredum mundum. nudos videbis Deos omnia dantes, nihil habentes. Hunc tu pauperem putas, an Diis immortalibus similem, qui se fortuitis omnibus exiit? Gloriarum praeterea in sua nuditate videtur Iob; quasi diceret, quod homo inter cuncta animalia inermis sit, nudusque nascatur, ingens naturae parentis beneficium est, nam intellectum illi, & sapientiam pro armis, pro indumentis, & pro reliquis vitae ornamentis dedit, & nuditas ipsa ad Philosophiam, solertiam, in-

dustriam hominem compellit, ut qui nudus natus est, sciat omnia comparare, quae ad victum & vestitum necessaria sunt: sed ego tamen sublimiorem aliam sapientiam edoctus, scio non solum abundare, scio esurire, & penuriam pati; in omnibus & ubique infestus sum, didici in quibus sum, sufficiens esse; nudus vivam; nudus quod vitae, & vitae mihi reliquum est, conficiam, nudus revertar; & cum nuditate conjunctam vitam Deo gratus referam acceptam. Sapienter Plutarchus de animi tranquillitate scripsit, in fortunarum amissione non esse oblitteranda communia, sed aliquo in loco numeranda; gaudendumque quod vivimus, quod valemus, quod solem aspiciamus; infanque est cruciari perditis, salvis non letari; sed puerorum more, qui si quis ex multis ludicris, unum ademerit, etiam reliqua omnia disjiciunt, plorantque, & ejulant.

Ad haec cum nudum se reverti dicit in terram, videtur de naufragio fortunarum suarum unica patientiae, & Philosophiae tabula arrepta nudum se committere fluctibus nudumque conari enatare ad sepulturae littus, terramque tenere, quae futura sit suae calamitatis, & naufragii subsidium. Simile Plutarchus ad animi tranquillitatem praecipuum tradidit; Si inopinatum quid & grave ingruerit, prostraveritque eum, prope est portus, atque ex corpore sicut e rimoso lembo enare licet.

Tandem haec sententia argumentationis cujusdam vim habere videtur. Ego, inquit, anticipare mea voluntate extremam sortem, & nuditatem volo, & gaudeo; necessarium enim est, ut nudus ex hac vita discedam. probat id necessarium fore, hac ratione; Nudus egressus sum de utero matris meae, & (ergo, propterea,) nudus revertar illuc. illa enim conjunctio vim habet particulae, quam vocant, rationalis, aut causalis, & nota illationis. sicut Genes. 3. Vocem tuam audivi in paradiso, & (ideo) timui; & (propterea etiam) abscondi me. Isaie, 43. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & gloriosus, ego dilexi te, & (propterea) dabo homines pro te. Sic etiam consequentiae vim habet apud Paulum. 1. ad Thim. 6. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium quia neque auferre quid possumus. Ecclesiast. 5. Sicut egressus est nudus de utero matris suae, sic revertetur, quo modo venit, sic revertetur. vis autem illationis in eo consistit, quod cum:

Plutarch.

Patientia & Philosophia veluti tabula in naufragio.

Plutarch.

IO Argumentatio a Iob co-fecta.

Particula, Et nota illationis.

Genes. 3. 10. Isaie. 43. 4.

1. ad Thim. 6. 7.

Eccles. 5. 14.

nudi

Psal. 48. 18.

Senec. in Consolat. ad Polyb.

II

Vita haec via quaedam.

Iob. 10. 22. 2. Reg. 14. 14.

Eccles. 1. 4.

Proverb. 13. 7.

nudi nascamur, non sunt propria nobis haec bona externa, quae nobis vita subministrat, sed commodat, & ad usum concessa quamdiu hic sumus; quare non licet nobis hinc abeuntibus ea nobiscum asportare; sicut dicitur Psalm. 48. Quonia cum intulerit, non sumet omnia (nihil) neque descendet cum eo gloria ejus; non aliter atque famulus, qui in viri principis domum nudus ingreditur, vestes statim & ornamenta accipit, gladium, pallium quibus aut affecta, aut anteambulonem viri nobilis honeste possit agere; sed depositurus tamen, & relicurus ea omnia, cum domum dominumque deseruerit: quippe quomodo venit, sic revertetur; nudus ingressus est, nudus abibit. sic ferè Philosophatur, Seneca, dum Polybium in fratris morte consolatur. cap. 30. Si quis pecuniam creditam solvisse se molestè ferat, eam praesertim cuius usum gratuitum receperat, nonne injustus vix habiturus? cogita jucundissimum esse quod habuisti, humanum quod perdidisti. sed de hoc paulò post cum ipso Iobo iterum.

Egressus sum & revertar. Indicatur vita haec esse via quaedam, & iter difficile; mortales verò omnes viatores. res in Scripturis frequens. Quod dicit revertar, intellige, conficiam integrum vitae spatium, & iter; cumque in fine constituerò, circulum videbor absolvisse, & ad initium revertisse; unde digressus sum; sed non iterum per eandem viam reversurus, sicut scriptum est: Semitam per quam non revertar, ambulo. Et iterum: Quasi aqua dilabimur, quae non revertuntur. Sed verbo egrediendi, ostium humanae vitae significatur; ostium item alterum, per quod intrant, qui revertuntur; est enim vita haec quasi scena quaedam, in qua humanarum rerum omnium & vanitatis fabula per agitur; mortales omnes fabulae actores sunt, veniunt, abeunt; terra theatrum est: Nam generatio praeterit, generatio advenit; terra autem in aeternum stat. Duo in theatro ostia, egredientibus unum, id est ortus; abeuntibus & revertentibus alterum, id est occasus, & mors; vestes scenicae commodatae sunt, neque secum deferunt vestem regiam, qui Regem egit; omnes nudi ingrediuntur, si quas sumant vestes, alienae sunt, & commodatè acceptae, tantisper, dum fabula agitur est enim quasi dives, cum nihil habeat Illud verò ferè cogitandum, quod statim atque quis egressus est in hoc vitam, terraeque thea-

trum, non permittitur immorari: Praeterit enim figura huius mundi. statim reverti cogitur; nam quantum in vita procedimus; tantum ad mortem, & vitae exitum accedimus; nostrum itaque vivere, reverti quoddam est.

Dominus dedit, Dominus abstulit.

1. Divina providentia consideratio ad levandas aegritudines. Iob nullam agnoscat fortunam. Providentia asserta in Ecclesiast. & Isaie.	16. Iniqua actio Deo displicens, passio placens. Harum consideratio & praecipua in sacro sermone explicatur. Gen. 31. Terentius; Ioan. Petrus.
13. Deo permittenti aliqua do tribuitur eff. Etus. viri confutatio adversus hostem.	17. Nomen pro re ipsa. nomen fama celebrat.
14. Deus bona conferens non abdicat a se Dominum. Male paria, male delabuntur.	18. Gloriosus Deus in affligendis iustis. ex Paul. & Petro.
15. Divinum beneplacitum pro ingenti solatio Dei verbum ratio, & cum ratione omnia disponens.	19. Gratia pro calamitatibus agenda: haec sunt dona. Intra. Beatitude. Psalm. illustratus paraphrasi.

HAEC est secunda suae calamitatis, & inopiae consolatio; & praecedente quoque paulò sublimior, ut quae non petatur ex conditione humanae naturae; sed ex divina providentia; sunt enim mala omnia, & calamitates ejusmodi, ut velut in statera posita, quantum in lance una, graviora sunt, tantò in sublimiores de Deo, & de illius providentia cogitationes, mentem in lance altera constitutam attollere possint.

Primò ergo rectè, & accommodatè ad cogitationem, quam illi Dæmon suggererat, de criminando aut negando divinam providentiam, illam tuetur; & asserit, cum iudicio, & ratione nunc Deum dare, nunc auferre mortalibus bona; quare nullum agnoscat casum, aut fatum; nullam caecam fortunam, quae sine delectu, aut scientia mala, & bona distribuat. quod etiam Eccles. 1. 1. explicuit Sapiens, contra caecam fortunam disputans, dum defubita & inopinata pauperis felicitate loquitur: Oculus Dei (non caeca dea, sed providentia divina, quae procul videt & providet omnibus) respexit illum in bono (ut bonis locupletaret) bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt. cuncta ex illius oculo, & providentia proveniunt hominibus; quare rem hanc falsis numinibus à delusa antiquitate tributam sibi

1. Cor. 7. 31.

12

Calamitates quo graviores, eo sublimiores cogitationes administrant.

Iob nullum agnoscat fatum, sed divinae providentiae omnia tribuit.

Eccles. 1. 14.

vendi-

vendicat Deus; & fortè cum allusione ad biforem, bicolorémque fortunam, quã pingebant duplici facie, anteriore alba, posteriore nigra, apud Isaiam. 45. Formans lucem & creans tenebras (non solum singula per se, sed vicissitudinem, & commutationem lucis cum tenebris, felicitatis cum miseria, faciens pacem (bonorum omnium affluentiam) & creans malum (egestatem, inopiam) Ego Dominus faciens omnia hæc.

13 Origenes.

Deinde, quæ alii abstulerant ait Deum abstulisse; vel quia, ut Origenes ait, non cogitaret hæc contigisse procurante demone, sed solo Deo iubente & volente; aut verò permittente id latronibus (nam quoad fieri potuit se se demon occultavit.) Permissio autem non solum negativa, sed etiam ea, per quam Deus velit auferre superabundantia auxilia, quæ si conferret, res non fieret, sufficit ut Deo effectus aliquis tribuatur, licet is cum peccato in homine agente conjunctus sit.

Permissio tribuit Deo effectum.

Calvini ignorantia, & impictas.

Hinc non solum impiè, sed ignoranter etiam Calvinus colligebat, & quidem ex hoc loco, Deum esse causam peccati. Quæ de re pluribus Theologi disputant in scholis; & contra Zuinglium, Calvinum, Bezam doctè & copiosè Pater Robertus Bellarminus Tom. 3. Controversiarum lib. 2. Præterea id pertinere videtur ad viri justii constantiam, & animum virtutibus exaggeratum, ut quæ Dæmon diripuerit, dicat Deum permittentem diripuisse, ne ulla in re videatur agnoscere demonem se superiorem, aut sibi ulla ratione nocere potuisse. nihil enim sibi negotii cum illo, nam ut est in * Proverbiali vulgi Sermone, nihil illi boni acceptum debere, nihil inferendum mali timere se profiteretur; refert in Deum cuncta.

Bellarminus. Viri justii constantia contentis hoste.

* Ni le teme, ni le deve.

14

Verba verò hujus sententiæ singula vim habent: Dominus dedit. qui dedit comodatò, nec abdicavit à se dominium, ut cum velit, suo jure repetere possit. Dominus enim cum sit, auferre potest, quod suum est.

Deus datur, non abdicat Dominium à se.

Seneca. Ad Polyb. c. 29.

Si dederis per latus ero; repetiveris, aquus. Quæ de re Sapienter Seneca, dixit: Iniquus est, qui muneris sui arbitrium danti non relinquit; avidus qui non lucri loco habet, quod accepit. sed damni quod reddidit: ingratus est, qui injuriam vocat finem voluptatis; stultus, qui nullum fructum esse putat bonorum, nisi presentium, qui non & in præteritis acquiescit, &

ea judicat certiora, quæ abierunt, quia de illis ne desinant, non est timendum. In Hæb. Iehova dedit, & Iehova abstulit; hæc omnia à principio essendi, & bonorum omnium fonte manarunt, ad locum unde exierunt revertuntur: interim gratias illi agã, quòd dum præterflueret, me, domumque meam gaudio & lætitia perfuderunt. sed revertuntur tamen, ut in spem adducor, ut iterum fluant, idem enim permanet fons ille affluens bonorum omnium, sine penitentia enim sunt dona Dei; quare abstulit, nõ ut auferret, sed ut meliora, dupliciãque de ejus manu recipiam. Insuper cum benignus, atque propitius fuerit cum dedit, benignus profecto atque propitius extitit auferendo; idem enim omnino extitit, qui dedit, & qui abstulit. Denique cum Deum abstulisse dicit, suam innocentiam profiteri videtur, suamque divitias & facultates nõ ex iniquitate, & rapina conflatas sed à Deo honorum omnium largitore donatas. Has enim nemo auferit, nisi qui dedit; alias verò quæ Mammona iniquitatis dicuntur, facile patent diripientibus; & arugo & tinea demoliuntur, fures effodiunt & furantur.

Male parta male dilabuntur.

Luc. 16. 9. Math. 19. 10.

15

Sicut Domino placuit. Desideratur hæc sententia in Hebræo; habetur tamen in Septuaginta; & eam retinuit Gregorius in antiqua lectione Latina; atque hæc est tertia se consolandi ratio, reliquis quoque sublimior, & excellentior, quæ sumitur ex divino beneplacito; qua videtur occurrere tacite suggestioni, ut adversus hostes & latrones excadesceret, nihil enim sibi cum hostibus intercessisse negotii dicit, neque sentire se ab illis lacessitum aut læsum; nam in divinam voluntatem tantum respicit, cui nihil iniquum, aut injustum placere potest: quare minimè se spoliatum ab iniquo hoste conqueritur. Deo, cui summa, & prima agendi ratio inest, hoc ita fieri placuit; mihi igitur illius voluntas pro ratione summa est. Verbum Dei, qui Dei filius, & sapientia Patris est, Logos, Græcè dicitur, quod ivo-cabulum etiam rationem sonat; quòd sicut per filium, ita per summam rationem cuncta disponat. hæc se ratione solabatur in suo morbo & dolore Nazian. Gratias (inquit) ago, ut in latis rebus, ita etiam in acerbis, quandoquidem illud exploratum habeo, nihil rerum nostrarum apud summam rationem expers rationis esse.

LXX. Tertia consolationis ratio ex divino beneplacito.

Deus summa ratio, & cum ratione disponens omnia.

Naz. epist. 63.

Ita

16

Ita factum est. In iis malis, quæ cum summo hostium scelere accepit, habet vir sanctissimus, quod sibi, quod etiam Deo summopere placeat, videlicet nõ actionem iniquam Dæmonis, aut latronum, sed suam ipsius passionem; quæ, à quocumque inferatur, & fiat, peccatum non est ea ratione qua passio est; atque in ea Deus complacet, tanquam in re sibi gratissima; quæ passionis piissimæ ab iniqua actione distinctio, & quasi præcisio Theologica indicatur, cum per verbum passivum hæc sententia profertur; Sicut Domino placuit, ita factum est. cum tamen sicut Domino placuit, non fecerint Dæmon, atque Sabæi, ejusmodi loquendi formæ vim atque proprietatem in re simili explicanda subtiliter semper observant Sabæi litteræ. Genes. 45. ait Ioseph fratribus: Non vestro Consilio, sed Dei voluntate huc missus sum. cum tamen minimè Dei voluntate invidi fratres illum ablegaverint, & viderint. deinde ca. 50. dum suorum fratrum scelus extenuat, aut excusat: Nolite timere, nõ Dei possumus resistere voluntati? cuius loci lectio varia est; Septuaginta, Dei enim sum ego. Aquila & Sym. Numquid enim pro Deo ego? quod respondet Hebræo. Alii ex eodem fonte; Quoniam nunquid sub Deo ego? aut; Nunquid loco, aut vice Dei ego? eodè recidunt omnia. ego res meas non mea voluntate aut consilio agendas duco; Dei, voluntati me totum numquam non permisi; Non sum ego Deus, neque loco aut vice Dei, ut mea voluntas sit regula gerendorum; Dei sum ego; Dei voluntati subijctor, illi de me decernenti, prout illi placuit, resistere neque possum, neque debeo. hæc autem Dei voluntas fuit, ut mitteretur, Ioseph, non ut fratres mitterent. Subtiliter hic Cajetanus observat, cum Deus atque fratres non eodem modo in Iosepho vendendo se habuerint, Iosephum dicere loco Dei se stare, id est à Dei partibus, ita ut non quid hostes fecerint iniqua actione, sed quid Deus vellet sua passione & tolerantia, attenderit, se gaudere quòd venditus, quòd in Aegyptum missus sit, quòd id quòdque Deo placuisse intellexisset. Ierem. thren. 3. in illa maxima clade, iis, qui de hostium immanitate conquererentur, videtur respondere, præteriens actionem iniquam, & attendens tantum passionem suam, quam Dei voluntate sustinebant. Quis est iste,

Præcisio Theologica & Metaphysica actionis à passione in Sacro Sermone.

Genes. 45. 8.

Genes. 50. 19.

LXX. Aquila. Symmach.

Thren. 3. 47.

qui dixit, ut fieret Domino non iubente? Simile est id Ioan. 11. Caiphæ dictum: Expedi nobis, ut unus moriatur homo, pro populo; quod ab Spiritu Sancto & nõ à semet ipso dixisse Ioannes testatur; quòd enim Christus moreretur, quòd mortem illi per summam invidiam summumque scelus pateretur illatam expediens, atque adeo necessarium erat universò hominum generi; sed vè tamen homini illi, per cuius actionem traditus est, vè crucifixioribus, vè deicidis. vide quàm Theologicè apex ille Theologorum (sic vocat Dionysius) Petrus de hac re loquitur Acto. 4. Hunc desinito consilio, & presentia Dei traditum per manus iniquorum affligentes interemisistis. Iniquæ manus agentes; affligentes, interimentes; Dei consilium æquissimum ut traderetur, & traditus pro nostris delictis solveret. Deinde: Convenerunt adversus sanctum puerum tuum Iesum Herodes, & Pontius Pilatus cum gentibus, & populis Israel facere, quæ manus tua, & consilium tuum decreverunt fieri. Vide ut illi egerint quæ Deo displicerint; ut verò factum fuerit, sicut Domino placuit. sapienter hac de re loquitur Leo Ser. 16. de Passio. Domini, Sit nomen Domini benedictum. Hujus primi certaminis hæc est clausula, primique triumpho decantatio per summam patientiam, & ferventissimæ charitatis affectum: quam Deus in universis rebus moderandis æquitatis, & providentiæ ratione servare solet, illam in me quoque ostendit, dignus propterea, qui omnium vocibus, & gratiarum actione concelebratur: Benedicam Dominum in omni tempore, utcumque mecum ille egerit. his verbis omnem videtur suggestionem blasphemie aditum præclusisse.

Ioan. 11. 59.

Acto. 4. 23.

17 Clausula, & finis primi certaminis.

Psalm. 33.

Nomen pro re ipsa.

Psalm. 43. 6.

Psalm. 47. 11.

Acto. 1. 15.

oppo. act. 10.

Tibul. Horat. 3. carm.

Nomen Domini, id est Deus ipse, Nomen rei pro re ipsa, frequenter in sacris. Psalm. 43. In te inimicos ventilabimus cornu & in nomine tuo (quod dixerat in te) spernemus, &c Psalm. 47. Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua, id est talem te præstas, qualem te omnes prædicant, illustris verò ille locus est Acto. 1. Erat turba hominum simul ferè centum viginti. Græcè; (onomaton) nomen; nominatim enim homines ceteri solent frequens quoque apud profanos nominis pro re usurpatio, ut ille dixit. Nec fidum femina nomen. Et apud Lyricum Europa inquit. Pater, relictum filia nomen.

Et eadem

Ovidius.

Et eadem dicendi figura, Ariadnes. Nam pater, & tellus iusto negata parenti Proditæ sunt factio nomina cara meo.

Nomen præclarare: alicujus fama.

Sed cum nomen rei alicujus dicitur, significatur res excellentis neminis, & gloriæ, videlicet res nominari digna, ita ut nomen rei significet, * rem nominis præclari. Quare hoc loco nomen Domini, erit Dominus gloriosus, cujus bonitatis & sapientiæ laus longè latèque patet; & omnium linguis hominum, & angelorum celebratur. Benedictum verò optat Dei nomen, id est, ut pro illius in nos paterna providentia gratias agamus, & laudibus piffq; hymnis prosequamur. utrumque verbo benedicendi significat, vel gratias agere, ut 2. Paralyp. 31. v. 8. Daniel. 2. v. 19. & 4. v. 31. Matth. 14. v. 19. vel laudare ut Psalm. 33. v. 2. & Psalm. 95. v. 2. & 102. v. 1. 2. & aliis locis frequenter.

Benedicere est gratias agere, aut laudare.

18

Gloria Dei in justorum ærumnis.

Vnde observare licet primò, in ea providentiæ ratione, quam Deus erga justos suos exercet, mirabilem se Deum, mirabilisque nominis & gloriæ majestatem ostendere; eo enim nomine agnoscitur, & prædicari, non tam quod filios suos delicatè nutriat, quam quod illos severiori disciplina contineat; & quod servos habeat fideles & constantes in laboribus, & ærumnis; hunc sibi honorem hanc sibi gloriã à suis servis deferri exigit, sicut Petrus dixit. Si exprobramini in nomine ejus, beati; quoniam quod est honoris & gloriæ, & virtutis Dei, & qui est spiritus ejus super vos requiescit. videtur enim spiritus ejus, qui igneus est, & fervens; disciplinæ, velut illa Noe columba, querere in quo possit pedem figere, & cum vix inveniat, qui labores & ærumnas à Deo oblatas admittere velit, non habet ubi requiescat pes illius: si quis verò lætus, & gratus exprobratur in nomine ejus, super illum Dei gloriosum nomen, virtus, & spiritus requiescunt, isque Dei nomen celebrat. Sic etiam Paulus ait: Stigmata Domini mei in corpore meo porto. nota servi iniustus sum; igne tribulationum insignitus; Dei spiritu succensus; hæc verò stigmata, quæ alia sunt, quam crux, quam verbera, quam persecutiones & ærumnæ terra marique? Hæc igitur stigmata porto, ostendo, & omnibus conspicua visendaque præbeo, quo ex meis ærumnis Dominum meum, & Iesu nomen celebrem, & prædicem. quod iterum idem Apostolus clariùs scripsit:

Galat. 6. 7.

Magnificabitur Dominus in corpore meo (id est magnus habebitur & prædicabitur,) sive per vitam (cum me eripuerit ex multigentibusque vitæ discriminibus) sive per mortem (videlicet cum mea mors illius nomine suscepta testificetur dignissimè esse, pro quo mori parati simus.)

Philip. 1. 20.

Secundò, Iobum gratias agere pro accepta clade, velut pro ingenti beneficio: Donum vocat Apostolus non solum in Deum credere, sed etiam pro illo pati, videturque utrumque beneficium simul conjungere Vocationis, atq; Patientiæ, acceptarumque ærumnarum, quod utrumque simul initio nascentis Ecclesiæ conferretur à Deo. Nam qui ad Christi Evangelii servitutem accedebant, stabant in timore, & præparabant animam suam ad tentationem. Beatitudinè dicit Petrus: Beati eritis; quoniam tribulationes videntur esse pignora futuræ gloriæ. Ioannes lucra, & bonorum omnium opportunitatè; quid enim aliud existimas significare, cum ait Apocal. 1. Tempus propè est, quàm calamitates, & persecutiones, quæ multorum sunt præmiorum, atque ingentium bonorum amplissima occasio? Et, ut Arctas exponit, beatitudinis consequendæ commoda idoneaque opportunitas? Pro tanto igitur beneficio Iobus gratias agit; sicut scriptum est: Deseretur manus (gratiarum actionis & laudis) à populo diverso, & dilacerato. Vide Psalm. 28. quo ad sacrificia faciendâ, & ad dicendam gloriam nomini Domini convocat David universam Ecclesiã: eo præsertim tempore, cum Deus sevam tempestatem concitat; cum tonitrua & fulgura terrificè edit; cum ignes jaculatur in terras; cum confringit cedros; cum arbores antiquissimas couellit, cum sylvas, nemorâque decutit; cum revelat condensa, & decorticat, spoliâtque arbores honore suo; cum vitulos, cum cervos, cum feras, cum Rhinocerotâ terret, atq; prosternit; cum pluit: cum gradinat: cum tonat; cum rugit; cum fremmit. Tunc videlicet cum nos terret, cum honore bonisque omnibus spoliât, cum humanum fastum dejicit, cum humi prosternit, cum proterit, cum laboribus & calamitatibus frangit, afferre nos illi oportet filios arvetum, & vitulos laborum nostrorum; atq; gloriam & honorem nomini ejus; & in templo ejus omnes dicere hujusmodi gloriam, hujusmodique gratias agentes

19

Tribulatio ingens beneficium, & gratiarum actione suscipiendum. Philip. 1. 24.

Tribulationum perpessio beatitudo apud Petrum.

Tribulationes dicuntur tempus, id est occasio lucri. Apocal. 1. 3. Arctas.

Isaia. 18. 7.

Psalm. 28. Brevi Paraphrasi illustratus. Agenda gratiarum Deo indicuntur. Agenda gratiarum Deo indicuntur. Agenda gratiarum Deo indicuntur.

hym-

hymnum concinere; Dominus diluvium inhabitare facit, & sedebit Dominus Rex in æternum. nimirum diluvium immitit & ærumnarum pluviam; quibus impios puniat, impios exerceat: Dominus virtutem populo suo dabit. Pios interim sua virtute corroborabit, ne cedant malis; sustinebit, ne fluctibus superentur, ne frangantur laboribus, ne consternentur calamitatum metu, & tristitia; sed bene eis cedat tempestas; tandemque ad tranquillitatem cuncta perducet. Dominus benedicet populo suo in pace: cumulans sustentiam laborum ingenti mensura omnium bonorum, amplissimorumque præmiorum.

XXI. In omnibus his non peccavit Iob labiis suis: neque stultum quid contra Deum loquutus est.

- 1. Dæmon temeritatis, & mendacii notatus. Laudatus Iob. Defensus Vulgatus. 2. Iob illæsus ex prælio. Nemo leditur nisi à semet ipso. 3. Expenditur lectio LXX. Stultitia ad vitium linguæ, & quid proprie in Sacro Sermone. 4. Quæ Fatui, quid fatuitas. Pulchra ex Chrysof. totius cap. clausula.

I

Dæmon temeritatis, & mendacii arguitur. Origenes.

CONCLUSIO, quæ ostendit, dæmonem temere pollicitum, fore ut Iobus Deo benediceret, quasi dæmon ipsum mendacii arguat sacer scriptor. Nos dicemus: a lo menos hasta aqui mentiroso ha salido. Origenes, & Græci, ad cogitationes referunt; nullâ videlicet impiam cogitationem habuisse de Deo sed bene de illius bonitate sensit. favent Septuaginta, qui legunt: In omnibus his, quæ acciderunt ei, nihil peccavit Iob coram Domino. sed tamè Latinus interpret ad peccatum, & lapsum linguæ pertinere existimavit, addidit enim, & quidè sapièter, labiis suis, cum in Hebræo tantum fit, Non peccavit Iob. Nam tota dæmonis intentio eò incumbebat, ut verbum minus consideratum, aut minus pium ab illo extorqueret, quod blasphemiam saperet.

2

Iob illæsus ex prælio.

Præterea hac sententia asseritur Iob illæsus evasisse ex prælio, nam nemo læditur nisi à se ipso; id ergo conabatur dæmon ut Iobus se ipsum per impatientiam læderet, & vel unico verbo saltem sibi noceret; itaque qui hætenus non peccavit, minimè læsus à se ipso est; de quo sic

scripsit Chrysofost. Sciebat hunc rerum ordinem diabolus, & ideo cum expetisset beatum Iob, omnem substantiam ejus perditum dedit, non ut eum pauperem faceret, sed ut pro his dolens impium aliquem sermonem proferret in Deum, &c. Tadem cum plura differuisset, colligit inanes esse illas querellas, quibus se quis læsum, & violatū ab alio queritur; nam neque dæmon ipse lædere potest eum, qui sibi ipsi voluntate sua peccati autor non fuerit. vide Cyril. Hierosol. Catech. 2.

Chrysofost. hanc, quod nemo lædit, nisi à se. Nemo læditur, qui non peccat.

Cyrl. Hierosolym. mst.

3

Olympiod.

Neque stultum quid. in Hebræo & Septuaginta: Non dedit insipientiam Deo. Olympiodorus ait Hebræum legere; Non incensavit Deum; aut, nō est eoque stultus de Deo. Quasi diceret, non sensit iniquè de divina providentiâ, neque dixit supremum judicem parum justè, parumque sapienter egisse. Pro, Deo, vox Originalis, Elohim judicem & gubernatorem sonat, Chrysofost. Deum injustitia aliqua non condemnavit. sicut qui contra se sententiâ judicis expertus est, iniquè de illo sentire solet; Iob tamen nullâ injustitiæ aut stultitiæ notam supremo judici affingit, qui quid ille contra se decreverit, imò cum sua bona proscrisperit, & calumniatori permisit, nihil contra se; sed pro se Deum egisse intelligit. Origenes, refert ad præcedens illud Iobi præconium, ut Iobus effecerit, ne Deus ullius stultitiæ, aut levitatis, mendacii ve argui posset, nam talem se præbuit, qualem prædicavit Deus. No le faco à Dios mentiroso.

Origenes.

Sed Latinus interpres stultitiam illam ex parte Iobi consideravit; quasi diceret, nihil rejecit in Deum stulti somatis, aut blasphemiam; non rependit Deo stultam aliquam querimoniam pro clade, quam ab illo acceperat: non retulit Deo stultam aliquam ingrati animi significationem; & hic sensus tū fini proposito, tum verbis ipsis congruentior est; nam stultum, aut stultia, est id quod petulantiùs aut inconsiderantiùs dicitur. Hablar nequedades. quæ significatio stulti non est à Latino sermone aliena; nam Cicero aliquando loquacem appellavit stultitiam; stultitiæ enim index est lingua, & vox: & quæ sunt stultitiæ, eadem sunt signa loquacitatis; cum tradat Plinius lib. 11. cap. 52. auricularum magnitudinem; stultitiæ, & loquacitatis notam esse. in Hebræo autè pro stulto est, Thipbla: à radice, Taphal,

Stultitiam ad loquacitatem referri. Cicero 3. de oratore. Stultitiæ, & loquacitatis signa ex Plin.

Thipbla, Taphal.

I




quod

R. Mardochei in suis Concordan- quod proprie est id, quod debitum temperamentū non habet. Rabi Mardochai ait esse quicquid non est sufficienter paratum, & cōditum, sive fit cibus, sive cæmentum, sive res alia. Quare si ad cibum & gustum referatur, dicitur insipidum, insulsum; sic vertitur infra c. 6. v. 6. si ad rē cémentariam, dicitur lutum absque temperamento. Ezech. 13. v. 14. si ad verba & veritatem aut falsitatem cuiuspiam narrationis, dicitur falsum & stultū. Thren. 2. v. 14. ergo, ut quod ad cibum pertinet atque gustum conjūgamus cum verbis, & lingua, profectō *stultum* aliquid loqui, idem erit quod insipidum, & inconditum loqui. Hoc verō (ut vel ex hoc uno exemplo constare possit non frustra nos Hispanis nostris locutionibus in explicando Sacro Sermone frequentius uti) nihil aliud erit, quā, *hablar desabrido*, videlicet verbum paulō asperius, pauloque amarulentius ex palatō insipido & amarulento proferre. Mirum ergo, quōd Iob ita sibi temperarit, ut cor, linguam, singula verba sale condierit, nihil insulsi, nihil ingrati aut sibi, aut divino palato proferens.

Stultum loqui.

Huc facit, quod fatuos (idem sunt stulti) id est inconsideratē loquentes, & stultiloquio laborātes, insulos etiam interpretatur Donatus. & Servius scribit eosdem à Fatua Fauni uxore sic dictos, quæ nomen quoque à fando acceperat; id est à vaticinando, ut tradit Isidorus lib. 7. Aethymologiar. Fauno enim uxor fuit nomine Fatua, quæ assidue divino spiritu impleta, velut per furorem futura prædicebat, unde fatuari dicuntur, qui inspirari solent. Quare fatui sunt commotionis animi, commotiōisq; linguæ homines. Iob itaque qui orationem suavissimam fundit, nihil stultum, nihil, fatuum, nihil insulsum loquutus est. Iam totum caput pulchra illa Chrysostomi clausula, elegantique similitudine concludamus; sic ille scribit: *Quemadmodum in simulacrorum crepidine, statuarūque basi solet inscribi, Hic, illēve posuit: ita hoc loco libri auctor postquam Iusti simulacrum verbis absolvit, in crepidine hanc veluti inscriptionem reliquit: IN OMNIBUS HIS NON PECCAVIT IOB.*

4
Fatui qui.
Donatus in Terenti Enxuc.
Servius lib. Aeneid.
Isidorus.



CAPVT PRIMVM.



PARAPHRASIS CAPITIS PRAECEDENTIS.

BREVIS NOTATIO EORVM, QVAE in Paraphrasi strictim dicuntur, & in cōmentariis fufius explicantur.



VO TEMPORE ILLE Dei populus, qui jã inde ab Abrahamo peculiari signo fecerit, in Iacob ejusque filiis nō solum propagari, verum etiam illam reipublicæ, regni ve formam adumbratam (in alieno licet Aegypti regno, & solo) habere cepit, in quam postea duo decim in tribus divisus redactus est, iam sanè tunc posterius Esau, qui à fratre suo Iacob in Chananæam redeunte recesserat in montem Seir, ad tantam multitudinem tantamque potentiam crescere, & augeri ceperunt, ut à montosis in finitimas regiones, planiciesque camporum descendentes universum illum Idumææ tractum, quæ inter montes, Iordanemque media interjacet occuparent; plurimarūque provinciarum, atque regnorum dominationem obtinerent. Verum ex reliqua posteritate unus extitit pronepos Esau, ita cæteris hominibus sanguinis communisque humanitatis societate similis, ut singulari virtute viri, & præstantis animi constantia cunctos mortales longè latèque superaret; dignissimūque censeretur, cui propter tantam virtutem, tantūque generis splendorem, (nam ab Abrahamo quintus erat) nec nō propter singularem humanarum divinarūque rerum scientiã, non solum terræ Hus, sed universæ etiam Idumæorum ditionis principatus & imperium deferretur, & rex regum communibus aliorum regum votis & suffragiis renuntiaretur.

I
* Vir.

erat in terra * Hus

Is inter Husitas regni sedē fixit; interim constantē quædã dominandi, rectūque felicitatis cursum nulla adverse fortunæ incursione abruptū, aut retardatum tenebat. * Est

^a Quo tempore Iob vixit. v. 1. à num. 34.
^b Quod Iobi genus. v. 1. à num. 31. latè disputatur.
^c Viri significatio triplex pro homine imbecillo, pro forti, pro magistratu. v. 1. à num. 2.
^d Ex quibus titulis olim Reges crearentur. v. 1. à num. 19.
^e Iob Rex universe Idumææ. v. 1. à num. 14. & in descriptione terræ Hus à num. 28. & 29.
^f Iob Rex regum. v. 1. à num. 14.
^g Quæ sit vis & usus præteriti imperf. v. 1. n. 23.
^h Situs terræ Hus. v. 1. num. 28. 29. 30.

¹ Iob an fuerit binomus. *v. s. 1.*

¹ Iobi nominis interpreta-
tio qua *v. 1. nu. 46. & in
præf. c. 2.*

^m Iobi patria, & parentes
v. 1. a nu. 31.

ⁿ Parentum impietas ni-
hil ledit filiorum pietatē
*v. 1. n. 40. 41. 43. in Appē
dice. 3. ad Iobi genealog.*

^o Prima laus rationalis
hominis a virtutibus, que
in ratione naturali posite
sunt *v. 1. a nu. 50.*

^p Multiplex simplicitatis
acceptio in sacro sermone
*v. s. 1. nu. 51. 52. 53. &
54. & sequ.*

^q Rectus pro jucundo &
grato. *v. 1. n. 56. 57*

^r An virtus sit placere ho-
minibus. *v. 1. nu. 58.*

^t Timor Dei universam re-
gionem significat. *v. 1.
nu. 59. 60.*

^s Verbum recedendi, sicut
& stendi, militare. *v. 1.
nu. 61.*

^u Hystas fideles fuisse, &
ad ecclesiam pertinuisse.
*v. 1. a n. 63. & sequenti-
bus latē differuntur.*

^v Iobi filios sanctos fuisse
v. 1. nu. 1. & v. 19. n. 2.
& promissua sobolis ex
viris & feminis conside-
ratio. *nu. 9.*

^x Filii cum dicuntur parē-
ribus nasci, quid tertio il-
lo casu significetur in sa-
cris. *v. 2. a n. 3. vsq; rd. 8.*

^y Que naturales divitia
quandam amata. & de pos-
sessione Iobi disputatio. *v.
3. a n. 1. vsque ad. 4.*

^z Que horum omnium pe-
corū utilitates. *v. 3. a n. 6*

^z Cujusmodi fuerint olim
muli in pretio habiti an
sui generis, vel potius e-
jusdem generis cū nostra
tibus. *v. 3. num. 11.*

^b Quos familia nomen cō-

veròⁿ Husitarum provincia cis Iordanem in ea parte, quæ
postea dimidiæ tribui Manasse attributa est; Thraconitidē
& Argob cum Iordane ab Occidente habet, ab Oriente ve-
rò majorem illum Hermon, seu Sanir montem: Arabiæ
desertę contermina; Armeniæ vicina; non longē distans
ab Idumæa illa montosa, quæ in cavernis petrarum sita
est. Huic singulari viro, principique clarissimo nomē Iob
apud alios Iobab, non sine divino numine inditum fuit;
quippe non leve aut vanum, *sed quod frequenti fama cū
laude gloriosum esset, & reliquæ vitæ fortunam variam, va-
riōsque eventus (¹ dolorem enim, & ærumnas sonat) arca-
na significatione præferret.

Patria^m Bofra fuit, sive illa quę in Idumæa est, sive illa al-
tera, quę in Thraconitide. Patrē habuit Zaram ducem Ra-
huelis filium, Esau nepotem. * Sed cūⁿ sanguinis nata-
liūque impuritas nihil illius vitæ candorem, lucēque
obscureret, qui pietatem colat, & vitiorum sordibus se non
contaminet, extitit sanē vir hic omnibus virtutum orna-
mentis officiisque eximius. ^o Fuit namque naturæ ducis
agendique magistræ, atque rationis rectæ observantissi-
mus; * veræ solidæque^p sanctitatis quæ nihil fucati, nihil
impuri admistum habeat, studiosissimus sectator; omnes
perfectæ innocentiae numeros in se habens, constans cum
summa veritate dictorum atque factorum, quæ in locuple-
te & principe viro non extrema tandem virtus est. Hanc
summam æquitatis, & rectitudinis semitam cū teneret,
& bene tamen de omnibus mereri & studuit & assequutus
est; nec non universis subditis frugi, benignusque semper
est visus: ^r Sed non ideo se non Dei servum obsequentissi-
mum, et * pietati addictissimum imprimis exhibuit * atq;
^t universæ impiorum & vitiorum cohorti, quæ in mundo
grassantur per summam licentiam, ^s hostem atque inimicū
gravissimum opposuit. ^t Quale verò tandem existimare
oportet Husitarum regnum extitisse sub rege sanctissimo?
quàm bene fidei mysterijs rerūque divinarum cognitio
ne informatum, bene, & piē vivendi præceptis instructum?
quantum apud illos pietas, religio, æquitatis & virtutis ra-
tio potuerit? Neque minùs præclare instructam domum ha-
buit septem generosæ in dolis filiis, tribusque filiabus ho-
nestissimis, ^v sanctè omnib⁹ & liberaliter educatis; * qui si-
cut rei paternæ atque domesticæ suppellectilis pars opti-
ma erant, ita etiam bonæ parentum spei, omnisque gaudii
atque lætitiæ materiam amplissimam suppeditabant. Ille
deinde minores erant, sed neque non amplissimæ divitiæ,
non quę auro, & argento, ^y quibus nullus sit comparandis
finis præscriptus, sed quæ pecoribus & armentis constarēt
veræ ac naturales facultates. Habuit namque septem millia
ovium: ^z ex quibus ad victum, vestitum, sacrificia multæ
sunt utilitates; camelos (quos inter armenta pascit O-
riens) tum gestandis oneribus, tum præliis, præsertim Ara-
bicos, idoneos; Iuga bouum quingenta non sacrificiis solū,
sed colendis agris amplissimis necessaria; quingetas asinas
tum ad mulorum generationem ^z, (qui tunc habebantur in
pretio) tam ad vehedum, aliāsque operas agrorum oppor-
tunas; Familiam denique amplissimam, & numerosissimam

* Nominē Iob.

* Erat vir ille

* Simplex,

& rectus,

* ac timens Deum,

* & recedens à malo

2

Natiq; sunt ei septē
filii & tres filię.

3

& fuit possessio eius

septem millia ovium
& tria millia carne-
lorum, quingenta quo-
que iuga bouum, &
quingentæ asinae,
ac familia multa ni-

fervitium

* Eratque vir ille ma-
gnus
* in cer omnes Oriē-
tales.

4

Et ibant filii eius.
& faciebant convi-
vium unusquisq; in die
suo.

* & mittentes voca-
bant tres Sorores su-
as, ut comederent &
biberent cum eis.

5

Cumque in orbē terrā
sissent dies convivii,
mittebat ad eos Iob
& sanctificabat illos

Consurgensque dilu-
culo,

Offerebat holocausta
pro singulis. * Dice-
bat enim ne forte pec-
caverint filii mei &
benedixerint, Deo in
cordibus suis.

Sic faciebat Iob cum
etis diebus.

6

Quadam autem die

fervitium ex bubulcis, pastoribus, magistris pecorum, a-
gricolis, servisque ad omnem rem idoneis comparatum.
^r His rebus omnibus toto Oriente ^c nominis celebra-
te & re ipsa nobilitatis divitiarum, sapientiæ, pietatis-
que laude inter * Arabes, Armenos, Idumæosque
omnes maximus atque clarissimus effectus est. Quo-
niam verò illa non est ultima felicitatis pars, quæ ad
filios pertinet, certè filios habuit honestissimis ^d matri-
monii vinculis junctos, qui licet privatis domibus, &
facultatibus separati divitque vitam traducerent, * sed
incredibilis erat omnium concordia, maxima caritas, sum-
ma atque perpetua vitæ lætitia; quippe solenne illis sem-
per fuit, ^e quotidianis, sed ^f modestis honestisque convi-
viis se invitare, exciperēque vicissim: & suum ex septem
hebdomadæ diebus diem cuique, ut convivator esset,
præfigere. * Eiusmodi tamen rerum curam à sororibus
minimè requirebant, hoc contenti, quo fraternam be-
nevolentiam nutrent, ut illas ad comunem convivio-
rum jucunditatem accerferent; vocatæ verò tres ^g castæ,
verecundæque virgines temperantiæ atque frugalitatis
testes adessent. Sic agitabantur per ^h gyrum ex ordine
convivia, suamque circuitionem singuli singulis heb-
domadis conficiebant. His cum parens optimus sive
pro sua regia majestate, & dignitate, sive pro illius æ-
tatis, regionisque apud Reges consuetudine, cum mi-
nimè interesset, ne hac quoque jucunditate privaretur,
quam discumbentibus afferre solent filii, sicut novel-
læ olivarum in circuitu mensæ, ⁱ ad sacratiores alias epu-
las liberos ipse invitabat, atque per nuntium præviam
aliquam purificationis sanctificationisque cæremoniam
indicens, sacrificio matutino sanctè & dignè jubebat
interesse: deinde his, quæ primum Deo oblata essent, cum
religione & jucunditate frui, quorum ipse Iobus esset
conditor, & instructor. ¹ Erat enim pro suo Primoge-
niti jure, & pro Regni, Sapientiæ, sanctitatisque pri-
vilegio Sacerdos Dei altissimi. ^m Sed mirum, quantum in
re Sacra diligentia & sollicitudinis adhiberet; summò
surgebat diluculo, quippe hæc illum religionis cura ex-
citabat à somno, eademque vigilantis animus prima oc-
cupabat. ⁿ Pro singulis filiis, quos sigillatim unicè dili-
gebat, singula apparabat sacrificia, quibus illorum pec-
cata expiaret, * si quis fortè inter lautiores epulas per
negligentiam admisissent, ^o & vel leviozem cogitatio-
nem, quæ Dei conspectu corda scrutantis indigna esset,
cordibus concepissent. * sic ^p sacrificabat Iob post evo-
lutam convivalem hebdomadam octavo quoque die.
Cæterum cum in viro integerrimo ad perfectæ sancti-
tatis cumulum nil aliud desiderari posse videretur, quàm
certaminis cum hoste labor, & virtutis atque fortitu-
dinis ex manifesta victoria publicum testimonium; cum-
que tantæ sanctitatis impatiens atque invidens com-
munis inimicus illius perdendi occasionem inquireret,
quadam die tum certamini, tum victoriæ atq; coronæ cō-
parandis opportuna, sed Iobi domui, totiq; familie, liberis
servis, facultatib⁹ omnib⁹ funesta & luctuosa * facti ^q angeli

prehendat. *v. 3. a nu. 13.
ex Hebræo, & Latino.*

^c Quid magnitudo affe-
rat in Sacro Sermone, &
qui orientalium nomine
intelligentur. *v. 3. a nu.
17. usque ad 23.*

^d An filii Iob fuerint tūc
temporis filii famulii, ex
plicatur. *v. 4. nu. 3. & 4.*

^e An Iobi convivia quoti-
diana fuerint, annuave, pe-
culiari quæst. disputatur.
v. 4. a nu. 6. usque ad. 13.

^f De horum conviviorum
frugalitate & modestia
plura. *v. 4. v. a n. 8. usque
12. & ad sorores non per-
tinuisse eam curam. n. 15
& 16.*

^g Iobi filie an virgines
tūc fuerint disputatur *v.
4. n. 17, cur conviviis ad-
hibita. num. 16.*

^h Conviviū & solennitatis
nomen orbicularem cir-
cumvolutionem sonare, &
quare. *v. 5. n. 1.*

ⁱ Iob ad Sacras alias &
Sacerdotales epulas suos
filios invitasse.

^l Iobum Sacerdotem fuisse
& quibus titulus Sacerdo-
tium obtinuerit peculia-
ris disput. *v. 5. a n. 15. us-
que ad 19.*

^m De diluculo, & mane sur-
geadi arcana in Sacro ser-
mone significatione. *v. 5.
& de diligentia in re di-
vina adhibenda. v. 5. a
n. 9. usque ad 12.*

ⁿ Peculiaris quæsiuncula
an sigillatim pro singu-
lis filiis Iob sacrificarit.
v. 5. n. 14.

^o Quid verbo benedicendi
significetur, an graviora
tantum peccata, an verò
levissima etiam cogitatio
v. 5. a n. 23. usque ad. 25.

^p De verbo Faciendi, quod
ad sacrificium pertinet,
pluscula. *v. 5. n. 26.*

^q Illius

Longior de Filus Dei disputatio, & quod ea compellatio sanctis angelis peculiariter conveniat. v. 6. num. 3. 4. 5.

Que, & qualia fuerint huius concilii acta privatum exponitur: & an angelus quispian Dei nomine toti Concilio praesuerit. v. 6. ad num. 9. usque ad 13.

De nomine & significatione Satanae latè differitur. v. 6. num. 7. & ut lites, & calumnias sonet. num. 8.

Quomodo Deus angelo, angelusve Deo loquatur ex D. Tho. & Theol. v. 7.

Quaedam interrogatio nes vim assertionis habet. Et verba futuri temporis reprehensionem perpetrati alicuius sceleris, & prave consuetudinis. v. 7. nu. 1. & 2. tum etiam interrogatio extorquere vult Deus confessionem rei alicuius. v. 9. num. 1.

Angelorum in movendo velocitas ex Patribus. v. 7. nu. 2.

Circuire, & perambulare quid habeant arcana significationis ex Hebrae. Graec. Lat. v. 7.

Verbum considerandi, quod in fonte est, apponere cor, quas intelligentias recipiat rei praesenti congruentes. v. 8. nu. 4.

Proprii nominis compellatio, quam sit tenera atque benevola. & quaedam alia in nominibus justorum observanda. v. 1. nu. 48. & 49. & v. 8.

Dignitas servi Dei, & quam sit honorifica ea compellatio. v. 8. nu. 5. usque ad nonum.

Vt attendat etiam Deus suorum servorum pulcritudinem, & spectari a cunctis velit. v. 8.

illius regni hominum, & filiorum Iobi custodes, in eum ipsum locum convenerunt, in quo duo illi versabantur Iobi tutelares, & privatae, & publicae personae regis curam habentes; quem Satan quoque circuibat, devorare quaerens. Concilium dicas aut iudicium rite & rectè celebratum. praesidet universo conventui superior quidam angelus Dei vice & nomine. Assistent reliqui, qui cum filii Dei sint viro iusto fraternae benevolentia patrocinantur. Offerunt, proferuntque Iobi, atque illius liberorum sanctitatem, virtutum merita, orationes, sacrificia. Adstat quoque, studens se in angelum splendidum transformare, qui calumniator est fratrum suorum, Iobo litem intenturus. Illi de rebus Iobi juvandis & promovendis & adversus communem hostem tuendis, & conservandis edoceri & illuminari postulant: Hic Iobum exposcit ad pugnam. Patrocinantur illi; hic per summam invidiam & calumniam criminatur.

Impudentem ergo & jam jam, rem aggredi gestientem adversarium, qui Dei personam locumque tenebat affatur in haec verba; Vnde nam huc ades o vage & errabunde spiritus? quorsum enim nunc te dissimules, & alienam in speciem induas, qui omnibus benè notus sis? neque verò tua responsione indigemus, id enim sive eas, sive redeas semper studes, ut res humanas perturbes, & misceas, & in omne improbitatis genus mortalium animos impellas. Tunc impudens adversarius impudenter atque superbe, Quae est mea v celeritas discurrendi, vestra nihilo minor, momento temporis lustravi terram universam, quid gerant mortales contemplatus sum; omniumque studia perscrutatus; nam liber mihi incessus quoquo patet, domino videlicet atque rectori mundi huius; mea sunt enim omnia regna mundi & cui volo do illa; in pace itaque sunt omnia quae possideo. Sic insolescenti, mentientique daemoni occurrit oportune Deus: virumque iustum atque optimum, quo tantam nequitiam reprimeret, objecit; Attentiùs ne (inquit) contemplatus es singulari virtute virum, & nomine & consuetudine mihi familiarissimum, mihi quoque obsequentissimum, Iobum inquam? Nam quos tu exdeceptis mortaliu animis spiritus concepisti, hic solus frangere potens est, atque comprimere, quem nunquam efficias tuum. Oportet sanè, te licet dissimulante, ex hoc uno plus te doloris, & invidiam accipere, quam ex caeteris, qui tibi morem gerunt, gaudii & voluptatis: est enim te superior atque potentior. nam licet tibi terra obediat, sed huic tamen caelum ad nutum praesto est. Hoc tibi affirmare verissimè possum, tum ab illo, tum ab ejus universa familia jucundissimum mihi spectaculum dari; tantòque gratius, quanto longius ille ab improba tuorum familiaritate recedit, atque longius post se mortales cunctos vitae candore & innocentia relinquit. est namque omnibus sanctitatis partibus absolutus, aequitatis studiosissimus, singulari in Deum pietate, odio habens malum, adhærens bono.

Clarissimi huius preconii veritatem negare cum adversarius non posset, sinistrè omnia interpretari ag-

cum venissent filii Dei.

ut assisterent coram Domino.

affuit quoque inter eos etiam Satan.

7

Cui dixit Dominus unde venis?

qui respondens ait, circumivi terram, & perambulavi eam.

8

Dixit quoque Dominus ad eum, numquid considerasti servum meum Iob?

quod non sit ei similis in terra. homo simplex & reclusus, ac timens Deum, & recedens a malo.

greditur

numquid IOB frustra timet Deum?

10

Nonne tu vallasti eum, ac domum eius, universamque substantiam per circuitum?

Operibus manuum eius benedixisti, & Et possessio eius crevit in terra.

11

Sed extende paululum manum tuam,

Et tange cuncta quae possidet:

Nisi in faciem, benedixerit tibi.

12

Dixit ergo Dominus ad Satan:

Ecce universa quae habet in manu tua sunt.

tantum in eum ne extendas manum tuam.

Egressusque est Satan a facie Domini.

13

Cum autem quadam

greditur & internam, latentemque Iobi mentem & intentionem quae sibi ignota erat, certis mendaciis, fictisque calumniis criminatur. Maximo scilicet in pretio apud te (inquit) Iobus sit, Deque illius obsequio, & pietate magnifica praedices, quem pretio & mercede conduxeris, ut tibi famuletur. Maximis abs te acceptis beneficiis quid aliud sit, quam mercenarius, & minimè gratuitus servus, qui nihil amicitia & caritate faciat, sed totus in lucri & praemii spem, laborisque mercedem, oculis & animo haud stultè feratur? An verò tu erga illum ex liberalitate & benevolentia beneficium te praebes, ego non dicam; id unum scio & constanter pronuntio, illum tibi non obsequuturum, nisi pretio & utilitate retineres. Quis enim ignoret Iobum, & illius domum universam, liberos, servos, pecora tuorum militum custodia cincta esse, & teque ipsum non solum pro muro & vallo firmissimo sed etiam pro vigilantissimo pastore illi praebere, qui circumspectas circumlustrisque universa, quae ad illum pertinent, nequis lupus devoret, nequis hostis injuriam faciat? uberrimos terrae proventus confers; quaecumque aggreditur, instituitve, ut feliciter conficiantur, & cedant ex votis cuncta, tu efficis; per te quoque illius pecora incredibiliter propagantur, & augmentur, ut jam tot greges se se longè lateque per agros effundentes Hufitanæ provinciae termini capere non possint. Quid ille tanto lucro allectus non faciat? Fidem ego majorem meis dictis adhiberi non postulo, quam res ipsa petat; licet enim de illo verissimum experimentum capere, si vel leviter hominem pulses, & auferre te velle fingas, quae semel dedisti, repete igitur quae illi contulisti bona universa; quibus ablatis, mendax habeat, & dispeream miser, nisi fucatam pietatem & mercenariam quandam amicitiae umbram habuisse comperiat; & nisi palam & impudenter, nihil tuam faciem reveritus, providentiam bonitatemque tuam criminetur. Hac ille ratione tectè & callidè Iobum exposcebat ad singulare certamen; quem quod illius virtutem, animique fortitudinem exploratam haberet, Deus nihil cunctatus concessit adversario; Et ne ullam postea in certaminis lege fraudem, aut dolum causaretur, non sua, sed adversarii manu probandum excutiendumque permisit. Tuae inquit potestati universas Iobi facultates, liberos, familiam permittito; illum, quem nunc non postulasti, minimè permittito. Mira tunc hostis alacritas in re procuranda; in credibilis celeritas in conficienda. Namque, ut illi data est facultas, arripit inflammatus ad praedam; & sacro è coetu se proripit omnes suatum virium potestatisque, & insitæ adversus Iobi res atque familiam sevitiae aculeos excussurus. Igitur cum convivalem hebdomadam magnificentiori epulo apparato Iobi filius stirpis maximus domi suae instituisset, tempus latissimum, horamque meridiani praedii optimam, & valde opportunam occasionem adversarius ratus ad commovendam repentina clade fortissimi viri constantiam, nuntium agat; (nisi fortè ipse Satanas ementito habitu, fictisque verbis nuntium agitat) qui miserabili gestu, discisis vestibus, convulsis capillis, vix in-

Adversarius, omnesque impii intentionem calumniatur in bonis operibus: è contra justi etiam prave factis ex intentione latè excusationem quaerunt. v. 9. num. 1. & 2.

Quae sit amicitia gratuita, quae mercenaria: & qui servi Dei gratuiti. v. 9.

Quam sit Deus ex mera gratia erga mortales beneficus. v. 9.

Vt Deus Ecclesiae suae, & justorum singulorum custodem, & vigilem agat, & quam varia ratione. v. 10. num. 2.

Vt Deus opera manuum, actionesque suorum justorum secundet, impiis interim laboribus in vanum, digressivum apposita explicatur. v. 10.

De particula Nisi, quae jurandi, & imprecandi formula est, enucleate differitur. v. 11. num. 4.

De verbo benedicendi, & de Antiphrasi, aut Euphemismo. v. 11.

Non esse statim sanctitatis, & divinae benevolentiae argumentum, si quae postulas, accipias, observatur. v. 12. nu. 1.

Vt Deus liget, & comprimat inexplebile daemones sevitiam, & quae illi facultatem concedat Deus, quam denegat disput. v. 12. n. 6. 7. 8.

Quo temporis articulo daemò aggressus fuerit Iobum, & ut semper

methodum fervet. v. 13. num. 3. violētus pariter atque astutus. n. 1. & 2. P An Nuntii fuerint veri homines, an verò fallacissimus Satanas, explicatur. v. 14. num. 1. q De Saba, atq; Sabæis, & quorundam Arabum excursionibus, & Latrocinis accuratior disp. v. 14. num. 6. 7. 8.

Exquisitè omnium cladium methodus, & demonis improbitas nullum respirandi spatium concedentis expenditur v. 16. n. 1. 2. 3.

An verus iste quoque ignis fuerit, An demon sub fulminis specie, & de igne Dei, & aliis, que ad fulmine tacta pertinent opportuna consideratio. v. 16. num. 4. 5. 6.

De Chaldæis, & eorum equitandi peritia nonnulla ex sacris & profanis. v. 17. num. 1. & 2. & ut ternarius sit ex disciplina militaris præcepto. num. 2.

Extremi nuntii acerbitas, & de parentum in filios caritate, atque Iobi cum aliorum parentum luctu comparatione. v. 18. num. 6. 7.

terclusum spiritum emittens, inauditis verborum exaggerationibus rem in hæc verba exponit: Dum arabant boves, terramque excipiendis feminibus subigebant nulla præterea sementis spe relicta, cumque asinæ agrorum culturæ consortes, atque vicariæ, non procul abessent, q Sabæi hostes, qui ex Arabia foelici in provincias vicinas solent excurrere, in prædam adorti, prædam egerunt: pecudumque custodes, dum vim repellere conantur, per summam crudelitatem vulnerati interfectique sunt, ad unum omnes; solus ego è tanta clade superstes; solum inquam ego funestissimi casus infœlix, verissimus tamen nuntius.

Nondum rupis instar immotus animus, tantillum respirarat, vehemēti dolore castigato, cum ecce alius stupēs sensu, vocēque torpenti, (quale iis contigit, quibus tetrum aliquod prodigium apparuit) Numen, inquit, ô Rex, à salute nostra aversum; adversum cœlum; iratus Deus voracem ignem in tuos ovium greges jaculatus; horrenda fulmina in pastores, & servos contorsit æther; sævo incendio omnia comprehensa; ne ulla quidem victima qua Deum placare possis, reliqua est. Sed quid inquam Deum? quem tot sacrificiis demereri nunquam poteris, tuæque familiæ propitium reddere? nam me ex flammis volitantibus incolumem evasisse, quò tibi hæc nuntiarem, nescio quo numine factum dicam? Nec hæc solum: sed extrema verba secundi tertius famulus lugubriori nuntio prosequitur excepit: Chaldæi, inquit, equites deprædandi percupidi, amara gens, velocior lupis vespertinis, & in tres equitum turmas divisa, rectè in tuos camelos involarunt; egerunt prædam; custodes interfecerunt; & nisi me solum fortuna servasset incolumem, stragem funestissimam istam nulla ratione cognovisses.

Extremam tandem machinam admovere agrediens importunissimus hostis, extremum eundemque acerbissimum nuntium immisit: nam vix tertius ille famulus dicendi finem fecerat, cum quarto jam loco alius ingressus multò graviori casu commotus rem miserandam, atque funestam exponit. Filios, inquit, tuos, filiasque honestissimas in domo sui fratris natu maximi hodiernum diem festum agere bene nosti; ille pro suo primogeniti jure, atque munere* lautissimum convivium dabat; nuper discumbebant omnes hilaritati mensæque indulgentes, rem; v dictu miserabilem. cum ventus veliēns spirans ab* Austro, & immoderata tempestas vi cœlesti, & Numine, cui venti obediunt, sevientē, coguntur subitò; incumbit tantum malum in domus angulos, quibus tota firmiter nitebatur; repente summa tecta dejicit; momento demolitur muros; convellit fundamenta; opprimit convivantes; v evadendi locus, tempusque nemini conceditur; sic pereunt charissima tua pignora; vivo famulus ego longè vilissimus; ego inquam, qui ad te rem luctuosissimam deferrem. Si accurras, ut rei, quam à me audisti, testis oculatus esse possis, videbis profectò non deformata cadavera, neque

die filii, & filia eius comederent & biberēt* vinum in domo fratris sui primogeniti.

14

Numius venit ad IOB, qui diceret: boves arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos:

15

Et irruerunt Sabæi, tuleruntque omnia & pueros percusserunt gladio, & evasi ego solus ut nuntiarem tibi.

16

Cumque adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit: Ignis Dei cecidit è cœlo. & tactas oves, puerisque consumpsit. & evasi ego solus, ut nuntiarem tibi.

17

Sed & illo adhuc loquēte venit alius & dixit: Chaldæi fecerunt tres turmas, & invaserunt camelos & tulerunt eos, nec non & pueros percusserunt gladio, & fugi ego solus, ut nuntiarem tibi.

18

filiorum

Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intravit, & dixit: Filii tui, & filiiabus bibetibus vinum in domo fratris sui primogeniti,

19

Repente vetus vehemens irruit à regione deserti.

Et cœcusit quatuor angulos domus Quæ corruēs oppresit liberos tuos, & mortui sunt.

Et effugi ego solus, ut nuntiarem tibi.

20

Tunc.

Surrexit Iob.

Et scidit vestimenta sua.

Et tonsa capite,

Corruens in terrâ adoravit, & dixit.

21

Nudus egressus sum de utero matris meæ & nudus revertar illuc.

Dominus dedit, Dominus abstulit.

filiorum lumina, quæ claudere possis, neque verò obscurata illa & cœca contemplandi vlla tibi facultas reliqua est, sed (quod incredibilis cœlorum inclementiæ fuit) lacerata omnia, & comminuta. Si effodere velis, ut iusta funeris peragas, non dubium, quin simul cum lapide filii quoque partem retrahas; & cum ligni frustra capitis cui infixum est, cranium; cum pulvere commistum cerebrum, exsculptos oculos; cum phiala manum simul; confusa omnia; ut quis quisque fuerit, cui ve tumulto mandari oporteat, nulla ratione internosci possit. Cum tot igitur tristes atque funestos nuntios continenter excepisset, iam sibi temporis, atque respirandi copia facta, ut iusta tristitiæ & luctus pro humanitatis parentisque debito, documenta præberet, è fede regia, aut mensa, cui forte accumbat illico surrexit, atque stans animum verè excelsum, mentem in Deum erectam, seque in profundo miseriarum pelago subsistere posse, & malis omnibus superiores ostendit; & surgens stansque non solum aduersarios omnes alacris expectare, sed ultro etiam provocare, atque laceessere visus est. Vestes deinde regias discidit, tum ut mutata veste lugubrem habitum indueret, & Deo punienti non solum non repugnaret sed comitem etiam, atque suarum se ærumnarum adiutorem præberet; tum ut nihil sibi ex terrena suppellectile reliquum fieri velle demonstraret; quippe lubens pallium ipse suum, atque tunicam adversario largiretur. cumque interius sentiret blasphemiam aculeos sibi ab iniquo hoste subdi, b Vestium profectò dilaceratione, vel de sola divinæ injuriæ cogitatione, atque memoria vehementer doluisse, neque fieri ulla ratione posse, ut ad tantum piaculum unquam perduceretur, certissimum effecit adversarium. c Abrasit pro itea caput pro more lugentium, luctaturusque cum hoste non solum vestimenta, sed comam etiam ne teneri posset, abjecit. Tandem humi se d prosternit. Deum adoraturus, & genuflexus patientis constantisque animi corollam ab imperatore accepturus miles strenuissimus; hisque verbis supplicat, & de tota sua calamitate sapientissimè philosophatur, interim expectantibus nuntiis, intentisque orationibus hostibus, quam ille affecti, dolentisque animi verbis significationem daret: Nudum me nascentem, & venientem in lucem terra mater protulit, nudum me hinc exeuntem & discedentem iteratò in gremium suum terra mater recipiet. E tenebris, & angustiis materni uteri nudus & imparatus ab omnibus vitæ præsidiiis prodii in vitæ usuram, spoliatus bonis omnibus in sepulchri tenebras & angustias concedam; neque me ille nudum aspernabitur ad se redeuntem, qui nudum misit. interim mundus in me non habet quicquam; nihil enim mecum ex illius bonis aufero; nihil, quod acceptum illi referre debeam scio igitur abudare, scio & penuriam pati. Quid, quòd summa cum ratione atque iudicio non fatum, non fortuna, non casus, sed divini numinis sapientia, atque providentia cum mortalibus agit, nunc dando, nunc auferendo, quæ se mel largita fuerit, nam cum dedit, commodatò dedit, rerum a se dominio mancipiisque jure minime abdicato; quare profectò iniquus sum, si muneris sui arbitrium largitori non

Contra Stoicorum indolentiam & ut Deus a nobis exigat in malis doloris sensum. v. 20. nu. 1. a Surgendi habitus viro justo, constantique dignus consideratur. v. 20. nu. 2. 3. 4.

b Vestium dilaceratio quorsum fieret sex potissimum cause, totidemque virtutis Iobi documenta. v. 20 à nu. 5. vsque ad. 10.

c Varii prisorum ritus, varique significationes in capitis detorsione, & ut cum Iobi constantia facere omnes possint. v. 20 a nu. 1. vsque ad. 2. 4. d Varii adorandi habitus, inter omnes autem præstare eum qui sit prostrato corpore. & de adorandi significatione in sacris non pauca. v. 20, nu. 1. 5. 16. 17.

e Vterus matris an tera gremium sit, & de tellure parente fusor consideratio. tum etiam materni uteri, cum sepulchro opportuna comparatio. v. 21. a nu. 2. vsq; ad. 6. f Præclara Iobi, multiplexque de nuditate, & bonorum amissione; & præclara devota (qua via quedam est) & de morte (in qua consistimus) philosophia expenditur v. 21. a nu. 7. vsq; ad. 11. g Divina providentia statuitur. Dei permissio, & divinum beneplacitum observatur. Actio à passione subtiliter discernitur v. 21. a nu. 12. vsq; ad. 16.


reunquam; avidus, si no luci loco habeā quōd accepi, fed-
damni quōd reddere debeam; tandem ingratus, si ullam mi-
hi injuriam illatam conquerar, quōd voluptatibus finem
statuere jubear. Ergo quē à Deo optimo, bonorūque om-
nium fonte manarunt, ad eum unde exierunt revertantur.
Illud mihi pro extremo solatio fuerit Deo sic placuisse,
hūcui nihil injustum unquam placere poterit. Fecerint fanē
hostes per summam injuriam ego lætus quod factum est
perferam: quid illi egerint, nihil ad me; qua ratione ego pa-
tiar, meum est cogitare, & ut sit optima, curare: atque Deū
qui pro sua æquitate, & providentia præclare mecum egit,
hymnis & gratiarū actione prosequi, & dignissimum præ-
dicare, qui omnium mortalium linguis & vocibus concele-
bretur.

Hinc iam perspicere licet Satanam temerè recepisse, fo-
re ut Iobus in divinum numen injurius existeret;
cūm ex periculoso bello illæsus integèrque
animo evaserit, neque mente, neque
verbo divinam providentiam
læserit, nihil af-
perius,
nihil im-
moderatius pro-
tulit, sed modestissimo silētio
se, remque totam patienter continuerit.

hvt Deus sama ratio sit
& cum summa aequitate
omnia moderetur. 12
nu. 15.

Nomen pro re ipsa no-
mine, & gloriosa fama
digna, & ut se Deus in
affligendis justis glorio-
sum, & gratiarum actio-
ne prosequendum præ-
beat. 21. nu. 17. 18.

Quid stultitia, aut fatui-
tas cum ad lingue vitium
spectat, accuratè explica-
tur. 22. nu. 3. & 4.



*Sicut Domino pla-
cuit, ita factam est.*

*Sit nomen Domini
benedictum.*

22
*In omnibus his non
peccavit Iob labiis
suis.*

*Neque stultum ali-
quid contra Deum
loquutus est.*



CAPVT. II.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Iobi semel probata pietas, & constantia iterū
à Satana exposcitur, & à Deo permittitur ten-
tanda totius corporis ulcere pessimo, & statu mi-
serissimo; deinde insolentia, & oblocutione ux-
oris; tandem amicorum adventu primò; quidem,
cum solatio opus erat, obmutescens, paulò ve-
rò post insultantium, & garrientium impud.

*I. Factum est autem cum quadam
die venissent filii Dei, & starent coram
Domino, venisset quoque Satan inter
eos, & staret in conspectu eius.*

*II. Ut diceret Dominus ad Satan
Unde venis? Qui respondens ait. Circui-
vi terram, & perambulavi eam.*

1. Primi certaminis cum Satana congressus secun- dus.	3. Pudibundum & coactū nunc adesse Satanam a- liorum sententia.
2. An secundus angelorum cōventus eodem die con- ctus, quo primus.	4. Impudēt & sponte nūc quoque adfuisse. 5. Dei interrogatio qualis.

I



ONTAM
secundū cer-
tamē existi-
mandum est
nunc scribi,
quā primū
cum Satana
certaminis
secūdus qua
si cōgressus.
Cum enim
hostis experiretur viri constantiam, post
quā omnibus, quibus potuit machinis
commovere illum non potuit, pedem re-
fert, ampliorem potestatem postulaturus
sibi permitti. Interim Iob^o respirare per-
mittitur, & paulò liberiùs secum de divi-
nis rebus, & de contemptu rerū humana-
rum philosophari, virēque iterum con-
gressurus colligere.

Quadam die. In fonte; & suis dies. particu-
cula copulativa, quæ sepè initio libri, aut
narrationis redundare solet, nunc narra-
tioni continuandæ servit. Quantum au-
tem inter utrumque angelorum conven-
tum tēporis intercesserit, incertum est:
Illud videtur certum; nō refriguissē Dæ-
monis sævitiam, neque multum tempo-
ris expectasse, ne remitteretur dolor ex
præcedenti calamitate. Chrysof. sequen-
tem diem statuisse videtur; nam propterea
existimat dici angelos quotidie affi-
stere, quōd singulis diebus rationes refe-
rant rerum quæ aguntur. Interlinealis eā-
dem diē intelligit. D. Tho. non ob aliud
aliā dici, nisi propter novum factum;
sicut (inquit) in Genesi plures dies numerantur
propter plura rerum genera, quæ crata sunt. Cē-
tera ex vericulo. 6. c. 1. petenda sunt.

Cum venissent &c. Venisset quoque &c. An-
geli sancti, ut patientiæ & constantiæ Iobi
attestentur, Rursus Satān non eodem
modò, quo antea affectus, se ingerit cœ-
tui sanctorum, antea enim non invitus,
nunc, ut videtur, coactus, & pudibundus;
sic existimat Iulian. in Catena. Venit in me-
dium angelorum quasi captus, nam illum pude-
bat, fugamque meditabatur, adactus ergo est
à sanctis angelis, ut adesset, atque manife-
sti mendacii, & improbæ invidiæ in pu-
blico omnium cœtu condemnaretur; ju-
sto videlicet dignoque supplicio: quale
hypocritis, & superbis, & magnifica pro-
mittentibus, & stulteloquentibus, cōmi-
natur Sapiens. Ne fueris hypocrita in conspe-
ctu hominum, & non scandalizeris in labiis tuis.
Attende in illis ne forte cadas, & adducas anima-
tūa inhonorationem; & revelet Deus absconsa-
tūa, & in medio magnatum elidat te, quoniam
accessisti maligne ad dominum, & cor tuum ple-
num est dolo, & fallacia.

Verūm cum simili ratione atq; in præ-
cedenti capite astitisse satanas scribatur,
simili quoque impudentia spontè se in-
gesisse choro sanctorum credendus est;
quod Origeni quoque placet: inducit enim
demonem, secum deliberantem an
victus fugeret; an aggredi & congredi
iterum expediret. Tandemque in spem
victoriæ erectum si sibi cruciandus Iob
permitteretur, impudenter, introire au-
sum esse ad Dei iudicis subsellia.

Unde venis? interrogazione (inquit Greg.)
infirmitas superbiæ ejus increpatur, cū sciatur
rediisse de bello. Chrysof. Quod Diabolus

2

Secundum au-
gelorum cōci-
lium an eadē
diē, qua pri-
mum.

Chrysof.

Interlinealis

D. Thom.

3

An eodem af-
fectu quo an-
tea ingesserit
se angelorum
cœtui satanas

Iulianus.

Eccle. 1. 37

38.

39.

40.

4

Par dæmonis
impudentia
præcedenti.

Origen.

5

Gregor. Chrysof.

invidiosè tegit, Deus interrogando retegit; nam vel ab invito extorquet Deus athletæ sui laudem & victoriam. Ergo irrisione plena videtur interrogatio; Heus ò fortissimè, qui ante prælium canebas victoriam, atque triumphum; quem tandem belli exitum expertus es? Ille verò quasi non ex bello rediisset, sed ex consueto munere circumundi terram, nihil ampliùs respondet, quàm cum primò rogatus fuit, unde venisset. & nunc quidem, qui circuit terram mille modis noxius illa eadem videtur Homericæ Ate.

Homericæ.
 , , , Noxia mille modis
 Omnia lativaga terræ regna peragrans.
 Omnia cõturbat, nocet omnibus, omnia miscet

III. Et dixit Dominus ad Satan.
 Num quid cõsiderasti servũ meũ IOB
 quòd non sit ei similis in terra, vir simplex & rectus, ac timens Deum & recedens à malo; & adhuc retinens innocentiam? Tu autem commovisti me adversus eum, ut affligerem eum frustra.

- | | |
|---|---|
| 1. Retinere propriè firmitatem & vim affert. Tunc etiã est habitus cõfugietis ad aliquod firmum asylum. | tur. Explicatus locus Reg. & Malach. |
| 2. Retinere habitus apprehendentis arma. Pietas retinenda. Illustratus salomon. | 5. Patientia vis, & laus. |
| 3. Expenditur Hebraica lectio. | 6. Dei fidelitas in retribuendo sine mora. Malach ad ductus de libello monumenti. |
| 4. Retinere ad verba refer- | 7. Deus loquitur humano more. |
| | Affligere, particula frustra ad multos sensus accipit. |

Ad huc retinens innocentiam. Quin (inquit Deus) ingenuè fateris servi mei sanctitatem non fucata, & ementitam, ut tu mentiebaris; sed veram, atque solidam benèque probatam, atque exploratam? & adhuc potest referri ad tempus, hoc inquam tempore, nihilominus perfectus, nihilò que minus erga me pius, quàm antea: vel potest referri ad clades acceptas adhuc inquam, post tot calamitates, totque ab hoste mala inflata: sensus idem.

Retinens verbum, *Maçak*, firmitatè, vim, robur in retinendo & compræhendendo affert, aut firmam, & minimè languidam rei apprehensionem, & retentionem. qua

Homericæ.

Quid propriè retinere.

re sæpè à Vulgato cõfortari, roborari, in valescere vertitur. *Innocentia* verò est, quàm supra simplicitatem dixit, idest, integritatem, perfectionem, consummationem: quare *retinere innocentiam*, erit, firmiter apprehendere sanctitatem, ne elabi possit; vim & robur adhibere in retinendo, & compræhendendo. Sentiebat igitur hostem conari eripere illi innocentiam, & sanctitatem, pugnabat ipse pro retinenda, & conservanda; cum cætera sibi auferri videbat, innocentiam apprehendit, quàm solam conservatam cupiebat: in horum bonorum naufragio, sanctitatis tabulam arripuit, quam illi nulla vis tempe stat extorquere potuerit; hac una delectatus, qua nudus licet ejiceretur ad litus. Tum etiam firmiter tenere aut apprehendere rem aliquam, habitus est in mediis fluctibus, aut in cõmotione & turbatione, ad aliquid firmum & inconcussum confugientis, & inde sibi securitatè, & tranquillitatem poscentis. ergo cum tot adversæ fortunæ fluctibus agitari se videret, cum confusa & turbata omnia, nihil sibi tranquillitatis, & firmitatis, nisi in pietate, & Deo pollicitus pietatem tenuit; sanctitatem, quæ firma securaque possessio est, apprehendit; adhæsit Deo, ne commoveretur.

Præterea cum eadem etiam voce & significatione dicatur quis, *apprehendere arma & scutum*, Psal. 34. idest firmiter viriliterque illa tenere: opportunèque illis uti; dicitur Iob tenuisse sanctitatem, tantquam arma & scutum: nam, sanctitate & innocentia, velut armis, hostè vulneravit seque velut scuto texit atque defendit. Hinc videas Isai. 35. juberi *passillanimes cõfortari manus dissolutas*; idest ad apprehendendũ, retinendũque invalescere, & roborari, ne semel cæptam pietatè ullis tentationibus aut aduersitatibus dimittamus, eripi ve è manibus patiamur. Lucrũ verò & utilitatè ex retentione sanctitatis exponit Sapiens Proverb. 3. *Lignum vite est his, qui apprehenderint eam, & qui tenuerint eam beati*. Elegans in primis translatio; qui ita pietatè, firmiter teneat, ut in manibus illius veluti radices egisse videatur, nihilòq; faciliùs avelli ex illis possit quàm antiqua arbor, ex terra, in qua altissimas radices egerit, fiet sanè in illius manibus *lignum vite*, idest arbor quæ vitalem fructum ferat, illi qui in paradiso prove-

Retinere innocentiam quid.

Sanctitas velut arrepta tabula in aliorum bonorum naufragio.

2

Pietas velut arma & scutum apprehendenda & retinenda

Isai. 35. 4

Proverb. 3. 18.

niebat

Prov. 3. 1. 26. 3.

3 Lectio Hebraica explicatur.

2. Reg. 11. 25.

4 Retinere, vel obtinere ad verba relatũ

2. Reg. 24. 4

*Salio el Rey con la luya, y al su valio mas su palabra.

1. Paralip. 21. 4 Malach. 3. 13.

Y. 14.

*Basta q aveys quetridobazer mejor vu estra mentira que mi promessa y palabra.

Vis verborũ S. Iobi

5 Crisost. hom. 5. de patient. Iob & hom. 1. super 1. ad Cor. 1. & hom. 25. ad pop. Antioch.

Patientia probatio vix patet calumnie.

niebat similem, & fructum manum suarum comeder.

Sed sensus non minùs pulcher, si constructionem Hebraicam & significationem paulò liberiorè non negligamus; *Adhuc retinens in innocentia sua*; idest robur & constantiam ostendens in innocentia; invalescens & prævalens in sanctitate; idest propter innocentiam & sanctitatè hosti prævalens, & debellans adversariũ: ab hac enim radice etiam dicitur, 2. Reg. 11. *Conforta bellatores tuos*. adhuc in ærumnis fortior evadens; nam innocentia, virtus, & cõstantia in infirmitate perfectior fortiorque redditur. Denique cũ vis hæc tenendi, & apprehendendi ad verba referri soleat, certè non incommodè dicitur Iobus, *retinuisse in sua sanctitate*; idest, sanctissimis verbis, & suavissima oratione, planè vicisse falsum illud testimoniũ quod mendax Satan contra se tulerat. sic enim, 2. Reg. 24. dicitur; ** Obtinuit sermo Regis verba Iob*: idest, invaluit sermo Regis, vicit verbum præceptumque Regis, quod, 1. Paralip. 21. dicitur *Sermo regis magis prævaluit*. & Malac. 3. sic cõque ritur Deus; ** Invaluerunt super me verba vestra dicit Dominus: & dixistis, Quid loquuti sumus contra te? dixisti, vanus est qui servit Deo*. videlicet pollicebatur Deus suis servis ingentia præmia; impii è cõtra, Dei servos nihil præmii aut mercedis percepturos pro labore, affirmabant; atque illud ore frequentè verfabat, *Vanus est qui servit Deo*, tanquam rem certissimam. Ad simile modum Iobi oratio *retinet*, obtinet, tenet, confortatur, prævalet, vincit Iobus in sanctitate, dum nihil peccavit verbis suis, contra quàm Satanus receperat. hoc igitur nunc cæteris Iobi virtutibus accrescit ingentis laudis, & clarissimi præconii.

Hinc licet cum Chryf. colligere, Plus Iobum profecisse passionibus, quàm virtutum actionibus: & eleganter singulis virtutum actionibus singularum passionum tolerantiam opponit; & ad tantæ patientiæ laudem sic scribit: *Data mihi pace oportet dicere, quoniam & si non major Apostolis, minor tamè beatus ille non fuit: illos enim eadem pro Christo pati solabatur; ille autem hoc solatio destitutus, non piscator, nec tenuiter vivens passus est omnia*.

Deinde observandum, hanc esse post patientiæ probationem, ita solidam atq;

firmam pietatis laudem, ut nullis jam criminatores Satane calumniis patere videatur: nihil enim nuper caluniatus est, quàm desiderari in Iobo probationem: deinde nihil viro probato objiciet, quàm præteritam probationem non fuisse omnium acerrimam, atque gravissimam. *Tunc* (inquit Chrysof.) *obstruã n est turpe Diaboli os, neque habuit, quid diceret*.

Tandem Deum valde fidelem esse, cui committatur bonorum operum, virtutumque depositum servandum, *reddituro in illum diem*, usque ad ultimum quadranten: idque ex hoc loco manifestum fit; nam sicut crevit Iobi meritum, & patientiæ labor, ita etiam crescit illius apud Deum laus hac particula, & *adhuc retinens innocentiam*. ne unum quidè verbum, quod pro Deo locutus sit, sine mercede & premio prætervolabit; notabuntur, & scribentur omnia, ut Malach. admonuit. *Locuti sunt timentes Dominum, unusquisque cum proximo suo, & attendit Dominus, & auditur*. (vide quàm ta Dei attentio in excipiendis singulis verbis viri iusti) *Et scriptus est liber monumenti* (Hæb. memoriæ, aut recordationis) *coram eo timentibus Dominum*, (ut qui publicum habet depositum pecuniarum, quid quid ad illum deferatur, libro & tabulis excipit, redditurus cum primùm repetatur. ne autem putarem cogitationem quamcunque mente susceptam non esse in memoria apud Deum, addidit) *& cogitantibus nomen ejus*. Neque verò est liber hic *monumentum* apud Deum servatus, ut ne mini legere aut scire liceat, quid iustis viris bonorum operum & laudis præmiisque debeatur: certè ille liber, publicæ quædam tabulæ sunt: hæc autem affigi solebant publicè, in publicum alicujus rei testimonium. sicuti etiam Habacuc iustus est *scribere visum, & explanare super tabulas, ut percurrere possit, qui legeret eum*. Hoc illud est, quòd statim, ut Maria Magdalenæ unxit caput Iesu, alabastro unguenti, publicum audivit de se testimonium. *Amen dico vobis, ubicumque prædicatum fuerit hoc evangelium in toto mundo, dicitur & quod hæc fecit in memoriam ejus*. Statim igitur ut Iob benè & patienter de Deo, & de ejus providentiâ locutus fuit, quasi publicum instrumentum, publicasque tabulas affigeret Deus, Iobum laudavit in publico omnium angelorum conventu. Illud verò non prætereundum, valde honorificũ

6

Dei fidelitas in remunando.

Neq; verbũ neq; cogitatio manebit sine premio.

Malac. 3. 19.

Simile.

Liber memoriæ quo describuntur merita Sãcto rum.

Habac. 2. 2.

eise

Matth. 29. 13.

Magna laus
viventem com-
mendari.

1. Cor. 4. 5.

7
Humano
more loqui-
tur Deus.

Isai. 1. 24.

Quid pro-
prie commo-
veri.

3. Reg. 11.
21.

8
עֲלֵךְ

Aquila.
Pagninus.
LXX

1. Expositio.
Cajetan.

esse laudis genus, & sanctitatis verissimam firmam testimonium statim laudari viventem hominem; cum Paulus pro omnibus laboribus in predicando Evangelio susceptis, satis sibi praemii collatum iri arbitretur, si non statim, sed in novissimo saltem iudicii die, commendatus sit a supremo iudice, interim eius meritis atque bonis operibus iacentibus in tenebris, & oblivione, Quoad usq; (inquit) veniat Dominus; qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique a Deo?

Tu autem commovisti me. Humano more dictum videtur, quasi Deum peniteat facultatis aut permissionis Demoni facte, & quasi alieno consilio & importunitate commoveri, aut de sua voluntate & consilio dimoveri posset. Non dissimili ratione saepe Deus ait, non nisi invitum & provocatum in homines animadvertere: & veluti in nostris suppliciis & doloribus ipse quoque doleat, ait se, sicut & nos quoque indigere solatio; & sicut nos afflicti gemimus, se quoque gemere. Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Isai. 1. quasi humano more illud dixisset, No me hagas que os haga lo que a todos nos pese. Verbum autem commovendi, affert in originali, per suasionem quandam sive ex veris, sive ex falsis rationibus simul cum impulsione & incitatione ejus, cui persuadetur: sicut de Achab dicitur. 3. Reg. 21. Concitavit cum Iezabel uxorem suam. Ait ergo Deus, appositus, & exquisitis rationibus ad persuadendum conatus es me incitare adversum Iob.

Vt affligerem eum. multo acrius, & vehementius videtur verbum originale Balagh, quod saepe transfert Latinus. interpretes Devorare. Gene. 41. v. 4. Exod. 7. v. 12. & Absorbere. 1. Reg. 17. v. 16. & Deglutire. Psal. 123. v. 3. & Praecipitare, quasi in baratrum, & locum perditionis. Psal. 54. v. 10. & Isai. 19. v. 3. Aquila vertit; ut obtruerem, vel, ut deglutirem. Pagn. ut perderem. quod ex Graeco, & Septuaginta sumptum est. Unde colligimus tum Daemonis seviti- am in sua illa prima postulatione: tum etiam verbum illud tangendi, non esse leviter, neque leniter accipiendum.

Frustra. Grat's, sine causa: quod potest ad diversa referri. Primum ad ipsum Satanam eo sensu, quem indicat Cajeta. cum Iob te minime laeserit, aut provocaverit

odio illum habes gratis, & me concitasti in eum. sensus hic primus, ultimus est inter omnes; nam improbus daemon hominis sanctitate acriter pungitur, & graviter vulneratur, de qua re eleganter describit hom. 5. Chryf. Propterea (inquit) in te rationem cecidit, quod Diabolo plagas vehementer infligeret. Secundum ad eundem Daemonem aliter, frustra, gratis, nulla sufficiente causa, aut crimine delato, propter quod puniri deberet, sola malitiosa tua suspitione illius occultae intentionis proposita, nulla delicti plena, aut femiplena probatione facta, commovisti me, ut torqueri juberem infontem. Tertium ad frustratas Satanæ spes referunt Orig. Olympiod. D. Tho. & frequens interpretatio; in vanum, frustra reciderunt omnes tui conatus; manifesti mendacii convinceris, cum non solum nullam blasphemiam, sed neque verbum parum pium parumve consideratum extorseris. Quartum ad Deum simul, & ipsum Iob; affixi hominem nullo suo merito, gratis, frustra nihil supplicii, nihil pænæ commertum; ita me ille compellare possit, quid feci, quod commertui pater? Ita Chryfost. in Caten. & Greg. illud etiam observat, nihil Deum frustra, aut sine debito fine facere, quare in sua gloriæ finem, & hominis, bonum hæc Satanæ potestas a Deo facta, & directa est. Sed illud non prætereundum, quod pro divinum instructione indicat Olympiod. frustra, id est sine peccato Iobum spoliatum fuisse bonis, & non quod, sicut alii avari, ea ad beneficentiam non conferret; qui igitur benefici erga pauperes non sunt, his, quæ accipere solent a Deo beneficia, iuste negantur & olim concessa auferuntur.

III. Cui respondens Satan ait, Pelle pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua.

- 1. Nova Satanae calumnia, novaque accusatio.
- 2. Pelle pro pelle, & c. proverb. locutio. & 1. Græcorum expositio.
- 3. Præpositioni (Pro) multas particulas in Hebræo respondere. explic. Ioan.
- 4. Quid pellis, numi & instrumenta domus quondam ex pellibus.
- 5. Anima quid, interdum pro corpore aut vita animalis.
- 6. Satanas veritate abutitur, nemo tenetur pro alterius vita suam exponere.

Chryfost.
Hom. 5. de Patient. Iob.
Secunda expositio.

Tertia expositio.
Origenes,
Olympiod.
D. Thom.

4. Expositio.

Chryfost.
Gregorius.
Deus nihil facit frustra.

Olympiod.

Ab avaris divitiis iuste facultates auferuntur.

I
Nova Satanae calumnia.

2
Proverbialis loquutio.
Apulejus

Pellis apud Latinos.

777

Græci.
Origenes.
Gregorius.
Kaldæi.

3
Ioan. 1. 16

Præpositio, Pro.

Hæc Satanæ responsio, vel nova calumnia est, qua extenuare conetur Iobi patientiam; quasi dicat, externa bona leviora esse, quam ut in illorum amissione cognosci, & explorari perfecte possit viri fortissimi constantia: vel Iobum insinuat sævitiae cujusdam, & feritatis erga suos, & sui corporis, suæque vitæ conservandæ nimium amatem, qui cum corpore ipse læsus non fuerit, reliquorum omnium dispendium facile perferat; & vel in dolenda omnium suorum liberorum morte ipse non doleat, durior cautibus, & immitior Hyrcanis Tygribus.

Pellem pro pelle. Apparet quidem, licet certo non constet, hanc esse proverbialem locutionem. certe Apulejus proverbialiter dixit, Ludis de alieno corio. quasi diceret, Ex alieno liberali te prestatas. Sic ergo pellis nomine, significabuntur externa bona, quæ non censeantur hominis propria, sed aliena: namque ex proprietate Latini vocabuli, pellis ea dicitur, quæ separata & detracta jam ab animali, & carne est; cutis verò, quæ adhæret carni: quamquam in fonte nomen Ghor, utramque comprehendat.

Hoc ergo sensu frequens est antiquorum, atque recentiorum interpretum expositio, pellem, id est externa omnia bona aliorum etiam vitam & capita facile dimittenda ab homine, pro pelle, & cute sua curanda, & conservanda; pro pelle & vita sui corporis non amittenda; sed pressus tamen primæ pellis nomine aliorum, ut potè liberorum vitam, & corpora intelligi, Græci in Catena. Orig. & Grego. docent; & idem intellexisse videtur Kaldeus legens. Membrum pro membro. sicut enim manum opponit homo gladio & ictui pro conservando capite, ita (inquit) reliqua omnia, quæ extra se sunt, filios etiam, minoris ducere solet homo, atque facile exponere pro suo capite tuendo.

Sed quidem pellem pro pelle dare, non videtur ad diversa rerum genera pertinere, quorum unum cum altero, vel pro altero detur, aut commutetur, sed omnes alicujus generis res singulatim; quod nos dicimus. Todas una por una; quo etiam sensu placet quibusdam dictum esse à Ioann. c. 1. De plenitudine ejus accepimus gratiam pro gratia; id est, omnem gratiam. Hanc hujus loci Ioan. expositionem graviter & eruditè refellit ex Græco & Hebræo

Soletus Cardinalis annot. 5. in c. Ioan. 1. sed tamen nostro loco bene convenire ostendam, si prius illas particulas proferam, quæ loco præpositionis nostræ, Pro, in Hebræo subsunt.

Prima est Thahhath, quæ deducitur à radice, Hhathath, quod est, dejici & cõsternari pavore, aut metu, corpore, vel animo. Quæ præpositio frequenter vertitur Subtus, Subter, Deorsum, ut denotet locum inferiorem, in quæ quis dejectus & prostratus sit. inde significat Pro, id est, vice aut loco alterius, quasi id, quod suppositum est alteri, aut positum sub alio, in loco & vicem alterius, Genes. 2. Replevit carnem pro ea; id est, loco & vice illius Genes. 30. Num pro Deo ego sum? id est, loco Dei. Isai. 55. Pro salivuncula ascendet abies, & pro vitica crescet myrtus. & est locutio frequentissima, cum quis dicitur regnasse pro alio. quæ licet clarissima sit, amplius illam illustravit interpres Iosue. 5. Filii in locum successerunt patrum. Heb. pro partibus. eodem reducitur altera significatio ejusdem particule cum rationem, meritum, causam, pretium vel alicujus rei denotat 2. Reg. 19. Num quid pro his verbis non occidetur Semei? Verum hæc particula hoc loco non subest.

Secunda particula ejusdem ferè significationis cum superiori est Hbeleph, quod licet nomen sit, sed subit vicem præpositionis, pro, & mutationem vel commutationem unius pro alio denotat; nam descendit, à, hhalaph, quod est mutare. hinc dicitur. num. 18. Pretium est pro ministerio quo servitis.

Tertia Nocabh, quod est, coram, in conspectu, vel è regione; & denotat aliquando causam finalem, aut id quod ob oculos nobis proponitur, propter quod aliquid faciamus. Gen. 25. Deprecatus est Isaac Dominum pro uxore sua.

Quarta similis, Baghabur. Psal. 131. Propter David servum tuum. Amos. 2. Pauperem pro calceamentis. Harum omnium particularum significationes bene conveniunt cum illa communi Græcorum, & Latinorum interpretatione. sed nulla harum hoc loco subest.

Quinta est, Ghal, à radice, Ghalat, quod est ascendere, aut elevare: quare significatio hujus præpositionis est, super, aut supra, aliquando etiam pro. Levit. 4. Offeret pro peccato; Num. 15.

Cardi. alibi Tolet. in Ioan.

Præpositio, pro multiplex ex Hebræo.

תחת

תחת

Genes. 2. 11.

Genes. 30. 1.

Isai. 55. 13.

Iosue. 5. 7.

2. Reg. 19. 21.

תחת

תחת

Num. 18. 21.

31.

Genes. 25. 21.

תחת

Psal. 131. 10.

Amos. 2. 6.

תחת

Levit. 4. 3.

Pfal. 131.6.

Rogabit sacerdos pro omni multitudine. Psalm. 31. Pro hac orabit ad te omnis sanctus. ex quibus locis patet, idem valere, quod propter at verò in Genes. 26. additionem quandam denotat; Pro illo quoque rixati sunt; id est super illo, vel propter illum. Si significationem hanc ex sua radice attendamus, bene quadrat expositioni nostræ, nam gratia pro gratia, erit gratia super gratiam, vel gratia ultra gratiam. & similiter pellis supra, vel ultra pellem. quæ locutio additionem unius supra aliud, & universalitatem quandam denotat. sed neque hæc particula habetur hoc loco.

Est igitur sexta particula in hoc loco Beghad, quæ, sicut & præpositio, ghad, sonat terminum, usque ad quem res procedit, sive in tempore sive in loco; & longitudinem quandam affert, & diurnitatem sed addito, Beth, vertitur pro, sive, propter, aut super. Levit. 16. Orabit pro se, & pro domo sua. 4. Reg. 4. clausit ostium super se, & super filios suos. Isai. 32. Tenebræ & palatio facta sunt super speluncas. Amos. 9. Non veniet super nos malum. sic etiam. R. David ait, idem significare quod, Ghal, id est super. ergo hoc loco pellem pro pelle. licebit dicere, pellem super pellem; sicut cum universam pecuniam, aut debitum alicui persolutum esse significamus, dicimus, Real sobre real, id est ad unum omnes argenteos persolutos. Ait igitur Satanæ, pellem super pellem, id est pelles omnes daturum hominem pro anima sua. hic sensus colligi ex Grego. potest. lib. 3. c. 11.

Sed quid pellis nomine significetur, nunc explicandum est. Quidam existimant significari pecunias, quod eo tempore non aliæ essent apud Idumæos divitiæ; pellibus igitur pro pecuniis utebantur. Sed quidem licet apud præcos coriū boum pro numis esset; apud Idumæos tamen, & Iobum etiam auri, & argenti usum fuisse supra ostendimus. Dicendum ergo aptius suppellectilem & universas facultates intelligi pellis nomine, propterea enim dicitur suppellex, per Synecdochen, quasi sub pellibus esset, & afferretur. aut per Metony. quod olim vestes, & instrumenta quædam domus & suppellectilis, ex pellibus conficeretur, iam inde usque ab Adamo, cui fecit Deus tunicam pelliceam. sic Levit. 15. Vestem & pellem, (id est vestimentum, aut culcitram) quam habuerit lavabit aqua. ait itaq; homo

iste est non tam ad suam rem, quam ad se ipsum nimis attentus, sollicitus curandæ & conservandæ cuticulæ; præ illa flocci non facit universa. non omnino præter rem, licet duriusculè, posset quis dicere pellem pro pelle, id est, pellem, & pellè; id est semel & iterum pellem propriam dabit, & terga nuda præbebit, atque patietur spoliari rebus omnibus, atq; etiã, quod in proverbio est, de corio suo libenter satisfaciet, dum animam illi & vitam non ademeris. Hoc de Iobo dicit, quod de aliis divitibus dicitur. Psalm. 48. tanto per enim vitam amant, & mortem oderunt ut percuperent si fieri posset, omnium suorum, fratrumque suorum facultatum pretio, vitam redimere: frater non redimit, redimet homo? non dabit Deo placationem suam, & pretium redemptionis anima sua, & laborabit in æternum (ut vitæ laboribus nunquam defungatur: perpetuè enim laborare volet, ut vivere possit. ideo subditur) & vivet adhuc in finem.

Pro anima sua. Licet in sacro sermone anima pro spiritu, & anima rationali sæpè sumatur, tamen per Synecdochē aut Metonym. pro ipso effectu (quem philosophi dicunt) præcipuo & totali, corpore videlicet animato non raro accipitur. sic dicitur Genes. 1. Reptile anima viventis, & c. 2. Spiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viventem, id est, in corpus. vivens, quod. 1. Corinth. 15. videtur explicari, per corpus animale. Si est corpus animale, (id est vivens vita animali, qualem Adam primò conditus habuit) est & spirituale (id est vivens vita gloriosa & subtiliori Christi corporis claritati configuratum) sicut scriptum est, factus est primus homo Adam in animam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantē. quare pro vita corporis sumitur Levit. 17. Anima omnis carnis in sanguine est. nec dissimilis hujus vocabuli usus apud Latinos cum poeta dixerit.

Summum crede nefas animam præferre pudori. & animam dicunt, qua vivimus, animum quo sapimus. quare anima hoc loco erit corpus, corporisque vita, atque incolumitas. de quo iterum dicendum erit versu 6.

Sed illud notandum Dæmonem ad suam calumniam hoc loco abuti philosophia atque Theologia verissima: est enim inter bona suus dignitatis, & boni-

*Este el seguro y su vida, aúque se que de en cueros bivos. Psal. 148.8.

5 Anima multiplex significationis

Genes. 1.21. Genes. 2.7.

1. Corinth. 14. 44. & 45.

Levit. 17. 11 Quid anima apud Latinos

6

Dæmō abutitur philosophia atque Theologia

707 70

Levit. 16.6. 4. Reg. 4.5. Isai. 32. 14. Amos. 9. 10. R. David

59

Gregorius

4

Cypr. Cisterc. Quid pellis significet,

Prisc orū numi expellib. supra p. 3. nu. 4.

Supellectilis Etimologia.

Vestes & instrumentado mus ex pellibus.

Genes. 3. 21 Levit. 15. 17

An quis ex caritate teneatur suam vitam exponere pro alio.

Roma. 1. 13.

tatis ordo, nam bona corporis externis præstant; tum etiam cum ordo charitatis jubeat, ut à se quisque incipiat, nemo quidem tenetur exponere suam vitam pro alterius vita conservanda, licet id interdum ex Theologorum sententiã, cum merito & virtutis laude facere possit. ex hoc igitur antecedenti conatur elicere, & conflare invidiam homini sanctissimo, & suspicionem nimium se ipsum amantis, & hominis Astorgi, absque pietate, sine affectione, absque fœdere.

V. Alioquin mitte manum tuam & tange os eius, & carnem, & tunc videbis, quod in faciem benedicat tibi.

1. Dæmonis sævitia. Verbum Tangendi. Sicut ille huius manus sanguinis. Explicatus Sapiencia locus. 2. Communis hostis nobis ipsis tanquam armis vitur. 3. Doloris, & morbi vis. ex- pensa Jacobi apost. sententia. Iobi patientia major opinionione Satana. Iustus patientior, quam ipse de se existimet. ex Genesi, & Sapiencia.

I Satanæ sævitia & stitit humani sanguinis.

Nonius

Naz. Orat. 19. in plagâ grandini.

Res inquit, manifesta fiet experimento, quod statim licebit de Iob sumere, si immissa manu, potestate & virtute tua utaris; & tangas, percutiasque os ejus, & carnem; id est, si non solum dolorem inferas, sed vires etiam debilites: vel, non solum leviter verberes, sed gravissimè, ut ossibus etiam, & intimis medullis sensus licet expertibus, acerbissimum sensum efficias. Hinc rursus perspicere potest verbum tangendi nihil lene, aut leve significare. tum etiam nescio quid diabolicæ fraudis olet; nam tangere est aliquando circumvenire, ut Nonius Marcellus docet. quare optat dæmon ut viro innocenti aliæ denuo per corporis dolores & cruciatus insidiæ parentur. Non potest se Dæmonis sævitia ulla ratione dissimulare, sitit humanum sanguinem, & in justorum carnem & ossa incredibiliter sæviendi potestatem sibi fieri vellet; quippe illorum vitam infestam & exossam habet. sanguifugam illum appellat Nazianz. quæ numquam exsaturari possit humano sanguine; hujus

arte, dolo, invidia, mors introivit in orbem terrarum. cum verò audis mortem introisse in orbem terrarum, intellige verbo introeundi, dominatum quendam, & potestatem Tyrani Mortis proculcantis, subigētisque mortales universos, & privilegiū immortalitatis, quod primo homini concessum fuerat, abrogantis. Rursus introisse in orbem terrarum, quia nisi Dæmonis insidiis & invidia nostræ vitæ atque salutis, non patuisset illi aditus. non est enim (ut inquit Sapiens) inferorum (Mortis) regnum (arx, regia domus) in terra (ex inferis enim evocata est ad nos arte Diaboli) propterea ille homicida erat ab initio, qui totum humanum genus in mortem coniecit, dum sua invidia morti subiecit, quod de morte corporis dictum esse à Christo Domino Ioannis. 8. contextus ipse aperte docet: procurat præterea iste homicidia, & in omnibus homicidiis, ille est homicidii procurator, suator, patrator; nulla illi magnificentior domus, quam sepulchrum (in monumentis enim domicilium habet Marc. 5.) nulla illi instructior & lautior mēsa, quam putre cadaver, & ex humana carne carne, vermes saniésque fluentes; sicut de impio vita functo scriptum est, Dulcis fuit glareis Coccyi.

Deinde observa hostem nostrum, nostra carne, nostro corpore, nobis ipsis, tãquam armis & instrumentis uti, ut nos vincat: nam vel corporis voluptatibus, & carnis blandimentis decipere & emollire conatur animum; vel doloribus, & tormentis ad iram, impatientiam, Dei providentiæ contemptum, & detractionem adigere. Cum eo hoste (ait Naz.) dimicandum habemus, qui nos interne oppugnat, ac nobis, met ipsis (quo nihil miserius est) tanquam armis in perniciem nostram utens peccati mortem nos afficit. Illud etiam valde dolendum nullam esse nostri corporis conditionem, qua nos non conetur lædere: nam saturo corpore provocat ad luxuriã, famesciente ad gulam; divitiis ad negandum Deum, & ad divinorum cõtemptum, ut Salomon scribit; paupertate ad furandum. ideo Pavlus jubet induere nos armaturam Dei. Panopliam videlicet, id est omnis generis arma. & rursus, ut exhibeamus nos Dei servos, & ministros per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, à dextris, & a sinistris.

Sap. 2. 24. Quid introire in sacris.

Sap. 1. 4.

Ioan. 8. 4.

Marc. 5. 23. 3. 5

Iob. 21. 33

2

Naz. Orat. 1

Prov. 30. 8

Ephes. 6. 11

2. Corinth. 6. 4

K

Et tunc

3

Et tunc videbis. Manifestam videlicet rem, & positam extra omnem dubitationem. in Hebræ. est assertio firmata execratoria illa forma jurandi, *Si non in faciem tuam benedixerit tibi.* Oportet autem hoc a Dæmone multò magis asseveranter dictum, quàm prima vice, quòd incredibilis sit morborum, dolorisque vis ad hominis virtutem frångendam: uti eleganter Cicero scripsit. 5. Tusc. Dolor (inquit) esse videtur acerrimus virtuti adversarius, is arduentes faces intentat, is fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam se debilitaturum minatur. quare licet Paulus, verisimè dixerit, *Cùm infirmior tunc potens sum;* id est, corporis infirmitate reddi interiores animæ vires firmiores, atque potentiores, & ex imbecillitate, & vetustate hominis exterioris interiorum vegetiorum fieri, novis viribus resumptis ex hoste nostro domestico, carne videlicet, debilitata & fracta; sed tamen multò aptior ex infirmitate redditur ad ea vitia, quæ non indigent corporis viribus, ut pote quæ non ax audacia, aut nimio fervore concupiscentiæ oriantur, sed potiùs ex imbecillitate, & pusillaminitate, quales sunt, impatientia, oblocutio, desperatio; & quæ ex altero extremo fortitudini & constantiæ contraria sunt quare ægrotantis animum languentem atque dejectum erigere conatur Sapiens Ecclesiast. 32. *Fili in infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora Dominum, & ipse curabit te.* similiterque jubet in suis præceptionibus Hippocrates, ut medicus jubeat egrotum mente nõ turbari, cum plurimi propter dolores desperantes seipso vita exuant. Sed ad orandum etiam ineptum & languidum esse egrotantis animum Iacobus Apostolus, non obscure indicat cum. c. 5. ait. *Tristatur quis in vobis, oret: a quo animo est, psallat; infirmatur quis in vobis, inducat presbiteros ecclesie, & orent super eum.* non enim omnia ab omnibus exigunt, ab his, qui anime quietiores sunt, lectiones, hymnos: ab illis, qui in mærore sunt, orationem cum fletu licet & lachrymis; ab his vero, qui ex morbo decumbunt, quasi ipsi parum idonei sunt, ut saltem alios ad orandum pro se invitent, & adducant. Propterea observandum, quanta sit morbi vis, ab labefactandam viri constantiam, de quo eleganter differit Chrysof. homi. 4. ad Olimpiad. ait enim mor-

Cicero.

2. Cor. 12. 10

Eccle. 38. 9

Iacob. 5. 13.

Chrysof. Hom. 4. ad

bonihil esse acerbius, non mortem ipsam, imò se excetis mortibus esse acerbiorum.

Ex hoc licet colligere Iobi patientiã, & animi magnitudinem longè majorem fuisse Dæmonis opinione, non enim rem tam affirmatè & confidenter asseverasset, nisi rem sibi persuasam, aut valde verosimilem: qua re declaravit divinæ gratiæ vim sibi ignotam esse. Non ergo mirum si justus multò gravioribus erumnis, quàm ipse met crederet, sufficiens sit, cum ea in re major sit hostis nostri opinione. Quare dũ in Sapiè. est sermo de Iacob reformidante congressum cum fratre Esau, & sibi diffidente, sic scribit. *Certamen forte dedit illi, ut vinceret, & sciret* (experientia ipsa & victoria ipsa consequuta, quod, vix sibi aliter persuadere, & in animum inducere potuisset) *quoniam omnium potentior est Sapiètia;* videlicet pietas, & divina gratia reddit hominem omni certandi labore & periculo, omnibùsque hostibus superiori. Atque eodem spectat cum Genes. 32. Angelus qui cum Iacob luctabatur, vinci & superari se passus est: appellavitque non Iacob, (id est, luctatorem) sed Israel, quia (inquit) *si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines prevalebis?* Quare cum Davidem incredibilibus etiam incòmodis minimè suffecturum omnes crederent; deinde verò comitantem & incolumem cum viderent, prodigium atque miraculum omni fide majus arbitrabantur. *Prodigium (inquit ille) factus sum multis, & tu adjutor fortis.*

Olympiad. tom. 5.

4

Iobi tolerantia major opinione Sarang.

Iust. plus potest quam ipse sibi persuadeat.

Sapient. 10. 11

Genes. 32. 24.

Psal. 70. 7.

VI. Dixit ergo Dominus ad Satan, *Ecce in manu tua est: verumtamen animam illius serva.*

1. Iob permissus manui Satanæ colluctari incipit. Dæmonis manus gravissima. è contra Dei manum.

2. Deus ea exponit adversario qua minora sunt. at iste potiora expetit.

3. Quod sit animam servare prima expositio. Anima, pro salute spirituali.

4. Anima, pro recto rationis usu ex Casiano & Sereno Abbate. exposit.

5. Anima pro toto homine.

6. Anima hoc loco pro vita. Iusti numquam abiciunt spem vite.

7. Deus sollicitus servanda.

suorum

suorum vita explicatus Psal. & illustratus locus Regum.

8. Desperati infirmi divina virtutis materia opportuna. Impii facile pereunt. Iusti non item Sapiètia explicata.

9. Iustus afflictus iucundum Deo spectaculum. Expenditur in hanc re Isaias.

10. Ex majori certamine majus præmium. quid sit excitari Pharaonem in Exod. & Paul.

I

Hinc videtur colluctandi initium.

Olympiod. Chrysof.

Dæmonis manus gravissima. Dei lenissima.

2. Reg. 7. 14.

2

Ecce in manu tua. Cùm Iobi corpus manus, & quasi complexui Dæmonis permittitur, vera hinc lucta, aut colluctatio, sicut Paulus loquitur, incipere videtur. Luctari enim dicuntur, qui, cum jam venitur ad manus, se se mutuo complectentes, alter alterum dejicere conatur. Rectè Olympiod. & Chrysof. observant, Deum permisisse Dæmoni verborum, & vulnerum impositionem, ne carperet calumniator Deum, quòd cum clementia & moderatione vulnus ipse sua manu inflixisset. noverat quippe Deum, cum hominem flagellat, aut virga pulsat, leniter id, & indulgenter facere; Arguam (inquit ipse) eum (Salomonem) in virga virorum. Hebræi. in virga onasim, hominum languidorum & imbecillorum, vel senum, qui tum propter imbecillitatem, tum propter paternam indulgentiam vix debilitate virga & baculo teneros filiolos pulsare audent.

Hic tantum considera, Deum ea tantum periculo, & ictibus adversarii exponere, quæ in nobis minora sunt, majorem tamen doloris sensum efficiunt: at verò Dæmonem illa conari lædere, quæ cum maxima sint, & pretiosissima, vix sentiuntur. externa omnia, & sensibilia, filios carissimos, corpus ipsum cum ipso sensu, & sentiendi dolendique facultate conjuncta esse omnes privata intimaque experientia noverunt; in his, qui læditur, acriter dolet. Sed si omnibus his amissis anima non lædatur, multum ex doloris sustinentia meritum, & præmium, tenuissimum verò detrimentum reportabit. Dæmon verò pro his, quæ animum tangunt, pugnat; verbum blasphemix aut animi impatientis, & commotioris extorquere nititur: (verbo verò, quid levius, quid minoris ponderis, minorisve sensus videri possit?) Si illud primo certamine extorsisset,

nullos corporis dolores & cruciatus Iobo intentasset; imò neque eripuisset filios, neque oves, boues, camelos abstulisset; quin potiùs dedisset omnia regna mundi, si vel unico verbo, vel nutu illi morem gereret: Sicut novacula acuta (cujus aciem tenuissimam vix mollissima cutis perentit) facit dolum corripiat, ergo, me justus (Deus) in misericordia (auget enim & promovet sua correptione dolorèque inflictio Deus, quicquid in me boni est) Oleum autem (quod mollissimum videtur) peccatoris non impinguet (Hebræi. frangat, offendat) caput memi; nam cum suavissimo oleo, & quod sensum, tactumque levissimum habet permulcere studet adversarius, ne ictum, ne vulnus sentiamus; caput, quod optimum, primumque in corpore membrum est, perdere, frangere, comminuere, & meliora animi bona auferre conatur. Animam expetit Dæmon, corpus negligit; è contra Deus corpus permittit, animam servat.

Verumtamen animam illius serva. Hæc est exceptio, restrictiove potestatis permissæ Dæmoni. Serva, custodi; id est, perdere & destruere tibi non permitto. Sicut è contra Deus dicitur destruere, & perdere, quod non servat. Eleganter Gregor. hinc deducit nunquam justum ita permitti manui hostis, quin illius anima, & bona meliora sint in manu Dei, ut non tangat illos tormentum mortis. vide illum lib. 3. cap. 3.

Sed quid, animam servare, quid vè anima hoc loco significet paulò difficilius est. Et primò quidem Origen. Olympiod. Gregor. aliique post illos, pertinere existimant ad salutem animæ spirituales: placetque Cypriano Cisterciensi hunc esse primum & germanum hujus loci sensum: objicit sibi vir doctus, præter rem videri, & à narrationis decoro valde alienum, ut ubi de palma atque victoria concertatio est, interdicatur Dæmoni hominem vincere. Argumentum egregium & sua solutione multò fortius. nam respondet cum hæc sit parabolica quædam, & fictæ rei narratio, divinæ providentiæ arcana tantum significari afficis personis Deo, atque Satanæ. Sed quàmvis ea esset ficta narratio, non ne oportet

Psal. 51. 4.

Psal. 140. 5.

3

Gregor.

Sapient. 31.

Quid sit animam servare. r. expositio. Origenes Olympiod. Gregor. Cyprianus Cisterciens.

tuit narrationem fieri personarum, atque sententiarum decoro servato? quid, quod verum inter angelos colloquium initum fuisse supra ostendimus? tandem quoniam ex iis, quæ Demoni potestati permitti à Deo potuissent, animæ exceptio fit, vita autem spiritualis animæ illius manui tradi non potest, cum culpa sine propria hominis voluntate, & electione admitti non possit. Ergo dum anima servari jubetur, aliquid, quod ad corporis incolumitatem pertineat intelligendum profectò est. Denique Olympiod. hanc expositionem; his verbis explofisse videtur: *Nec verò id Deus mandavit Diabolo, ut in Iobi anima salute excubaret; nam qui tandem hostem à bene merendi studio suapte sponte natura abhorrentem tuè de anima præfecisset?*

Secundò, alii per animam significari existimant rectæ & integræ rationis usum, & deliberatum (quod vocant) iudicium: prohibuisse itaque Deum Satanæ ne Iobum infatuaret, aut mentis stupore quodam afficeret. Sic interpretatus est R. Salomon, quem refert Lyra; clare Didymus in Catena; non obscure Olympiod. *Principem animi partem ne attinge.* & apud Cassianum collat. 7. cap. 12. Serenus Abbas, dum explicat quemadmodum immundi spiritus vires suas in energumenis exercent, in illis (inquit) *membris, in quibus anima vigor continetur, immundus spiritus insidens, eisque importabile atque immensum pondus imponens, obscuritate teterrima, intellectuales ejus obruit, & intercipit sensus. Quod nonnunquam etiam vini, febrisque vitio, seu nimii frigoris, aliisque valetudinibus extrinsecus supervenientibus, videmus accidere. Quod ne beato Iobo diabolus, qui carnis ejus acceperat potestatem, moleretur inferre, præcepto Domini prohibetur dicentis, Ecce trado eum in manus tuas, tantum animam ejus custodi (id est) tantummodo eum amentem ne facias, debilitato anima domicilio, & intellectu in vaso, aut rationis organo, per quam eum tibi resistere necesse est, fauciat; neque obruas intellectum ac sapientiam resistentis, principale scilicet cordis ejus tuo pondere præfocans.* omnia hæc Serenus. Ergo hæc Iobi dementatio; dupliciter fieri poterat; primò disturbatis organis, & ad intemperiem redactis, ita ut benè ministrare rectæ rationi non

possent; secundò Demone ipso occupante, & possidente partes & organa corporis ministrantia rationi. Prohibet itaque Deus omnem fraudem in hoc Iobi cum hoste certamine; cum enim facile posset ab homine dementato extorquere quodcumque verbum citra ullam culpam, ut pote qui libere tunc non ageret, ait rem peragi oportere Iobo sciente, atque prudente & libere agente.

Si huic expositioni objicias, fieri non posse ut Dæmon vellet evertere Iobi sensum, & mentem; cum nullam aut certè sordidam victoriæ gloriolam comparare posset ex hominis furore & amentia; & qui apud Deum blasphemix, & peccati illius reus non esset; quam vis videretur, in cælum & in divina injurius. Responderi commode potest; Dæmonem tentaturum viis omnibus; an posset ab illo sciente & prudente, blasphemiam ellicere; sin minus, dementaturum hominem, ut videretur tandem quasi repugnantem & invitum adegisse ad blasphemiam, & ad verba in Deum contumeliosa. nam id est adversarii ingenium, ut aliquando permissioe sibi facta, viros justos possideat, & citra illorum culpam, & libertatem agendi ad externa opera turpissima adigat, quò falso licet videatur superasse, quos suæ libertati relictos vincere nunquam potuisset. Hæ sunt illius nocturnæ illusiones, quibus viros sanctissimos atque castissimos, dormientes licet, & nihil tunc libere agentes ludificare conatur immundus spiritus. de quibus vide Cassianum Collat. 22. Sed rem totam luculenter explicuit Didymus. *Quosdam (inquit) ob eas causas abditasque rationes, quas novit Deus, in mentis furorem, insaniamque incidere videmus. Quoniam igitur diabolus ad insipientiam justum deducere nitebatur, ut vel repugnantem ad verborum impietatem contorqueret. idcirco (inquit Deus) trado tibi, quem depoposcisti, ut ejus magis testata sit virtus, & ipse majore pudore perfundare. Verum enim mentis soporem insanitatemque ne adferas, cum mentis sanitate conservata in multorum perpeffione virtus sit ei ostendenda. Sanè hæc interpretatio placere mihi magis posset, si Anima pro vi intellectuus mentisq; iudicio soleret aliquando*

Objicitur præcedenti expositioni

Dæmonis pravitatis & ingenium

Cassianus. Didymus

Rejicitur præcedens interpretatio.

accipi

Olympiod. Rejicitur præcedens expositio.

4 Secunda expositio. Anima profacultate intellectiva & mentis sanitate.

R. salomon. Lyranus. Didymus. Olympiod. Cassianus.

Quibus modis Dæmon dementat homines

Mich. 7. 8. *Los ricos y poderosos bien y andan a que quierens boca. Proverb. 11. 30 *Mucho sabe el que sabe ganar voluntades.

5 Tertia expositio.

6 Quarta expositio. Anima pro vita.

An prohibe fuerit Dæmon letalem morbum Iobo inferre. vid. infra.

Quid indicet hæc adiligens vita Iob custodia.

Psal. 26. 3. Job. 13. 15 Job. 30. 24

Iusti non abiciunt vitæ spem.

Psal. 41. 6.

accipi in sacro sermone: accipitur quidem frequentèr pro parte animali concupiscibili, aut appetitiva, ut Mich. 7. *Magnus locutus est desiderium animæ; & qui suscipit animam sapiens est,* qui aliorum ad se alligit voluntates. sed pro facultate intellectiva, vix aut nunquam invenio: nisi fortè hoc loco dicamus accipi pro anima rationali; & sensu esse; Quæ ad corp' pertinent, non quæ ad animam, & ad ejus facultates tibi permittuntur.

Tertiò alii hoc loco accipiunt animam pro toto homine. certè anima frequenter totum hominem significat à principali parte, sed huic loco vix convenire potest; quomodo enim dicitur servari tot' homo, qui tam iniquè tractatus permittitur?

Tandem ergo ille est manifestus sensus, ut anima pro vita stet, licet enim de homine mortuo, nulla egregia victoria reportari posset, tamen invidus hostis, vellet de medio auferre, quem alia ratione superare non posset. Sed illud non caret dubitatione, an his verbis prohibitus quoque fuerit Dæmon letalem morbum inferre Iobo? de qua re, & an patientissimus Iob martyris gloriosissimum nomè palmæque meruit, ubi de illius vulneribus mortiferis, morbisque universis disputaverimus, dicendum nobis est.

Sed quid Deus velit tam diligenti vitæ custodia, cum clarior martyr evadere potuisset Iob, si mortem re ipsa tolerasset? Respondetur primò; Ea re clarè significationem atq; spem melioris fortunæ præbuisse Deum: nam ægroto dum anima est, spes est; non vult ergo omnino actum esse de Iobo, quem gloriosus post certamen triumphus manet. Quamquæ cum Iob non in sua tantum vita, sed in Deo spem collocaverit melioris conditionis, etiam vita amissa in spem erigitur. *Eriam (inquit) si occiderit me, in eum sperabo.* vid. c. 13. v. 15. & c. 30. super id, *verum tamen non ad consumptionem meam emittis manum tuam &c.* Solent iusti in summis periculis nunquæ abjicere vitæ spem illud scièntes, quod licet cruciandos permittat Deus, sed servat tamen animas: hac se ratione consolabatur, & animam suâ mærore dejectâ erigebat in spem meliorem, qui dicebat, *Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi,* (siquidem adhuc vita superstes est) salu-

tare vultus mei, & Deus meus.

Deinde ut declaret Deus quantæ sibi curæ sit suorum justorum salus, vita, incolumitas. Hac divinæ providentiæ cõsideratione nunquam vitæ spem abjecit David. *Pretiosa (inquit) in conspectu Domini mors sanctorum ejus. Pretiosa, rara, rarò Deus permittit justorum vitæ hostiù immanitati; cruciandos, affligendos, vexandos, sepè; at occidendos, & penitus de medio tollendos rarò: non facilè permittit vitæ eripi, nisi pro ingenti quodam quasi pretio divinæ gloriæ, & ipsius justis meritorum, & honoris lucro ex morte consequuto. idem rursus repetit Ps. 17. cum à violentia & oppressione tyrannorum, pauperum animas servandas Dei ope, & favore præmittit; *Ex usuris (proprie dolo, fraudibus, infidiis, vitæ discriminibus) & iniquitate (manifesta violentia) redimet animas eorum, & (quia) honorabile nomen eorum coram illo.* Hieronymus juxta Hebræum. *Pretiosus sanguis illorum coram oculis ejus. non facilè illorum sanguinem profundi patietur, neq; permittet impunè abire, qui illum profuderit. Præclarum est hujus divinæ providentiæ exemplum. 1. Reg. 23. cum Saul, persecutor est David in deserto Maon, & ibat Saul ad latus montis ex parte una, David autè & viri ejus erant in latere montis ex parte altera, porro David desperabat se posse evadere à facie Saul. ergo vita in extremam tegulam adducta, divina providentiæ factum est, ut in terram Israeliticâ fufus Philisthæis nütius veniret ad Saul, dicès, *Festina, & veni, quoniam in sudorunt se Philisthæi super terram, reversus est ergo Saul desistens persequi David, & perrexit in occursum Philisthinorum.***

Tertiò, quoniam ejusmodi homines, quorum fit salus & vita desperata, extremum quasi jam spiritum agentes, sunt propria divinæ bonitatis, divineque virtutis materia: eoque spectat Salvatoris nomen, quasi medicus sit illorum, qui in extremum vitæ adducti sunt. *Deus noster, Deus salvos facienti; & Domini, Domini exitus mortis. novit namque ille quibus viis, & semitis è mortis carcere, & vinculis expediri, & exire miser homo possit ad liberioris vitæ conditionem. cum quoniam neci potest totus Psalm. 141. *Vocem meam &c.* nam cum solus David latitaret in spelunca, viis omnibus à Saule occupatis atque præclusis, diceretque, *In deficiente ex me spiritum meum.* prop. ex Hebr. Cũ*

7 Quantæ curæ Deo sit suorum iustorum salus

Psal. 115. 15. Quid mors sanctorum pretiosa?

Psal. 71. 14.

Hieronymus.

1. Reg. 23. 26

Ps. 27. 23

8 Quorum sit desperata salus

solè esse oportuna divinæ potentie materia.

Psal. 61. 21.

Psal. 141. *Quando semet cubria el coraçon y semelalia el alma de puro temor y pena

involueret, aut cooperiret se spiritus meus. Hierony. cum anxius in me fuerit (spiritus) perit fuga à me (omnem videbam aditum, & spem fugi edii interclusam) & tu (tamé) cognovisti semitas meas (quibus evadere possim me licet ignorante, quò quâ ve iturus sim) Tu es spes mea, portio mea in terra viventium. q. d. te habeo vitæ meæ vadem, & animæ custodem. Pulchra est illa in hanc rem. Sapient. 16. observatio.

Sap. 16. 10. Iustus sepe è mortiferis morbis serva tos.

Impios levifimif morbis interdum sublatos

Ps. 141. 8

Filios tuos nec venenatorum draconum vicerunt detes; misericordia enim tua sanabat illos. mordebantur quidem, & urebatur veneno letali, sed non superabantur; ut in illorum salute tuam misericordiam, cui nihil insanabile aut deploratum est, sanatrice ostēderes; nemòq; justus quàmvis letali morbo affectus de tua providentia desperare possit: cum tamé impii, vel levissimis de causis sint sæpè sublatis. Illos enim (idest Aegyptios) Locustarum, & muscarum occiderunt morsus, & non est inventa sanitas anima illorum; quia digni erant, ab hujusmodi exterminari. Ergo inquit David, educ de custodia animam meam (atque ex summo discrimine in tuam custodiam recipe) ad constendum nomini tuo (ut te prædicem salvatorem hominis moribundi, & jam jam agentis animam) me expectant iusti, donec retribuas mihi. (namque iusti, qui de tua erga se providentia certi sunt, certò sibi suaferunt fieri aliter non posse, quin me ex supremo discrimine liberatum velis.) ergo servabitur Iobi anima, quamvis ad extremum halitum sit adducta.

Quartò illa servandè Iobi animæ causa à Chryf. indicatur, quòd jucundissimè Deo spectaculum præbeatur ab homine, dum cum calamitatibus, morbis, paupertate, doloribus, cruciatibus luctatur, & se victorem atque superiorem singulari virrute præbet. Observa, inquit (sic Chryf.) ne quid in vita ratione patiat; etenim si de medio eum sustuleris, Theatrum nobis non plaudet amplius. Id Antonio athletæ fortissimo conquerenti, quòd solus in periculossimo certamine relicto esset, Vbi (inquit) eras Domine? Respondit patronus atq; spectator antagonistarum omnium Deus; Hic aderam spectator tui certaminis, atque tuæ virtutis coronator. Theatrum dicas fuisse montè Moriam, in quo spectaculum exhibitur est Deo spectanti sacrificiù Isaac, quod ab Abrahamo parabat: ideòq; appellavit nomen loci illius,

Dominus videt. Gene. 22. & sicut Romani quondam imperatores immanes belluas undiq; còquirebant, & publicè alebāt, ut ludos exhiberent, in quibus gladiatores aut capite damnatos illis objicerent; tan toperèq; Bestiariis delectati sunt, ut prima ipsa luce ad spectaculū descenderent: ita sanè Deus impios in hoc mūdo velut in cavea feras, continet, Dæmones rugire, velut leones permittit, ut ludorū spectaculo sibi jucundissimo ipse delectetur. ut enim scripsit Aug. Omnis malus aut ideo vivit, ut corrigatur, aut ideo vivit, ut per illum bonus exerceatur. persecutoribus verò, aut Dæmonibus, non objicit Deus vilissimos, aut nefarios homines, sed optimos & fortissimos quosque, nò pæna capitali, sed vitæ beatæ præmio dignissimos: ita ut sicut quondà initio ecclesiæ, illa erat frequens vulgi adversus fideles còclamatio, Christiani ad leonem; ut Tertul. in Apologet. scribit, vel, Christiani ad bestias; ut idem auctor est, in Exhortat. ad cast. ita nunc ea sit Petri apostoli vox, Fideles, sancti, ad leonem. ideo sobrii estote & vigilate. & Sapiens etiam, Accedes ad servitutum Dei, ad tentationem, & pugna; ideo, prepara animam tuam. Deus verò, Quiescam (inquit) & considerabo in loco meo, sicut lux meridiana clara est, & sicut nubes voris in die messis. in folio (inquit) meo sedebo spectaturus gentè convulsam & dilaceratā, cū calamitatibus hostibusq; depugnantē; cui post laborum & erumnarū imbrē, atq; tempestatē lucem & serenitatē adferam; & post pugnandi æstū, suavissimum rorē, & præmia amplissima demetēdi facultatē. vel ex Hebræo, sicut calor, vel ardor, siccitatis super lucem. còsiderabo in quā ut radiis solis ardētis perurantur, & eos fortitèr perferant; qui nihilominus, illis erunt toleratu faciles, imò etiā jucundi, ac esse solēt messoribus nubes, & ros estivus. qui hæc considerat Deus incredibili ex nostro certamine lætitia perfunditur, & fuorū animas, ut diutius perdurare in certamine possint, servādas, servandam quoq; athlete sui Iobi animā præcipit.

Tandem illa non ultima hujus rei ratio est, quòd ex diuturniore certandi labore, illustriorem coronam, & ampliora præmia conferre velit athletæ suo Deus eleganter Chrysof. dixit Hom. de beato Iobo, Cadaver corrupti respicis, & horrescis sed ideo minor, imò nulla pæna, quod absens

Genes. 22. 14 Plin. lib. 8. c. 16. & 17. & Tertul. de Spectac.

Sueton. in Claud. c. 34

Aug. Ps. 34.

Tertul.

Eccle. 2. 1.

1. Job. 13. 4

IO

Deus gravior certamen offerit, ut cum latiora præmia largiatur Chryf.

anima

animi, at vero in Iobo, præsens anima, qua sentiret; ligata, ne fugeres. subjecta, ut doleret; compuncta, ut blasphemaret. de quo plura dicēdi frequens erit postea locus, & tempus. nec solum propter majus lucrum ipsius Iobi, sed propter suæ ecclesiæ ingēs bonum, & uberem patientiæ, & exempli fructum. si enim propter suorum electorum & ecclesiæ edificationem impiis vita indignis vitam Deus diuturniorē largitur; quid ni etiam eandem ob causam justorum animas servabit? certè sic dicit Deus Pharaoni. Exod. 9. Idcirco posui te, ut ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. Paul. Rom. 9. sic legit hunc locum; In hoc ipsum excitavi te: Septuag. propter hoc conservatus es. Amb. rectè eundem sensum esse dicit, sive legatur servavi, sive excitavi. & in hūc sensum explicat, quod dicatur Pharaon suscitatus, quia cum apud Deum mortuus esset, morique propter suam duritiē dignus fuisset, tamen ad tempus modicum servatus est, & mori prohibitus, ut sua pæna & variis plagis, vivus adhuc exemplo esset ceteris, qui Deo repugnarent: sicut medici in hominis morte dignis requirebant, quomodo vivis prodesset, videlicet anatonica dissectione, ut pæna morientis, proficeret ad aliorum salutem. multò igitur potiori jure, posuit Deus Iobum, excitavit, servavit hominem plagis mortiferis affectum, ut ostenderet in illo fortitudinē suā, & incredibilis patientiæ exemplo cunctis mortalibus prodesset. de qua re meminim in præfatione dixisse.

Deus suos iustos in ærumnis servat, ut præbeant patientiæ exemplum.

Exod. 9. 16.

Rom. 9. 17

LXX. Ambros.

In Præfat. c. 6

VII. Egressus igitur Satan à facie Domini percussit Iob ulcere pessimo à planta pedis usq; ad verticem eius.

VIII. Qui resta saniem radebat sedens in sterquilinio.

1. An Demon semel ab homine victus, eundem iterum hominem tentet Resutatns Origen. ex Theol.

2. Deus vitur Satana, vi tortoris ministerio. Sancti angeli non torquent iustos. 3. Demon minister efficiendorum dolorum. Quis angelus Satana colaphis Paulum. ex Augusti. & Hieronym. qui agrotat puerilia multa perpetuantur.

Egressus Satan. Ex hoc quod statim amiserit potestatem sibi à Deo factam iterum tentandi Iob, clarè colligi potest falsum fuisse Origenis dogma asserentis Dæmonem, qui semel ab aliquo sancto superatus fuerit, nec eundem, nec alium hominem aggredi, vel audere iterum tentare; sed quasi in spirituali bello à Christi militibus interimeretur, aut fugaretur, cessare ab impugnando; veluti si id ageretur lege, & jure singularis certaminis, & humani duelli: in quo qui semel victus est, non permittitur iterum victorem provocare. Certè Dæmon, qui superbissimus est, ubi nulla victoriæ spes affulget, cum hominem penitus sibi restitisse expertus est, rebus omnibus nihil mutatis, nunquam tentabit iterum in eadem materia eundem hominem. id quod in Christi servatoris tentationibus perspicere licet, semel enim eadem in re, illum tetavit, quòd nihil se proficere posse crederet, si secundò eandem rem suggereret; tandèq; consummata tentatione recessit ab illo pudibundus, victoris aspectū fugiens, iterumque superari reformidans. Cætermū, vel tentationis materia mutata, aut temporis vel rei, & dispositionis alterius meliorem opportunitatē nactus idem hostis eundem hominē sæpè tentat: quare hūc Dæmonē illum ipsum fuisse, qui initio certaminis Iobum impugnare cepit, & ad blasphemiam sæpè sed frustra tetaverit, rectè docuit Casian. collat. 8 c. 17. Rem hæc D. Tho. tetigit. i. p. q. 114. ar. 1. Mag. 2. d. 6. ubi iterū D. Tho. & Durand. Aegid. Rich. Alex. 2. p. q. 3 11.

Percussit Iob. Ex eo, quòd Dæmon non sibi, sed cuicumque tradi Iobum cruciandum postulaverit; sed non alteri quàm ipsi hosti permittatur, manifestum sit, Deum Dæmonis tanquam carnificis, & tortoris ministerio uti ad justos suos exercendos, & probandos: licet enim si in univèrsū loquamur, angeli tam boni, quàm mali, ministri Dei sint ad puniendum, vel afligendum tam justos, quàm impios; ut bene observavit Abul. 1. Paralip. 21. q. 70. nam eo capite, Angelus Domini, quem ex sanctis fuisse probabilius est, terrore, vel langore affecit David; & sanctus etiam angelus percussit femur Iacob. Genes. 32. sed tamen id frequentius est, & communi providentiæ lege sancitum, ut sancti angeli

Orig. hom. 5. super Iesum Nane.

An demon semel ab homine superatus, iterum tenet eundem.

Matth. 4.

Casianus. D. Thom. Magister. Durandus. Aegidius. Richard. Alexander

2

Deus Dæmonis tanquam tortoris ministerio vitur.

Abulensis Sancti angeli impiorū tortores. 1. Paralip.

Genes. 32

Dionys. non nisi temporalis supplicii, impiorum hominum, ministri & executores sint. Rem hanc docet Dionys. c. 4. divin. nom. part. 4. dicens, Nihil malitiae sanctos angelos contrahere ex eo, quod peccatores puniant. & Aug. 9. de civit. c. 5. ait. *Sancti angeli sine ira puniunt, quos accipiunt aeterna lege Dei puniendos.* Et idem sentit Theod. super id Ps. 77. *Immisiones per angelos malos* Hos enim supplicii ministros, neque naturae neque electionis nequitiam, habuisse dicit, sed eodem modo appellatos *malos*, sicut *malam* diem, supplicii diem vocamus. & idem cum Basil. & Appollinar. super id Ps. 34. *Et Angelus Domini persequens eos.* Sancti ergo angeli erant, qui subverterunt Sodomam, percusserunt Assyrios flagellarunt Heliodorum, Herodem, & impios illos senes Babylonicos apud Danielem. Quare verosimile existimandum est, quod Abul. asserit, ubicumque *Angelus Domini* nominatur in Scripturis, sanctum angelum intelligi. quamquam Hierony. super id Psal. 34. *Angelus Domini persequens eos*, spiritum malum intelligat ideoque dici *Domini*, quia *Dominus illum creavit, & Dominus illum habet in potestate.* Dæmones verò licet aeternorum suppliciorum ministri sint, tum etià sepe Deus illorum opera & ministerio peccatores corripiat (cujusmodi erat exterminator in Aegypto, Exod. 12. & spiritus nequam, qui decepit Achab. 3. Reg. 22. & ideò Apostolus. 1. ad Timot. 1. & 1. Corint. 5. *Satanae* cruciandos tradit peccatores; & spiritus malus invadens Saul. ita docet Hierony. super id Isai. 13. *Ego vocavi fortes meos,* Aug. 5. contra Julian. c. 3. Rupert, & Strabo. Exod. 12. ideò Dæmon vocatur *indignatio irae Dei* ψ. 77. & *Furor Domini.* 2. Reg. 24. ψ. 1. tamē exercitium & afflictionem justorum mandat Deus peculiari ter Dæmoni: is enim *colaphizat Paulum, & percutit Iobum,* & persequitur bonos quosque: neque enim id munus sanctis angelis, qui res hominum procurant, & nostris bonis gaudent, & quasi videntur de nostris supplicii dolere, de mandat Deus. Vide Chrysof. hom. de ascensione tomo. 3.

3 Sed quod peculiari quadam ratione Dæmon sit minister efficiendorum dolorum, & morborum, videtur dictum à Paulo. 2. Cor. 12. nam *angelum Satanae, qui illum colaphizat, stimulum carnis suae, do-*

lorem vehementissimum corporis fuisse, existimat. August. super Ps. 130. *Dolores autem corporum* (inquit) *plerumque immituntur ab angelis Satanae.* Hierony. autem ad Galatas. 4. hunc ipsum fuisse scribit gravissimum capitis dolorem, de quo accipiendum sit id, quod ad Galatas. 4. idē Apostolus scribit, *Tentationem vestram, quae erat in carne mea, non spreveritis, neque respiciatis.* quod videlicet Galatis tentatio fuit, an contēnerent eum sublimia promittentem, quem langoribus corporis subiectū videbant. Obiter illud observa corporis morbos, & dolores, viris gravibus atque severioribus molestissimos esse, ut potē qui illos efficiant ex viris, & senibus pueros, puerilia sectantes, & puerorum morte saepe ingemiscientes, saepe etiam plorantes. *Ne extolleretur* (inquit August.) *tanquam juvenis, colaphizabatur tanquam puer.* & rectē, nam ex tollentiae & superbiae, remedium oportuit ex puerili humilitate defumi. sic dolentem & gementem Iobum puerum appellat, qui dicit, *Parvulum occidit invidia.* Præterea cum Paul. decerneret pœna corporali incestuosum illum Corinthium afficiendum, quo resipisceret, censet *tradendum Satanae in interitum carnis* (id est) in corpore & carne vexandum; nam ejusmodi corporeae vexationis Satanas minister est. Nihil ergo mirum, quod statim ac permissus est, egressus fuerit Satan, & pro suo carnificis & tormentis officio *percussit Iob.*

Ulcere pessimo. Propriè, *ulcere malo*, quod conterit, frangit, affligit hominem, & nequiter habet; morbo maligno, qui vexat, & angit. vim expressit vulgatus; nam Hebraei superlativis carent.

A planta pedis usque ad verticem ejus. Vide tur proverbialis locutio, qua totus homo & uni versa membra significantur. eadem usurpatur Deut. 28. & Isai. 1. semperque ubi de gravissimo aut morbo, aut ulcere fermo est. de quo fuor à nobis disputatio, in situēda est.

Quis angelus colaphizans Paulum. August. Hieronym. Galat. 4. 14. August. Iob. 5. 1. Corin. 5. 5. Deut. 28. 35. Isai. 1. 6.



MORBORVM
QVIBVS IOB LABORA-
VIT. ENVMERATIO ET
CONSIDERATIO.

QVONIAM eorum, quibus Iob affectus fuit, morborum plurimorum atque difficillimorum explicatio gravissima, atque difficillima est, operę pretiū fuerit singulos per se considerare, atque enumerare; & tum ex ipsius ægotantis dictis, & querimoniis, tum ex optimorum medicorum, aut iudicio, aut conjectura, morborum, causas, genera, differentias, symptomata accuratius circumspicere; quod ad Satanae favitiam, & ad Iobi, incredibilem mansuetudinem & tolerantiam, ut par est cognoscendam magnopere interfit. Et quidem nostrum negotium agemus; nam, ut sapienter docuit Hippocrates, illi etiam, qui medici non sint, ægotantium & morborum historias rectē conscribere possunt, si probè ex singulis ægotis, quæ patiuntur, didicerint. quod illorum testimonio, qui Cnidas sententias conscripserunt, confirmat. Aegrotantis autem Iobi verba & querimonias attētè observabimus, ut vel hoc Medicinae præceptum observemus. sic enim præcipit; *Cum ad ægotum devenis, interrogare oportet, quae patitur, & ex qua causa, & quot jam diebus.* Viri verò sapientissimi verbis omnis fides adhibenda. non enim est de illorum ægotantiū turba, quos sic describit Hippocrates lib. de Veteri medic. *Suas ipsorum affectiones condiscere quomodo sunt ac desinunt, & quibus occasionibus auferunt, ac desinunt, cum idiota sunt, non est facile.*

Hippocrat. de Vinctus ratio. in morb. acutis. Hippocrates lib. de affectionibus. Hippocrates.

SECTIO I.
Non uno tantum mor-
bi genere, sed pluri-
bus IOB laboroffe.

- 1. Cum ulcere pessimo alii morbi ex eadem materia in diversis partibus. Quid vulnus super vulnus.
- 2. Multorum morborum materia communis atra bilis.
- 3. Morbos naturaliter inter se pugnantes in Iob fuisse.
- 4. Lingua à morbis excepta. cū serpente cognatio.

VL CERIS pessimi tantum hoc loco mentio fit, quod non ad plura, sed ad unum tantum morbi genus pertinuisse, facile constare poterit, ex his, quæ paulò post dicemus. Sed tamen cum hoc ulcere pessimo, omnem morborum, dolorumque cruciatum admiscuisse Satanae, latè persequitur Origenes; *Nulum* (inquit) *dereliquit supplicium, neque poenam, neque dolorem, putredinem, vermes, osium, divisionem, nervorum, fatigationem, membrorum debilitationem, atque totius carnalis compagine passionem, atque dolorem: jacere non poterat, sedere non valebat,* &c. Prosper de prædict. p. 1. c. 22. describit hominem, putrefacta totius corporis compagine, omnibus artibus solutis. idque ratio manifesta probat; nam eadem pravorum humorum disturbatio, & pugna, aut sanguinis corruptio in diversis corporis partibus, quorum temperies dissimilari est, apta etiam, atque potens fuit, efficere morbos diversos. quod elegantè docuit Hippocrates lib. de flatibus: *Morborum* (inquit) *omnium unus & idem modus est: locus verò ipse cor differentiam facit, quare videmus quidem morbos inter se nihil simile habere, propter diversitatem scilicet locorum, cum sit tamē una morborum & species, & causa quoque eadem.* Idque significari videtur, illis verbis, *à planta pedis, usque ad verticem ejus,* singula videlicet membra, singulis atque peculiaribus morbis infestata fuisse. tum etiam quia non eodem morbi genere, caro, cutis, ossa, viscera laborare possunt. Dæmon verò non solum *carnem* molliorem percutiendam poposcit, sed *ossa* etià & firmiores, atque solidiores quascumque corporis partes contundendas, & debilitandas. & quidem licet Galenus adversus Archigenē disputans neget vel credibile, vel possibile esse, ut unus homo omnes sui corporis partes affectas habeat, & singularum partium affectus fuerit expertus; hoc inquam licet verum sit in his quæ naturæ modum, & morè sequuntur, tamen in Iobi morbis, qui præter omnem naturæ consuetudinem inflicti sunt, aliter existimandū est. Hinc est, ut cum omni ex parte doleret, atque membrum omnibus sentiret se pungi, non una tantum lancea petiit, sed multis transfixum, & lanceariis undiq; obfessum conquereretur. cap. 16. *Circumdedit me lanceis suis.* multis etiam sagittariis corpus suum

I Cum ulcere admitti cruciatur omnes Origenes. D. Prosper. Hippocrates. Eandem materiam diversis membris diversum morbi efficere. Galenus lib. 2. de loc. aff. cap. 7. Iob. 16. 13.

propositum esse, tanquam scopum con-
tingendum crebris jactibus; *Posuit me sibi
quasi in signum*, pluribusq; sagittis susce-
ptis, aculeisque dolorum penitus infixis,
horridum quendam erinaceum; *Quoniam*
(inquit) *sagitta Domini in me sunt*. Eandem
verò corporis partem pluribus etiã mor-
bis, ut dicunt, complicatis affectu fuisse,
non solum ex Dæmonis sævitia & ar-
te nocendi suspicari, sed ex ipso Iobi te-
stimonio, cognoscere possumus. cap. 16.
Concidit (inquit) *me vulnere super vulnus*. qua
dicendi forma aliquando, etiam Hippo-
crates usus est, cum lib. i. de morbis ait.
*Quaecumq; necessitatem habent, ut sunt in mor-
bis ac vulneribus mala supra mala, ea ubi sunt,
in medicum culpam rejicimus, & necessitatem
alia fieri cogentem, non agnoscunt*. Sed Iobi
vulnus super vulnus, & mala supra mala non
in medicum, sed in salutis hostem sævis-
simum referenda. Illa autem morborum
& dolorum in eadem parte incurio, ad
gravissimam plagam, & percussione per-
tinet, cum scriptum sit: *Super quo percussam
vos ultra addentes prevaricatione* id est, cum
nulla corporis pars vacet sua plaga, no-
vis verberibus nullus videtur relictus lo-
cus: sed tamè nunc in Iobo vulnus unũ,
atque livorem, alterius suscipiendi ido-
neum locum esse sævisimus carnifex
existimavit; *Conscindens vulnere super vulnus
ad efficiendum dolorem acerbissimum*.

Multis autem atq; gravissimis morbis
materiam idoneam comparasse Dæmo-
nem, existimare oportet. illa inter reli-
quos humores noxios cum modum ex-
cedunt, atra bilis est, ulceribus pessimis,
lepræ, elephãtiasis, mæroribus, vermibus,
tumoribus, interdum etiam pleuritidi,
aliisque præsentaneis malis efficiendis
idonea.

Tandem non solum plures iidemque
diversi, sed planè contrarii morbi in Iob-
bo fuisse existimandi sunt. qui enim ex
communi naturæ lege, simul in humano
corpore inveniri nunquam potuerunt,
vel quòd ex causis contrariis oriuntur,
vel quòd unus morbus alteri soleat esse
medicina, aut alia ratione repugnare; si-
mul in Iobo, procurati, & effecti sunt à
Dæmone impediende unius partis actio-
nem in aliam, aut pravi humoris fluxum
concitante, vel prohibente; aut activa
passivis conjungente, aut removente. Ex
multis unum in præsentiarum exemplũ

fit, Ignis facer, & ardentes Herpetes, qui-
bus exurituro caro, & velut carbo nigri-
cat: ex quibus, nõ modo vermes, aut be-
stiolæ aliæ naturaliter gigni nõ possent,
sed si geniti essent, necessariò interirent,
& exurerentur; & tamè ardebat to-
tus, simulque sædi humoris copia pro-
fluente, scatebat vermibus; & exustus sa-
nie manabat.

Vnam ex omnibus membris linguam
communi ulcere & plaga exceptam ho-
stis servavit, quòd ex verbis Iobi victo-
riam sibi de illo polliceretur; rem hanc
tetigisse Iob ipse videtur, cum cap. 10.
ait. *Derelicta sunt labia tantum modo*, &c. de
quo ibi nos. & quidem sicut aqua ducta
ex aliquo fonte, intra angustos canales
contenta & pressa, si ex una tantum par-
te potestatem effluendi habet, nulla ve-
rò alia habeat diverticula, aut rimulas
per quas diffuat, vehementius erumpit,
& altius confurgit; sic cum morbis par-
tes omnes alias corporis Dæmon obstru-
xit, & commodas vitæ actiones impedi-
vit, id curare visus est, ut per os, & lin-
guam, quæ sola libera manebat totus dif-
fluere, & concitatoribus tumidi oribus
que verbis adversas cælum, & supremũ
numen efferretur. Et verò nihil mirum,
quòd adversarius linguam non tetige-
rit, cum qua illi conventio est, & germa-
nitas quædam. nam ille serpens est vene-
natus; at linguam serpentem quoque ef-
se illæ apud Iacobum notæ probant; *Lin-
gua medicum quidem membrum, universas ini-
quitatis, quam nullus hominum domare potest,
inquietum malum, plena veneno mortifero*.

SECTIO. II.

Morbis desperatis, atque mortiferis affectum I O B fuisse.

- 1. Iob insanabilibus morbis affectum fuisse.
- 2. Morbos quoque letales habuisse. Refellitur Cajetanus. Morborum letaliũ alia differentia.
- 3. Facies Hippocratica in Iob, alia etiam signa letalia in fronte, & oculis.
- 4. Iob fuisse martyrem, & quid sufficere videatur ad rationem martyrii.

4
Lingua excep-
pta.
Simile.

Iob. 10. 20.

Lingua cum
serpente cog-
natio.

1400. 3. 5. 6. 7. 8.

I

Origenes.
Iob habuit
in sanabiles
morbos.

Galen. de com-
pos. medic. per
genera lib. 6. c.
2. ibidem. ca. 5.
& li. 4. de meth.
med.

2
An morbos
letales pas-
sus sit Iob?
Hippocrat. de
nat. human. &
lib. 1. de morb.
Galenus.

Cajetani sen-
tentia nõ ha-
buisset Iob le-
tales morbos

Chrysof.

Athanas.

Quæ Dæmo
prohibet fuc-
tit circa va-
letudinem &
corpus Iobi.

CVM non sit eadem morbi insana-
bilis, aut mortiferi ratio, utrumq; si-
gillatim explicandum est. Et primò qui-
dem insanabilibus morbis affectum fuisse
Iobum Origenes his. verbis explicat;
Percussit (inquit) *insanabili plaga, in qua su-
persua erat, omnis medicorum peritia, atque sa-
pientia. Sicut enim nullum argumentum illu-
minare poterat tenebrosam atque lamentabilem
Aegyptiorum noctem, ita nulla medicamina cu-
rare poterant sevissimam illam Diaboli plagam*.
Galenus quidem docet, quòd leprosum
jam est, nullam curationem habere. me-
minit etiam ex Andromacho despera-
torum ulcerũ. his cum laborasse creda-
tur Iob, insanabilia fuisse credendum
est, atque ex eo genere, quæ à Galeno
maligna ulcera vocantur. de quo plura
statim.

Sed difficilius, an habuerit morbos, &
ulcera maligna, simulq; mortifera? Mor-
borum differentias, dubitatio hæc pos-
tulare videtur; & cum ex novem illis,
quas Hippocrates numerat, & Galenº in
medicis finitionibus explicat; Exitialis
morbus sit ille, qui prorsus exitium af-
fert, vel brevi, vel in plurimo tempore;
Cajetanus, in univèrsum affirmat, illis
verbis, *animam illius serva*, prohibitum ef-
se Dæmonem letalem morbum Iobo in-
ferre; *Quia* (inquit) *si egritudo mortalis illata
fuisset, non fuisset servata ejus vita*. Rem hanc
tetigit quoque Chrysof. cujus sententia
cum non omnino clara sit, sed existimo
tamen contrariã esse Cajetano: affirmat
enim Dæmonem tantum prohibitũ esse,
ne vitam auferret, quàmvis mortiferos
illi, pro permessa sibi potestate morbos
inferret. *Quia* (inquit) *verisimile erat, Dia-
bolum Iobo tanta perturbatione valetudinis fo-
re infestum, ut idem morbus ad corporis satis ef-
set interitum; idcirco observa* (inquit) *ne quid in
vita ratione patiaturo. Eò etiã pertinet, quòd
Athanas. in Apologo. de fuga sua; Qui in fu-
ga* (inquit) *moritur, non inglorius moritur: ac
proinde Iob magnus est habitus, quòd vivus tot
& tantas arumnas toleravit, quarum nullum
omnino sensum percepisset, si mortem sibi consci-
visset*.

Ego in hac re sic statuo; Primò, pro-
hibitum esse Dæmonem, ne in Iobum ir-
rueret, & per manifestam vim occideret.
Secundò prohibitũ esse, ne partes princi-
pes corporis, in quibº sunt vitæ functio-
nes necessariae, videlicet cor, aut cere-

brum, ita afficeret, ut necessariò inde
mors sequeretur; videlicet si copia vene-
nati humoris in cor influeret, aut tumor
vel phlegmon in eo fieret, quem nulla
ratione cor potest sustinere. Tertiò, per-
missum esse, ut eos omnes morbos effi-
ceret, qui ex specie aut potestate, malig-
nitateve sua exitiales essent, sed tamen
non necessariò preceptorii sunt: exitia-
les enim illi dicuntur non, qui semper,
sed, qui magna ex parte interimunt: quòd
si etiam naturaliter mortem adferrent,
posset tamen illos Dæmon cohibere, ne
cor invaderent, aut principem aliquam
corporis partem sua gravitate & virulẽ-
tia opprimerent, videlicet locali separa-
tione, aut conjunctione humorum, aut
sanguinis. habuit itaque morbos ex spe-
cie & ratione sua Acutos, & qui aliis bre-
vi dierum periodo exitium afferre solent;
ut si pleuritidem dicas, aut febres arden-
tes, anginam, fauciumque phlegmonem;
tamen etiam, quos diuturnos appellat,
tabem; renum morbum, marcorem: Ma-
lignos, & periculosos, exitiales denique,
non solum quod, qui per se leves & eva-
porii essent, conjuncti simul internecio-
nem efficere possent; sed quòd per se,
quisque mortifer esset. denique non so-
lum, ut medici dicunt, imagine magno,
quale ulcus erat, multum spatii, (id est)
totum corpus occupans, sed etiam re ip-
sa, & effectu gravissimos, videlicet ner-
vorum, musculorũ, aliarumque partium
internarum contusionem atque dolorẽ.
Res hæc clarissima est audiẽti Iobi quæ-
rimonias, & desperatorum morborũ enu-
merationem; deprecationem mortis; tæ-
dium vitæ. illud etiam crebro repetit, se-
tantis doloribus & morbis sustinendis
non esse parem; *Qua est enim* (inquit) *for-
titudino mea, ut sustineam? nihil sibi spei ad vi-
tam ex plaga gravissima relictum esse;
Dies mei consumpti sunt absque ulla spe. &
iterum; Desperavi, nequaquam ultra jam vivã
valde sibi exiguum vitæ spatium conce-
di. Si mane me quaesieris, nõ subsistam. &. Num-
quid paucitas dierum meorum finietur brevi? &
Spiritus meus attenuabituro, dies mei breviabun-
tur, & solum mibi superest sepulchrum. Quòd
si etiam medicorum judicium consule-
re libet, certè Hippocrates scribit, *In
acutis febribus convulsiones, & circa visce-
ra dolores fortes, malum. Visceribus
autem doluisse, & æstuassee febrim, ex ip-
sius**

Morbi letā-
les sed non
necessariò pe-
receptorii in
Iob.

Enumeratio
specierũ mor-
borum in ge-
nere quibus
Iob laboravit.

Galen. in suis,
med.

Iob. 16. 11.

Iob. 6. 7. &
16. 21.

Iob. 10. 20.

Iob. 17. 1.

Hippo. 4. aphor.
66. & 67.

fius Iobi testimonio paulo post videbimus. rursus idem docet, *in febribus ex somnis timores, vel convulsiones, malum.* Iob verò sic conqueritur: *Terrebis me per sônia, & per visiones horrore cœcutis.* eo verò aphorism. loco hæc scribit Galenus; *Sanè nos sæpe vidimus in morbis exitiabilibus, & timores, & labores, & convulsiones ex somno fieri.* de quo statim quædam alia. Quid quod etiam summa intestinorum difficultate laborasse, constat ex illo: *Effudit in terram viscera mea.* atque illam ex atra bili provenisse, quæ communem omnibus his materiam subministrasse videtur, verosimile est. de hac verò sic statuit Medicina: *Difficultas intestinorum, si ab atra bili incæperit, letalis est.*

Tandem si ex facie prognosticum faciendum est, & ducenda verissima conjectura, fuerint ne morbi letales, nec ne, eum certè faciem Hippocraticam habuisse cõperiemus. sic enim jubetur Medicus vultum ægroti considerare, sit ne similis bonè valentium, potissimum sui, ita enim optimus erit: si verò quàm maxime cõtrarius simili sit, horrendissimus est: addit eo loco Gal. contrarium vultu simili esse, qui nequaquam nobis sit familiaris. Quis verò ignorat, Iobum ita deformatu extitisse, ut sui dissimili vultu, & nequaquam ejus amicis familiari extiterit, ut cum eum vidissent, non agnovissent? Deinde *cutis circa frontem dura, intenta, arida, & color totius vultus viridis, aut niger;* nigrum autem esse pessimum, eo loco Gal. docet. eoque vultum reddi exitiosum, & cadaverinum. hæc in se fuisse, testis est Iob. cap. 7. *Cutis mea aruit & contracta est.* cap. 30. *Cutis mea demigrata est, super me.* illa præterea exitialis ex oculis nota est, si *sublimes* (id est instabiles & subinde commoti) *tumidi ve oculi sint, aut si pervertantur, aut nolentes illachriment.* non ne hoc, *illud est, Facies mea, intumuit à fletu, & palpebra mea caligaverunt?* non ne illud ad sublimes & perversos oculos pertinet, *Quid te elevat cor tuum, & quasi magna cogitans attonitos habes oculos?* denique respirandi difficultas, non nisi mortem prænuntiare poterat. Sed jam ad singula veniendum est.

Hinc colligitur, dignum esse viru patientissimu Iob, qui inter martyres numeretur; nam, ut quidam docti Theologi existimant, sufficit ad martyrium, ac-

cepisse vulnera letalia, ex quibus naturaliter mors sequeretur, nisi miraculum, aut alia quæcunque ratio obfaret; sicut etiam propter Virginis sanctissimæ incredibiles compatientis dolores, non solum martyr, sed plusquam martyr, prædicatur ab Anselmo, Sophronio, Bernardo, Ildefonso. Tum etiam, quia, ut Chryf. dixit in Psal. 127. *Patientia est, qua martyres facit.* & quod difficillimum esse iudicatur, in mediis doloribus, qui ad blasphemandam, & ad irascendum impellunt, ita se continere, ut nihil indecorum & inhonestum dicatur; hoc (inquit) *facit martyrem.* Quare tum hoc loco vocat Iobum martyrem; tum etiam hom. 1. in 2. ad Corinth. 1. q. sexcentis martyribus graviora passus fuerit, & per omnia rerum genera luctatus palmam obtinuerit; per opes, per liberos, per corpus, per uxorem, per servos, per amicos, per hostes, per famè, per insomnia, per fœtorè. hom. verò 25. ad populum Antiochen. non cum uno tantum martyre comparat, sed cum infinitis.

SECTIO. III.
Ulcus pessimum. Phagedæna. Ignis facer. Erisipelas. Cancer. Animi deliquium.

Quale Ulcus Iobi. & quid proprie significet ex Heb. & Græco. Aegyptiorum Ulcus ex Philone descriptione. 2. Unde provenerit ut à planta pedis usque ad verticem ulcerosus fuerit. & quid Ulcus pessimum, sive malignum. 3. Quæ alia prava affectio nes cum Ulcere pessimo conjuncta.

HOC ulcus in fonte est, *Sechin*, & simili modo vertitur à Vulgato, Exodi 9. *Ulcera, & vesicae turgentes.* Septuag. *Ulcera vesicae effervescentes.* Pagnin. *Germinans inflationes.* Tygurina. *Apostema generans ulcera.* Vatab. *Scabies producens pustulas, vel, vesicas turgentes.* Eadem voce mentio hujus ulceris fit Deuter. 28. *Percutiat te Dominus ulcere Aegypti, & partem corporis, per quam stercorea egeruntur scabie quoque & prurigine, ita ut curari nequeas.* Philo. 1. de vita Moyf. hec ulcera. *phlyctenas.* vocat, est

Beatissima virgo martyr

Chrysof. Patientia martyres facit.

Iob per omnia rerum genera luctatus.

I

Exod. 9. 10. LXX. Pagninus. Tygur. Deut. 28. 27.

Φλυκται ηος

autem Hippocrati, *phlyctena* eruptio in cute ex superfluo humore, aut tumor sive tuberculū in cute ex adustione. Alii ardorem, alii inflammationem vertunt illam vocem, *Sechin*. Illa ergo videtur esse propria significatio, ut sit ulcus, & apostema ex ardore proveniens ferventis & acerrimi humoris. R. Mar dochai ait esse *ulcus proveniens ex caliditate.* addit verò R. David non esse ulcus proveniens ex verò igne, nã hoc alio nomine dicitur *Micya*, id est, combustio; videlicet pustula, aut tumor ex vera ignis adustione proveniens. quod autem illud ulcus ardens sit, manifestè indicatur, in Exod. voluit enim Deus fieri conspersione ardentis cineris, quasi præmissio ejusdem naturæ & qualitatis signo: *Et dixit Dominus ad Moysen, & Aaron, tollite plenis manus cineris de camino, & spargat illum Moyses in calum coram Pharaone, sitq; pulvis super omnem terram Aegypti, erunt enim in hominibus & in jumentis ulcera & vesicae turgentes.* quæ qualia fuerint, accuratè descripsit Philo. li. 1. de vita Moyf: *lactavit in acrem, moxque pulvis excitatus, & longè lateque dispersus hominibus, brutisque, dira per totam cutem inussit ulcera, carnibus simul inumescentibus, & scedis pustulis scatentibus, ac si succensa clam efferveret. quo crutiato sicut par erat in exulceratione ac inflammatione, oppressi, non minus animo laborabant, quam corpore miserè vexati doloribus: videbatur enim unum ulcus à vertice usque ad imos pedes, his, quæ membratim sparsa erant, continua serpentine in unū coeuntibus.* Sic Philo. Ferè eadem de ulcere Iobi. Chrysof. *Perfecit (inquit) ut ulcus esset unum unaque plaga corpus ejus universum.* Quod ulcus, nò ulcera dicantur, sic ponderat Orig. *Propterea (inquit) una plaga memoratur, quia totum corpus & omnia ejus membra uno contexit ulcere, atque ad unum convertit dolorem.*

Potuit autem hoc genus luis serpere per totum corpus, à *planta pedis usque ad verticem capitis*, quia id genus pustularum aut vesicularum à ferventibus & acerrimis humoribus ortè, toto corpore nascuntur, ut inter alios Gorræus tradit; atq; adeo etiam in oculi membrana cornea, quæ primùm vesicæ in morem attollitur ab acri quodam humore, deinde verò excoariatur, & oculum purulentu reddidit. Sed non esse cutanea tantum ulcera, sed profundiora, & sinuosa Græci explicatiùs tradunt. in primisque Chryf.

dicit corpus ejus plagis perforatum; fuisseque ulcera vermium fontes, & tabifici humoris rivulos. Quare ex illo genere fuisse videtur, quod Gal. Phagedænam appellat, quæ carnem, quæ circum est perodit, & depascitur, & circumjectu habet tumorem: nam hujusmodi ulcus in quacumque corporis parte inveniri potest. Chironia, & Telephia à medicis appellantur; à Chirone; qui ea ulcera aliquando sanavit; & à Telepho, qui illis affectus fuit, ut autor est Gal. communi nomine *Cacoetha* dicuntur (id est) maligna. Malignum autem ulcus ipsum est, quod hic dicitur *pessimum*, & in Originali, *malum*; Septuaginta verò *malignum etiam ulcus* dixerunt. hæc sunt contumacia, rebellia, diuturna. ea verò quibus Iob laboravit ejusmodi fuisse, ardor, prurigo, inflatio, sanies, virulentia, exasio carniū, fætor, denigratio aperte testantur. indicant præterea magnam fuisse partium subjectarum intemperiem, affluentiam corrupti sanguinis, ulceru labra dura, & callosa, cæcos sinus & cavitates, è quibus ægrè excerni & purgari posset sanies, & ichores, qui detenti exedunt, & mordēt. quæ omnia cum sanitati repugnant; tum verò illud quod abditum est, & in statibus pestilentibus inveniri solere Avicenna tradit, cõtumacioris malignitatis causam, in Iobi corpore Dæmon effecerit.

Cum hoc ulcere ardenti verosimile est, conjunctum fuisse Ignem sacrum, quem vulgo appellant, *Fuego de S. Anton*, qualis in statu pestilenti gigni solet, ut 3. lib. de morbis vulgaribus auctor est Hippo. atque eo loco. 3. part. senten. 9. Galen, explicat: nam eum sacrum ignem (præsertim cum perfectus non est, neque partè corporis penitus vitiavit) plerumq; comitabantur febres ardentes, cibi fastidiu, alvi turbata, sitis, tabes, faucium ulcera, vox vitata, ulceru fluxio, multa & varia, tubercula; magnæ inflammationes, ossiu denudatio; quæ in Iobo singula fuisse mox constabit.

Potuit etiam vel omnia, vel aliqua ulcera Erisipelas comitari, atque ardentes & dolorifici tumores, sive potius Cancer, qui ab atra bili fit, qui per totu corpus serperet, & plenum redderet tubero sitatibus; neque mirum, nam similia esse illa omnia ulcera, quæ sunt putredini obnoxia, & difficulter ad cicatricem per-

Gale. de tumor. prater natur. cap. 13.

Galen. in Med. cap. 16.

Galen. lib. 2. method.

Ulcus pessimum malignum ve. LXX.

Avic. 4. 4. tra. stat. 3. cap. 10

3

Hippoc. Galen.

Erisipelas.

Cancer.

ducun-

Iob. 7. 14.

Hippocrates. li. 4. aphor. 24.

3 Facies Hippocratica. in Iob.

Hippoc. 1. Prog. 5.

Iob. 2. 12. Prog. 7. Alia in Iob letalia indicia

Iob. 7. 5.

Iob. 30. 30.

Prog. 10.

Iob. 16. 17.

Iob. 15. 12.

4 Iob martyr. Vignier.

Galenus. ducuntur, videlicet, cancrofa, Chironia, Telephia, & Phagædanica, Gal. docet. 5. aphor. 22.

Animi deliquium. Cum his quoque necesse fuit frequens animi deliquium conjungi, cum ex medicinæ regula hæc omnia sint defectus animi cauffa, & vitalis roboris diffolutio, maligna in articulis ulcera, omniâq; gangrenofa, & depafcentia; atque illud Iob ipfe indicat, cum crebrò repetit, *attenuari fibi fpiritum*, mortem inftare, cordis & totius corporis vires deficere. c. 17. v. 1. & c. 7. v. 8. & 21. & aliis locis frequenter.

SECTIO. IIII.

Lepra. Scabies. Elephantiafis. Pruritus.

1. Lepra cum ulcere conjuncta, & cum scabies, & pruritus. Iob leprofus. Tangendi verbum ad lepram referri. 2. Iobum laboraffe Elephãtiã.

trãfi. illius descriptio ex Plinio Iobo conveniens. Regibus Aegypti, forte etiam Arabibus, & Hufis peculiare illud malum.

ILLVD ulcus, quod, *Sechin*, in Hebreo dicitur, cum *Lepra* conjungitur, Levit. 13. 18. 19. 23. & Deut. 28. cum *scabies* & *prurigine*; sed nõ dicitur esse ipfa lepra, aut scabies, sed ex eadem lepræ cauffa proveniens. sic etiam Galen. hæc omnia conjungit, Phagædanam, scabiem, leprã, elephantiafim: & scabiem atque lepram, esse melancholicos affectus folius cutis; quod si in venis & carne fiant, Cancrum nominari. Leprofum autem Iobum fuiffe fcribit Aug. sermon. 32. ad fratres in eremo. dicere ergo possumus laboraffe Iobum non lepra tantum cutanea, sed lepre genere moleftiffimo, & peflimo: quale Greg. describit homil. 39. in Evang. *Quid* (inquit) *in humana carne abjectius carne leprofi, qua tumefcentibus vulneribus scinditur, & exhalantibus fætoribus impletur?* Inter alios autem morbos hunc fuiffe à Dæmone expetitur, intelligere licet ex illo verbo, *tangendi*, quod in fonte est, *Nagab*, & ad lepræ plagam frequenter accommodatur. ut Ifaiã. 53. cum Christus Dominus in passione sub leprofi typo describitur, ea circumlocutione, *Quasi absconditus vultus ejus*. jubebatur enim le-

profus, *os vestimento contegere*, & vultum abscondere. infra additur, *Reputavimus eum quasi leprosum*; Hebr. *taftum*, vel *percuffum à Deo*. & 2. Paralip. 16. *Cum orta est lepra in fronte Ozia regis, territus sensit illico plagam Domini*. prop. percuffionem, aut taftum.

Illam autem fuiffe etiam Elephantiafim, aut cum ulcere hanc quoque conjunctam fuiffe, auctores sunt Chryfoft. Appol. Philip. Beda. quod lepra genus infestum, non solum cutem, sed carnem etiam depafcitur; & elephantiafis nonnullis ulcera contingere Gal. auctor est. reddit autem hic morbus corporis cutem & carnem nigram, qualem elephãtus habet. Hanc affectionem Satyriasmò nominari docet Gal. loco indicato, quod, qui ea laborant, Satyris fiant vultu fimiles. & lib. de cauffis morb. cap. 7. ait. Elephantem morbum manifestè figurã immutare; refimatur enim nafus, & labra crassa fiunt, & aures extenuantur, atque Satyrorum effigiem præ se ferunt. unde Gordonius non est aufus indicare ægrotum quendam elephanticum, cui articuli ferè omnes deciderant; quoniam nulla habuit in facie immutati coloris, aut deformitatis signa. Propterea Plin. lib. 16. cap. 1. ex his notis hunc morbum describit; à facie sæpius incipere, & primùm in nare, mox invalescere per totum corpus; maculosum, variis coloribus, & inæquali cute, alibi crassa, alibi tenui, dura, ceu scabie aspera: ad postremum verò nigrescente, & ad ossa carnes apprimente; intumefcentibus digitis in pedibus, manibusque. Aegypti peculiare hoc malum fuiffe, & Reges quoque eo laborare solitos, eodem loco idem Plin. auctor est. quæ omnia rectè conveniunt cum his, quæ Iobus de se ipfo testatur; nam denigratam cutem deplorat, ca. 30. v. 30. cutis duritiem, & asperitatem rugarum ca. 16. v. 16. omnem pulchritudinem cutis devorata & consumptam cap. 18. v. 13. ad ossa carnes appressas, videlicet in quibusdã corporis partibus depressioribus, & consumptis carnibus pelli ossa adhæfisse. cap. 19. v. 20. refimatum nafum, & immutatam figuram, cum illum amici non agnoscebant. cap. 2. v. 1. pedes tumentes cum ait positos in nervo pedes, cap. 13. v. 27. labra crassiora, cum absumptis reliquis partibus, sola circa dentes labra relicta esse dicit, c. 19. v. 20. Hunc verò mor-

Levit. 13. 45.

2. Paral. 26. 19 & 20.

2

Elephantiafis Chrysoft. Appoll. Phil. p. Beda.

Galenus.

Galen.

Gordon. li. 1.

Plin.

Elephantiafis Aegyptiis, & Regibus peculiaris.

Plin.

bum

bum non carnem solum, sed ossa etiam pervadere, & univerfas corporis partes oppiere pravo & atrabiliario humore, & sanguine quodam plumbeo noxiòque fucco Fernelius docet. quod etiã in Iobo fuiffe res ipfa ostendit, cum Dæmon percutienda depoposcerit non solum carnes, sed ossa etiam. addit præterea illa elephantiafis signa, quæ in Iobo fuiffe dicitur, fertis verbis traditum est, gravis halitus, difficilis respiratio, carnis absumptio, musculorum tabes, somnia moleftiffima, mæror, incubi, & anxietas; & illa etiã, quæ in Iobo etiam fuiffe existimare licet, defluviũ capillorum ex mæto, ciliis, palpebris; digiti hiscentes præ siccitate, ungues fissi, & dilacerati, cum testa faniem radere cepit. de quo cũ de sanie, & testadixerimus. Atque illud etiam rem hanc confirmat, quod verifimile fit, sicut in Aegypto, ita etiam in Arabia, & Syria, hunc morbum familiarem fuiffe; atque voluisse Dæmonem eo morbo, quo Reges alii superbientes solebant à Deo puniri, Regem sanctiffimũ affligere, & cruciare. hujusmodi lepram iliam Constantini fuiffe vel ex verbis Plinii rectè colligit in suis annalibus Baronius. nam humano sanguine regum elephantiafim curari scripsit Plinius; Constantinum autè suæ lepræ ex puerorum sanguine balneũ parari jussisse, memoriæ proditum est.

Ioan. Fernelius lib. 6. de partium morbis.

Infra. c.

3

Baronius. Plinius.

SECTIO. V.

Lues venera. Arthritis, seu articularis dolor.

1. Iobum laboraffe morbo Gallico quorundam sententia, & conjectura. 2. Iobum non potuisse affici eo malo aliorum sententia. 3. Difficultatis solutio statuta. 4. Quo tempore in Hispania cepit morbus Gallicus. hujus cum Elephantiafis cognatio. 5. Podagra, Chiragra, Ischiade, & totius corporis articulari morbo doluisse.

I Vatabl. Cypri. Cisterc.

VATABLVS, quem Cyprianus Cisterciensis sequitur, aut elephantiafim, aut verò scabiem, quam vocant, Indicam, morbumve gallicum fuiffe existimat ulcus illud pefsimum; eumq;

significari voce original; ratio eam Vatabli conjecturam confirmare videtur. nam ex medicorum judicio is affectus cõtagiosus cum ulcere, aut immani cruciatu variis locis emergit, ac sæpè extuberat; in corpus omne spargitur, & non solum carnem, sed partes etiam solidas pervagatur, universamque corporis substantiam pervertit. Rectè itaque dicitur, qui tanta peste laborat, à planta pedis usque ad verticem dolere. nam ossa vitiuntur, & nervi, vincula, tendones; maligna excrementa, in ossium juncturas se insinuant, & efficiunt cruciatu implacabiles, qui noctu ferè ingravescunt; conficitur corpus doloribus, vigiliis, dira tabe. quæ omnia in Iobo reperiri non difficile fuerit demonstrare: Nocte (inquit) *os meum perforatur doloribus*. & universam corporis substantiam à recto statu dimovere voluisse adversarium verosimile est; atque ea etiam ratione, & morbo fœdissimo, qui cum scortatorum, & turpissimorum hominum flagellum sit, virò sanctissimo & honestissimo, ignominiòssimus, & acerbissimus existeret. ita ut nõ incommodè in hanc rem quadret illud Sophiar scoma: *Ossa ejus implebuntur vitis adolescentia ejus, & cum eo in pulvere dormient*.

Iob. 30. 17.

Iob. 20. 11.

2

Sed aliis minimè placet hunc morbum in Iobum cadere potuisse, qui ea tempestate nondum existeret. existimant enim ferè medici omnes singulari consensu, esse morbum nostræ ætatis proprium, aut propter vitium humanæ licentiæ novum, aut propter novum cælorum influxum. Sed medicis quæstionem illam relinquamus.

Iobum non potuisse affici morbo gallico aliorum sententia.

3

Ego de Iobo affirmare audeo, potuisse hoc morbo laborare; nam Dæmonis arte, qui humani corporis temperiem, & humorum vim penitus cognoscebat, potuit ad ejusmodi intemperiem adduci, ut in malignam illius morbi naturam humores degenerarent; præsertim cum nunquam non alicubi gentium eum morbum semper pervagatum fuiffe, mihi pro certo habeatur, vel ex ipsa medicorum ratione, statuentium à contagio fieri, nam vel abeundum in infinitum, ita ut nunquam in cepisse deprehendatur; vel sine contagio fieri potest, disturbatis humoribus & ad insignem intemperiem adductis. Quod si ea, quæ hujus morbi apud

Quid de questione ista censendum.

nostrates

4


Quo tempore caperit in Hispania morbus Gallicus. Huttenus lib. de Guayaco. Manard. lib. 7. epist. medic.

nostrates origo traditur, vera est, re quoque confirmare potest. ajunt enim viri docti Huttenus & Manardus cepisse in Valentia Hispaniae Tarraconensis, quo tempore Carolus Francorum Rex expeditionem Italicam parabat; cum elephantiosus quidam nobilis miles ad nobile Scortum accederet; quicumque igitur deinde ad mulierem ingressi sunt, eo malo infectos fuisse, elephantiasis in illud degenerante. Igitur Iobi elephantiasis non longe ab ista lue abfuit, neque Dæmonis sævitia ab illa procuranda.

Illud Rei præcedenti simile, simile etiam verò est Iob laborasse podagra; nam est cum lue venerea sua huic morbo cognatio. quapropter Poëtæ Græci fecerunt Podagram Bachi, & Veneris filiâ. & quidem lues venerea internodia, id est partes artuum intermedias; articularis verò nodos ipsos & articulos occupat. Cum autem Podagram dico, potissimum pedes, sed non tantum illos vexatos, verum etiam manus, femora, & coxas intelligo. Laboravit igitur Chiragra quoque, Ischiade, & universi corporis articularum dolore, pravo humore se se insinuante inter articulos, & articularum tendones, ligamēta, membranas. Hunc Græci morbum Arthritim vocant. Signa hæc. i. quod vlcus illud pessimum ex ardore proveniebat; at hoc morbi genus de inflammationum genere est ex Medicorum sententia. 2. quod pedibus planè se laborasse restatur dicens: *Posuisti in nervo pedem meum.* at hic morbus à pedum articulis, calce, aut planta potissimum incipit Galeno auctore.

3. Quod à Satana commovente humores & conjungente activa passivis potuit facilè pravus humor immitti, & apprimi ad articularum juncturas, & manu Dæmonis exprimi, ut guttatim destillaret. cum sit è genere fluxionum auctore Galeno, & propterea vulgo gutta appellatur.

4. Quod sicut Podagricis evenit, ut manuum & pedum articulis sua sede dimoveantur, claudicentque; ita etiam omnium articularum vitium deplorare videtur, dicens: *Ad nihilum redacti sunt omnes artus mei.*



SECTIO VI. Vermes. Morbus pedicularis. Aegyptiæ plage.

Table with 2 columns: 1. Iob Vermibus scaturisse Patrum sententia. 2. Vermium tum externorum, tum internorum signa in Iob. 3. Pedicularis morbus in vermibus & serpentibus intellectus. Herodis interitus qualis. 4. Muscus atque locustis infestatus Iob. 5. Pedicularis morbus è Iobo acerbius, quo dignior insignis improbitatis hominibus.

VERMES & putredinem uxor ipsius Iob objicit apud Septuag. cum cap. 2. ait: *Tu in putredine vermium sedes.* & ipse Iob indicare videtur cap. 7. & 30. *Qui me comedunt, non dormiunt.* de quo sic Tertullianus lib. de pat. *Dissecabatur Diabolus, cum erumpentes bestiolas inde in eisdem specus, & passus resossa carnis ludendo revocaret.* quo loco miratur Pamelius unde hoc habuerit Tertullianus, cum non fiat in Iob alia vermium mentio, quam cap. 17. sed mirum esse non debet, quod apud omnes ferè Ecclesiæ patres vulgatum & constitutum est. Cypria. lib. 3. de bono pat. & Orat. de mortalitate. Aug. lib. de pat. cap. 11. Chryl. hom. 5. ad pop. Antioch. Prosper de prædict. 1. part. cap. 22. Basil. in catena. Olympiod. Suidas in Iob. & illud peculiare scripsit Orig. in illos vermes se Dæmones vertisse. eandemque rem Septuagint. expresserunt in illa uxoris oratione: *Tu in putredine vermium sedes, &c.* Et frequetèr hoc loco interpretes: *Qui illud: Putredini dixi, pater meus est tu; mater mea & soror mea vermibus;* non solum ad futuram cadaveris putredinem, sed ad præsentem etiam foetidissimi morbi statum, & ad vermiculosa ulcera pertinere existimant; tum etiam ad eos vermiculos, qui in auribus, naribus, crebrò generari solent oppidò infesti & noxii rejiciuntur enim sæpè, ut medici docent, & experientia constat, ex ventriculo, intestinis, vesica dētibus, renibus; quorum signa in Iobo reperta fuisse facilè constabit; quippè illa sunt, quæ Jacobus Hollarus enumerat, febres horridæ, anhelitus frætès, tussicula inanis, & sicca, nausea, fastidium: & si in superiori ventriculo

I LXX.

Iob. 17. 14. & 30. 17.

Pamelius.

Cyprian. August. Chryso. Prosp. Basil. Olympiod. Suid. Orig.

Jacobus Hollarus lib. 1. de morb. int. cap. 5.

Hippo. 6. Aph. Galen. Paul. lib. 3. cap. 11.

Galenus libro 10. de comp. med. secund. loc. cap. 1.

Galenus libro de comp. med. sic. per ge. c. 2.

Hippo. Aph. 6. Aph. 59.

3

An Iob laboravit morbo pediculari. Gal. de cõp. medica secundum loc. c. 7.

Iob. 30. 18.

Pherecides morbo pediculari consumptus.

Arist. 5. de hist. anima. cap. 32. Plut. in syl. Aelia. lib. 4. de varia. hist. cap. 28. Plin. lib. 7. cap. 51. Mercurialis. Serenus.

Herodes morbo pediculari consumptus, Erasmi. in anno. Philip. Beda.

Iob. 6. cap. 4.

LXX. Iob. 6. cap. 4.

4

Iob passum fuisse Aegyptias plagas.

sint, chilum consumendo corpus minuit & absumunt; aliquando etiam famem efficiunt, & syncopen mordendo. Corporis verò cõsumptio, fames, nausea, gravis spiritus, febris in Iobo fuerunt; idque verisimile est, ut totus Iob intus & extrascateret vermibus ad gravissimam cruciatum.

Fortè autem verminatio hæc ad pedicularem morbum referenda erit; nisi uterque simul morbus adfuerit, nam hic morbus, quem Græci Pthiriasim vocant, pediculos non solum in profunda cute capitis, sed totius etiam corporis, acervatim gignit. de illorum copia incredibile videtur Iob conqueri. c. 30. *In multitudine eorum consumitur vestimentum meum, & quasi capitis tunica succinxerunt me.* Pediculos autem appellari aliquando vermes, imò & serpentes, apud graves scriptores compertum est. nam Pherecidem præceptorem Pythagoræ morbo pediculari interiisse, piderunt Arist. Plutar. Aelian. At verò Plin. eundem Pherecidem copia serpentum ex ejus corpore erumpente expirasse scribit. idè Apulej. atque eandem utroque nomine bestiolas intelligi Hieron. Mercurialis cõtedit l. 5. variar. l. c. 6. neque mitum cum pediculos hujusmodi vehemèter morsu ferire es, animalia tetra Serenus vocet, alii etiã Ferales; atque adeo etiã per vermes, quibus Herodes consumptus expiravit Actor. 13. morbum pedicularem intelligi nonnulli volunt. huc facit quod Phil. Bed. c. 6. per sagittas, quibus se configi deplorat Iob, vermes intelligit, quos (inquit) *Diabolus instigabat ad comedendum eum, omnemque corporis ejus sanguinè humorèque; suædum, ut solitò essent molestiores.* propterea quæ dicit, *quarum indignatio ebibit spiritum meum.* quod autè neque ab horum vermium cruciatu permitteretur liberè loqui, indicat Sept. nam pro eo, quod Vulgatus habet; *Terrores ejus militant contra me.* illi legunt: *Cum incipero loqui stimulant me.* Addunt iidem auctores, penas Aegyptias muscarum, locustarumque passum fuisse Iob. nam illæ plagæ sunt *immisiones per angelos malos.* Nescio autem quid peculiare habet, hujus pedicularis morbi cruciatus atque supplicium conveniens impietati hominum Dei contemptorum. nam qui divinitatem sibi arrogabat impius Herodes, hoc morbo sublatus & punitus est; atque etiam Pherecidem illi ajunt propterea eo morbo interiisse divinitus misso, quod in Apollinis templo

in frequentiq; auditorum corona insolenter gloriatus esset, nulli Deo se unquam sacrificasse; neque ideo minus sanum degere; quam qui Ecatobas immolarèt. Ergo Deum tam diro morbo, tam grandè contumeliam vindicasse. itaque quod ad acerbissimam supplicii pertinet, passus est piissimè Iob, quibus impii Athei digni erant.

SECTIO VII.

Viscera putrida. Renum dolor. Vlcus pulmonum.

Table with 2 columns: 1. Pro visceribus in Hebr. fel. quod Dyssenteria facit. 2. Quid Tenesmus ex Plin. quid item exinanitio. 3. Viscera pro semine. quid effusa viscera. 4. Renes ad viscera pertine re. Renum dolor in Iob. 5. 6. Cum aliis morbis conjunctus gravis halitus.

Viscera computruisse, & propterea, totum interius sanie fluxisse, & lægere dyssentericò laborasse, ex eo colligunt Philip. Bed. quod c. 16. ait: *Effudit in terram viscera mea.* quasi alvi fluxibus colliquantibus laboraverit; atque ex bili ardenti, & maligna, ortum habuisse colligitur ex ipsa originali voce; nam pro visceribus, est in fonte, fel; atque ita à medicis statuitur, dysenteria esse, cum bilis putris magno impetu, in intestinum cõfluit, & radit pinguis, quæ intestino adnata sūt. Elegatèr autè Gal. explicat. 5. de usu partium, qua ratione ulcera in intestinis fieri possint, ubi sensu acutissimus est. morbum insanabile, & cancro similem dixit super Hippo. & ex ulceribus pessimis, quæ Cacoethes vocantur, cieri docet, si ab atra bili inceperit letalè; frequenter etiam cum Tenasmo conjungi. Est autem Tenasmus seu Tenesmus irritatio inanis, & sine causa surgendi appetitus. vel, ut Plin. lib. 28. c. 14. defini vit, crebra & inanis egerendi voluntas. Res omnes cruciatibus, & doloribus gravissimis plene, fortè etiam ad illum morbum hoc loco allusio fit, qui folliculū fellis aliquando infestat, videlicet exinatione, sicut enim cum fel magnopere exuperat, & folliculū distendit gravissimorum in humano corpore malorum causa est, ita sanè, cum folliculus, prorsus exinanitur, dyssenteriã efficit. Sed si viscera significant partè illam purissimi alimenti, ex quo semen conficit fortè erit seminis fluxus qui ex inflam-

I Philip. Beda.

Viscera quid.

Galen.

Hippoc. Galen. lib. 3. de sym. causis.

2 Tenasmus.

Exinanitio morbus fellis

3 Gonorrhœa laborasse Iob.

matione totius corporis consequi etiam potuit, excalfactis & exulceratis renibus, inflammatis etiam arteriis, vasis seminariis vitiatas, & ita apertis, ut continere rectè minimè possèt, quod illi cum dolore citra ullam delectationem contingere potuit. idque verosimilius fit, quòd Satyriasmom illum, qui cum elephantiasii conjunctus est, ad præsentem rem nonnulli ex medicis pertinere putant, quasi id nomen ab illorum lascivia & libidine desumptum sit, cum quo facit, quòd filii viscera parentum dicantur, ut aliquando diximus, quòd ex visceribus (id est) ex semine, & interna substantia decisa progeniti sint: viscera autem, & semen in terram effusa, id videtur significare, quasi perdi inutiliter omnis sobolis & filiorum spe ablata. sicut id Genes. 38. *Onan semen fundebat in terram, ne liberi patris nomine nascerentur.* certè. 2. Reg. 3. Legis fluxum seminis cum lepra conjungi, & pro ingenti supplicio proponi; *Non deficiat de domo Iob fluxum seminis sustinens, & leprosus, & tenens fufum, & cadens gladio & indigens pane.* pariterque convictu hominum, & factis interdicatur fluxum seminis patiens, atque leprosus. Numer. 5. v. 3. Levit. 15.

Satyriasmom unde dicatur.

Effundi rem, quæ inutiliter perditur.

Genes. 38. 9. 2. Reg. 3. 19

4 Renum dolor

Iob. 16. 15. * Que parece que le hincavan puñales, y le davan lãçadas. Renum viscerum pars. Galen. lib. 3. de simpl. medic. facul.

Iob. 16. 16.

5 Internum apostema. Philip. Iob. 19. 19.

Cum multis autem morbis, quorù aliquos jam indicavimus, gravis halitus familiaritatem habet. eò etiam pertinet putre sputum, amarum, aut nigrum, aut faniosum, cruentumve, quòd sine ingenti nausea in ore versari, aut degluti non posset; de quo videtur ipse Iob conqueri. cap. 7. *Nec dimittis me, ut glutiam salivam meam.* id quòd signum est pulmonum inflammationum, aut exulcerationum. quòd si cum febris cõjungatur, & molesta tuffi, nihil est quòd ad prysim desiderari possit amplius.

6

Gravis halitus & faniosum sputum.

Iob. 7. 9.

Pleuritis. Lingue faucium, tonsillarù Phlegmon. Angina. Asthma.

1. Pleuritidis in Iob signa, exattenuatione spiritus.	3. Difficultas transmittendi salivam unde in Iob. variis circa fauces morbi.
2. Quid sit attenuari spiritus. & ut ad varios morbos referri possit.	4. Asthma in Iob, & verosimiles coniectura.

NOXIVS ignis, quem in Iobi corpore accenderat ille, Cujus halitus prunas ardere facit, inflammasse etiã, & effecisse pleuritidem, quis non credat? signa manifesta in Iobo, spirandi difficultas, sic enim ipse ait. cap. 17. *Spiritus meus * attenuabitur.* quòd pleuriticorum proprium est, quòd acutissimus dolor nõ finit debita magnitudine inspirare; illãque; sup- plere conatur frequeti spiritu. consonat ex Hebræo, proprietatis verbi *attenuandi*, quòd affert disruptionem quandam cum violentia, & dolore pectoris, aut totius corporis nifu; ut eo loco ostendemus. Tũ etiam olidum illud aut cruentum, quòd præ biliosa amaritudine deglutire nõ poterat. c. 7. nisi fortè indicet, nulla reddidisse sputa, cum vehemèti dolore & spirandi difficultate laboraret; & etiam cõtingere in laterali dolore, auctor est idẽ Galenus loco indicato. rursusque de totius morbi tempore. cap. 6. Letale esse existimat, si in pleuritide vel spiritum impensè foetidum sit, vel nullum omnino. Quid, quòd etiam aut expuendi aut transmittendi sputi difficultatem efficere posset linguæ vitium ex elephantiasii proveniens, quæ circa

I Pleuritidis in Iob signa.

Iob. 17. 1. * Que se le a cortava el resuello. Galenus. 5. de loc. affec. c. 3.

2 Attenuare, quid in Sacro Sermone.

Iob. 7. 19.

Galenus.

3 Vnde expuendi difficultas

linguæ

Philip. Bedæ. Synachis.

Galenus. Gellius.

Celsus. lib. 4.

4

Galen. de diff. respi. 12. lib. 1. & de locis aff. lib. 4. Celsus lib. 4. ca. 4.

Iob. 30. 17. * Hispan. eodem fere modo explicat, que le hervia el pecho. Galen. Celsus.

linguæ radices verrucas & tubercula molestissima creat; & totam linguam crassiores reddit? Nisi fortè hoc ad tonsillarum, fauciumque radicum tumorem, inflammationem, dolorèque referendum sit; hæc enim obstant ne cibus, potus, aut saliva trajici possint. Ad novum morbi genus id referunt Philippus & Beda, quòd Synanchin appellant. Sic Philippus: *Inter cetera mala dolorũ & cruciatuũ etiam Synanchin habuisse se perhibet; qua tumore faucium hominis halitus intercluditur, & sæpè quasi laqueo strangulatus abrumpitur.* anginam vocamus, de qua Gal. lib. 4. aphor. aphorismo. 34. vide etiam nonnulla in Gellio lib. 11. accommodatè ad Iobum illã descripsit Celsus docens esse morbum faucium; *Quo cum nullus appareat rubor, vel tumor, sed corpus sit aridum, tamen spiritus vix trahitur, interdum verò etiam lingua, faucesque tumescunt, & vox nihil significat, oculi vertuntur, facies pallet, adest singultus.*

Sed tantam respirandi difficultatem & tenuitatem suo sibi jure vindicare videtur illa, quam Diphnæã, aut Ortophneam Græci vocant, aut Asthma; cum quis debilitè, aut depravatè respirat propter facultatis læsionem; aut etiam non sine sonu et crebro anhelitu, & interdum nisi recta cervice spiritus trahi non potest, nam si jacet æger suffocari videtur. quò illud pertinere videtur. cap. 30. *Interiora mea * efferbuerunt absque ulla requie.* Quòd quàm sit cruciatus ingens, ille nescit, qui expertus non est, vid. Gal. lib. 1. de difficultat. respirat. & lib. 4. de locis affect. Cels. li. 4. cap. 4.

SECTIO. I X.

Incubus. Vigilia. Dolor, & mœstitia pene ad insaniam. Esurritio canina. Dolor costarũ. Marasmus. Febris Hectica

1. Nocturni Iobi labores ad quos morbos pertinnerint	4. Ventris exmatio costarum dolorem efficit.
2. An habuerit affectionè melancholicam.	5. Totius corporis consumptione Iob laborasse ex suo ipsius testimonio, & quæ illam comitentur.
3. Esurritio canina qualis, & quæ illam comitentur.	

ILLA etiam non sine ingenti cruciatu, & animi angustias fiunt, quæ ad somnum & vigiliam, tum etiam esuritionem molestissimam pertinent. Namq; si quãdo brevis illum somnus corripiebat, Incubo laborabat; hunc sic dicunt, quòd qui eo laborat noctu, quiddam sibi incumbere existimant, à quo invadantur & opprimantur. id verò fortè est fuliginosus vapor, & obscurus crassusque spiritus, qui cerebro offunditur, & phantasmata spectraque horifica commovet. In hanc rem nihil clariùs, quàm id: *Terris me per somnia, & per visiones horrore concuties.* tantam levissimi somni, non quietè, sed potiùs lassitudinem cum vigilans timeret, illud animo versabat, & dicebat; *Cum dormiero, quando consurgam?* Iohet hic, ab aliquibus, imaginofus morbus vocari, cum multa atque molestissima animo occurrunt phantasmata. de quo vide Celsum. lib. 3. & Cœlium. Aurelium. interim dum plura paramus ad illustrationem illius versiculi, cap. 7. *Terris me per somnia.* & ad id: *Quamobrem elegit suspendium anima mea.*

Sed illud fortè molestiùs, quòd Vigilia laboraverit; non quidem illa, quam Gal. lib. de comat. vocat, *Coma vigilans;* estque cum stupore, & phrenesi conjunctum; sed quòd comati opponitur, & ex ardore noxiæque inflammatione provenit, auctore Gal. rursusque calorem & febrem excitat, corpus extenuat, & vires resolvit. *Post tenebras* (inquit Iob, quòd quiescere non possèt) *spero lucem, & Noctem verterunt in diem.* & cum dormitum ibat, vigilia infestatus dicebat: *Quando consurgam?*

Quamvis verò mente sanus semper existeret, sed quòd vi doloris atque tristitiæ, & tantis morborum immanium cruciatibus pene ad insaniam adigetur, Pollichron. docet; idque colligit ex ipso Iobi testimonio. cap. 17. *Cogitationes mea dissipatae sunt torquentes cor meum.* habet enim hoc nescio quid cõmune cum illa melancholica affectione, quæ effecit, ut multa ægrot' animo, & cogitatione fingat perturbatè, cõfusa, eaq; ferè tristitia.

Deinde verò, ex eo loco. cap. 3. *Antequam comedam suspiro,* Philip. alium morbum elicit; sic ille scribit; *Inter ceteros cruciatus ejus etiam hanc ei Diabolus infirmitatem infixerat, quam medici*

I Paulus Aegi.

Iob. 7. 14.

Iob. 7. 4.

Celsus. Calvus Aurel.

Iob. 7. 15.

Galen. 2. & 3. de locis aff.

Gal. 2. de san. tuend.

Iob. 7. 12.

2

Pollichron.

Iob. 17. 11.

3

Iob. 3. 28. Philip.

Bolimid.

Bolimiodes. Bolimiodes appellant, qua infirmitas talens dicitur habere pœnam, ut ante cibum torqueatur egrotus, & sint ei post cibum, indefinemes dolores, unde & dicit; Et quasi inundantes aqua sic rugitus mei, quia timor, quem timebam, evenit mihi. est videlicet fames aut appetitus caninus, & ingens esuritio, famelique intolerabilis, ut Aulus Gell. dixit lib 16. c. 3. quæ ante cibum & post cibum, vehementer torqueat hominem. Illam comitantur, dolores, animi deliquia, virium defectus, ut Gal. scribit.

4 Ad hæc, Inedia & ventris exinanitio, malè solet costas pectoris habere, & dolore vehementi afflicere. auctor est Hippocrates de fract. costarum differens, lib. de articulis, Moderata (inquit) ventris repletio, costarum fit directio, verum vacuatio pœdentes costas facit, hæc autem dependentia dolorem inducit. quid verò huic magis simile, quàm quod à Baldad Iactatur in Iob. cap. 13. Attenuetur fame robur ejus, & inedia invadat costas illius.

5 Quoniam verò ex inedia marcor quidam, & totius corporis consumptio effici solet, ut Gal. docet, certè Bolimiodi, proximus illum infestavit Marasmus: hunc Gal. sic definit. Est marcor aut totius corporis corruptio ex siccitate. namq; ut periti medici tradunt, ejusmodi est ac immodica ariditas & totius corporis consumptio in Marasmo, ut homo nò aliud, quàm ossa & cutis videatur; in vêtre nulla intestina, nulla viscera subesse credas; illud ipsum: *Pelli mea consumptis carnibus adhaesit os meum.* ex quo loco morbù hunc significari colligunt, Beda & Philippus, atque ipso Græcorum nomine Marasmon appellant. Cum hectica febris conjungit Gal. 10. de methodo medendi; neq; mirum, quòd tot morbis perpetua semper adfuerit, pestilensque febris; ardebat namque totus noxio calore, testis ipse idem cap. 30. *Ossa mea aruerunt pro caumate.* & ad pulsus concitationem articularum quidam referunt illud. *Qui me comedunt, non dormiunt.* Hæc illa floris marcescentis deploratio. cap. 14. *Qui quasi flos egreditur & conteritur.* Et; *Membra mea, quasi in nihilum redacta sunt.* Et, *Nonne in me metipso marcescit anima mea.*

& Possident me dies afflictionis.

SECTIO. X.

Ad morbum, vel ad morbi & doloris amplificationem pertinuisse, quòd testa faniem raderet. & de unguium vitio, corporisque pruritu.

1. Qui fuerit testa usus digitorum tumore, & unguium vitio laborasse, peculiariter etiam pollicibus.

2. Vera difficultatis solutio. Quid testa in Hebraeo. Defensus vulgaris.

V S V M testæ ad sedandum pruritus Chaldeus indicat, dum legit: *Accepit testam ad scalpendum se.* & quidem ad rem accommodatè, namque scabiosos atque leprosos pruritus implacabilis exercet; neque tamen juvantur, etiam si excorrientur scalpendo, ut Gal. dixit, quòd insitus & imbibitus carni intimè adsit pravus humor, qui pruritus excitat. quòd autem non manibus, aut unguibus se scaberet, fortè ad digitorum tumentium, & unguium vitiatorum ineptitudinem referendum sit. nam tabidis ungues aduncos fieri, qui parum utiles sint scalpendo, auctor est Gal. 1. de locis affectis atque Hippocrates ea omnia purulentorum pectore & pulmone signa tradit, si ungues manuum curvantur, digiti verò potissimum summi calescunt; atque in pedibus tumores fiunt; neque cibum appetunt; ac pustulæ circa corpus erumpunt. quæ omnia cum Iobo rectè consentiunt. Nisi fortè, quòd in elephantiscis evenit, ungues fissi, ac dilacerati scalpendi usum nullum habere potuerunt: aut putridos, quassatos, dolentes, & scabiosos haberit; qui enim à plâta pedis ad capitis verticem hominem percussit, intactos ungues minimè dimitteret, atque Orig. explicatè tradidit, percussum videlicet Iob usque ad ungues pollicum. Quòd verò non solum ungues aliorum digitorum sed nominatim pollicum dixerit, videtur ad elephantiscos respexisse, quibus

I Chaldaus.

Gal. 2. de symptom. causis.

Vnguium vitium unde proveniat.

Gal. 1. de loc. aff. cap. 5. Hippoc.

Elephantiscorum ungues vitiati.

Explicatus Origen.

Chrysof. medici communi consensu propriam esse docent pollicis musculorum consumptionem. & Divus Chrysofotomus super id: *Si bona suscepimus de manu Domini,* ait Iobum neque manum habuisse incolumem. Vide hîc cum summo cruciatu extremam quoque inopiam, nam vulnus & livor, & plaga tumens non est curata medicamine, nec fota oleo. tantum habere potuit testæ, & scalpendi remediû, quod pessimum est.

2 Verum de hac quoque testa disceptatio est; existimant enim quidam non vilio rem, & asperio rem, sed delicio rem fuisse; velut si dicas frustrulû quoddam leve, benè que aptum ex pretioso aliquo vase Sinarum; quare potius testa hæc ad delicias, & munditiem, quàm ad inopiam & miseriam extremam pertinebit. Sic indicat Chrysofotomus. *Cur (inquit) nec manibus, nec digitis faniem abstergebat? scilicet ne curatio esset stomachosior.* idem Polychronius. E contrario verò extremo Apollinaris asseruit, testam sumpsisse ad acerbiore dolores ciédos, & ut sibi ipsi carnifex fieret. Idem Origenes & Polychronius, & Gregorius lib 3. ca. 4. qui eleganter observat, quòd valetudiniorum & egrotantium quorundam nimiam mollitudinem cõprimere poterit; *Quam (inquit) mollitiem sana carni adhibuit, qui vulnere, non vestem, vel digitos, sed testam admovit?* et etiam pertinet, quòd Tertullianus lib. de patientia dixit: *Erumpentes ex ulceribus bestiolas in eosdem sinus, quasi ludendo revocasse.* atque in hanc rem eleganter loquitur Ambrosius lib. 1. de interpellatione. Iob ca. 1. dum illud tractat. *Non esse condignas passionibus hujus temporis ad futuram gloriam.* De Petro (ait) *quid loquar? qui crucem suam futura remuneratione indignam arbitratus, inverso suspendi poposcit vestigio, ut aliquid passioni sue adderet, cujus acerbare ipse sibi supplicia non timeret.*

3 Ego media incedam via; testæ usum commodiorem fuisse, & propter munditiam, & propter digitorum tumentium, unguiumque dolentium difficultatem, & propter faniem defluentis copiam, quæ non alio quàm duriori & latiori instrumento abstergi posset. sed hoc tamen nò fuit delicatum pretiosumve, aut cura, & sollicitudine quæsitum; sed quòd primò paratum ad manum in sterquilinio habere potuit. quis enim non videat hoc ad

malorum & miseræ amplificatione dici, non ad delicias, aut ullum malorum levamen indicandum? & certè vox ipsa Originis (Cheres) non significat aliquid molle aut delicatum; cum semper sumatur pro rudi & impolito opere ex argilla; veluti olla testacea, aut tegula; & Isai. 26. v. 7. ponitur pro cocto latere. & Levit. 6. v. 28. pro vase fictili, in quo carnes coquantur, & confringi jubetur. verbû autem radendi hoc tantum loco invenitur; quare ejus significatio ad subjectam materiam accommodanda est. Pagninus, dixit, *ad scalpendum se.* Rabi Mardochai, ait esse verbum, quo sæpè Thalmudiste utuntur, pertinereque ad pruritus & scabiem. at verò Septuagint. atque Latinus interpres explicationis gratia, *faniem* addiderunt, & *radere* verterunt, quòd viderent *testam*, non meliùs alteri usui, quàm radendæ, & abstergendæ faniem futuram. accedit quòd cap. 7. ubi nos legimus: *fordibus pulveris cutis mea aruit,* Septuagint. legunt: *Infundo glebas terræ a fanie radens;* què locum interpretans Chrysofotomus, ait: *tanta illum inopia, atque arumua laborasse, ut non amplius testa, sed gleba, abstergere faniem cogere tur.* atque Olympiodorus, si quando illum testa deficiebat, ad excipiendâ faniem terræ glebas adhibuisse.

SECTIO. XI.

Ex morbo provenisse quòd ad sterquilinum dixerit.

1. Qui locus sterquilini nomine intelligi debeat aliorum sentent.

2. Sterquilinum fuisse locum aptum agenda patientia, conjectura.

3. Sterquilinum fuisse extra urbem & sub dio vera ex Patribus sententia.

4. Cur ad suburbia secesserit ex Origene.

5. Leprosos pulsos ex civitatibus; ex sacris, & profanis.

6. Extrema Iobi rerum omnium indigentia.

7. An domus Iobi antiqua eversa fuerit, quis illum lectus.

E S T quoq; hoc loco sua de sterquilinio, & paulò gravior dubitatio. Nã quidam existimant, quàmvis Iob domi

וְיָרַד

Pagnin. R. Mardochei.

LXX.

Iob. 7. 5.

I Quid alii de sterquilinio fenserint.

fuæ, & in molli lecto decumberet, locum illum & lectum, sterquilinum appellari, propter ulcerum sordes: nos diceremus. Que estava todo aquello hecho un muladar. Cajetan. Cajetan. his favere videtur. nam cap. 30. super id: *Consurgens in turba clamabam*, constituit Iobum laborantem in aula sua, & lectulo; nunquam enim mentio fit, everse aut direptæ Iobi domus, aut amissæ suppellectilis; quam, ut pote regiam, magnificam & opulentam fuisse, necesse est; præsertim cum ipse non semel sui lecti & strati meminerit. cap. 17. v. 13. & cap. 7. v. 13.

2 Alii sterquilinum accipiunt pro loco apto pœnitentiæ agendæ: & sedere in sterquilinio esse idem, quod pœnitentiã agere. nam Kaldæa & Hebræa, & quædam etiam Græca, ut Septuaginta Complutenses præterea, ut Septuaginta Complutenses propriè significant, sedere in medio cineris. quare hoc ad lugentis habitum & se se coram Deo humiliantis refertur à Polychron. & Appollin. in catena, & à Latinis etiam Grego. Thom. Alberto magno. Hugon. Lyra, Vatab. Cajetan. nam vocem originalem, *Epher*, quæ in hoc loco subest, aliàs solet vulgatus vertere cinerem, aut pulverem: locum videlicet luctui & pœnitentiæ agendæ idoneum. ut Ionæ. 3. *Sedit in cinere*. & quidem amici. ut lugerent simul cum Iobo, in eodem loco federunt, cum infra dicitur: *Et sederunt cum eo in terra*. & fortè huc respexit, cum dixit cap. 42. * *Insipienter locutus sum, idcirco ago pœnitentiã in favilla & cinere*; vox Originalis eadem.

3 Ego in hac re duo aut tria assero. Primum, sterquilinum vilem & abjectum locum esse, humum ipsam. id abundè probat vox originalis, tum etiam Græca vox (*copria*) quam retinent Septuaginta. Vatican. vertiturque in editione Latina *Sterquilinum*, sicut & in Vulgato. Chrysofostomus & Gregorius aliique exprimit locum fœtidum. dicas fimetum, quod ruderat, stercus, quisquiliæ efferuntur.

Secundum, hunc locum fuisse extra urbem, videlicet aut in suburbiis, aut verò aliquantò longius. Tertium etiam fuisse locum apertum & sub dio. utrumque asserunt Patres. ego neutrum ausim negare, ne temerè negasse, si non aliis, mihi ipsi videar. apertè id tradit Septuaginta. Vaticani, quorum auctoritas, ubi

Latinæ editioni non repugnant, gravissima est: atque ea uti ad Latinæ interpretationem pontificia Sixti auctoritate jubemur. *Sedebat* (sic illi legunt) *in sterquilinio extra civitatem*. paulò inferius hæc inter alia dixit Iob uxor: *Tu in putredine vermium sedes, pernoctans sub dio*. præterea nam nisi extra tectum, & in loco aperto extra urbem constituitur, vix ac ne vix quidem convenire veritati potest, quòd amici procul ad huc stantes *Elevaverunt oculos suos, & non agnoverunt eum*. illud etiam confert, quòd in hoc loco Christi figuram patientis agnoscunt Origenes, Polychronius, Chrysofostomus, qui *extra portam passus est*. in hac re conveniunt disertis verbis Origenes, Chrysofostomus, Appollinar. hoc sterquilinum in suæ urbis conspectu constituunt Polychronius, Philippus, Beda, Divus Thomas. nemo, quem viderim, præter unum Cajetanum dissentit. licet quidè Philippus & Beda, super id. cap. 19. *Cum ab eis recessissem, detrahebant mihi*. dicant non semper Iobum in tempore tétationis suæ sedisse in sterquilinio. indicant enim patuisse aliquando illi aditum ad civitatem civiumque convictum.

Sed hoc omni dubitatione carebit, si causas inquiramus, ob quas relicta civitate & communione suorum ad sterquilinum & suburbia secesserit. Prima hujus rei causa in suam ipsius voluntatem & electionem refertur ab Origene, videlicet ne molestiam civibus exhiberet. Polychronius hæc; *Ita vulgi communione abstractus cum invisum se cunctis esse crederet, solitudinem delegit*. idem postea; *Sedebat in sterquilinio, ut placaret Deum, & cum corporis afflictæ valetudo multorum egeret opera, sua sponte asperam paupertatem complexus est*. hæc causa eatenus vera est, quatenus asserit Iobum nihil renuentem aut invitum sustinuisse, sed æquo animo tulisse, quidquid sua calamitas & morbi fœditas ferebat.

Ergo illa potius verissima est hujus discessus causa, quæ ex morbi gravitate petitur. Sic Chrysofost. existimat ideo cõsedisse in sterquilinio, ut quæ à corpore decidebant, arenæ acervo tegerentur. idem, atque Polychronius etiã pnoctasse sub dio, ne si intra tectum esset, odoris pravitate necaretur; ut in corruptum è cælo hauriret spiritum. Philip. atq;

Iob. 2. 12. Iob Christi patientis figura. Orig. Appol. Chrysof. Heb. 13. 12.

Polychron. Philip. D. Thom.

An Iob toto tentionis tempore sederit in sterquilinio.

4 Cur Iob ad sterquilinum diverterit.

Ex morbo pvenisse quod Iob sederet in sterquilinio.

Philip. Beda

Beda,

Beda. ad elephantiam quoq; respexisse videntur, ut idcirco ob deformitatem nimiam, regnum, civitatisque habitationem relinqueret, fœtore quoque putredinis contabescens ad sterquilinii loca deflecteret, velut quisquiliæ vilissimæ, & purgamentum fordidum, à suis omnibus deputatus. huc etiam facit id Polychro. *Civibus, atque cognatis calamitatis aspectum non ferentibus urbe egressus est*. Ergo videtur lege, & consuetudine sic exigete. compulsus urbem relinquere. Semper enim ita veteribus observatum est, ut leprosi & elephantici, ne cõtagio pestilente alios afficerent, extra urbem, adeoque extra urbis pomeria ablegarentur. sic vides leprosos hanc separationis legem sustinere Levit. 13. *Quicumque maculatus fuerit lepra, & separatus est ad arbitrium sacerdotis, habebit vestimenta dissuta*. (dilacerata pro more lugentium) *caput nudum* (apud Iudæos ignominie nota) *os veste cõtectum* (lugubre, & nehalitu aerè cõtaminaret, & pertranscuentes admoneret, ut ipsi quoq; os veste contegerent, aut faciè averterent.) *contaminatū & sordidum se clamabit* (ut ceteri ab illo caverent, longiusq; recederent) *omni tempore, quo leprosus est, & immundus solus habitabit extra castra*. vides etiam. 4. Regum. 15. & 2. Paralip. 26. Azariam, qui & Ozias, lepra percussus à Deo, urbe & regno cedere, & in domo libera morari. sic David Psalm. 37. se graviter & pestilentè morbo ægotantem despectum ab amicis, & familiaribus cõqueritur: *Amici mei, & proximi mei, adversum me appropinquaverunt*. (proprie ex Hebræo, ex adverso plagæ meæ. Hieronymus: *Quasi contra lepram meam*.) *steterunt, & qui juxta me erant, de longè steterunt*. Apud Persas leprosus ingenti abominationi est, neque finitur ad urbem accedere: existimatūque aliquid in solem deliquisse: existimant enim eum morbum non tam naturæ vitio, quàm Deo puniente cõtingere. hoc illud est, quod supra dicebamus, lepram vocari percussionem, aut manum Dei. certè in Taprobane insula, si quid Rex delinquebat, cunctis averfantibus, & quotidianum congressum negantibus, mærore & tabe cõficiabatur. auctores sunt Plinius, Solinus. Ergo omnes Iobum averfabantur tamquam Deo invisum, idque instigatè Demone. & (ut Ciceronis verbis utar) *Nemo*

5 Leprosi extra urbem puls.

Levit. 13. 44. psal. 37. 12. 13.

Psalm. 37. 12.

Hieronymus.

Persarum de leprosis lex. Cælius. lib. 5. ex Herodot.

Lepra manus Dei.

Plin. lib. 6. cap. 22. Solin. cap. 66. Cicero pro Cluent.

illum aditu, nemo congressioni, nemo sermone dignum judicabat; omnes illum aspernabantur, atque abhorrebant; omnes ut aliquam immanem & perniciosam bestiam, pestemque fugiebant. hanc ingentem calamitatem deplorat ipse Iob. cap. 19. *Fratres meos longè fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me; dereliquerunt me propinqui mei, & qui me noverrant obliti sunt mei; inquilini domus meæ, & ancilla meæ sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum*. fortè ad veterem illam Persarum legem respicit, auctore Herodoto, qua peregrini leprosi omnino ex finibus civitatum pellabantur.

Tertia etiam, & quæ cum superiori conjungenda est, accessit causa, extrema viri inopia, cui nihil à Dæmone relictum esset, neque propria domus. ut etiã in hoc Christi Iesu, figuram repræsenteret, qui cum vulpes foveas & cubilia habeant, non habuit *Vbi caput suum reclinarer*. Ita censet Chrysofost. consentiunt Divus Thomas, Lyra, Eugub, indicant non obscurè Septuag. apud quos, his verbis conqueritur Iobi uxor: *Ego errans, & ancilla locum ex loco, & domum ex domo expectans solem quando occidet, ut requiescam ab arumnis, & doloribus, qui me nunc premunt*. Oportuit autem cui nihil ab hoste relictum esset, & quem omnes fugiebant & abominabantur, extrema inopia laborasse. illam ipse indicat. cap. 6. cum ad amicos, qui nihil attulissent subsidii & opis ait: *Nunquid dixi afferte mihi, & de vestra substantia donate mihi? necessarium etiam victum defuisse indicare videntur, ea quæ de fame in illum jactant amici. cap. 18. Atenuetur fame robur ejus, & inedia invadat costas illius*. vel certè nō habuisse nisi vilissimos cibos & minimè ægotanti palato convenientes, ut meritò dixerit. cap. 6. *Anima esuriens etiam amara dulcia videntur; quæ prius volebat tangere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt*. Quare sicut extremo capite, post restitutam sanitatem scribantur ad illum venisse sui fratres, & sorores, & cuncti noti & familiares, & sua quæque munera detulisse; ita certè vigente morbo nemo illi adfuit; & neque aquæ poculo dignati sunt, cujus memoriam non æquo stomacho usurparent, & quocumque supplicio dignissimum censerent. Accedit; quòd istudum præ inopia in fimo sedisse Chrysofostomus

Iob. 19. 13. 14. 15.

Persarum lex ex Herodo.

6 Extrema Iobi inopia.

Chrysofost. Divus Thom. Lyra. LXX. Iob. cap. 2.

Iob. 6. 22.

Iob. 6. 6.

Iob nudus in sterquilinio. Chrysofost.

non semel ailerit, tum. homil. 4. ad pop. Antiochen. tum etiam in cat. super id: Si bona suscepimus. sed præcipue super id. ca. 6. Potest aliquis gustare, quod gustatum affert mortem? Quid (inquit) Iobo factum est unquam egentius? qui & illis, qui projiciuntur in balneum, & qui in camini cineribus dormiunt, ac cunctis deniq; hominibus spoliator erat. hi enim habuerint forsitan vestem laceratam, hic autem nudus residebat, & quam à natura, vestem acceperat, qua corporis esset operimentum, hanc Diabolus putrida & intoleranda lue usquequaque conspersit; & hi quidem paleis, ac stipulis se fortasse contexerint; ille vero pernoctabat sub dio, nec pusillum rectum dabatur ei ad solatium.

7 An Iob domum, lectum ve aliquem habuerit. Iob. 7. 13. * Puer dezi que tendreis por ay aliqua cama que os consuec.

Iobi antiqua domus solo prostrata.

Chrysost.

SECTIO. XII.

Oculorum morbi. Capitis dolor. Aurium, & narium ulcera. Cordis Syncope & palpitatio. Singultus. Occultiores alii morbi. Diuturnitas omnium.

- 1. Minutiorum quorundam morborum enumeratio. Capitis, præsertim, & cordis.
2. Iob nullo stupore aut amentia laborasse morbo iteni habuisse non tam factos, quam cum fierent.
3. Occultiores alii morbi, qui Dæmoniaco dicuntur. Morbos hos curabat Salomon ex Iosepho.
4. Quantum temporis traherit Iob afflictus, an menses; an vero annos, varia sententia.

N V L L A M fuisse corporis partem, quæ non suo morbo laboraverit, supra indicavimus; nunc quædam summatim percurreremus. Oculorum fordes, sanie, extuberantias; & diversarum tunicarum ulcera, dolores, rubores, suffusiones, hallucinationes; palpebrarum scabiem, pruritus, exulcerationem, quis habuisse dubitet? cum conquerentem audiatur: In amaritudinibus moratur oculus meus.

Capitis vero dolorem molestissimum necessariò videntur effecisse æstus ille internus, quo totus ardebat, odoris gravitas, & præcordia biliosum aliquid, acre, putre in superiores capitis membranas semper spirantia. Aurium ulcera fordidà, acria, ardentia, sanie semper manantia, ex constanti dolore, & gravis tinnitus. Narium putridum ulcus ex gravè olenti sanie quo, qui laborat, tum sibi grave olet, tum his, qui non longè absunt, tetri spiritus contagione valde molestus est. Sanies defluens sæpè palatum exedit & perforat; id quod cum lue venera sæpè conjunctum est, & cum fœda illa totius corporis corruptione, in qua Iob erat, bene consentit. Ulcera, tumores, ardor, dolor gravissimus ad dentium radices in nervis, in gingivis. In corde syncope, palpitatio, & aliæ periculosissimæ affectiones ex atra bili provenientes. Quare. cap. 18. ubi nos legimus, Dies mei transferunt, cogitationes meae dissipatae sunt torquentes cor meum; Septuag. habent dies mei transferunt in strepitu (in fremitu) rupti sunt articuli cordis mei. August. Convulsa sunt compages cordis mei. hinc creber & dolore plenus singultus; immanis ventriculi dolor ex acri & mordaci humore; inflammatio, exulceratio jecoris; lienis tumor, obstructio; & illa denique, quæ in partibus aut dolorem intimum, aut externam deformitatem efficere ulla ratione possent.

Illos vero morbos, qui aut partium stuporem, aut mentis & rationis inconstantiam adferunt, ut epilepsiam, paralyfim,

I Tob. 17. 12. Capitis dolore Iob laborasse, & ex qua causa.

Cordis affectus.

Iob. 17. 11. LXX. August.

2

phre

phrenitidem, certè non habuit; neque enim adversario id propositum erat, ut Iob sensum amitteret; sed ut, quoad fieri in humano corpore posset, sensum acerrimum haberet gravissimorum dolorum. Atque adeo credendum est, non illos effecisse in Iobo morbos, qui in habitibus plerumque abest doloris sensus aut certè minimus adest. non ergo erant morbi omnino confirmati; non quò minores essent, sed quò molestiores. Sic Gal. docet, cum pars putrescit, & pus generatur dolores fieri, atque febres, quòd nativus calor, humores tumoris auctores immutat: quare quando omnino hic à concoquendo abstinet per imbecillitatem, nec laborant, nec febricitant, nisi perparum. sic enim Hippocra. statuit vulgato illo aph. Dum pus conficitur, dolores ac febres accidunt magis, quam jam confecto. Fiebant itaque in Iobo morbi: semper illos conservans & succendens subministrata corrupti sanguinis & putridi humoris materia aderat Satanas; dolebat perpetuò nullis inducis ad quiescendum concessis.

Galen. 3. epid. com. 3. c. 8.

Hippocra. 2. aphor. aph. 47.

3 Occultiores morbos inflitios Iobo.

Synesius Plotinus.

Galen. lib. 2. ad Glauco. lib. 14. metho. Celsus li. 7. c. 6. Alfaravius. c. 34. sua pract. Pet. Forestus lib. 10. observat. 19. Ioan. Langius

Dæmoniaco morbi

Sed præter hos morbos manifestos occultiori arte, & ab humana philosophia reconditos pleròsque alios efficere Dæmon potuit; quorum causas atque rationes, nemo assequi posset; interdum enim naturæ viribus, quædam accidunt penitus admiranda, quare Synesius atque Plotinus Naturam dixerunt Magam; ali quando enim in apostematum sinibus & concavitatibus; res similes lapidibus testis, lignis, carbonibus nasci, auctores sunt Gal. & Celsus. Sed non rarò id evenit Dæmonum viribus atque præstigiis. demoniacos hos morbos appellat Arabs ille Alfaravius. quorum exempla non nulla circa melancholiam profert Petrus Forestus in suis medicinalibus observationibus. sed quædam alia longe mirabiliora congerit Ioannes Langius epistola medici. 38. atque illud inter alia, quòd anno. 1538. in quodam Eistetenis dittonis pago accidit, quòd omnem videretur superare fidem, nisi oculati & fidedigni testes plures interfuissent; Agricolam nomine Vllricum immanibus dolorum cruciatibus vexatum; in cuius tandem demortui ventriculo dissecto, lignu teres & oblongu reperit, & quatuor ex

Calybe cultro, & quædam alia asperiora ferramenta spitami longitudine majora. Certè Iose. lib. 8. antiqui. c. 2. Salomon nè hos demoniacos morbos curandi artem à Deo edoctum his verbis scribit. Præstitit Deus etiam Salomoni, ut contra Dæmones, artem ad utilitatem hominum, & eorum curas edisceret. Quanta igitur, & quàm gravia existimare oportet Iobum permissum Dæmonis immanitati sustinuisse genera malorum?

His omnibus accessit diuturnitas temporis; quam dixeris esse longè molestioris morbi genus. quantum id non costat: minimè fuisse breve certum est. in editione Septuag. c. 2. sic legimus, Tempore multo transacto, dixit ei uxor ejus, Quousque sustinebis dicens, Ecce permaneo tempus adhuc parum spectans spem salutis meae? Chrysost. hom. 25. ad populum. & hom. 1. super. 1. ad Corinth. ait, per multos menses in his malis fuisse. & idem in Catena, non duodecim, non viginti, non centum dies, sed multos menses. Orig. ex quorundam sententia ait, in his malis fuisse tres annos cum dimidio, in typum dominicæ prædicationis. sed ipse existimat non diuturno annorum spatio, sed brevissimo mesium tempore totam hæc tragediam peractam fuisse; & unum, vel duos, vel tres menses assignat, præsertim accedente tanta morborum gravitate: & non tam fuisse annos, quàm menses, fortè ipse Iob indicat. c. 7. cum ait, Habui menses vacuos. Sed hinc non valde firmum petitur argumentum, nam hominis vitam, nunc dies, nunc menses, nunc annos vocat. Suidas. 7. annos numerat. Certè longum tempus fuit, sic enim exigebat tentationis gravitas, viri probata constantia, & aliorum regum adventus; ad quos non subito, neque omnino brevi tempore fama pervenit.

Iosephus.

4 Quanto tempore laboraverit Iob.

LXX

Chrysost.

Orig.

Iob. 7. 3

Suidas

SECTIO. XIII.

Iobi cum Lazaro viceroso, et cum percussis Aegyptiis comparatio.

L 5

1. Lazari

1. Lazari pauperis novem cruciatus.
 2. Tobi calamitas acerbior quam Lazari per omnes cruciatus particulatim.
 3. Aegypti plaga gravissima, ut quae in proverbio abierint.
 4. Decem Aegyptiorum plaga cum Iobi calamitatis non levioribus comparata; & primi certaminis cum Satana, nec non & secundi cum vxore finis.

AD tot denique morborum cumulum pro dignitate aestimandum illud de esse in hac nostra consideratione videbatur, Iobi cum aliis ulcerosis, & deploratis aegrotis, atque insigniter afflictis comparatio. ex iustis Lazarus occurrit cuius etiam fuere mala gravissima. ex impiis vero, qui dum viveret, acerbissimas penas suorum scelerum dederunt, Aegyptii: de singulis seorsum. Quamvis Nazianzenus super id; *Si bona suscepimus de manu Domini, censeat nullius hominis erumnas cum Iobi acerbitatibus comparandas.*

Chrysof. hom. i. de Lazaro, & hom. quod nemo laeditur, nisi a semetipso. novem Lazari supplicia numerat. Primum, summam inopiam. Secundum, adversam valetudinem, paupertati parem, solutis membris, arefactis, consumptis; fractis viribus, ut ne canes quidem accurrentes possent abigere, & qui solum vitae haberet, ut sua mala sentire possent. Tertium, quod ab omni hominum auxilio, & misericordia destitutus esset. Quartum, quod in vestibulo divitis jacebat porrectus, & solo affixus, & in medio multorum suaviter viventium. est enim haec molestior solitudo, ab his deseri, qui praesentes & videntes sint. Quintum, quod divitem conspiciebat; non quod invidus esset, sed quod omnes solent in aliorum prosperitate exactius suas calamitates persentire. Sextum quod videret inhumanum divitem felicem; se vero justum, miserimum. Septimum, quod non haberet alterum Lazarum, ad quem ille respiceret; nullum suum simile exemplum, quod esset solatium misero. Octavum, quod de resurrectione non philosophabatur, cuius spe & recordatione recreari possent. Nonum, quod ex illius calamitate, & vitae miseria, illum vitam indignum existimabant; & ejus fama apud imprudentes homines traducebatur.

In his omnibus multo fuit gravior Iobi cruciatus, multoque illustrior patientia.

Et primo de extrema inopia supra diximus. Secundum de incredibili morborum omnium cumulo. Tertium de solitudine, quod desertus esset a servis, ancillis, propinquis, qui debuissent adesse, non semel Iob conqueritur: Lazarus vero nullos servos, nullos propinquos habuisse dicitur, non exulavit, non ablegatus est civitate, non pulsus ab humano convictu, non in sterquilino, sed in vestibulo domus divitis. Quod quarto loco proponitur, multo gravius in Iob; namque tres habuit coram se divites, & opulentos reges minus sapientes, minus justos, sibi insultantes, & indignis contumeliis illudentes. frequenter quoque illud ei veniebat in mentem, *Abundant tabernacula praedonum, & audacter provocant Deum.* ex qua consideratione crescebat profectio suae calamitatis sensus; quod ad. 5. & 6. locum pertinebat. De septimo illud quoque in Iobo considerandum, non habuisse exemplum aliud patientiae sibi propositum, neque alium Iobum, quem contemplaretur. quare ex hoc capite Chryf. hom. 5. de patientia Iobi patientiam, & calamitatem amplificat, & illum non minora Apostolis passum ostendit; quod Apostolis magnum esset solatium, pro Christo pati, & Christum patientem habere pro exemplo; Iob vero hoc & solatio & exemplo destitutus fuit; nam qui posteris exemplum patientiae futurus erat, non debuit ad aliud exemplum, quod re ipsa se antecederet, reduci. vide Chryf. hom. in beatos Iob. & Abraham, & August. de quaest. veteris, & novi testamenti. q. 118. In octavo inde videtur exaggerari vis doloris, quod virum sapientissimum, & de resurrectione philosophantem tam male vexarit, dolor corporis, & cruciatus. Tandem, quod ultimo loco additur, multo verius in Iobo perspicitur, cuius verissimae pietatis existimatio, non periclitata solum, sed apud omnes omnino perditata & violata fuit. Illud multo gravius in Iob, & novum infelicitatis genus, fuisse aliquando felicem; de quo Chryf. homilia. 5. de Iobo. At vero Lazarus, nunquam fuit dives, sed, ut idem Chryf. ait, *Cum famem, cum morbo, cum solitudine, per omnem vitam colluctatus est; non triginta & octo annos versatus in his, sed per omne vitam tempus.*

Quod vero ad comparationem cum Aegypti plagis attinet, ponendum est

Acerbior Iobi calamitas quam Lazari.

Iob. 12. 16.

Chryf.

Iob non habuit aliud patientiae exemplum

Chryf. August.

Chryf. Orat. 5. adversus Iudaeos.

3

illas

illas fuisse gravissimas; quippe Deus voluit per illas, tum injurias & calamitates maximas, quibus Aegyptii tot annos affixerant Hebraeos, ulcisci; tum etiam vim suae justitiae scelerum vindicis Aegyptiis aliisque gentibus manifestare, & se cunctis timendum praebere; sicut Exod. 9. dicitur Pharaoni. *Idcirco posui te ut ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra.* quod Iosue. 2. legitur Raab dixisse exploratoribus. *Audietes timuimus, & elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum; Dominus enim Deus vester, ipse est Deus in caelo sursum, & in terra deorsum.* quare in proverbium abierunt, praefertim ulcus illud & vesicae turgentibus; ut patet Deut. 28. *Percutiat te Dominus ulcere Aegypti.*

Sed quod similia, & non parum etiam graviora passus sit Iob, breviter explicemus. Prima plaga Exodi. 7. aquarum putrescentium versarum in sanguinem, non valde magna fuit, licet enim afflicti fuerint Aegyptii septem diebus, quibus haec plaga duravit, tamen non defuit illis aqua puteorum, sicut scribitur, *Foderunt Aegyptii per circuitum fluminis aquam, ut biberent.* tum etiam siqua aqua tunc temporis fuerat in parvis vasis testaceis aut cretis, illa non est versa in sanguinem, ut cum Hebraei Cajetanus asserit; nam praeter flumen, rivus, & paludes, tantum additur, *sit cruor tam in ligneis vasibus quam in saxeis.* Sed esto dicamus putealem etiam aquam versam fuisse in sanguinem; huic oppono, tum quod necesse fuit Iobum morbis ardentem & inflammatum, perpetua laborasse siti, tum habuisse tam fetidum tamque cruentum, & sapisum sputum, ut deglutire non posset, & ut quidquid fumeret sive cibum, sive potum, fetidum redderetur. Sic enim juxta Septuag. ipse ait. *Fatorem video escas meas.*

Secunda fuit Ranarum foedissimarum, & obscaenarum: quae tum omnia importunis vocibus implebant, tum vero potissimum cibos contaminabant, & nauseam efficiebant. Huic respondet cibi fastidium, & continuus ex omnibus membris faetor, de quo jam diximus. tum vero coaxantes & perstreperae importunissimorum amicorum voces, contumeliae, onerosae comolationes, & frequentes ab iisdem scomatum iactationes, & repetitiones. inter has ranas multo illa loqua-

cior, multoque molestior stultae vxoris oblocutio.

Tertia fuit Cyniphum (idest) pediculi, ut Hebraei volunt. quam sic Philo describit; *Ea bestiola, tamen si exigua admodum sit, infestissima tamen solet esse: non solum enim summam cutem laedit pruritum in sensum immittens ac noxium, sed etiam interius penetrat per nares, aures, laedit etiam oculos, nisi quis cautus fuerit de morbo Iobi pediculari, e vermine nationeque supra diximus; tum etiam quod vermes, & mordendo, & laedendo solito molestiores essent extimulati a Daemone, ex Philip. & Bed.*

Quarta, Cynomia (musca canina diversigenis; mistio bestiolearum multiplicium) quae comedit eos. Exod. 8. Psal. 77. & 104. hanc quoque sustinuisse Iobum, auctores supra adduximus Philippum & Bedam, res homini ulceroso, molestissima, & vix tolerabilis.

Quinta, Pestis pecorum gravis, super equos, asinos, camelos, oves, & boves. Quid vero distat inter pestem, pecorum qua animantia cuncta perierunt; & de praedatione, qua cuncta ablata sunt? Hoc gravius, quod asini, boves, cameli, non solum ablata, sed etiam in hostium, usum & commodum, quod alterum malum est abducti sunt.

Sexta, Ulcera illa maligna, & vesicae turgentibus. Haec in Iobo eadem quidem; sed tanto graviora, quanto cum pluribus aliis gravissimis quoque morbis, conjuncta, & implicata.

Septima, Grando saevaque tempestas, fulminibus & igni admista, super homines, & jumenta, & super omnem herbam agri. Exod. 9. Psal. 77. *Tradidit Grandini jumenta eorum, & possessiones eorum igni.* illud benignè erga Aegyptios, quod sic admonerit Moyses Pharaonem, *Mitte jam nunc, & congrega jumenta tua & omnia, quae habes in agro. Qui timuit verbum Domini de servis Pharaonis, fecit confugere servos suos, & jumenta in domos. Linum praeterea & hordeum laesum est, & quod hordeum esset virens, & linum jam folliculos, germinaret. triticum autem & far non sunt laesa, quia serotina erant.* acerbissima haec omnia erga Iobum, quod ex amplissima familia, quae in agris erat vix unus aut alter evaderet; saevissima tempestas orta; caelesti igne tactae oves; pueri consumpti; nemini vlla fugiendi mora concessa; fruges omnes depopulatae a Sa-

Exod. 8. 17. Cyniphes qui Philo.

Exod. 8. 21 Psal. 77. 45 Psal. 104. 31.

Exod. 9. 3.

Exod. 9. 10

Psal. 77. 48

Exod. 9. 19.

7. 31.

basis

bæis, & Kaldæis; & omnis sementis spes ablata.

Exod. 10. 4
Psa. 104. 34
Sap. 16. 19.

Octava, Locusta, & Bruchus, & ærugo vastantes omnia. Nihil etiam ex vinetis, fructetis, & hortis, quæ habuit amænissimi, nedum ex frugibus Iobo reliquum fuit; prædones enim & grassatores, hi sūt verissimæ locustæ vastantes omnia, Isai. 40. v. 22.

Exod. 10. 22
Sap. 17. 2
Sap. 18. 1.

Nona, triduanæ tenebræ palpabiles, horribiles, ex quibus illa molestissima pæna sequuta est, quod nemo se poterat movere; nam ut Sapient. 17. dicitur; *Vna catena tenebrarum omnes erant colligati, longa noctis vinculis compediti.* Secundo quod erant parentes horrendæ, & cum admiratione nimia perturbati, & personæ tristes illis apparentes pavore illis præstabant, terrores, magica artis derisus, serpentum sibilus, & ejus modi alia Sap. 17. Vides autem Iobum sæpius lamentatem se cõjectum in vincula; nã movere se loco non poterat, *Posuisti in nervo pedem meum, & c. 19. Servitã meam circumsepisti, & transire non possum, & in calle meo tenebras posuit.* Terrores per insomnia, & tenebras sæpius repetit, personas horrendas illi apparentes illud indicat. c. 16. *Hofis meus, terribilibus oculis me intuitus est.* quo loco Philip. sic scribit; *Perit per amicos ipsi Iob visus diabolus quodammodo horribilis apparere ut quemadmodum caro ejus ab eo panis atterebatur, ita etiam mēs ipsius, terroribus turbaretur, licet hic locus, possit & ita intelligi quod ubi Iob claudat oculos se ad somnum desideratum componens illico umbra quadam, terra horrendaque imagines ei à Diabolo, & ejus sociis intentabantur, ut ipse Iob ait ad Dominum, terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties.*

Iob. 19. 8.

Decima, cædes primogenitorum, quæ eò fuit in Iobo gravior, quod nõ solum primogenitus, sed decem utriusque sexus filii, nulla relicta spe sobolis miserando interitu ablati fuerint. Illud tandem in omnibus plagis longè gravissimum, quod Aegyptii plures, non Pharaon solum percussus fuerint; quippè focii pænatum solatio sunt; præterea plagæ non continenter inflictæ, & aliæ ex aliis nexæ, sed intervallis separatæ, & loco respirandi, deliberandi; concessio; tandem quod non plures quàm octo & viginti dies, aut circiter duraverint. Sed Iobus solus, continenter, nullo respirandi spatio concessio, inopinatò, diurno tempore tot malis laboravit. Sed jam esto

Iob. 16. 10.

primi Iobi certaminis finis

primi atque difficillimi certaminis finis quod cum Dæmone, & carne sua obiit, jam ad secundum valde periculosum, quod erit cum stimulo suæ carnis, uxore stulta, ineundum descendamus.

IX. Dixit autem illi uxor sua ad huc tu permanes in simplicitate tua? benedic Deo & morere.

- 1. Quæ Iobi uxor, Varias sententia, nulla certa.
- 2. Varias causas servatæ uxoris, vera, ut esset nova calamitatis materia.
- 3. Fœmina multa importunè garrat. Notio nominis Evæ, & cum serpente cognatio. Fœminarum plurima vitia.
- 4. An Damon emittitur fuerit habitum uxoris. Hujus quoque digna vituperia ex patribus.
- 5. Colloquium uxoris cum Iob ex Lex. uxor mendicavit ostiatim Fœmina desperantes. Tribulatio spem nutrit.
- 6. Quid hoc loco simplicitas Quæ fœminarum suppellex ex Aristot. explicatus Sapient. de muliere forti.
- 7. Varias Benedicendi, & totius scilicet expositiones.
- 8. Germana expositio. Varias etiam acc. ptiones hujus sententia. Blasphemia capitalis pœna.

D Vplex hoc loco de uxore Iobi quæstio occurrit; prima, quæ nam mulier fuerit? Secunda quare à communi interitu & clade servata? Quod ad primam attinet, Philo de antiquitatibus existimat fuisse Dinam Iacobi filiam, quam Sichæ constupraverat. idem scripsit Paraphrastes Chaldæus; cujus sententiam probare videtur Genebrar. in Chronol. addit Replicator contra Burgensem, super id cap. 21. *Interrogate quemlibet de viatoribus, ex Hebræorum sententia Iobum ex Dinâ suscepisse filiam pulcherrimam, quã duxit Putiphar, de qua venit Afenez, quam duxit Ioseph uxorem in Aegypto unde Hebræi excusant Ioseph de matrimonio alienigenæ: neque omnino Hebræi in ea re conveniunt, nam R. Salomon dixit Dinam nupsisse postea fratri suo Simeoni, habuisseque filium nomine Saul. Sed hæc omnia anilia sunt, & Hebræorum somnia, nullo solido fundamento erecta. Septuagint. cap. 42. ajunt duxisse uxorem Arabissam. sed an eadem fuerit uxor, quam post resurrectionem suã habuit, non constat; de quo eo loco dicendum erit. res ergo hæc omnino incerta.*

I Quæ Iobi uxor.

Philo

Chaldæus Genebrar. Replicator

R. Salomon

LXX.

Quare

2 Cur servata Iobi uxor. Philo.

Titelm.

Chrysof.

Vera servatæ uxoris ratio.

Tertul. Cyprian. August. Chrysof. Theophanes Prosper. Gaudentius Nazianz. Chrysof.

Senec. in Thib. est. lib. 1. sc. 1

3

Fœmina non rogata consiliu obtrudit. 1. ad Thim. 2. 11. 11. 13. 1. Cor. 14. 34. & 35.

Quare verò servata fuerit Iobi vxor, rursus Philo. ad sanctitatem, & vitæ merita Iacobi parentis id refert. Hoc ite somnium Hebraicum. nam filii Iob propter parentem sanctissimum liberati nõ sunt ex Dæmonis manu & potestate, & liberaretur scilicet Iobi uxor propter parentem Iacob, præsertim cum, si alterius sanctitas prodesse illi debuit, aderat maritus sanctissimus cujus merita essent illi causa incolumitatis. Titelmanus latè explicat, fortè uxorem, quod esset quasi pars ipsius viri, simul cum Iobo servatam esse, sed nunquid meliori ratione servari debuit, quàm ipse Iob, ut hæc non vivens solum, sed sana & integra, Iob verò vivus licet mille tamen morbis confossus fuerit. Chrysof. aliquando dixit. ideo uxorem servatam, ut sua opera, & emendicatione victu virum sustentaret. Sed cum ad ea quæ ad Iobum pertinebant per amplam potestatem Dæmon nactus esset, certè servare nollet, quod ad illius malam levanda ulla ratione conferre potuisset.

Ergo illa est verissima servatæ uxoris ratio, quam tam Græci, quàm Latini summo consensu tradunt, Tertull. Cyprian. August. Chrysof. Theophanes, Prosper, Gaudentius, ut illius vita, & persuasio, novum tentationis & calamitatis genus viro suo existeret. Nazianz. oratione in laudem Athanasii illam appellat, *calamitatis cumulum*; Chrysof. super id, *si bona suscepimus, fortissimum atque aptissimum adversus Iobum telum, & pugnandi instrumentum*; hoc fuisse Dæmonis consilium, nemo miretur, qui in ethnico scriptore, re similem legat; uxores namque ad regum extremam miseriam, servari Megeræ ac furiarum consilio tribuit Seneca in Thieste, cum Megera Tatalo ab inferis excitato sic inter alia præcipit.

Fortuna Reges inter incertos labet; Miser ex potente fiat, ex misero potens; Fluctuque regnum casus assiduo ferat; Ob scelera pulsi liberi pereant male; Pejus tamen nascantur, immineat viro Insesta conjux.

Dixit autem. Dicendi, loquendi, consilium non rogata præbendi, fœmina semper cupida. nam quis permittat fœminam docere? *mulier* (inquit Paulus) *in silentio discat, cum omni subiectione, docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio.* Adam enim, non est seductus sed

Eva, quasi dicat facillè mulierem falli, & cum falsa sit, facillè alios in deceptione suis verbis; & persuasione adducere posse. quo loco Evam exitisse Adamo erroris magistram, asserunt multi patres; Hæresesque multas à fœminis initiã incrementaque sumpsisse, prolatis exemplis, docet Hieronymus epistola ad Ctesiphon. & illud certè in fœminam de his, quæ captum excedunt, stultiloquentem, & contententem, rectè dici potest, quod Basilus Demostheni cuidam valentis coquo sibi oblatranti respondit. *Tu est de pulmentis cogitare, non dogmata divina decoquere.* Sapienter sanè Honorius atque Theodosius imperatores dixerunt fœminarum consilium adversus propria comoda laborare. imò & earum consiliorum verborumque halitum venenatum esse illud indicat, tum quod cum serpente locuta est, & serpentem non exhorruit, similis videlicet similem; tum quod Clemens in exhortat. ad gent. Epiph. lib. 3. scribunt nomē, *Eva*, sine aspiratione mulierem; cum aspiratione verò, serpentem significare. ita ut neque una littera, deficere videantur. sed quidē (ut hoc quoque obiter dicamus) si accuratè horum nominum ex Hebræa origine ratio habenda est, non tam littera differunt, quàm semilittera, ut ita dicā, aut similis litteræ, in similem permutatione. nam *Hava*, Eva, & mulier est; at permutata, *Vav*, in *Iod*, *Hava*, est serpens, bestia animal, & interdum ferum, & non cicur. quod si eorum nominum ætymologiæ ratio habenda est utrumque videtur commodè deduci posse a verbo *Hava*. De mulierum verò vitiiis, disserunt abundè sancti patres. Chrysof. hom. 32, in Matth. 19. Epiph. li. 3. tomo. 2. hæresi. 79. & hom. de decollatione Baptistæ. Hierony. ad Oceanum de vita clericorum, & Alvarus Pelagius, lib. 2. de planctu Ecclesiæ centum & duo notat fœminarum vitia, plura fortè omisit.

Vxor sua. Chrysof. verosimile existimat, quod a nonnullis asserèbatur, hanc non fuisse veram Iobi uxorem, sed Diabolus ejus similitudinem imaginemque exprimentem; res propè eadem atque illa, an veri nuntii fuerint, an verò quos dæmofimularet. de quo supra. nunc certè non valdè interesse videtur, an fœmina, an verò Diabolus sub fœminæ specie loquatur, nam, ut Appol. dicit, *Hæc mulier affinitate affini*

Evam exitisse Adamo orationem errandi.

Hieronym.

Basil. Tripart. lib. 6. c. 36. Theodoret. li. 1. c. 9. I. si pater. C. de sponsal.

Clemens Epiph. Etymologia nominis Evæ

חַוָּה חַוָּה

חַוָּה

Chrysof. Epiph. Hieronym. Alvar. Pelag.

4

An Saranas quoque emittitur fuerit uxoris habitus.

Appol.

rate affini

Grego. Theol.

Chryf.

Greg. li. 3. c. 6.

Chrysof.

Theophan.

5

LXX

Chrysofomus

tate attingit Diabolum, sicut neque multum refert, an Diabolus in serpente, an verò nunc in muliere loquatur. Gregorius Theol. in cat. mulierem hanc vocat plenum doli instrumentum, & fraudulenta oratione in virum aggreddentem. Chrysof. furor Dæmonis concitatus dicit, certissimum telum, machinam adamantino muro adhibitam. Gregor. scalam fuisse, quâ Dæmon turri fortissimè admovent, & per quam subreperè nifus fuerit, ut sic mors per fenestras intraret, id est, per auditum, & consensum præstitum malè suadæ uxori. Diabolus (inquit) duobus modis impugnat, tribulatione, ut frangat: persuasione, ut molliat. Basil. & Didym. appellant mulierculam mente circumventam. Tandem Olympio. spiritu diabolico imbutâ. Turrim verò fortissimam sæpè vocat Chrysof. Iobum, præsertim hom. 1. in Iob. Theophanes, epistola. 2. Hæc nullis tormentis nutrit, nedum de jici potuit. nunc irreptitiis artibus, & fallacis petitur, & funeis scalis, sed frustra jacitur rete ante oculos.

Adhuc tu permanes. Nô dubium quin plura alia verba inter Iob, & uxorem conferta fuerint: sed illa tantum narrat Scriptura, quæ mulieris virus, & viri patientissimi antidotum continent. Quod autem Chryf. verosimile existimat, nô hoc primum fuisse consilium ab uxore adhibitum, sed alia multò asperiora ab illa sæpenumero Iob audivisse, mihi nulla ratione probatur: quippe nullum aliud videtur potuisse nequius esse, aut impudētius, quàm de blasphemando. quod si aliud gravius fuisset, non prætermitteretur ab Scriptore sacro. Septuag. Vaticani illa addunt, quæ Græci omnes explicant & Chryf. habet hom. 18. in. 1. ad Corin. & Dæmonis arte comparata ad frangendū, & debilitandum Iobi animum planè videntur. quàmvis in Complutensibus, ut pleraque alia desint. Tempore multo transactò dixit ei uxor ejus, Quousque sustinebis dicens. Ecce permaneo tempus adhuc parum expectans spem salutis meæ? ecce enim delictum est memoriale tuum de terra; filii, & filia, mei uteri dolores & labores, quos in vacuum laboravi cum arumnis. Tu verò ipse in putredine vermiū sedes, pernoctans sub dio, & ego errans & ancilla, lacum ex loco, & domum è domo exspectans solem, quando occidet, & requiescam ab arumnis & doloribus, qui me nunc premunt. sed dicto aliquod verbum in Dminum, & morere. O-

lympi. ait. Hæc omnia divino permisso evenisse, ut neque uxorem quisquam miseraretur, neque superioris felicitatis repetita memoria ejus solaretur mendicitatem, quandoquidem non sinebat hostis, ut illi quisquam misericordiam impertiretur: quam etiam mercede locavit ad suam suique viri vitam sustinendam. Mendicabat igitur, ut Basil. Chryf. Olympiod. dicunt & cibi quotidiani causa ostia pulsabat. Nicetas hæc mala proponi ab uxore existimat, ut significet, quibus injuriis sui viri causa affecta fuerit. Theophanes, Nostis (inquit) omnes, quomodo soleant mulierum fletus & lachrymæ frangere & mollire virilis animi robur, ex communi præsertim calamitate, filiorumque amissione provenientes. Hæc omnia contineri videntur in illa particula, adhuc, diuturnitas malorum; expectatio patientia Iobi, magnanimitas; uxoris desperatio, & pusilli animi modica fides; scriptum sit. * Qui crediderit non festinet, sic enim fructum adferet in patientia, id est, in longanimi, & equanimi expectatione divini consilii, & providentiæ. certè Arist. lib. 9. de historia animalium, dixit, Mulieres quæ viros, magis desperantes esse. exemplum est Tobia junioris mater, cui dicebat vir suus Tobias, Tace, & noli turbari, sanus est filius noster; illa autem nullo modo consolari poterat, sed quotidie exiliens, circumspiciebat, & circumibat vias omnes, Nam quòd Iudith longanivitas fuit, cum viri omnes desperantes, deditioem cogitabant, ad virilem plusquam animum referendum est; Posuistis (inquit) vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum diem constituistis ei. Nazianz. oratione in laudem Athanasii, parvos homines appellat, qui de tribulationibus nihil magnum sibi polliceri audet, & si diuturnæ sint, nullam diuturniorem spem animo concipiunt. cum tamen justus tantum absit, ut in tribulatione desperet, ut potius sicut tribulatio patientiam efficit, ita etiam, patientia & tribulatio spem efficiant obtinendæ salutis & præmii amplissimi. Hæc est illa creatura, id est afflicti hominis, expectatio longanimis, quæ apud Paulum, revelationem filiorum Dei expectat; vanitati enim (id est, mundanis tentationibus interprete Origene) creatura (homo, aut justus) subjecta est, non volens, propter eum, qui subjecit illam in spe.

In simplicitate tua. Lyra, Hugo, Perion. in vita Iob, & alii, simplicitatem, pro stoliditate, & stupiditate accipiunt, quòd

Olympiod.

An uxor Iob. mendica verit.

Basil. Chrysof. Olympiod. Nicetas

Theophanes

Isai. 28. 16. * Quien de Dios se fiade le larga y no le de priella. Luc. 8. 15. Aristot. Tob. 10. 6.

Iudith encomium.

Iudith. 8. 13. Nazian.

Tribulatio & patientia spe nutriunt.

Rom. 8. 19.

Origen.

6

Lyra. Hugo Perion.

tenfui

*Au toda via te estas en tu necesidad?

Basil. Didymus Chrysof. Aristot.

Tob. 2. 22.

Prover. 3. 1. 12.

*Iamas lebolvio a la cara una mala palabra.

7

1. Expositio

Lucian. Mart. Joachi. Perion Julianus

senfui humano videatur stolidum, Deu benedicere, à quo tot mala corpus accepisset; quasi diceret; Tu ne adhuc in tua stultitiæ cæno hæres? interpretatio minime congrua; cum omnino idem significet, quod supra. verf. 3. adhuc retinens innocentiam. Sed tamen hoc pro contumelia objicitur ab uxore. id quod observant, Basilus, Dydimus, Chrysof. verbo rum contemptu, contumeliis, convitiis uxorem cum Iobo agere. Sunt fœmine viris in maledicendo petulantiores celerioresque. sic docet Arist. lib. 9. de hist. animal. Mulier magis invida, & querula, & maledicentior, & mordacior; præterea anxiosa & desperans magis, quàm mas, atque imprudētior, & mendacior & facilior decipi, meminisseque aptior. Hæc supplex fœminarum clarè perspici in Anna Tobia uxore potest, quæ nihil læsa indignis contumeliis mitissimum Tobiam afficit; nam cum ille cæcus licet (ut patrem familiam strenuū decet) quid rei esset hædus ille, què balatrem audiebat, exquireret; irata respondit Manifestè vana facta est spes tua, & elemosina tua modo apparuerunt, atq; his & aliis hujusmodi verbis exprobrabat ei. Sed hac quoq; Iobi uxor maledicentior, nam illa aliquid audivit à marito, quo se lædi credidit; hæc verò nihil omnino accepit; stulta utraque, & sapientis illius fortisque mulieris longè dissimilis, quæ viro suo Reddidit bonum, & non malum omnibus diebus vite sue. nam cum aliæ uxores soleant pro malo malum respondere viris suis, aliæ etiam pro bono malum reddere: fortis tamen mulier, sive maritus bonum, sive malum diceret, nihil simile regessit, neque verbum *malum reddidit, omnino a contumeliis & maledicentia abstinent; quavis maritus à contumeliis minime abstineret.

Benedic Deo & morere. Multiplex & varia est apud interpretes hujus loci sententia. nam primò quidam benedicere accipiunt pro petere, præcari: quasi dicat, præcare à Deo mortem tantis malis remedium unicum. hæc dicitur esse expositio Luciani martyris, & sequitur Joachi. Perionius in vita Iobi. sed non placet Iuliano in Catena, præsertim cum i deo hæc expositio aliis probaretur, quòd uxorem Iobi defendere vellent, quæ quasi valde pia & religiosa suaderet viro, ut precibus ad se mortem alliceret, ne fortè aliqui tan-

ta calamitate offensi de Deo malè loquerentur. non enim est, quòd defendendâ quispiam suscipiat hanc mulierculam (sic appellant Basilus, & Didymus) quâ Iob stultam vocat.

Cajetanus & Eugub. Benedicere Deo, pro Dei cultu, & veneratione accipiunt; totâ verò sententiam per ironiam; quasi vulgatum proverbium ab impiis usurpatum Deum piè venerare, morsque misera, erit vanæ pietatis prætium *Benedic Deo &c. si milis sanè fuit stultitia Annæ dicentis. Nunc apparuerunt elemosina tua. ab eo enim pravo impiorum de Deo, & de religione sensu ayocat id Deut. 29. Ne forte sis inter vos vir aut mulier, familia aut tribus &c. c. q. q. audierit verba juramenti hujus (videlicet, quibus Deus tot piis bona promittit, tot supplicia impiis minatur) benedicat sibi in corde suo, dicens, Pax mihi erit, & ambulabo in pravitate cordis mei (id est etiam si ambulè in pravitate cordis, pax mihi & bonorum omnium abundantia erit) benedicatque sibi (& impunitatem polliceatur, nam qui Deo serviunt citius & certius moriuntur) & assumat ebria sitientem. proverbialis videtur locutio, id est; addat ebriam sitienti, conjugatque utramque terram madentem, & ebriam suo sanguine, & supplicio, cum innocente. id est dicat impius, tam impios quàm pios obnoxios esse penis atque suppliciis, neque pietatem prodesse justo, ad vitam, vitæque jucunditatem idem sensus in veriori nunc Vaticana lectione, & *assumat ebria sitientem; id est, qui puniuntur ad se trahant pios & justos, cum pariter omnes miseris involvatur, cum enim semel Deus gladium distringit, sine ullo justis vel iniqui discrimine obvios quoscunque obtruncat. Huc pertinet id quod Divus Tho. proponit ex desperati animo profectum; Benedic Deo, & morere; cum ex ante acta vita, & Deo benedicendi studio nihil nisi erumnas reportaveris, morbosque letales, si in benedicendo perseveres, quid præter mortem certissimam consequuturum te existimas? igitur si, quod nunc tibi reliquum est lingua illum laudes, nihil expectabit ille amplius ad te perdendum. benedic itaque tandem illi, & morere, ut moriaris.

Tertiò, Benedicere pro maledicere, accipi debere, locus ipse postulat, & Dæmonis conatus: hoc enim suggerit, & fieri

Basilus Didymus

2. Expositio Cajetanus Eugub

* Servida Dios y os pagara cou mataros. Iob. 2. 22

Deuter. 29. 19.

Editio Vaticana

* Hoc videtur esse im piorum Proverbum. Si Dios comienca a castigar a todos los lleua ahecho y a nadie le vale ser bueno D. Thom.

8

3. Expositio

hortatur

hortatur uxor, quod Dæmon procurandum, & obtinendum sibi propofuerat, nisi in faciem benedixerit tibi. quo etiam modo Septuag. & Chaldæus accipiunt. sed adhuc multiplex sensus, multiplexque hujus sententiæ affectus.

Primus, ut ad iram pertineat, quæ mulieri afflicta, & lacefitæ innata est; ut id dicat quasi volens se de Deo ulcisci, quæ credebat solum malorū auctorem; *Deū maledictis onera, ulciscere, licet infelici morte paretur vindicta; ne prius animū exhales quàm multis probris in Deum congestis dolori tuo satisfeceris.

Secundò, ut ad inconstantia in fide & religionem pertineat, ea ratione, quam Divus Thom. & Lyra indicant; Cum ex tua pietate nihil nisi grummas reportaveris; *nūc jam aliud vivendi institutum arripe; injurius esto in Deum; quod fortè faciū cadet. quod si etiam moriendum tibi sit ea ratione sicut nunc, nihil tēta se nocuerit. Hi sunt, qui ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt, quibus in gens in extremi die judicii supplicium minatur Sapiens. *Va his, qui perdidērunt sustinentiam, & diverterunt in vias pravās. & quid facient, cum inspiciere caperit Dominus?*

Tertiò, ut sit desperantis animi, & grūnis succumbentis, & mortem optatis miserorum consolatricē. ita Chryf. Appol. Basil. laceffe Deum, ut te interimat; manibus & verbis more impiorum mortem accerfe. de hoc illud quoque accipitur Ecclef. 22. *Ne festines* (egredi è mortali vita, aut mortem accerfere) *in tempore obductionis* (illationis pænarum & calamitatum. *Blasphemiam* (inquit) Appollinaris, *solum statuebat, qua subitam necem adferret.*

Quartò, non est mihi inter alios ille sensus ultimus, quem indicat Gaudētius Brixianus præfatione in suum tractatum ad Scripturā, ut uxor suadeat, ut mortē blasphemanti debitam & jure legēq; statutam, suis verbis & blasphemis sibi cōparet. sicut solēt fontes, & qui diu in carcere & squalore jacuerunt aliquid tandē insignis facinoris patrare, aut hominem interficere, ut inde* tandem vel ad patibulum educantur, illud (itaque inquit) piaculum admitte, quo legibus postulatus capitis pœnam subeas. Blasphemiam autem mortis pœna statuta erat in lege, juxta id, *Est alia loquella contraria morti*, id est, juxta mortem, aut è regione mortis

habitans. Quamvis autem Iob ante legē vixerit, potuit tamē, tum apud suos, tum apud nationes alias vigiūffe, vè divini numinis injuriæ & blasphemiam morte punirentur; sic enim Socrates, quod in Deos injurius haberetur, apud Atheniēses delatus & damnatus est.

X. Qui ait ad illam: Quasi una de stultis mulieribus loquuta es. si bona suscepimus de manu Domini, mala qua re non suscipiamus? in omnibus his non peccavit Iob labiis suis.

- | | | | | | | | |
|--|--|---|---|--|---|--|---|
| 1. Qualis Iobi ad uxorem conversio & responsio. In sti acerrimi in defendendo Dei honore. Iustorum ira laudabilis. | 2. Corripiendi moderatio. Particula Quasi. Eva notata. | 3. Quid stultitia in sacro sermone. multiplex acceptio. | 4. Iustorum egrotantū erelus animus. Impatiētes agroti notati ex Salom. | 5. Argumentatio confecta a Iob. & I. consequētia | 6. Alia probanda illius cōsequentia via. in eunda cum Deo societas etiam iactura. Anticipata mercede nos ille conduxit. | 7. Rerum humanarum vicissitudo. permiscēda ad versus prospera. | 8. Verborum modestia ex Dei timore. An Iob inquam verbo lapsus fuerit. Quæ labia scelestā apud Salomonem. |
|--|--|---|---|--|---|--|---|

AIT ad illam. Septuag. dicentis gestum indignabundum expresserunt: *Respicis in illam.* sic observant Basilus & Chryfost. *Cum ea verba stomachum Iob movissent, (id quod superiora mala facere minime potuerunt) pleno iracūdia vultu, trucique aspectu ad uxorem cōvertitur.* Theophanes epistola. 2. *Iratu, & cum indignatione respiciens.* Cum de Dei honore agitur, Leonibus, se valentiores præbent iusti adversus impios, & impietatem; cum in suis privatis malis sustinendis agnis. mitiores sint, & coram tondente obmutescant. vide id Malachiæ. 3. ubi adversus eos, qui divinā providentiam criminabantur dicentes, *Vanus est qui servit Dño &c.* dicitur. *Invaluerunt super me verba vestra, ait Dñs, (stultitiā vestram, tolerare non possum) Tunc loquuti sunt, timentes Deum* (illi videlicet iusti qui divinam providentiam tuebātur, vt Hierony. explicat, voces tam indignas

I
LXX
Basil.
Chryf.

Theophanes

In sti pro Dei honore acriter pugnant.

Malac. 3. 14

Hieron.

agrè

Chryfost. Matth. 5. 22.

Augustin. us.

D. Paul. ad Gal. lat. 3. 3.

Matth. 23. 13

Gregor. Iustus cur similis grano sinapis.

2
Basilus. Chryfost. Correpionis modus

Quasi particula.

Origenes. Chryfost.

agrè habuerunt, quare cū antea filuerint tunc locuti sunt, compulsi videlicet, abrum pere filētium. vide Chryfost. hom. 11. in c. 5. Matth. super id, *Qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio.* ex quo sic ille colligit; *Ergo qui cū causa irascitur, non erit reus: nam si ira non fuerit, nec doctrina proficit; neq; iudicata stāt; neq; crimina compefcuntur; iusta ergo ira mater est disciplina. itaq; non solum nō peccant, qui cū causa irascuntur, sed è cōtra nisi irati fuerint peccant.* hæc & quædam alia pulchra eo loco Chryf. vide etiam. Aug. lib. 1. de sermone Domini in mote. c. 19. quod habita iusta causa liceat fratrem vocare fatuum: quomodo & Christus discipulos eūtes in Emaus; & Paulus Galatas, stultos appellavit. sic ille prædicandi Dei verbi magister supremus, & fidelis concionator, qui *cum malediceretur, non maledicebat, & tanquam agnus coram tondente se obmutuit,* vocavit tamen aliquando Iudæos mendaces, filios Diaboli, cæcos, & vehementer cōminatus; *Va (inquit) vobis Scribæ, & Pharisei &c.* ab hoc loco non abest omnino id quod de Iobo quoque loquens Greg. dixit in præfatione. c. 2. cōparat mirum virum iustū grano sinapis, quod si nō conteratur lene est: contritū verò inardescit; *Sic (inquit) unusquisque vir sanctus, cum non pulsatur, despicibilis ac lenis aspicitur; si qua vero illum tritura persecutionis opprimat, mox omne, quod calidum sapit, ostendit, atque in fervorem virtutis vertitur.*

Quasi vna de stultis. Basil. & Chryfost. observant moderationem in corripienda uxore: non enim dixit *stulta es*, sed *quasi &c.* cum hoc satis esset ad sanandum morbum. ceterum observatio non est solida; nam illud, *quasi*, aut non similitudinem, sed veritatem affert, ac si diceret, *Verè stulta es; aut similitudinem cum aliis stultis, & à religione & pietate alienis mulieribus significat, quæ nihil minuit acerbiteratē reprehensionis.* Illud autem, *una de stultis*, Origenes & alii, ut Chryfost. ait, referunt ad Evam, quæ fuit *una*, id est prima stultarum; & primò à serpente seducta; de Dei præcepto & providentia nō sentiens in bonitate; neque syncerè loquens, & virum suum ad malum pelliciens. sed simplicior sensus, si indifcriminatim pro muliere stulta accipiat.

Nomen autem *stultus*, quod à *Nabal*, descendit, propriè significat id, quod vita, humore, sapore, sapientia destitutum est: quod languet atque marcescit, & veluti aridum folium decidit; inde pro eo, quod vile est, & abjectum, nullius pro pretii; aut pro eo, quod sensu & mente destituitur, nullius animi, nullius consilii, *qui omnes suas cogitationes in rem contemptissimam abjecit. i. Reg. *Nabal secundum nomen suum stultus est*, qui nihil sublime cogitat, neque dignam de rebus æstimationem iudiciumque habet, ergo ait Iob indignè, abjectè, valde humiliter de Deo, deque ejus providentia sentis, atque judicas, sensu, constantia, virtute animi destitueris, deficiis planè, marcescis, languescis circa divina; non solū muliebrem imbecillitatem, sed etiam stultitiam ostendis; non tu Regis uxor, sed è media turba muliercularum una es; non sic a me instituta es; nihil institutione disciplinæque mea dignum affers. Inde hoc nomen etiam acomodatur ad eū, qui ideò abjectè de Deo sentit, quòd Deum non cognoscat, neque veram fidem & religionem colat; quare ad idololatriam pertinet. id Deut. 32. *Popule stulte, & insipientes.* & iterum, *In gente stulta irrita bo illos.* sic & Paulus Rom. 10. vocat *Gentem insipientem.* Psalm. 73. *Populus insipientis incitavit* (blasphemavit, contempsit) *nomen tuum.* Dicit ergo Iob. Nihilò tu sublimius, aut melius de Deo sentis, quàm qui Deum ignorant; cum Deo quasi cum ligno, aut lapide agis; sic existimas impunè abituram blasphemiam, & contumeliam divini numinis? Apud Sinas & nationes barbaras, si quid in faustum accidat, idola & lares vapulant, & contumeliis afficiuntur non aliter igitur barbarorum, & stultorum more, ut Deum afficeret contumelia suadebat hæc mulier. Tertiò etiam id *stultitia* nomen ad insigne facinus & factum contra publicam honestatem pertinet, quasi sit homine probo & sapiente indignum, & quod in hominem cordatum cadere non potest. sic Iudith. 19. 23. de præpostera libidine; *Nolite facere malum hoc; cessate ab hac stultitia.* & Jeremiæ cap. vigesimo 2. *Ponat te Dominus sicut Sedeciam, & sicut Achab, quos frinxit Rex Babylonis in igne, pro eo quòd fecerunt stultitiam in Israel, & me-*

3

322

Quid stultus in sacro sermone.

*Necio y vil y de malos respectos. 1. Reg. 25. 25.

Stulticia de Idololatria dicta.

Deuter. 32. 6. 21. 6. Ad Rom. 10. 19. Psalm. 73. 18

Iudith. 19. 23. Jerem. 19. 23.

M chati fuerint

chati fuerint in uxores amicorum suorum. erit ergo scensus; Cum soleant audaces & impudentes sceminae ingentia facinora concipere, & machinari, illis te similem praebes; stultitiam tu quoque meditata es, & ingens facinus, videlicet numinis contemptum. Tandem si commune sceminarum stultitiae, & loquacitatis vitium notet, minus acris, sed non incommoda sententia confurget; Nunquam te ego in stultarum, & loquacularum inepticularum numero posueram; at certe es de illarum numero.

4

Prover. 16. 13. Iusti in moribus animo valent, & cordis robore.

18. 14.

Si bona suscepimus de manu Domini &c. Muliebri stultitiae masculam, atque viro sapiente dignam sententiam opponit. Vides hic id prov. 18. Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam. (mens enim, animusque bene affectus, & iustitia atque sanctitate erectus, corporis morbos, atque dolores extenuat, & mitigat, & corpus ipsum aegrum, ne omnino concidat atque deficiat sustentat) Spiritum vero ad irascendam faciliem quis poterit sustinere? (proprie ex Hebreo, spiritum percussum quis levabit? quasi dicat, Si animus aegritudine aliquam habeat, maleque sit affectus, non posse commode a sano & vegeto corpore levari, aut tolerari; sed fore ut sibi, caeterisque omnibus molestissimus existat; ut haec sententia significet multo minus molestum aliis esse, iustum virum quamvis mille morbis & difficultatibus laboret, multo rumpere ope, & opera indigeat; quam stultum, praveque affectum hominem, quem sua vitia cunctis invisum atque molestum reddant, nisi forte voluerit interpretes Latini ad aegrotorum quorundam impatientiam, & iracundiam respicere; hi enim, si cum corporis morbis, animi quoque aegritudinem, pravasque affectiones conjungant, neque se ipsos ferunt, nedum ab aliis tolerari benigne possunt. Ergo vir patientissimus Iob gravissimè laborans, suum corpus singulari animi aequitate, & lenitate sustentat, & tolerat; atque morbos doloresque placat & mitigat. nam illud Plauti verum est. Animus bonus in re mala dimidium mali est.

5

Argumentatio confecta à Iob.

Sententia autem haec per interrogationem effertur; & vim habere videtur cuiusdam argumentationis, quae probet debere hominem aequo animo perferre quicquid immittat Deus; Si bona, laeta, jucunda, prospera, corpori & animo amica suscepimus de manu Domini, oblata à Deo accepimus, laeta & hilares, quare ergo non debemus etiam

mala, aspera, difficilia, injucunda aequo animo suscipere? observat Chrysol. summam viri modestiam cum tolerantia conjunctam: non enim magnam se aliquid praestiturum dicit, si profertur: sed quod ratio ipsa, et consecutionis cuiusdam necessitas ab homine exigit.

Chrysol.

6

Consequentia confecta à Iob vis & probatio

Dei manus erga nos benefica.

Cant. 5. 14.

Exod. 4. 3

3. Reg. 19. 4.

Mors de Dei manu minime aspernanda.

1. Reg. 20. 8

Ioan. 18. 11

Societas cum Deo invidiam, & lucrum.

Eccles. 7. 15.

Consequentiae autem ratio & vis manifesta est, & probari multipliciter potest. Primum, quoniam Dei manus, ex qua multa in nos bona profluxerunt, proclivis semper est ad bene faciendum; & multis divitiis, gemis, Hyacinthis plena; ergo quod nunc malum de illius manu suscepisse videmur, omnino malum esse non potest, sed propter nostrum commodum, atque bonum ab illo immixtum. quare quod extra Dei manum positum, vel solo aspectu nos perterrefaceret, positum in ipsa manu Dei malitiae virus deponit; non secus ac Moysis virga in terra coluber in manu vim venentiam, & figuram terrificam amittit, exemplum sit Elias Iezabelae fugiens, mortem à Deo precatus, Tolle (inquit) animam meam. at qui facile tibi Elia si mortem optas moriendum erit; segnius tantum fugias Iezabelem. at ille; Mors de manu Iezabelae suscepta, quae non terreat, & in fugam coniciat? est illa virulentus coluber: sed de Dei manu mors mihi inflata vita erit, & mearum erunt narum atque dolorum fomentum & solacium. nam quicquid Deus sua manu largitur, amico & benevolo animo confert. Non aliter David mortem accipere paratus de manu Ionathae, Saulis manum reformidabat. 1. Reg. 20. Si est (inquit ad Ionatham) iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me. Quid nos si ad Christi lesu manus perforatas, & fuso pro nobis sanguine fluentes revocemus, quidquid unquam laboris & crucis accepimus? si calicem, quem datur nobis sua manu pater percipiam? itaque haec Iobi ad uxorem responsio, adumbratio illius quod explicatè reddidit Christus Petro, fuisse videtur, Calicem quem dedit mihi pater, non vis ut bibam illum?

Secundo probari illa consequentia potest ex quadam aequitatis ratione; non solum enim lucrum, sed etiam iustitiam invidiam nobis cum Deo societas est; Hinc illud Eccles. 7. In die bona fructus bonis; & mala diem praecare (proprie ex Hebreo. Mala diem videtur id est, ut quidam non congrue exponunt, confidera à quo tibi mala diei labor immittatur, videlicet à Deo, qui diei bonum tibi etiam auctor extitit, ut letatè excipias sicut

enim

enim hanc, sic & illam fecit Deus, ut non inveniat homo contra eum iustas querimonias. & iterum eodem loco. Qui timet Deum nihil negligit. quem locum iuxta antiquam lectionem sic legit Hieronymus. Qui timet Deum, egredietur ad omnia, nullam cum Deo pacis conditionem aspernatur, sive in prosperis, sive in adversis. eo loco sic Hieronymus. Quia vita haec miserabilis diversis quotidie variatur eventibus, tam ad adversa, quam ad prospera iusti animus praeparatur, & poscat Domini misericordiam, ut quodcumque evenierit, librata mente sustentet; qui enim timet Deum, nec prosperis elevatur, neque opprimitur adversis.

Hieronymus Sale a qualiqui partito que Dios le haga. Hieronymus

3 Probatio.

Tertio, ut sit argumentatio quaedam, quasi à minori: Bona absque nostris meritis accepimus, Deo munificè & liberaliter donante; ergo illo iuste nobiscum agente, & iusta nostris meritis supplicia rependente, respuere, aut repugnare fas non fuerit. imo verò si ille erga nos gratuitus & liberalis nunquam extitisset, sed nunc tantum iustus vindex, ferre deberemus; cum autem bona aliquando donaverit, grati animi memoriam etiam in mediis malis abjicere nequaquam debemus.

4 Probatio. Deus nos ad laborandum condidit

Adde etiam quartam illius consequentiae probandae viam; Si bona suscepimus, quasi anticipato, quod vocat, pretio nos Deo condidit ad labores, & mala toleranda; iniquus igitur erit, qui cum bona acceperit mala detestetur. indicavit haec Chrysol. sua (inquit) tantum benignitate Deus est usus; donum fuerunt illa, non merces; gratia, non compensatio: adversa nunc secundis emetire.

Chrysol.

7

Tandem videtur haec sententia rerum humanarum vicissitudine significare, namque consequens est, ut qui bona primum accepit, deinde mala eventura timeat; sicut illi, qui flammis nunquam extinguendis cruciabatur, dictum est; Memento quod recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. ideo jubemur, in die bonorum non immemores esse malorum, & in die malorum non immemores esse bonorum, ne in cautos nos aut mala presentia ad desperationem adducant bonorum spe & recordatione mitigata; ne vero praesentia bona nimium nos efferant timore malorum & recordatione, tanquam potè retardata. Quod divus Greg. ad bona, & mala non solum futura, sed etiam praeterita refert; horum enim proprie memoria dicitur, non futurorum. Haec est illa bonorum malorumque collatio, quam ad animi

Luca. 16. 25 Eccles. 11. 27.

Gregor. homi. 19 sup. Exech. & lib. 3. Moral. c. 7.

tranquillitate, & aegritudinum consolatio ne Philosophi magnopere commendant: in primisque Plutarchus sapienter scripsit; Qui memoria non continet, neque resumunt antecedentia, eaque incaute permittunt effluere hi re vera se se quotidie vacuos, inanisque, atque ex crastino efficiunt suspensos. rem ille locupletat tribus quatuorve elegantibus exemplis: aliis omissis, illud simile non praetermittendum. Debemus (inquit) in animo sicut in tabula picta variis coloribus res floridas & splendidas ob oculos ponere, atque ita intexte re, & premere, quando expungere omni ex parte atque obliterare non licet acerbas. est enim mundi, ut lyra concentus; & ut musica sonis gravibus constat, & acutis, sic cum res pugnantias habeant, est, ut rectè sunt, quadam horum confusio: debemus que harmonicorum more melioribus semper deteriora; ac calamitosa prosperis involvendo concinnam mixturam facere, vita nobisque accommodata. Vide Senec. in consolat. ad Poliv. c. 29.

Plutarchus de Tranquil.

Senec.

8

In omnibus his non peccavit Iob labiis suis. Haec est secunda secundae victoriae atque triumphum decantatio. vide quae supra diximus. c. 1. v. 22. rursum itaque; commendatur Iobi sanctitas, & sincera pietas, cui neque ex levissimo verbo, labeculam asperferit. Tantam verborum moderationem timori sanè & pietati adscribit Salomon. Eccles. 5. Vbi multa sunt somnia, plurimae sunt vanitates, & sermones innumeri; tu verò Deum time. comparat videlicet cum in somniis, in quibus semper invenitur error aliquis rationisque non omnino liberae defectus, multiloquium, in quo non deerit peccatum, & stultitia; jubetque ita Deum timendum, ut illi nunquam obloquamur. Quod verò hic dicitur, Iobum non peccasse se labiis suis. Polychr. & alii extendunt, ad omnia quae in disputationibus locutus est; sed certè videtur nunc locus syncerè tantum accipiendus de his quae hactenus commemorata sunt; idque significatur illis verbis, in omnibus his. an verò aliquando leviori verbo lapsus fuerit postea explicabimus. Hic vides illud, labiis suis, hoc loco haberi in Hebreo. nam in 1. c. non habetur, sed ex hoc loco sumptum videtur ab Interprete Latino, & quidem labia illa minime fuisse in Iobo asferitur, de quibus Ecclesiasticus sic loquitur. Vae duplici corde, & labiis scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus viis. de iis autem loquitur, qui erumnarum impatientes sunt

Verborum moderatio ex Dei timore Ecclesiast. 5. 6.

Polychr.

Eccle. 2. 15.

LXX
Versio Græca.

hi enim duplici corde sūt, velut in Græco, & Septuaginta habemus, *Va cordibus timentis*, quæ quod timeant erumnas, non à Deo solùm, sed ab hominibus etiam auxilium petunt, neque una in Deū fiducia sed multiplicibus suarū miseriarum cogitationibus susceptis disturbātur, sicut scriptū est. *Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra?* propterea dicuntur *duplici corde*; sicut & eū, qui de divina ope hæsitat, appellat Iacobus, *duplici animo*: huiusmodi etiā habere solēt *labia sceleresta*, plena impatientiæ & iracundię verbis, insolescentia adversus Deū auctore suarum calamitatū; tum etiam *manus malefacientes*, id est, nihil boni operātes, collapsas, remissas, à Dei cultu & religione in adversitatibus cessantes. Quare Paulus afflicto Hebræos exhortatur, *Remissas manus & genua debilia erigite*. similiter hoc loco legunt Septua. *Va manibus dissolutis*. tandem, *& peccatori ingredienti duabus viis*. hoc etiam ad formidinem incōstantis animi, & nutātis in tribulatione pertinet, fugientisq; vim ærumnarū; quale illud est Deut. 28. *Tradat te Dominus corruentem ante hostes tuos: per unam viā egrediaris contra eos, & per septem fugias*. Iobus sui semper similis, unica cogitatione semper ad Deū elatus piis, & religiosis verbis, nūquam cessans à bono opere, superans, nedum non fugiens erumnarum impetum.

Luca. 24. 38.

B. Iacob. 1. 8.

Ad Hebræos. 12. 12.

Deut. 28. 25.

XI. Igitur audietes tres amici Iob omne malum quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo: Eliphaz, Themamites, & Baldad Subites, & Sophar Naamathites, condixerant enim, ut pariter venientes visitarent eum, & consolarentur.

- 1. Quomodo amici cognoverint cladem Iob. nō parum etiam temporis expectasse post acceptā famam.
- 2. Quot fuerint. an ex vera amicitia advenierint. illos non animo, sed ignorantia peccasse. Im-
- 3. Quomodo loco amici convenierint. & quo tempore.
- 4. Quid visitare ex Hebræo & Græco.

Origenes
Quomodo cladis Iobifam

Igitur audientes. Miraculū hic fingit Origenes, quod audierint, predicāte Deum, ut alii dixerunt; vel sanctis angelis admonentibus, ut censet ipse: Dæmō

verò, ut tertio jã certamē instauraret, & amicos instrueret contumeliis adversus Iobū; angeli, ut aliquā tantis erumnis ex amicis medicinā afferrent. quorū utrūq; fieri quidē potuit. Deoque in primis sic disponente, ut indicavit Olympiod. ut justī virtus, justioribus præconiis celebraretur. sed neutrum necessariū fuit, cū crebrescens fama facile ad provincias vicinas, pervenire potuit: quod indicatur illo verbo, *audietes*. *Nihil enim est* (ut Origenes ait) *magis predicabile, quàm magni hominis ruina*. multū vero tēporis post acceptam morborū plagā fluxisse volunt Græci. Olympio. & Polychr. cujus causam illam Olympiod. tradit, quod cū primū audierunt incredibile judicaverunt; ergo priusquam proficiscantur expectāt, dū res multorū sermonibus cōfirmetur; tum postea, cū reges essent, fuerunt illis res domesticę prius constitutendæ, & alii præficiendi, qui juris ipsorū vicarii essent; tum etiā, quod hæc procrastinatio amicorū illius calamitatem auget; tandē quod in amicorū disceptatione ex divino decreto certamē omne cōquirit. in ultimum ergo totius tragædiæ tēpus amicorū adventus cecidit, quare particula *igitur*, non continuā statim consequutionē indicare oportet, neque particula, quæ in Hebræo est copulativa, & sed rerū tantum ordinē, & seriē historię; quare perinde id fuerit, atque quod Septuag. habent. *cum audissent autem &c.*

Tres amici. Hi potissimi fuerunt; nam quartus etiam adfuit Eliu, de quo postea querendum nobis est, an simul cum aliis tribus venerit.

Illa tamen est huius loci dubitatio, an veri amici fuerint? nāque non veros, sed fictos & simulatos amicos fuisse censet Philip. circa initiū li. 5. *Scriptura* (inquit) *amicos Iob ex sensu ipsorū amicos appellat; scilicet hoc putantes se esse, quod non sunt*. simile profert ex Ioan. 13. de Iudæis, *Nō intraverunt in prætorium, ne contaminarētur*. videlicet ut ipsi existimabāt; cū tamē omnibus sceleribus essent cōtaminatissimi, nā multa solēt in Scripturis dici, juxta opinionē illius tēporis, aut vulgi sensum; cujus rei exēpla Hierony. affert Jerem. 28. v. bi Hananias propheta vocatur, cū esset Pseudopropheta. et super Matth. 14. ubi dicitur Herodes *contristatus* propter latam sententiam de morte Ioan. quod sic

ma ad amicos perve nerit.

Origenes

Olympiodo, Polychr.

LXX.

2

Quot amici accesserint.

An ex vera amicitia accesserint ad consolandum. Philippus

Ioan. 13. 28.

Hieronym. Jerem. 28. Matth. 14. 9

exiit-

Hosea. 5. 1.

existimassent discumbētes. & super Hosea. 5. ubi sacrificuli Baal sacerdotes vocātur. conjectura Philippi cōfirmari poterit, quod Iob *insultaverint*, & omnium cōtumeliarum genere cum illo egerint; & quod his tanquā armis usus adversarius contra Iob pugnaverit. tandē quod Ecclesiæ hostium, id est hæreticorū perfonam sustinuerint, ut vult Gregor. in præfat. c. 7. & lib. 3. c. 12. & 13. & 14. & 15. rursus. c. 18. tribus amicis significari docet vitia, quæ sub virtutum specie blāda ad nos facie veniunt. idem Philip. in præfat. & Beda. Quare in libro Tobię amicorum nomen non habent.

Veros amicos fuisse verior sentētia.

777

C. I. 7. I. n. 32
Olympiod.
Naxianz.
Athanas.

Origen.
Chrysof.

Amicorū peccatum ex ignorantia Gregor. Ambros.

Amici Iob Sācti vide etiā initio. c. 4.

Ceterum amicos fuisse, vel ex cōmuni sensu, & simplici narratione cōstat; nam cū illa sit amicitia lex, ut in adversis etiā non vocatus adsit amicus, hi certē audietes tantum, non vocati *condixerunt, ut pariter venientes consolarentur; sederūtque cum eo in terra*; quæ omnia sunt amicorū officia. accedit ipsum nomen originale *Reghe*, quod significat socium, participem, confortem, consiliorum videlicet, & vitę familiaritate conjunctum: amicitiam autē hanc non solū sapientiæ & sanctitatis, sed etiam sanguinis affinitas conciliare potuit; nam ex Esau progenie hi quoq; erant, ut docet Olympiod. & supra nos quoq; diximus. Naziaz. oratione, in Athanasii laudē syncerissimos amicos vocat. Orig. ex amicis à Diabolo inimicos esse cōversos. Quare ut ait Chry. amicus fuit adventus, nō item amica fuit adhortatio & potius ex ignoratiā, ut Greg. existimat, quā malitia deliquisse credendi sunt. eodēque modo accipiendū, quod Ambros. lib. 1. de interpellatione Iob. c. 2. ait amicos non ad consolandū venisse, sed ad exaggerandū, & acerbandum dolorē. Tandē quod doceāt sanctos fuisse, quippe sanctissimi hominis amicos, & familiares Orig. initio lib. 3. Olympi. hęc; Chry. in præfat. Catenæ. Greg. in præfat. c. 5.

Neq; verò obstat hæreticorum, aut vitiorū falsa specie virtutem eminentiū figurā representare; nam nō sua sanctitate & amico animo, sed sua ignorantia, & consolatione minimē vera, quamvis ex vero cōsolandi animo profecta, illud exhibebāt. neq; mirum si sancti aliōqui, & sapientes viri Hæreticorū typum gerāt peculiari aliqua ratione; cū è contra peccatores aliquando sanctorum hominum

imò & Christi Domini figura fuerint; ut adulter David, Salomon, & alii. quod eleganter docuit Aug. lib. 22. contra Faust. c. 83. & Greg. lib. 3. c. 5.

Venerunt singuli de loco suo. Locū pro regione accipiunt Græci, cui imperitabāt, ut pote reges, Tob. 2. vel pro civitate aut oppido, quod esset regni sedes, & caput Septuag. *unusquisque è regione sua*. Sed dubitatio oritur, an in aliquo cōstituto loco communi profectio prius cōvenerint deinde verò unā iter fecerint ad Iob. Olympiod. sic asserit, missis inter se nūtiis congressos primū, deinde simul iter suscepisse; idq; videtur indicari illis verbis. *Condixerant enim, ut pariter venientes &c.* in Hebræo, *convenerūt simul ut venirent*. nā verbum, *Iaghad*, significat, inito fœdere, aut signo aliquo præstito cōvenire, & cōgregari cōstituto loco & tempore. unde dicitur. Pf. 47. *Ecce Reges terra congregati sunt & Amos. 3. Numquid ambulabunt duo pariter nisi convenerit eos*. At verò Origen. non prius cōvenisse indicat, quā cū ad Iobum pervenerūt; condixerant videlicet ut eo loco & tempore cōvenirent, & uno quidē tempore, uno die, una hora, ex diversis longēque distātibus locis convenisse. sed illud Olympiodori verius videtur.

Vi visitarent eum. Chry. ait visitare, pro colloqui, positum esse. in Hebræo propriē, ad cōmoverendū illi: non enim dubiū, quin verbū, *Nud*, quendā motum asserat, quē Interpres hoc loco retulisse videtur ad motū itineris, adveniendi, & visitandi. alii dicunt eum motū talem esse, qui ad consolandum pertineat, quia qui cōsolantur aliū, ex loco suo migrāt, unus hinc, alius verò inde, ut lugentē consolentur, atq; ejus causā hūc & illuc discurrunt. Certē verbū, quod subest in Græco *Epischepeto*, motum quendā affert irruētis, cadētis, & vehemēti impetu in aliquid incūbentis. fortē celeritatem adventus significare poterit hoc loco. nā quod etiam significat accusare, & injuriarum iudicium intendere, non congruit consolatum venientibus. nisi fortē nō sine mysterio positum dicamus, nam qui cōsolati advenierunt, iudicium postea, accusationem, & litē intenderūt viro innocētī. Cajetanus eum motum retulit ad mentem Iobi, quam amici dimovere nitebantur à sua iustitia & sensu; sed vim Hebrai

3

LXX
An prius convenerint in communi aliquo loco Olymp.

777

Origen.

4
Quid visitare 777

8710X 7770

Nahum. 3.

ca phralis no explicuit : nam motus ille est ad capitis quandam agitationem referendus, qui est gestus condolentiu & commiserantium, idque ipse Hieronymus explicuit Nahum. 3. nam cum in Hebreo sit. Quis movebit tibi? ipse reddidit. Quis movebit super te caput? & in commentariis ait in Hebraeo non esse caput; addidisse tamen ut sensum illustraret. sed de hoc plura dicemus infra cap. 16. v. 5. hoc autem loco ad rem attendit interpres, nam visitare, condolentis & commiserantis est.

XII. Cumque elevassent procul oculos suos non cognoverunt eum, & exclamantes ploraverunt, scissis que vestibus sparserunt pulverem super caput suum in caelum.

XIII. Et sederunt cum eo in terra septem diebus, & septem noctibus: & nemo loquebatur ei verbum, videbant enim dolorem esse vehementem.

- 1. Qualis amicorum habitus suspicientium in caelum.
- 2. Luctus caeremonia, iacta elationis pulveris in caelum significatio que.
- 3. Sedere in sacris quid. modum accipit ex adiunctis.
- 4. Assidere egroti medici, & amici est. Amicus idem medicus est ex Salomone.
- 5. An septem integros dies amici Iobo assiderint. Rejicitur Origenes. Probatur Olympio. scriptura regula.
- 6. Silentium initio egritudinis conveniens. Confortans angelus Christum qualis?

I

Cum elevassent oculos. Polych. aut Biblia quaedam habere, cumque in caelum suspexissent Deum exorantes, quasi dixerunt propitius esto Domine, & ne talibus nos malis impluces. vel ut eo gestu tantam calamitatem in occultam Dei providentiam rejicerent in hanc sententiam; Qua ratione haec contigerint tu solus nosti Domine. Sed certe simplex sensus, elevasse oculos ut in sterquilinio sedentem hominem agnoscerent; videntes autem tam male affectum non agnoscerunt, quia lues (ut Olympiodorus dixit) antiquas corporis notas obliterarat. ex quo verum id morbo provenit, ut vultu sui esset dissimili, supradiximus.

2

Et exclamantes &c. Haec omnia ad doloris & luctus habitum & significationem pertinent, ut patet Ester. 4. Porro illa pul-

veris aut cineris iactatio fiebat, non tam in caput, quam sursum caelum versus & aerem capiti imminentem; tum ut cadente caput aspergeretur, tum ut significaretur caelum tunc minime serenum esse, sed turbulenta, & nubila omnia, & quasi vehementi aliqua tempestate exorta pulverem excitatum; sic Deo ex caelis despicienti suam calamitatem lugentes, & afflicti praesentem faciebant.

Sederunt. Quia sedere interdum est, idem quod habitare, existimat Eugub. habitasse amicos cum Iobo hos septem dies. sed haec interpretatio valde extenuat luctum illorum, & sensum doloris: praesertim quod Chrysol. censet multum temporis hos apud Iobum fuisse. Quare cum sedere ad malum & ad bonum indifferens sit, certe modum & determinationem ex adiunctis accipit: nam sedere in folio, cathedra porta; regnantis aut iudicatis est; sedere in pulvere, cinere, aut terra afflicti & lugentis; exempla occurrunt passim. 2. Esdrae. 1. Sedi, & flevi, & luxi. hoc modo accipitur in praesenti a Graecis, & Latinis. Quod verum additur, cum eo, significat sedenti assedisse, & luxisse cum flere; similis quoque se amico, praebuisse: ejusmodi enim est illud perfectum charitatis vinculum, ut miserum cum amico colliget, & devinciat, quo alter misericordiae & solatii, alter vero miseriae & doloris partem accipiat ex altero: tum etiam assidere egroti, medici est, medicinaque; adhibetis: is verum, amicus potius, quam medicus est: cum scriptum sit, Amicus fidelis est medicamentum vitae, & immortalitatis, quasi amicitiae officium sit desperatae miseriae & deploratae fortunae non praclarum modum, sed extremum quoque allevamentum.

Septem diebus. Greg. quem Hugo, & Dionysius sequitur decernere non vult an his integris diebus septem amici Iobo semper adfuerint. Orig. ait in adventu amicorum Iobum ex sterquilinio in suam civitatem & domum rediisse, ut illos digno hospitio acciperet; & ibi septem integros dies, sine cibo aut potu transigisse, virtute illos divina confortante; quorum neutrum videtur verosimile. Olympiod. quem Latini sequuntur D. Tho. Lyra. Cajet. adfuisse congruenti tantum tempore, existimant: quare septem dies & noctes, ex parte tantum existimant significari, atque illa hoc loco Scripturae regula tradit. Olym. scriptura a sermone familiariter non discedit. eos igitur, ubi magna diei parte

Quorum spectaret, iactatio pulveris in aera.

3

Eugub. Sedere probabitare.

Chrysol.

Sedere modum accipit ex adiunctis

4

Esdrae. 1. 4

Eccle. 6. 16

5

Gregor. An septem integros dies amici Iobo assiderint. Origenes non probatur.

Olympio. D. Thom. Lyra. Cajetan.

Olympiodo.

Scripturae regula

assedisse

Genes. 31. 40.

assedissent, discedere solitos ad necessaria munera conficienda; & rursus redeuntes ad multam noctem sessitavisse: deinde abiisse; tum demane ad eundem revertisse. Haec igitur velle ad calculos revocare ridiculum esset. non aliter cum dicit Iacob Gen. 31. Die noctumque astu urebar, & gelu; fugiebatque somnus ab oculis meis. non ideo existimandum est, nunquam subuisse tectum, neque ullam toto illo tempore quietis partem captavisse. Quonia verum definitus hic septenarius numerus, aliquando pro indefinito accipitur, inter alia ejus rei exempla locum etiam hunc retulit Cantapetrensis, lib. 6. ut sensus sit, amicos assedisse Iobo multos dies; sed verus numerus hoc loco definitus, & praefixe accipiendus est; erat enim matori & luctui dicatus. quodam enim & mortuos lugebant septem dies, ut patet Eccles. 2. 1. quod si luctus esset solentior durabat septuaginta Gen. 50.

Martinus Martin. lib. 6. Hypotip.

Septenarius numerus luctui dicatus.

6

Chrysol. Silentium conveniens egritudinis initio. D. Thom.


Et nemo loquebatur ei verbum. Chrysol. animus semel marore affectus nihil potest commode audire. illoque silentio. declararunt iis qui sunt in egritudine nullam principio aptiorem medicinam esse, quam quietem & silentium. est namque, ut Divus Thom. hoc loco dixit, miseris in primis delectabile sumere actuale experimentum de vera amicitia per certa verissimaque signa, nullis etiam verbis adhibitis. & qui

dem forte Angelus qui Christum Dominum orantem confortabat, ea potissima ratione consolabatur, non quidem verbis vllis, sed quadam assistentia & societate; tum etiam consideratione, atque ponderatione eorum, quibus Christi anima, matoribusangebatur: adde etiam habitu, gesturamque simili assumpto, ut Christo Astertore flecente genua ille etiam fleteret, & cum humi prostrato se quoque prosterneret. quae omnia amicitiae, & solatii officia in discipulis desideravit, neque verba a Petro consolationis requisivit, sed attentam considerationem; vigilantis animi, & societatem quadam matoris atque doloris. Sic (inquit) non potuisti una hora vigilare mecum? id quod etiam absentiforet solatium; nam cum ab eis avelleretur quantum iactus est lapidis, dixit, Summete hic, & vigilate mecum. Fortè locus hic tantum significat, nihil omnino locutos amicos de calamitate illa, quod viderent parem dolori consolationem adhibere verbis non posse. Quod autem haec amicorum praesentia, atque silentium suarum arumarum sensum Iobo exaceruerit, sequenti cap. indicabimus. atque haec de secundo; de quo secundo certamine dicta fuerint.

Qualis confortatio praestita ab angelo Christo astanti oranti.

Mathe. 26. 40

26. 38.





NOTA-
TIO RERVM
INSIGNIORVM.
QVAE
in commentariis
fufius expli-
catur.



PARAPHRASIS
CAPITIS PRAE
CEDEN-
TIS.



CAPVT
SECVDVM.

★



HOSTIS, VT PRIMO congressu turpiter loco motus pedem cum ingenti damno & ignominia ex praelio retulit, novis collectis viribus, novisque artibus, & dolis pugnandi conceptis, de integro bellum apparat; invictumque Iobi animum a sua constantia certis miseris, perpetuaque calamitatum serie dejici molliri que posse ratus, gravioribus malis virum implicare aggreditur. Cum igitur vix primi vulneris dolor redidisset, temporis opportunitate, vel eodem, vel sequenti die captata, iterum se Satanas sanctorum Angelorum conventui insinuat; potius adesse cogitur pudibundus, atque in jus raptus est: licet tergiversaretur, ne cum summo dedecore palam, & in luce omnium petulantissimi mendacii invidieque & malevolentiae reus a Deo iudice fieret; ille pro insita perfidia rem silentio, & simulatione tegit. Non vero sefellit Deum, quod spectaret isthuc taciturnitas: itaque irritoria interrogatione, quod victoriae ab hoste confessionem extorqueat, acriter pungit adversarium; Heus o fortissime, qui ante praelium canebas triumphum, qualem nam belli exitum sortitus es; unde ve nunc adsis? Rem totam ille dissimulat, & quasi ex consueto circumeundi terras munere rediisset, sic se faciat; Obivi meum orbem, omnia lativagae terrae regna peragrans. Iactantem se impudenter, rursus interrogat Deus; Num considerasti servum meum Iob, qui neminem inter mortales parem habeat morum candore, vitae probitate, religione, & divini numinis cultu, atque omnis peccati odio intimo, & acerbissimo? nunc vero tandem illud ceteris virtutibus adjecit

I
Factum est autem cum quadam die venissent filii Dei: & starent coram Domino: venisset quoque Satan inter eos, & staret in conspectu eius.

2
Ut diceret Dominus ad Satan, Unde venis? Qui respondens ait, circumivi terram, & perambulavi eam.

3
& dixit Dominus ad Satan, Numquid considerasti servum meum Iob, quod non sit ei similis in terra vir simplex, & reclusus ac timens Deum, & recedens a malo, & adhuc retines innocentiam?

quod

^a An secundum angelorum concilium celebratum fuerit eodem die, quo primum v. 1. nu. 2.

^b Quo affectu se ingesserit Satanas secundo conventui. v. 2. nu. 3. 4.

^c Cuiusmodi fuerit Dei ad Satanam interrogatio & de usu interrogationum in sacris. v. 1. nu. 5.

^d Ut Deus novis justorum meritis nova addat praeco

quod minime fucata, aut ementita (ut mentiebaris) sed, vera, solida, beneque probatae sanctitatis, certissima argumenta praebuerit. nam hoc etiam tentationis tempore post ingentes clades acceptas, post fortunarum omnium everfionem, omnibus nervis contendit, atque viribus omnibus pugnavit pro illa, quam tu eripere conabar, animi integritate, & perfectae vitae absolute retinenda & conservanda. cum enim cetera sibi auferri videret, hanc sacrae sanctitatis tabulam in tam miserando naufragio avidè, arripuit, quam nulliusvis tempestatis illi poterit extorquere; hanc tenet, qua nudus licet ejiciatur ad littus: hanc possessionem conservatam vult, atque gaudet, quam nemo depradabitur; hanc sacram anchoram, quae securitatem pollicetur; haec arma, hoc scutum, quo se adversus omnia adversariorum tela tueatur. Tu autem o improbe, tua me importuna perfidia (dicam) invitum concitasti, ut hominem probum, atque religiosum, nullo illius merito, nulla abs te culpa delata, nulla tuis conatibus magna aut bona spe, sed valde caeca, & obscura proposita, calamitatibus opprimerem, atque obruerem, & penitus in perditionis, & interitus praecipitium darem.

Ad haec pro invidia sua, quae satiari, nisi hominis exitio non potest, quod Iobi patientiam extenuaret, respondit adversarius; Cum leviora (inquit) sint externa omnia bona, quam ut in illorum amissione explorari possit virilis animi constantia, hunc tu Iobum non virum, hominem dixeris, qui non ad res suas, sed ad se ipsum ita sit attentus, ut praesua cuticula curanda, & vita conservanda flocci non faciat universa, fortunas maximas, familiam amplissimam, liberorum omnium vitam; nuda etiam praebet ille tergora, seque ipsum semel & iterum excoriandum exhibebit, dum animam illi, atque vitam non ademeris. Tanta est mortalibus mortis formido, & vitae cupiditas. Itaque neque magna laudi dandum, neque valde mirandum, si te non vexarit maledictis.

Rem dico certissimam, & certissimo experimento confirmandam, quod licebit illicò sumere, si virtute tua usus in illum manum miseris, & non solum carnem leviter afficias, sed ossa quoque, & intimas medullas vehementi aliquo sensu, doloreque; debilites. Jam tunc affirmare ausim, & cuicumque supplicio me devovere, fore ut laeso corpore accipias ab illo maledicta. tanta fuit morbi acerbitas; tanta Iobi patientia hostium opinione longè superior.

Deus, qui ea tantum periculo, & hostium ictibus, atque sagittis vult exponere, quae in nobis minora levioraque sunt, cum acerbo licet dolore juncta; qui; probè nosset athletam suum malis corporis minime superatum iri, adversarii libidini corpus Iobi tradidit; ne carperet calumniator Deum, quod cum clementia & moderatione, atque adeo molliter vulnus ipse sua manu inflixisset: Ad manum (inquit) illam habes; tua ipsius manu versandum, raptandum, verberandum: sed vetitum tibi esse noveris, ne in ejus vitam quicquam moliaris; neque animam, qui sui arbitrii est, intellectum ve obruas, & partes, organaque corporis rationi ministrantia occupes, aut a recto statu dejicias. nimirum

Tu autem commovisti me adversus eum, ut affligerem eum frustra.

4
Cui respondens Satan ait: Pelle pro pelle, & cuncta, quae habet homo dabit pro anima sua.

5
Alioquin mitte manum tuam, & tange os eius & carnem.

* tunc videbis, quod in faciem benedicat tibi.

6
Dixit ergo Dominus ad Satan.

* Ecce in manu tua est: veruntamen animam illius serva.

nia, & premia, opportuna digressio. v. 3. nu. 6.
^e Quam vim habeat verbum (Retinendi) & ut sit pietas velut arma & scutum, & velut in naufragio tabula apprehendenda. v. 3. a num. 1. usque ad 6.

^f Ut humano more loquatur Deus, praesertim in nostris erumnis. v. 3. n. 7. Verbum (Affligedi) valde vehementer. v. 3. nu. 6.

^h De proverbiali illa locutione, & de Propositionis (pro) usu in sacris fuisset disputatio. v. 4. a. n. 2. usque ad 5.

ⁱ De Dæmonis in homines levitia, quadam. v. 5. n. 1.

^l Ut Dæmon nostra carne, & nobis ipsis contra nos utatur. v. 5. nu. 2.

^m Quanta sit doloris & morbi vis ad debilitandum viri constantis animam nonnulla. v. 5. nu. 3. 4.

ⁿ Ut Deus salutariter corripiat, sed cum dolore; ut Dæmon molliter, sed letaliter afficiat hominem, quadam. v. 6. nu. 1. & 2.

^o Multiplex servata anima sensus & interpretatio ex patribus, praesertim ex Cassiano. v. 6. a num. 3. usque ad 6.

^p Ut Deus salutem & vi-

tam corporis iustorum custodire soleat. & ut impii levibus de causis perire soleant. §. 6. a nu. 6. usque ad 10.
 Quod licet sancti angeli interdum peccatores puniant: Tortoris minus peculiariter habeat Demon, & morbos efficiat. §. 8. n. 2. 3.
 Omnium morborum, quibus Iob laboravit, exquisita & minuta consideratio in sectiones tredecim distributa.

De his morbis Demoniace peculiare quibuid in enumerat. morb. sect. 12. n. 3. & quanto tempore in his calamitatibus fuerit Iob. sect. eadem. num. 4.

Quanta fuerit Iob inopia consideratur. sect. 11. num. 6. 7.

Qualis fuerit testa peculiaris quastrucula. sec. 10. num. 2.

An Iob antiqua domus superstes ex clade fuerit. sect. 11. num. 7.

Quale fuerit sterquilinum in quo sedebat, & de leprosis ablegatis extra civitates longior disputatio. sect. 11.

Cur Iobi uxor servata fuerit varie causae, & quibus qualibusve nominibus sancti patres inuocant Iobi uxorem. §. 9. num. 2.

Quod famine stultilo-

voluit Deus optimus conservata vitam spem quoque melioris vitae ægroto deplorato injicere, tum ex diuturniori certamine illustriorem antagonista suo coronam decernere, atque imponere.

Hac adversarius accepta potestate, & ab angelorum sanctorum, iudicisque presentia discedens, prima quaque hora Iobum invadit, & arte, scientiaque nocendi, omnibus corporis humoribus, partibusque a recto & naturali statu dimotis, totum illius corpus maligno ulcere infecit, & afflixit ejusmodi, ut nulla particula integra, & incolumis remaneret à summis unguiculis ad usque capitis verticem. namque non tantum uno fœdissimo morbo laboravit, sed penè innumeris letalibus, atque insanabilibus præter Phagædenam enim; & Cacoethem, quæ per univèrsum corpus ferpebant, illum cruciabant Erisipelas, cancer, ignis facer, lepra fœdissima, turpis elephantiasis, molestissimus & implacabilis prurit^o, venerea lues longè turpissima & fœdissima, vermes mordacissimi; pediculi, dire bestiolæ morfu vehementer fœvientes; viscerum putredo, dyslæteria, intestinorum ulcera, tenesmus, renum dolor acerbissimus, pulmonum exulceratorum sanies; putre, tetrum, amarum sputum; gravissimus halitus, pleuritis; linguæ, faucium, tonsillarum phlegmon; angina, asthma, incubus, vigilia, efuritio canina, costarum dolor, ardentis febres, totius corporis marcor, & atrophia; implacabiles dolores capitis, oculorum, omniumque mollissimarum corporis partium: ut alia omittam, frequentia deliquia, cordis syncopen, palpitationem, crebros singultus; & occultiores alios Dæmonis fœvitia & arte morbos effectos: quos eò graviore fuisset existimare oportet, quò diuturniores; namque non uno aut altero, sed pluribus mensibus, fortè etiam annis, in illis fuisse credere licet.

Accessit malis gravissimis, par quoque inopia, quæ prohibuit ne ulcera, atque tumores ullo alio medicamèto adhibito leniri possent, quam vilissima testa, rudique & imposito instrumento, quo se scalperet, atque fluentem sanie abstergeret. Illud non in postremo loco ponendum, quòd neque domum rectumve habuit; neque si haberet, terribis ulcerum fœtor, illum tecto contineri pateretur; tum lepræ & elephantiasis morbus, domo, urbe, hominum convictu & societate cedere coegerunt, ne reliquos contagio inficeret in sterquilinio itaque; quòd è conspectu suæ urbis erat, loco immundo, & aperto confedit, cunctis averfantibus, miserimi hominis congressum, & vel aspectum solum non ferentibus.

In tot tamque acerbis malis cum temporis diuturnitas, morborumque, ac dolorum acerbitas nihil viri fortissimi constantiam emollirent, fortissimum aliud tormentum, instaurat hostis, quo hominem dejiciat; atque eò periculosus, quò magis molle atque effeminatum; neque verberibus, sed verbis conficiendum. Nam uxorem, quæ ei sola ex tam magna familia consolationis gratia relicta videbatur, communi plaga adversarius exceptam voluit, quòd ea esset adversus virum pugnandi instrumentum aptissimum, illa igitur, neque vocata, neque rogata, sed acta tamen agitante

7
Egressus igitur Satan a facie Domini,

Percussit Iob ulcere pessimo à planta pedis usque ad verticem eius.

8
Qui testa sanie radebat.

Sedens in sterquilinio.

9
Dixit autem illi uxor sua.

Dæmone,

Adhuc tu per manes in simplicitate tua?

* Benedic Deo, & morere.

10

Qui

ait ad illam:

quasi una de stultis mulieribus loquuta es.

* Si bona suscepimus de manu Dni, mala quare non sustineamus?

In omnibus his non peccavit IOB labiis suis.

11

Igitur.

* Audietes tres amici Iob omne malum quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo Eliphaz The-

Dæmone, imbecillitate quadam desperantis animi, cum virum tanta animi constantia summam miseriam perferre cerneret, non hoc virtuti sed stupori, & lentitudini tribuens, sic objurgavit; Quousque tandem tuam istam stoliditatem retinebis firmus, & immotus? quandiu fines te falsa quadam, & levissima salutis recuperandi spe deludi? brevi scilicet (ut tu ais) restituar in statum pristinum. Quid tibi spei reliquum esse possit filiis ablati, quos ego summis doloribus enixa sum, quos meo lacte, meo labore alui, educavi, cum sanie ac vermibus tu diffluas totus, non alio exceptus tecto, quam cœlesti? erro interim vilissima ancilla ego, & meam operam locare cogor; qui me conducere velit, neminem invenio; ostiatim stipem cogo, ut te, meque sustentem. * unicum, mihi crede, allevamentum miseriarum est, & medicina deploratæ ægrotantium mors: ergo Deum laceffe maledictis, quòd te cõficiat, & interimat morte certissima. hoc unum potes, verbis hujusmodi mortem accersere; sic te de Deo fœviente, & indignè tecum agente ulcisci poteris. Benedixisti Deum hætenus, ex quo nihil premii reportasti; nunc age cum illo contumeliis; cadet fortè fœlicius, quòd si etiam moriendum tibi sit, nihil tentasse nocebit, quid enim certius, quam benedicenti Deum miseriarum & ærumnarum.

Iobus autem, ut qui se ad res adversas fortiter perferendas præparasset, cum has voces uxoris excepisset, tantæ stultitiæ & impietatis impatientis, pleno iracundiæ vultu, indignantibus oculis ad illam conversus; Verè (inquit) stultam hæc tua te verba testatur; deficiis planè, & languescis circa divina; vero rerum sensu, æstimatione, & iudicio destitueris; nam tu es cæterarum insipientium, & à religione, alienarum fœminarum similis; altera Eva seducta à serpente, quæ mihi tam insignis adversus Deum piaculi auctor, & magistra esse velis. * An non in e ratione ipsa positum est, ut qui lætis & jucundis à Deo affectus quondam fuerit, nunc lætus perferat, quidquid ille mali immittat; vel si mortè? nam quòd de illius manu in nos derivatur, nõ potest nobis non commodum, atque utile existere; sive mala, sive bona benevolus ille semper dispensat; pristina nos ille fœlicitate conduxit, atque obligavit, ne isthæc mala detrectaremus. sic gratitudinis, sic rerum humanarum vicissitudinis lex postulat, non solum itaque priora mala excelsò & invicto animo tulit Iob, sed neque primoribus labiis (quod ajunt) numen divinum violavit.

Verum vehementius etiam patientissimi viri ægritudinem, atque dolorem auxerunt tres illius amici. Ii enim, cum accepto tantæ calamitatis aut rumore, aut nuntio die & loco inter se constitutis, de communi professione cõdixissent, videlicet Eliphaz Themanites, & Baldad Suchites, & Sophar Naamathites ex suis urbibus, regnisque proficiscuntur, ut veræ amicitia, & solatii officia persolverent.

Procul adhuc stantes, urbis mœnia vident; hominem in sterquilinio sedentem conspicati non agnoscunt; accedunt propius; deformatum totum, & pristina oris dignitate turpissimo ulcere, morboque obliterata vix Iobum esse

quo laborent, & de aliis vitiis huc spectantibus. §. 9. n. 3. 4. 5. 6. ubi etiam an Dæmon emittus fuerit uxoris habitum. n. 4. Quibus aliis verbis Iobum aggressus fuerit uxor §. 9. num. 5.

Varia ex Patribus hujus sententia expositiones, varique intellectus verbi Benedicendi. §. 9. n. 7. 8.

Ut Iob justè & dignè adversus uxorem excanduerit; & ut justè pro Dei honore defendendo acriter indignari, & pugnare soleant. §. 10. & n. 1. Stulti, & stultitiæ varia acceptiones in sacris in sententiam hanc cadentes exquiruntur. §. 10. num. 2. 3.


Cujusmodi sit argumentatio à Iob confecta, & que illius consequentia probanda rationes, fuisse explicatur. §. 10. n. 5. 6. 7.

Qua ratione cognoscere potuerint amici cladè Iobi, quadam. §. 11. n. 1. An ex vera amicitia ad consolandum accesserint, an verò minimè fuerint veri amici, questione peculiari explicatur. §. 11. num. 2.

credunt;

credunt; tanta calamitate perspecta, ac recenti rerum conversione animo pertractata caelum suspiciunt; Dei occultam & ab humano sensu remotam providentiam venerantur; rursus conversis in Iobum oculis, cum ingenti clamore & ejulatu lacrymas edunt; discissisque vestibus pulverem, doloris declarandi causa, capitibus aspergunt; & eum tanquam mortuum luxerunt, quem ipsis quoque mortuis miserabiliorem vidissent. Humi se quoque abjiciunt, atque fidenti in terra, & in tanta calamitate jacenti assident, medicorum instar, septem diebus, totidemque noctibus, non nisi brevissimo tempore ad necessaria munera conficienda digressi, ad multam usque noctem fessitantes; summo diluculo iterum revertentes. Cumque iis, qui in

agritudine sunt, nulla principio aptior medicina sit, quam quies & silentium; & cum nullam ingentibus ærumnis parem verbis consolationem, afferre se posse cognoscerent, nemo verbum ullum facere aggressus est; ita dolentem gravissimè videbāt; ita illi videntesangebantur, & condolerecebāt.



manites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites. cōdixerant enim, ut pariter venientes visitarent, & consolarentur eum.

12


Cūq. eleuassent procul oculos suos, nō cognouerunt eum:

Scissiq. vestibus sparserūt pulverem super caput suum in caelum

13

Et sederunt cum eo in terra septē diebus, & septē noctibus, & nemo loquebatur ei verbū: videbāt enim dolorem esse vehementem.

h Ut sit accipiendus iste dierum & noctium numerus, & de Scriptura regula benigne, & sapienter interpretanda. V. 13. n. 5.



IOANNIS DE PINEDA SOCIETATIS IESV COMMENTARIORVM IN IOB

LIBER SECVNDVS

Qui est de lamentationibus IOB, & de lamentandi affectu, principio & causis.



CAP. TERTIVM.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Mala quibus ipsius Iobi præcipuè, communisque mortalium omnium vita perpetuò premitur, ac minimè optabilis viro sapienti redditur, Iob deplorat; & animi causā suis amicis sigillatim enumerat, & cum gemitu lamentationeque exponit.

I. Post hæc aperuit IOB os suum, & maledixit diei suo.

- 1. Quo tempore suas lamentationes orsus sit Iob. An uno die disputatio amicorum peracta.
- 2. Loquendi peritum efficit tolerantia.
- 3. Explicatus salomon de silentio stulti & sapientis.
- 4. Aperire os, quid? Peculiaris res accentus sacrorū lib.
- 5. Apertū os ad alia relatu
- 6. Bene loqui, res operosa. Orationis cum auro collatio. quid loqui ex abundantia. 5. 6. Maledicere
- 7. Verbum Maledicēdi. Explicatus locus Regum.
- 8. Quid dies, quid tempus



OST HAEC. Quidam, ut Eugubinus, hæc referunt ad acceptas plagas; ita ut statim post amicorū aduentum tot plagis confossus has querellas subito ediderit, sed neque statim post acceptos morbos; cum multo ante amicorum aduentum his affectus siluisset; neque statim in illorum aduentu verbum fecit ullum, amicis etiam silentio se continentibus septem illos luctus & meroris dies: in quo ferè Græcorum atque Latinorum sensus consentit. idēque significat illud, post hæc, septem videlicet dies silentio transactos. Disputatio verò cum amicis integra fortè uno die, & continenter peracta est; cum continenter Scriptura Sacra universam disputationem describat,

I Eugubinus. Quo tempore lamentari cæperit.

Vno die integra disputatio peracta.

bat, indicatura profectò, si interpellatio aliqua intercessisset, aut aliquo die cessatum fuisset à contentione, & disputatione; presertim cum multum valeret ad tē-tandam & labefactandam Iobi patientiā importuna illa atque indefessa disputandi, coarguendi, urgendi, cōvitia & cō-tumelias faciendi, scelera objiciendi as-fiduitas & frequentia; quare fatetur ali-quando Iob se fatigatum, cum graves & onerosos consolatores appellat. Et iterum: *Eu decies confunditis me.* illud argutè dicitur ab Origene, qui illud, *post hæc*, ad vermiculorum famem expletam refert; Per-fas, Medos, Kaldæos inter pocula nō lo-qui, sed nutibus omnia ministratibus præcipere; ita ex hoc more, expletis jam ver-mibus, & inebriatis sanguine & carne sua Iob tempus loquendi ratus cum antea in-ter vermium morsus ne verbum quidem dixerit, dicere aggreditur.

Sed quod post diurnam malorum gravissimorum perpersionem, nunc tādē Iob, dicere incipiat, duo nobis præ-clare significantur; alterum non nisi pa-tienti viro facultatem in esse loquendi, atque dicendi; nam *qui non est tentatus quid scit*; qui nihil sciat, quid loqui possit? sa-nè sapientem & verba faciendi peritum efficiunt verbera, & ærumnæ toleratæ. propterea Ambrosius, super id Lucæ. 4. *Consummata omni tentatione, &c. In tenta-tione* (inquit) *sanctus Iob mysteria loquitur.* & lib. 2. de interpellatione. Iob. c. 2. *In ster-core sedens, in tantis vibicibus & sevi doloris vulneribus, totum corpus divis persusus ulceribus mysteria loquebatur; nec acquirendi propriae reme-dii agritudinis, sed sacris vacabat sermonibus. fortiores itaq; sermones agri hominis, quam illorum qui non agrotabant, ideo ergo non car-nis gemitus, & corporis infirmitates, sed voces spiritus loquebatur, quibusurgeret, non quibus cederet.* in eam rem Sapiens dum per to-tum caput 2. Eccles. ad tolerantiam la-borum hortatur, tandem hoc quasi pro-posito præmio adjicit: *Qui timetis Dominū diligite illum, & illuminabuntur corda vestra.* Deū, inflētis licet plagis in vos animad-vertentem colite, reveremini, amate: fu-gat enim, depellitque flagello ex huma-na mente ignorantia tenebras, atq; cla-rissimum quoddā ad divina cognoscen-da lumen præfert. illi igitur, qui castiga-ri, & curari renuat, loqui quoque de di-vinis prohibetur. Psalm. 49. *Peccatori di-*

xit Deus: Quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? tu ve-rò odisti disciplinam. proprie, castigatiōe, correptionem; hæc est enim disciplina illa, de qua Ierem. 2. *Frustra percussisti filios vestros; disciplinam non receperunt.*

Alterum, vix bene & congruenter lo-qui posse, qui prius siluisse nesciverit; qua-re observatione carere non debet illud, *post hæc*, quasi dicat, post diurnum silē-tium: homo enim *Sapiens tacebit usque ad tempus.* namque est quoddam stultorum, & elinguium silentiū, vix laudabile, vi-tuperatione etiam dignum, sicut scriptū est: *Est tacēs non habens spiritū loquella; & est tacens sciens tempus apti temporis.* ille cum languentem imò exanimem & emortuā habeat linguam, virtute & moderatione nulla indiget, ut taceat; iste verò cum spi-ritum loquellæ habeat, & concitantē mo-tum, verborūque igniculos conceptos sentiat, si se silentio aliquādo contineat, is potens erit linguam suam moderari, potensque, si semel loquēdi habenas laxarit, cum opus fuerit adducere; quare fieri non potest, ut non sint omni admi-ratione digna verba, cujus adeo mirum, & incredibile in tantis doloribus, tam di-urnum & inauditum silentium fuerit. Certè quam Iacobus dixit linguam à ne-mine mortalium domari posse, coercitā, domitam, frænata patientiæ vi in Iobo videmus, ac veluti generosum equū frē-no injecto silentio se cōtinere cum opus est, neque laxatis orationi habenis ratio-nis terminum finisque transilire; sic ip-se de se testatur. cap. 30. *Frænum posuit in os meum.* videlicet agebatur à suis illusori-bus ut inutile pecus; lacessebatur; tunde-batur; lacerabatur doloribus; sed mutus ipse frænum videbatur habere, & si-lentii vinculis os adstrictum, quasi liber-tate orationis adempta. atq; rursus ver-siculo. 28. gravissimis se malis extimu-latum mitissimum se præstitisse, mæren-tem licet atq; gementem; *Mærens* (inquit) *incedebam sine furore.* quod enim ibi Septu. legunt, *Gemens ivi sine fræno,* nō ad abruptū silentium, sed ad effusum gemitum perti-net. Mirabilis sanè illa sit oris in equo fa-cilitas, cujus tamen is, qui in eo assidet eques calcaribus frequenter admotis illa cruentet, habenis colla verberet, tundat virga, clamoribus, sibilis, cæterisque id genus incitamenti compellat in arenā.

Ierem. 2. 30.

3

Nemo bene loquitur, qui siluisse nō dixerit.

Eccles. 20. 7.

Eccles. 20. 6.

Cujusmodi sit stultorum, & elinguiumve si-lentium.

Iacob. 3. 8.

30. vers. 11.

Vers. 28.

LXX.

Similis qui silet generoso equo fræno injecto.

modo

Iob. 16. 2. Iob. 19. ver. 3. Origenes.

Perfæ iuter edēdō non loquūtur.

2

Loquendi peritū efficit patientia.

Eccles. 34. 9. 11.

Ambros. Luc. 4. 13. Iob mysteria loquutus.

Eccles. 2. ver. 11.

Psalm. 49. 16.

modo id leviter tantum adductis habe-nis, perstrictoque ore adversus hæc om-nia incitamenta consistat immotus, non jactet armos, nō jubas; nō terrā pedibus, non aera calcibus verberet; non affurgat in saltus, nec spumas agat ore cruētus, nō ignem naribus expiret, aut alia præbeat innatæ ferociæ & rebellionis documēta; certè nō ab similibus est Iobi generosa virt^o facilitas & moderatio oris, morū institu-tio, cupiditatū compressio, quæ fortuna cruētat, abjicit, proterit; ignominia pun-git, dolor inflāmat, ægritudo disrumpit, vermes perpetuū jejuni & inexplēbiles rodunt, omnibus artibus savissimus Dē-mon discruciat, & provocat ad loquen-dum, & spumandum ex ore stultitiam; qui tamen patientiæ fræno admonitus, cōsistit tacitus & elinguis, illæsus ab om-ni se querimonia cōtinet, non fremit, nō agit ore spumas, non inflat nares, non in-spirat indignabundus; cum vero jam lo-quitur, sic certos rationis, virtutisque fi-nes observat, ut ultro citro vè nequeat cō-sistere; dignum profecto silētium, dignis-sima, verba, quæ nō solum multorum ad-miratione, & silētio, sed laudibus & ora-tione celebrentur; sicut à Sapiente dictū est: *Bonus sensus usq; in tempus abscedet verba illius, & labia multorū narrabunt sensum illius.*

Aperuit Iob os suum. Indicatur oratio de rebus gravissimis futura. Sic ait Psal. 77. *Aperiam in parabolis os meum;* id est, loquar insignes quasdam memorabilesque sen-tentias de reconditis mysteriis; & ideo subjūgit, *loquar propositiones ab initio.* id est, quasdam antiquas & (quas Logici vocāt) maximas propositiones de rebus divinis; Græci hñc legerunt, *problemata*, Hierony. juxta fontem, *enigmata antiqua.* ejusdem phrasis usus & vis est, Matth. 5. & Acto. 8. est namque ille *aperiendi oris*, gestus & ha-bitus magistri, doctorisque sapiētissimi: in cujus os, & verba singula conticentes omnes intenti sunt, observantque tum tacentem illum, tum etiam os aperiētē, atque dicere incipientem; & ipsius exor-dii voces singulas, vocisq; genus, qua-litatem, & quātitatem, an remissa, & ina-an verò acuta & intensa, tandem an læta plenāque voce exordiat; hæc enim omnia loquentis affectum indicant audi-toribus. ergo non solum Iobi oratio gra-vissima fuit, sed gravissimus etiam vocis tenor & accentus, sic exigente materiæ

gravitate. ex quo apud Hebræos postea observatum fuit, ut intenso, forti, satyri-cōque accentu Lamentationes Iobi, & Ieremiæ in suis Sinagogis legerent; cum Pentateuchus, & libri historici tenore plano & leni decantarentur; Cantica a-lacri, & jucundo accentu; Psalterium to-no gravi, & contemplativo; Prophetæ Se-vero, & vehementi.

Præterea non orationis solum momē-tum, & gravitas indicatur, sed illa etiam oris apertio, nescio quam dicentis liber-tatem & majestatem affert; quam sibi u-rsurpavit Eliu infra. cap. 33. *Ecce* (inquit) *aperui os meum, loquetur lingua mea in faucibus meis;* de quo eo loco. liberè igitur & suis calamitatibus superior de suæ vitæ & rerum humanarum vicissitudine sa-pientissimè Iob philosophatur.

Quod alii tertio dicunt, indicari ora-tionem consultò & præmeditatò factam, mihi non displicet; Hispanè dicas: *pa'ose de proposito a hablar; hablo depensado, y como quien entendia lo que hablava* nam qui recē-tentem dolorem, cum multo acerbior esse solet, silentio coercuit, jam nūc data dicēdi occasione, nulla certè animi per-turbatione, aut repentina commotione elatus, sed maturo consilio, & ex delibe-ratione præmeditatus loquitur. Huic an-nectere licet, significari simul veritatem atque æquitatem eorum quæ dicuntur. nam qui præmeditatus loquitur, studet ut non leviter, sed ex ratione, & æquita-te locutus videatur; sicut Proverbio. 8. dicit Sapiaentia, *Aperientur labia mea, ut re-cta prædicent.* Et iterum. cap. 31. 9. *Aperi os tuum, decerne quod justum est.* atq; id in hac præsertim Iobi oratione oppidò diffi-cili, præmitti oportuit, verissima dixisse, & ex æquitate rectòque judicio de diē-nativitatis suæ differuisse. simile id 2. Co-rinth. 6. *Os meū patet ad vos, o Corinthii;* quas habiturus sum apud vos conciones de rebus gravissimis, & verissimis semper versantur ante oculos. Obiter illud ob-serva, in eo, qui silentium servaverit, non solum ab omnibus notari si multum & importunè aliquando loquatur, sed etiā si os aperiat, & loquendi signum det; & in eo qui diu sanctitatē, & vitam religio-siorem professus fuerit, non solum si in manifestum aliquod peccatum labatur; verum etiam cum levem alicujus vitii speciem præse tulerit.

Camora. in arte gram. lib. 1. c. 4.

Quo accentu singuli libri Sacri decāta-ti.

5

Apertio oris ad liberatē & facultatē lo-quendi refer-tur.

cap. 33. ver. 2.

Proverb. 8. 9.

2. Corinth. 6. 11.

Illud

Prov. 31. 9.

Eccles. 1. 30.

4

Psalm. 77. 2.

Hierony.

Matth. 5. 2.

Acto. 8. 35.

6 Illud non omittendum, magnam delibatione adhibuisse, & moras in loquendo traxisse virum sapientissimum, quod examini verborum, quæ profertur oportet, adhuc fuerit intentus; hoc itaq; silentii tempore, in cordis veluti fornace sententias coxit, scoriam inutilium verborum excoxit, atque rejecit, finxit tandem aurea verba, quæ nobis redderet linguæ labiorumque bilancibus diligenter expesa; namque bene loqui res est valde operosa, & subtile opus, quod tempore, silentiique prævio spatio indiget; *Aurum tuum* (inquit Ecclesiasticus) & *argentum tuum confusa, & verbis tuis facito stateram*; non solum quod verba minimè futura sint levia, sed gravia, magnique momenti, & ponderis; sed etiam quod res sit, quæ diligenti animi cogitatione, & attentione, atque labore indigeat, qualem aurifex in auro ponderando, & examinando adhibet, non enim parum, sed multum interest, plus aut minus lanx propèdeat. quare Iobus ipse graviter conqueritur, ca. 6. propterea quod in iniqua aurium stateram sua verba incidissent, & æquiores alias desiderat, cum non prius à se prolata fuissent, quam diligenti trutina examinata: *Vtinam appenderentur verba mea in statera*, præterea indicat Sapiens, debere esse sapientis hominis verba auri instar, non infecti & rudis, sed confecti, & cælati; ut præter gravitatem præciosamque materiam dicendorum, opus ipsius conficiendæ orationis, laborque benedicendi non levis sit. Ergo tum pretiosa hæc materia, qua verba constare oportet, tum ipsa artis opera & factura indicat non nisi parcè, & post multum silentii tempus loquendum; propterea namque Salomon, dixit: *Virum eruditum esse præciosi spiritus*; sicut & 1. Reg. 3. dicitur: *Sermo Domini erat pretiosus in diebus illis*. hinc facile intelligas, cur Lucæ 6. dicatur: *Bonus homo de bono thesauro suo profert bonum, ex abundantia enim cordis os loquitur*; nam thesauro cor simile est, quippe in illo aurea & argentea verba concipiuntur, conflantur, reconduntur, priusquam lingua formetur, aut ore promantur. ubi observa, verba esse ex *abundantia cordis*, quasi reliquum ex fonte; qui autem angusto & contracto corde atque animo est, facile oppletur, multa fastidit, & multa effundit; qui vero magno & excelso corde est, nihil equidem est quod

non capiat, nihil fastidit, & multis licet doloribus plenus facile omnes continet, facileque se silentio continet, nihil ori & verbis reliquum facit. Sed pergo, nam statim plura de hoc silentio dicenda nobis erunt.

7 *Et maledixit.* verbum (*Kalal*) quod est maledicere, significat dicere mala, verbis contemnere, & vili pendere; à qua radice dicitur, Genes. 16. *Despexit dominam suam*, id est maledicebat, vel malè respondebat. & ab eadem radice dicitur 2. Reg. 6. *Vilior sum, plusquam factus sum*; nempe non habitu solum, sed contumeliosis verbis, & maledicentia uxoris; Michol licet illudat, multaq; de me sermonis materiã præbeam, hujus verò significationis ratio & analogia est, quia quæ vilia sunt, malis verbis accipere solemus, minus bene de illis loquimur, aliquando etiã excramur, & maledictis incepsimus. Iob itaque de die suo tanquam de re vilissima & despiciatissima loquutus est, contumeliosissimis verbis tractavit; mala illi precatu est.

8 *Dies suo.* Dies licet pro naturali aut artificiali accipi soleat, ut dicemus v. 3. & frequentibus, aliquando tamen accipitur pro tempore fausto, aut verò calamitoso. Ieremie. 17. *Diem hominis non desideravi, tu scis.* quod ab aliquibus in bonum accipitur, meis concionibus nominis & famæ splendorem non aucupor, neque vitæ iucunditatem; ab aliis in malum, in hanc sententiam; Licet ab iis sim lacesitus, quibus ingentia supplicia immensere prædixerim; sed tamè illud calamitosum tempus, & infaustum supplicii diem ego neque advoco, neque urgeo, neque desidero. similiter apud Abd. *Non despicias in die fratris tui, & non lataberis in die perditionis eorum.* id est. Quamvis ego supplicio & everfione patriæ miserada Ierosolimitanos affecerim; sed vos o Idumæi ne læti diè huc calamitosissimum inspicite; non dabitur vobis lætis inspicere. sic etiã apud Latinos tempus absolutè positum, pro adverso usurpatur. non aliter Iob diem suum, id est suarum rerum statum miserrimum, & tempus tristissimum atq; difficillimum, & sui, quos perfert, corporis atq; vitæ cruciatu acerbissimos lametari aggreditur, & in disputationem vocat, materiãmq; dicendi.

7
Genes lib. 4.
* Hablavale a su Señora con poco respeto, y respõdiale mal.
2. Reg. 6. 22.
* Auuq mas digan de mi, y mas burla haga Michol.

8
Dies quid significet.
Ierem. 17. 20.

Abdia. 1. 12.
* No lo veran vuestros ojos

Tempus apud Latinos pro calamitose.

Opportunum & necessarium filerium præcedit sapientem oratione

Eccles. 28. 30.
Oratio futura auri instar.
Qui loquitur similis aurifici.

6. vers. 2.

Prov. 17. 27.
* Que el sabio vende caro sus palabras, y no se alcança barato el saber hablallas, ni el poder oyllas.

Luc. 6. 45.
* Lo que sale por la boca, es el remanente del corazón.

II. Et locutus est.

I **P**AGNIN. ad gemitum refert, dum legit, & clamavit. multò incògruentius, Vatab, & Regia, & respondit; nam ipse potius initiu dicendi facit. Hebræus apud Cajet. longius petiit; *Et proposuit quasi materiam dicendoru.* simplicius atq; commodius Latinus interpres, & loquutus est; nam, (*amar*) simpliciter dicere, aut loqui significat, licet ex adjunctis pro ratione loci & sensus vim peculiarem habere soleat præcipiendi, decernedi, promittedi, aut graviter de re aliqua dicendi. sed hic non tam ex simplici verbo, quã ex repetitione ejusdè rei, & vocis ferè synonymæ epitasim habet: *Aperuit os suum, & loquutus est*; sicut & id Gen. 3. *Deus Patris tui dixit mihi, cave, &c.* Sept. ex Heb. *Dixit ad medicens. dixo melo una vez y otra.* Serio præcepit. & Gen. 2. *Præceperam tibi, ne comederes.* Hebr. præceperam tibi dicendo; rem gravissimam, plenamque pondere, quæ pro sua dignitate bis & ter repeti debeat.

2 Sed nunc nõ solum quod post diuturnum silentiũ, sed quod in mediis ærũnis fiat patiensissimi viri oratio, observari debet; solene namq; semper fuit viris justis in medio doloru æstu immotu silentiũ, sicut David dicebat se opprobriũ à multis gentibus excepisse, & in sinu suo continuisse, & silentio tulisse; *Memor* (inquit) *esto domine opprobriũ servorum tuorum, quod continui in sinu meo multarum gentium.* est autem hoc justorum afflictorum silentiũ, simul cũ externa reticetia, nulla etiam interna animi irati, cordisve indignantis vociferatio, nulla de Dei providentia conquestio, nullaq; humanæ opis imploratio; sicut ab Isa. monetur. *Achaz, Vide ut files.* (nullus opem implorans, rem totam Deo tantum committe) *noli timere.* atq; eodè pertinet illa altera sive miseroru adhortatio, sive pollicitatio salutis, *In silentio* (sustinentia, & omnis humani auxilii despicitã) *& spe* (soliis divinæ opis expectatione) *erit fortitudo vestra* adversus omnium maloru cohortè. Silètiũ præterea hoc nõ solum querelas excludit, sed affert etiã nostroru peccatoru cognitio-nem ejusmodi, ut proptè & alacriter perferre velimus cõmeritas pœnas: sic secũ

cogitabat, dicebatque populus afflictus: *Convenite, & ingrediamur civitatem, & * si leamus ibi; quia Dñs Deus noster silere nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis; peccavimus enim Dño.* Planè vidit miser ille se dånari meritò ad sempiternũ tenebraru carcerè; ** & obmutuit.* sceleris videlicet conscientia vincus. Hujus patientiæ silentis meminit Psal. 64. quo se in mediis ærumnis & captivitate consolabatur Dei populus. *Te decet Hymnus Deus in Sion*; Hiero. juxta Hebr. *Tibi silentiũ laus Deus in Sion.* id est, te nostrum silentiũ, te nostra tolerantia prædicat Hymnis dignissimũ; nam nostra paciẽtia Dei flagellãtis laus est. idem David: *Nonne Deo subjecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meũ.* Hier. juxta fontè, *Attamen apud Deum filebit anima mea.* & hoc se silentio præbebit Deo obsequente; & iteru: *Veruntamè Deo subjecta* (Heb. silens) *esto anima mea; ab ipso enim patientia* (expectatio salutis) *mea.* Mirificè rem expressit Ier. *Bon?* (suavis, opportun? auxiliator) *est Dominus* (Iehova, bonoru omnium, viteque beatæ fons & principiu) *spèrãtibz in eum; anime* (homini inhiant in ejus opè, ejus auxiliu ardenti & cõcitato spiritu imploranti) *querenti illu: bonum est præstolari cũ silentio salutare Dei* (quippe in deploratis malis, hoc est remediũ extremũ, silentio ferre, spe de Dei bonitate concepra; melius atq. commodius est cum Deo agere silentio, quàm importunis querimoniis) *Bonum est viro, cum portaverit jugu ab adolescentia sua* (quam tũvis delicatũ adolescentulũ, tenerumq. vitulum astringat Deus jugo gravissimo, & durissimo, & idètidè stimulet, ferròq. exagitet, tantum nõ mugiat ille, nõ recalcitret, hoc nãq. duru illi existet) *sedebit solitarius* (quãvis nullu laboris comitem adjungat, sed gravissimũ jugu q. par bou fortissimoru meritò postularet, soli sibi delicato, & infirmo imponi videat) *& tacebit* (feret tacitus & elinguis, sine voce, sine querimoniis) *quia levavit super se* (sic lectio Vatic. id est juxta Heb. *quia levavit super se jugum*, quo etiam modo juxta Septuaginta legerunt, Amb. & Theodoretus, *quia tulit super se ipsum jugum grave.* tantum enim abest, ut se loris & jugo subtrahat, ut etiam sponte sua accedat, submittat, inseratq; collu) *Ponet in pulvere os suum* (tam demissam enim cervicem præbebit, ut ore contingat terrã, demissè simul atque silenter suscipiens

I
Varablus Regia. Hebræus apud Cajet. **יָמַן**

Gen. 3. 1. 20. LXX.

Gen. 2. 17.

Iust in ærũnis silent.

Psal. 88. 5. 1.

Isai. 30. 15.

Ierem. 8. 14.
* Recojamonos y calle-mos, q biẽ tenemos porq. Meritò ad sempiternũ tenebraru carcerè; Matib. 22. 12.
* La. misma verdad de su culpa le a todo pies y manos, y uo tuuo que hablar. Psalm. 46. 2. Hierony.

Psal. 16. 2. Hierony.

vers. 6.

Ierem. Thre. 3. 25.

Ierem. Thre. 3. 27.

LXX. Ambros. Theodoret.

onus) Si forte sit spes (hac videlicet ratione futuram opem expectaturus.) itaq; cum sanctus Iob, non minus illustre silentii, quam patiētiæ exemplū præbuisset, quō tandē animi affectu permot⁹, quo vē dōloris sensu stimulatus alta nunc silentia ruperit, deinceps nobis explicādum est.

LAMENTATIO- NVM IOBI, ET LAMENTAN- DI AFFECTVS, CAUSSARVM, QVE CONSIDERATIO.

NEQVE leues neque paucæ illæ quidem difficultates in his Iobi lamentationibus explicādis interpretibus occurrunt, quæ plerōsq; torserunt; sed ne nos malè quoque habeant, singulatim; quō explicētur facilius, proponemus; ad sua singulas capita fecantes atq; revocātes. Est verò res quidem consideratione dignissima: nam plene sunt voces, plenāq; mysteriis supiria, ut Ambros. dixit; causæ quoq; difficiles, & reconditæ, nō enim cuius patet cordis arcanū, q̄ in egritudine & amaritudine est; sicut à Propheta dictum est: Anima ejus in amaritudine est, & Dominus celavit à me, & non indicavit mihi.

4. Reg. 4. 2. 7.

SECTIO. I.

An Iobo nūc accesserit recens aliqua quæ relarum causa.

- 1. Difficultatis proposita ratio. 2. Nullam accessisse Iobo lamentandi novam causam, sed novam dicendā occasionem. 3. Objectionum responsio, in suis comitatis, & urbanitatis studiosus erga alios. 4. Quis modus accedendū ad Disputandum.

HAE Iobi querimoniæ ex nova nūc causa ortæ videri possunt; quondā enim aut silebat omnino, aut si loquebat non nisi peccati, præsentisq; animi signa dabat; nūc verò in ingētes querelas abripitur, longiusque dolore effertur, quā sapiētis hominis ratio cogitata postulare videatur, ad eōq; amicis suspicionem despōdentis animo, seq; abjicientis injicit; id q̄ significare possunt extrema hujus capitis verba: Nonne dissimulavi, nonne filii, nonne quievi, & venit super me indignatio? nova videlicet, sæviōrque plaga, post tot alias

I Difficultatis ratio.

vers. 26.

patientī, & peccato animo toleratas.

Verū statuo, nullam omnino recētis doloris; aut querelarū materiā colligi ex toto libro posse; cum potius variis licet modis eandē semper cātillēna canat, nimirū honoris, salutis, bonorū omniū jacturā; acerbissimos morborū dolores & cruciatus, mortis formidinē, metūq; acres cōtumelias, iniquā de sua vita suspiciōnē; Deum sibi instar sævisimi hostis ifatū, quē ipse omni obsequio & observatiā coluerit; quæ omnia subjecis sexcētis locis ostenderem, nisi nobis etiam nolentibus occurrere deberent.

Ad id ergo q̄ primo loco objiciebatur dicendū, certē nō novi doloris, sed novā nūc loquēdi occasionē datā in amicorū præfētiā, apud quos de misero suarū rerū statu mortaliū more cōquerit; cum antea siluerit, ut priores loquēdi vices pro sua urbanitate suis amicis cōcederet, nunquā enim vir justus animi sui moderator & rector, ita suis se rebus totū tradidit sive in mærore, & luctu, sive mavis in lætitiā & gaudio, ut officii ullo unquā tempore obliviscatur sui, aut amicitie & urbanitati aliqua ex parte desit; quin potius virtuti, & equo semper primas fert; id q̄ in humani generis reparatore clarè perspicit, qui dū in oratione vehementius cōflictareretur, sedulā tamē dormitantū discipulorum curam gessit; semel & iterū amicē illos admonuit & invisit; & sui oblit⁹ animam jam jā agens matri filiū, & discipulo matrē magistrāmq; procurat. accedit etiā illud, q̄ Iobi amicis in tantis, tamq; multis malis obstupescētib; simul & obmutescētib; cōstanter tamē ipse disputare aggreditur, & sui consolādi primus ipse occasionē præbet, rationēq; designat. ejusmodi est apud Ciceronem sapiētis illud Solonis elogiū, quo se, negat velle suā mortē dolore amicorū lamentisq; vacare. Tum præterea ne diuturniori silentio molestior illis esset, ut argutē observarūt Chry. & Poly. Atque ea ipsa re, q̄ disputatiōnē ipse primus aggreditur, eximie dat sapiētis documenta; nemo enim nisi sapiēs ad disputatiōnē accedere debet, quātumvis ab alio lacefsatur; qua de re vide Philo. lib. quōd deterrius potiori insidietur; Quomodo autem illa extrema capitis verba accipi debeant, videlicet prima parte relata ad tempus fœlicitatis, eo loco dicemus.

2 Nullā accessisse Iobo novā lamentandi causam.

3 Responsio ad objecta.

Iustus etiam in egritudine comis & urbanus.

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Joan. 19.

Solonis elogiū. Cicero. de Senect.

Chryso. Polychro.

4 Quis modus accedendū ad disputatiōnē. Philon.

SECTIO. II.

An fuerit Iob scrupulis agitatus.

- 1. Dæmon j. pe. in seculi scrupulos; interdum creat Melancholia. Q. uadā scrupulorum remedia. explicatus locus Reg. de Spiritu malo Saul. 2. Terrores conscientie injecti à Dæmone. 3. Q. uadā scrupulorū indicia. 4. Scrupulosi ut se debeant erigere. Horum medicina. Obedientia. 5. Iobi lamentationes non esse referēdas ad scrupulos 6. Iob, ut pote Christi patientis figura, per omne genus passionū, & in omnibus sensibus probatus. non habuit suæ gratiæ evidentiam. 7. Potuit laborare scrupulis.

I

AD HVC tamen videri alicui potest in novam animi ægritudinē, multo quā reliquos corporis cruciatus acerbiorē, incidisse, ut cōscientiæ stimulis, & interna, quā vocāt, desolatione cruciatur ad illustriorē patiētiæ probationē.

Id primò probari potest, q̄ hac quoq; ratione tentare soleat adversarius, & perturbare mētes hominū, & ad desperationem adducere, ut Gerf. dicit, & Laurent. Iustin. quare cū Dæmoni amplissima potestas permessa à Deo fuerit vexandi Iobū, ab hac quoq; tentatione minimè credendū est abstinuisse; atq; eò verosimilius sit, q̄ hic cruciatus cōscientiæ acerbior est, & à D. Bern. cū inferni tormētis meritò cōparatus. Et cōfirmari res hæc poterit ex eo, quōd frequēter scrupulorū mentiū ægritudo, in itū habere solet ex morbo, & affectione melancholica; corporis autē ægritudine, & tēporis aut humorū excessu frequenter ad suas tentationes adversarius utitur, uti explicat latē Lyr. & Burg. 1. Reg. 16. Sic enim psallente David, atq; leniente pravā furentis ægritudinis dispositionem, qua laborabat Saul, & qua Dæmon utebatur liberius, atq; facilius ad illum vexādū, melius habebat, uti his verbis scribitur: Quādocūmq; Spiritus Dei malus arripiebat Saul, tollebat David citharā, & percutiebat manu sua, & resocillabatur Saul, & levius habebat, recedebat enim ab eo Spiritus malus. quare inter alia scrupulorū remedia ea omnia sunt quæ melancholiam purgant. ut apertè tradunt Gerf. de exercitiis diceret. & de remediis contra pusillani. vide etiam D. Tho. 1. p. q. 115. a. 5. ad. 1. & 2. D. Ant. 1. p.

1. probatio ex Dæmonis tentatione. Gerf. p. 3. op. de diversis Diaboli tentationibus. list. M. Laurentius Justinianus. op. de disciplina monast. cap. 12.

Bernardus.

Scrupulos interdum creat melancholia.

Lyr. Paulus Burgessis. 1. Reg. 16. 23.

Gerf. D. Thom. D. Anton.

tit. 3. c. 10. §. 10. reg. 6. at verò melancholia pro aliorū morborū apta materia sumpta est à Dæmone; quæ etiam scrupulis & imaginationi stimulantæ servire potuit. in quam quoq; rē facit, quod scripsit Avicena, quibusdam medicis visum esse Melancholiam morbum à dæmone fieri.

Secundò hujus rei testes sunt, acerrimi quidā conscientie terrores longēq; molestissimi, quos pati se testatur. c. 6. & c. 7. v. 14. & c. 9. v. 34. Auferat à me virgam suā, & pavor ejus non me terreat. & cap. 13. v. 21. Formido tua non me terreat. & cap. 14. v. 13. Quis mihi hoc tribuat ut in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertrāseat furor tuus? & c. 10. v. 2. damnari timet; Noli me condēnare. quibus locis significat apertè, non tam dolere se de aliis presentibus malis, quā de eo quo cruciatur animi terrore. qua de re dum differit Laurent. Iustin. Justinianus suffic scribit: Quandoque etiam demones horribiliter humana mēti se ostētant per terras imagines, & insolitos aspectus; atque per terribiles comminationes, insuetosque terrores tremorem conatur ingerere vehementem, quatenus relicta confidentiā ancora, in pusillanimitatis pelagus ipsam demergant.

Tertiò, ex signis quibusdam, quæ amici in illo notarunt, c. 15. quōd Quasi magna cogitans attonitos haberet oculos obstupescēti similis, videlicet quasi magna moliretur, & alta esset cogitatione defixus modo humi demissos, & immotos gereret oculos, modo sublimes illos attolleret admirabūsus; tum statim crebris cōversionibus, crebrōq; rotatu huc illud se pius circumageret; quod proprium eorū est, qui interius cogitatione aliqua stimulantur, interdum motibus & signis externis internas animo imagines conari depellere.

Quartò, Deum sibi iratum fingere videtur, atque suorum peccatorum, & ante actæ vitæ scrutatorem nimium, nimiumque memorem. c. 7. v. 20. & 21. Tum etiā. c. 10. v. 3. calumniam se pati cōqueritur, & accusationem acerrimam de minimis, atque levissimis erratis & c. 14. v. 3. & 17. Signasti quasi in saculo delicta mea.

Quintò, à suis ipse verbis simplici bonāq; mente prolatis timet, nē fortē peccaverit; in quam rem explicatur à Philip. & Bed. id c. 7. Desperavi, nequaquam ultra jāvivā, & inferius, Peccavi, & c. an in hoc peccavi? nulla ne mihi reliqua salutis spes?

Avicena.

2 Probatio ex quibusdā conscientie terroribus.

Justinianus suffic Pra adductus.

3 Iob. 1. c. 12. Alia scrupulorum exteriora indicia.

Philipp. Bed. cap. 7. * Desesperacion y peccado deve de aver fido e isto que ahora dixte.

Sexto, nunquam tibi persuadet a semel admisso peccato mundū iri, ut. c. 10. v. 15. Si peccavi, & ad horam peperisti mihi, cur ab iniquitate mea mundū me esse non pateris? quē sensum indicavit ibi Greg. Sic explicās: Si culpā venia abstulit, cur hanc & à memoria non detersit? sæpe autē (inquit Greg.) ita mens in culpa recordatione cōcutitur, ut ad perpetratiōnē illius longē gravius, quā prius, quādo capta fuerat, urgeatur, & deprehēsa trepidat. seq; ipsa vanis motibus impulsā perturbat. quo videtur scrupulosam mentē accuratē describere.

Septimō, tandē his tot ac tantis tēpestatū fluctibus jactatus respirat aliquādo, & adversus sævientē tempestatē sæpe bene erigit, & cōfirmat, anteq; actā vitæ bona conscientia cōsolatur. c. 16. 17. 19. 27. 29. 30. 31. q; etiam facere scrupulosi solēt, dū vires & animos sumunt, ad suā ipsoꝝ ægritudinē superādā. in quā quoq; rē illud adducit Gers. p. 3. op. de remediis cōtra pusillamitatē, cōquestos videlicet fuisse aliquādo Dæmones de quodā monacho, qui se deprimebat, cū superbię tētationē sentiebat; at verō cū ab adversario ad desperationem adduceretur, in spem se se ille majorē meliorēq; erigebat. idēq; docuit Pater noster Ignatius Societatis nostrę fūdator in fine suorū exercitiōrū spiritualiū, observatione. 5. ut cū demō vult conscientia cōstringere nimis, homo tūc laxet aliquātulū. atq; hæc omnia confirmant, quæ D. Greg. in præf. c. 3. ait, dū Iobū in cōmoratione suorū præclare factorū à jactatiōe culpa excusat. Nequaquā (inquit) in jactantia vitii incidit, qui cōtra internā desperationis impulsione, per exteriora præconiorū suorū verba pugnavit; & dū la besactari per opprobria timuit, ad statum se fiducia ex ante acta vita confirmando revocavit. in rem hanc argutē dixit Plutarchus; Quomodo illos, qui in ambulando attollunt se, & cervicem subrigunt, fatuos dicimus, & vanos; contra commendamus eos, si in pugillatu & bello erigant se; sic vir, qui ex fortuna titubavit, si assurgit & pugilis more conferens pedē casui reluctatur, atq; ex spe abjecta miserabilisq; traducit se ostentatione ad animū gestientē & excelsum, non ille odiosus vel ferox, sed magnus videatur atque invictus.

Tandē cum scrupulorū longē optimū atq; præsentissimū tradatur ab omnibus cōscientiæ curādē medicis remediū, aliorū cōsiliis audientē se atq; obsequentem præbere, certē ad majorē hujus ægritudi-

nis acerbitatē videtur pertinuisse, q; Iob habuerit importūissimos cōsiliatores, & cōsolatores, quos ipse medicos vanitatis appellat. c. 16. quib; si obsequeretur, cōscientiæ bonæ solatium & gaudium à se repelleret: cum verō illis repugnaret, in sua ægritudine maneret nihilo magis illorum cōsiliis delinita.

Sed ajo tamē, q; ad has Iobi lamentationes, & querelas attinet, nihil opus esse, ad scrupulos cōfugere, ad novū aliud mali genus; quos enim corporis dolores, & animi cruciat; patit, ejusmodi sunt, ut nullis querelis & lamentationib; inferioribus esse videant; eleganter hanc rē explicuit, Chry. hom. 4. de pat. Iob. nisi forte velimus etiā cū similibus, imō iisdē fere verbis Iere. sua mala deplorat, aut cū mortē in votis habent Moyses, & Elias, aut cū David ingemit, seq; lamētā, scrupulosos hos ones asserere invitos licēt & nihil tale cogitātes; q; iis qui audirēt, ridiculū; ei qui assereret, religioni & scrupulo futurū esset. neq; verō suscepta à Iobo dāna, ita debēt externē, & quasi cute tenus accipi, ut internū dolorem nō efficerint, & quidē gravissimū. Quē enim doloris sensum fortunarū, dignitatis, regni, subita & inopinata affert amissio? quem ab amicis jactatē cōtumeliā? de quo ille verissimē dixit: *Habet quendam aculeum cōtumeliā, quē pati prudētes ac boni viri difficillimē possūt*; toleratu sanē gravissimā, & quā Deus peculiari ratione curaret, David judicavit, dū exilii, ac vitæ discriminū, & aliarum ærūnarū oblitus, de illa injuria à Semei jactata illud tandē dixit: *Si forte respiciat Dominus* Quantā molestiā & cruciatum habet, cū benē sanctēq; vixeris, iniqu; tamē & sceleratus haberi, & prædicari ab iis, qui sapientes & æqui rerū æstimatores habētur? illud certē ad malorū exaggerationem & cumulū pertinet: *Et cū iniquis reputatus est*. Quā difficilē morborū omnium cruciatibus perpetuō absorberi humanā fidē vincētib; famescere, putrescere, spectaculū mūdo fieri, & divini supplicii fabulam verissimā atq; pverbiū? Quā arduū internas quasdā Dei cōsolationes, & divinae faciei splēdore & radios in mediis calamitatum tenebris desiderare, quos quondam scilicet habueris? Quātam affert indignationem exosum se omnibus atq; invisū cernere, irrideri ab inimicis, servis ancillisq; cōspui, illudi à vilissimis homi-

cap. 16.

5 Iobi lamentationes non referendas ad scrupulorum ægritudinem.

Chryso.

Enumeratio calamitarum Iobi per summa capita.

Cicer. Contumelia aculeata.

2 Reg. 16. 17.

Isai. 53. 3. Marc. 15. 28.

nibus

nibus; deū & hominem fidem obtestātem, gementem, opem implorantem, nō audiri, non curari, contemni? præsertim cum aliorū malis & ærumnis, longē dissimili ratione eveniat; hoc enim fere sic fieri solere accepimus (ut Sapienter dixit Cic.) *ut Regum afflictæ fortuna facile multorū opes alluciant ad misericordiam*. Quem metum, quāmq; trepidationem efficit mortis jām adventantis strepitum exaudire; non longē conspectæ minas accipere; & imminētē jugulo recurvam falcē sentire? Quis immota mente sustineat omnium malorum coeuntium, atque uno irruentium agmine impetum? Certē cū vir patientissimus Iob Christi Iesu patientis minimē obscura, imo valde illustris figura fuerit, ex internis Christi passionibus, externisq; corporis cruciatibus, quos omnium, quos mortales unquam perpessi fuerint, fuisse maximos atq; gravissimos Theologi decernūt, Iobi dolorum acerbitas & gravitas colligi potest; licēt enim isti lōgē minores fuerint, sed tamē etiam pertulisse videtur omne passionū genus; tum ab exteris, tum etiam à suis; à viris ac sceminis; à regibus; à servis, ancillis, ministris & popularibus; ab amicis, cognatis, notis, & familiaribus; in externis bonis; in fama & existimatione, honore & dignitate; in omnibus membris, in sensibus omnibus: cruciabatur enim sui corporis fordidissimi aspectu, Dæmone se se illi minacem ac trucem objiciente, & territante spectris, & visis nocturnis; auditu cōtumeliarum, & importunissimarum contentionum garrientiū amicorum; gustu everso à sua temperie, putri, amorōq; humore infecto; odore teterissimo ex totius corporis ulceribus spirāte; deniq; omnium corporis partium doloribus acerbissimis. accedit peculiariter Iobū (quod in Dei filio esse nō potuit) nullam habuisse suę gratiæ certitudinem, neq; evidentiam; pariterque incertum habuisse an tanta mala dæmonis arte & invidia procurata fuissent, an verō à Deo irato immitterentur: id quod ponderat Chryso. Homi. 4. de Patientia Iob: *Nesciebat* (inquit) *Iob, cuius rei causa dimicabat; nesciebat quem tandem exitum praelium habiturū esset*. quid, quod Christus Iesus immediate à Dæmone tortus non est, quod id minimē fuisset necessarium ad nostrā salutem; tum etiam neque per se ipsum,

Cic. pro Pom.

Iob Christi figura omne passionū genus pertulit.

Iob cruciatus in omnibus sensibus.

Iob non habuit suę gratiæ evidentiam neque certitudinem.

Chryso.

Deus Pater filiū dilectionis suę exagavit; quare cū ait: *Propter scelus populi mei percussi eū*, auctorē se passionis significat, sed media tamen invidia, & scelere nefariorū deicidarū; quasi diceret, Præ invidia, & prævaricatione populi percussi eū; aut ut est in fonte, *Percussio ei*; & cū dicitur, potestati tenebrarū tradit; intelligi per medios impios ministros debet; uti sapiētē explicuit Euthim. eo loco; at verō Iobū & Deus ipse videtur ad certamen provocasse, atq; turbine vocēq; cælitus data territasse; dæmonq; ipse modis omnib; immaniter laceravit. quare quæ super c. 2. enumeravimus infinita propè mala corporis, morbos; & animi ægritudines, nūc iterū cōmemorari oporteret, aut certē ex loco illo peti; & rē hāc illa tadē Chry. sent. claudere, videlicet unius hominis corpus acerbitates omnes, quæ in orbe terrarū reperiūtur, penit; exhaustisse. His omnibus qui volēt scrupulorū etiā ægritudinē addere, poterit sanē; dū tamē aliis malis omnibus, & sæpe & dolētē à Iobo deploratis scrupulos hos neq; anteponat; neq; cū ille clamat & conqueritur, scrupulorū tantum aculeis pungi, malēq. habere existimet, quasi cetera mala querelis atq. clamore indigna fuerint: ac non potius ea extiterint, quibus nulla supiria, gemitus nulli parē potuerint significationē afferre, præsertim cū Deus patiētia exemplū cūctis mortalib; pponere voluerit patientissimū Iobū, Tob. 2. ridiculum autē sit dicere, in scrupulorū perpessione & sustinētia ppositū nobis exemplū, & nō potius in aliorū malorū tolerantia. accedit q; frequenter, ex ignorantia provenire scrupuli solēt, atq. cum illa quam Iobus habuit, singulari divinarum humanarūq. rerū sapientia, & cū illa quam perpetuō retinuit, bonæ cōsciētie cōstātia & firmitate apertē repugnare videntur. ego certē hominē sapientissimū, natura constātē, vix possum fingere scrupulosū; at verō contēplari cogor trepidantem, & adventatiū malorū opinione exterritum, præsentibus oppressum difficultatibus, dolentem, conquerentem, vix respirantem ex tot vulneribus. His quę diximus respōderi interim potest ad r. objectiones. q; si quippiā amplius desideratū fuerit, tūc reddemus, cū ad peculiare locos illos explicandos ventum fuerit.

Isai. 53. 8.

Luc. 22.

Chryso.

7

Tobia. 2.

SECTIO. III.

An hec fit peculiaris Iobi, an verò communis mortaliū omniū vitę deploratio.

1. Testimonia ex Patribus. Iusti solent lamentari non tam suas, quam communes miserias. 2. Iob potius suas ærumnas persequitur. Cuiusmodi ægra mens, pulchra ex Ec-

clesiastico similitudo, nec non alia ex Plutarch. 3. Consequens esse ut etiam Iob agat communem omnium mortaliū causam. Meretes marere alios volunt.

I QVIBUSDAM placuit his lamentationibus non tam suam, quam communem omnium mortalem lucem, & dię perfequi Iob; sic D. Ifid. in lib. proemiorū ait: Iob suis lamentis totius mundi deplorare miseriam. Philip. & Beda, in se humani generis mortalitatem deslere. Ambros. de interpellatione Iob lib. 3. cap. 6. Quanta deploratio sancti viri pro communi infirmitate? idē existimant Hugo. Steuchus, & alii recentiores. & exemplo est Ierem. cap. 20. & in Thren. non tam propria, quam communia mala lamentans; & 1. Mach. 2. Mathathias. Va (inquit) mihi ut quid natus su, videre contritionē populi mei. viri enim iusti sui obliviscuntur, tantum attendi ad communia vel bona procuranda, vel mala avertenda, aut deploranda: propterea namq; Ezech. 4. à communi clade fervantur, & notatur in fronte signo Thau salutifero, quod viri gementes & dolentes sint super cunctis abominationibus, quę sunt in medio civitatis, id est, publicę atque palam à plerisque civibus perpetrantur.

2 Certę tamen (id quod textus ipse docet) sua nunc Iob mala deplorat, neque homini graviter ægrotanti atque dolenti tantum est ab re sua otii, aliena ut curet; afflicta hominis mēs vix potest quidquam aliud, quam suam ærumnam cogitare; cum enim hæret infixus animo dolor, hæret fixus in dolore animus, nihil ut possit alienum agere. Valeret quidem non parum ad leniendum dolorem illa cogitatio communium miseriarum omnibus mortalibus pænarum fociis; qua consideratione superius usus videtur, cū

dixit: Nudus egressus sum de utero matris meę. sed hoc nunc solatio minimē utitur, nam ut Salomon dixit Proverb. 14. Cor, quoniam novit amaritudinē anime sue, in gaudio ejus non miscebitur extraneus; id est qui tam gravi afficitur animi dolore, quantum nemo alius novit, præter eum ipsum, qui patitur, non facillē admittit cogitationem de aliena calamitate extranei hominis, ut gaudere, id est ut leniri, & melius habere possit; proprium namque est morientium animorum totos se marori tradere, & omnem solatii cogitationem depellere, sic docente Ecclesiastico cap. 2. 7. Sicut in percussura cribri remanebit pulvis, sic apertis hominis in cogitatu illius. id est cum agitur, & concutitur cribrum, decedit melior, subtiliorque farinę pars, manentibus furfuribus, sordibus, & omnibus rejectamentis farinę; sic mens afflicta repellit à se omnes solatii captandi cogitationes, & eas tantum retinet, reveluit, habetque præ oculis, quę deteriores & molestiores sunt. eandem rem eleganti alia similitudine illustrat Plutarch. Quemadmodum (inquit) cucurbita medicinales deterrimum sanguinem ex carne elliciunt, sic tu pessima quoque (cum ærumnoso loquitur) tuorum in te congeris, nihilo illo Chio negotiatore melior, qui cum vinum optimum venderet, ipse sibi acidum conquirebat.

3 Sed tamen (ut patribus initio adductis satis faciamus) cum nullum malum, quod humanum sit, ab aliquo homine alienum censeridebeat, communisq; sit mortalibus omnibus vitę sors, atque lex; fieri non potest, ut suam ita Iob, quin communem omnium causam agat; sicut si senex suam senectutem vituperet, aut miles belli incommoda; eadem sanē ratione afflicta homo vitam humanam ærumnosissimam. illud verò etiam peculiare habent animo dolentes, ut privatas suas ærumnas communes esse velint, secumque dolentibus condolere omnia, & secum ruentibus corruere omnia, & cum illis, si in tenebris jaceant, comunem dię tenebrescere, & solem communem cælo excidere; uti Medea illa amore pariterque dolore furens.

Sola est quies, Mecum ruina cuncta si videro obruta. Mecum omnia abeant, trahere, cum pereas, libet.

Senec. in Medea Acto. 3.

SECTIO. IIII.

Quid diei, noctisq; nomina hoc loco significant.

1. Gregorii expositio allegorica. peccati gradus quidam, & quasi ætates. 2. Secunda de Peccato Originali a quibus docentur. 3. Tertia expositio verior & simplicior.

I GREGORIVS, in præfatione cap. 3. & initio lib. 4. docet non debere intelligi sensibilem aliquem diem, qui hujus præterlabentis temporis pars sit; sed nostram mortalitatem (hanc item indicarunt Philip. & Beda.) aut certę Diabolum, qui per naturam dies est, nox verò per culpam. optat itaq; Iob ut pereat, id est ut malę illi sit, & dignis rursus suppliciiis tentandi licentiam amittat. interserit verò Gregorius quædã alia de peccato, & ejus quasi gradibus, & ætatibus; videlicet de illius educatione, nutritione, aliisque blandimentis, quibus culpa fovetur & adolescit. indicat præterea lucem, accipi pro divina cognitione; noctē, & tenebras pro mentis cęcitate. sed hujusmodi planē sunt omnia allegorica, aut tropologica.

2 Non longē ab hac expositione recedit Magnus Albertus, qui licet vitę, diei, lucis que nomine vitam hanc ipsam intelligat, sed ea tamen tantum consideratione, quatenus illa Dæmon usus est ad Iob cruciandum; ita ut formaliter (ut dicunt) & prima præcipuāq; intentione ipsa Dæmonis malitia & invidia, atque incredibilis nocendi cupiditas maledictis petatur. paulò subtilior, sed longiusculē quoque petita interpretatio.

3 Philippus, & Beda, diem & noctem pro eodem accipiunt, videlicet pro nativitate, aut conceptione hominis in peccato originali; addit etiam Philip. Iobum detestari prævaricationem primi hominis, intelligit fortę peccatum ipsum Adami, quod à Theologis appellatur Originans; tum etiam illud, quod per originē transfunditur in posteros; idem intellexisse videtur D. Thom. noctis nomine, dum ad sanctificationem Beatę virginis probandam utitur eo loco, Ex peccet lucem, & non

videat. 3. p. q. 27. a. 2. & propter peccatum originale diem maledicti à Iobo ait 2. 2. q. 7. 6. a. 2. ex Græcis idem indicat Severianus in Catena, & pleriq; ex Scholasticis disputantes de peccato originali; licet enim cum hæc protulit Iob, illius peccati maculam jam haberet elutam atq; deletam, neq; optabile fuisset, statim post conceptionē in peccato originali decessisse, potuit tamē primordia suę vitę illo peccato polluta detestari, quod ex illo, quasi ex prima radice reliqua corporis animique mala pullulassent. verum neque expositio hæc est prima, quam verba ipsa postulant.

3 Tandem frequens aliorum interpretum, præsertim post D. Thom. hoc loco, sensus est, de suo ipsius inauspicato natiuitatis die, initiōq; miserimę vitę; de nubile hujus atq; tristissimę vitę usura; de mortis ipsius tenebris; hæc enim omnia, & seriem, & sensum habent toto capite leniter decurrentem. non semel D. Ambros. hanc ex positionem docuit, lib. de bono mortis. c. 2. & super id Luc. 4. Consummata omni tentatione Diabolus recessit; sic ait, Generationis suę carnalis diem perire desiderat, ut dies ejus in regeneratione numeretur; Pereat, inquit, dies secularis, ut dies spiritualis oriatur, fastidit videlicet temporalem vitam, æternam beatamq; desiderat.

SECTIO. V.

Qua mente maledixerit Iob diei, vitę que suę.

1. Maledicere creaturis nō licet. Heretici, & Indæ Iobum maledicentia, & impatientis animi accusant. 2. Prima via explicandi rejicitur. Secunda item. Græcorum non satisfacit. 3. Tertia responsio illustrata pulchra similitudine ex Chrysosti. 4. Quarta ex eodem. 5. Inducuntur tres alie respondendi viae veriores.

I CREATVRIS etiam irrationalibus, absque peccato maledicti non posse cum D. Tho. Theologi docent. 2. 2. q. 76. tum quia non sunt perfecte capaces alicujus pænæ, cuiusmodi est maledictio; tum quod videtur maledictū refundi in auctore nature; ergo qua ratione sanctissimi

Severianus.

D. Thom.

Ambrosius.

D. Thomas & Theologi.

mus Iob liberari possit à malevolentia, & irati animi nota explicandum est; præsertim cum maledictis virum sanctissimū laceflant Brentius & Anabaptistæ; argumento, & occasione sumpta ex hoc cap. sequuntur nimirū impios Iudæos Thalmudicos, qui ipso Dæmone impudentiores, Iobum accusant maledicentiæ atque blasphemix; quem Deus ipse, quod recta loquatur, & labiis suis non peccaverit, sæpe commendat: quod enim cap. 38. videatur Iobum imperitiæ, aut stulti loquii notare; atque ipse Iob suam vel levitatem, vel insipientiam agnoscat. ca. 39. & 41. certè ad hujus tertii capituli lamentationes minimè pertinet. an verò postea leviori aliquo verbo lapsus fuerit, dum se defendit ardentius, quàm par esset, suis locis explicabimus.

Ergo quòd ad rem præsentem attinet, primus modus respondendi huic difficultati est Lyrani asserentis, maledicta hæc fuisse quasi conditionata; id est non proficisci ex proprio Iobi sensu & sententia, sed ex supposito amicorum errore existimantium, neque bonis præmia, neque improbis supplicia constituta esse post hanc vitam; quod si verum esset, miserabiliores essent viri justi, qui plerumque ærumnosissimi sunt, cunctis hominibus; & ipse Iob miserimus esset atque deploratissimus. eundem sæpe errorem illis affingere videtur D. Thom. sed certè tam crassus, tamque cæcus error nõ videtur inesse potuisse viris alioqui sanctis, verèque sapientibus, & quibus interdum loqueretur Deus; præsertim cum ex suis ipsorum verbis necessarium sit illos agnovisse immortalitatem animæ. de quo plura postea.

Secundus explicandi modus est Græcorum, in primisque Origenis, & Olympiod. quòd consultò non maledixerit rei tunc existenti, sed jam non existenti, & penitus elapsæ, atque irrevocabili; quare præsentem hac maledictionem tangi nõ potuit; similem sententiam sequutus videtur Iustinus martyr. in respons. q. 16. ad gètes, cujus verba paulò licet obscuriora adscribam: *Scopus Iobi in ista execratione is erat, quasi diceret, Vtinã esset dies in qua natus sum, hac execratione execrabilis. Cur? ut ego inquit, non essem natus, fieri enim non potest, ut quis nascatur in tali die, que sic execrata sit: non est ergo execratio illa sic edita, quasi que exi-*

tum expectaret. si enim ita esset, eadem vox prænuntiata fuisset, eo ex calamitate liberato, & meliorem conditionem adeptus.

Sed neque hoc satisfacere potest, cum etiam non existenti creaturæ per se & ex animi intentione nemo debeat maledicere; non solum propter rationes supra allatas, sed etiam quòd ea maledicta potissimum recidant in creaturam rationalem; nam mala & bona non aliter conveniunt creaturis irrationalibus, quàm in ordine ad creaturam rationalem, propter quam illæ sunt: & quidem tempus ordinatur ad hominem per modum continētis, quia in tempore est, atque vivit. vide D. Thom. loco superius indicato.

Tertiam aliam respondendi viam indicat Severianus, hæc maledicta nõ tam sui, quàm divinæ providentiæ tuendæ causa prolata: quippe metuebat, ne sui amici tanta justii hominis calamitate perspecta divinam providentiam criminerentur. quasi diceret; Vtinam neque natus, neque conceptus fuisset, ne mei causa Deus optimus ab ullo mortalium injustitiæ accusaretur; huc referri etiã potest, quod Chrysof. homil. 4. de patientia Iob existimat hæc Iobum dicere nõ ut rei cuiquam injuriam inferat, sed ut dum in creaturas converti videtur, ab injuriis & blasphemia in numen divinum omni ratione avertisse sermonem videatur. Chrysof. comparatio in primis elegans hujusmodi est; *Quemadmodum si quis apostematis morbo circumventus ferro recidatur à medico, non habens quomodo recedenti adversetur, circumstantia tangit, atque adstantes mordet, illis quidem inferre nihil habens, ad medicum autem extendere manum non volens; sic & Iob blasphemia magnitudines timens, facit inanimatis injuriam, atque fiduciam passione adauget, non contra Deum audens, sed se denique accusans. huc fere facit, quod argutè quoque Theodoretus scribit similem illam suæ natiuitatis execrationem, Ierem. explicans; *Qui vehementer anguntur solent adstantes reprehendere, & manibus reprimere; quandoque premente dolore manus collidere; quod accidit Propheta qui præ nimio dolore nulla subesset causa, diè redarguebat. eū itè qui patri partū nuntiaverat, qui nõ erat quis de plebe.* Responsio item hæc arguta potius, quàm solida, neque faciens difficultatis satis videtur.*

Tandem quartò sic explicare videtur

D. Thom.

3

Tertia via interpretandi hæc maledicta.

Chrysof.

Pulchra est Chrysof. comparatio.

Theodoret.

Chrysof.

Chry-

Brentius & Anabaptistæ.

Iudæorū malediciū, & impudentia.

2

Lyranus.

Primus modus defendendi Iobum.

D. Thom.

Vide initium cap. 4. Secunda Iobi exculatio. Origenes. Olympiod.

Iustinus mart.

Chrysof. nuper adductus; *Maledicit (ait) non creaturam, sed sui ipsius diem; potestatem habeo diei mei, non maledico conditorum, mei ipsius diem maledico.* ex quo videtur colligi sensisse Chrysof. Iobum licuisse, si non in alias creaturas, saltem in eas, quæ ad se atinebant, aut in se ipsum maledicta rejicere: quod licet illum à blasphemia in Deū, sed à peccato, & immoderata iracundia excusare non posset nisi forte velit illam vulgarem dolendi significationem Iobum dedisse, quam dare aliquando solent, qui læsi sunt, dum in se solos culpam totam, pænãque convertunt. illa enim non tam impatientis animi, quàm dolentis verba sunt, *pese a quien me vifio*, sed hæc leviora sunt, quàm ut gravissimam difficultatem enodare, aut commodè explicare valeant.

Tres igitur alias respondendi rationes, & ad Iobi sanctitatem totiusque disputationis intellectum accommodatas proponemus, & quòd per se singulæ, vel simul omnes rei præsentem congruant, luculenter explicabimus.

SECTIO VI.

Affectum sensitive partis, & doloris magnitudinem his querelis à Iobo exprimi.

- 1. Stoicorum indolentia damnata. Dolor naturæ inimicus.
- 2. Christus Iesus dolorem & affectum sensitive partis expressit. natura le id esse hominibus. Hinc Iobum clamare, & gemere, nihil animi fortitudine læsa.
- 3. Patet faciendus ore aditus erumpenti dolori, & gemitui. Cur dolor gemitu mitescat ex Ar. Gemitus & suspiria amica fortitudinis.
- 4. Psalmus. 48. opportuna ad rem presentem paraphrasi illustratus, qui est Hypotiposis æstuantis hominis.

I

Cicero in Tusculana.

αυαλγησιν απαιθεσι

Nihil dolere nõ sine magna merce decõtingit (ut argutè dixit Cicer.) immanitatis in animo, stuporis in corpore; quare et immaniter & stupidè Stoici suã illam, analgesiam, apathiam, & indolentiam non docebant modò, sed magno opere laudabant; quæ neque potest ulla homini inesse, neque debet: non enim filice

nati fumus, sed est naturale in animis tenerum quiddam, atque molle, quod egritudine, quasi tempestate quatiatur. Hinc Taurus apud Gellium disputandi de dolore, deque gemitu cujusdam ægrotantis Stoici initium fecit. *Natura (inquit) omnium rerum, qua nos genuit, induit nobis, involvitque in ipsis statim principis quibus nati sumus, amorem nostri, & charitatem, ut nihil quicquam esset charius nobis, quàm nos metipsi; atque hæc esse fundamentum rata est conservanda hominum perpetuitatis, si unusquisque nostrum simul atque in lucem editus foret, earum prius rerum sensum affectionemque caperet, quæ à veteribus philosophis, ta prota chataphysin, appellata sunt; ut omnibus scilicet corporis sui commodis gauderet, ab incommodis abhorreret.* dolor itaque & ægritudo cum res sit procul dubio tristis, aspera, amara, inimica naturæ, ad patiendum tolerandumque difficilis, qui doloris sui aut verbis, aut gemitu, & clamore significationem præbet, is certè homo est, & humanæ infirmitatis, atque mollitudinis particeps, sed vir sapiens atque fortis non ideo non censendus est, suo namque jure (ut ille alius dixit) *liberior est in mutuas querelas dolor.* neque aliter pingi solet, quàm in astra atque suos peros sæviens;

Cum complexa sui corpus miserabile nati atque Deos, atque astra vocat crudeliam mater Amentix sanè genus quoddam; sed quam non valde fateri pudeat, cum est conjuncta cum dolore;

2. Aeneid.

Gellius. lib. 12. c. 5.

τα προτα καταφυσιν

R. Curt. lib. 6.

Virgil. eglo. 5.

2

D. Thom.

Matth. 27. 45. Marc. 15. 34.

Roma. 7. 24. Roma. 7. 14.

Roma. 7. 19.

hoc facit, sed quod non vult, malum; in hac sententiam ait Iustinus in responsione ad q. 15. ad gentes; Propter immodicum angorem ex corde suo verba illa protulit; quo dein de angore liberatus, non jam eandem de illa die sententiam habuit. similiter accipiunt à Græcis illa Iobi verba. c. 6. cum ad suos gemitus aut excusandos, aut extenuandos exemplum affert ex ipsa natura brutorum. Nūquid rugiet onager cum habuerit herbam, aut mugiet bos, cum ante præsepe plenum steterit? quasi diceret, in ipsa natura animali & sensitiva positum esse, ut dolor, egritudine, famem, sitim, aut alia quæcumque vitæ incommoda voce, gemitu, clamore, aut qua possunt ratione animantia cuncta significant. quo loco sapienter Didymus; Neque (inquit) eum qui iustus est, sensum omnem exuisse humanitatis necesse est, quamvis is constanter casus ferat adversos; nam acerbarum rerum sensu suscepto cum quis in cruciatura propter Deum exclamat, ea demum virtus est cum quo etiam illa Tauri philosophi sententia de fortitudine in dolore tolerando mirifice consentit; Fortitudo (inquit) non ea est, qua contra naturam monstrivice nititur, aut stupore animi, aut immanitate, aut quadam misera & necessaria in perpetendis doloribus exercitatione; qualem fuisse accepimus in ludo Caesaris gladiatorem, qui cum vulnera ejus à medicis resecebantur, ridere solitus fuit; sed ea vera & proba fortitudo est, quam majores nostri scientiam esse dixerunt rerum tolerandarum, & non tolerandarum; per quod apparet esse quadam intolerabilia, à quibus fortes viri aut obrundis abhorret, aut sustinentis. illud etiam supra sententiam hanc adjevit Cic. 2. Tuscul. non solum gemitum atque clamorem non debilitare fortitudinem animi, sed augere etiam atque confirmare: *Vt in stadio cursores exclamant, quæ maxime possunt; faciunt idem cum exercentur athletæ: pugiles vero etiam cum ferunt adversarium in jactandis cestibus ingemiscunt. si gemitus igitur in dolore ad confirmandum animum valebit, utemur. hæc & pulchra alia ibi Cicero. hæc itaque fuit viri fortissimi atque patientissimi Iob tolerandi doloris acerrimi scientia, indulgere infirmitati humanæ, & erumpentes gemitus ex dolenti pectore non comprimere; neque adducere habenas effænato dolori; nãque ut argute Atræus cum Thieste dissert.*

Vix dolor frænos capit.
Sic cum feræ vestigat, & longo sagax

Loro tenetur Vmber, ac presso vias
Scrutatur ore, dum procul lento suem
Odore sentit, paret; tacito locum
Rostris pererrat; præda cum propior fuit,
Cervice tota pugnat, & gemitu vocat
Dominum morantem, seque retinere eripit.

Quodsi frænum habuisse dicitur. c. 30. frænum posuit in os meum; frænum explicat Philipus ipsum dolorem, præ tanto enim cruciatu loqui non poterat; at dolor ipse vix frænum capere poterat, ne non ingemisceret, & clamaret aliquando. Hæc leniendi doloris humanam, honestamque rationem, illa verba indicat, *Aperuit os suum & loquutus est.* eum affectum dolentis animi graviter expressit Hispanus poeta, & verbis in rem nostram valde applicatis.

El aspreza de mis males quiero
que se muestre tambien en mis razones
como ya en los effetos se a mostrado.
Llorare de mi mal las ocasiones,
sabra el mundo la causa porque muero,
y morire a lo menos confessado.

Namque nullis etiam testibus, arbitrariis dum lingua loquitur, cordis lingit vulnera, levatque dolorem; uti ille cordis causa cecinit.

Hæc certè è deserta loca, & taciturna querenti
Et vacuum Zephiri possidet aura nemus.
Hic licet occultos proferre impunè dolores,
Si modò sola queant saxa tenere fidem.

Ergo tanta est doloris vis, ignis tantus, ut nisi faucibus, atque ore pateat flammæ eluctanti aditus, intimis voret ossibus medullas; & qui illum conetur comprimere, proculdubio

Vulnus alit venis, & caco carpitur igne.
Physicam hujus rei causam reddit Arist. sect. 27. problem. dum querit, quare, cum metus & dolor quædam sit ægritudo, qui dolent clamant, qui metuunt silent. respondet vero; Dolores vel omnes, vel certè plurimos calore juvari atque augeri; calorem autem is auget, qui suum spiritum cohibet; excalfacit enim doloris incitabula contracto introrsus calore per spiritum, atque excoquit. hinc ergo fit erumpente naturaliter spiritu clamorem fieri in doloribus, & eodem per vim compresso, crescere & accedi. at verò metus, qui frigidus est, spiritu indiget, & calore. huc videtur Olymp. retulisse ea verba. *Parce mihi Domine. Quia* (inquit) cum Deo colloqui semel est ausu, *Parce*

Parce mihi Domine. Quia cum Deo colloqui semel est ausu, Parce

Iob. 30. v. 11. Philippus

3
*Abrio la boca para defahogar el coraçon.

G.L.

Propert.

Aristot. Cur dolor gemitu leniatur

Olympiod. Señor per

donadme el atrevimiero, que es fuerça el hablar. 141. 26. 1.

mibi (inquit) Domine, nam qui me urunt dolores, sermonem mihi prorsus extorquent. quare illud verissimè à Propheta dicitur, *In tribulatione murmuris doctrina tua eis;* id est, severior tua correptio murmurare, musitate, conqueri, ingemiscere illos coget; sed non ideo abjicient tuam disciplinam, cum abste corripuntur, quamvis doleant & gemant; id enim humanæ imbecillitatis fuerit, non impatientis animi, dicam etiam non imbecillitatis, sed fortitudinis; quemadmodum enim non ideo parum forte, parumque solidum censeridebeat æneum tormentum, quod tenui foramine conceptum ignem retinere non possit, quin potius fulminis instar ingenti fragore, & tonitu foras ejaculetur, ut si os obstruas, vim potius & impetum amittat, ipsumque statim tormentum quasi debilitatum & fractum in mille partes dissiliat. pari sanè ratione, strenui viri, & adversarum rerum tolerantis summe virtuti nihil repugnare dicas, cum cor doloris & ægritudinis incendiis exstuat, oris aditum, viamque patefacere, multis etiam querelis, & lamentationibus succensum pectus refrigerare: quin potius hoc ipso integritatem suam, virtutemque tuetur; quod si istud ipsum patetis oris iter erumpenti voci obstruxeris, ipsa natura, acerbiorque dolor sibi patefacient. An non & de Cresi filio legimus, quem mutum natura fecerat, tanta intimi sensus, & subita doloris vi commotum cum patris jugulum militis exposcētis gladium cerneret, ut adolescens os diduxerit clamare nitens, atque eo nixu & impetu spiritus nodum linguæ ruperit, differtisque verbis ignarum militem à Cresi regis cede revocarit? Sed qui rem hanc in facris videre velit, sub quadam hipotyposi æstuantis hominis, quem ægritudo dolorque urant, & clamare cogat mirificè cum toto hoc capite consentiente, legat integrum Psalm. 38. (Cum vehementius angerer, & in summis rerum omnium difficultatibus verfarer) *Dixi* (statui) ** custodiam vias meas* (ita me geram) *ut non delinquam in lingua mea* (rem longè mihi difficilem, nam nihil facilius ægro & calamitoso, quam multa impatienter effundere, & spumare) *posui* (injeci;) *ori meo custodiam* (Heb. *capitrum, vel fiscellam; ingens supplicium dolenti homini; servis contumacibus chamus, aut frenum inde

Simile.

Gemitus, & suspiria non pugnant cum fortitudine.

4

Ps. 38. illustratus parapsal. 38
*Determine me de guardar la lengua.

*Echeme vna mordaza, y freno, para callar como vna bestia

batur in os supplicii causa, nos à mordèdo appellamus, mordaza; ne verbum quidem ori meo credere volui, vadem pro illo chamus, frænumque constitui) cum confisteret peccator adversum me (cum me impeteret & vexaret verbis contumeliosis; vel, cum præsentibus adessent rudiores homines & corruptè de rebus judicantes, ne scandalum illis parerent mea verba pravè ab illis accepta; vides Iobum præsentibus amicis, quorum mores atque ingenium probè noverat, silentio se septem integros dies continuisse) *obmutui & humiliatus sum.* & filii ** à bonis* (neque bonum neque malum loquutus sum; & cum multa suppeterent, quibus justè benèque; possem meam innocentiam tueri, & de mea calamitate conqueri, me quoque continuo. sed quid ego?) *& (at) dolor me* (hoc silentio recruduit) *renovatus est* (& exacerbatus; ut cum diro accepto vulnere licet exterius cicatrix obducatur, si tamè interius non sit adhibita medicina, vehementer fit doloris sensus; malè habuit meum cor ore clauso) *coclavit cor meum intra me;* (urebatur præcordia, estuabat cor,) *& in meditatione mea exarsit ignis* (dum calamitates meas mente & cogitatione revolveo, doloris flamma vehementius succensa est, non secus Jerem. dixit, *Non recordabor ejus, neque loquar ultra &c. & factus est in corde meo quasi ignis exstuas, claususque in ossibus meis, & defeci ferre non sustinens.* Hic cernis Iobi imaginem vocem, gemitus, suspiria supprimentis, nihil stultum loquentis, qui *dissimulavit, siluit, quievit*) *loquutus sum* (tandem) *in lingua mea,* (nam exagitabar dolore ad rumpendum silentium; sic, post hæc aperuit Iob os suum, & loquutus est; sermone laxavi habenas, ne præ dolore disrumperer; *qua propter, inquit Iob, & ego non parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei, confabulabor cum amaritudine anima mea, dimittam adversum me eloquium meum, atque mortem enixè precabor à Deo*) *Notum fac mihi Domine finem meum* (finem inquam meorum malorum & cruciatuum acerbissimorum) *& numerum dierum meorum, quis est,* (quando futurus finis tanti incèdii, instar egrotantis laborantisque ardentissima febris, qui medicum rogat, quandiu duratura sit febris vis, ut gelidam tandem bibere & refrigerari possit) *ut sciam* (inquit) *quid desit mihi* (quantum temporis atque doloris; dein

*No hableni bueno ni malo bié renia que; pero callelo.

*Quanto mas recozia de tro del pecho mi dolor, mas te abivava mi fuego.

Iob. 7. 11.

de presentis vitæ malis exagitatus illius miseris & erumnis videtur maledicere, quæ cum ad fruendum brevissimis atq; vanissimis voluptatibus brevissima & momentanea existat, sed ad patientium atque dolendum longissima, & accommodatissima est *ecce mensurabiles* (dodrantes, quatuor digitorum) *posuisti dies meos*, (pro ternis vel quaternis vitæ diebus, nõ semel sed millies moriundi à nobis vestigal exigitur, illud verò extremi fati vestigal nullo pretio redimi potest) & *substantia mea tanquam nihilum ante te, Verũ tamen universa vanitas* (universitas vanitatum) *omnis homo vivens* (quãtumvis homo vivens sit omnis, totus, perfectus, consũmatus, rex, omniumque sublunarium bonorum aggregatione perfectus. Vides hic David sicut & Iob abjectissimè de vita præsentis loqui, deque illius splendore. subest hoc loco *Sella*; videlicet signũ ibi substituisse cantores, & tum contentio ri voce, tum etiam silentio facto significasse audientibus rem hanc esse omnĩ cõsideratione dignissimam. Tandem post multa concludit explicato affectu sensitivæ partis. *Remitte mihi, ut refrigerer, prius quam abeam, & amplius non ero.* prop. cessa à me; cohibe ultricem manum istam tuam leniter, remisse mecum agito; ut reficiã me, lætiũsque moriar, nã brevi faceßam, deinamque esse inter mortales, qui penã jam mortuus sim. Hominem igitur suspiria hæc produnt; an verò eadem sint hominis verè sapientis deinceps explicandum.

SECTIO. V.

Iob iudicio etiam rationis vitæ mala à bonis secernere, sapienterque præscindere.

- 1. Voluntas semper fertur in bonum. actus quo de testatur malum, bonum est. exempla ex sacris.
- 2. Iudicio & ratione subit li opus esse ad separanda mala à bonis explicatus Ecclesiasticus.
- 3. Diversa de presentis vita cõsiderationes ex sacris.
- 4. Scientia unam rem partendi in diversas & cõtrarias cõsiderationes docetur in scripturis exempla plura. explicatus Cantecorum locus.
- 5. Illa arte Damon abutitur ut nos decipiat.

Hanc suæ vitæ detestationem ad singularem quoque Iobi sapientiã pertinuisse operẽ pretium fuerit ostendere. Id autem ex Philosophia atque Theologia repetendum, eum actum voluntatis, qui præcisse feratur in detestationem alicujus mali, malum inordinatũ ve esse nõ posse; namque rectæ voluntati & recta ratione ductæ malum, qua ratione malum est, placere nõquam poterit, quare sapienter D. Hilarius super id Psalm. 119. *Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est.* docuit eum actum bonum esse, & à sanctis viris non semel usurpatum; inquam rem adducit hunc Iobi locum; & similem Ierem. 20. & illam precationem Dominicam, *Adveniat regnum tuum;* & Paulum *cupientem dissolvi, & esse cum Christo;* & Salamonem dicentem, *Laudavi magis mortuos, quãm viventes.* quibus omnibus locis mortis ingens bonum ingentibus vitæ malis præfertur: illud laudatur, & hæc maledictis configuntur. Huc etiam pertinet, quod Rabanus Ierem. 20. tum illũ Ieremiã, tum hunc Iobi locum ad id refert, quod melius sit non esse, quã malè esse; quare secundum rectam rationẽ mors præfertur vitæ miseræ. de quo plura postea. Ergo hæc Iobi lamenta non solum ex affectu sensitivæ partis, sed ex cogitata ratione & deliberatione proficisci, existimare possumus cum Cajetano. hujusmodi rationalis affectus requirit acutum & subtile mentis iudicium, quod unam & eandem rem scindere, & partiri possit in plures cõsiderationes; quod videtur alluisse ipse Iob, cũ cap. 19. respondet amicis illum desipere, & inep tire existimantibus, *Si ignoravi, mecum erit ignorantia mea.* in quam rem convenit id Ecclesiastic. 1. *In thesauris sapientia significatio disciplina; execratio autem peccatori cultura Dei.* id est inter pretiosissima sapientiẽ monilla illas in primis sententias numerari debere, quæ ex una parte falsæ videtur, obscure, & intellectu difficiles; ex altera verò sapientiæ cujusdam reconditæ tenuem & subtilem tantũ significatiõnem, & specimen præbent: has autem sententias averfantur peccatores stulti, quod timore Dei destituantur; qui illis patefaciat thesauros divitiãque sapientiæ. vides hinc sententias Iobi valdè obscuras, sed profectò quæ significationem quandam sapientiæ, acuti que in præscin-

I
Voluntas fertur in bonũ.

Hilar. sup. Ps. 119. 5

Ierem. 20. 14. Matth. 6. 10 Luc. 11. 2. Philip. 1. 16. Eccl. 4. 2.

Rabanus

Lamentationes Iob ex ratione præmeditata.

Cajet.

2

Capit. 19. 4. Pareccos q̄ defvario, p̄es yo me c̄ntiando. Eccl. 1. 29.

3

Vnde nascatur diversahumana vitæ cõsideratio

Cic. 1. de nat. Deorum. Eccl. 11. 27

Plutarch. Diversæ vitæ hujus cõsiderationes, & in ter se cõtrariæ Rom. 7. 24.

*Que es vna morte bivir eneste cuerpo.

2. Cor. 5. 4.

Iob. 7. 7.

Iob. 3. 10

Iob. 7. 16

Iob. 9. 23.

Iob. 7. 15.

4

Scientia dividentĩ vnam rem in multas cõsiderationes

Ad Heb. 12. 2

dendo iudicii argumentum præbeant, quos stulti non callent, sapientes verò commendant atque suspiciunt. Quod autem humana vita non una tantũ cõsideratione, aut uno tantũ affectu proponi possit, inde nascitur, quod nihil sit in hac vita unde quaq; beatum, nihilq; omnibus numeris miserum. quare sapienter à Cicerone dictum est, *Multa sunt incõmoda in vita, ut ea sapientes commodorum cõpensatione leniant.* quod illud est, *In die bonorum non immemor sis malorum, & in die malorum non immemor sis bonorum.* De presentibus enim tam malis, quã bonis accipiendum est: ex utrorũque enim cõpensatione & societate efficitur moderatus quidam vitæ amor. quod etiam Plutarch. docuit de tranquil. Animi. Si verò vel per se bona, vel mala per se considerentur, jam tunc multiplices atque inter se contrarii affectus excitantur in animo. ex malorum cõsideratione & sensu, Paulus *cupit dissolvi, & liberari de corpore* mortis hujus, id est de mortali corpore, letalibus quoque erumnis exposito; genus enim quoddam mortis est hujus mortalis corporis carcere includi. ex cõsideratione verò bonorum vitæ, non vult expoliari, sed supervestiri. Non aliter Iobus modo mortem, modo vitam precatur sibi, ac de precatur simul; jam postulat concedi sibi, ut revertatur oculus suus, ut videat bona; statim natalem incusat diem, qui non abstulit mala ab illius oculis; jam petit, ut remisse cum illo & leniter agatur, ut refrigerij aliquatulum sumere liceat, *Parce* (inquit) *mibi Domine;* jam statim cõqueritur, quod diutius vivere permittatur, *Si flagellat occidat semel, & non de penis innocentum rideat.* & rursus, *Eligit suspendium anima mea.*

Sed ne quis existimet hanc in eadem re unam rationem ab alia præscindendi; & abstrahendi scientiam inventam potiũs à nobis esse subtiliter & curiose, quã usu & exemplis Scripturæ sacræ cõprobatam, age paucis illam confirmemus; Illa certè usus est Christus Dominus, dum proposito sibi (ante mentis oculos separatimque cõsiderato) *gaudio* (quod proveturum sibi ex passione erat) *sustinuit crucem cõfusione contempta.* quasi dicat, in suæ gloriæ splendorem oculos defixit, miseriarũ recordatione procul depulsa, quãvis vtrumque simul in una re conjunctũ videretur. in ipsa verò acerbissima pas-

sione ita inferioribus animæ viribus universam illam malorum atque dolorũ cohortem objecit, atque proposuit, ut separata omni solatio opẽ & cõsideratione, illum oppugnarent ad usque vitæ tædium, & sudorem sanguineum. Hanc quoque dividendi & separandi scientiã sanctæ Ecclesiæ inesse tres Patres apud Theodoretum colligunt ex illo Cant. 7. *Venter tuus sicut acervus tritici vallatus liliis;* ajunt enim Imaginativam dici ventrem; nam sicut is ciborum succos mistos cũ rebus superfluis continet, deinde inutilibus rejectis, quod utile est exprimit, & transmittit in alias corporis partes; non aliter imaginativa rerum multarum (inquit) visibiles species cum rationalibus cõtinet, donec per cogitationem & sciẽtiam quod dubium & inutile est, secernatur; quod utile, & rationale transmittatur ad mentem; propterea que a cervo tritici comparatur, in quo triticum, atque palea commista sunt, donec grana secernantur à paleis ventilabri opera, & separatur rejectaturque inutile; sed hæc tamen secernendi, & ventilandi ratio, nisi tràquila & quieta mens sit, rectè effici non potest, propterea enim comparatur acervo tritici vallato liliis; nam lilia tranquillitatem significant, quæ neque vent, neque ferunt, neque sollicita sunt, & tamen Deus illa vestit. Hac sapientia instructus Paulus ait. *Non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem* (licet quidem cum hæreticis infectissimis res illi esset) *sed adversus principes & potestates tenebrarum harum;* nã malitiam demonis incitantis, & peccatũ hæreticorum, adversus quẽ pugnabat, se parat à carne & sanguine. id est ab ipsa natura, quam minimè oderat. Quid, quod hanc etiam præscindendi, & unum ab altero abstrahendi sapientiam dæmon cõvertit in artem nocendi; nam cũ virtutis bona atque divitiæ conjuncta sint cum multis summisque difficultatibus, alterũ ab altero separat; & ut Sapien. c. 4. dixit, *Fascinatio nugacitatis obscurat bona,* id est tegit, dissimulat, occultit pulchritudinem virtutis; solasque difficultates sensui proponit, quæ nos deterreant. nõ secus atque Balac Moabitarum rex dum pertraxit Balaam in locum unde partem Israhel videret, totum autem Israhel videre non posset, ut inde malediceret; ne si universum exercitum pulchrè dispositum cer-

Tres Patres apud Theodoretum. Cant. 7. 2

Imaginativa vetri similis.

Lilia tràquillitatis simbo lum. Matt. 6. 28. Luc. 12. 27. Ad Ephes. 6. 12.

5

Dæmon abutitur hac præscindendi sciẽtia.

Sapien. 4. 12

Num. 23. 13.

neret

Sella quid significet.

dendo

neret, sua pulchritudine & conspectu jucundissimo maledicentis animum temperaret, atque deliniret; è contra verò idem ipse malitiosus hostis peccati obfcurat mala, solamque voluptatem illuminat, atque proponit, ut nos inescet; nã cum miserè divexemur, & vapulemus per mundum sævissimum, verberum tamen, & molestissimarum operarum obliuionem nobis injicit, solùmque statuit ante oculos ollas carniũ, cæpe, allia, ut suadeat reditum in Aegyptum.

SECTIO VIII.

Ex perfecta in Deũ charitate Iobi querelas proficisci.

1. Paradoxum, Quod irascitur amare. Duo actus in Appetitu. Ira permissa amori. Amantium ira. 2. Iobi querimonia ex charitate. Amantium nota in Iob. Amoris nomẽ ex humanis ad Divina. 3. Iobi querimonia cum prophanis collata. multa ex Poetis. & multa amantium voces, atque variæ formæ.

Hominem fuisse Iobum, atque sapientem ex gemitu vocibusque confirmavimus. nunc qua ratione ex iisdem illius in Deum ardentissima charitas, & vitæ sanctitas probari possit, agendum est; & quod paradoxum videatur, & à cõmuni sensu alienũ, qui vehementius cõqueritur, & irascitur certius atque ardentius amare. In hujus rei explicatione ponendum est ex Philosophia, in Appetitu, qui amoris sedes est, duas esse partes aut facultates, Irascibilem, & Cõcupiscibilem; quarum partium similes alii actus transferendi sunt ad appetitum rationalem, irascitur enim, atque concupiscit: cum verò ejusdem potentia & facultatis actiones sint ira & amor, nescio qua ratione inter se aliquando conspirant, ut quantumvis repugnantes atque contrariae sint, sed tamen cum illa amoris suavitate atque dulcedine iracundiæ amaritudo admisceatur; charitatis blandimenta cum ardore quodam, & quasi vindictæ cupiditate; amantis animi langor, & deliquium cõeffrenata quadam vi, & impetu irati ani-

mi; denique ex eodem pectore simul cõlenissimis, & amantissimis verbis lamentationes quoque, gemitus, querimoniae, vociferationes acerbissimè pficiscatur. hinc illud in proverbium abiit, Amantium ira; tum quòd has excitare soleat amor; tum quòd ab amore excitatæ amorem redintegrent, atque diuturnæ consuetudinis tædium excutiant. & quod de patris adversus filium indignatione dixit Nazianzenus, de omnium amantium iris dici poterit, similes esse flammæ stipulæ, quæ cum celerrimè concipiatur & exurgat, celerrimè quoque; extinguitur, & evanescit. Lucian. in dialogo Mercurii & Majæ, Iracundi (inquit) sunt, qui amant. & Dejanira conjugis Herculis amatissima. Magnus dolor iratus amor est.

Certè Spõsã nõ vulnera, nõ plagæ à custodibus acceptæ, sed amoris vis gemitũ, & clamorẽ extorquet, & nihil aliud renũtiari sponso jubet, quàm quòd amore languet. neque verò minũs se amabilem Deus præbet, cum plagis, & ærumnis nos afficit, quàm terribilem; dicente in hanc ipsam rem Eccl. 2. Secundum magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est. Quare sepe Iob Deum timet, nunquam vero non amat. huc pertinere lamentationes Iobi Chrysof. & Polychr. existimantur in præfatione Catenæ. & Chrysof. c. 2. refert ad perfectam in Deũ charitatem, & filialem confidentiam: explicuit verò eleganter Nicetas in proteor. c. 7. Anxio (inquit) metu posito, & vehementi erga Deum charitate incensus apud Deum, qui iudex est integer & incorruptus, causam dicit; hæc verò nec duri, asperi vè hominis verba sunt, sed quasi filii oratione apud patrem utentis confidentius. nimirum hæ sunt amantium notæ; ratione & iudicio cum eo, quem amas velle contendere: signa amoris mutui in altero desiderare; languetè alterius amorem accusare; gloriari de amicitia lege nunquam violata; alterum inimicum dicere, crudelem, quem unicè diligas, & nihil minũs quam vituperatum velis; polliceri fore ut perpetuò ames, quàmvis nõ redamèris. Hos omnes amantis animi affectus profert disertis verbis Iobus; atque ejusmodi acriores & concitiores querelas verissimè ab amoris impotentiã ellici testantur pleni poetarum libri: sed illos corrumpit tamen, dum in materia parum honesta constituunt; hos ego dico

Amantium iræ.

Parentum iræ.

Nax. orat. ad vitan.

Lucianus.

Seneca.

Cant. 2. 5.

Eccl. 2. 23.

Chrysof. Polychron.

Nicetas

Amantium notæ

(ut pri

(ut Philosophorum more dicam) materiam sensibilem concernere; sed ad nostrum institutum declarandum conferent, si à materia sensibili abstrahantur, & in materia intelligibili, atque rationali collocentur; nam quod ad affectus attingit, verissimos sanè & naturales amoris affectus exprimunt. neque verò ad divina declaranda indignum est: ut amoris nomine, aut amatoris poetarum carminibus, ubi res exigit, utamur; id quod Dionysii. c. 4. Divinorum nominum facit, cõtendens potiùs amoris nomẽ in divina convenire, & ex similitudine quadam ad corporalem translatum esse. Turba (inquit) nequaquam capientes uniforme illud amatoris in Deo appellationis, pro infirmitate sua, ad dividuum, & corporalem, divisimque de lapsæ amorem sunt; qui verus amor profectò non est, sed imago potiùs, seu magis à vero amore lapsio. paulòque; ante dixerat, N ergo metuas hoc amoris nomen, neque nos perturbet ululus sermo, terror vè concutiat. & elegantem adducit Scripturæ locum, in quo honestissimus amor cum impuro & obsceno comparatur. 2. Reg. 1. Doleo super te frater mi Ionatha decore nimis & amabilis super amorem mulierum, quid, quòd ea etiam quæ cum impuro amore conjuncta fuere, suæ erga Spõsam Ecclesiam charitatis figuras & imagines fuisse, Deus voluit; David videlicet cum Bersabe adulterium, sic explicante Aug. & Grego. & Salomonis effusus amor in tot Reginas, concubinas, & adolescentulas, quarum non erat numerus. in quo licet peccaverit Salomon, tamen Christi cum Ecclesia & cum fidelibus ardentissimam cõjunctionem præfiguravit. Sed jam ex prophanis Iobi charitatem declaremus. certè cum amore ille loquebatur. Quid tibi savitia mecum est? an gloria magna est, insidias homini supposuisse Deum? Simillimum id. c. 13. Contra foliam quod vèto rapitur, ostendis potentiam tuam & stipulam sic cam persequeris? & cap. 7. Quid est homo qui magnificas eum, aut quid apponis erga eum. cor tuum? & cap. 14. Dignum ducis super huiusmodi aperire oculos tuos? Sed, quòd ad accusationem crudelitatis attingit, hæ illæ sunt perditæ amantium querimoniae, quibus non solum fastidiosos amantes sævitiae inculant, sed ipsum etiam amorem, ut Damon:

Amoris nomen ad divina declaranda translatum. Dionysius.

2. Reg. 1. 19.

2. Reg. 11. 4 August. Gregor.

3

Tribul.

Iob. 13. 25.

Iob. 7. 17

Iob. 4. 3

Iobi lamenta cum aliis Pectarũ prophetarũ collata.

Nunc scio quid sit amor, duris in cotibus illis Ismar, aut Rhodope, aut extremi Garamates Nec nostris generis pueri, nec sanguinis edunt. Imitatus sanè Virgilius Theocritũ in, 3. Eidil. Nunc scio quid sit amor, & quã grave numen amanti, Mater cum in sylvis nixa est, aluitq; leana. Illud jam vehementius; O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas? Nil nostri misereris, mori me deniq; cogis? Eadem prope legas cap. 30. Clamo ad te, & non exaudis? sto, & non respicis: me mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tua adversaris mihi; scio qua morti trades me. Sed neque mortẽ certissima deterreri ab amando illud significat amantis Regine. Nec te noster amor, nec te data dextera quondã Nec moritura tenet crudeli funere Dido, Crudelis quid? Sed statim; Nõ tamen Aeneam quãvis male cogitat. odi, Sed queror insidum, quãstaque pectus amo. Huc illud cap. 27. Iustificationem meam, quã capi tenere, non deseram. Quasi dicat, in meo diligendi instituto perseverabo in perpetuum, etiam si non redam, & id. c. 13. Etiam si me occiderit, in ipso sperabo. Quoties verò amor perfidiam inurit amanti? quale est id, Dissimulare etiam sperasti perfide tantum. Posses nefas? tacitusque mea decedere terra? Hoc verò id olet cap. 10. Nunquid bonum tibi videtur, si calumniaris, & opprimas me opus manuum tuarum, & consiliũ impiorũ adjuves? Quam verò doleat acriter purus. syncerusque amor repulsam passus, cecinit Oenone. Quis Deus opposuit nostris sua numina votis? Ne tua permanea, quod mihi crimen obest? Leniter ex merito quidquid patiare ferendũ; Que venit indignè pena, dolenda venit. Accinit Iob. Quantas habeo iniquitates, scelerata mea atque delicta ostende mihi. & iterum Non peccavi & in amaritudinibus moratur oculus meus? rursus, Cur abscondis faciem tuam, et arbitraris me inimicum tuum? nec non id. c. 6. Ecce non est auxilium mihi in me. Quod Chrysof. ad Deum refert, declaratque Iobi sensum & doloris magnitudinem usus similitudine impuri amoris: sic ille ait; Si nec vivendum sibi esse amplius putant ii, qui mulierum amoribus exulcerati, ab illis contenti se animadvertunt, quæ res amatoribus

Virg. Eclog. 8.

Theocrit.

Iob. 30. 20.

Aenci. 4.

Ovid.

Iob. 27. 6.

Iob. 13. 15

Aeneid. 4.

Iob. 10. 3.

Ovid.

Iob. 13. 23

Iob. 17. 2

Iob. 13. 24

Iob. 6. 13

Chrysof.

agritu

Exod. 6.

Qui irascitur amare. qui amat irasci.

In appetitu duo actus

Ira & amor conjuncti

agritudinem affert intolerabilem; anima, qua erga Deum charitate vulnerata est, quanta fuerit agritudo, si non amplius eum sibi adesse arbitretur?

Quid, quod cum Deum dicat sibi ex amicitissimo hostem atque crudelem redditum, illius tamen ad iudicium atque tribunal saepe provocat, in quo suam illi probet vitae iustitiam, morum candorem animi pulchritudinem, quo magnam suae causae fiduciam significet sub adverso iudice; amantium instat, qui suos amatores quavis iniquos, quavis non satis bene affectos, quamvis fastidiosos in causa suae formae, atque pulchritudinis iudices constituant; uti canebat Corydon,

Nec sum adeo infirmis, nuper me in littore vidi,

Cum placidum ventis staret mare: non ego Daphnim

Iudice te metuam.

Quis (inquit Iob) mihi det, ut veniam usque ad solium ejus: ponam coram eo iudicium, ut sciam verba qua mihi respondeat, & intelligam quid loquatur mihi.

Quod verò se nunquam noctu quiescere sepe conqueritur, dolorem quidem exaggerat, sed nescio quid cum amore conjunctum sonat; namque illud frequenter amatores jactant, nequaquam se mutari vicibus; neque ceteris quiescentibus, quiescere, qualem pingit poeta.

Nox erat, & placidum carpebant fessa soporè corpora per terras, sylvaq; & seva quierunt aquora &c.

At non infelix animi Phænissa, nec unquam solvitur in somnos, oculis ve aut pectore noctem.

Et in eandem sententiam Catullus

Iam nox at heretam nigris emensa quadrigis mundum, ceruleo laverat amne rotas.

Nec me sopierat menti Deus utilis agræ:

Somnus sollicitas deficit ante domos.

Cum dormiera (inquit Iob) dicam quando coisurgam? noctem verterit in diem, & rursus post tenebras spero lucem. Non aliter dicebat ille nequaquam se melius habere sole occumbente, & estu remittente, bobusque cessantibus à labore.

Affice aratra iugo referunt suspensa iuveni, Et sol decedens crescentes duplicat umbras; Me tamen vixit amor, quis enim modus adsit amor?

Dolos quoque, & (ut ita dicam) calumnias & dissimulationes Dei se bene callere

ostendit, Licet haec (inquit) celes in corde tuo scio tamen, quod universonum memineris. ad amorem id quoque pertinet.

At regina dolos (quis fallere possit amanti?) Praesensit.

Amantium more initia amoris ex alto repetit. id quod & apud Ezechielem infidæ sponse objicit Deus. Transiens per te vidi te conculcari in sanguine tuo, & expandi amicum meum super te. & in Canticis, Sub arbore malo suscitavi te.

Eodem spectat, quod velit Deus pro amoris signo repeti à sua sponsa amoris initia. Amodo (inquit) voca me pater meus es tu, & dux virginitatis mea. non dissimile id.

Sepibus in nostris parvam te roscida mala, (Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem Alter ab undecimo tunc me jam ceperat annus. Vt vidi, ut perii.

Iob sua cum Deo benevolentiae & consuetudinis pristina tempora revocat in memoriam. Quis mihi tribuat, ut sim juxta menses pristinos. secundum dies, quibus Deus custodiebat me? quando splendebat lucerna ejus super caput meum, & ad lumen ejus ambulabam in tenebris; sicut fui in diebus adolescentiae meae, quando secretò Deus erat in tabernaculo meo. Ergo jam nos dociles, attentos, benevolosque lectores atque auditores postulat ea Iobi oratio; quam Dolor cum necessitate quadam, & vehementia extorquet, Sapientia subtiliter & ornate componit, divini Amoris flamma acriter & animose incitat, & accendit.

III. Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, Conceptus est homo.

- 1. Natalem diem maledicti à Iob. de quo quaedam ex prophaniis.
2. Diem perire multipliciter exponitur. actus circa impossibiles.
3. Imperativus pro Optativo in Scrip.
4. Quorum diei tribuatur nativitas, varia rationes Lucina dea, Diespiter.
5. Nocti cur tributa conceptio. Explicatus Sapiens.
6. Vulgatus defenditur. Secunda conjugatio Hebraeorum quomodo exponenda. dici pro fieri.
7. Masculi nativitas auspiciator. Explicatus locus Regum.
8. Ieremie maledictio cum Iobis lamentatione comparata.

Pereat dies. Ab ipso primo suae vitae exordio inauspicato recte auspiciatur

Virg. 4. Aen.

Exech. 16. 8.

Canti. 8. 5.

Ierem. 3. 4.

Virg. Ecl. 2.

Iob. 29. 2.

Virgil. Ecl. 2.

Virg. 4. Aene.

Catull.

Virg. Ecl. 2.

Natalis dies apud Romanos. omnium vitae malorum enumerationem, atque execrationem. Natalis verò dies apud nationes omnes semper habitus fuit dignus religioso cultu, sacrificiis, epulis lautioribus: Romani quidem nullo die lautius vixerunt, aut ludis se magnificentioribus oblectarunt; fuit enim eorum dierum celebritas; non secus atque Deorum; ut scribit Macrobius. i. Satur. cap. 16. Apud Persas etiam teste Herodoto magna dierum natalium religio; eandemque apud Aegyptios viguisse convivium Pharaonis suo natalitio die, Genes. 40. probat; & apud Palestinos illud alterum Herodis. Matthe. 14. ab hac verò & communi lege & consuetudine latandi excipiendi sunt Gaditani referente Philostrato; & Thracae auctore Herodoto; & Gymnosophistae & Brachmanes apud Stobaeum; qui in lucem editos infantes lachrymis, mortuos vero laetioribus cantibus prosequuntur. quò se igitur ab illa etiam consuetudine subducatur Iob, natalem execratur, & nigro notat lapillo diem; optatque ut pereat. quod quidam existimant nihil aliud esse, quam si diceret inauspicatum illum, ominosum. Sed certè plus aliquid postulat verbum pereundi, quod in fonte est Abar, mortemque & interitum affert. alii ad embolismum, & intercalationem referunt, ita ut non ille fixus, singularisque nativitatis dies, sed quicumque alius annis conversio-nibus rediens natali illi primo respondens, censeatur intercalaris, institutus non naturalis, dignus qui ex censu & numero dierum expungatur, & pereat. similis videtur illa locutio Num. 6. cum jubetur Nazareus, coram quo subito quispiam mortuus fuerit, caput illico radere, ita tamen Vt dies priores irriti fiant, quoniam polluta est sanctificatio ejus; id est, ita ut priores dies non numerentur, non computentur (que no valgan ni entren en quenta) Hebrae. ut cadant, supple, de numero dierum. Onkelus legit, Dies priores inutiles erunt (no firuan de nada) Naphal eo loco cadere, aut profugere etiam significat; fugiant, dilabantur. sed neque sensus hic omnino quadrare potest; namque pars sequens, quae de nocte conceptionis agit, singularem quandam noctem designat; quare etiam singularem & praefixum alium nativitatis diem postulare

Natalis dies apud Romanos.

Macrobius Herodotus in Euterpe.

Philostratus li. 5 de vita Apollonii Herodotus in Terpsicore Stob.

2 Quid sit die perire

Rejicitur prima expositio.

Perire die ad embolismum pertinere.

Num. 6. 12.

Onkelus

Secunda expositio non probatur.

videtur. Ergo optare ut dies ille pereat, ex illo genere actuum est, quos Aristot. Ethic. & Theologi dicunt esse circa impossibilia, & procedere quasi ex conditione praesupposita; Vellem, si possibile esset; neque me natum, neque diem quonatus sum, mundo illuxisse, ut negato tempore nunquam posset nativitas contingere; itaque quo ad fieri possit, pereat, aboleatur illius memoria oblivione sempiterna. quod autem ait Greg. c. 7. perire diem, non significare optare ut non sit, sed ut male sit, aliter enim (inquit) non posset amaritudine involvi, quod postea dicit. hoc inquam, nihil obstat his quae diximus, namque utrumque perinde impossibile est, aut praeteritum diem non fuisse, aut involvi denovo posse amaritudine; & dolens animus diversa & interdum contraria maledicta congerere in eadem rem solet, ut illi suggerit ardor & ira. Imperativus autem iste optatus est; quem Scripturae morem observavit Origen. hom. i. in cant. sicut & id. Osculetur me, O utinam; & id. Sanctificetur nomen tuum; O utinam sanctificetur & sexceta alia. Futurum verò, quod est in exemplari, his Optativis equivalet. sicut & id Psalm. 5. Letentur omnes, qui sperant in te, in aeternum exultabunt (exultent, o utinam perpetuo) & habitabis in eis (habita precor in illis, ceu in tabernaculo, habitatio nem istam tua umbra protege) Hinc verò videas haec omnia ad vitam aeternam pertinere, quae ex primordio illo, primaque luce derivata est, quare, mortis tenebras amat, Simile id Oethei Herculis mortis votum.

Converte Titan clare anhelantes equos, Emitte noctem, pereat hic mundo dies,

Quo moriar; atra nube inhorrescat Polus. Dies, in qua natus sum.

Hujus sententiae sensum quidam confundunt cum versic. 6. sequenti, sed perperam. ut inde constabit. nunc ex Alberto notandum diei nativitatem tribui, nocti conceptionem, quod noctis frigiditas valeat ad retinendum conceptum semen, diei verò calor ad excludendum factum. sed hoc tamen non esse omnino verum Divus Athanasius docet quaestione vigesima octava ad Antiochum ex ipsa experientia; namque major hominum pars noctu nascitur, noctu etiam moritur. at D. Thomas existimat diem nativitatis dici, quod Iob die

Vera expositio.

Actus circa impossibile.

Gregorio respondetur

3 Imperativus pro Optativo.

Origenes Cant. i. 1. Matth. 6. 9

Psalm. 5. 21.

Seneca in Oetho. act. 4.

4

Albertus Quorsum diei tribuatur nativitas

Athanas.

D. Thom.

Infantes licet noctu nascantur, in lucem eduntur.

Lucina Dea.

Augustin. Cic.

Ovid. 2. Fast.

Diespiter Varro August.

5

Sap. 7. 2. Somnus fetui elaborando.

Conceptionis dicitur nox.

Macrobius in somn. Sap. c. 11.

Corpus mortale habet noctis nomen.

6 LXX.

Tygrin. Pagnin. Origenes

natus fuerit, & quod diuturna natiuitas auspiciatior habeatur. Sed existimo diem natalem dici, tempus horam ve natiuitatis, quæcumq; illa sit, nocturna, aut diurna: cum enim plures nocte nascantur, in lucem tamen dicuntur edi, & nunquam natalis nox, sed natalis semper dies dicitur, quo ex tenebrosa alvo in vitam vsu tam infans excluditur. Propterea que Lucinam Deam finxit antiquitas (quæ eadem Iuno erat; ac Iuno Lucina vocabatur;) quæ adjuvantis parturientibus, & in lucem edendis fetibus præesse putabatur, cuius meminit, Augusti, de civitate Dei lib. 4. c. 11. Cic. 2. de natur. Deorum. eò respexisse videtur Ovidius, cum in factis dicit.

Grata Lucina dedit hac tibi nomina lucus, Aut quia principium tu dea lucis habes Eademque ratione Diespiter colebatur, id est diei pater, ut interpretatur Varro, Iupiter videlicet, quod ut Augustinus scripsit, existimarent partum perducere ad diem.

Et nox, in qua dictum est. Tenebræ & nox conceptioni locum præbent, quam solet sequi opportunus somnus fovendo femini, & fetui elaborando. ut indicat Sapiens; Decem mensum tempore (videlicet post novem expletos inchoato decimo, quod est optimum & maximè naturale tempus nascendi) coagulatus sum in sanguine ex semine hominis, & dele tamento somni conveniente. sed præterea habuit etiam hominis conceptio rationem noctis & tenebrarum apud veteres illos sapientes Pythagoram, & Platonem, qui, ut Macrobius refert, duas esse mortes censuerunt, vnam animæ, animalis alteram: per hanc absolvi animam, & ad veras naturæ divitias, atque ad propriam libertatem remitti: per alteram verò, quæ vulgo vita existimatur, animam ad quasdam tenebras mortis, mortalis inquam corporis, impelli; habet verò in sacro sermone corpus tenebricosi carceris, & sepulchri nomen; ergo nox fuerit, in qua conceptus est homo.

Illud tamen, in qua dictum est, dupliciter accipi potest; primo cum Septuaginta legentibus, Et nox in qua dixerunt; supple nuntii. quò videtur respexisse Tygrina legens, Nox in qua dixit nuntius, & Pagnin. Nox, qua pater dixit; alii; quia quis dixit Orig, quoniam conceptum pro nato ac-

cepit, ait, Dictum ab obstetrice. sed commodius & elegantius, ut tribuatur vox nocti more poetico, & juxta Hebr. nox dixit (la noche que pudo dexir) tanquam testis non ceca sed oculata conceptionis. Latinus interpres leniter atque Latine, & quod procujusque palato ad plura referri possit, In qua dictum est. & quidem multò, quàm alii hebraizantes, sapientius atque veriùs. nam quædam sunt in Hebræo activa, præsertim in secunda conjugatione, quæ debent passivè & impersonaliter exponi. sicut Genes. 15. Reputatum est illi ad justitiam. in Hebræo reputavit, & Isai. 7. Et vocabitur nomen ejus; in Hebræo. vocabit. Psalm. 86. Numquid Sion (Sioni in tertio casu) dicit (id est dicitur) sic etiam hoc loco, nox dixit, vel nocte dixit, non indiget supposito; perinde enim est ac, in qua dictum est. nisi fortè dictum hoc loco accipi possit pro ipsa re, quasi diceret, nox in qua conceptus est homo. sicut & Propertius aliquando dixit,

Illam dies hornis eadem denuntiat agnis. Id est in illa die mastrandisunt. Nam si cut verbum, ita etiam dictum, aut narratum, vel nuntiatum, pro re ipsa quæ fit, & nuntiatum, accipi poterit.

Conceptus est. Quòd nunc de tertia persona loquatur, cum in priori parte, de prima dixerit, natus sum, sensum non variat; nam solet sæpe Scriptura tertiam personam pro prima usurpare, præsertim adjuncto hominis nomine; simile id cap. 7. Militia est vita hominis; cum de se loquatur. de quo plura eo loco. ergo perinde est, ac si dixisset; Et nox in qua conceptus sum.

Homo. Gebber, nomen sexus & virtutis masculus, fortis, prævalens, quod bene quadrat, cum de se loquatur; & cum masculi conceptio, aut natiuitas auspiciatior, atque parentibus lætior existat quasi dicat, Homo, vir, masculus conceptus, natusque sum, sed non ideo non infelicissimus hominum. simile id. 1. Reg. 4. cum nurus Eli audito nuntio, quòd capta esset arca Dei, & & mortuus esset socer ejus, & vir ejus septimestrem infantem peperit; In ipso momento mortis ejus (videlicet, ut deficientem recrearent) dixerunt ei, quæ stabat circa eam, Ne timeas, quia filium peperisti (nihil mali metuas, quoniam masculi partus

Comendatus & defelus vulgatus.

Secunda conjugatio Hebræorum quomodo exponenda Genes. 15. 6. Isai. 7. 14. Psalm. 86. 5.

Dici aut denuntiatum fieri.

Proper. lib. 4.

Tertia persona pro prima

Masculi natiuitas auspiciatior.

1. Reg. 4. 19.

non

Iosephus.

Origenes

Ierem. 20. 14.

ילד

הרה

8

Acerbior Ieremiæ, quam Iobi lamentatio.

D. Thom.

Ierem. 4. 13.

Hieronymus

non poterit non esse auspiciatus, & fælix) qua non respondit, neque animadvertit (videlicet quem in mediis ærumnis natum videbat, non poterat non infelicem, & ad ærumnas natum judicare) & vocavit puerum Ichabod (id est inglorium; ut interpretatur Ioseph. lib. 5. Antiquitat. c. 16.) dicens, Translata est gloria Dei Israel, quia capta est arca Dei, & pro socero suo, & pro viro suo. Origenes conceptum, pro nato accipit & Diem atq; Noctem pro eodem, ita ut eadem res in utroque hemistichio homonymis vocibus repetatur; sicque postulare videtur locus ille Ierem. 20. huic nostro simillimus, in cuius utraque parte de natiuitate est sermo; Maledicta dies in qua natus sum, & vir qui annuntiavit patri meo dicens, Natus est tibi puer masculus. sed certè in Ierem. est verbum (talad) quod primæ conceptioni opponitur, & significat nasci, aut parere; hic autem est verbum (Harab) quod significat concipere, aut gravidare; & opponitur partui & natiuitati.

Sed in hac duorum locorum comparatione, multò difficilior, acerbiorque videtur Ieremiæ locutio, cum non solum diei, sed nuntio natiuitatis aperte maledicat: quàmvis intelligi oporteat nuntio non simpliciter maledicere, sed ea ratione, qua ad suas ærumnas relationem, aut conjunctionem aliquam habet, vt doctè eo loco notat D. Thom. alii, minùs licet leniter, non ex persona Ieremiæ, sed ex persona aliorum impiorum illa dicta esse volunt; representat enim per mimesim, quid sibi imprecaturi forent impij, cum ipse libertate jam, & incolumitate Dei beneficio potiretur. sicut & id cap. 4. Va nobis, quia vastati sumus. ex persona populi dici, & intelligi debere ait Hieronymus. & hunc sensum confirmare potest, quòd ante huiusmodi execrationes gratias agit, quòd Deus animam pauperis (videlicet suam) liberaverit.

IIII. Dies ille vertatur in tenebras: non requirat eum Deus desuper, & non illustretur lumine.

- 1. Protractio tenebrarum calamitatis symbolum, sicut perseverans lux felicitatis.
2. Eloah in singulari. Requiritur iudiciale & forensicum.
3. Deum requirere ex iudicis officio creaturas omnes, & extorquere confessionem.
4. Requiritur pro interrogare. Deus instar Regis reurrentis aliquid novi

- quo de nostro bono gaudeat.
5. Requiritur, vehementer efflagitare. Festorum dierum institutio. In legem natura sabbatismus. explicatus David, & Genesis.
6. Requiritur benevolentia & providentia. explicatus locus Reg. & Isai.
7. Circumloquutio Eclipsis. Consensus Isaiæ cum Iob.

Quod de die, & de nocte proposuerat, per partes exponit. Dies illa, quippe indigna, quæ luceret, debuisset absorberi sempiternis tenebris; vel, ne quid tam infaustum & ominosum haberet mundus, debuisset dies ille cum tenebris tanquam cum re longè potiori commutari. In origine habetur, Dies ille sint tenebræ; id est vicissitudo illa dierum, & noctium, quando Deus lucem divisit à tenebris, non deberet huic diei concedi: durarent sanè præcedentes tenebræ & nullum tempus infaustæ luci relinquere, vicem suam non perageret dies. execratio; & amplificatio infelicissimæ diei, ex diuturnitate & protractione tenebrarum similis. Isai. 13. Obtenebratus est sol in ortu suo. Quid miserius, quid ve lugubrius, quàm cum deberet aurora surgere post statas noctis horas, iterum renasci tenebras, & effice re diei vicem? è contra felicissimum atque lætissimum, cum deberet Sol occumbere, & fortiri cum nocte vices, iterum solem reviviscere, & renasci; infra cap. 11. Quasi meridianus fulgor consurgat tibi ad vespertam; & cum te consumptum putaveris, orieris vt Lucifer. ergo (inquit) deterior illa mihi dies extitit, atque inimicior tenebris sempiternis; & quod de Aegyptiis tenebris Sapientia dicit, Ipsi sibi erant graviores tenebris, hoc de se ipso Iob affirmat; Mihi mea vita, ego ipse, à prima mei ortus luce gravior fui tenebris. quod enim de die, & de tempore dicitur, ad hominem, qui in tempore est, refertur, ut indicavit D. Thom. superius adductus ex. 2. 2

Non requirat eum Deus desuper. Dei nomè hoc loco est, Eloah, in singulari, quod in frequè est in sacro sermone, frequè tisi-

I

Genes. 1. 4.

Isai. 13. 10.

Iob. 11. 17.

Sapient. 17. 21.

2

Eloah nomè Iudicis

Marc. 15. 34. Iansenium

Quid requirere. 777

Pfal. 9. 35.

3 Deus Iudex requirit creaturas omnes in hominis causa.

Pfal. 99. 8

num in plurali, licet in singulari etiam usus sit Christus Dominus in cruce pendens invocans Eloi, Eloi; ut recte observavit Iansen. c. 143. Concord. est autem Eloah nomen iudicis efficacis, potentis, quod nomen hoc loco usurpat, ut ostendat se jure ac merito maledictis laceffere suum natalem diem, & reum agere apud supremum iudicem, cujus in corruptum iudicium, & equitatem adversus illum implo- rat. Requiritur autem, quod in fonte est, Da- ras, congruit cum iudice; est enim ali- quid, aut in aliquem inquirere ex iudi- cis officio; forense verbum & iudiciale. Psal. 9. Queretur peccatum illius, & non invenie- tur. id est, cum inquiri ceperit de illius vi- ta & moribus, abscondet se impius, fu- giétque. & id Gen. 42. En sanguis ejus ex- quiritur, id est de Iosephi morte nunc post tot dies quasi ex iudicis officio interro- gatio, & quaestio fit. Erit igitur sensus; Cum dies ille fuerit adeo ominosus, & sua luce, vitæque indignus, non oportet ad examen & iudicium illum vocare, & quaestione extorquere, quid in eo mali gestum fuerit, & quantum injuriarum in illo acceperim; res enim constat omni- bus; statim igitur nulla inquirendi mora, nullo se defendendi spatio concesso, Deus illum condemnet, & de plano iudi- cet.

Est verò observandum ex hoc loco, Su- premum iudicem requisitum esse crea- turas omnes in hominis causa iudican- da, ut quæque testetur, quid homo iudi- cio dignum egerit; quare requirit locum, tempus, dies, horas, momenta singula. er- go cum id, quod egisti, aut cogitasti, aliqua do tandem egeris, aut cogitaveris, & dies atque tempus requirenda sint à Deo iudice, fieri non poterit, ut aliquid latere possit tuorum scelerum. Psal. 99. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, seculum no- strum in illuminatione vultus tui, id est seculi vitæ, operum nostrorum tempus, & dura- tionem coram tuis clarissimis oculis, & conspectu statuisti, ut quaestione subeât, & de hominis vita, moribus, & actionib⁹ singulis interrogata respondeât. Sed dices Tempus, cum obliuiofum sit, atque con- sumat, opprimatq; res præteritas, ineptum erit ferendo testimonio, non minus quàm obliuiofus quidam, delirus, & decepi- tus fenex. Respondet David, ideo tem- poris caliginem & obliuionem Deum con-

stituire in illuminatione vultus sui, id est ad lucem & radios suorum oculorum luce ipsa lucidiorum, & abyssum obscurissi- mam penetrantium, ut si tempus clarè & dilucidè, & satis explicatè aut nolit, aut non possit præ obliuione respondere ad interrogata, Deus illuminet, lucem præ- ferat, & memoriam excitet, ut repetere possit ea, quæ aliquando fuerunt; & tan- quam ad lucernam fulgentissimam Illu- minabit abscondita tenebrarum, & manifesta- bit consilia cordium.

Deinde etiam requirere est interroga- re, consulere aliquem, cujus exempla oc- currunt passim. requirere itaque diem, erit interrogare, aut ab eo disquirere, quid in eo boni gestum fuerit. Videtur enim Deus, quem nihil latet, instar regis aut principis, qui provincias multas mode- retur, nuntia accipere frequenter, & ex ipsis creaturis nuntiatis quasi cog- noscere quidquid novi uspiam accidat; quod illi lætitiâ, & voluptatem asferre possit, rem similem representare videtur ille angelorum cæsus. i. & 2. capite expli- catus, cui præerat Deus, percontatus an- gelos unde venissent, quid novi vidis- sent, aut observassent; quasi magnam voluptatem ex nobis capter, si læta illi & fausta nuntia de nostra salute, incolumitate, vitæ sanctitate angeli perferat. ait itaque Iob, Hunc diem non * requirat Deus, namque nihil boni, nihil læti ab illo ac- cipiet; si enim diem luctuosissimum interroget, & respondere compellat, in- fandum iubebit renovare dolorem.

Tertio, requirere à prædicta radice so- let esse in sacro sermone sedulo & dili- genter aliquid quaerere, & quod habet Latinus sermo, aliquid exposcere, & ef- flagitare ardentissimis votis, summo stu- dio. hinc dicitur Deut. 4. Si toto corde quaesieris eum. & Psal. 21. Laudabunt Do- minum, (non qui segniter aut tepidè, sed) qui requirunt (ardentè, ex toto corde, tota anima, omnibus viribus) eum. juxta quam vocis vim dupliciter poterit sententia nostra accipi; primo cum Divo Thoma, ut non requiri diem à Deo, sit Deum non exposcere eum diem, ut sibi consecratur, aut festus solè- nisq; instituat, & libenter illum ad prophanos usus cõcedere: statutos enim & certos quosdam dies Deus voluit sibi dicari, atq; sanctos sacrosq; haberi, vel

1. Corint. 4. 5.

4 Requiritur interrogare

Deus instar regis nuntia ex remotis provinciis accipiens

* No ay para q pregutalle pues notiene cosa de bien que de cõtar sea.

5 Requiritur vehementer cf- flagitare

Deut. 4. 29. Psal. 21. 27.

D. Thom.

Dierum festo- rum institu- tio.

in sui

* No se affi- cione Dios a este dia, ni lo meta en luca- sa, ni le abra- la Yglesia.

Festi & sacri dies in omni lege.

Antiquos pa- tres in lege naturæ sabba- tizasse.

Eccle. 33. 7.

* Para dias se ñalados

777

αυαζητεω

Requirere ad benevolam pro- providentiã.

in sui, vel in alicujus accepti beneficii memoriam; atque dierum hujusmodi observationis sanctificationis ve ratio- nem Deus exigit, atque studiose requi- rit. erit ergo hæc Iobi sententia; Is dies tot malis violatus, tot grumnis pollutus, vsibus sacris aptus non est. Quorsum ita que funestum diem sibi reposcat Deus? non * requirat illum. præterea hujus diei observationem & rationem non requi- rat à me Deus, nam nunquam non erit mihi nigro notandus lapillo. neque ve- rò huic sensui obstat, quòd festi potis- simum dies post Legem instituti, & ob- servati fuerint, Iob verò ante Legem vi- xerit; nam in omni semper lege festos quosdam, & religiosos dies in Dei cul- tum institutos fuisse oportet; neque non verisimile est antiquos patres in lege naturæ, fortè etiam Iobum, sabba- tizasse; in universum enim hac de re vi- detur Ecclesiasticus dixisse cap. 33. dum illam quaestionem de peculiarium quo- rundam dierum celebritate proponit; Quare dies diem superat, & iterum lux lucem à Sole? id est, cum idem sol dies omnes efficiat, quare unus est altero celebrior? cum omnes luces ejusdem naturæ sint, quare una lætior est, jucundiorq; affulget quàm alia? Respondet; A Domini scientia separati sunt. nam Gen. 1. dicuntur, lumina- ria facta, ut essent in tempora, statuta, & de- terminata, quando videlicet maxima ho- minum multitudo ad templum, vel sa- crum peragendum convenire solet. nam hoc significat vox (moghed) quæ eo lo- co subest, congregationem, conven- tum; eadem vox vertitur Solemnitas. Isai. 1. & cap. 14. dicitur Mons testamenti, id est congregationis; nam ad templum, quòd in monte erat, conveniebat popu- lus diebus festis. illud addam, hunc sen- sum placuisse Chryostomo. Non. (in- quit) diem illam tanquam suam sibi vendicet Dominus. licet quidem verbum Græcum apud Septuaginta Anaxeteo, interroga- re potius aut percontari, quam vendica- re significet.

Sed tandem illud requirendi studium referre licebit, ad benevolam Dei provi- dentiam, qua consulit rebus omnibus, omnesque requirit, quibus beneficiat; Requirit, & vocat ea, quæ non sunt (id est quæ sunt obscura & ignobilia) tanquam ea quæ sunt. (ut splendorem, & pulchri-

tudinem conferat, quemadmodum qui profusæ cujusdam in pauperes liberali- tatis sit, omnes egenos requirit, quibus possit benefacere: uti Abraham, qui in ipso fervore diei stabat in ostio taberna- culi tãquam in specula, ne illum pauper, aut peregrinus præteriret; requirebat enim, cui beneficeret, Sic sanè cum imper- tiri lucem velit diebus omniaibus, omnes dies requirere videtur, ut iterum annua conversio lucere mundo suo bene- ficio, lucèque accepta possint, si non iidem illi, saltem alii similes illorum vi- carii, quàm sollicitè, quàm studiose re- quisivit. Saulem, quem in regni sedem eveheret? nimirum Iussit Samuelem appli- care omnes tribus Israel, & cecidit fors su- per Benjamin; & applicuit tribum Benjamin; & cognationes ejus, & cecidit cognatio Merri, & pervenit usque ad Saul filium Cis. quaesierunt ergo eum (vides summo studio requiren- tem suas creaturas Deum) & consuluerunt post hæc Dominum, utrum nam venturus esset illuc; Responditque Dominus, Ecce absconditus est domi: cucurrerunt itaque, & tulerunt eum inde. Requisivit non minori sollicitudi- ne, & studio Davidem latitantem: & in solitudine pascentem oves. hoc cum mente repeteret jam ad regnum eve- ctus ipse David, se à Deo aliquando re- quisitum inter oves; cumque instar o- vis errantis parum abesset, quin in rabi- dos lupos incideret, Erravi (inquit) si- cut ovis, quæ perit; quare (pro tuo requi- rendi tuas creaturas munere) servum tuum me require cui beneficias. non aliter Deus dicitur requirere singulis annis, Verbi causa, primum diem Januarii, ut illustretur lumine, & recurat iterum, & referatur in numerum censumque dierum eo anno lucentium: ea ferè loquendi ra- tione dicitur Deus recordari mortuorum cum illos ad vitam revocat. vt infra. c. 14. tum etiam Ecclesiastic. 3. Deus instaure- rat, quod abiit. propriè, ex Hebræo. & Sep- tuaginta: Deus requirit, quod expulsus est. Diem igitur hunc, qui semel abiit, & elapsus est irrevocabilis, non revocet Deus ad lucem, non instauret, non requi- rat, non recordetur illius, neque redivi- vum mundo restituat. cum hac facit, le- ctio illa hujus loci, quam habent Philip. Divus Thomas, & quæ circumfertur nomine Origenis & Hieronymi, Non requirat eum Deus desuper, non sit in recorda-

Rom. 4. 7.

Genes. 18. 1.

1. Reg. 10. 20. 21.

Y. 22. 23.

Psal. 118. 176

Eccle. 3. 17

LXX.

tione, & non illustretur lumine. Sed partem illam neque Hebræa, Chaldæa, aut Græca agnoscunt, neque habet editio Vaticana. Plufcula super hac re notat Franciscus Lucas.

Et non illustretur lumine. Divus Thom. solis eclipfiam hoc loco intelligit. ad quam etiam Lyranus totam hanc sententiam retulit, quasi dicat, Luna, quæ semel soli se opposuerit, ne diem efficere possit, non recedat, sed perseveret fixa inter terram & solem, ut dies hic nullo illustratus lumine opprimatur, & intereat eclipfii sempiterna. Chaldeus lumen intellexit surgentis auroræ; Non illustretur (inquit) matutina luce, quasi dicat Nulla illi claritatis spes affulgeat. fortè vult, ut nullius fideris, neque cometæ tremula, & momentanea lux hoc die oriatur; & hac ratione consentiet ex utraque parte locus hic cum illo Isai. 13. Stel-
le caeli non expandent lumen, ob-
tenebratus est sol.

V. Obscurent eum tenebræ, & umbra mortis: occupet eum caligo, & involvatur amaritudine.

- 1. Quid obscurare ex Hebræo. multiplex loci expositio.
- 2. Quid umbra mortis in sacris. descriptio Aegyptiarum tenebrarum.
- 3. Quid caligo Quid amaritudo. Miseric nigrescunt omnia, & quare. explicatus Isaias.
- 4. Quid amaritudo, diei. Dies pro extremo.

I Obscurent eum. Idem aliis verbis per expolitionem repetit, sed crescente oratione. Verbum verò obscurandi in fonte est, Gaal, quod est jure aut pretio redimere, aut vendicare rem, quæ in aliena sit potestate cujus verbi usus est Exodi. 6. & Levit. 25. tum etiam significat rem per contrectationem, & devolutionem in alienas manus pollucere, & inquinare; sic vertitur. Isai. 63. Vestimeta mea inquinavi. & Daniel. 1. Ut non pollueretur. cõfurgit igitur is sensus, Tenebræ hunc sibi diem, tanquam proprium, & jure debitum vendicent; jure tradatur in potestatem tenebrarum. vel secundò, Incurrant in illum diem, atque effundantur tenebræ, quæ illum inquinent, atque polluant: quidquid in illo die geratur, aut

accidat, pollutum, inquinatum, minime redemptum, minimeque sanctum habebitor. sic indicavit Chaldæus, Coinquinem illum tenebra. Pagn. & alii Hebraizantes, polluant. vel etiam, Tenebræ ita reddant diem hunc turpem, atque deformem, sicut est homo confossus vulneribus, & suo sanguine pollutus: & cruentatus; namque in eo ipso die meo sanguine pollutus atque volutatus fui, dum nascerer. cadunt hæc omnia in proprietatem vocis.

Et umbra mortis. Amplificatio tenebrarum, qua non solum Iob utitur hoc loco, sed etiam infra cap. 10. Mortis caligo. & 12. & 16. Palpebra mea caligaverunt. Hebræ. in palpebris meis umbra mortis. & cap. 38. ubi ponuntur Porta tenebrofa. idem habetur Isai. 8. & Psalm. 22. significat autem tenebras tristissimas, immedicabiles, deploratissimas; cujusmodi esse solet caligo, & obscuritas vel morientium, vel jam defunctorum in sepulchris; nanq; mors claudit oculos, & lumen eripit. hinc in mortis discriminibus opem Dei Illuminatoris implorat David, Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte. & Dominus illuminatio mea, & salus mea; quem timebo, Dominus protector vita mea. vel umbra mortis, maximas atque periculosissimas tenebras significabit, quòd tenebræ secum afferant mortis metum, atque discrimen, vitæque occultas insidias. tum etiam cum umbra aliquando idem sit, quod imago, aut species rei alicujus, in nocte, & tenebris, quidquid sentias, quidquid per medias tenebras, aut per lumen tenuissimum, & obscurissimū videre tibi videaris, mors apparet, mortisque imago, & similitudo. ita à Tselem, idest umbra, vel similitudo, dicitur Tsalmaveth, idest, umbra mortis. res hæc explicatur eleganti illa tenebrarum Aegyptiacarum descriptio ne Sapien. 17. Neque enim, qua continebat illos spelunca sine timore custodiebat; quoniam sonitus descendens perturbabat illos, & persona tristes illis apparentes pavorem illis prestabant. & paulo post. Timore percussus illius, qua non videbatur, faciei, aestimabant deteriora esse, qua non videbantur, & tandè in ferius, Sive spiritus sibilas, aut inter spissos arborum ramos avium sonus suavis, aut vis aqua decurrentis nimum, aut sonus validus præ-

Chaldæus Pagn.

2

Iob. 10. 2. Iob. 16. 6.

Iob. 38. 17. Isai. 9. 2. Ps. 22. 4.

Quid umbra mortis.

Ps. 12. 4. Ps. 21. 18

Umbra idem quod similitudo, aut imago.

צלם צלמות

Sap. 17. 4.

ψ. 6

ψ. 18

capita

cipitarum petrarū, aut ludentium animalium cursus invisus, aut mugientium valida bestiarum vox, aut resonans de altissimis montibus Echo, deficientes faciebant illos praetimore. Dicit ergo Iob; Dies ille obducatur umbra mortis, umbris letalibus, tenebris periculosissimis, vitæ discriminibus, spectris, terriculamentis; quæ omnia continentur appellatione umbræ mortis. quòd respexit Psalm. 22. Si ambulavero in medio umbra mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Hebr. & Hieronym. Si ambulavero in valle umbra mortis; videlicet in valle altissima, & obscurissima, plenæque timore, atque discrimine, non fingam animo ex arboribus latrones, neque ex umbris veros hostes; non deludar neque terrebor ullis visis, aut terriculamentis. quàm verò hæc omnia appositè conveniant in animam peccati consciam, quæ semper sæva præsumit, quàm tenebræ occupant, territatque sonitus folii volantis, & cum pax sit, semper insidias suspicatur, aliàs dabitur opportunior prosequendi locus.

Occupet eum caligo. Chaldæ. Aquila, Theodotio, & Septuaginta Vaticani, pro caligine, nubem legunt, & rectè; cum eadem vox (Ghanan) sit hîc, & Exod. 19. Veniam ad te in caligine nubis. itaque nubes cæca, & tetra illi se diei circumfundat, quæ tristissimas tenebras efficiat.

Et involvatur amaritudine. Congerit omnia, quæ possunt infausta diei accidere incommoda. Plerique alii juxta Hebræum legunt, Terreant eum amaritudines. & Aug. Conturbent eum quasi amaritudines diei. Quid sit autem amaritudo non convenit inter interpretes. nam alii vocem originalem cum Hebræis deducunt a (Camar) quod est incalescere, incendi, exuri. Ut illi diei æstum & ardentissimum cauma imprecetur (Vn mortal bachorno) sed certè Vulgatus planè videtur vocem (merive) deduxisse à (marar) quod est amarum esse, & afflictionem, angustiasque animi significat; & quidquid amarum & luctuosam vitam efficere potest. Ergo primò, à quibusdam sic accipitur, Hujusmodi is dies sit, cujusmodi omnis lux videri solet iis, qui amaro sunt corde. nam iis etiam lux infesta, & injucunda videtur: cujus rei causa Physica

est, quòd spiritibus crassis, tetris, obfcuris ad cerebrum & oculos ascendentibus, omnia nigrescunt calamitosiss. quam rem explicuit acutè. R. Moyses Aegyptius lib. 2. Ductoris dubiorum cap. 30. ait enim accidente calamitate aliqua vix posse hominem luminibus vti, tum propter fumum suspensoriū, quo perturbatur visus; tum etiam propter retractionem partium animæ ad interiora: cum è contra accidat tempore læto, nam partes animæ diffunduntur ad exteriora, & spiritus visibilis est clarus, & limpidus; proptereaque cuncta clariora, & illustriora videntur. atque hinc dictum existimat apud Isai. Erit lux luna sicut lux solis; & lux solis erit septemplex sicut lux septem dierum, in die, qua alligaverit dominus vulnus populi sui, & percussuram plagam ejus sanaverit. Vid. inferius. c. 17. vers. 7.

Alii non quamcunque amaritudinem intelligunt, sed quæ peculiari quodam die accidere solet; cum in originali sit amaritudo diei. Diem autem antonomasticè pro die mortis accipi in sacris libris, præsertim Salomonis, certius est, quàm, ut probatione indigeat. erit ergo extremæ anxietatis, & diei luctuosissimi exaggeratio: Ejusmodi sit dies iste qualis esse solet moribundis extremus ille, longèque amarissimus dies. sicut etiam è contrario est felicitatis justorum emphasis, Ridebit in die novissimo. fortè verò istæ omnes diei imprecationes peculiari quadam ratione respiciunt luctuosissimum illum diem, quo è florentissimo statu ad omnium bonorum amissionem, & malorum omnium perpersionem abjectus est ad eas, in quibus nunc tenebris jacet.

VI. Noctem illam tenebrosam turbo possideat: non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus.

- 1. Turbo in nocte quid designat.
- 2. Nox sub tenebris comprehensa. diversa dierum computationis ratio.
- 3. Noctium & lunationum observatio in computatione mensum. Messis à luna dictus in Græco, & Hebr.

Miseris nigrescunt omnia R. Moyses.

Isai. 30. 26

4 Ioan. Forst.

Dies pro extremo

Prov. 31.

I

Cum non nisi dies sit, qui in diebus anni computari possit, existimarunt aliqui hanc etiam sententiam ad diē pertinere, quem propter nubila, & caliginē noctem appellet. sed verius, hinc incipere noctis execrationem, quam superius proposuerat. cum nocte autem si turbomisceatur, sævæque tempestas, illam efficiunt miseriam, & periculosissimā, duplōque tetriorem, ut indicat. c. 27. *Noctē opprimit eum tempestas.* & Seneca, *Cum subito luna conditur stella cadunt, In astra pontus tollitur, & cælum perit, Nec una nox est, densa tenebras obruit Caligo, & omni luce subducta fretum Cælumque miscet.*

Job. 27. 20. *Seu in Agam mem Act. 3.*

Quid turbo in tenebris.

Psal. 34. 6.

2

Nox sub die comprehensa. Genes. 1. 5.

Computatio Diei ab ortu solis. Plin. Babyloniorū & Chaldeorū computandi diei mos.

3

Noctiū & lunationum observatio, & computatio mensura. Nomē mēsis à Luna.

est, at vero (*mene*) luna. neque video cur Iāfenius probabilius existimet, Græcum lunæ nomen potius deduci à nomine mensis, quàm nomen mensis à luna, cum ex re ipsa, quò ad fieri possit, ipsorum nominum ordo & ratio ducenda sit neque potius dicatur luna menstrua à mēse, quòd mēse suum curriculum cōficiat; quàm quòd suo curriculo mensem efficiat, & describat. quare & nomen, & rationem mensium ad lunam, tanquam ad principium, & originem referri debere censent viri docti, atque inter alios Andræas Alciatus explicans verborum juris significationem. atque Macrobius lib. 2. in Somn. scip. cap. 11. vult Latinum etiam mensis nomen à Græca lunæ appellatione dictum. sic rectè aliarum linguarum nomina, & etymologia contentiunt cum prima Hæbræorum lingua, apud quos idem est mensis, & lunæ nomen, *Iareach*; quasi mensis dicatur, lunatio; & quòd quælibet luna nova suum efficiat mensem, habet numerum pluralem (*Ierachm.*) huc respexisse videtur id Ecclesi. 43. à luna signum diei festi, *luminare, quod minuitur in con summatione: mensis secundum nomen eius est.*

µ 74
Ianf. Eccl. 43.
µ 747
Notatur Heb. ric. in The Jan. Græc.

Alciat. l. cum Bisextus de verborum signi.

¶

¶

Eccles. 43. 7.

VII. Sit nox illa solitaria, nec laude digna.

1. Quid laus in sacro sermone.	de parabola decem virginum. item & Psal.
2. Noctes quadam solenniores. Aegyptiorum festum nocturnum.	4. Nocturna laus fortè ad incantationem luna & stellarum referenda. Tenebra solitaria. Lux societati nobiscum facit.
3. Nuptia noctu celebrata. Explicatus Matthæus	

LAUS hoc loco est (*Ranan*) quæ exultationem, lætitiā, cantum, acclamationem affert. Isai. 3. *Exultabit latibunda & laudans.* & c. 54. *Decanta laudem.* Laus itaque est canticum, aut laus decantata; qua etiam ratione (ab alia licet radice) Nehem. 2. dicuntur: *Chori laudantium*, id est canentium. Primus ergo sensus Lyrani & aliorū; Nihil hac nocte geratur laude dignum.

Secundò Vatab. ad itinera refert; Tam sit ominosa nox illa, ut in ea nemo se velit committere itineri; quod si necessi-

I
¶
Laus, quid. Isai. 3. 5. Isai. 54. 1.

2. Psal. 12. 31. Lyr.

Vatablus.

2

Noctium solennitates.

Herodotus. Nocturnum festum Aegyptiorum.

3

Nuptiæ noctu celebratæ. Illustrata parabola

Plutarch. Festus Pompejus lib. 14. & id Catulli.

Psalm. 77. 3.

Dies infaustis rebus gerendis. Macrobius Gellius. T. Livius. Ovid. 5. fasto.

4

tas cogat aliquò proficiscendi, solitarius viator non audeat cantare pro levanda itineris molestia. sed duriusculè. lenius, ut cum solitudinem, & silentium illi nocti precatur, significet noctes aliquas propter insignem aliquem eventum, aut celebrem cuiuspiam rei memoriam celebrari solitas lætis acclamationibus, solennibus cantibus, & lautissimis cænis; namque cænitabant quondam ad vesperam, & ad multam noctem cōvivia producebantur. tum musica suavior resonat in tenebris; deinde etiā nox claritatē & splendorem accensis luminibus addere videtur. Aegyptii ut testatur Herodotus lib. 2. festum celeberrimum habuerunt nocturnum, quod vocabant, Accensionē luminum. tum etiam noctu celebrabantur nuptiæ; propterea enim sponsæ comites præferent lampades, aut accensas faces, ut constat ex parabola. 10. Virginū Matth. 25. nam sub noctem deducebant sponsam in mariti domū, ut scripsit Plutarchus in problem. cap. 65. Festus Pompejus lib. 14. & id Catulli.

Vesper adest, juvenes cōsurgite vesper Olympi. Expectata diu vix tandem lumina tollit. (po iam veniet Virgo, jam dice hymenæus.

Quare moram faciente sponso, oportuit nuptias illas ad mediam usque noctem dilatas. in nuptiis verò laudes sponsi, & sponsæ decantabantur epithalamis, juxta id Psal. 77. *Et virgines eorum non sunt lamentatae.* Hebr. *Non sunt laudatae;* quia antequam nuberent, & nuptiali carmine laudarentur, vel mortuæ fuerant, vel sponsis in bello cadentibus innuptæ permanerant: ergo ut ad noctem redeamus, dicitur Job: Nullæ nuptiæ in ea nocte celebrentur; nullis cantibus, nullis luminibus illustretur, nihil lætum resonet, tota suspiriis & ejulatibus digna, quæ traducatur. sic etiam Religiosi habebantur, & infausti illi dies, qui nulli rei aut publicè aut privatim agendæ apti censerentur à Romanis; quorū meminit Macrobius. 1. Satur. cap. 16. Gell. lib. 5. c. 17. Livius lib. 6. dec. 1. de quibus id canebant;

Nec vidua tadis eadem, nec virginis apta Tempora, quæ nupsit non diuturna fuit.

Satis sanè fuerint hæc explicando huic loco: sed addam quoque, quod possit allicui fortè placere, ut nox laude digna, sit periphrasis noctis serenæ, & lucentis lunæ; laus verò, aut cantus sit ille qua olim

utebantur in siderum aut lunæ incantatione, cum carmine aut arte magica nubes aut caligo offundebatur sideribus; de quo infra dicam §. 9. nunc satis fuerit illud nutricis Phædræ sic Iunonem, quæ ipsa nemotum dea & lunæ est, precantantis.

Intende, sic te lucidi vultus ferant, Et nube rupta cornibus puris eas. Detrahete nunquā Thebali cantus queat, Nullisque de te gloriam Pastor ferat.

Itaq; cum cæca nox est, cum luna cōdita, non opus est ulla incantatione, ullo ve carmine, quod laus dicitur; nemo cātū noctem illam, aut lunam sollicitat, neq; dignatur. Id itaq; vult, Nullum lunæ lumen habeat ea nox, non stellæ, non lumina illam comittentur, ergo obscura, & sine luce nox, solitaria est, nos dicere solemus, cum st ellæ lucent nocte serena, ipsas stellas, atque lumina societatem itineris, aut vitæ cum homine facere (*la Luna y estrellas hazen compañia*) tenebræ solitariae sunt. neque huic ex positioni obstat fabulosum, aut superstitiosum id fuisse; namque ad fabulas interdum, vulgarèque opiniones alludit aliquando sacra Scriptura.

Senec. in Hippolyt. Act. 4.

VIII. Maledicant ei, qui maledicunt diei: qui parati sunt suscitare Leviathan.

1. Lectio, & expositio Græcorum. Mysterium incarnationis. Caro Christi hams.	5. Quinta expositio non cōtinnēda. Periphrasis preficari. Quod harum mū. explicat locus Iudicū.
2. Proponitur prima Latiniū interpretatio. Nante Gens execrationibus affueta, de Cero quedam.	6. Præcedenti expositioni abjiciuntur nonnulla. viri etiam lamentatores, illustrati Hamos & Zachar.
3. Impiū Lucifuga. Dæmonem excitat qui occasionem peccandi querunt. Secūda expositio rejicitur.	7. Defensio Vulgatis. Hebraea voces in Ecclesia Latina.
4. Proponitur Hebraeorum expositio; & Leviathan an unica vox.	8. Ultima expositio. Aethlætes execrantur dicim & solem.

SEPTVAGIN. in singulari legunt: *Maledicat ei, qui maledicit diem illum, qui habet magnum cetum subjugare.* quod Græci & ex Latinis Ambrosii lib. 2. in Luc. cap. 4. referunt ad Christum Dæmonis triumphatorem hac ratione; Qui paratus est vastissimum cetum Leviathan, id est sævissimum Dæmonem subjugare, & con-

I
EX X.
Expenditur lectio & expositio Græcorum.

primere, vel etiam provocare, & excitare ad singulare certamen, is in qua, qui Deus solus est, plenissimè, & cumulatissimè maledicat huic nocti, in qua Dæmon a deo sæviit; namque nemo alius poterit hujus execrationis meritisimæ partes absolvere, & explere. addit etiam Didymus rectè dictum esse, *Qui paratus est*; nõdum enim mysterium Incarnationis erat patratum; sed tamen paratus erat Dei filius excitare, & expiscari immanè illam belluam immisso divinitatis hamo obducto carne suæ mortalitatis; quæ allegoria frequens est apud Patres; Carnem enim Christi hamum appellant cum occulto aculeo divinitatis Greg. homil. 25. in Evang. & lib. 33. Moral. cap. 7. & super 1. Reg. cap. 11. Greg. Niss. Orat. de Resurrectione. & alii super Iob. 40. ut eo loco dicemus. Huic expositioni hæc favent. Primò, quòd plerique ad litteram existimènt Diabolum dici Leviathan. de quo dicemus. cap. 40. Secundò, quòd frequenter in Scriptura numerus pluralis pro singulari sumatur & è contra. Tertio, quòd licuit Septuaginta verbum *suscitandi*, in verbum *subjugandi* & vincendi convertere; ille enim erat suscitandi finis; est namque *suscitare*, provocare ad certamè. ut de eodè Leviathan. ca. 41. dicit Deus: *Non quasi crudelis suscitabo eum.* Quæ verò huic sensui, ne literalis sit, obstant, sunt hæc. Primò, mutatio numeri; nam nõ solum in Hebræo pluralis est; sed in Græco illum quoq; servarunt, Aquila, Symmachus, Theodotio, Complutenfes. Secundò, quòd non coheret cum antecedentibus, & consequentibus, quorù primus literalisque sensus humanas quasdam noctis & diei execrationes cõtinet, ex humanis aut consuetudine, aut consuetò dolentium loquendi genere petitas; quare tantum mysterium non videtur primo ipso literalique sensu reliquis partibus intersertum. existimò itaque illam esse Græcorum Allegoriam. de illa verò, quæ Latini ut Greg. c. 13. & Philip. & Beda, afferunt. de Die, id est Antichristo, vel Diabolo transfigurante se in angelum lucis; & de sanctis vel Angelis, vel hominibus, qui illum suscitant, & contra se provocant, nihil dicam; cum longius petita sit, atque difficilior, quàm altera Græcorum.

Reliquorù interpretatio bipartita est;

atq; ex eo dividi cæperunt interpretes, quòd vocem *Leviathan*, proprium nomen ceti, aut piscis, quidam existimant; ita vulgatam vocem illam retinent Septua. Aquil. Symmach. Theodotio verò habet *Draconem*; alii verò vocem, non unicam, sed duas esse credunt. quæ omnia exponenda sunt, ut vis sententiæ intelligi, & eligi optima possit.

Primò, ergo hunc sensu ad litteram ponit D. Tho. ut, *Qui parati sunt suscitare Leviathan*, sit periphrasis piscatorum, qui mag-nos hujusmodi pisces non invadunt nisi in tenebris noctis; quare adventanti luci tanquam inimicæ, & suis conatibus adversanti maledicunt. hi igitur sua maledicta in hanc noctem convertant. solet videlicet nautarum genus execrationibus & maledictis immanissimis uti: ut tunc fortè in proverbio esset, quod de vectoribus apud nos vulgo jactatur: *Echamas pessetes, y reniegos q̄ un harriero, o que un carretero.* Sic etiam apud illos, Piscatore aut Nauta maledicentior. lenis sensus, nisi illum exasperaret lyrani objectio, lucem potiùs, diemque favere capiendis cetis: nam de illo nocturno piscatu omnino tacetur ab auctoribus, & ab experientia. de quo. cap. 40. dicemus: interim longè diversam ballenarù capturam videre licebit in accessione Gillii ad Aelianum. Sed si has tenebras fugiamus, licebit dicere, Piscatores diei maledicere, in quo non illis accidit bonus piscatus, sunt enim infauti quidam piscantibus dies quare ad malum vel ad bonum eventum res piscatoria trãslata est, cum in re quilibet dici soleat, *q̄ se echa bueno, o mal lance.* sicut & Plaut. in Bachid. dixit: *Piscatus meo animo hic tibi hodie evenit bonus.* Cum igitur per totam noctem laborantes, aut etiam per diem nihil piscium cæperunt, luci etiam ipsi maledicunt. sed hac ratione non oportuit de Leviathan, magnivè aliis piscibus mentionè potiùs, quàm de aliis quibuscunque piscibus fieri. Idè sensus aptabitur commodius si ad nautarum navigantiumq; terrorem referatur, cum in immanissimam hanc belluam incidunt; nam & territat nautas, & demergit navigia, & sæpe incautos opprimit, aliquãdo enim insulæ speciem offert inventibus, cum in summam aquam enatavit. quod à Basilio, Theodoro, Procopio scriptum est: hujus quoque metus

atque

Quid hoc loco Leviathã.

LXX. Aquila. Symmach. Theodotio.

Secunda Divi Thomæ. & Latinorum expositio.

Nautarù genus diris & execrationibus familiare

Aelianus ex Gillio.

Clarior redditur prima expositio.

Bonus piscatus in Proverbio.

Emollitur sensus præcedens

Cetus navigantes territat Basl. Theodoret. Procopius.

Christi caro cum aculeo divinitatis obductus hamus.

Præcedens expositio nõ literalis.

Complutenfes. Aquila. Symmachus. Theodotio.

Quid de Græcorum expositione sentitendum sit.

2

Iob. 14. 16.

3

Tertia expositio circumloquutio impiorum.

Impii Luci fuge. Iob. 24. 13. Verf. 17.

* El Diabolo no duerme, pero estos bastavan a despartallo. Qui querit occasiones peccandi suscitare dicitur Diabolum.

D. Thom. Non omne peccatum ex instigatione Diaboli. Sap. 1. 16. Ierem. 2. 24.

Impii quorsu dicitur parati suscitare.

atque trepidationis subitæ mentio fieri videtur infra. cap. 41. in descriptione Leviathan; *Cum sublatus fuerit timebunt angeli, & territi purgabuntur.* navigantes igitur afflicti, diei, quo navim conscenderunt maledicunt; aut illam ipsam præsentem lucem, in qua certissimè naufragium timeant, cum excitantur, aut tam propè accedunt, ut cetum excitent, & in se ipsos convertant, atque vel nolentes laceffant.

Secundò, sumi potest illud, *Qui maledicunt diei*, pro circumlocutione impiorù, qui tenebras amant, & lucem averfantur; atque hi dicuntur *parati esse suscitare Leviathan*, id est quasi sublimem evèhere, & colere Diabolum, atque illi obedire; & ejus voluntatè perficere: non solum igitur bonis, sed etiam impiis optat haberi noctem hanc infautam, & odiosam, nullisque gaudiis, aut voluptatis studiis perficiendis idoneam. hunc quoque sensum litteræ congruere posse D. Thom. existimat; cui favet illa impiorum periphrasis frequens in Scriptura, de qua cap. 24. dicemus, ubi longè pulcherrimè lucifugarum istorum vita describitur; qui *revelles sunt lumini, & ignoraverunt lucem, si subito apparuerit aurora, arbitrantur umbra mortis, & sic in tenebris quasi in luce ambulant.* atque non ineleganter dicuntur hi *suscitare Leviathan*, id est negotium perambulans in tenebris, Diabolumque semper vigilantem comitari, & colere; & sanè tam alacres sunt ad malè agendum, ut etiam dormientem Diabolum (si dormire possent) ipsi *parati sint suscitare*; & cogere somno surgere, ut sibi, suisque conatibus adesset. sanè qui sibi ipsis occasiones que-runt peccandi, eleganter dicuntur suscitare Diabolum; non enim omne peccatum ex instigatione Diaboli provenit, ut desiniunt cum D. Thom. Theologi. 1. p. q. 114. a. 3. sed interdum nulla Dæmonis

suggestione, ex pravitate affectus, & carnis corruptione. hi sunt qui mortem etiã fugietem *manibus & verbis accersunt, & spõsiones ponunt ad illam.* in quos dictum est à Ierem. *Onager assuetus in solitudine, in desiderio anima sua attraxit ventum amoris sui.* ipsi enim & ventum voluptatis captant, & peccandi opportunitates diligenter inquirunt. Rursusque dicuntur non suscitare solum, sed etiã *parati suscitare*; quoniam cum sint ad omnè scelus projecti, in ea semper animi (quam vocant) præ-

paratione sunt, ut nullam peccandi occasionem prætermittant. Videbitur igitur sensus iste adjunctis his illustrationibus non inelegans: sed fortè quoque de allegoria suspectus propter illam *Leviathan* ad Diabolum translationem. tum etiam; quia si peccatum præcipuè respiciatur in his execrationibus, non cohærebit, precari ut peccatores quoque in hanc noctem maledicta conjiciant; si autem non propter peccatum, sed propter cõmunes vitæ ærumnâs hæc dicat, incongruè nunc interferetur mentio impiorù aut proborum hominum, quod non ad naturæ conditionem, sed ad morum dissimilitudinem pertinet. scio Burgensem pro hoc sensu acriter pugnare.

Tertio, vocem *Leviathan*, non unicam, sed plures voces Rabini, & hebraizantes esse contendunt; qui iterù divisi sunt. Lyranus hæc se veram litteram ex Hebræis afferre dicit: *Maledicant ei, qui maledicunt diei expectantes orbari de societate sua.* videlicet hi sunt miserrimi homines, qui vitam fastidiunt, & vel ab uxore convictu, & familiaritate, vel à cõmuni mortalium societate separari desiderant, atque suam vitam, & lucem ipsam execrationibus vexant. Burgenis quoque additione secunda, hunc sensum Hebræorum agnoscit. eo enim modo explicant quoque R. Salomon, & R. David in comment. nam (*Lavah*) adherere, aut copulari significat; unde *Leviathan* trifyllabû est nomen cum affixo, *copulatio sua, vel eorum.* sed quod Pagninus ait, neminem Hebræorum cum Lyrano esse, fortè pertinet ad aliam partem, quam ille pro *suscitare*, orbare vertit; & quidem non valde longè ab Originali; nam (*Ghur*) quod *suscitare*, & evigilare significat, aliquando etiã est nudare, spoliare, orbare, ut Isaiã. 32. *Exiite vos, & confundimini.* propr. est, *exiite vos, & nudamini.* vel ut Septua. *Exuimini, nudamini.* quo loco eadè vox subest. Habac. 3. *Suscitans suscitabis arcum tuum.* alii legunt: *Nudatione nudasti arcum tuum.* id est, non habuisti in occulto, sed manifestè illum protulisti, ut tuum auxilium notû omnibus faceres. ut elegatè Pag. reddit, *Manifestatione manifestabitur.* eodèq; recidit, ** suscitans suscitabis.* sensus hic id minime bonû habet, quòd minime potest nostræ lectioni convenire. nisi ea fortè ratione, quæ inferius explicabitur.

Præcedens expositio nõ valde probatur.

4 Expositio quarta.

Lyranus.

Burgenf. R. Salomon. R. David.

לָוִיָּהוּ לָוִיָּהוּ

Pagninus.

עָרַר Isaiã. 32. 11. LXX.

Habac. 3. 9.

Vatab. & Regia.

Pagnin.

* Alço y descubrio la mano y el arco para animar a los suyos.

Alii

5 Alii vero vocem *Leviathan*, duas esse voces existimant significantes, *luctum* sicut ita Aben. Esra. R. David in lib. rad. R. Levi in commēt. hoc sequitur hebraizantes omnes Pagn. Vatab. in annotat. Regia. Hebraeus apud Cajetanū. at Rab. Mardoch. in suis concordantiis simplicem vocem existimare videtur, ait enim *Liv-iathan*, idem esse, quod, *Ebel*, id est luctus. ex quo is totius sententię sensus cōsurgit; *Qui maledicunt diei*, videlicet, qui propter ærumnosissimam vitam, lucem habent invisam, tum etiam, *Qui parati sunt suscitare luctum*, id est, qui parati sunt suscitare fletum, & lachrymas fundere, ac si ad manus illas præsto haberent; vel ut sit periphraſis lamentatricum, & præficarum. nam erant etiam apud Hebræos lamentatrices, quarum Ieremias meminit. cap. 9. *Vocate lamentatrices, ut veniant; & ad eas, quę sapientes sunt, mittite, & properet, festinent, & assumant super nos lamentum; deducant oculi nostri lachrymas, & palpebrę nostrę defluant aquis.* Et infra: *Audite mulieres verbum Domini, docete filias vestras lamentum, & unaquęque proximam suam planctum; quia ascendit mors per fenestras. & Cantatrices appellantur.* 2. Paral. 35. *Cantores atque cantatrices lamentationes super Iosiam replicant.* has Latini appellant præficas, quarū munus his verbis definit Nonius Marcellus. *Præfica dicebantur apud veteres, quę adhiberi solent funeri mercede conductę, ut & flerent, & fortia facta laudarent.* luculentius hac de re Varro lib. 6. *Præfica, ut Aurelius scribit, mulier ab luctu quę cōduceretur, quę ante domum mortui laudes ejus caneret, hoc factitatum Aristoteles scribit in libro, qui inscribitur Nomina Barbarica, cujus testimonium est, quod Fretum Nevii: Hac quidem hercle opinor præfica est, nam mortuos cōlaudat. Claudius scribit: ea quę præficere tur ancillis quemadmodum lamentarentur, præfica est dicta. sic Varro. accinit quoque Festus Pōpejus, qui dicit præficas dici mulieres ad lamentandum mortuum conductas, quę darent cæteris modum plangendi, quasi in hoc ipsum præfectas. quę omnia ad amūm respōdent illi Ieremię loco, ubi illę sunt lamentatrices, quę alias comites planctum docēt. Quas plangēdi magistras, Servius, cujus in antiquitate afferenda non levis est auctoritas, ad illud Vergilii. 6. *Ferales ante cupressos, appellat Principes luctus.* & lib. 9. ad id. *Nec te tua funera mater.* easdem vocat*

planctus, non doloris principes, cui ex sacris quoque Procopium adjungemus; is enarrans id Iudic. 5. *Per fenestram respiciens ullulabat mater ejus.* videlicet cum cōtēplaretur ex alta aliqua fenestra socios filii sui Sisarę fugientes. ex prælio; ubi nos habemus, *Una sapiētor cæteris uxoribus ejus hac socri verba respōdit.* ille secundum Septuag. legit: *Sapientias principes ejus responderunt ad eam.* Et sic ait: *Lamentatrices sic Scriptura vocat, sicut in Ieremia; hujusmodi enim in luctu constitutis esse videntur, describit itaque lamentationem, quam vicissim ediderunt eę, quas principes, seu duces lamentationis vocat.* & quidem ut ex Hebræo constat, in ea lectione Septuag. *Principes*; non est masculini sed feminini generis. putavit ergo. proculdubio Interpres, quoniam in Hebræo dicebantur mulieres principes atque sapientes, intelligi uxores Sisarę; & quidem non leviter; namque præficę eos potissimum lamentabantur, quibus propinqui nō essent; quare in Sisarę funere, uxores ipsę, & mater atque propinquę præficarum munus in plangendo obibāt. de illo sic scribit Nonius Marcellus, *Nania ineptum, & inconditum cæmen est, quod ad ducta mulier, quę præfica dicitur, iis, quibus propinqui non essent, mortuis exhiberent. sed sive uxores quoque fuerint, sive non, certę Sapientes, ibi dicuntur, sicut & in Ierem. peritæ lugendi, & plangendi mortuū modis flebilibus, atque magistrę & principes, quę cæteras docerent, & velut præcentrices plangendo prærent.* Hęc igitur commodissimē dicuntur *suscitare luctum*, nam ipsę incipiunt, & præeunt. eadem quoque dicuntur *suscitare societatem suam*, nam alię comites, & socię funeris illas sequebantur; magistrę quę cæteras adhortabantur ad luctum; tum etiam fortē excitabant summo mane; cum enim pluribus diebus lagerent, defunctum oportebat noctu interquiescere & à plangendo cessare. quare non ad communē planctum, sed ad planctus & doloris exaggerationem illud pertinet Ierem. 9. *Plorabo die ac nocte interfectos populi mei.* & cap. 14. *Deducant oculi mei lachrymam per noctem & diem, & non taceant.* & Thren. 1. *Floravit in nocte.* & Thren. 2. *Deduc quasi torrentem lachrymas per diem & noctem, non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.* lamentatrices itaque cum deberent instaurare, & suscitare summo mane lamentationes &

Procopius. Indic. 5.

Vulgatus de sensu & elucidatus.

Nonius.

Exaggeratio planctus, cum nocte fit Ierem. 9. 1. Ierem. 14. 7.

Thren. 1. 2. Thren. 2.

planctum

Quinta expositio. Aben. Esra. R. David. Pagn. Vatab. Regia. Cajet. R. Mardoch. Ios q̄ tene las lagrimas tan a mano, q̄ lloran quã do se les antoja. Periphraſis præficarum. Ierem. 9. 37. 2. Paralip. 35. 25. Præficarum munus. Nonius Marcellus. Varro.

planctum nocte intermissum, adventanti diei maledicebant; quare de iisdem accipi poterit: *Qui maledicunt diei, & Qui parati sunt suscitare luctum suum.* vel si fortē non placeat, quod non omnino certa videatur illa noctu interquiescendi consuetudo, poterit utraq; illa pars seorsū accipi, ut supra indicavimus, cum sensus constet; optat enim, ut lamentatrices & præficę omnes non eant conductę ad alicujus funeris lamentationes exequendas, sed hujus noctis cladem, & suam ipsius Iobi mortem, & funus (mortuū enim se cenſet, cum in mortalem vitam editus est) plāgant, & lamentētur omnes; seque ipsas magistrę, atque principes ad plangendum cæteras adhortentur, & exsuscitent. Sed huic quoque expositioni objiciamus primò, veriore judicari potuisse, si non in genere masculino, sed feminino diceretur, *Quę parata sunt suscitare.* Secundò, si illa placuisset Latino interpreti, vocem Hebræam non reliquisset intactam; quid enim facilius & clarius, quā dicere *luctum suum*, aut *societate suam*? præsertim cum interpres non tenebras, sed claritatē & lumē afferre debeat orationi; Tertio, nam, ut supra ex Varrone, & Arist. adduximus, Phryges fuerunt hujus instituti, & lugubris cantus inventores; iidemque eundem docuerunt Aenęam; sed hi longē post Iobi, & Moyſi ætatem vixerunt. accedit etiam, quod tristis ille, & lugubris cantus Nania Gręcę dicitur, nomine videlicet Phrygio; ut Pollux in Onomast. auctor est; est autem Nania (ut inquit Festus) cæmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam; quare aliquando Catullus *barbaram tibiam* dixit, id est funebrem illam; quę à Barbaris seu Phrygibus inventa fuit. nam Barbarum pro Phryge dicebant; & sic etiam apud Iuris consultos Barbaricarii sunt Phrygiones, qui vestes acu pingunt; & Barbaricę vestes, eadem quę Phrygię. vide Alciatum, & Cujacium tit. de excusatione artificum. L. 1. Primo responderi potest, non tantum lamentatrices, & cantatrices, sed lamentatores etiam & cætores dici in Ieremia, loco superius adducto; tum etiam Hamos. 5. *Vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos, qui sciunt plangere.* Cujus loci sententia non est accipienda de illis, qui

Objicitur præcedenti expositioni.

Phryges inventores cantus lugubris.

Pollux.

Festus.

Catullus.

Barbarū pro Phryge.

Alciat. Cujac.

Resp. ad primum.

Viri lamentatores.

sensus alicujus aut plangendi participes esse possunt, ut frigidē quidam interpretati sunt; sed de illis, qui (ut Hieronymus dixit) *sciunt more provincia præcinere ad concitandas lachrymas.* quos & tibicines fuisse ex Matthæi nono habemus, sed ille præterea illustris in hanc rem locus est Zach. 12. Vbi ille infidelium Iudæorum planctus describitur super Christi passione, unde sibi tot calamitates asciverint. *Planget terra, familia & familia seorsum; familia domus David seorsum, & mulieres eorū seorsum; familia domus Nathan seorsum, & mulieres eorū seorsum, &c.* Quo loco licet Cyrillus ridiculum & stultum dixerit intelligere mares hinc, illinc fœminas lamentum fecisse; sed ferio id asserendum putat Theodoretus; *Per tribus (inquit) divisi seorsum viri à mulieribus, & mulieres seorsum à viris hoc obibunt.* & quidem etiam videtur virorum plactus indicari in Christi Domini Passione; nā dicitur Lu. 23. *Sequebatur illum multa turba populi, & mulierum, quę plangebant & lamentabantur eum* & hæc etiam videtur esse turba illa tumultuans. Matth. 9. Adde eam generum differentiam sepe confundi in Sacro sermone, & alterum pro altero frequenter poni. Ad secundum, Cajetanus scripsit propter metri mēsuram, & sonitum, eam vocem Hebræam retentam. sed quid, quod in Latina versione nulla est metri mensura, quę servanda fuisset? at (dicere Cajetanus poterit) est suus sonit⁹ certē quodam vocum & dictionum numero constans, qui metrum sonat, qui periret pluribus vocibus aut additis, aut detractis in una sententia. fortē verior causa, Vocis illius difficultatem, & dubitationem de vero sensu, aut etiam fœcūditatem vocis in Originali plura significantis impulisse interpretem, ne in angustias Latinas compelleret, sed liberioſorem relinqueret, cui quisque pro sua diligentia, atque palato suum sensum tribueret ex plurimis, qui in illam cadere possent. neq; mirum videri debet hanc vocem ex Hebræo retentam hoc loco, cum plures alias variis de causis in Ecclesia Latina Gręcę & Hebræas receptas habeamus, ut *Amen, Alleluja, Hosanna, Racha, Maranatha.* qua de re disputat. Hieronymus epistola 137. ad Marcellam, & August. 2. dedoct. Christi. cap. 11. & epistola. 178. ex quo etiam ge-

Qui Tibicines.

Zach. 12. 12.

Cyrillus.

Theodoret.

Luc. 23.

Cajetan.

Plures Hebræas voces retinet Ecclesia Latina.

Hieronym. Augustin. Chrysoſt.

gere

Pfalm. 73:15

Hieronym.

Vulgati inter-
pretis cōsue-
tudo.

Athlātes qui
& quod illo-
rum institut-
tum.

Herodotus.

Pausanias.

Nicolaus.
Damasceus.

Fredenandus.
Pincianus.

Mela castigat-
us.

Solinus.

Plinius.

nere est ille locus Pfalm. 73. Tu siccasti flu-
vios etban. quod nomen non esse propriū,
sed appellativum ipse etiam Hieronym.
agnovit, qui legit, Siccasti perennes fluvios.
denique sicut plura nomina propria, ap-
pellativis vocibus reddit interpret (de
quo dicemus cap.ultimo) ita aliquando
plura appellativa, quasi propria sint, inta-
cta, atq; illorum significationem nostro
labori investigandam relinquit.

Ad tertium unico verbo, res illa de o-
rigine cantus funebri incerta est, neque
mirum prophanos scriptores ad Sacras
litteras antiquiores illius originem non
revocasse.

Sed proponamus tandē peculiare ali-
quid non omnino inutile ad hujus præ-
difficilis sententiæ illuminationem. Po-
tuit sanè Iob respexisse ad priscum illum
Athlantem institutum. Sunt autem Ath-
lantes juxta Athlantem Aethiopię mon-
tem, vulgo Athlantes dicuntur; Herodo-
to Nasamones; Pausania in Atticis Loxi-
tæ; hi soli occidenti maledicebāt, oriē-
tem quoque maledictis excipiebant. Hu-
jus rei testis Herodotus lib. 4. versus finē
ubi de Athlante monte differit. Hi (in-
quit) solem transcendētem execrāt, et; præ-
terea omnia convitia ingerunt, quā torridus, &
ipso, & regionem perdat. idem Nicolaus Da-
masceus non ignobilis historicus apud
Stob. Serm. 44. scribit. Quanquam (ut re-
ctè observavit Fredenandus Pincianus
castigans Pomponium) corruptè legatur
Apharantes pro Athlantes. Pomp. Mel.
lib. 1. de situ Orbis. cap. 8. Solem excorantur
& dum oritur & occidit, ut ipsis agrisque pesti-
ferum. Solin. cap. 44. Polyhist. Athlantes
(inquit) ab humano ritu prorsus exulant: diris
solis ortus excipiunt, diris occasus prosequuntur;
ustique undique torrentis plage fidere oderunt
Deum lucis. & quidem videntur Latini hæc
mutuati à Plin. qui lib. 5. ca. 8. sic scribit;
Athlantes degeneres sunt humani ritus, nam
neque nominum ullorum inver eos appellatio est,
& solem orientem, occidentemque dira impre-
catione contuentur, ut exitialem ipsis agrisque,
neque insomnia visunt, qualia reliqui mortales.
& cap. 1. de Athlante, & de Athlantis in-
incolis hæc scripserat; Incolarum neminem
interdium cerui, flere omnia haud alio quam soli-
tudinum horrore; subire tacitam religionem
animos propius accedentium, præterque horrore
elati super nubila, atque in viciniam Lunaris
circuli. Eundemq; noctibus micare crebris igni-

bus. Ergo ad horū hominū antiquissimō-
rū institutū spectare videtur Iob in hanc
sententiā; Illi etiam homines, quibus
irox in deliriis est, & lux infesta, ideōque
solem orientem execratur, & noctu cre-
bris luminibus utuntur, hanc etiam infæ-
licissimā noctem diris, & maledictis pro-
sequantur.

Hæc habui, quæ in hoc prædifficili lo-
co lectori proponere, cujus erit ex plu-
ribus optimum eligere, aut certè melius
aliquid afferre. interca verò dum alius nō
comparat, sensus hic ultimus, aut etiam
penultimus videtur non omnino reji-
ciendus.

IX. Obtenebrentur stella caligine
eius: expectet lucem, & non videat,
nec ortum surgentis aurora.

1. Stellarum denegatio, & luciferi matutini, de in- signis calamitate.	4. Ars magica detrahendi Lunam & Stellam, & quid Detractiones a- pud Latinos.
2. Vel fulminis splendore diderant miseri.	5. Palpebra aurora quid. Sol. cæli oculus.
3. Stellas celo cadere, quid.	

O P T A T ut nihil omnino lucis huic
nocti concedatur, nulla matutina
crepusculi, vel aurora advētantis signa.
Obtenebrentur stella, illæ videlicet, quæ in
matutino crepusculo affulgere solēt, qua-
lis est Lucifer matutinus, vel, omnino
nullæ stellæ. Lucem expectet, diurnam vi-
delicet, quæ tantis ærumnis finem affe-
rat; sed tamen frustra. vel in universum,
Lux nulla vel fulguris, vel fulminis illi af-
fulgeat; quod in extremis malis naufragi
numerare solent; uti illud Senec.

Nec hoc levamen denique ærumnis datum est,
Videre saltem, & nosse quo pereant malo,
Premunt tenebra lumina, & dura Stygis
Infrana nox est, excidunt tamen ignes,
Miserisque lucis tanta dulcedo est mala,
Hoc lumen optant.

Ita verò obtenebrari postulat stellas,
ut cælo cecidisse videantur, id est periis-
se omnino. quod de extremis quoque
temporibus calamitosisissimis dictum est,
Stella de cælo cadent, uti idem eodem loco
dixit.

Subitò luna conditur, stella cadunt.
In astra pontus tollitur, & cælum perit.
Sic cum carmine incantatorio, aut arte
magica offundebatur tetra nubes lunæ
& stellis,

I

2

Vel fulminis
lumen deside-
rant miseri.
Senec. in Ag-
act. 3.

3

Stellas cælo
cadere.
Matth. 24.
29.

4

Ars magica

4

Detrahere cæ-
lo lunā & stel-
las.
Virg. Eclog. 8.
Interpres.
Appollonii.

5

Palpebra au-
roræ quid.

& stellis, cæcidisse de cælo exiltimabāt,
& suis sedibus extractæ; uti ille,
Carmine vel cælo possum deducere lunam.

Et Appollonii interpres in Argon. ita
persuasum fuisse narrat, Magos solē,
& lunam detrahēre, ut usque ad tempō-
ra Democriti Eclipses istorum siderum
detractiones sint nominatæ.

Nec ortum surgentis aurora. in Hebr, Pal-
pebra aurora, id est primus albicantis au-
roræ splendor, quæ alij poetæ radios, ca-
pillos, pennas aurora dicunt. Septuagin-
Luciferum Orientem. Verum inter reliquas
translationes hæc Palpebrarum illustrior
est, quod oculum cæli respiciat, namq;
Solem cæli oculum videtur aurora quasi
post nocturnum soporem, & clausa lu-
mina, iterum diductis, & apertis palpe-
bris vigilantem & videntem mundo
reddere. Aug. legit, & permaneat, id est obr-
ruatur & sepeliatur hæc nox sempiter-
nis tenebris.

X. Quia non conclusit ostia ven-
tris, qui portavit me, nec abstulit ma-
la ab oculis meis.

1. Infans venter dicitur alvus materna. Quid cō- cludere vulvā aut ven- trem, explicatus Genes. 2. Quatuor Dei claves que	3. Videre, & oculus ad ti- morem vel ad experien- tiam referuntur.
---	--

Q VONIAM in fonte est, ventris
mei, Chaldæus accepit de ipso Iobi
ventre, sic enim legit: Quia non conclusit
portas maxillarum mearum, qua sunt ostia ven-
tris, quasi diceret, Quia mihi respirandi
facultatem non abstulit, neque os ob-
struxit, ne lactans mammas appeterem;
sed certè res ipsa est, quam noster inter-
pres expressit, ut Iobi venter dicatur ma-
terna alvus, quæ illum portavit. Catenæ
auctor, & ex Latinis plerique hoc refe-
runt ad nativitatem; Cur in vitam, & lucē
patuit aditus? quare nō potius nox intra
materna viscera me oppressit? sed quia
similis imprecatio subditur versiculo
11. & quia aliud postulat familiaris Scri-
pturæ locutio, sensus erit; Quare ea nox
tempus, & horam meæ conceptioni præ-
buit, & non potius antequam conciper-
er, matrem meam sterilem reddidit, cō-
grediendi ve facultatem non ademit? in

hunc sensum dictum est Genes. 20. Con-
cluserat Dominus omnem vulvā domus Abi-
melech, id est uxores illius reddiderat ste-
riles. Onkelos, Concluserat Dominus omne
ostium vulvæ. quod licet quidā intelligant,
nō potuisse uxores Abimelech eniti pro-
lem maturam, aut parere, verius tamē est,
non potuisse concipere &. Gen. 29. Ape-
ruit Dominus vulvā Lia, sorore sterili perma-
nente. Cū verò hæc dicit, nullam pro-
pterea agnoscit facultatem inesse diei,
aut nocti ad sterilitatem efficiendā; cū
ex aliis locis constet ejusmodi potesta-
tem, & claves ad claudendum, vel ape-
riendum penes Deum esse: quod Para-
phrases Ierosolymitanæ Ge. 30. elegatè
explicuit. Quatuor (inquit) claves tradite
sunt in manum Domini universi mundi, quas nō
tradidit Dominus nec Angelo, nec Serapho; cla-
vis scilicet Pluvia, clavis Cibationis, clavis Se-
pulchrorum, clavis Sterilitatis. de clave Plu-
viæ, ita dicit Scriptura: Aperiet Dominus ti-
bi thesaurum suum bonum. Deut. 28. de clave
Cibationis Aperis manum tuam, &c. Pf. 145.
de clave Sepulchrorum: Cū aperuero se-
pulchra vestra, &c. Ezech. 37. de clave Ste-
rilitatis; Et recordatus quoq; Dominus Rache-
lis exaudivit eam, & aperuit vulvam ejus, Gen.
30. significat itaque harum maximè re-
rum potestatem apud Deum esse, Pluvia
Alimonie, Resurrectionis mortuorum,
Sterilitatis aut fecunditatis.

Nec abstulit mala; Laborem, & dolorem;
non enim (inquit) in lucem editus sum,
ut lucis suavitate fruerer; sed ut irruen-
tium in me malorum timore & aspectu
cruciarer. elegas timoris, aut discriminis
impedentis descriptio; nam quæ impen-
dent, & quæ minitantur infanti recens e-
dito in lucem mala, videntur obversari
ante illius oculos; quæ, etsi non lædant
videntur aspectu territare. similis locu-
tio. Isa. 65. Oblivioni tradita sunt angustia prio-
res, & quia abscondita sunt ab oculis nostris;
quasi dicat, Nihil timemus adversi, nul-
lus metus, discrimen nullum, malū ve im-
pendet; fortè hic malorum conspectus
ad sensum, & experiētiā pertinet, ut sen-
sus sit, Nō abstulit, &c. id est conjecit nos
in miseram incredibilibus malorum ex-
perientiam. nam videre mala aut bona,
experiri, aut sentire est. Vides hinc, quod
supra dicebamus, in ipsam mali rationem
per se consideratam imprecationes has
dirigi.

Genes. 20. 18.
Onkelos.

Genes 29. 31.

2

Sterilitas à
Deo efficitur

Paraph. Ieros.

Quatuor Dei
claves, juæ.

Deut. 28. 12.
Psalm. 45. 16.

Ezech. 37. 13.

Gen. 20. 22.

Isai. 65. 18.

XI. Quare non in vulva mortuus sum, egressus ex utero non statim perii?

GRADATIM humanæ vitæ, miseræque mortalitatis nostræ gradus persequitur maledictis; Esto conciperer, esto nascerer, debuissim statim auferri.

XII. Quare exceptus genibus, cur lactatus uberibus?

I. Excepti ex Hebræo quid. Quid prævenire in sacro sermone. explicatus David, & Hoseas, & quid ubera auentia. 2. Peccati gradus & etates quid Ova aspidum rumpere. quæ peccati semel sunt. explicatus David & Salomon.

I Amplificatio in felicissimi partus.

SI, quod minus infælicibus aliis contigit infantibus, statim post natiuitatē non perii sponte mea, cur obstetrix (malum) me excepit genibus? quod alii incommo dè ad matrem referunt, cum prima ubera, primūque gremium, quæ infantem suscipiunt, & sustinent, non matris, sed obstetricis, atque nutricis sint. Septuagint. legunt: Vt quid occurrerūt mihi (nascenti) genua? juxta Hebræum; Quare præuenerunt me genua? à Radice (Kidem) quod est præcedere, aut præuenire. eadē vox Psalm. 17. Exurge Domine, præueni eum. & Ps. 88. * Mane oratio mea præueniet te; ante quā illucescat, omnes occasiones obseruabo, vt te meis precib⁹ preoccupatū de merear. Similis etiam sententia Hoseæ. 6. Da eis Domine vuluam sine liberis, & ubera auentia, id est vuluam, quæ non concipiat, quod si conceperit, & fætum ediderit, ut defectu lactis infans pereat. & in eadem fere sententiā, infra; Percussus est Ephraim, radix ejus exsiccata est, fructum nequaquam faciet, quod & si genuerit, interficiam amantiſſima ueri eorum.

LXX.

Quid extipi, ex Hebræo. קָדַם

Præuenire quid in sacro sermone. * Antes que amanezca esta re prevenido y aguardando a vuestra puer ta con la peticion en la mano. Hosea. 6. 14. Vers. 9.

2 Peccati gradus, & etates quædam.

Iacobi. 1. 15.

deinde operatione externa excluditur. Concupiscentia (inquit) cum conceperit parit peccatum. simili ferè translatione dicuntur apud Isaiam, Oua aspidum: rumpere, qui aliorum cogitationes; & concepta concilia excludunt; perficiunt; opere exequuntur. Deinde præuicōsuetudine peccatum alitur, & nutritur, & illecebris atque delitiis crescit, & capit virium incrementa, atque lactatur; excusationibus; & defensionibus; quasi brachijs gestatur, & sustentatur. Quod si velis etiā hūc peccati fætum vidēre, quasi pannis obvolutum; benèque compositum, vide Ps. 57. quo loco peccatores dicuntur, errasse ab utero, & vulua, & prima peccati cōceptione; & operari iniquitates in corde. Deinde dicuntur suis manibus iniustitias, & peccata concinnare. corripet peccator Peccato, velut pater infantulo, & super genua illi blādatur, dum per risum stultus operatur seculus, & exultat in rebus pessimis. sic crescit, adolescit, senescit, sicut Sapiens ait Ecclef. 1. 1. Error & tenebra peccatoribus concreta sunt, (simul cum scelere caligo tenebræque nascuntur) qui autem exultant in malo, cōsenescūt in malo. prop. malitia senescit in eis. Tandē peccatū impio, nō aliter atq; proteruus filius paternæ domus exitium est, ira patris, & mœstitia matri suæ.

Quid Oua aspidum. Isai. 59. 5.

Psalm. 57. 3. 4

Proverb. 10. 14.

Proverb. 2. 14.

Ecclef. 1. 16.

Proverb. 10. 1.

XIII. Nunc enim dormiens si-lerem, & somno meo requiescerem.

1. Mors somnus ex profanis, item ex sacris, & huius similitudinis causse. 2. Mors & sepulchrum, silentium dicitur ex Hebræo, explicatus Isai. Tacere, quid. 3. Mors prece, aut pretio auerti non potest. explicatus David. silentium erubescens, & amicitia diuinitum. 4. Mors quies, vita tumultus. Illustratus Ecclesiasticus. 5. Quiescere ad pacem bello refertur. mors pax, vita, tumultus bellicus. Quorsum spectaret Christus Lachryma in morte Lazari. 6. Defunctus non cadit vitæ, neque spoliatur veris bonis. Romuli manipulus. 7. Mors serenitas post tempestatē. vita procellosum mare. mors item portus. sinus Abrahæ. Psalmus 106. allegoricè.

I Mortis cum somno comparatio.

MORTEM bono & commo cassuram sibi ait, ut quæ somno, silentio, & quieti jucundissimæ similis sit. & mortis quidem cum somno comparatio frequentissima est tum apud profanos, quorum quidam dixit,

Soles

Catull.

Virg.

Anaxago.

Psalm. 12. 4.

νεμεωω

Psalm. 103. 23.

Lactantius.

Soles occidere & redire possunt. Nobis cum semel occidit brevis lux, Nox est perpetua una dormienda. Falsi enim putabant, qui semel mortis sopore correpti forent, numquā iterum ad vitam expergefaciendos. propterea enim durā & ferream hujus somni quietem Virgilius quoque dixit. Olli duræ quies oculos, & ferreus urget. Somnus; in eternā clauduntur lumina noctē. Atque eodem pertinet illa Anaxagoræ sententia, Ex duabus rebus posse nos cognoscere quales post mortem erimus, videlicet & somno, & eō tempore, quod nostrum cuiusque ortum antecessit. Sed multò elegantius apud Sacros. Psalm. 12. Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte. (id est tuæ lucis favore & radiis disijce tenebras insidiarum, & discriminum meæ vitæ; namque ista mihi, velut nocturnæ tenebræ, mortis somnum conciliabunt. ne triumphet igitur hostis me sublati) Ne quando dicat inimicus meus, præualui aduersus eum. Ipse etiam habitus cadaveris præfert dormientis speciem. Quibus ex causis introducta est illa perulgata in Ecclesiam vox, Cœmeterium, locus videlicet sepulturæ fidelium, quasi dicas dormitorium, à Chemàō Græco, id est dormio. Sed quod Christus Dominus sepe vocauerit mortē somnum peculiare causse à patribus assignari solent, dum Lazari illum somnum tractant quæ facilitatem & breuitatem resurrectionis Lazari efficiendæ, nihilo minorē, quā dormientem expergefaciendi respiciunt potius, quā ipsius mortis rationem, & naturam. Sed nunc ea potissimum ratione mors cum somno comparatur, quod sicut post diurnum laborē nox atque somnus afferunt quietem, & cessationem corpori lassō; ita post vitæ ærumnas licet defuncto in morte requiescere; cum scriptum sit Psalm. 103. Ortus est sol, & exiit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad vesperam. tunc enim intermittitur labor, & somno Pectora lōgis Fessa ministeriis fulcit, reparatque laborum. Nam inter dormiendū nodus ille, quo animus astringitur oneri corporis, si non dissolvi omnino, certè videtur laxari & animus solui in quietem. sed recurret iterum hac de re dicendū locus. Nunc tantum id, quod Lactantius dixit. li. 6. ca. 16. Qui immobilitatem animi asserunt, priuare ani-

mū vita volūt, quia vitæ actiuosa est, mors quæ- rā. Somnus enim iners omnino est. Secundò, tum mors, tum defunctorū sepulchra silentium dicitur, nam infernus (duma) id est silentium dicitur, à verbo (dum) quod est filere. Hinc illæ Silentes umbra. Et Chaos & Phlegeton loca nocte silentia latē. Colludit verò cum significatione vocabuli Psalm. 113. Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum: Duma, silentium; non enim mortui publicam ad vivos orationem habent de Dei laudibus. Psalm. 30. Erubescant impii, & deducatur in infernum, muta sunt labia dolosa. id est pereant omnino, & simul cum voce, vita illis eripiat. sic etiam Isai. 6. Va mihi, quia (asseranter, certè) * taciui, id est perii; actum de me existimo; perinde cēferi debeo, ac si mors mihi loquendi facultatem eripuisset. Est autem hoc quod defunctorum silentium, quies quædam, atque cessatio ab omni vitæ actione, cum filere is quoque dicatur, qui nihil agit; iuxta id Exod. 14. Dominus pugnavit pro vobis, & vos * tacebitis. Est verò in hoc mortis silentio obseruandum, nullum esse remediū locum, ubi silentium est, & nulla linguæ, nulla claudendi, neque implorandæ opis facultas adest. quā inevitabilem moriēdi necessitatē, & legē Hebræi variis modis explicarunt in Midras Thehilim, id est, in expositione Psalmorum, super id Ps. 103. Cantabo Domino in vita mea, & super id Psalm. 48. Frater non redimit, redimet homo? non dabit Deo placationem suam, & pretium redemptionis animæ suæ. de quo vide Galit. lib. 6. cap. 7. Paulus verò abūde explicuit dicens: Statutum esse hominibus * semel (irrevocabili, & firmo decreto, ita ut secundò iterari; aut instaurari minimè sit necesse) mori: eam verò moriēdi legem sponte susceptam significavit Dei filius, cum ex affectu sensitivæ partis, mortem deprecaretur; Clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, & nō ad insipientiam mihi. id est, Mihi, qui nihil pænæ aut mortis debeam propter illum scelus admissum, insipientiæ non dabitur hæc tam anxia, tamque ardens mortis deprecatio; cæteri verò peccatores, & peccatorū pænis obnoxii, si mortē deprecari conarentur, insipientes habendi essent, nam frustra contra mortem auxilium postulerent; cum hoc

2

Mors silentiū

קָדַם

דָּמָה

Psalm. 113. 17.

Psalm. 30. 18.

Isai. 6. 5.

* Ya seme qui ta la hablay, y morira sin re paro, quietal visio del otro mudo havisto

Exod. 14. 14.

* Dios sera el que venga a las manos con el enemigo, estadoos vos otros mano sobre mano.

3

Heb. 9. 27.

* De una vez quedo para si pre determinado.

Psalm. 21. 3.

P malum

malum ex illis nō sit, quæ ciamore, aut oratione averti possunt. ergo Mors silēntio excipienda est, silentium imperat, & silentium dicitur.

Præterea moribūdus, ut qui nihil cum mundo commercii deinceps habiturus sit, sublata jam amicitia, & per silentium dirempta, terga vertiti, deo mors etiam silentium. Tandem, cum silentium ad erubescēntiam quandam, & confusionem pertineat, juxta id Mich. 7. Videbunt gentes, & confundentur, ponent manum super os suum, vox fugiet ab eis, &c. mors rectē dicitur vocem iis eripere, qui confidebant in virtute sua, & in multitudine divitiarum suarum gloriabantur: & confundentur super hortos, quos in hoc mundo elegerant, cum videant nullum habuisse fructum in illis, in quibus tunc erubescunt.

Tertiō, quod ad mortis quietem attingit, seu somnum mortem dicas, seu silentium potius nomines, semper illam dicis, quietem, & tranquillitatem. Est nimirum vita hæc universa inanibus curis, & molestissimis cogitationibus infestata, quæ animum aggravant, obruunt, que in somni quadam & permolesta vigilia. Est quoque tumultus quidam, & indistincta vociferatio, multa confusione permixta, quæ importunis curarum, & cupiditatum clamoribus obtundit aures, caput quassat, atque mentem defatigat. quam verè, quamque multa experientia compertum Ecclesiasticus dixit, Occupatio (negotium, molestia, perturbatio) magna, creata (destinata) est omnibus hominibus à die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulturae in matrem omnium: cogitationes eorum, & timores cordis, ad inventio expectationis. (videtur enim non solum creata jam bona, sed nova alia sua cupiditate excogitata desiderare, & transferunt videlicet in affectum cordis, ad novas voluptates desiderii gradum facientes) & dies finitionis (metus mortis nunquam non inminentis, nunquam non minitantis) à residente super sedem gloriosam, usque ad humiliatum in terra, & cinere; ab eo qui utitur hyacintho, & portat coronam, usque ad eum, qui operitur lino crudo. furor (ira, effrenatus & præceps impetus adversus inferiores) Zelus (invidia, æmulatione adversus æquales) tumultus (interna animi perturbatio) fluctuatio (commotio, agitatio; dum nihil certi animus a-

put se instituit, inter spem & metum vacillat, & fluctuat) & timor mortis (hæc omnia exacuuntur timore mortis) iracundia perseverans (excruciant etiam animum inveterata odia) & contētio (graves inimicitiae) & in tempore refectiois in cubili somnus noctis immutat scientiam ejus (hæc inquam omnia, & somnus ipse per sumam animi non quietem sed perturbationem captatus non permittunt animum in eadem opinione consistere) Modicum * tanquam nihil in requie (ferè nihil captatur somni aut quietis) & ab eo in somnis quasi in die * respectus (dormit & clausis oculis videtur ex specula contemplari, ne hosti pateat aditus, ne ve accedat propè) Conturbatus est in visu cordis sui, tanquam qui * evaserit in die belli. somno fingit hostiles insidias, & vix posse ex illis evadere. non enim cuique datur ut dicere cum David possit: In pace in id ipsum dormiam, & requiescam; neque illud: Ego dormivi & soporatus sum & * exsurrexi. Ergo cum quies ipsa quæ in vita haberi potest plena sit tumultu, atque terrore, oportet illam esse molestissimam quandam & insomnem vigiliam; Mortem verò somnum atque quietem placidissimam, omniumque laborum atque sollicitudinum per-fugium.

Quartò, cum hoc quietis nomine mortem compellari audio, omnibus bonis refertam quandam, atque jucundissimam pacem, post vitæ peractam militiam, post bellicumque negotiorum omnium tumultum intelligo. idque valde accommodatè ad verbum (Sækat) quod hoc loco requiescere significat, & frequenter ad pacem & cessationem à bello refertur; idque sive prælii aut belli nomine adjuncto, ut Iosue. 11. Quievit terra à praliis; sive absolute positu. Iudic. 5. Quievit terra per quadraginta annos. & Ierem. 46. Post magnas bellorum & hostium clades; Revertetur Iacob & requiescet, & prosperabitur, & non erit qui exterreat eum. Zachar. 1. Omnis terra habitatur, & quiescit. Ezechi. 16. Quiescam, & non irascar. hoc itaque quietis, pacisque nomine patres Ecclesia defunctis gratulatur, & cum precatur, jubet eos, ut in pace requiescant jam discriminum expertes, à vitiorum, sævisimorumque; hostium incursionibus securos, & liberos; nō comovendos neq; cōcitandos iterū vastis, terrificisq; clāgo-

* Es casi nada lo que se duerme, y menos lo que se reposa durmiendo.

* Cerrados los ojos tiene ojo a mil cuidados enemigos, q̄ lo cerca

* Sueña que el enemigo le sigue, y q̄ es capa por milagro molido y despedido.

* No me despertatō cuidados que yo dormi hasta no mas.

5 P'salm. 49.

P'salm. 3. 6.

ⲉⲣⲱ

Quies ad pacem ex bello pertinet.

Iosue. 11. 23.

Iudic. 5. 32.

Ierem. 46. 27.

Zach. 1. 11.

Exech. 16. 41.

* El mundo y el que muere como reñidos deshacen la compañía y se quita la habla

Mich. 7. Silentium ad erubescēntia, & confusionem pertinere.

I'sai. 1. 29. Rom. 6. 12.

4 Mors quies.

Vita hæc tumultus, & vociferatio.

Ecles. 40. 1.

* Pacem à de fecit, y à invētar naves generos de deleytes.

P'sal. 72. 7.

ribus tubarum mundi, atque Dæmonis; non audituros classica sævū, & immane sonantia, non excepturos singulis pene horis, momentis potius, innumerum malorum, atque ærumnarum, uno quasi facto agmine irruentium impetum. Merito igitur emeritus ille Simeon senex post tot vitæ discrimina enixè sibi quietē & otium precabatur, & in pace dimitti atq; discedere merito Samuel vitæ militia jam functus, cū à Saule, qui nuper excefferat è castris, ab inferis evocaretur, graviter atq; severè cōquestus: Quare (inquit) inquit etasti me, ut suscitaret? quasi diceret, quid tentas iterum non solum antiquo me includere ludo, sed prælio etiam periculossimo, non tibi peculiari, sed communi omnibus mortalibus? cur ad vitæ negotia, ad sollicitudines, ad lites, ad baltheum & gladium, ad excubias, & vigilias, & ad belli tumultum & incommoda, denique ad armorum me discrimina vocas? Huc videtur aliquando respexisse Seneca, dum ad consolationem mortis dixit: Quis sanus exauctorari mortem tulit? rem eandem Christi assertoris lachrymæ illæ non obscure significarunt, quibus Lazarum amicum iterum ad præliū & periculum revocandum excepit potius, quam militiam vitæ defunctum prosequutus est; ut sapienter observavit concilium Toletanum tertium, & refertur C. qui divina 13. quæstio. 3. Christus non ploravit Lazarum mortuum, sed ad hujus vitæ ærumnas ploravit resuscitandum.

Luc. 2. 29.

I. Reg. 28. 15.

Seneca.

Quorsum spectarent Christi lachrymæ in morte Lazari.

Ioan. 11.

Conciliū Toletanum.

Hierony.

Seneca in Hip. Act. 4.

Qui clara videt sidera mundi, Nitidumque diem morte relicta, Luget mæstos tristis reditus, Ipsaque magis flebile Averno Sedis patriæ videt hospitium.

Est verò ejusmodi hoc, quod, dum vivimus, prælium gerimus, ut nisi morte, nulla alia ratione dirimī possit. Neque verò cum morimur, idēo vincimur; discedimus sanè vili, tenuique nostri corporis, & aliarum externarum rerum præda mundo relicta: simile dicas fuisse Romuli quondam consiliū, qui non aliud suis militibus erexit militare vexillum, quàm fœni manipulum sublimi hasta appensum; ut ille dixit:

Pertica suspensos portabat longa maniplos. ea mentes, ut si fortè vexillifer, aut manipulari in hostiū manus incideret, non cōtinuò illi victoriā canerent, neque haberent pinguiorem aliam prædam, de qua gloriari possent, quàm fœnum, & paleas. Non aliter cum terga vertit animus vitæ huic, cum se exiit corpore, internas divitias secum exportat, fœnum tantum relinquat. Ergo si vita hæc non solum militiam, sed ipsum prælium atque conflictus sit, mors profectò erit tuta, atque tranquilla pacis quies. vita verò incommoda, quæ neque minora, neque pauciora, quàm militiæ, sunt, ca. 7. persequemur.

Quintò, & ultimò, Mors quies est, id est, æris optata serenitas, cælumque pacatum, post turbulentissimi maris æstium, & sædam vitæ tempestatem jam sedatam. Non aliter namque, quam procellosum & fervens mare, quod quiescere non potest, vita hæc sævis tempestatibus agitatur, miserandis procellis, perpetuis imbris, concitatissimis fluctibus. quicūq; verò vitæ spiritū ducimus, Descendimus mare in navibus corporis hujus, facientes, & exercentes operationem, & negotia vitæ in aquis sollicitudinum multarum, expositi inclementibus atque procellofis tentationum spiritibus; intumescuntibus verò, sævientibusque fluctibus exaltamur & ascendimus usque ad calos, & subidente immensa quadam voragine descendimus usque ad abyssos; mole nimirum discriminum vel deprimitur, vel ad summa fastigia & præcipitia raptamur: anima interim nostra in mediis tempestatibus hujus fluctibus, & malis tabescit; turbamur, & movemur crebra jactatione sicut ebrius. agimurque insana vertigine, & omnis interdum humana sapientia, capiendique consilii ratio, quo tot mala declinare impendentia

6 Bellum cum vitæ hostibus morte dirimitur.

Romulus pro vexillo manipulum hasta appendit.

Ovid. 3. Fast.

Defunctus neque vincitur, neque spoliatur, veris bonis.

7 Mors serenitas & tranquillitas post tempestatem.

Vita hæc mare fervens.

P'salm. 196. ad allegoriā adductus.

possimus, absorbetur, & devoratur. Ergo imploranda est divina potentia, quæ tantis malis ereptos deducat in portum voluntatis nostræ: is est optata mors, & vitæ finis præstitutus; exilit è navigio corporis jam labefactato, & dehiscente animus; & cadavere cadente in terram, littus in portu tenere videtur, & requie optata frui. Rem hanc in evangelico illo Lazaro expressam videre licet; qui post tot vitæ miseriarum jactationem, & fluctus impellente morte appulit tandem ad sinum Abraha, tanquam ad sinum terræ, portumque tutissimum, atque fidam stationem, quæ nihil cum ventis, nihil cum fluctibus haberet, ut canere jam tunc lætus posset,

Luc. 16. 21.

Sinus Abrahe fuit portus Lazaro.
Mors portus.

Seneca in Agamemnon Act. 3.

Cicero Lent.

Nunc mihi parva quies, omnisque in limine Eleganter Seneca in Agamem. (portus Heu quam dulce malum mortalibus additum Vitæ durus amor; cum pateat malis Effugium, & miseris libera mors vocet; Portus aterna placidus quiete.

Perinde itaque (ut ad Lazarum redeat) est in sinu, atque in portu esse; & portari in sinum Abraha, atque deferri in portum, ex longa navigatione. Quare sapienter, & graviter dictum est à Cicerone: *Paratum nobis portum, & refugium mortem putemus; quod utinam velis passis provehi liceat; sinu reslantibus ventis rejiciemur, tamè eodem paulò tardius referamur necesse est.* Interim verò dum in vita sumus, & medio pelago, quo modo tempestatem & jactationem optima ratione perferamus, curandum est, nam ut ille dixit: *Tenere portum si nequeas, navigando tempestate obsequi artis est.* atque in eandem rem, quisquis fuerit, merito ille commendatur à Plutarcho: *Qui audenter loquitur, more ejus qui se rudente à tempestate tuetur; O mors Pœan, medicus accedas, portus enim proculdubio unicus es, per terrarum orbem.*

Plutarchus in consolatio ad Apoll.

XIII. Cum Regibus, & consulis terra, qui adificiant sibi solitudines.

1. Triplex hujus sententia intellectus.
2. Consules iidem qui iudices. Vulgatus recentiora nomina libenter usurpat.
3. Periphrasis quomodo accipienda. Regula Juris.

Solitudo quid, urbium conditores celebres.
4. Monumenta sumptuose adificata in agris quondam. Reges in montibus sepeliri, ex sacris & prophetanis, explicatus Matthæus.

Cum Regibus. Cum Rex (inquit) fuerim, deterioris conditionis esse non debui, quam Reges alii, qui vitæ laboribus defuncti secure jam ac suaviter dormiunt. idem Elias dixit, sed inverfa sententia: *Tolle animam meam, neque enim melior sum, quam patres mei.* vel sic esto fesus; Si mortuus fuissim, nihil nunc haberem minus, quam potētissimi principes, qui rerum aliquando potiti, abunde & largiter vitæ se voluptatibus tradiderunt. nihil ergo novum & infolitum mihi accidisset, cum eadem fors omnes occupet inevitabilis. vel certè possunt hæc respicere ipsos amicos, ad quos loquebatur; Quamvis jam ego decessissem, vos autem, adhuc vita, & vitæ voluptatibus fruamini, sed tamen tandem eadem nos terræ quies excipiet, eadem extrema fors;

I

3. Reg. 19. 4.

Cum consulis. Consules hæc sunt consilii, magistratus, quorum dictis, consiliis, exemplis tota urbs componitur. à verbo (*laghats*) quod est consulere, aut consilium inire, vel dare. idem nomen subest Proverbiorum 15. *Vbi sunt plures consiliiarii, cogitationes firmantur.* sed placuit tamen nostro interpreti nomen *Consulis* multò recentius, cum eadem ferè sit ratio, & etymologia nominis consulis, à consulendo; utrumque namque est nomen magistratus, & iudicis. Quare Quintilianus libro 1. ca. 6. dubitat: *Sit ne nomen consulis à consulendo, an judicando dictum; nam & hoc Consulere, pro judicare veteres dicebant:* Vnde illud, *Boni Consulas*, id est, Bonum iudices. & Varro libro de vita popul. Roman. apud Non. ait: *Isdem dicebantur Consules & Praetores: quod præirent populo, Praetores; quod consulerent Senatui, Consules.* & Cicero libro tertio de legibus. *Regio (inquit) imperio duo sunt, iidemque præeundo, judicando, consulendo, Praetores, iudices, Consules appellantur.* Ergo Consul iudicabat, & judicando consulebat. & quidem Polyb.

2

III

Consul idem qui Iudex, aut prætor
Quintilian.
Varro.
Cicero.

lib. 6.

lib. 6. hist. dum Consulatum officium describit, sic scribit: *Consules, antequam legiones educant ex urbe, omnium publicarum rerum actiones penes se habent.* Et certè Hispanum nomen, quod scriptione valde differt, pronuntiatione tamen & sonitu nonvaldè differre videtur ab originali voce *laats*, nostrum verò est *Iuez*; nam *Zain*, & *Tsade* sunt similis soni. itaque cum eadem res sit Consiliarius, Magistratus, Iudex, Consul, Latinus interpret Consule usus est, celebriori tunc nomine, & notiori, qui mos apud illum obtinuit, ut, quoad fieri possit, vetera recentioribus, clarioribusque permutet nominibus; ut Isa. 45. *Va qui contradicit Fictori suo, testa de Samiis terra.* Samia usurpavit; cum neque in Originali, neque Isaia tempore vasa Samia in pretio fuerint, sed multò post. & Nahum 3. *Numquid tu melior es Alexandria populorum?* in Originali est, *No*, urbs magna, quæ à Babylois everfa est. sed sui temporis nomine usus est interpret; nam ea urbs anno 204. ab everfione, redificata ab Alexandro magno, Alexandria dicta est.

Consuetudo vulgari interpretis.

Isa. 45. 9.

Nahum. 8. 3.

Alexandria quando reedificata.

3

Periphrasis virorum principum.

Regula juris.

Joan. 1. 27.

Solitudo quid.

Secunda significatio.

Nobiles venandi studiosi.
Baruch. 3. 16.

cipes gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram? qui in avibus cæli ludunt; qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt homines. sanè qui primus affectasse imperium, primusque regni rationem instituisse in Kaldæa scribitur, Nemrod, primus quoque venatoriam exercuit. *Robustus venator coram Domino.* illud enim, *coram Domino*, publicam apud omnes venatoriæ artis peritiam & existimationem affert.

Genes. 10. 9.

Tertiò, intelligi possent viridaria, aut domus rusticæ recreationis gratia extructæ, quæ regibus, & viris principibus solent esse in delitiis.

Urbium conditores celebres.

Quartò, urbes in medijs solitudinibus erectæ, & fundatæ ad immortalem suorum conditorum memoriam; nam cum tunc temporis rara oppida, valdeque paucæ urbes erectis ædificiis constarent, si quis urbem à fundamentis conderet, is immortalis nomine dignus inter viros principes censebatur. huic sensui favere potest, quod inferius dicitur cap. 15. *Habitabit in civitatibus desolatis, & in domibus, deservis, quæ in tumulos sunt reductæ.*

Iob. 15. 18.

4

Sed illud verius dici existimo, ut *solitudines*, ad sepulchra, & monumenta pertineant, quæ à principibus magnis sumptibus, magno etiam columnarum numero in campis ædificabantur. qui sumptus cum apud Romanos modum excederent, de illis caverunt duodecim Tabulæ; quæ de re ita Cicero: *Nostra quidem legis interpretes; quo capite jubent sumptus, & luxum removere à Deorum Manu jure, intelligunt in primis sepulchrorum magnificentiam esse minuendam.* Videlicet referèbatur hæc ad honorem omnia; quare funus atque sepulchrum *supremum honorem* vocabant, ut videre licet apud Virgil. 11. Aeneid. Ammianus quoque Marcell. vocavit sepulturam *Honorem supremitatis.* certè in unum illud Hephæstionis monumentum multa ab Alexandro talenta dicuntur expensa. Præcipua quoque apud Aegyptios sepulchra talento taxabantur, ut auctor est Diodorus Siculus lib. 2. cap. 5. Acthiopibus verò ditioribus monumenta ex auro fiebant; tenuioribus ex argento, ut ex Herodoto lib. 3. & Diodoro lib. 3. cap. 5. constare potest. Major quoque apud Aegyptios sepulchrorum, quam domorum cura. solos Indos ex Strabone lib. 15. atque Germanos ex Tacito,

Monumenta sumptuose extructa in agris

Cicero.

Virg.

Ammian.
Hephæstionis monumentum.

Diodorus.

Herodotus.

Strabo.
Cornel. Tacit.

Genes. 13. 16.

in tumulis, & sepulchris faciendis per parcos extitisse legimus; certè cū Abraham nihil in terra possessionis comparasset, sed agrum tamen sepulturæ non paucis argenteis à filiis Hemor coemendum duxit; eaque ejusmodi operosa & magnifica monumenta in solitudinibus, id est, in campis, & extra urbes fuisse certum est, tum ex prophana, tum ex Sacra historia. Servius in id Verg. 11.

Fuit ingens monte subalto.

Regis Decerneni terreno ex aggere bustum scribit, nobiles in montibus, aut sub montibus sepeliri solitos: Reges quoque in montibus, sed non nisi aut pyramidibus aut columnis ingentibus erectis, impositisque sepulchris sepeliri illud testatur, Lucani.

Et Regum cineres extracto monte quiescunt, Cui Ptolomæorum matres, seriè que pudendum, Pyramides claudant.

Apud Persas quoque mons erat Regius nomine, in quem soli Reges conderentur. Trajanus primus apud Romanos sepulchrum intra urbem constituisse dicitur ab Eutrop. lib. 8. & Aurel. Victore in illius vita. illa quippe ea tenuis vivebat duodecim Tabularum antiquissima lex. In urbe ne sepelito, ne ve urito. quam habet Cicer. in 2. de legibus. quare Augustus in sexto suo consulatu mausoleum extruxit ad inter viam Flaminiam, ripamque Tyberis; circumjicitque sylvas, & ambulationes, referente Suetonio. Tandem plena erant apud Romanos prædia, pleni agri, plenæ publicæ viæ hujusmodi monumentis: plena quoque legum volumina ejusmodi testimoniis vide, Adrianū de sepulchro. violat. ex quo id Pauli. 1. Sentent. Corpus in civitatem inferri non licet, ne funestentur Sacra. Tandem in Pausania multa quæ rem hanc confirmant lib. 2. ex Sacris verò non pauca suppetunt de agro sepulturæ, quem emit Abraham ab Hethæis Genes. 23. de sepulchro Elisæi, quod erat in solitudine, qua latrones, excurrebant. 4. Regum. 13. de sepulchris vulgi extra urbem. 4. Reg. 23. ejusmodi quoque sibi, imò Christo redemptori Iosephus, sepulchrum Novum exciderat in petra, in quo nondum quispiam positus fuerat. Matth. 27. Huc illud, quod cum Christo resurgente multa aliorum quoque

monumenta aperta, sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierant surrexerunt; veneruntque in Sanctam civitatem; quippe sepulchra extra urbem erant ad convallem Kedrō. Itaque jam tandem hæc est hujus loci, Iobiq; sententia, Si me occupasset mors nihilo ego minùs nunc quiescerem, & si regali monumento carerem, quàm Reges alii, qui magnificentissima sibi sepulchra in campis desertisque locis extruunt. qui sensus confirmari ex contextu potest, qui de morte est, à quo non longè abest sepulchrum: tum etiam ex sequentibus, quæ eodem spectant.

XV. Aut cum principibus, qui possident aurum, & replent domos suas argento.

- 1. Mors pretiosior auro. Moyses asportans ossa Iosephi quid indicet.
- 2. Circumlocutio virorum principū. Pretiosa vestis, & aurea suppellex nobilium. Aurum ad divinos honores.
- 3. Divites & nobiles ad magistratus arcendi avari. Salomon aliquando tactus avaritia. explicatus Ecclesiast.
- 4. Monumenta quodam instructa aurea & argentea suppellectili. Cadavera condita cum pretiosa veste. Davidis sepulchrum quædam ex prophetis.
- 5. Digressio de locis, in quibus monumenta & cadavera construuntur, ex Sacris & prophetis plurima. Colenda pia defunctorum memoria.

NUNC mortem, mortisque commoda & utilitates maximas præponere videtur auro, & argento. res adumbrata quondam in Moysè, quantum enim discriminis erat inter Moysen, & vulgus. reliquum, tantum inter mortem, atque divitias; ille namque egrediens ex Aegypto asportavit secum ossa Iosephi reliquū verò vulgus, veluti pueri, asportavit aurum & argentum; Moyses itaque multò locupletior ossibus defuncti, quàm illi onusti auro & argento. Iob ergo nihil minùs dives si mortem obtinisset, quàm principes qui possident aurum & replent domos suas argento.

Qui possident aurum potest hæc esse periphrasis, descriptioque divitum, aut certè nobilium virorum, quorum propria sit magnificentia atque opulenta, fulgent enim auro, domusque habent instructas aurea, & argentea suppellecti-

Matth. 27. 52.

Mors præstatio auro.

Exod. 13. 19

2

le. quip-

Peculiares vestes cuiq; ordini. Primogenitorum pretiosa vestes.

Genes. 27. 15.

Sophon. 1. 8.

Eccles. 2. 8.

Plin. lib. 33. cap. 3.

Matth. 2. Aurum ad Deorum & Regum honorem adhibitum.

3

Arist. 3. Polit. cap. 8.

Plutarch.

Ar. 3. Polit. cap. 6.

Proverb. 30. 8.

Isai. 3. 7.

le. quippe in omni bene instituta rep. suus ornatus, & vestium ratio, sua extruendæ domus certa regula cuique civium ordini præscripta esse debent: atq; inter fratres etiam pro ætatis ratione, & primogenii jure erat quondam pretiosarum vestium discrimen; nam Rebecca Vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat, induit Iacob ambientem primogenituræ benedictionem. Genes. 27. hinc Purpura, Prætecta, Latus clavus, Candida vestis, Aurea fibula, Annulus, non cuique concessa. hominem, cujus esset ordinis, ex vestitus ordine cognoscere posses: nunc (dolendum) peregrina vestes, peregrinos reddunt, & ignotos homines ex maximè notis atque vulgaribus. neque minùs ignobilitatem, quàm corpus contegunt; cum non rarò fabri ferrarii, sint, qui carbonis, & ignis, atque ferri iustas notas serico & auro dissimulent, atque convestiant: sed quod illos convestit & contegit, idem prodit, & manifestat illos. Aurum certè regum atque principum est, sicut pro regali sua dignitate Rex ille dicebat: *Coacervavi mihi aurum, & argentum, & substantias Regum, & provinciarum.* & aliquando ad Deorum honorem solummodo adhibitum testatur Plinius. quare sapienter illi tres sapientes Magi Deo & Regi recens nato regale atque divinum munus deferentes aurum primo loco obtulerunt. accedit, quod Regum virorumque principum majestatem, & splendorem tuetur atque conservat aurea, & argentea suppellex: nec tuetur solum, sed regnum quoque adipiscitur, & principatum atque magistratum comparat. quare Aristoteles in Polit. scribit secundum rationem tum nobiles, tum opulentos arrogare sibi honores; oportet enim ingenuos esse, & censum habere ad onera perferenda. Solon (referente Plutarch.) magistratus omnes ex nobilibus, & locupletibus constituit. Chartaginenses non nisi locupletissimis honores judicarios deferabant, Aristotele auctore eodem li. namque principibus & magistratibus res angusta domi latam muneribus, & injuriis faciendis januam patefacit. Mendicantem, sapientissimus Rex Salomon deprecabatur, ne egestate compelleretur ad furandum. & simili quid veritus ille alius dicebat Isaiæ 3. *In domo mea non est panis,*

neque vestimentum, nolite me constituere principem populi. Sed non minùs, quàm si in summa rerum inopia essent, gerendis magistratibus & inepti, & indigni divites quidam cenferi debent, qui cum possideant aurum, & habeant domos suas plenas argento, tamen propter inexplebilem auri famem nihil sunt pauperibus meliores. graviter ille æquè ac sapienter respondit Aemilianus Scipio; cum enim Servius Sulpitius Galba, & Aurelius Consules in Senatu contenderent, uter adversus Viriatum in Hispaniam mitteretur, Senatoribus dissidentibus, & spectantibus quò nam Scipionis sententia popederet, Neutrū (inquit) mihi mitti placet; alter nihil habet; alteri nihil est satis. equè malam judicans licentis Imperii magistratam inopiam, atque avaritiam. sint sanè principes & iudices locupletes, ut iis, quibus præsumt, prodesse possiat, & auxilio esse in re necessaria; sed non est ferendum, ut civium inopia, & expilatione pinguescant. plena sanè sint illorum domus auro, & argento, sed ut de illorum plenitudine miserari accipiant; nam ut Sapiens ait: *Si repleta fuerint nubes, imbrè super terram effundet.* Quorum enim aqua plena sint, nisi ut arentem perfundant terram, caelestem quasi opem implorantem? sed (dolor) cum sitim & famem egenorum extinguere debeant ex sua copia, sunt tamen erga pauperes, *Sicut astus in siti,* ut Isaias dixit; esurienti enim & sitienti arida, jejunaque oratione respondent. optimi sane principis formam præbuit aliquando Rex Salomon, de quo cum Ecclesiasticus cap. 47. dicat: *Collegisti quasi aurichalcum aurum, & ut plumbum complesti argentum.* sed tamen non sibi, sed suis civibus collegisse, atque complese suam domum indicatur. 3. Reg. 10. & 2. Paralipomenon 1. *Præbuit Rex argentum, & aurum in Ierusalem quasi lapides.* sed aliquando tamen non suæ civitati, sed suæ cupiditati inserviisse visus est, cum sua fortè peccata enumerans ait Ecclesiastæ 2. *Coacervavi mihi argentum & aurum.* illudque non solum requirebat ex negotiatoribus, quos mittebat in Ophir & in Tharsis 3. Regum. 9. & 20. sed etiam ex tributis, quibus premebat populum 3. Regum 11. Quantò melius ille, cujus inopia locupletatus

Paler. Max. lib. 6. cap. 4.

Eccles. 13. 3.

Isai. 25. 5.

Forma optimi principis. Eccles. 47. 2.

2. Paral. 1. 15

Salomon tactus avaritia Eccles. 2. 8.

2. Chor. 8.9

Zach. 9.9

4

Suppellestiles aurea instrumēta monumenta.

Pretiosae vestes cum cadaveribus condita.

Iosephus. Davidis sepulchrum quale.

Hieronymus.

Ierem. 8.1.

Interlinealis.

Hieronymus.

Lyra.

Sozomenus. Sepulchrum Zachariae Prophetæ.

est subiectus populus, ut non tam sibi quam nobis profuerit; nā propter nos egemus factus est, cum esset dives. de quo scriptū est: Ecce Rex tuus venit tibi, iustus & Salvator, ipse pauper.

Sed, ut ad loci sensum & contextum redeamus, sanè licet principes hic describantur ab opulentia, sed argentea hæc & aurea suppellex non tam ad privatas illorum domos, quam ad sepulchra referri, non solum potest, sed debet. quasi dicat; Etiam si in extrema inopia mortuus essem, neq; ullam auream, & argenteam suppellectilem mecum deferrem in sepulchrū, pro divitū more, non ideo minus, quam illi, jucundè quiescerem.

quippe olim cum cadaveribus divitiarum, & pretiosarum vestes condebantur. Iosephus quidem lib. 13. antiq. cap. 15. narrat Hyrcanum aperuisse Davidis sepulchrū, & tria millia talenta pecuniarum inde protulisse. lib. verò 16. ca. 11. sic scribit: Herodes, audito quòd Hyrcanus recluso Davidis sepulchro tria millia talentorum argenti extulisset, superesseque multo plura, qua possunt, quantumvis magnis sumptibus sufficere, multo tempore animum habuit idem aggredi. Tum verò noctu apertum sepulchrū ingreditur; depositas pecunias, sicut Hyrcanus, non invenit, sed mundi pretiosas, & aureorum ornamentorum vim magnam inde sustulit. fuit verò tanta magnificentia hoc Davidis sepulchrū extructum, ut cum Hieronymi ætate semicolapsum esset, tamen non dubitaverit illud appellare Mausoleum Davidis, epistola. 17. ad Marcellam. Illud verò de quo nuper agebamus indicatur etiam Ierem. 8. cum minatur Deus fore ut à Kaldæis Ossu Regum Iudæ, & principum ejus, & Prophetarum, atque Sacerdotum exhumarentur; quo loco ait Interlin. Avaritiam effossuram esse illa cadavera. Hieronymus verò & post illum Nicolaus scribunt moris fuisse apud Iudæos sepeliri sumptuosè præsertim nobiles: nam in regum capitibus aureas coronas ponebant cum lapidibus pretiosis, & in digitis annulos, qui nobilitatis erant insignia; aliis verò pro cuiusque status & ordinis ratione, & facultatibus. Sozomenus quidem lib. 9. cap. ultimo, cum de sepulchro Zachariae Prophetæ invento sub Honorio Imperatore loquitur, scribit Regium puerum cum illo inventum. Iacebat (inquit) puer regali apparatu sepultus, habebat enim in capite co-

ronam auream, & aurea in pedibus calceamenta, & vestem pretiosam. Tantumque hanc funeris pompam apud Hebræos se extulisse, ut expensarum magnitudine deterriti relicto cadavere cognati & propinqui se aliquando subducerent, auctor est R. Iacob in Turim. c. 352. moderatorem ergo sumptui nimio adhibitam à Gamaliele, cuius apud omnes magna erat auctoritas; atque statutum, ut non nisi lineis velis cadavera obvolverentur, cuiusvis essent conditionis, aut ordinis. ergo, ut ad Ieremiam redeam, Kaldæi prædæ & thesauris reconditis inhiantes, reclusuri erant sepulchra, & exhumaturi cadavera. Quid simile in funeris pompa solitos facere Persas superius ex Origene annotavimus. Idem moris apud Babylonios viguisse testatur abunde, quod de Semiramide secunda Babyloniorum regina scribit Herodotus lib. 1. Hunc (inquit) machinata est dolum: supra portas urbis celeberrimas atque conspicuas loco edito atque conspicuo sepulchrū sibi instruxit, atque his litteris inscripsit. Cui Regum Babylonis post me futurorum fuerit pecunia penuria, aperto sepulchro sumet quantumcumque libuerit, pecunia dumtaxat indigens; aliter ne aperiat, non enim satius fuerit. hoc sepulchrū tandem fuit immotum, dum regnum pervenit ad Darium; is indignum esse ratus neque quempiam huius portis uti (ideo autē non utebatur, quòd supra caput ipsius transeuntis mortuus situs esset) neque sumere pecunias repositas, & eas ipsum provocantes, referavit monumentum; in quo non quidem pecunias invenit, sed litteras ita dicentes: Nisi pecunia esses inexplebilis, & turpis lucri cupidus, haud aperuisses urnas defunctorū. Hæc tenus Herodotus. ad Romanos verò etiam consuetudinem permanasse ex eo efficitur, quòd, ne thesauri simul cum cineribus & ossibus conderentur, vetitū postea est Martiani lege. eadēque tanquam suo seculo apud Græcos vigentem commemorat Chrysofost. hom. super Oratione Annæ paulò ante finem. Deniq; apud Barbaros Mexicanos observatum fuisse, ut incinerum urnis gemmarum, aurea suppellex, & vestes pretiosissimæ reponerentur, illius gentis scriptores docent. qui ergo mos à plerisque nationibus religiosè servatus fuit, antiquior est, quam ut ab illarum una quapiam initiū sumpserit; quare mirum non fuerit primo illo Iobi seculo viguisse; præsertim quòd cū

R. Iacobi

Herodotus.

Mart. lib. 4. D. ab L. Tul. P. Chrystost.

Ioseph, Acofta in historia Indorum. lib. 5. cap. 8.

hac

5 Digressio de sepulchrorū loco.

Monumenta primum in campis, deinde in urbe.

Eccles. 38. 23.

Cicero.

Aeschines. Aristophanes

Gen. 23.

Trojani ante portas monumenta constituebant Dares Phrygius

hac consuetudine, id, quod sequitur, consentire videatur, Quasi effodientes thesaurū gaudentque vehementer, cum invenerint sepulchrū. ait ergo Iob, Nihil meam quietem paupertas imminueret, aut turbaret, sepulchrū vacuum thesauro, & pretiosa suppellectile. interim, ut observat Chrysofostom. monet amicos, ne sibi de divitiis blandiantur, ne vè suam ipsius inopiam magnopere lugeant, quæ vitæ, non mortis quietem, & pacatum somnum adimere potest.

Digrediar hinc sed breviter, & præsentis loco atque materia sic exigente, ad sepulchrorum loca, quæ simul cum morū temporumque mutatione, mutationem subierunt. quondam enim diuturnior hominum vita conciliare videbatur mortis oblivionem, & piam defunctorum, monumentorumque memoriam longius ablegare. ergo primum in campis, motibus, solitudinibus celebrabantur funera, & condebantur cadavera. Deinde quodam quasi humanitatis sensu, in viis publicis erigi sepulchra cæperunt, ut si non in urbe, & res publicas gerentibus occurreret mortis imago, atque memoria, certè faciētibus iter quasi ex insidiis se offerret; jubebant defunctorum epitaphia consistere paulisper viatores, audire salubria monita, in memoriam revocare vitam & res gestas hominis defuncti, & denique de se simile quippiam cogitare; nā quamquam non omnium monumentorum eadē inscriptiones essent, sed illa omnibus communis semper fuisse videtur, Mihi heri, tibi hodie. Postea non jam in viis publicis, sed in proprio cuiusque prædio & agro sepulturæ locus fuit. In agris quisque suis (inquit Cicero) sepulchra & loculos, in quibus cineres suorum conderent, habuerunt. idēque servarūt Græci, ut Aeschines testatur, & Aristophanes in Contionatibus cū qua consuetudine egregiè facit, quòd sepulturæ causa proprium agrum cum spelunca duplici emerit Abraham Genes. 23. & monumentum Christi domini in horto, seu prædio excisum erat. Ioan. 19. Sed distantior est locus hic, longiusque posita mortis memoria, quam proximam, & familiarem nobis efficere curare oportet. statuendi itaque sunt defuncti ad ipsas urbium portas. ergo Trojani suorum cadavera sepeliebant ante portas civitatis, ut scribit Dares Phrygius in lib. de exci-

pio Trojæ, dum dicit Priamum, Herculē, & Hectorem ante portas suorum mortis sepelivisse. Ex Aethiōpibus verò quidam (scriptore Herodoto) postquā mortuum arefecere, totum gypso inducebant picturamque exornabant referente ejus effigiem; die inde cippum ei ex vitro, quod apud illos multum est, circumdabant, in cuius medio mortuus interlucebat. hunc cippum propinqui per annū intra ædes habebant, omnium rerum hostias, primitiasque offerentes. inde anno exacto efferebant, & circa urbem locabant. Sapienter quidem mortis memoria & imago ad portas collocata, ut velut injectus murus intra mœnia cives in officio contineret, eadēque hostes ab injuriā deterreret. Intimius apud Lacedæmonios, quibus & in urbe, & secus Deorum templā sepeliri permisit Lycurgus auctore Plutarcho, apud Romanos quoque, cum primus Trajanus in publico urbis foro, & in sepulchro, quod ipse sibi extruxerat, sepultus est, diceres defunctum in foro quasi judicem pro tribunali sedentem, jus dicentē negotia, lites dirimentem, cives in officio, & virtute continentem, Propius deinde accessere ad templā: nam ex Aethiōpibus alii in urnis fictilibus defunctos circa templā sepeliebant, per quos jurabant. Auctores sunt Diodor. lib. 4. cap. 1. Strab. lib. 17. Sed jam tandem perpetuam quandam & nunquam intermittendam vitæ magistram mortis memoriam coluisse videntur, qui suæ quisque domi mortuos asservabant. Aegyptios testatur Pöpon. Mela. lib. 1. c. 9. mortuos medicatos intra penetralia collocasse. Per se quoque cera circumlitos, ut maximè diuturni essent, domi condebant, id quod adducunt. Cic. 1. Tuscul. Herod. lib. 1. Strabo lib. 15. Servius quidem in id. 6. Aeneid. Sedibus hinc refer ante suis, & cōde sepulchro. Apud majores (inquit) omnes in suis domibus sepeliebantur. neque in domus quidem angulo aliquo, sed in tricliniis & cōviviis quoque locū habuerunt, ut ex Herodoti per vulgata illa Aegyptiorum cæremonia constat, circumferebatur enim lignea defuncti effigies, in quam convivæ omnes jubebantur respicere, atque de sua morte, & bene componenda vitā cogitare. quo respexit Silius carmine illo, Aegyptia Tellus claudit odorato post funus stantia saxo

Aethiōpium mos in sepeliendo Herodot. lib. 3.

Lacedæmones

Plutarch.

Trajanus primus in foro sepultus.

Aliorum Aethiōpium institutum

Diodorus Strabo.

Pöpon. Mel.

Cic. Herod. Strabo. Servius

Silius Ital.

Corpora, & a mēsis exāguē haud separat vmbra. Nobis tandem Christianis familiarissima esse debet mortis memoria, tum quod in templis, quō frequentissimē nobis conveniendum est, defuncti sepeliantur; quare sacra, ac religiosa illorum nobis memoria habenda est, pariterque cura animarū corporis expertum: tum etiam ex Christi Iesu p̄cepto, qui nobis nunquā dormientibus, nunquam oblitis, nunquam discinctis, perpetuō expectantibus atque paratis, lumina etiam p̄ferentibus infidiosam mortem expectari voluit. quare cum templa defunctorum monumentis plena sint, domos esse dicas luctus, domosq; cōvivii, ut illō omni ex parte invitetur. sive enim sacrae mēnsae accumbimus, Christi Iesu mortis memoriam repetimus; sive super ipsa ossium monumenta consistimus, viventes admonemur, quid futurum de nobis sit; sive in ipsos etiam loculos & defunctos respicimus, in illis tanquam, in speculis nos ipsos intuemur, qui, quales ve simus. sicut enim inter alia instrumenta Moysiāci tabernaculi cōfecit Moyses Labrum aeneum cum basi sua de speculis mulierum, quae excubabant in ostio tabernaculi, ut qui ingrederentur facillē inspiciere possent, an bene decentēque compositi ad rem divinam accederent; sic sanē hęc in nostris templis specula sunt monumenta, & ossa defunctorum, quae non solum quales simus nobis referunt, sed, quod mirabile est, quales futuri simus: nam in domo luctus Finis cunctorum admonetur hominum, & vivens cogitat qualis futurus sit. atque utinam non leviter tantum in hęc specula intenderemus, neque similes essemus homini consideranti vultum nativitate sua in speculo, consideravit enim se, & abiit & statim oblitus est qualis fuerit; sed serid atque per otium hoc negotii susciperem; atque Nasamones illos, quorum mirabilis fuit morum, & vitę philosophia, imitaremur, qui cum frequenter ad suorum monumenta accederent, & illis indormirēt, quam cogitationem, aut insomnium defuncti memoria illis injiceret, sanctum atque divinum existimabant. hęc de illis scribit Herodotus inter alios Afrorum populos. Iure jurando, ac divinatione tali utitur; per eos viros, qui iustissimi, atque optimi apud illos fuisse dicuntur, jurat illorum sepulchra tangentes; divinant ad suorum accedentes monumenta, & ibi, ubi preces peregerunt, indormiūt.

Matth. 14. 42.
43. & 25. 13
Marc. 13. 15.
Luc. 12. 15. &
37

Eccles. 7. 3

Exod. 3. 8. 8

Iacobi. 1. 7. 3

Herodot.

Nasamontum institutum

ubi quodcumque per quietem insomnium videntur, eo utuntur. sic ille.

XVI. Aut sicut abortivum absconditum non subsisterem: vel qui concepti non viderunt lucem.

1. Duplex abortivi periphrasis. Ecclesiastes, & David explicati.	3. Plenior abortivi descriptio ex Salom. quid abortivum ex Hebraeo.
2. Cur Paulus se vocet abortivum, Pauli, & aliorum apostolorum vocatio, &	4. An anima immortalitas colligatur ex hoc loco.

Ut sicut abortivum &c. Non solum (inquit) fato concederem, sed nullum etiam monumenti, aut sepulturæ locum haberem, sicut neque habent infantes, qui priusquam nascantur, moriuntur. neque minùs quiescerem, quaecumque tandem me mors abriperet, aut cuicumque sepulturæ mandaret, quoscumque ve monumenti socios haberem. fœlix profectò essem, sive informis embrio funderer ex materna alvo; sive ante tempus à natura statutum mors violenta, & fors iniqua vitam mihi simul cum maternis visceribus auferrent. Duplex hoc loco videtur esse abortivi fœtus descriptio, aut circumlocutio; prima, quod sit absconditus, nemini notus, nō subsistens, nullam sui memoriā, nullam imaginem relinquens, ut cui nullum honestum monumentum curatum, extructum ve fuerit. Propterea Ecclesiastes. c. 6. dixisse videtur, Si genuerit quispiam centum liberos, & vixerit multos annos, & plures dies aetatis habuerit, & non utatur bonis substantiis suis, sepulturæque careat, de hoc ego pronuntio, quod melior illo sit abortivus. nimirum quia cum etiam abortivus sepultura, & peculiari monumento careat, illud tamen habet melius, quod illum neque sordida avaritia, neque vesana libido vexaverit. Secunda Periphrasis, Non videns solem, aut non fruens luce; quod peculiaris miseriae genus est, oculos à natura formatos nunquam fuisse vitali luce completos. hanc circumloquendi rationem agnovit Hieronymus super id Psal. 57. Super cecidit ignis, & non viderunt solem. nam legit ex Hebræo. Quasi abortivum mulieris, quod nō videt solem. cui similes dicuntur impii, ut qui immatura, & inopinata morte sublati

I

Duplex abortivi circumlocutio.

Eccles. 6. 3

Psal. 57. 7 Hieronymus

essent

essent, huic videtur alluisse Paul. 1. Cor. 15. 8. 9. cum inter alias Christi Iesu apparitiones, suam quoque commemorat; nobissimè omnium tanquam abortivo visus est, & mihi. quae cum abortivo similitudo, licet posset in eo constitui, quod se vocet, & existimet * minimum Apostolorum, qui non sit dignus vocari Apostolus, instar illorum, qui ante constitutum à natura tempus nascuntur tenuiores, & graciliores. vel comparatio sumeretur ex eo, quod sicut abortivus ejiciatur quadam naturæ violentia, ita Paulus superna quadam Numinis vi quasi coatus fuerit renasci, nondum ipso sua sponte facillē & suaviter volente exire de cæco synagogæ utero ad fidei & euangelii lucem; tamen, ut sapienter eo loco indicavit Anselmus, suam cæcitatem, & luminis amissionē, (non enim videbat lucem) significavit ea similitudine. qui enim nō debito nascuntur tempore, semimortui & cæci nasci videntur; neque quorū tam infausta sit nativitas, dicuntur edi in lucem, neque videre solem; non aliter Paulus cum Christo, & Ecclesiæ Christianæ natus est, velut immaturus abortivus ejectus est in terrā exanimis, atq; semimortuus, cæcus, nō videns lucem, & luce licet de calo copiosa circumfusus esset. & ceteri Apostoli editi sunt in lucem tēpore congruo, benignè cum illis agente celo: Paulus vero natus asperiori celo; & quadam illius temporis inclemētia. Illi cū à Deo vocati sunt, oculos aperuerunt, & accedentes ad Christum illuminati sunt; hic dum vocatur cæcus efficitur: alius dictum est, Venite post me, at Paulus de viā revocatus, & ne pergeret, quō cōperat, equo dejectus est. denique sicut abortivus nō vidit solem. Plenior aliam abortivi descriptionem habes Ecclesiast. 6. nam post abortivi mentionem factam, statim subditur. Frustra venit, & pergit ad tenebras, & oblivione delebitur nomen ejus, non vidit solem, neque distantium boni & mali. quam periphrasim eo loco accuratè explicuimus. Latet etiam in nomine Originali abortivi peculiaris, vis nā dicitur, nēphel, à naphal, quod est cadere, aut labi, quasi deciduus & immaturus fructus, qui ante maturitatis tēpus ex arbore decidit inutilis. Tandem Cajet. obsevat hoc loco indicari animæ immortalitatem, nam nisi regam & aliorum defunctorum animę superessent, illorum socios Iob esse nō pot-

*El menor y el mas desme drado de los Apostoles, quales fuer los siere- mefnos.

At. 9. 3. & c. 22. 6

Vocatio Pauli & aliorum apostolorum dissimilis

3 Eccle. 6. 4

Plenior abortivi descriptio.

4

Cajetani subtilitas

set: addit etiam quietis nomine significari statum beatitudinis naturalis. Sed certè nunc nō erat his subtilitatibus locus; cum sermo sit de illa requie, quæ humanæ vitæ laboribus finem imponit, & quæ non animarum solum, sed cadaverum, & ossium defunctorum societatem, & conjunctionem in ipso sepulchro affert.

XVII. Ibi impii cessaverunt a tumultu, & ibi requieverunt fessi robore.

1. Impii inquieti, & turbulenti ex Hebr. item & tumultus quid.	4. Impiorum animus fluctuans: illis quodammodo utilis mors. Insignis ex Plutarcho historia.
2. Impii tumultuandi suis mors, illustratus Ps 93.	5. Imperatorum aut militis circumloquutio: iss mors: explicata sapientia.
3. Afflictorum solatium mors: explicata sapientia.	

Postquam vitę malæ, & incommoda recensuit, mortis bona enumerare aggreditur, inter quæ primum illud est, impios a tumultu cessare. Impii autē ex proprietate radicis, Rafagh, sunt inquieti, turbulenti, & quos describit Isai. sicut mare fervens, quod quiescere non potest. atque propter hanc inquietudinem, & multiplices curas, ab hac eadem radice dictū esse id Ecclesiast. 7. quibusdam placuit, Ne impie agas multum. Pag. Ne te inquietes, ne te multum occupes in negotiis mundanis, & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo. Tumultus autē est ira, furor, turbatio, fremitus; à radice, Rāgaz, quod est turbari, furere, irasci. unde dicitur Abac. 3. Turbabuntur pelles terræ Madian. & Psalm. 2. Quare fremuerunt gentes & Psalm. 4. Irascimini, & nolite peccare. Potest ergo primò sententia hæc pertinere ad ipsos impios, quibus tumultuandi, & furēdi, se viēdi que in pauperes, & pios; denique tyrannidē exercēdi mors finem imponat. nam, quam mortem comminatus est Deus homini, ut a peccando illum deterreret, eandem ipsam infert, ut a peccando cesset, ne diutius illius spiritus permaneat (ex Hæb. litiget, aut contēdat) cum homine in æternum. sic minatur. 1. Reg. 2. Pedes sanctorum suorum servabit, & impii in tenebris conticescent. id est, seditiosi & inquieti (ab eadem radice) tumultuandi finem faciet. hoc verò mortis beneficium

I

Impii inquieti

Isai. 57. 20

Eccle. 7. 18

Quid Tumultus

Abac. 3. 7
Psal. 2. 1
Psal. 4. 2

2

Prima interpretatio

Gen. 6. 3.

indicare

Eccles. 7. 2.

Pfal. 93. 4.

Augusti. Theodotio. Symmachus Aquila

3

Secunda Græcorum interpretatio Sapient. 4. 10.

* El justo se da priella a la lir lo mas presto que pueda de entre mala gente.

4

Impiorum perturbatio.

plato

indicare videtur. Ecclesiastes. cap. 6. Melior est dies mortis die natiuitatis. de quo nos ibi. cum vero furentibus impiis, atque tyrannis tumultuandi, blaterandique finē statuit quoque David Psalm. 93. Vsq̄ quo peccatores Domine, vsque quo peccatores gloriantur, effabuntur, & loquentur iniquitatem? (ideſt insolenter. & superbē tumultuabuntur minitātes piis ingētia mala, qualia ibi enumerat) Populum tuum Domine humiliaverunt, & hereditatem tuam vexaverunt; viduam & advenam interfecerūt, & pupillos occiderunt Sed eatenus grassaturus omnino pronuntiat, Donec fodiat peccatori forea. tunc impij cessabunt à tumultu, cum de illorū sepultura agetur, id est statim ac expiraverint. August. sic legit, Ibi impij deposuerunt furorē suum. Theodotio & Symmachus, Sedarunt iræ furorē. Aquila, Cessarunt tumultum ciere. expectatione ergo certissima mortis impiorum, mitigat Deus à diebus malis hominem, quem ipse erudit, & de lege sua docet. id quod statim explicabitur.

Secundò, potest pertinere ad pios afflictos & oppressos, quibus ingens solatio mors affert, dum illos securos reddit ab impiorum & tyrannorum furore & impetu. ita accipiunt Græci Chrysoſt. Olymp. Polychar. iuxta id Sap. Vivens inter peccatores translatus est. & paulò post, Propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatis; in Græco tantum est, * Properavit de medio iniquitatum. ut possit referri ad ipsum justum afflictum; ipse enim justus ac celerat, ut ex impiorum cætu avolet. & fortè ad Kaldæos & Sabæos hic respicit, nihil me defunctum lædent Kaldæi, nihil latrones cæteri, nam cessant à tumultu in ferendo mortuis.

Quid si etiam loquatur de ipsa impiorum turbatione, & animi commotione, quæ sedari nō potest? Adeo (inquit) mors bona est, ut etiam ipsis impiis, quibus omnia cooperantur in malum, sola mors bene cedere videatur; nam in morte tunc tandem vitæ ille strepitus, & tumultus cessat. quàmvis enim animæ impiorum subeant æternos cruciatus, tamen cum in sola vel vita, vel morte impij oculos figimus, videtur mors illius curis inanibus, & metis furorē finem imponere. sanè secleratis hominibus duo tantum bona. evenire posse docet Plato, ut aut corrigantur ut boni esse incipiant; aut moriantur, ut peccare desinant. Plutarchus verò illud

in hanc sententia de Pausania quodam scribit, his verbis; Pausanias Bizantii Cleonicem liberam stupravit virginem; quæ cum noctu quædam ob causam emisset, indeque revertentē terrore, ac suspitione correptus peremisset, eam sapius in somnis assistentem, ac ducentem vidit.

Ad istud iudicio; mala res injuria valde est. Cumque phajma hæud desisteret, sed assiduis illum terroribus perturbaret, ac moleſtaret, Heracliam ad animarum navigavit expiationem, placationibusque nonnullis, ac inferis puella animam evocavit; quæ cum in conspectum venisset, si nem malorum futurum prædixit, ubi Lacedæmonem pervenisset: quod cum ille applicuisset, confestim vita excessit. Cū eo sensu, quem diximus, vox quoque Originalis bene consentit; nam vox Originalis tumultuandi sæpe ad animum refertur; ab ea enim radice dicitur Deut. 28. Dabit tibi Dominus cor pavidum. & 2. Reg. 3. contristatus est Rex. & Habac. 3. Conturbatus est venter meus. & Ezech. 12. ponitur pro festinatione, quæ ex perturbatione & timore nasci solet; Panem tuum in turbatione comede, sed & aquam tuam in festinatione, & merore bibe. sensus ergo idem erit, qui Isai. Impii quasi mare fervens (videlicet æstuans, & agitato fluctibus iniquorum spirituum, & pravarum cupiditatum fluctibus) quod quiescere non potest; & redundant fluctus ejus in conculcationem, & lutum, id est in lutum, quod in littore conculcatur. ibi in littore, in sepultura; impij cessaverunt à tumultu.

Et ibi requieverunt fessi robore. Septuaginta legentes, Fatigati corpore, Olympiod. & Basilii intelligunt corpore afflictos, & viribus fractos; ut sicut prior pars de tyrannis & oppressoribus præcessit, ita hæc secunda sit de afflictis, & oppressis. sed congruentius, si tota hæc periodus referatur ad viros famulos, qui dicuntur fessi robore; nam cum potētissimi ac fortissimi imperatores essent, pro nominis splendore comparando mille se objecerunt vitæ discrimini; quemadmodum ille alius de veterano milite, & sua sorte minime contento dixit,

Gravis annis Et multo jam fractus membra labore. & cum Theseus redit ex inferis ad superiores.

Fessa virtus robore antiquo caret, Trepidantque gressus. Quasi dicat Mors est illis extrema laborum, & periculorum meta, qui propter

Plutarch. de Sera numinis vindicta

Dent. 28. 67. * Coracon in quieto y sobrefaltado. 2. Reg. 13. 21. Habac. 3. 16. Ezech. 2. 18.

Isai. 57. 20

5

Horat. 1. Serm. Saty. 1.

Seneca in Hy polit. act. 3.

exant

* Los q̄ estan harros de hazer valentias y pruevas de sus fuerças Isai. 14. 20.

exantlatos labores * fessi sunt robore edomiti tandem, & humiliati concidunt fortissimi quique. Sicuti sui milites Regi Babylonis inducuntur ab Isai. obviam ex inferis procedere dicentes, Et tu vulnēratus es, sicut et nos; concidit cadaver tuum.

XVIII. Et quondam vinciti pariter sine molestia, non audierunt vocem exactoris.

1. Vinciti aut debitores, aut mancipia. 2. Exactor ex Hebræo quid. aut operas aut debitum. 3. Descriptio inhumani exactoris ex Isaiâ illustrato paraphrasi.

I Qui vinciti

2 Exactor quis. וְיָגֵד וְיָגֵד

Exod. 3. 7

Job. 39. 10

Isai. 60

* Los sobrefaltantes de mi Iglesia haran trabajar a mis fieles por amor, y no a palos y amenazas.

3

Adem quiete, & forte gaudebunt tum tyranni, tum captivi, qui ab illis detinentur, & opprimuntur. ita ut per vincitos vel intelligat mancipia, quæ a tyrannis ad labores & operas damnantur, tradunturque exactoribus, operumque præfectis; vel intelligat debitores alieno ere oppressos, quos inhumanus creditor in vincula conjicit, quod solvendo nō sint: cum igitur utrisque advenerit optata mors, neque mancipium servam illa exactoris vocem urgentis opus, neque debitor clamorem creditoris debitum exigentis audiet. utrumque ingentis miseræ genus est.

Vocē exactoris. Exactor Nogēs, à Nagas, quod est exigere violenter, vel adhibita vi adigere ad aliquid operis faciendum, vel ad solutionem debiti. de primo est id Exod. 3. Propter duritiam eorum, qui præsumunt operibus. vide etiam. c. 5. & Isai. 3. 14. hoc autem libro. c. 39. dicitur de onagro, Et non exaudiet vocem exactoris, cui nullus minis, clamoribusque post terga instat. & Isai. 60. simili voce promittitur Ecclesiæ. Ponam

* visitationem tuam pacem. Iuxta Hebr. præfecturam, vel exactorem tuam; id est præfectos vel, exactores. certe Collumela, dum lib. 1. c. 8. de villico. qui servis, & rei agrariæ præficitur, loquitur, Nulla (inquit) est maior, vel nequissimi hominis custodia, quàm operis exactio, ut justa reddantur, ut villicus semper se representet. Exactor præterea non solum ab urgendo opere, sed à repetendo debito describitur Isai. 14. Et erit in die illa, cum requiem dederit tibi Deus à

labore tuo, & à concussione tua, & a servitute dura, qua ante servisti, sumes parabolam istam contra regem Babylonis, & dices, Quomodo cessavit exactor, quævit tributum, contrivit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cadentem populos in indignatione plaga insanabili subjicientem in furore gentes, persequentem crudeliter? sed clariùs Isai. 58. ubi eam dicitur Omnes debitores vestros reperitis, ab eadem radice, exigitis; sicut ille, qui tenens suffocabat suum creditorem, dicens. Redde quod debes. addit deinde; Dissolve colligationes impietatis, (ne eum, cujus arcula tenuis solvendo non est, urgeas, & veluti festinationis vinculis arcè contracta torqueas; vincitum, quem iniqua aut usura, aut debito per iniquitatem tuam contracto, colligatum, nexuque devinctum tenebas, exime vinculis istis, & obligationibus) solve fasciculos deprimentes (gestat videlicet inhumani creditores secum colligatos fasciculos ex instrumentis publicis, & scedulibus, ac singraphis, quibus opprimat debitores; solve igitur, hæc quæ sunt velut jugum gravissimum, quod inopi injicis per summam servitiam) dimitte eos qui contracti sunt (a los que an quebrado, qui decoxerunt) liberos, & omne onus dirumpere (ne cuiuspiam ex tuis fratribus servile jugum, propter debitum imponere tentes) Hos inhumanos debitorum exactores timent, & fugiunt miseri.

Odisti, & fugis, ut Drusonem debitor aris, Qui nisi cum tristes misero venere Kalendæ Mercedem, aut numos unde unde extricat, amaras

Porrecto jugulo historias captivus ut audit.

Hujusmodi ergo miseros debitores, fractos, vincitos, mors tuetur, liberòque dimittit * sine molestia. constituit itaque se mors ducem ac reginam miserorum, & oberatorum omnium; de qua id dici potest, quod de Davide quondam scriptum est. 1. Reg. 22. Convenerunt ad eum omnes, qui erant in angustia constituti, & oppressi a re alieno, & amaro animo, & factus est eorum princeps.

XIX. Parvus, & magnus ibi sunt, & servus liber à Domino suo.

Isai. 14. a. 8. 3 usque ad. 7

Isai. 54. 4. Matth. 18. 28. 7. 6.

Hora. 1. Serm. Saty. 3.

* A los pobres y q̄ an quebrado. la muerte los haze hidalgos, para que no pue da ser presos por deudas, y si lo está que sean sueltos. 1. Reg. 22. 2

Parvus

1. Mors omnes aequat. Magnus in sacro sermone, explicatus David.
 2. Vt mors redimat ex servitute, ex Paulo, & Seneca.

3. Scriptura regula cu duo contraria extrema simul proponit. Omnium vitam statuum, quibus praestat mors, enumeratio.

I
Mors omnes aequat.

Magnus in sacro sermone

Psal. 48. 1. 2. 3

Parvus &c. & servus &c. De servis, de ignobilibus quibuscunque benemeretur mors; nam pares illos facit viris magnis, suisque illorum dominis; equo enim omnes pede pulsantur. Magnus, pro nobili, divite, nomine & fama claro. supra. c. i. v. 3. cum de morte quoque David cognitionem habiturus esset, omnes sine discrimine mortales adesse, & audire jubet, *Audite haec omnes gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis orbem, quique terrigena* (ex eadem massa compacti, fragiles, mortales) & filii hominum (filii Adam morte damnati, mortis quoque sententiam recta successione serie ducta, subeuntes) simul in unum dives, & pauper. Magnus & parvus, dominus atque servus, nunc pariter sententiam mortis audiant, pariter mortem subituri, quantumvis vita dispares.

2
* La muerte da carta de horro al esclavo, y lo hazen tan bueno como su amo Rom. 8. 23

Et servus liber a domino suo. Nam quanto tempore vivit alligatus est servitutis legi cum vero moritur, liber dimittitur, invito licet domino. in hanc sententiam Paulus etiam loquitur, cum ait *expectare se redemptionem sui corporis, id est mortem*, quae ex misera servituti necessitate, & conditione hominem redimat; atque dissolvat emptionem, qua, dum vivit, est homo venditus sub peccato. Praclarè Seneca de morte. *Haec* (inquit) *servitutem invito domino remittit; haec captivorum catenas laxat; haec e carcere educit, quos exire imperium impotens vetuerat; haec est, in qua nemo humilitatem suam sensit; haec, qua nulli paruit; haec, qua nihil quidquam alieno fecit arbitrio; haec ubi res fortuna male divisit, & aequo jure genitos, aliam ali dominavit, exaequat omni a. libera itaque mors, quod liberos reddat; & miseros* (inquit ille) *libera mors vocat.*

Seneca in cōsolat. ad Martianum c. 20.

Seneca

3
Scriptura regula.

Pf. 138. 2

Pf. 120. 8

Est verò hoc loco notandum, cum Scriptura duo quæpiam extrema proponit, media etiam, quæ inter illa sunt, intelligere; ut cum Psalm. 138. ait, *Tu cognovisti sessionem meam, & resurrectionem meam*, id est sive fedeam, sive stem, sive quidvis aliud agam. & Psalm. 120. *Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum*; id est servet ingredientem, egressum, & quidvis aliud operis aggrediètem, aut exercentem.

similiter cum parvum, & magnum, servum ac dominum nominat, cuiusvis status & conditionis homines intelligi jubet; & sicut nemini inutilis est mors, ita vitam & vitæ conditionem quamcumque deterio-rem, & molestiorem esse; uti omnium statuum enumeratione expressit Ausonius eleganti illo carmine;

*Quod vita seclabor iter, si plena tumultu
 Sunt fora? si cura domus anxia; si peregrinos
 Cura domus sequitur; mercantem si nova semper
 Dana manet; cessare vetat si turpis egestas;
 Si vexat labor agricolam; mare naufragus
 horror
 Infamat; penaque graves in calibe vita?
 Et gravis cautis custodia vana maritis.
 Sanguineum si Martis opus? si turpia lucra
 Fanoris, & velox inopes usura trucidat?
 Omne ævum cura; cunctis sua displicet atas;
 Cuncta sibi adversis contraria casibus. ergo
 Optima Grajorum sententia, quippe hominem
 a junt.
 Non nasci esse bonum, natum aut citò morte
 perire.*

Ausonius

XX. Quare misero data est lux, & vita his, qui in amaritudine animæ sunt?

1. Interrogatio dolentis. Mors quibus utilis & jucunda ex Ecclesiastico
 2. Lux quid.

Vita amaritudinem ad morbos pertinere. & cum morte comparari a Sapiente.

Quare? Non est indignantis, aut expostulantis, sed dolentis hæc interrogatio. cumque Ecclesi. 4. dicatur *bonum esse mortis iudicium*, id est mortis legem atque necessitatem utilem, & commodam, tum etiam gratam & jucundam, homini indigenti, & qui minoratur viribus; nunc rogat, *Quare* igitur, propter quod magnū bonum conceditur homini vita, *misero* præsertim atque ærumnoso?

I
Ecclesi. 4. 3
Mors quibus bona.

Lux. D. Thom. accipit lucem pro cognitione, sensu, experiètia malorum hujus vitæ. sed lenius, & simplicius, lucis usura, vita ipsa. quid *amplius* (quid amplum, & excellens, quod præclarum bonum) *homo habet de universo labore suo, quo laborat sub sole?* quid boni, commodi, jucundi affert vita miseris, amaritudine, & extremis animi

2
Lux quid

Ecclesi. 1. 3

angori

Seneca in Herc. Oestheo.

Ecclesi. 30. 17

Seneca

angoribus, & implacabilibus corporis doloribus laborantibus? quorum tadium producatur vita letaliter affectis?

*Par ille est superis, cui pariter dies
 Et fortuna fuit: mortis habet vices
 Lentè cum trahitur vita gementibus.*

Sic quoque ad morbos illa amaritudo vitæ refertur Ecclesi. 30. *Melior est mors, quàm vita amara, & requies eterna, quàm languor per se verans.* idem enim sunt *vita amara, & languor perseverans*, sicut *mors, & requies eterna.* diximus superius non nihil in hanc rem, morbum videlicet acerbiorum ipsa morte esse. vide. cap. 2. v. 6. nu. 3. desperatorum utique morborum medicus mors est, uti ille dixit, *O mors Paan medicus accede.* & hac ipsa ratione consolatur Seneca ægotantem, *Non potest* (inquit) *istud toto seculo fieri, aut ego febrem relinquam, aut ipsa me; semper una esse nò possumus; aut vincetur, aut vinctes.* sed quos præclaros fines constituit Deus conservandæ vitæ justi viri in mediis ærumnis, ex quibus huic Iobi interrogationi luculentam responsonem petere possimus, diximus. c. 2. v. 6. à nu. 2 usque ad 9.

XXI. Qui expectant mortem, & non venit, quasi effodientes thesaurum.

XXII. Gaudetque vehementer, cum invenerint sepulchrum.

1. Quibus vita inutilis. Mortem fugere, & non inveniri exaggeratio est calamitatis.
 2. Expectare in sacro sermone. Elucidatus Isaias & Hoseas. Palatium, Fauces, Hamus unde dicantur.
 3. Mors jucunda inexpectata. Cur mors nò dicatur accidere, sed venire.
 4. Intra sepulchra thesaurus. Mortis cum reconditio thesauri elegans comparatio.

I
Quibus vita inutilis. Sophocles

Mortem fugere ad amplificationem calamitatum. Apoc. 9. 6

I
Nutilus (inquit) illis videtur vita, cui infensa, & invisita; & illa est extrema & deploratissima miseria, cui neque mors mederi possit; quæ, ut Sophocles dixit, solet esse extremum omnium malorum remedium. Quare ergo Deus illam deneget optantibus, & expectantibus? id ad amplificationem calamitatum pertinet. Apoc. 9. 6. *Quarent homines mortem, & non invenient eam; desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis.* cur ergo mors, quæ incautos fo-

let adoriri ex indignis, expectantibus & expectantibus non procedit obvia? illam autem a vidam mortis expectationem, & ardens votum explicat similitudine apposita, & quæ cum morte, & sepulchro affinitatem habet. Quomodo dicitur, qui investigant thesaurum, unicum suæ inopia levamen, effodiunt sepulchra, in quibus condita pretiosa supellex, argentum, aurum, delitescere solet, qui quod plus in effodiendo laborant, majori spe, aut cupiditate inflammantur; pari sane ratione, qui acerbioribus indies animi, & corporis cruciatibus afficiuntur, eo majori mortis desiderio, & expectatione flagrant. Verbum autem *expectandi*, quod in fonte est, (*hācāh*) vehementem quendam animi affectum asserere solet, quo quis inhiat in rem aliquam vel consequendam. vel apprehendendam; uti explicatur. Isai. 30. *Expectat Dominus* (ardenter & studiose) *ut miseretur vestri; beati omnes, qui (pari studio) expectant illum.* Clariùs ejusdem vocis significatio perspicitur Hoseæ. 5. dum in Galaad invenitur, quæ sanguinem piorum Israelitarum sitiret. *Quasi fauces virorum latronum.* Hebr. *Sicut expectant latrunculi vitum.* nam expectatio illa, qua prædæ inhiabant, rectè a vulgato fatium, & fisis nomine exprimitur. porro latrunculi expectant, observant circumspiciunt, intendunt, mora, & desiderio cruciatur; atque ab eadem radice, dicitur, *hæc*, id est palatium, & fauces, quæ inhiat; & *hæc*, id est hamus, in quem pisciculus inhiat. ait ergo Iob, Miserum hominem expectare, & inhiare in mortem non aliter atque piscem in hamum: licet enim hamus perse sit amarus, sicut mors, cæterum dulcedine quadā obductus est, *his, qui in amaritudine vitæ sunt.*

Et non venit: In Hebr. *Et non ipsa*, supple, *venit*, expectata licet, & exoptata. mors non dicitur accidere, quippe casus affert aliquid inopinatum, sed venire quasi rem jam statuta; *optima* (inquit ille) *mors, est inexpectata*: at quæ expectata non venit, miseriam efficit vitam. *Hæc* (inquit Seneca) *omnibus finis, multis remedium; quibusdam votum, de nullis melius merita, quàm de his, ad quos venit, antea quàm invocaretur.*

Gaudetque vehementer &c. Quidam hoc accipiunt non pro parte præcedentis similitudinis, sed pro apodosis; Miseri homines similes sunt effodientibus thesaurum; nam gaudent & exultant sicubi illis

Pulchra similitudo.

2
Expectare quid. חָנַן

Isai. 30. 18.
* Vānēle a Dios los ojos por hallar a quien haya bien: dichoso al que se le fueren por recibirlo del. Hosea. 6. 9. Elucidatus: Vulgatus.

חָנַן חָנַן

Palatium & fauces unde dicitur in Hebr.

Cur mors dicatur venire non accidere

Julius Caesar

Seneca in cōsolat. ad Marc. c. 20.

4

affulget

Altera prece-
denis simili-
tudinis pars

Quil adu-
Cu cingibus
recedit quo-
q; thesaurus

D. Thom.

Elegans mar-
tis cum the-
sauri, condi-
to, compara-
tio.

Mortis alia fa-
cies, respici-
alia.

ITP

Quil adu-
Cu cingibus
recedit quo-
q; thesaurus

ITP

ITP

ITP

affluget, mortis aliqua spes, aut occasio,
quæ in sepulchrum concedant: sed com-
modius referretur ad superiora, ut sit præ-
cedentis similitudinis pars; Qui effodit
theſaurus vehementer gaudent sepul-
chro sub terram inueto: nam, ut superius
diximus, solebant in urnis cinerum, aut
in sarcophagis auri, gemmarum, & vestiũ
pretiosa spelleæ afferuari intra sepul-
chra: effodere itaque theſaurorum, quæ
vis opprobriũ fatigati, si repente ligone cõ-
tingant sepulchrum, atque ictu concavũ
sonet, vehementer gaudent, & incredi-
biliter exultant, ita certè miser, oblata si-
bi morte, & capiendi sepulchri opportu-
nitate.

D. Thom. non valde leniter cõtinuat
sermonẽ de sepultura, & morte; Qui avi-
dè (inquit) mortem exoptant, hi vivẽtes
adhuc parant sibi, & effodiunt sua sepul-
chra: gaudentque vehementer cũ sepul-
chrum iam paratum inveniunt, id est suæ
sepulturae & funeris locum, tempus, op-
portunitatem. Elegãter verò mortem cũ
theſauri recõditio, & deſſoſio cõparat;
nam sicut externa sepulchri facies, & in-
ſcriptio, nihil videtur ampliũ, quàm put-
re cadauer, quàm vermes, & fetor; idet
verò theſaurus; nõ ſecus mortis facies &
nomen, pallidum, quiddam, luridum, de-
forme, horridum sonat: sed ingentes di-
uitias viro pio, & mortis amanti repositas
effervat.

XXIII. Viri, cuius abscondita
est via, & circumdedit eum Deus
tenebris.

I. Propositur Græcæ in-
terpres, quæ non valde cõ-
gruè hæret. Quid via
abscondita?
2. Quid tenebræ hoc loco?
3. Quid circumdedit, ex He-
bræo. Tenebræ, serpens, &
quæ non videtur.

I
S I datus ille viro leniter posset trahi
ad eum sonum, a quo non abhorrent
Græci, & quem Vatablus indicat, mihi nõ
displiceret, ita ut conjungeretur, cum su-
periori versu, Gaudent, inquam, cũ in inveni-
ant sepulchrum, viro, id est viri, vel ad virum
pertinens, vel in viri honorem extructũ,
cuius abscondita est via, & circumdedit eũ Deus
tenebris, id est gaudent, cũ incidunt in

sepulchrum hominis intratus, qui miserri-
mè vixerit, & jam sit erumnis, atque labo-
ribus vitæ defunctus; huic enim, ut qui li-
ber ex tot malorum fluctibus, emerſerit
de morte gratulantur, & vultu beatos præ-
dicant mortuos. Sed plerique tamẽ, & ip-
sa diſpunctio Bibliorum aliam novam pe-
riodum, ſententiãque conficiunt; repe-
tuntque ex superioribus, Quære misero da-
ta est lux, viro, cuius abscondita est via, qua ad
mortem intrat, & qua lætus posset venien-
tem excipere; satius videretur, ut cui vita
conceditur; demonstraretur etiam via &
aditus, quo posset ex miseris vitæ eva-
dere: quantus enim cruciatus, ut cogaris
vivere, aditu evadendi intercluso, cũ cir-
cumveniaris incredibilibus malis? ergo
absconditio, & interclusio, vitæ significabit
inextricabiles calamitates, ex quibus ex-
pedire se homo nequeat. uti David dice-
bat. Perit fuga à me, cũ conclusus in antro
& custodia obſideretur ab hostibus. & Ie-
rem. quoq; cõqueritur, Conclusit vias meas
lapidibus quadris, ita ut non possim egredi. & il-
li, de quibus dictum est, Errare fecit eos, in
invio, & non in via. alii ad ignorantiam quã
dam referunt, de quo statim.

Et circumdedit eũ Deus tenebris. Tum hæc,
tum etiam præcedentem partẽ D. Thom.
retulit ad rerum futurarũ ignoratiõẽ
in hanc ſententiã, Inutilis, minimèque
optabilis est vita homini illi, qui suæ vitæ
finẽ, & præfixum terminũ ignorat: quid
prodest vita homini, quæ futuri & incerti
casus manent? quem in tenebris & in-
lubrica positum. Argelus Domini perſequatur
invisibilis, tenebrarũ potestatis expo-
ſitum? Philip. ad præmiũ accipiendum;
Qui ignoret, quid præmii pro vitæ operi-
bus accepturus sit, an labores & erumnas
quales ego ſuſtineo? hoc est etiam habe-
re viam, id est vivendi legem absconditã
& ignoratã, sed simplicius erit, si utra-
que pars in eodem ſensu accipiatur, Qua-
re illi datur vita, qui nescit, quã evadat
e malorum tenebris, quibus eum Deus ſep-
ſit? eleganter verò Vulgatus hoc loco di-
xit, circumdedit, quod in fonte est, cacæ,
prop. abscondit, textit, velavit. ad verbum
dices, & protexit, aut textit Deus super
eum. Septuagint. Conclusit Deus super eum.
Sym. Obstruxit Deus super eum. In tenebri-
coſiſſimum calamitatum carcerem conje-
cit; nam tenebræ carceris, vinculoꝝque
rationem habent. Sapient. 19. Vna catena

Abſcondita
via quid sit
Psal. 141. 5.
Ierem. Thren.
3. 9
Psal. 106. 40.

2
D. Thom.
Psal. 34. 6
Philip.
*De que le fir-
ve la vida alq-
no sabe en q-
ley vive, ni si
por la Buena
a de recebir
males.

tenebra

3
Cajusmodi
tenebrarũ, &
calamitatum
carcer.

Apo. 1. 7.
Deus illi car-
ceris Janitor.

Genes. 6. 17.

Deut. 28. 15.

Pf. 39. 17.
Diligere salu-
tare Dei, quid

Genes. 49. 24.

Psal. 141. 8.

Actum. 12.

Ion. 2. 4.
Illustratus Io-
nas.

tenebrarum omnes colligati, atque vinculis te-
nebrarum, & longa noctis compediti, inclusi
sub testis fugitivi perpetua providentia jacue-
unt. Quorum igitur in tenebris, &
carcere perpetuis vita misero? Inten-
rim verò dum his maledictis & lamentis
vitam hanc averſatur, agnoſcit frustra
quosdam reniti, & obſuctari adverſus
ſuas calamitates; dum nemo liber di-
mittitur niſi volente Deo, & aperien-
te carcerem: nam ille ſolus clavem habet;
aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo ape-
rit. Sic Noe in cluſum in arca, & undi-
que expoſitum aut ſupernis imbribus,
aut ſuperbis fluctibus clauſit eum Do-
minus de foris, ne tentaret egredi Deo
non patefaciente aditum, qui verò fuge-
re, aut egredi vellet, in graviora profe-
cto mala incideret: hæc enim illa est in-
ter alias non ultima peccatori attributa
maledictio Deut. 28. Tradat te Dominus cor-
ruentem ante hostes tuos, per unam viam egre-
diaris contra eos, & per ſeptem fugias; id est
tentabis ſemper & diverſis viis fugere,
ſed frustra. nuſquam tibi patebit effu-
gium. hæc ſunt tenebræ, & ſemite aut viæ ab-
ſconditæ, ignoratiõẽ, quibus Deus ho-
minem ſapit, premit, conſtringit. beati,
qui diligunt ſalutare Dei; qui non alia viã
ſalutem, & incolumitatem quærit quàm
à Deo, quem admodum magnus ille Io-
ſeph, qui, cũ in obſcuro carcere & fovea
jaceret, & ferrum pertransiret animam ejus,
Poſuit Deum adiutorem ſuum; ergo diſſoluta
ſunt vincula brachiorum illius per manus Po-
tentis Jacob; cũ ipſe nihil efficere poſ-
ſet ad ſui liberationem, manibus vide-
licet ligatis. hunc eundem carceris jan-
nitorem invocabat David in tenebrico-
ſa ſpelunca, velut in carcere conclusus,
cũ aiebat, Educ de custodia animã meã, ad
conſtendum nomini tuo: neque enim ego è
carcere isto exire aut poſſum, aut volo,
te niſi jubente, atque aperiente; interim
cum hujus rei tota cura apud te ſit, cu-
rabo, ut ſecurus atque tranquillus dor-
miam vincus licet inter milites cuſtodes, gra-
vibus malorum catenis; annuente enim
Domino me excitabit Angelus illius, &
porta ferrea vltro mihi aperta pateſiet. Sed
illuſtre illud eſt de his tenebris, quibus
Deus eum circumdederat, teſtimonium
Ionæ de ventre inferi clamantis, Proje-
ciſti me in profundum in corde maris, & flu-
men circumdedit me (namque cetus iſte,

qui me continet, nõ eſt ex illis piſcibus
qui ad ſummam aquæ ſuperficiem enare
ſoleant, & facilè capi poſſint; longè me
ab omni ope humana demerſum in pro-
fundo tenet, & imis fluctibus compri-
mit, quò neque auxilium, neque vis hu-
mana penetrare poteſt.) Gurgites tui &
fluctus tui ſuper me tranſerunt (quodſi e-
tiam eò poſſent demitti piſcatorum re-
tia, ut me cum ceto expiſcari poſſent, &
ad littus educere; ſed nunc piſcatum
tempeſtas ſæva prohibet, te ipſo concitan-
te fluctus, & tempeſtatem ciente; ſic
enim Chaldæus legit, Omnes maris tem-
peſtates; & fluctus ejus) & dixi, Abiectus
ſum à conſpectu oculorum tuorum (quaſi per-
petuo carceri traditus) veruntamen rur-
ſus videbo templum ſanctum tuum (in ſpem
tamen erigor fore ut in templo ejus dicam
gloriam, & ex miſerando naufragio eje-
ctus vvida ſuſpendam veſtimenta potenti ma-
ris Deo) Circumdederunt me aqua vſque ad
animam (ſpiritu intercludor, reſpiran-
di facultate jam negata) abyſſu valla-
vit me (nullum mihi reſpirandi, & eva-
dendi perſugium) pelagus operuit caput
meum (hæc ſunt tenebræ abyſſi) ad ex-
tremã montium deſcendi; terra (montium,
& rupium) veltes conluſerunt me in ater-
num: & ſublevabis de corruptione animã
meã Domine Deus meus. (ergo jam tan-
dem potentiſſime Deus dic ceto, ut of-
ſta ventris & oris aperiat, & vomat me
in aridã. totã verò ſententiã clau-
dit ea ſententiã) Qui cuſtodiant vanitates
frustra, (qui vel idolorum, vel alterius
creaturæ opem implorat & colit) miſe-
ricordiam ſuã derelinquunt (amittet ſalu-
tẽ ſuã, quã illi conferre para-
tus erat miſerator & miſericors Deus;
ſuã, inquam, certã, paratã, conſti-
tutam à Deo, his qui diligunt ſalutare il-
lius, & qui calamitatum carcerem, quo
detinentur jubente Deo, invito illo ef-
fringere non tentant, graviter licet
conquerantur, & gemant ja-
centes in tenebris, qui-
bus eos circum-
dedit.

★
★
★

Chaldæus.

XXIII. Antequam comedit suspiro, & tanquam inundantes aqua sic rugitus meus.

1. Olympiodori expositio praefertur ceteris. Bolimodem murbum hinc ellici. Quid saturitas Psal. 105. 2. Chrysostomi dubitatio de esuritione Iob, an invitata, an vero voluntaria fuerit. 3. Magnus gemitus cum strepibus fluctibus comparatus, & quare.

I

Vibusdam videtur Iob tueri innocentiam suam hac sententia, ut dicat; Nemo existimet me ex illis esse, qui videntur vivere, ut bibant, & edant; cum mensae, aut necessariae corporis refectio mihi solitus fuerim indulgere, sine praemissa oratione, & gratiarum actione, atque fufis etiam lachrymis, quod me viderem rei necessariae obnoxium atque adstrictum. alii commodius; Propter ea, quae enumeravi mala invitatus, & dolens comedo, ut qui nolem vitam erumnosissimam diutius cibo, & potu sustentare, atque producere. sed omnium commodissimè Olympiodor. nequit; Querelas has non leviter iactos; tam graviter enim afficior, ut neque cibum sine ingenti dolore capere, neque me reficere sine suspirio possim. atque ex his verbis colligi peculiariter illud morbi genus, quod Bolimodem vocant, aut esuritionem caninam supra ex Philip. & Beda docuimus. hanc illam esse existimat Genebrar. Psal. 105. quae dicitur a Septuag. saturitas; cum dicitur, Misit saturitatem in animas eorum; videlicet morbum, quo quasi saturi abhorrebant ab omni esca, sicque macrescebant, & tabescebant. de qua re doctè eo loco differit. licet existimem non esse hanc illam bolimodem, sed aliam, quae ex repletionem & cruditate provenit, & cum minimè nutritur corpus; etiam si multum alimenti sumat; de qua loquitur Galen. in aphorism. & hanc repletionem vocant. Esuritio autem illa. provenit ex lienis, & atræ bilis, ac oris ventriculi vitio. Hanc verò famem, & difficultatem comedendi aliter Chrysost. interpretatur. homil. 5. de Patientia Iob scribens in hæc verba. Quis dixerit famem illam novam & interpretatu difficilem? voluntariam, an invitam nescio. Quomodo enim appellem? voluntaria-

Olympiodo.

Indicatur laborasse canina fame. Vid. c. 2. in enumeratione morborum. Genebrar. Psal. 105. 15.

Galen. 2. Apho. c. 17.

2

Chrysostomi dubitatio de Iobi fame.

riam? sed nolebat. apposita degustare. invitam? sed aderant cibi; nemoque impediens erat: apposita sedebat mensa, visisque non tangebatur cibos. nam is, qui circa corpus ab ulceribus erat factor, decerptioni accidens, desiderium resolvebat; ipsamque mensam erumna quadam replebat. Putores (inquit) meos cibos esse video. & famis quidem necessitas apposita tangere cogebat; factoris verò magnitudo è carne proveniens vim famis superabat. Eadem penè habet epistola. 2. ad Olimpiadem. ille autem locus, quem indicat, est ex. 6. c. secundum Septuaginta; Non potest cessare ira mea, factorem enim video escas meas, sicut est odor Leonis. Et Theophanes epistol. 2. propter idem testimonium ait; Ne cibum quidem sine dolore sumebat, propter nimium factorè. Sed de hoc latius. c. 6. vbi iterum sui cibi, suæque famis neminit.

Et tanquam inundantes aqua. Cum comedo (inquit) vel propter ingentem famem; vel in univèrsum, tot malis affectus rugire, & ejulare cogor. magnus aliquid clamantium, dolentiumque cum gemitu & planctu sonitus comparari frequenter solet. cum sonantibus & strepentibus fluctibus; & quidem non sine elegantia, nã sicut in fluctibus resonantibus est fragosus ille sonitus conjunctus cum aqua maris amara; ita dolentium gemitus, & suspiriorum sonitus comitari solet amarissimas lachrymas. sed nunc Iob fortè ad famem illam (de qua diximus) respicit; nam vox illa rugitus, potest asserre similitudinem leonis praefame rugientis, sicut scriptum est, **Ca-** tuli leonis rugientes, ut rapiant, & quarant à Deo escam sibi.

Theophanes

3

Psal. 103. 21.

XXV. Quia timor, quem timebam, evenit mihi: & quod verebar, accidit.

1. Timor per methon. res timenda; abstractum pro concreto auget significationem. explicatus Genes. 2. Particula (quia) non semper reddit causam. 3. Miseri praesagiunt impendentia mala, Deus quoque suos praemonet. Sapiens deteriora exspe-

ctat. 4. Iustus nunquam se credit praesenti fortunæ. illum non cadere retrorsum sed in faciem, quid. 5. Proponitur dubitatio de timore iustorum & impiorum. Nequitia semper est timida. 6. Non idem iustorum, & impiorum timor.

Timor

I Methonimia.

Prov. 1. 26.

Genes. 31.

2

Particula quia.

Luc. 2. 33.

3

Miseri deplorant infausta praesagia.

Deus suos admonet impendentium calamitatum.

Acto. 20. 23.

Act. 9. 16. Isai. 50. 5.

Matth. 24. 6.

Isai. 8. 9.

Matth. 29. 7. Sapiens deteriora expectat.

Eccles. 7. 15.

Timor; per Methonimiam res timenda, & formidanda; effectus pro causa, abstractum pro concreto, ut significationem quoque & sensum amplificet. sic Prover. 1. Cum vobis id, quod timebatis advenit. Hebræ. cum venerit timor vester. Genes. 31. Iuravit per timorem patris sui Isaac. idest per Deum, quem vehementer timebat, & colebat Isaac. qui ex toto corde timendus, & colendus est. ait itaque; Hæc, quæ patior, mala non me oppresserunt incautum, & nihil tale formidantem. Particula verò, quia, interdum non reddit causam, sed vel ornatus, vel asseverationis causa adhibetur. sicut & id, Quia omne masculinum sanctum Domino vocabitur. idest, certè, sic statutum lege, & sic omnino faciendum est, ut omne primogenitum sanctificetur, & offeratur Deo. Poterit ergo referri ad quandam suæ calamitatis cõtestationem, Certè non frustra vehementer ego timebam; nam gravissimis nunc premor malis. Solent miseri & afflicti sua mala deplorare ex praecedentibus signis, & praesagiis animi. Vti ille,

Sæpe malum hoc nobis, si mens non leva fuisset;

De celo tactas memini prædicere quercus.

Sæpe sinistra cava prædixit ab ilice cornix.

& illud, Mens praesaga mali. Eheu (inquit Iob) malorum mihi mens bene praesaga; tana acerba enim sunt, & portentosa, ut signis & praesagiis digna fuerint. Et quidem potuit suarum ærumnarum timor, & praesensio à Deo immitti. nam solet Deus suorum salutem consulens, ne inopinatus casus illos dejiciat, aut gravius conturbet, interius admonere. Sicut Paulus Protestabarur spiritus, quod vincula & tribulationes Ierosolimis illum manerent. & rursus, Ego ostendam illi quanta oporteat illum pro nomine meo pati. Solentque Deus aperire aurem, & revelare cor, ut homo non contradicat, & retrorsum non abeat. Vides paternam Dei providentiam, & praevidentem, atque praedicientem curam erga suos, ut non turbentur. non ergo adeamus incantatoras, nec quæramus à Pythonibus, sed ad legem magis, & ad testimonium. Ecce, inquit, prædixi vobis omnia.

Potest præterea id argumentum esse bene instituti animi sapientiae præceptis; sapiens enim non solum melioribus atitur, sed etiam deteriora expectat, &

malam diem (vt ait sapiens) præcavet. prope ex Hebræo, videt, & prævidet, excipit que non incautus. & licet quidem Sapiens (vt Plutarchus ait) meliora in votis sint, sed deteriora tamen etiam in expectatione. Anaxagoras accepto de filii morte nuntio, Ego (inquit) quem genui interiturum scivi, & ei expectationi sustuli. Vnicuique certè infortunio subestari illico licet, Sciebam, qui sic erga fortunam affectus sit, quidquid acciderit, celebratum illud proferre poterit, Anteverti tibi fortuna.

Esse verò hæc quoque sententia potest viri piissimi nunquam sibi de felicitate blandientis, sed potius timentis quondam fortunæ commutationem, cū negatum sit summis stare diu: quasi dicat; Bene illud mecum ego sæpius repetebam, omnia tempus habent, posseque fieri ut inopia & ærumnæ suum tempus post tantam felicitatem sibi vendicarent.

Vel tandem se suamque sanctitatem tuebitur Iob hac ratione; Hæc mala non me oppresserunt inopinatè, sicut frequenter solent divites impios in die bonorum oblitos malorum casus inopinati prosternere; sed iustorum more semper fui pavidus; nunquam me totum tradidi felici fortunæ; cecidi sanè, sed non retrorsum, qui casus periculosissimus esse solet; sed in faciem, uti iusti cadere solent, videlicet in ea ipsa, quæ præviderim, & semper ante oculos habuerim, semperque timuerim. vid. Gregor. hom. 9. super Ezech.

Sed qua nam ratione suam pietatem ex timore malorum probare potest Iob, cū Sapiencia ad impios dixerit Prover. 1. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo vos, cum vobis id, quod timebatis, advenit? & iterum Prover. 10. Quod timet impius veniet super eum. Quid enim magis familia re improbis, quàm malorum omnium timor, atque etiam vbi non est timor, trepidatio plena timore? nam cum pax sit, ille insidias suspicatur; & cum sit timida nequitia, suo timore dat testimonium condemnationis. Semper enim praesumit seva perturbata conscientia. Nihil enim est timor, nisi praesumptionis adiutorium (idest suspitionis impendentium malorum, augmentum, atque fomentum suspicio enim timore fovetur, & crescit) proditio (desertio, derelictio) cogitationis auxiliorum (nã vegeti timore nulla suscipitur

Plutar. de tranquill. ant. Anaxagoras.

Prov. 28. 14

Iustos cadere in faciem, non retrorsum quid

Prov. 1. 26

Prov. 10.

Pf. 13. 5.

Iob. 19. 21.

Sap. 17. 11

Senec ad Po-lyb.c.26

opportuna cogitatio capiendi auxilli. tyrannus ille verum Regem Christum sic formidavit, sic sui regni excidium timuit, ut turbaretur vehementer, & omnis Ierosolima cum illo ad primum nuntium in fantis nati. Regni amittendi timore furebat Saul. insaniebant quoque præ timore, qui dicebāt, Veniēt Romani, & tollēt locū nostrum & gentem. denique, ut ille alius dixit. Omnis metus tyrannos sollicitat, Magna ser vitus magna fortuna; servili animo & timore cuncta extimescit.

Seneca.

Nō idē iustorum atq; improborum timor.

Responderi huic dubitationi facile potest, non eundem esse iustorum atque improborum timorem. Impii namque dum prosperē & feliciter agunt, & in pace sunt cuncta quæ possidēt, minimē sibi cavent, aut timent à prospera fortuna, imò illi se totos committunt, dedūntque præfenti voluptati, quam amant; mala verò horrent, atque adversus illa, qua possunt ratione se comparant, & præmuniunt, ne cogantur amittere voluptatem. uti sapiēter Plutarch. dixit. Vehemens cuiusque rei appetitio comitem illius amittenda formidinem habet, qua hebetem facit letitiam, perinde atque flammam statu violentiori inhibitam. at iustorum virorum timor ejusmodi est, ut à præfenti felicitate & à fortuna blandiēte sibi timeāt, fallacem illam & instabilem esse sibi persuadent, Totum mundum positum esse in maligno certissimē credunt; in manu Chanaan esse stateram dolosum non dubitant; & in manu, & lenociniis meretricis certissimas insidias suspiciantur. Hic profectò timor dat testimonium sanctitatis, atque comes est iustitiæ, nam beatus est vir qui semper est avidus.

Plutarch. de tranquill. ani.

1. Ioa. 5. 19.

Osea. 12. 7.

Prov. 28. 14

XXVI. Nonne dissimulavi, nonne filii, nonne quiievi, & venit super me indignatio?

1. Quid horundam principum inertia, quod istorum silentiū, & turpis quies ex David, Hamos, & Luca.

3. Quid hoc loco indignatio, & de qua plaga accipienda.

4. Forma optimi principis, ut debeat is dissimulare quiescere, & flere.

I LXX

Non est eadē apud omnes hujus sententię lectio, & dispunctio. nam Septuaginta atque Græci sine interrogatio-

ne, Non dissimulavi, non filii, non quiievi &c. quasi dicat. Nō me segniter, & inerte gestis in meo munere regio administrādo, instar regum & iudicum aliorum, qui dissimulant, & connivent ad obligationes & leges suorum officiorum; qui silent, ubi maximē clamare deberent, qui otio & inertia vacant, atque genio indulgent, cum vigilare deberēt, & laborare pro populo conservando & continendo in officio; se ipsos pascentes, non gregem. hac ratione intellexisse videtur Aquila; legit enim, Non me oblectavi, non indulsi genio. de hujusmodi vitiis notantur divites ab Hamos. c. 6. Væ qui opulenti estis in Sion. Iuxta Originale, Væ qui peccati & tranquillitatis estis; non solum quod peccatam vitam in pace, & omnium bonorum abundantia degant; sed etiam, quia perinde vivunt malè securi, ac si mutationi obnoxii non essent. dicit enim quisque illorum in abundantia sua, non movebor in æternum. dissimulant igitur ad omnia, quod nihil ad se attinere credant; silent, & quiescunt, & stertunt in aurem utramque. quam etiam securam quietem ille dives post-uberis anni proventus pollicebatur animæ suæ dicens, Anima mea requiesce, comede, bibe, epulare. quare verbum dissimulandi, quod in fonte est; Salah, significat non solum divitiis, sed etiam pace, tranquillitate, securitateque abundare. Dan. 4. Ego Nabuchodonosor quietus in domo mea eram. & Ieremi. 49. Consurgete, & ascendite ad gentem quietam, & habitantem confidenter. Heb. ad gentem opulentam, & confidentem. Iob ergo, qui cum dives esset, tamen avidus erat, non dissimulabat, neque securē agebat.

Principum, & iudicum inertia.

Aquila.

Hamos. 6. 1

Peccatores cur dicantur peccati.

Psal. 29. 7.

Luc. 12. 19.

תלש

Dani. 4. 1

*Contestodet calado, y segu ro me estava yo.

Ierem. 49. 31

2

Vulgatus elucidatus.

Kaldæus

3

Quid hoc loco indignatio.

Vulgatus interpres cum interrogatione, & negatione legit, ita ut idem valeat, quod affirmatio. Non dissimulavi, quasi diceret; vti que dissimulavi, certē filii, quiievi; eodēque modo Kaldæus. quod pertinere potest, vel ad animi moderationē, & constantiam, qua primos infaustos nuntios de rerum suarum amissione accepit; constanter enim tolerantis est filere, & dolorem silentio comprimere. at verò ultimo illo acerbissimo nuntio de repentino filiorum interitu vehementer fuerit commotus, in hanc sententiam; Sevā illā & indignatione plenā plagā nō comerui aliarū calamitatum impatiētia, aut importunis & stultis querimoniis, cū filerim,

& quie

Hugo Card.

4

Virtutes optimi principis.

Dissimulare debet princeps.

1. Reg. 19. 27.

Sap. 11. 24. *Haze del 3 no ve ni oye ni haze caso. Act. 17. 30

& quieverim. sed melius, hæc indignatio sit illa acerbissima corporis plaga à Deo immissa, irati & indignantis instar. nam quod Hugo dixit, Venit super me talis tribulatio, quæ in indignationem mihi versa est; sensum habet & parum commodum, & Iobo indignum. Vel quidem ex sententia aliorum, his dissimulandi, silentii, & quietē agendi virtutibus significabit suæ vitæ & morum integritatem, atque locupletissimi principis officium in corrupte, & sancte præstitum, in hanc sententiam; Tanta calamitas non mihi accidit ob pravum divitiarum usum, iniquamve reipublicæ administrationem; certē enim dissimulavi, pacificus fui, non tyrannus, non summo jure, summāque injuria omnia exigens; sed benignus, & ut res, atque tempus ferebant, connivens ad pleeraque subditorum errata. hujus dissimulationis, optimique principis specimen præbuit Saul recēns in regnum inauguratus: cum enim à tergo adversum se contumelias jactatas audiret, ille dissimulabat se audire. 1. Reg. 10. & qui omnium iudex est, interdum etiam dissimulat peccata hominum propter penitentiam, & vt Petrus ait, *despicit ignorantia nostra tempora. illud præterea silentium, & quies ad eandem princi-

pis mansuetudinem pertinet, est enim in fonte idem silentium, de quo dicitur Psalm. 106. Siluerūt fluctus ejus, & latati sunt quia siluerunt. ait igitur, Silui, quiievi, non clamavi, non est audita vox mea foris. simili profectò iudices atque prælatos promittit suæ ecclesiæ Deus, Isai. 60. Ponam visitationem tuam (visitatores & iudices,) pacem (valde pacificos) & præpositos tuos, iustitiam (sanctos, mites, benignos. Demonax (apud Lucianum) rogatus, Quomodo quis bene imperaret; respondit, Si iram cohibeat, si multa audiat, & pauca loquat. Hoc videlicet illud est, Noli esse sicut leo in domo tua evertens domesticos tuos, & opprimēs subiectos tibi; nam Sicut fremit leonis, ita & ira regis, & sicut ros super herbam, ita hilaritas ejus. illud valde Salomon deplorat; Vidi in loco iudicii impietatem. prop. ex Hebreo, inquietudinem, commotionem. cōsopire & extinguere debet potius iudex pacificus lites & jurgia, & cōponere dissidia, quàm excitare, fovere, promovere, producere. sed de divitum, & principum aliquorum stultiloquio, & vanissima existimatione de se concepta, aliquādo plura; nunc integram Iobi, orationem, nunquam interruptā audiamus.

Pf. 106. 29.

Isai. 60. 17

Eccles. 4. 35

Eccles. 3. 16

Prov. 19. 11





NOTATIO RERVM INSIGNIORVM QVAE in commentariis fufius expli- catur:

^a Quo tēpore lamētationes suas orsus fuerit Iob v. 1. n. 1.

^b Pulchra quaedam de silentio opportuni sermonis magistro. v. 1. n. 2. 3. & de silentio Iustorū in suis erumnis. v. 2. n. 2. 3

^c Oris apertio praecleara multa indicat. praesertim orationem nō temere fieri. v. 1. n. 4. 5. 6.

^d Ut sit naturali dolori indulgendum; & de affectu sensitivae partis fufior disputatio, in cōsideratione peculiari lamentationum. Sect. 6.

^e Quid dies in sacro sermone. quid item maledicere. v. 1. n. 7. 8.

^f Peculiare aliquid de arte praescindendi vna ratio nō ab altera in eadē re, ex sacris. Sect. 7.


^g Ex charitate erga Deū proficisci lamentationes has, differitur integra scōtione. 8.

^h In universum unde profecta fuerint haec lamēta & qua mēte maledixerit Iob diei suo, latē disputa tua peculiari hac de re cōsideratione.

ⁱ De natali die quaedā v. 3. n. 1. & de masculi natiuitate, quaedam ex sacris. v. 7. & 8.



PARAPHRASIS CAPITIS PRAECEDENTIS.



POST TOT GRAVISSIMAS plagas^a diuturno^b silentio exceptas, totque dies ab amicorum adventu silentio transactos, nulla impatientis animi ira, aut commotione percitus (ut qui recentem dolorem, cum acerbior esse, solet facile tacitus sedaverit) ^c sed recta ^d ratione ductus, consulto ac praemeditato sibi ipsa verba praescribit, quibus tum amicos in tanta calamitate obstupescences ad familiare aliquod colloquium provocet; tum etiam ^e estuanti cordi (carneum enim, & molle, non lapideum, non aeneum est) suspiriis, & lamentis ^f indulgeat, apertoque ore viam patefaciat intus concepto doloris igni. ergo ^g calamitosum suae vitae tempus, miseramque rerum afflictarum conditionem materiam dicendi faciens non querelis modo, lamentisque persequitur, sed verbis etiam, modisque dignis re indignissima lacessit. Nimirum malis, quae Deus non fecit, maledicit, atque illa a vitae bonis ^h sapiente mentis cōsideratione separat, & quasi praescindit. praecipue vero erga Deum ⁱ charitas, deque illius paterna in homines bonitate concepta fiducia illi fecit ^k conquerendi animos; atque in hac tandem verba loquutus est. O utinam extitisset nunquam ^l natalis ille dies, quo in miseram hanc, lugubremque lucem editus sum. ^m Nunquam fuisset offussa terris nox illa teterrima, quae meae conceptionis testis non oculatus, sed cecus fuit. quamvis enim ⁿ viri, & masculi, sed non ideo non infausta atque ominosa conceptio atque natiuitas fuerit. Funestae vero luci illi adventanti quorsum praecedens nox cessit, locumque concessit? Totum illud diei lucentis spatium occuparent tenebrae. Obscurarentur omnia perpetua caligine. Quid vero supremum rerum omnium iudex improbi illius diei ^o rationem duxit ullam? quid ad suum iudicium sisti & adesse iussit? quid communi & ordinaria

aliam



CAPVT TERTIVM.

Post hac

* aperuit Iob os suo:

& maledixit * diei suo:

2 & loquutus est.

3 Pereat dies, in qua natus sum. * & nox in qua dictū est, Conceptus est * homo.

4 Dies ille vertatur in tenebras. non requirat eum Deus de super.

* & non illustretur lumine.

5 Obscurent eum tenebrae, * & umbra mortis. * Occupet eum caligo & involvatur amaritudine.

6 Noctem illā tenebrosam turbo possideat. Non computetur in diebus anni. Nec numeretur in mensibus.

7 Sit nox illa * solitaria neque laude digna.

8 Maledicāt ei, qui maledicunt diei, qui parati sūt suscitare Leviathan.

9 Obtenebrentur stelle caligine eius. Exspectet lucem, & non videat. Nec ortus surgentis aurora.

10 Quia non conclusit ostia ventris, qui portavit me. Nec abstulit mala ab oculis meis.

aliam rerum trutina, & quaestione examinavit? cum in illo nihil boni gestum fuerit; nihil felix; laetum nihil, quod respondere rogatus possit. Diem sanē indignissimum, quem Deus festivum esse velit, aut ullo beneficio in homines collato insigniat, & consecret; aut sibi sanctum & solennem indicat; nullius ve sideris, vel citò etiam fugientis cometæ coruscatione illuminet. Ergo diem nigro notandum lapillo ^m vèdicet sibi proprium, & peculiarrem caligo; jurèque merito permittatur totus potestati tenebrarum, quae in illum incurrant, proculcent, polluant, atque profanum efficiant. ⁿ Nocturnis omnino ^o terroribus inhorrescat, umbris letalibus, horrificis spectris, terculamentis, vitæ discriminibus praesentissimis. ^p Tetra illū nubes obsideat; anxietas mæsta sollicitet, amarissimus & concitatissimus dolorum æstus absorbeat; illi videlicet gravissimi, atque acerbissimi, quibus in extremo vitæ discrimine jam jam agentes animam ^q & lumine deficientes conficiuntur. Nihilò verò est hoc infausto natiuitatis die, illa meae conceptionis nox inauspiciore digna profectò, quam tenebrosus turbo, saevaque tempestas efficiant teterrimam, & periculosissimam; ^r quam dies nullus in connubium, societatem ve suam recipiat; mortalium nemo ad mensium numerationem lunarium observet; neque ulli omnino humano usui quisquam deputet. Deinceps verò, cum annua revolutione redierit, ^s ominosa & infausta habeatur ^t conviviis, conviviis, laetioribus cantibus, nuptiis celebrandis. Tantum ^u piscatores, qui conficiendarum, conjiciendarumque execrationum egregii sunt artifices, eo praesertim tempore, cum in Leviathan vastissimum nimirum piscem incidunt; aut cum piscatui minimè favet serena nox, tranquillus ve dies, in hanc unam noctem omnia sua maledicta conferant, atque novas alias nunquam auditas execrationum formulas confingant. Nec non lamentatrices & praeficae, quae, cum plangendi principes, & magistræ sint, atque cæteris modum lugendi præbeant, maledicere solent affulgenti luci, propterea quòd ex officio instaurare debeant laetitia, & modos flebiles, quos noctu intermiserat, totas sese ad huius noctis detestationem, deplorationemque convertant. Illi etiam, qui exosum habent Solem, & deum lucis, quòd & ipsos, & regionem torridum perdat, proptereaque noctem habent in delitiis, & crebris luminibus utuntur, hanc tamen noctem, non minùs quam Solem & diem maledictis, & convitiis onerent. Decursis jam aliquot vigiliis nocturnis, si subalbicare ceperint stellæ matutini crepusculi, obducantur ^v cælestium præcurrente caligine; sicq; lucem expectet diurnam, quae tantis tenebrarum malis finem imponat, sed tamen frustra. Nunquam itaque illi affulgeat vicinae auroræ radius, qui solis adventum nuntiet, non videat præcurforem Luciferum. Nimirum haec, hisque graviora meretur supplicia nox ista improba, quae meae conceptioni opportunitatem temporis, atque facultatem præbuit; cum debuisset potius matrem meam sterilem reddere, ne me conceptum, atque nascentem tot erumnis exponeret. Sed esto conciperer debuisset præfocari intra materna viscera, ederer in lucem, sed debuisset cœlestium mea sponte expi-

¹ De verbo requirendi, & ut Deus suas creaturas pro sua benevola providentia requirat, observationes quaedam. v. 4. n. 2. vsque ad. 6.

^m Verbum obscurandi in Hebraeo vehemens, & multa cōprehendens. v. 5. n. 1.

ⁿ Accuratè explicatur quid Umbra mortis, v. 5. n. 2.

^o Ut miseris nigrescant omnia, & è tenebris defūctorum aut morientium sumatur amplificatio calamitatis alicuius. v. 5. n. 3. 4.

^p Que dicatur solitaria nox, ex prophanis quaedā v. 7. n. 2. 3. 4.

^q De iis qui parati sūt suscitare Leviathan, & de Praeficis & lamētatricibus de iis quoque, qui ex peculiari vita instituto Soli dieique maledicunt, suscitare & accuratè differitur in regno v. 8. praesertim a. n. 4. vsque ad. 8.

^r Cur mors silentium dicatur, & hujus comparationis ratio exponitur. 13.n.2.3.

^f Pauca quadam demortis cum somno comparatione. 13.n.1.

^s Qualis fit mortis quies, & ut vita sit bellicus tumultus, & sava tepestas. mors, pax, portusque tranquillus, opportuna digressio. 13.n.4.5.6.

^t De consulis nomine & de Vulgari more peculiaris, quadam. 14.n.1.2.

^v Digressio ad loca in quibus monumenta fuerunt ubi ex sacris & prophanis non pauca. & qua esse nobis debeat familiaris mortis & defunctorum memoria. 15.nu.5.

^u Prisca consuetudo condendi cum cadaveribus thesauros ostenditur. 15.n.4.

^x Ut pretiosa supellex, & aurum & argentum ad regios, & divinos honores pertineat. 15.n.2. & 3.

^y Qua sit abortivi ratio, & ut ex negatione lucis describi in sacris soleat non pauca. 16.n.2. & 3.

rare. Quod si vivebam ipse, cur (malum) praecurrit obstetrix & paravit, atque supposit genua, ut me cadentem exciperet? cur admovit ori libera, ut me vagientem, deficientemque reficeret? Haec si mihi mortis potius impedimenta, quam vitae adminicula defuissent, felix ego silentium illud, quod cum hujus mundi negotijs, & vitae curis amicitia & familiaritatem ditimit, longe sepositus jam servassem; jam tranquillo, jucundissimoque defunctorum somno jacuissem consopitus, fruere itaque nunc placida illa quiete, quam nulla vitae hujus, irrequietae molestia interturbat, nullus belli tumultus, sava nulla negotiorum atque humanorum fluctuum tempestas concitat. Neque, si me immatura rapuisset mors, iniquiori fuisset conditione, quam reges alii, & magistratus amplissimi, quibus vitae diuturnitas, & praedives census facultatem & tempus suppeditant extruendi in campis, & mediis solitudinibus magnificentissima sepulchra, quae cum eodem jam mortui deportantur, pro superba sui funeris pompa, & auro & argento repleant, atque pretiosa supellectile exornent. Si vero inhumiatus jacerem, aut quoscumque sepulture ignobilis societate comites haberem, non minus esse felix, sive informis adhuc, rudis fetus, antea quam stans solis & lunae cursibus maturefcerem, materna ex alvo funderer; sive unus fuisset ex illis, quibus ante sol occidit, quam illum orientem videre potuissent, abortus dico infelicissimos, quorum nulla memoria, nulla cum viventibus rerum, vitaeque communicatio, neque societas. O mihi denegata mors optima, quae non modo piis, probisque viris, quos iniqua vexat fortuna, sed impiis quoque favet; nam his quoque sine constituit tumultuandi, seditiones faciendi, tragaedias excitandi, tyrannidem exercendi, & inanibus seipso curis, noctes diesque macerandi. Eodem tandem concedunt, atque concidunt, qui alios vi oppressos, & iniquo imperio coercerent gloriosi milites, & imperatores fortissimi, nunquam pristinas iterum vires resumpturi. Verum enim vero pari necessitate, conditioneque minime dispari iniqui saevique tyranni cum aliis vexatis & oppressis; triumphatores cum captivis, violentus creditor, atque importunus exactor, cum debitore obrato; dives cum paupere; nobilis cum ignobili vulgo jacebunt, & conquescent. Neque obliviscitur regina mors mancipii vilissimi, quod dura premit servitus; nam illius miseris exorata, redemptione facta manu illud mittit, & vinculis atque compedibus eximit, invito licet atque repugnante hero. Ergo si tot reperiuntur in morte commoda, atque opportunitates, cujus nam tanti, tamque praestantis boni consequendi spe conceditur mortalibus lucis usura? atque iis praecipue quorum diuturnior vita suppeditat, qui amariori sunt animo, & in luctu, atque squalore jacet? certe inutile omnino illis vitae beneficium existit, qui bus est infesta, dicam etiam molestissima, atque miserrima diu exoptantibus, & expectantibus mortem. Haec vero neque minus ardentem, neque segnius quaeritur ab aegris, & afflitis, quam a viro pauperissimo thesaurus, aut verus aliqua depositio pecuniae, pretiosaeve supellectilis in sepulchris reconditae; is certè sudans licet, & aetivans defodiendi labore,

11
Quare non in vulva mortuus sum? egressus ex utero non statim perii?

12
Quare exceptus gemitibus?
Cur lactatus uberibus?

13
Nunc enim dormiens silerem: & somno meo requiescerem,

14
Cum regibus & consulibus terra: qui adificat sibi solitudines.

15
Aut cum principibus qui possident aurum & replent domos suas argento.

16
Aut sicut aborivum absconditum non subsisterem:
Aut qui concepti non viderunt lucem.

17
Ibi impii cessaverunt à tumultu.
& ibi requieverunt fessi robore.

18
& quodam vincit pariter sine molestia non audierunt vocem exactoris.

19
Parvus & magnus ibi sunt,

si the

& servus liber à Domino suo.

20
Quare misero data est lux,
& vita his, qui in amaritudine animae sunt?

21
Qui expectat mortem, & non venit quasi effodientes thesaurum:

22.
gaudentque vehementer, cum invenerint sepulchrum.

23
Viro, cuius abscondita est via: & circumdedit eum Deus tenebris.

24
Antequam comedam supiro:
& tanquam innudates aquae, sic rugitus meus.


25
Quia timor, quem timebam, evenit mihi:
& quod verebar, accidit.


26
Nonne dissimulavi? nonne silui? nonne quievi? & venit super me indignatio?

si thesauri, aut sepulchri ullum signum videt, vehementi afficitur gaudio, laetusque acclamationibus exultat. non aliter sanè mors est in votis misero, non secus grata & opportuna quaecumque mortis occasio & opportunitas. Vivere igitur quid misero mortali confert; cui mille aerumnis circumsepto nullum pateat perfugium, nulla evadendi via: nulla è tantis calamitatum, & discriminum tenebris emergendi spes?

Si quis verò me fortè miretur acrius conquerentem, atque loquentem acerbius; is sciat me tam graviter dolere; ut sine suspirijs & gemitu, & sine ingenti lacrimarum vi, nequeam cibum capeffere; nec non me tam graviter affectum esse, ut ipsa corporis qualiscumque refectio gravissimus mihi morbus existat. dolens itaq; & invitus etiam comedo; namq; quod mihi liceret, nolent vitam hanc, calamitosissimam sustentare diutius. Sed eheu malorum mihi mens, bene praesaga, non enim frustra perceller animo; & mihi met ipse quondam timebam; intus enim nescio quae concepta formido felicem mihi fortunam reddebat suspectam, atque inconstantem insimulabat; ut blandienti minime fiderem: deturbatus igitur sum miser è tanto fastigio; sed non inopinato, quod in maxima clade solatii reliquum esse potuit. Sed interdum, quod verum fatear, haec bonae conscientiae cogitatio refricat vulnerum dolore; cum enim neque segnem, neque male securam, instar principum aliorum, vitam traduxerim; sed mei officii memor tranquille, & pacifice regnum administraverim, conivens & dissimulans, cum res poscebat, ad multa subditorum errata, nullo tandem meo merito supremi judicis in me saevietis iram, plagamq; saevissimam sustinere compellor.

^z Quam sit dissimilis justorum & improborum timor in media felicitate; & qualis sit ille qui justitiam comitatur explicatur quaestiuicula appositae. 23.nu.5.





IOANNIS DE PINEDA SOCIETATIS IESV COMMENTARIORVM

IN IOB

LIBER TERTIVS.

Qui est de tertio certamine, id est, prima IOB cum Eliphaz disputatione.



ANNOTATIO PRAEUIA.

IOB Iamicos sapientes fuisse, & verę fidei, atque pietatis cultores.

- 1. Sapientia, & pietas dicens, attentionem, & benevolentiam conciliant. Veri sapientes: sal, & clavi defixi.
2. Quo videantur repugnare sapientie, & pietati amicorum Iob.
3. Sapientes, atque pios illos fuisse.
4. An illorum sententia fidei infallibilem contineat. hominum mendacia re-

- fert sacra historia.
5. Quasdam illorum sententias sacras esse. Quae formula citandi sacrae Scripturam.
6. Alios sacros scriptores mutatos esse sententias ab amicis Iob, & qua illic sint.
7. Illos habuisse divinas revelationes. An fuerint Propheta.
8. Quod illorum peccatum.



E sapius in eandem dubitationem incurramus, ad universas amicorum cum Iob disputationes necessarium premitenda est illorum sapientia, & pietatis tractatio. Nam neque illorum argumenta, atque de divinis rebus sententia, longioresque orationes bene nobis intelligi, examinarive aliter possunt, quam prius constiterit, fuerint ne divinarum, humanarumque rerum scientes; an vero nihilo quam vulgus, sensu & ratione praestantiores. Quod si sapientes sint, attentos; si pii & religiosi, benevolos habebunt auditores; cum scriptum sit: Verba sapientium audiuntur in silentio. Et rursum:

Sapientia attentionem conciliat.

Eccles. 9. 17

Verba

Eccles. 12. 11. Verba sapientum sicut stimuli, & quasi clavi in altum defixi. quae nimirum nostram intelligentiam stimulant, & excitant ad audiendum, & intelligendum, suspensiosque auditorum animos dicendo tenent; ejusmodi veri Ecclesiae Theologi sunt, qui velut Paxilli fixi in loco fidei suspensam tenent omnem gloriam domus Christi & velut sal, famem & sitim audiendi verbi Dei, & intelligendi in auditorum mentibus efficiunt. At è contra: Stultus est homo acharis (illepidus & invenustus) & ex ore fatui reprobitur parabola.

2 Argumenta pro parte opposita. Iob. 42. 7. Psal. 5. 10. Hieronymus. No hazen ni dizen cosa a derecha. Psal. 32. 40. Origenes.

Burgensis.

D. Thom.

Lyranus.

Naziana

Et videntur quidem neque pii neque sapientes. Primum, quod sensu & iudicio de divinis rebus à Iobo sanctissimo, atque sapientissimo vehementer disideat. Secundum, quod manifestè in disputando falsitatis arguatur à Deo ultimo, dicente: Non estis locuti coram me rectum. id est, verum: nam rectum in ore, & in sermone ad veritatem pertinet, Psalm. 5. Non est in ore eorum veritas. Hierony. ex Hebraeo: Non est in ore eorum rectum. & Psalm. 32. Rectum est verbum Domini, & omnia opera eius in fide. id est, verax est, & fidelis. & ita Origenes initio libri 3. illud Dei dictum Paraphrasticè explicans reddit: Non estis locuti quicquam veritatis. Tum etiam, quia non videntur agnovisse resurrectionem mortuorum, ut existimat Burgens. huius libri cap. 21. additione. Quare oportuit multo illos fidei mysteria ignorasse: neque futuram alterius vitae remunerationem in suis disputationibus constituerunt, imò evertunt, dum nulla alia promittunt Iobo praemia, quam temporalia; neque alias impiis poenas, quam iis similes, quas Iobus patitur: sic illis tribuit D. Thomas in fine cap. 2. & Lyra Baruc. 2. Accedit quartum quod temerè, & improbè de Iobo censent; In quam rem dum pro Iobo loquitur Greg. Nazia. oratione in laudè Athanasii, sic ait: Malus celerrimè adducitur, ut bonum etiam virum condemnet; contra vir probus, ne malum quidem facile condemnaverit: ea etiam, quae impiis atque stultis solentia sunt, in illis reperias, stultiloquium, verba improprietatis & convitii in amicum; iterationes, & repetitiones inutiles ejusdem sententiae; quae omnia à pietate & vera sapientia aliena sunt, atque stultis, & impiis tribuuntur. Proverb. 14. v. 42. Eccles. 7. v. 16. Huc tandem faciunt, quae c. 2. v. 11. diximus, cum dubitabamus, fuerint ne veri amici, & bene in Iobum affecti

Ceterum sanctos & pios fuisse docuimus, cum illorum veram amicitiam & benevolentiam erga Iobum ostendebamus: sapientes autem & rerum humanarum atque divinarum peritos ipsa illorum orationes testantur, de Dei iustitia in genere cap. 4. de suppliciis impiorum 4. 8. 15. 18. 28. 22. de praemio justorum 5. 8. 11. 22. de Dei providentia 5. 33. 34. 35. 37. de Dei sapientia 11. 33. de Angelis 4. 35. de Creatione, Meteoris, Phisicis 15. 25. 35. 36. 37. sparsimque alia de patientia, & omnium virtutum officiiis. Quare illorum doctrinae nunquam repugnat Iob, semper enim majores propositiones illis concedit; minores autem, quas vocant, atque consequentias deductas negat, ut constat, cum cap. 9. ait: Verè scio quod ita sit. & cap. 12. Ergo vos estis soli homines, & vobiscum morietur sapientia? & mihi est cor, sicut & vobis, nec inferior vestri sum; quis enim hac, quae nascis, ignorat? & cap. 13. Ecce oculus meus videt omnia haec, & intellexi singula, secundum scientiam vestram & ego novi. & cap. 16. Poteram ego similia vestri loqui. Auctor praeterea Catenae initio cap. 26. ait Iobum tacuisse, quod concederet, & approbaret orationem Eliu.

Sed illud difficiliorem quaestionem habet, an horum sapientum dicta, atque sententiae in illis, quas diximus, propositionibus majoribus, atque principiis continent in fallibilem veritatem; atque existimandum sit illa locutos afflatos spiritu sancto, sicut alios sanctos Dei homines. nam quod in hoc libro sacro refertur, non oportet continuò secundum se verum, & sacrum esse; nisi quatenus refertur. cum mendacia & falsa testimonia in historia verissima referantur, & quod dixit inspiens in corde suo, Non est Deus. sic existimat Lyra, non esse alienum à sacra scriptura aliorum mendacia vel lapsus referre; ut Iudic. 11. Iephte numerat trecentos annos ab exitu ex Aegypto; cum tunc non fuissent exacti amplius. 267. neque mirum, nam ibi refertur, quid Iephte suo sensu dixerit. Itaque amicorum dicta referuntur, sed non explicatur, an loquenti fuerint ut sacri Prophetae inspirante Deo, atque ut Apostoli & Evangelistae, quorum per se dicta ut sacra, & ab Spiritu sancto dictata accipimus.

Existimo tamen primum ea omnia principia

3 Amici Iob sapientissimi Theologi.

Iob non semper repugnat amicis.

Iob. 9. 10. Iob. 12. 2.

Iob. 13. 1.

Iob. 16. 3. Nicetas.

4 An principia quibus amici utitur sint de fide.

Aliorum mendacia referri in sacra scriptura.

Lyranus.

Iud. 11. 16. Lapsus Iephte.

5

Origenes. Nicetas. Anselmus.

Ferrandus.

1. Cor. 3. 16.

Iob. 5. 13. Psa. 93. 13.

Formula citandi sacrum Testimoniū.

Anselmus.

cupia, de quibus inter illos & Iob convenit, veritates sacras continere; nā si quando errant, tūc illis repugnat Iob; & à Deo arguuntur; atque nos illorum errati admonemur. ita Origen. Nicet. Ansel. inferius adducendi sensisse videntur. Sed Origenes potissimum; *Qua divini (inquit) Spiritus consilio habentur, digna qua litterarū monumentis consignentur, ideo scribuntur, ut qui in ea incidit, ex eorum lectione capiat utilitatem. quare trium amicorum Iobi sermones nisi fructuosi essent, nunquam divina providentia passa esset ut in librum Iobi conferrentur.* illud quoque ad doctrinē amicorum laudem & auctoritatē facit, quod septiformem Spiritus sancti gratiam præsignatam ab Eliphaz cap. 5. intelligens S. Ferrandus Karthaginensis in Parenetico ad Reginum comitem, sic scribit: *Per septiformis Spiritus sancti abundantiam misericors Deus super te requiescet, sicut veracissimè amici sui fidelissimo Iob dixerunt; In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum.* Rem hanc videtur Paulus probare. 1. Cor. 3. usurpans tanquam sacrū, & æqualis cum Psalmis auctoritatis dictum Eliphaz cap. 5. *Comprehendam sapientes in astutia eorum.* sicut dictum David. Psalm. 93. *Dominus novit cogitationes sapientium, quoniam vane sunt.* & formula adducendi locum, eadem est quæ in sacris Scripturis citandis solennis esse solet: *Scriptum est.* nam id arguit Scripturam sacram, quæ per excellentiam Scripturæ dicuntur, & Biblia seu Libri. Quæ autem eo loco in hanc rem scribit Anselmus, non inutile fuerit adscribere; *Divina (inquit) sapientia reprehendit amicos Iob de locutione, dicens: Non estis locuti coram me rectum, sicut servus meus Iob. Cur ergo Paulus illorum sententiis tanta auctoritate utitur, si hæ ipsorum sententia dominica reprehensione quassantur? vel quo modo dicta eorum quasi præva respuimus, quæ Paulus ex auctoritate astruit? aut quomodo attestatio Pauli recta putabimus, quæ per semetipsum Dominus non recta definivit? sed utraque hæ citius quædam non sint diversa cognoscimus, si eiusdem dominica sententiæ subtilius verba pensamus; qui, cum dixit: Non estis locuti coram me rectum; illico adiunxit, Sicut servus meus Iob. Licet ergo, quia quædam in dictis eorum recta sunt, sed melioris comparatione superantur: nā inter alia quæ irrationabiliter dicunt ad beatum Iob, fortes multas sententias proferunt, sed comparata dictis fortioribus vim fortitudinis amittunt. Hęc*

Anselmus. qui sentit profectò quædam amicorum dicta faciæ esse auctoritatis, sed quandam peculiarem vim, & quandam splendorem Iobi sententiis peculiariter iuisse.

Accedit, quòd ab amicis sententias alias alii quoque sacri Scriptores mutuati videntur, ut Pet. 2. cap. 2. *Deus Angelis peccantibus non peperit.* quod cap. 4. dixit Eliphaz: *In Angelis suis reperit pravitatem.* & David Psalm. 143. ex Baldad accipit similitudinem vitæ cum umbra cap. 8. *Sicut umbra dies nostri sunt super terram.* & Psalm. 106. *Videbunt recti & letabuntur.* ex Eliph. c. 22. Et Moyses Levi. 26. promittens iustis: *Absque pavore habitabitis in terra vestra;* ex Sophar promittente Iobo: *Requiesces, & non erit qui exterreat.* & Deut. 10. *Qui personam non accipit, nec munera;* ex Eliu. 43. *Qui non accipit personas principum, nec cognovit tyrannū.* Rursus David Psalm. 7. v. 15. & Isai. 59. v. 14. ex Eliphaz cap. 15. *Concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* & Salomon Proverb. 2. *Impii de terra perdentur, & qui iniquè agunt, auferentur ex ea;* ex Baldad cap. 18. 17. *Memoria illius pereat de terra, & nō celebretur nomen eius in plateis.* & Pro. 29. *Humilem spiritu suscipiet gloria;* ex Eliphaz cap. 22. *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.*

Illud præterea, quòd revelationes divinas habeant, præfertim Eliphaz, hoc cap. 4. de cuius veritate non multò post disputabimus: & iterum cap. ultimo loquitur cum illo familiariter Deus. Quare non dubitant quidam illos appellare Prophetas; neque omnino falsò; si Prophetæ nomen latius sumatur, pro eo, qui de Deo loquitur aut familiariter cum illo agit, & qui divinas imagines, & revelationes recipit; licet strictior & germanior Prophetæ appellatio non quadret in illos, ut contendit Burgenfis loco jam indicato.

Secundò, multò certius statuendum videtur in re aliqua peculiari errasse, & quidem non sine culpa; cum à Deo increpante audiat Eliphaz: *Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non estis locuti coram me rectum.* Atque hoc efficiunt argumenta initio proposita pro parte adversa; de qua ignorat quædam attigi ca. 2. v. 11. Propterea Greg. in præfat. asserit *in culpam lapsos.* Chrysof. eandem obrem Peccatores appellat.

Sed quod nam illorum erratum est?

6

Alii sacri Scriptores sententias mutuati à Iobi amicis

2. Pet. 2. 4. Iob. 4. 19. Iudæ. 6. Psalm. 143. 4. Iob. 8. 9. 14. 2. Psalm. 106. 42. Iob. 22. 19. Levit. 26. 5. Iob. 11. 19. Deut. 10. 17. Iob. 34. 19.

Psalm. 7. 15. Isai. 59. 14. Iob. 15. 35.

Proverb. 2. 22. Iob. 18. 17.

Pro. 29. 23. Iob. 22. 29.

7

An amici Iob digni sint Prophetæ appellatione.

Burgenfis.

8

Peculiarè amicorum erratū & peccatum.

Iob. 42. 7.

Gregorius. Chrysof.

D. Thom. Lyranus. In quo nam erratū & peccatum ab amicis fuerit. Iob. 4. 20. Iob. 10. 18. Nicetas.

Gra. in præf. cap. 5.

Nazian. Nicetas.

Iob. 2. 15.

nam quæ D. Thom. & Lyra existimant crassiora videntur, quàm ut in illos cadere potuissent; præsertim, cum suppliciorum æternitatem videatur agnovisse Eliphaz ca. 4. dicens, fore ut *Impii in aeternum pereant.* & Sophar ca. 20. ut *Luant quæ fecerint omnia, nec tamen consumantur.* Illud ergo fuit, quòd Catenæ auctor initio huius capitis indicat, quòd ex ordinario & consueto ejus temporis divinæ providentiæ tenore, & cursu, qui bona bonis, mala improbis immittebat, universaliter colligebant neminem innocentem flagellari à Deo. Quare perperam etiam de Iobi moribus & vita statuebant. proptereaque hoc cap. ait Eliphaz; *Recordare, obsecro, quis unquam innocēs perit.* Idem quoque Gregor. docet; *Dum discernere (inquit) flagellorum causas nequeunt, in culpam dilabuntur; & dum Deum justum in persecutione sua conantur asserere, beatum Iob conati sunt de iniustitia reprobare.* idem Nazian. oratione in laudem Athanas. auctor Catenæ in protheoria cap. 16. *Quoniam (inquit) amicorum verba utilia sunt, licet absurdè in Iobum jactentur, ideo divina providentia perfectum est, ut hæc quoque scriptis traderentur.* idem apud eundem Origenes. Itaque cum propositiones universales Iobo applicant, falluntur & peccant; & cum ex divina bonitate, justitia, providentiâ colligunt numquam justum affligi nisi in iustè, vel Iobum justum non esse, sed hypocritam, pravè inferunt. Præterea Iobi verba perperam accipiunt, & sinistrè interpretantur; sed hic error non tam speculationis vitium est, quàm praxis cuiusdā. Quare non tam veritatis alicujus speculatione, & informatione; quàm oratione, pœnitentiâ, & sacrificio expiata culpa est, ut quæ ex ignorantia practica procederet; & ex malitia quadam inferèdi depravaret; & sinistra Iobi vitæ suspicione. Quamobrem hoc tantum illis tribuitur in libro Tobie, quòd Iobo *insultaverint.* ex his petenda est priorum objectionum responsio.



CAP. QVARTVM.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Calamitatum impatientiam, & ante actè vitæ hypocrisim, atque in administrando regno in humanitatem & tyrannidem Iobo affingit Eliphaz; proptereaque; justè flagellari à Deo; qui neminem infontem iniusto supplicio afficiat.

I. Respondens autem Eliphaz Themanites dixit.

1. Respondere in sacro Sermonè. explicatus Salomon	& præterea urbs ejus nominis. Themanita fortitudine & sapientia clari.
2. Quæ nominis Eliphaz interpretatio. Hæretici splendens nominibus gaudent.	Quæ velut Academia olim extiterint.
3. Quid Theman, an Regio.	



RESPONDENS. Respondere in sacris Litteris actionē unius erga alterum significat; quare nō tam est ad interrogata respondere, quàm aliquid erga alteru magere, sive loquendo, sive audiendo, sive gratum se alteri præbendo, sive repèdendo beneficium, aut quid simile. exempla occurrunt passim: pauca quædam accipe. Iudic. 5. *Vna sapientior cæteris, hæc socru verba respondit.* id est hæc matri Sifaræ lachrymanti & lugenti filium, ut desiderio & lachrymis responderet, sic ad illam locuta est. 1. Regum 9. cum aspexisset Samuel Saulem; *Dominus dixit ei.* Hebr. *Dominus respondit ei.* quasi illius desiderio & expectationi occurrès, Eccles. 10. *Pecunie obediunt omnia.* Hebr. *Argentum* respondet omnibus.* id est vim habet erga omnia. Hinc * Respondere, nō est loqui simpliciter, ut vulgo existimatur; sed loqui juxta temporis & auditoris exigentiam. Sic Christus Iesus respondisse scribitur Matth. 11. Luc. 14. cum ita loquebatur, vel orabat, ut infirmitati & in-

I טנה

Iudic. 5. 25.

1 Reg. 9. 17. Eccles. 10. 19.

* Tiene correspondencia con todas las cosas, y con todas ellas se entienda. * Hablar à propósito y en correspondencia de lo que el tiempo, y la occasion, y el auditorio pide. Math. 11. 25. Luc. 15. 3.

struccioni

structioni discipulorū conveniens erat. illud enim eleganter respōdere dicitur: *Hablar teniendo respecto a otro.* Ergo hoc etiam modo nunc respondet Eliphaz; & ita exorditur suam disputationem, ut Iobi querimoniam, & ægritudo postulare sibi videbantur. Illud præterea quidam observant in elegantia linguæ Hebraicæ, cum post verbum respondendi sequitur (*amar*) id est, *dixit*, pertinere ad exordium orationis & institutionem sermonis; ut hoc loco, *Respondens dixit:*

Eliphaz. Non est ille filius Esau Genes. 36. sed longè posterior; nam cognomine refert Theman nepotem Esau. ergo ab illis descendit. Nonnihil de hoc supra diximus, cum de genere Iobi disputarem. Quod verò attinet ad nominis interpretationem, idem sonat *Eliphaz*, quod *Dei conatus*, aut *Dei aurum*; ab (*el*) quod est Deus, & *PAZAZ*, quod est fortificari, aut conari; vel à (*Paz*) quod est aurum; vel potius, *Deus meus aurum*; vel, *Deus meus, mea vis, & meus conatus.* quod aliis verbis David dicebat, *Deus meus, fortitudo mea.* Gregorius tamen in præfatione cap. 7. Interlinealis, & Olympiodorus dixerunt significare *Dei contemptum*; Sed à qua radice derivari possit ea significatio & interpretatio, ignoratur. Quod verò addidit Olympiodorus sonare, *Deus me dissipavit*, vel, *Deus contemptio irrisione mea*: forte deduci putavit à (*Pazar*) quod est dissipare, aut dissipare. Sed cum prima illa nominis interpretatione facit, quod heretici soleant speciosas nomenclaturas usurpare; Simò virtutem Dei se dicebat: Montanus, Pàraclētum Ecclesiæ; Gnostici sic voluerūt appellari, quasi amplissima atque verissima rerum omnium notione insigniti essent præ cunctis mortalibus. Alii Cathari, id est mūdi, & puri; Apostolici, Evangelici; Illuminati, fucato nomine collucentes, & Dei aurum jactantes; nihil tamen veritatis, nihil probitatis habentes.

Themanites. Theman filius fuit Eliphaz filii Esau, Genes. 36. qui nomen urbi, imò & regioni dedit. Nam Theman dicunt fuisse urbem in terra Hus, unde Eliphaz fuerit; ibique regnaverit. idem censent Brochard. Breidembach. Christianus Adrichom in descriptione Terræ sanctæ; sed quidem Hierony. potissimum ejus nominis regionem agnoscere videtur, sic

scribens de locis Hebrai. *Themā regio principum Edom in terra Gebalitica, à Theman filio Eliphaz filii Esau sortita vocabulum. Sed & usque hodie est villa nomine. Theman distans ab urbe Petra quinque millibus; ubi & Romanorum militum presidium sedet; de quo loco fuit Eliphaz Rex Themanorum. unus quoque filiorum Ismael appellabatur Thema. Sciendum autem quod omnis australis regio Hebrais Theman dicitur.* Hæc Hieronymus. diximus etiam non nihil supra in descriptione terræ Hus. certè tanquam metropolis Idumæ commemoratur Jerem. 49. & Amos. 1. dū simul in Edom, Theman, & Bosram prophetat. Sed sive civitas, sive provincia Idumæ fuerit, certè Themanitæ excellenter fortitudinis & sapientiæ gloria. de illo Abd. adversus Idumæam ait: *Timentur fortes tui à Meridie, ut intereat vir de monte Esau.* in Heb. *Fortes tui Themā.* Quam vocem non appellativè, sed propriè accipiunt Septuaginta: *Pavebunt pugnatores tui, qui de Theman, ut auferatur homo de monte Esau.* de hoc verò, id est de sapientiæ studio. Baruch. 3. de divinæ legis sapientia loquitur; *Non est (inquit) audita in terra Kanaan, nec visa est in Theman.* & Jerem. 49. *Nunquid non ultra est sapientia in Theman? quasi diceret, qui prius sapientissimi habebantur Themanitæ, quo modo nunc sapientiæ, & consilio destituti sunt? An verò eam sapientiæ laudem propter naturale intellectus acumen, an propter sapientiæ studium; quod Themanitæ colerent disputationibus, scholis, lectionibus commeriti sint, non constat. Similiter Thecuitas sapientes fuisse ex eo colligunt, quòd pro reducendo Absalone Ioab *Misit Thecuam; & tūlis inde mulierem sapientem, &c.* & Dabirenos, quod Iudic. 1. *Dabir vocata fuerit, Cariath-Sepher, id est civitas litterarum,* quòd fuerit universitas, sive academia Palesthinæ, quales olim Memphis, & Heliopolis in Aegypto, Athenæ, Alexandria. Ergo cæteris sapientior Eliphaz Themanites, fortè etiam senior, priores disputandi vices obtinet: sicut Eliu junior postremas. Atque reliquorum etiam princeps videtur, ut qui duas habuit revelationes hinc, & cap. ultimo; atque unus ipse pro aliorum erratis reprehenditur.*



Superius cap. 1. vers. 1. num. 28. Jerem. 94-7. Amos. 1. 12.

Themanitæ fortitudine; & sapientiæ claruerunt. Abd.

LXX.

Baruch. 3. 23. Jerem. 49-7.

Quæ olim Academix.

2 Reg. 14. 2. Iudic. 1. 11.

II. Si cœperimus loqui tibi forsitan moleste accipies: sed conceptum sermonem tenere quis poterit?

1. Tentare in Hebræo varia expositio. Peccatum oris graviter puniri. Cuiusmodi quæ consolationes non admittunt. 2. Quid tenere sermonem verba vinculis & carcere indiget. ubi iusta fuerint in iniustitia detineri. non debet. Terentius elucidatus

I LXX.

תנא

Pagnin. Tentare in Heb. quid.

Philippus.

D. Thom.

Olympiod.

Chryso.

Psal. 10. 7.

LXX.

Chryso.

Si cœperimus loqui. Septuaginta, Græci, & plerique ex Hebræo primā hanc partem per interrogationem accipiunt, alii per assertionem; sensus tamē idem. Rursus in sententia major dissensio, quòd verbum (*Naçach*) diversimodè à Rabbini, & Hebraizantibus accipitur; illos vide in Pagnin. Sed eleganter noster interpretes, quod in fontè est, *Tentare*, ad exordium loquendi retulit, *si sentaverimus*, id est: *Si cœperimus loqui.*

Forssitan moleste accipies. Laborabis, lassaberis, fatigaberis, egrè ferēs. observat Philippus Eliphaz indicare se non placidè, neque leniter cum Iobo acturum sed aegerbè, & molestè, quòd sic expedire existimet. sed convenientior D. Thomæ annotatio, quòd jam notet Iobū animi dejecti, atque impatientis, ut qui molestè auditorus sit sana amicorum consilia, sicut ægrè & fastidiosè etiam visus est increpationem Dei sustinuisse. Lenior est Olympiodori interpretatio, Nosti, ô Iob, nunquam nos tibi locutos esse, quæ molesta acciderent; nunc verò contradicere cogimur. Alienius est, quod Chryso. laborem & molestiam, pro peccato, & vitiosa oratione accipit; sicut aliquandò eadem significatione dictum est: *Sub lingua ejus labor & dolor.* ergo lectionem Septuaginta: *Num sape tibi sermo est habitus in molestia?* in hunc sensum accipit, Vide ne aliquid in peccato locutus fueris, eaque de causa his premaris ærumnis; nam non solum actionibus, in quibus te præclare gessisti, sed etiam in verbis peccari solet. Papæ quantum supplicium quantosque cruciatus non arbitratur Chryso. stomus indignos peccato oris puniendo! Duo igitur præstat Eliphaz; nam & se præclare amici, non adulatoris munus præstare, & Iobum animi parum compositi significat, qui non modò audientis increpationibus, sed admittendæ

quoque consolationi suæ cladis, non sit. Qui ita dejecto sint animo, miratur Plutarchus lib. de differ. adulat. & amici, & ad adulatorium vitium refert; *Haud scio* (inquit) *quo pacto complures in rebus quidem adversis consolationes non ferunt, sed magis hos admittunt, qui una secum lamentantur, ac desunt.*

Sed conceptum sermonem. Septua. & Græci de ipsa Iobi oratione intelligunt; illi enim legunt. *Pondus verborum tuorū quis sustinebit?* id est, Insolentem istam orationem devorare nō possumus; quæ audivimus abs te, & quæ nostra mente percepimus, continere non valemus; cogimur itaque in te refundere, & evoinere. Sed simplicius, si de sua oratione sic loquatur Eliphaz; Cum tuæ istæ acerbæ querimonie, & asperior oratio postulent, ut de his tecum serio & acriter exoptulem, imperare mihi nulla ratione possum, ut taceam; & quæ dicēda iudico, silentio cōprimam; *teneam*, prohibeam; insolitum est nos tibi unquam contradicere, sed oratio ista desperantis, & indignantis animi, atque divinam providentiam criminantis vel ab invitis responsonē extorquet. Quod hinc tenere sermonem dicitur, ab eadem radice. Proverb. 25. est: *Cohibere spiritum sum. ad carcerem, & vincula,* in quibus aliquis detinetur, taanferri solet. Jerem. 29. & 4. Regum. 17. *Obsedit eum* (Heb. tenuit) & statim se explicat; *Vinctū misit in carcerem.* nimirum nō liberè emittenda sunt verba nisi post diligentē examinationem; retinaculis indigent, vinculis, compedibus; ubi vera, opportuna, iusta esse constiterit, in iniustitia detinetur, liberè emitti suo jure postulat. ait ergo Eliphaz, Injustus sim, si nō libera utar oratione; nihil adversus veritatem possum; Significat se vri zelo divini honoris tuendi, neque conceptum ignem detinere posse; nihil itaque mirandum si flamas evomat. Simile id Iere. 20. qui quòd acriter in peccatores atq; peccata inveheretur, opprobria & cōvitia accipiebat. Tacere, inquit, præstat; & dixit: *Non recordabor ejus, neque loquar ultra in nomine illius. sed conceptum sermonem tenere nō potest: & factus est in corde meo quasi ignis exstans, claususq;* (Heb. retentus, cohibitus) *in ossibus meis; & defeci ferre non sustinens. Verbum enim Dei non est alligatum.* Patefecit igitur oris aditum eluctantibus flammis.

Plutarch.

Cujusmodi sint qui consolationes fastidiant.

2 LXX.

Quid tenere sermonem. Proverb.

4. Reg. 17-4

Jerem. 20-9.

III. Ecce docuisti multos & manus lassas roborasti.

1. Particula ecce aut... 2. Tob & re, & consilio patientiam docuit magister... 3. Verbum docendi in Hebraeo quale... 4. Manus lassae, & dejecta brachia cuius habitus sit...

I philip.

Particula, Ecce Ironie serviens. Genes. 3. 12.

Greg.

Ecce, asseverantis est.

2

Chrysof. Polychron.

Actor. I. I. Isai. 50. 4.

Ineptum esse docendo, qui meribus dissimilibus sit. Greg.

ECCE. Philippus per irrisionem hęc dici existimat; Fama hęc pia opera de te iactaverat; ea verò tu præstabas, scilicet quasi diceret; Si hęc tu præstitisses, neque in has querimonias, neque in hęc mala devenisses. Aliquādo quidem particula, Ecce, ironiæ servit; ut illud: Ecce Adā quasi unus ex nobis factus est. dicit itaque Eliphaz. Ecce, Doctorem, atq; institutorem egregium aliorum. Alii existimant Eliphaz irridere medicum aliorum, qui se ipsum curare nesciat. Sed simplicius est, ut hęc sermō dicta accipiantur, uti communiter accipiunt Gregorius, Latini, & Græci: frequenter enim particula, Ecce, asseverationem importat; ex pietatis igitur operibus antea illius vitæ vel hypocritis colligit, vel impatientiam præsentis calamitatis exaggerat.

Docuisti multos. Chrysof. & Polychron. hęc referunt ad consolationem, & spem allatam sua oratione & consiliis afflictis hominibus; verosimile enim est non solum postea sua patientia, sed antea etiam docendi patientiam, & consolandi afflictos facultate, & officio excelluisse; quod operis ac muneris divinitus illi concessum fuisse illi iidem afflictis homines nunc experiuntur: & quidem utrumq; ad perfectum virtutis magistrum pertinet; facere, & docere, id est factis & verbis magistrū se exhibere. Dedit igitur illi Deus linguam eruditam, ut sciret sustentare eum, qui lassus esset, verbo. Oportet, inquit, te qui patientiam docuisti, patientem te præbere; quod si odisti disciplinā, quorsum enarrasti iustitias Dei, & assumpsisti illius testamentum per labia tua? pudere te deberet tam te tui dissimilem præbuisse. eleganter Gregor. dixit homil. 18. in Ezech. Cum ipsa sua verba doctores ad memoria reducunt, erubescunt non servare quod dicunt, unde per Salomonem quoque dicitur, Prov. 16. Anima laborantis laborat sibi, quia os suum compulit eum. os enim nostrum nos compellit ad laborē, quando per hoc, quod dicimus, a vitiis refrænamur.

Philippus hanc doctrinam paulò latius interpretatur, quod, ab errore multos revocavit, vel quod docuerit alios pro peccatis affligi à Deo. Alii in genere; Sapiencia tua aliis profuit, tibi verò nunc, cum opus est, deficit. Certè verbum docendi paulò asperius est, namque pertinet ad disciplinam & correptionē, à quo dicitur Deut. 8. Sicut erudit homo filium suum, sic Dominus Deus tuus erudit te. & Jerem. 31. Castigasti me Domine, & eruditus sum. erit ergo sententia huiusmodi; Vel ex te ipso discere potuisses, quorsum Deus te corripiat, & castiget; nam tu alios castigabas, erudiebas, corripiebas, cum ab officio declinabant; docebasque nō abijciendam Dei disciplinam, neque fatigandos animis cum à Deo corripentur; igitur his suppliciis conatur te Deus revocare à peccato, nisi correptionem & disciplinam abjicias.

Et manus lassas roborasti. Aliqui; Tepidos ad bona opera animasti, excitasti que. sed melius; Calamitatibus fractos, & lassata brachia ingenti ærumnarū pondere confirmasti, & recreasti, ne per impatientiam abjicerēt impositum à Deo supplicium; ad currēdum in semel cœpto virtutis, ac pietatis studio hortatus es. Manus lassae, & dejecta brachia pertinent ad habitū aut molliter, aut segniter ambulātis, aut currere non valentis; è contra verò adducere brachia, manus comprimere, fortiter iactare cubitos, strenuè currentis est; exempla sequens versiculus suppeditabit.

III. Vacillantes confirmaverunt sermones tui, & genua tremencia confortasti.

1. Quid vacillare, quid confirmare ex Hebraeo. 2. Genuum tremor, est exaggeratio timoris. 3. Prælati sunt collum Ecclesie, & Turris David. Confirmare debet infirmiores.

VACILLANTES. Perperam hoc ad eleemosynas quidam referunt; non enim commemorat Eliphaz ea facinora, quæ Iobus in opum possessione edidit, ut acutè observant Chrysof. & Polychron. ea enim nunc in tanta paupertate præstare non potest; sed illa tantum, quæ

3 philip.

Verbum docendi asperius.

Deut. 8. 5.

Jerem. 31. 18.

4

I

Chrysof. Polychron.

in hom-

Astunic.

Isai. 35. 3.

Heb. 12. 11.

* Recoged- las manos. braceas equ fuerca, y pifad fuerce. Heb. 12. 1.

Galat. 6. 9.

1. Cor. 17. 58.

Vacillare quid

Isai. 40. 30.

Genuum tremor quid indicet. Dan. 5. 6.

Psal. 108. 28.

12. Aeneid.

in homine afflictio & calamitosa desiderari possunt; patientiam, & animi constantiam, quas ipse sua oratione, & exhortatione, in aliorum ærumnis excitaverat. Alii quod per Genuum incurvationem res turpis significari soleat, ut dicemus infra cap. 31. nunc significari existimat, officium à Iobō præstitū in aliis revocandis à turpi libidine; sed quàm longè. Quod in proximo est, id quoque verum, & germanum est, totum hoc pertinere ad imbecillitatem quandam & languorem afflictis hominis, qui pressus calamitate vacillet animo, & tremat genibus, pedibus nutet, & casum minuetur; in quam rem dicitur ab Isai: Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate, dicit: Pusillanimes, nolite timere, confortamini, &c. Quæ omnia ad animum transtulit Paulus Heb. 12. Omnis (inquit) disciplina in presenti non videtur esse gaudii sed moeroris, propter quod remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris. instar strenuè currentium, ut bravium comprehendatis. quod eodem capite rursus dixit: Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen. similis exhortatio ad Galatas 6. Beneficientes nolite deficere. & 1. Corinth. 16. Stabiles estote, scientes quod labor vester non est inanis. & rectè omnia dicuntur, nam vacillare est in fonte impingere, aut offendere, aut præ imbecillitate casum minitari. cuius verbi proprietates explicatur Isai. 40. Iuvenes in infirmitate cadent; (vacillabunt, nutabunt, impingent, cadent) Qui autem sperant in Domino, current & non laborabunt, &c. Confirmare autem est, efficere ut stet aliquid firmum, constans, columnæ instar, quæ neque nutet, neque in alteram partem inclinet, quæ impositum pondus recta sustineat, quæ à sua sede & loco moveri minime possit. Iustus enim afflictus, dum afflictionis sit patiens, columnam aliquam firmissimam imitatur, quæ quò majus pondus sustinet, constantior & firmior est in suo loco.

Genua tremencia: Tremor genuum ad timoris vehementiam pertinere solet, sicut scriptum est Danielis. 5. Genua ejus ad se invicem collidebantur. Sed hoc loco ad imbecillitatem refertur, sicut & id Psalm. 128. Genua mea infirmata sunt à junio. Simile illud. Genua labant, gelidus concrevit frigore sanguis.

Quare tremencia, propr. est, curvantia, quod infirmitatis est, non potentis consistere rectis pedibus; sicut Psalm. 17. Supplantasti insurgentes in me subtus me. Hieronymus ex Hebræ. Incurvastis resistentes mihi subtus me. & eodem modo 2. Reg. 22. ideoq; sequitur: Inimicos meos dedisti mihi dorsum. Verbum (ChazaK) nescio quem excessum fortitudinis, & roboris affert, Prævalentia reddidisti, ut invalescerent super ærumnas; ne cederent calamitatibus.

Sed illud observandum, hoc loco indicari quod sit optimi principis, cuiusvis prælati munus, nimirum deficientibus animos facere, infirmis addere fortitudinem, dicere, Pusillanimes nolite timere. Propterea prælati, & principes sunt velut collum Ecclesiæ, per quos à summo capite Deo robor, alimentaque virtutis, consiliorum; doctrine ad nos transtmittuntur. Quale verò ejusmodi collum futurum sit explicatur Cantic. 4. Sicut turris David collum tuum, quæ adificata est cum propugnaculis, mille clypei pendunt ex ea, omnis armatura fortium. erat enim in monte Sion, eminentissimo videlicet & nobilissimo urbis loco turris erecta, quæ suo aspectu civium animos reficeret, & confirmaret, atque ut ed confugerent, qui armis viribusque destituerentur. & sicut illi securi dormiunt, qui ad caput lecti gladium suspensum habent, quo opportunè uti possint, si quid insidiarum aut periculi subito accidat; ita certè fideles ad caput suum, ad collum Ecclesiæ, apud suos prælatos habent arma parata, quibus se in omni discrimine communiunt. Vide Plutarchum in commentum feni gerenda sit resp. præcipientem, ut princeps omnes erigat & consoletur, neque animum despondere juvenem sinat. quod adductis exemplis confirmat. atque hoc ad militiæ secularis Christianum ducè pertinere imprimis S. Ferradus Chartaginiensis Ecclesiæ Diaconus scribit in parænetico ad Reginū: Corripiuntur (inquit) inquieti; consolantur pusillanimes; suscipiuntur infirmi; licentia scelerum demittitur improbis; & bene agendi sortitur innocentia libertatem.

★ ★ ★

R

V. Nanc

Psal. 17. 40.

1. Reg. 22. 4.

PIQ

Quod sit optimi prælati munus.

Cantic. 4. 4. Prælati Ecclesiæ sunt Turris David.

Plutarch.

Ferrandus.

U. Nunc autem venit super te plaga, & defecisti: tetigit te, & conturbatus es.

1. Tangere, Conturbare, Festinare in sacro sermone, explicatus David. 2. Secunda ex Heb sententia, venire Deum, in malum. Paulus elucidatus.

I

IMPATIENTIAE tribuit illum calamitatu suarum sensum, quem expressit superioribus lamentationibus. Deficere autem est idem quod supra, Molestè accipere; aut præ molestia & labore lassari, & deficere; Quamvis (inquit Eliphaz) tactus, percussus vehementer fuisses, & clade ingenti pressus, percussus (nihil enim leve verbum tangendi habet) non deberes conturbari, sed imperterritus consistere; ea enim conturbatio pertinet ad ingentem quemdam terrorem, quo afficiuntur ii, qui undique se malis obsessos vident, verbum idem Psalm. 82. In ira tua turbabis eos. Exod. 15. Conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor. Septuaginta, Et Festinasti, quod Chrysostr. & Polychronius eleganter explicavit. ductum (inquiunt) verbum est ab iis, qui tumultu perterrefacti celeritatem addunt ad gradum; nam qui timet, aut terretur, festinat, ut fugiat; sicut id Levi. 26. Visitabo vos velociter. alii vertunt & explicant; Visitabo vos in terrore. & id Psalm. 77. Defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum festinatione. semper pavidi, minimè que securi. brevis vitæ cursus, multisque perturbationibus infestus.

Psalm. 28. 16.

Exod. 15. 15.

LXX.

Polychron.

Levit. 26. 16.

Psalm. 77. 33.

* La vida breve y es llena de temores, y sobre saltos.

Sed quidè cum in originali nõ sit expressum illud suppositum Plaga, quod Vulgatus sapienter supplevit, videtur verbum veniendi pronum esse, ut cum Deo conjugatur in hanc sententiam; Venit ad te Deus, visitavit te; id est, gravi te supplicio affecit (Dei enim visitatio, & adventus aliquando in malum, & pœnam sumitur) & defecisti; ad illius conspectum terribilem, & minacem. & pertigit te, pervenit usque ad te; & præ timore, & perturbatione, celeritateque fugiendi ab illo averfus es. Sic etiam Paulus Deum punientem inducit, obviam procedentem iis, quos punire vult;

Tanquam filius (inquit) vobis offert se Deus.

Heb. 11. 7.

U. Ubi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum?

1. Eliphaz principis veris utitur ad reprehendum Iob. Salomon elucidatus. 2. Quid constantia. Quid dissoluti corde ex Ecclesiastico.

3. Quid Patientia ex Hebræo. Deus dicitur Patientia Israel. 4. Iob per summam injuriam reprehensus. Prælati sepe à subditis iniquè notati.

2

NUNC tandem (inquit Eliphaz) tribulatio, quam sustines, velut lapis Lydius, prodidit non veras, sed falsas fuisse illarum omnium virtutum imagines, quas præferebas; vel si veræ fuerunt, miratur, cum maximè opus sunt, non comparere. Timor, pietas, religio divini numinis observantia; ut non semel diximus; nam minùs cohæret, quod Græci dicunt colludere cum illo, quod ipse Iob dixerat: Timor, quem timebam, evenit mihi; & ex lectione Septuaginta: Nonne timor tuus est in stultitia? vel, ut Augustinus habet: Nonne timor tuus stultus est? eliciunt hanc sententiam; Si probus extitisses, nihil timere debuisses; nam vir probus non dejicitur timore, sed potius erigitur fiducia, & spe. vel stultus igitur & temerarius metus fuit, si innocens eras; vel ille timor vitam tuam flagitiosam fuisse comprobavit; nam innocentia non mala, & sæva præsumit; sed læta, atque fœlicia. Vides hinc duo principia verissima assumere Eliphaz, sed malè applicare ad rem Iobi; alterum, Iustum habere conscientie pacem, & in medio prælio sperare, & nihil timere; quoniam Deus illius illuminatio, & salus, vitæque protector. Alterum, sicut perturbata conscientia præsumit sava, ita probitas, in bonum casura omnia confidit. sicut scriptum est: * Cor sapientis in dextera ejus, & cor stulti in sinistra illius. id est, cor justi sæper pulsatur, & erigitur dextra, & fœlici bonorum spe; at cor impii percellitur sinistra suspitione. Sed potius lectionem Septuaginta ego acciperem in hanc sententiam; stulta & vana est illa pietas, quæ cum in fœlicitate splendeat, in tribulatione deficit. Polychronius, Stulta pietas, quæ aliis pro fuerit, tibi indigenti usui non sit.

Iob. 3. 25. LXX.

Eliphaz malè utitur principis veris. Psalm. 26.

Sapient. 17. 11. Eccles. 10. 2. * Al bueno le da el corazón siempre lo mejor, y al malo lo peor.

LXX.

Polychron.

Fortitudo.

2 Psalm. 77. 7.

Eccles. 2. 15. * A los q con el golpe del agua y olas, se les quebra ron las amarras, y perdieron el anchora Isai. 30. 15.

3 Quid patientia.

תיר LXX. Iob. 1. 9.

Isai. 28. 16.

Deus dicitur patientia Israel. Hieron. 14. 8. Iob. 17. 15.

4 Aquila. August. LXX. κακία οκκία D. Thom.

Fortitudo. Constantia; quæ etiam spes, aut fiducia dici solet, vox eadem, quæ Psalm. 77. Et ponant in Deo spem suam. nam hæc firmum atq; constantem hominem reddit; & sicut anchora defixum, & immotum tenet hominem in re desiderata, & expectata; secus vaga redditur mès, atque passioem suarum ludibrio permittitur, sicut S. S. Væ * dissolutis corde. id est, Væ illis, qui furentium undarum vi dissipatis funibus, speiq; anchora amissa fluctuant) Qui non credunt Deo, & ideo non proteguntur ab eo. Eleganter Isa. hanc fiduciam, (pei vè fortitudinem expressit cap. 30. In silentio (Hebr. in quiete, vel in quiescendo) & Spe (fiducia concepta de divina ope) erit fortitudo vestra (hæc vos fortes, constantes imperterritos, malis superiores efficiet.

Patientia, autem potest esse hoc loco expectatio; quæ significatio non est infrequens in sacris, à verbo (Kavah) q expectare significat; quare Septuaginta dixerunt, Spes tua. Primò ergo quidam alusionem fieri putant cum irrisione quadam ad id; Nunquid Iob frustra timet Deum? Ubi est timor ille religiosus; ubi fiducia; ubi expectatio præmii, & tuarum utilitatum? nam propterea timebas Deum, ut tuam rem amplificaret; jam nunc cum nihil ab illo expectes, pietatem & timorem exuisti. vel secundò mitius, Cur, quæso, turbaris, cum semper de Deo bene sperare debeas? Qui crediderit in illum non festinet. Et ideo: Recordare quis unquam innocens perit. Ideo hac voce originali dicitur Deus Expectatio, aut Patientia Israel, Hierem. 14. & in eandem sententiam dixit Iob cap. 17. Ubi est ergo nunc præstolatio mea. Rursusq; : Patientiam meam quis considerat? Sed simplicius videtur, si simpliciter hæc virtutes accipiantur, à quibus putetur defecisse præ magnitudine calamitatis. Patientia autem, quia cum expectatione divini auxilii, & ingentis præmii conjuncta esse debet, habet nomen expectationis.

Et perfectio. Aquila dixit: Simplicitas viarum tuarum. Augustin. Simplicitas vita tua. quare mirum, quod Septuaginta. legerint: Iniquitas vita tua, fortè p (achachia) id est, innocetia (chachiam) iniquitatem, aut malitiam aliquis supplevit.

Sed illud D. Thom. subtiliter observat objici Iobo defectum quatuor virtu-

tum, quibus impatientis & irati animi impetus cohiberi solet, & quas Iobus sanè retinuit semper; ut videas quàm acriter his verbis pungatur. Primò Timoris Dei & reverentie erga divinam providentiam; hæc ille usus est, dicens: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est. Secundò Fortitudinis, atque constantie in adversis; sive sit virtus qua homo fortiter sustinet, vel aggreditur adversa; sive donum, quo redditur mens promptè & facilè mobilis ab Spiritu sancto, ut constanter sequatur ejus instinctum pro virtute in adversis; hæc quoque habuit Iob, cum dixit: Si bona suscepimus de manu Domini, &c. Tertiò Patientie, qua juxta rectæ rationis regulam sustinentur adversitates; atque in hanc rem rationibus quoque ex Philosophia petitis animi sui dolorem sedavit. Tandem vitæ innocentie, & amoris honestæ actionis, propter quem recedit homo à malo, & adhæret bono; quàmvis laborandum sit; qua etiam morum integritate excelluit Iob. Illud quoque non inutiliter ex hac Eliphaz reprehensione colligit. D. Gregor. ad finem lib. 4. quàm sepe multis displiceant prælatorum suorum dicta, vel facta; quod minimè intelligant, qua ratione dicta factave sint.

Iob per summam injuriam reprehensus.

Iob. 1. 12.

Iob. 2. 10.

D. Greg.

U. I. Recordare, obsecro te, quis unquam innocens perit? aut quando recti delati sunt.

1. Quid sit Iustum non perire, explicatus Paulus de constantia in arumnis. 2. Lenior interpretatio. 3. Chaldaei hujus loci paraphrasis.

I Adhuc perstet Eliphaz in reprehenda (quam ipse existimabat) Iobi impatientia, sensus erit justos & innocentes non perire, id est, non deficere in laboribus, non absorberi æstu dolorum, non cedere tentationibus, sed subsistere in miseris. sic Paulus non ex sua tantum, sed ex reliquorū etiam persona justorum ait. 2. Corinthio. 4. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur aporiamur

2. Cor. 4. 8.

(ingenti rerum necessariorum inopia premimur) sed non destituimur (non opprimimur egestate; laboramus, sed egestati non succumbimus) persecutionem patimur, sed non derelinquimur; humiliamur, sed non confundimur; deijcitur, sed non perimus. & Roma. 8. In his omnibus superamus, (superiores evadimus. Epitaphium habet in Greco, quasi diceret, * supervincimus. Innocentia nobis animos facit; tam longè abest, ut pereamus & deficiamus). At lenior erit sensus atque contextus, si hic incipiat Eliphaz probare, calamitates contingere hominibus propter peccata; quare obsecratoria illa formula utitur, quæ exordio orationis, & conciliandæ aut benevolentia, aut attentioni apta est. Ergo vel non meminit Abel iusti iniuste à fratre occisi; neq; Abraham propter uxorem periclitantis; nec Isaac & Jacob, qui Palestinorum infestationem passi sunt, ut ait Philip. propterea ait, non solum ignoranter, sed etiam violenter exprobare. vel ut Cajetanus conijcit, non agit de clade, & morte, quam homo homini affert, sed quam Deus peculiari providentia, aut iustitiæ zelo immittit; qualem fuisse putabat Eliphaz, quæ Iobo acciderat, vel tadem de iis loquitur, quæ in quotidiano usu & experientia erant: sic enim ait, Recordare, quasi appellans ad experientiam, quæ ex multis memoriis comparatur; & sic infra ait: Vidi eos, &c. Et David quasi experimēto edoctus loquitur Psalm. 36. Junior fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen ejus quarens panem. supple, etiam derelictum. tunc autem innocentem perire erit omni necessario vitæ subsidio destitui, neque invenire vel frustrum panis, cum illud quærat; & rectos deleri, erit, cum familia & sobole stirpitis convelli & interire. Septuaginta. Quando veraces radicitus perierunt? Olympiodorus sic ait: Illud radicitus magnam vim habet, rerumque omnium interitum declarat, fortunarum inquam amissionem, extinctionem liberorum, corporis afflictationem. quare Latinus interpres eleganter dixit deleri sunt; quod propriè diceret, absconditi sunt, aut succisi. nam (Chabhad) est ita tollere, & succidere aliquid, ut nullum maneat signum, aut vestigium; quemadmodum cum aliquid deletur; quod tunc temporis in solitum erat: nam Deus suos bonis temporalibus cumulabat; illaque ipsa, sequentis

postea sæculis, iustis promittebat, dicens: Si audieritis me, bona terra comedetis. Kaldæus ferè in eodem sensu, sed strictius, refert ad primos illos Patriarchas Iobi progenitores; Recordare (inquit) an Abraham iustus, aut Isaac perierint. & secundam partem refert ad diluvium, quo impii obruti sunt. ergo utraque pars ad aliquod manifestum supplicium de peccatoribus sumptum alludere poterit; Memoria repete, an, quando Deus subvertit Sodomam, Innocens Loth perierit? verosimile enim est fuisse apud istos Abrahami posteros pervulgatum illud dictum ejusdem Abrahami Ge. 18. ad angelos Sodomæ subversores: Absit à te Domine, ut rē hanc facias, & occidas iustum cum impio, si atq; iustus sicut impius. rursus illud, deleri sunt pertineat ad diluvium, à quo ereptus est Noe; tunc enim dixit Deus: Delebo hominem, quem creavi. iustum verò, quem coram se vidit, non delevit.

U I I. Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores & metunt eos:

- | | |
|---|---|
| 1. Videre ad experientiam pertinet. | peccandi, & laborandi. |
| 2. Operari in sacro sermone. Impius agricola similis. | 6. Secunda responsio. eadem vox significat dolorem, & concupiscentiam, et placentiam David. |
| 3. Allegoria agricultura ad mores velata. Quis ager, quis imber, quæ messoria falx. | 7. Optima & verissima causa rei proposita. illustratus Psalm. |
| 4. Dolor quid, active sumptus. | 8. Dolor pro iniustitia. Elucidatus Isaias. |
| 5. Voluptuarii cur dolorem metant, prima responsio. In Hebræo idem verbum. | 9. Impiorum seges, & messis, messoria falx. Impius etiam bos aratro iunctus. |

V I D I. Sicut nuper dicebamus, ad experimentum pertinet; sicut & id: Nunc cognovi, quod timeas Deum; id est, Re ipsa & experientia ostendisti, quod timeas Deum. & Num. 11. iam nunc videbis, utrum meus sermo opere cõpleatur. videbis experimento certissimo cognosces. Igitur ait Eliphaz; Nemo unquam iustus perit, nemo rectus radicitus excisus est; impii pereunt & consumuntur, iustum de illis fumante supplicium Deo.

Isai. 1. 19. Chaldæus.

Genes. 18. 25

Genes. 6. 7.

Genes. 22. 12.

Num. 11. 23. * No te parezca, q me alargo en prometer; q a la experiencia, y a las obras te remito.

Qui

2 Qui operantur iniquitatem. Translatio ab agrorum cultura. quare operari iniquitatem, erit iniquitatem excolere, velut agrum quendam aptum ferendis seminibus, & fructui percipiendo; quod indicant sequentes quoque voces, seminandi, atque metendi; in genere autem operari, est operam & laborem alicui rei impendere; quamquam verbum originale (Hharas) arare significat, quemadmodum etiam Septuaginta vertunt: Vidi eos qui arant absurda. sed quidem verbi huius significatio sive propria, sive translata rectè in impios quadrat; nam sicut qui arat, terræ glebas proscindit & vertit; ita qui aliquid magni momenti machinatur & molitur, omnia tentat cum ingenti expectatione boni eventus: quæ omnia verbum, Hharas, complectitur. improbi igitur arant, vertunt, invertunt omnia, omnem glebam, omnemque lapidem movent, vomere latentia quæque perferuntur, ardēt cupiditatibus, magnam sibi voluptatum segetem ex suis cogitationibus & artificiis pollicentur. Tum etiam qui arat, & sinum terræ aperit, illi femina mandat, quæ deinde occulit & consepelit, ut terræ gremio excepta foventur, & herbescant; ita sanè improbi iniquitates operantur in corde, & cogitant malum, & concupiscentes concipiunt in corde, quæ deinde suo tempore proferat & perficiant. Quare existimo hîc ab Eliphaz Iobum notari hypocrisis, quod corde machinatus fuerit malum, & in occulto fuerit impius; propterea que occultæ impietatis hos publicos, & cunctis mortalibus conspicuos dolorum fructus perceperit. eodem enim verbo originali operandi dicitur Proverbiorum. 6. Cor machinans cogitationes pessimas. & Prov. 3. Ne moliaris (cogites) amico tuo malum. & 1. Reg. 23. Quia prepararet (cogitaret, machinaretur) ei Saul clam (in corde, tacitus) malum.

3 Huius autem allegoriæ sive in bonum, sive in malum frequens est in sacris Libris usurpatio; nam sive virtutis, sive laboris opera cum labore quodam exercemus, & nō statim fructum percipimus sed progressus quosdam agriculturæ similes facim⁹. Quare tota vitæ nostræ ratio in agricultura quadam posita videtur: nam inter creaturas reliquas solæ arbores frugiferæ, atque semina videntur hominis

opera, & industria egere; sic homo sua ipsius cura, custodia, diligentia, cultura. id quod indicavit Deus homini, cum posuit eum in paradiso voluptatis, ut operaretur & custodiret illum; fecitque luminaria, ut essent in signa, & tempora; videlicet ut significarent, admonerentque nos de tempore opportuno ad ferendum, metendum, atque ad alia agrorum opera exercenda; ideo enim cap. 8. id explicatur cum dicitur: Cūctis diebus terra, seminat, & metis. & qui ducendis recta, sulcis, & tenendo aratro ineptus est (ut qui non respiciat in directum, usque ad finem, sed respiciat retro) neq; aptus erit regno Dei. Sub qua metaphora tū alias virtutes, tum patientiam à nobis sæpe requirit Deus. Galat. 6. Non deficiamus; operemur bonum, & tempore suo metemus. Iacob. 1. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ patienter ferens. Eccle. 6. Quasi is qui arat, & qui seminat accede ad sapientiam, & sustine (expecta) bonos (uberes) fructus illius, in opere (cultura) enim illius paululum laborabis & cito edes de generationibus (fructibus) progenitis illius. Igitur terra, quæ excolenda est in Scriptura ipsa indicatur vel pietas, vel iniquitas, virtus, vitium vè; in qua tractanda laboramus, & cui tanquā semina committimus ipsa nostra studia, desideria, labores, opera. quare eodem modo hoc loco dicuntur impii operari iniquitatē, sicut in Genes. 2. Vt operaretur terram. & Hoseæ 10. Arastis impietatem. Rursusque Sapiens ipsam sapientiam terram dicit: Quasi is qui arat, & qui seminat, accede ad sapientiam, & sustine bonos fructus illius. Paulus verò carnem aut spiritum, quibus actiones nostræ & curæ mandantur, & in quorum cultura nos exercemus, vocat terrā, cum ait Galat. 6. Qui seminat in carne, & qui seminat in spiritu. tandem aliquando operariis & agricolis pietatis Deus ipse, quem colunt, est terra, quam excolunt, cum ipse dicat Ierem. 2. Numquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina? & illud: Vita vestra abscondita (seminata) est cum Christo in Deo. Seminam⁹ in lachrymis; hoc imbre aluntur nostra opera: & in exultatione metemus: Messorem nostram, atque laborem juvabunt angeli; qui messores dicuntur Matthei 3. Porro misericordiam, vult Deus optimus esse messoriam falcem. Hof. 10. Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordiae. sicut di-

Genes. 2. 15.

Genes. 1. 16.

Genes. 8. 22.

Luc. 9. 62.

Galat. 6. 9.

Iacob. 1. 7.

Eccle. 6. 19.

Quæ dicatur terra excolenda in spirituali agricultura.

Genes. 2. 15.

Hoseæ. 10. 13.

Eccle. 6. 19.

Galat. 6. 8.

Ierem. 2. 31.

Galat. 3. 3.

Messores qui.

Matth. 13. 19.

Hoseæ. 10. 12.

Falx messoria iustorum.

* Al tiempo de la siega para q sea sin trabajo os dara Dios una hoz cortadora, y endè cada de su mano para q derribéis misericordias a manos, y manos jos de gloria.

citur, in ore gladii. Scriptura enim talei os tribuit, nos dentes. Quamvis enim Deus ex iustitiæ lege præmia conferrat, quia tamen præmiat ultra condignum, ideo iustitia illa, quæ cum tanta & tam uberi misericordia & liberalitate conjuncta est, misericordia appellatur. Denique suam ipse Deus domum mansionibus multis, velut horreis distinguit, in quæ cum operum præmiis & meritis inferemur per æternitatem asservandi; fructibusque manuum nostrarum fructuari. Hic contraria de impiorum semete & messe cogita; sed ea indicabimus in sequentibus.

4 **Quid dolor.** *Job. 5. 7. Ionæ. 4. 10.* **עמל** **Seminat dolores.** Hoc loco dolor est idem quod afflicto, labor, lassitudo; eadè vox infra cap. 5. *Homo nascitur ad laborem.* & ad rem agrariam aliquando accommodatur, ut Ionæ. 4. *Tu doles super hederam, in qua non laborasti, neque fecisti ut cresceret.* & fabri, quorum vita laboriosa est, hoc nomine dicuntur (*Ghamelim*) ab eadem radice quasi laboratores; sic nos, *trabajadores.*

Sed mirum quòd cum peccator in unâ voluptatem percipiendam operam & impensam conferat, laborem dicatur seminare, & non aliam, quàm dolorum & anxietatis sementem facere. Multiplex hujus rei causa assignari potest; Prima, quæ ex ipsis vocibus sumitur, quòd eadè vox laborem, & iniquitatem significet; ut Psalm. 54. *Labor in medio ejus, & iniustitia.* Quare prætereundum non est, quòd in ipsa lingua sancta, quæ mysteriis abundat, verbum *laborandi* idem propemodum sit, quòd verbum *prævaricandi* & transgrediendi, contemnendiq; Dei præceptum; sola quidem Litterarum inversione differunt: nã (*Ghamal*) est laborare; (*Maghal*) verò est prævaricari; ex prævaricatione namque ad laborem, & ærumnas & molestissimam illam terræ culturam damnatus homo est; cum dictum ei est: *Quia comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo; in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vita tua, spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ in sudore vultus tui vesceris pane tuo.*

5 **Secunda solutio difficultatis** Secundò, quoniam illæ ipsæ voluptates, atque delitiæ cum ingenti labore & sollicitudine comparantur. Hoc enim illud Jeremiæ est: *Vt iniquè agerent, laboraverunt.* & id Salomonis Proverb. 13. *Peccatores persequitur malum.* nam ut Plato dixit:

Pana injustitia comes est. & quod ad hanc iniquæ terræ culturam pertinet, Prov. 16. *Vir insipiens fodit malum.* indefesso enim labore torquentur impii, dum fodientium, & arantium instat, suam illam iniquitatis terram vertunt, & subigunt; non aliter ea omnia, quæ in mundo sunt, *Concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vita,* laborem & lassitudinem appellat Ecclesiastes, atque laborem ejus modi, quo laborat perpetuò homo. *Quid (inquit) habet amplius homo, de universo labore suo, quo laborat sub sole.* eam enim numquam intermittendi laboris legem, illa vox *laborat,* præsentis temporis indicat, ut olim, cum eam sententiam expenderemus, observavimus. siue ergo cogitet de impietate, ut illam perficiat; siue jam obtentis votis fruatur, nunquam non laborat. eleganter Isaias dum idololatrias insultat, qui suis idolis onusti, vel ut illos ab hostibus eriperent, vel quòd hostes illa imponerent suis cultoribus jam captivis gestanda, sudabant & defatigabantur: *Confractus est Bel, contritus est Nabo, facta sunt simulacra eorum bestias, & jumentis: onera vestra gravi pondere usque ad lassitudinem.*

6 **Tertiò satisfit dubitationi præcedenti.** Tertia, quoniam si nihil pro peccatis in impuræ vitæ cultura percepturi sunt, quàm dolorem, & cruciatum, certè dolor est id quòd seminatur, & ratio est; nemo enim colligit de spinis uvas, nec de tribulis ficus; neque potest arbor bona malos fructus facere; malum ergo semen est, quòd seminatur impius. & cum, quæ cogitantur, & concupiscentia cõcipit, rationem & similitudinem feminis habeant, certè idem nomen apud Hebræos dolorem & luctum sonat, paritèrque concupiscentiam; videlicet (*on*) ab (*iva*) quòd est concupiscere; unde inferiùs. cap. 20. dicitur: *Manus illius reddent ei dolorem suum;* quasi dicat, reddet semen, quòd terra multiplicatum reddere solet agricolæ, Non aliter cum iustis lætitiã, atque jucunditatem ex suis operibus percepturus sit, quàmvis ærumnarum, quas patienter sustinet, & voluntariè corporis macerationis sementem faciat, lætitiã tamen seminare dicitur Psalm. 96. *Lux orta est iusto, & rectis corde lætitiã.* Hebræ. Lux lata, seminata; quare *orta est,* non quæ ratione sol in cælo oritur, sed ea ratione qua semen in terra nascitur, & fru-

Jerem. 5. 9. Prover. 13. 21. Plato lib. 5. de legibus. Prover. 16. 17.

Isai. 46. 1.

Tertiò satisfit dubitationi præcedenti.

Job. 20. 10.

Psalm. 96. 11.

Etum

7 **Quarta & optima responsio.**

Psalm. 125. 6.

8 **Dolor pro iniquitate.**

*Isai. 59. 4. * No ay quic no trate deponer demãdas. y pleytos injustos. traçan, de hazer mal y agravio, y la lense cõ ello. Psalm. 7. 15. Psalm. 7. 10.*

9 **Qualis sit impiorum seges, & messis.** *Aggæ. 1. 6.*

Etum profert; lucem ergo, id est, quidquid lætum, jucundum, fælix est, percipient.

7 **Quarta, & quæ totius dubitationis nõdũ facillè explicat,** quia id seminat quisque, quòd non comedit, neque in suos usus expendit, neque asservat, sed terræ committit. quare interdum famescit agricola, ejusque familia, ne si semina cõvertat in victũ quotidianum, seminis copia necessaria desit sementi faciendæ; illud igitur seminat, quòd sibi negat. *Quid tibi illi seminasse videtur, qui euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua?* Lachrymas didices, & luctum, merorem, egestatem. minimè verò, imò risum, lætitiã, gaudium, exultationem, & uberem omnis fœlicitatis segetem; nam hæc sibi negabant, ne sementi deessent. id explicat originalis vox, ex qua hæc sententiã elicitur: *Euntes, ibant & flebant, portantes semen pretiosum.* cum enim pretiosa & jucunda quæque abjicerent, atque dispergerent, mærebant, & lachrymabant. *Quid porrò seminat impius, qui se voluptatibus exsaturat, & omnia jucunda & mollia consecratur?* cum hæc ille in suos vitæ usus conferat, sementi nihil nisi dolorem, cruciatum, aspera omnia & acerba relinquit; *seminat igitur dolorem.*

8 **Sed si dolor, hoc loco non simpliciter pro quovis peccato, sed pro eo, quòd iniquum & injurium proximo est, accipiatur, fortè meliùs omnia cohærebunt.** *dolor ergo fumetur activè, & methonymicòs, pro eo, quòd dolorem efficit, aut infert; in quo etiam sensu dictum est Isai. 59. Non est qui invocet justitiã conceperunt dolorem, & pepererunt iniquitatem.* Psalm. 7. *Parturit iniustitiã, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* & illud, *Sub lingua ejus labor;* id est, occultè agit de struendis infidiis, & affligendis innocentibus: metent ergo, quoniam *Convertetur dolor ejus (quem nititur aliis inferre) in caput ejus, & in verticem ipsius iniquitas, ejus (violètia, injuria) descendet.* & sic bene cohæret, quòd inferiùs Iobum cum leone comparat præde inhiantem, & contra jus fãsq; imbecilliores discerpente.

9 **Et metunt eos.** Vt aliquid quoq; de hac messione dicamus, miserrimum est spem semetis frustrari, ut messis sementi non respondeat; sicut Aggæus dicit: *Seminafistis multum, & intulistis parum,* (ut terræ, & soli

ingratiudinè significaret ob peccata sterilescentis) *comedistis, & non estis satiati* (& illud quidquid fuit, quòd percepistis, quæ asilendi facultate destitutum esset, famem vestram non explevit. sic quoque impiis, dixit Hoseas: *Arastis impietatem, comedistis frugem mendacii.* sed multò miserius, si nihil omnino fructuosum, sed omnia vitæ, & spei cõtraria percipiatur; sicut S. S. *Impius facit opus instabile.* Heb. fallax, vel falsum; quòd spei non respondet. nam *dolorem* profert, ex quo videbatur decerpèda voluptas. *Quid, quòd non solum agricolam agit, sed bovem jugo & loris vincitum, dæmone stimulante & agitante, & jugum iniquitatis gravissimum atq; durissimum sustinentem, atque labore & nisu incredibili trahentem iniquitatem infuniculis vanitatis, & quasi vinculum plaustris peccatum? sed quam putas esse necessariam falcem, qua impius pessimam frugem demetit? certè cum in ore misericordia justi messuri sint; improbi in ore justitiæ divinæ digna suis sceleribus supplicia præcedent.* Ecce ut de suppliciorũ impiorum verissima prædicet Eliphaz. sed illud tamen, ut Olympiodorus & Polychronius notarunt, ipse non animadvertit, nõ semper in hac vita esse remunerationem, neque tempus metendi; sed potissimum in futura: *Suo enim tempore metemus,* ut Paulus ait: *Tunc dicit messoribus suis, Mittite falcem, quoniam jam aruit messis terra.* Sed pergendum, ut sententiam integram absolvamus.

IX. Flante Deo peruisse, & spiritu oris eius esse consumptos.

1. Quid Dei fletus indicet. Quid ventus urens cum ad fruges refertur.

2. Quid latus naribus, quid brevis naso in sacro sermone ex Moyse, Salomone, & Isaiã.

NESCIO quam subitam Dei vindictam afferre videtur iste status, spiritusque vehemens, qui repente exurgere solet; tum etiam, ut Chrysofost. indicat, Noli (inquit) putare aut à demone,

Hosea. 10. 13.

Prover. 11. 2. 3.

Impius non solum agricolam sed bos iuctus aratro.

Olympiod. Polychron.

Galat. 6. 9. Ioc. 3. 13.

I Flarus Dei quid indicet. *Chrysof.*

LXX.

Polychro.

aut ab hominibus ita in te mala immita, Deus est qui te ulciscitur, & punit. id significat lectio. 70. A precepto Domini peribit. Sed Polychronius ad facilitatem refert; sine ullo labore aut fatione, hos De agricolos iniquitatis perdet solo precepto, solo oris flatu; dicet, & fiet; quod facile & brevi fit, nos dicimus flatu fieri, in un soplo. namq; vox Domini in virtute & magnificentia, que potes st cofringere cedros Libani, tenues quoque calamos, & inanem messem facile disjiciet, atque decutiet. forte in hoc flatu alluditur ad ventum urentem, & noxium, qui fruges absumere, & deglubere solet, sicut dictum est Isai. 40. Exsiccatum est fennum, cecidit flos quia spiritus Domini sufflavit in eo. & Ezech. 17. In terra bona super aquas multas plantata est, ut faciat frondes, & portet fructum, ut sit in vineam grandem. dic, Hac dicit Dominus Deus: Ergo ne prosperabitur, non ne in arcis germinis sui arefceret? Amos 4. & Aggei. 2. Percussis vos vento urenti, &c.

Ventus urés.

Isai. 40. 7. Ezech. 17. 10.

Amos. 4. 10. Aggei. 2. 18.

2

Nasus iræ in dex.

Psal. 94. 11. Isai. 2. 22.

* Guardaos del, nose le subala mostaza a las narizes.

Psal. 102. 8. Exod. 42. 6.

* Que in tie ne chica, ni angosta lachimena.

Prover. 14. 17.

Et spiritu oris ejus. Cum spiritu irati hominis faciem totam, nares presertim incendat, & inflat, recte Vulgatus, quod in Originali est, Spiritus nasi ejus. dixit: Spiritus ira ejus; nam qui irascuntur reflant crebro, ut inflamatos, & biliosos cordis spiritus refrigerare possint; quare nasus, pro ira saepe sumitur, ut Psalm. 77. & Psalm. 84. Quibus juravi in ira mea. Eadem vox Is. 2. Cavete ab homine, cujus spiritus * in naribus ejus est. Id est, cujus ardentes, & concitatissimi pectoris spiritus sursum excitati illius nasum distendunt, & inflammant. Cum vero mite, paties, longanime Dei nostri ingenium significant sacra Littera, contraria ratione explicant; na quod Psalm. 102. dicitur Longanimis; & Exod. 34. Patiens. in Hebreo habetur * Longus, latusque naribus, ut difficile fit ex andescere, & oppleri copia biliosorum spirituum; facile vero reflare, & refrigerari. e contra vero impatiens describitur a brevitate, & angustis nasi. Proverb. 14. Vir impatiens operabitur stultitiam. in fonte, arctus, vel, brevis naribus; qui levi de causa irritabilis est, non potest non stultate agere. Ergo, inquit, Eliphaz, ut Iobum notet tyrannidis, qui aliis injuriis extiterit, nunc sentire Deum iratum, & justa sceleribus supplicia constituentem, & ad nihilum redigentem inanem omnem impiorum fastum, & vanissimas divitias.

X. Rugitus leonis, & vox leana, & dentes canulorum leonum contriti sunt.

- 1. Quid indicet hac leonis rugientis similitudo. Tyranni principis familia tota leonina de leonibus quadam ex sacris, & prophetis.
- 2. Omnia leonis nomina cadere in tyrannum. Leana saeviores. Catuli audacissimi.
- 3. Leonis diversa nomina, & an eandem fram significent.
- 4. Rugitus leonis qualis sit quo tempore edatur, quid imulet, ex sacris & prophetis multa.
- 5. Principi serena fronte, & miti ac suavi voce futurus.
- 6. Vox in Hebraeo, quid. Vox irati martesculata.
- 7. Quid Catuli leonum. s. m. b. juvenes venantur de detibus leoninis nonnulla.

HIS verbis vellicari Iobum ab Eliphaz omnes intelligunt, Augustinus, Gregorius: Polychronius Philippus, Beda. Quare Iobum leoni rugienti comparat, sive propter saevitiam, & inhumanitatem erga subditos, sive propter asperiores voces, & querimonias, quas conserbat esse indignationis & impatientiae indices. vocem vero leana uxori tribuat, propterea quod quaedam ab illa indignabunda audisset: filios vero, qui ruen e domo oppressi sunt, Catulos leonu appellat, quorum dentes contriti, & confracti fuerint. & prima pars per admirationem quamdam simul cum reticentia efferatur. en quam gravis, & horridus leonis istius rugitus! quam seva & trux uxoris leone vox, & indignatio! feliciter jam saevissimorum filiorum dentes confracti sunt. Et quidem integram tyranni principis familiam, leonis principis, leane uxoris, leuculorum filiorum nominibus non semel significant sacra Littera. sic Nahum. cap. 2. de Rege Assyrio: Leo cepit sufficienter catulis suis & ne cavet leonis suis, & implevit prada speluncas suas: Et iterum Ezech. 19. Vbi leanae nomine forte synagogam intelligit parentem atque nutricem principum inhumanissimorum, & sylvam altricem ferarum. Idem leonis nome pro principe Ezech. 32. & 38. Negotiatores Tharsis, & omnes Leones ejus. & in Psalm. 33. ubi Septuaginta legunt: Divites egerunt, & esurierunt. Hieronym. ex Hebr. Leones. & 2. ad Timoth. 4. Liberatus sum de ore Leonis; id est, Neronis saevissimi. Leonem autem ferarum Regem tyrannive esse ex illis potissimum notis docent periti natura, pectore, genibus,

I Augustinus. Gregorius. Polychronius. Philippus. Beda.

Familia tyranni principis tota leonina.

Nach. 2. 12.

Ezech. 19. 2.

Ezech. 23. 2. & 38. 13. Psal. 33. 11.

Hierony.

2. Timoth. 4. 17.

I eo alicrum animantium Rex, aut tyrannus.

Leonis peculiales notę

Calius

Basilus

Leane saeviores maribus.

Aelianus

Pf. 103. 21.

Horat. 4. carm. Od. 4.

3

nibus, incessu, saltu, celeritate cursus, visu, juba, ore cathaphraeto, firmis lateribus nervis solidis, magnis unguibus; atque ex eo potissimum tyranni referunt leones, quod ut Ar. scribit, adeunt urbes, & injuriam hominibus leones inferunt, presertim tempore suae senectutis; tunc enim per corporis imbecillitatem, & dentium defectum venari nequeunt. cu quo id facit, quod se aliquando apud probate fidei scriptorem invenisse testatur Caeli lib. 7. cap. 34. in insula Co ovem de grege Nicippi leonem peperisse; quod ipsi Nicippo tyrannidem portendebat; qua statim ex privata, quam gerebat, fortuna assecutus est. Tyrannidem vero leonis eleganter describit Basilus. hom. 9. exam. Vna (inquit) cum leone animositas, & ad incandescentiam ira propensio illi agnata est; vita solitaria, expers societatis ad ea, qua genus subeunt idem. velut enim tyrannus quidam animatum rationis expertium, pares honores, congressionesque cum ceteris non acceptat, sed aspernatur. Quae magis expressa tyranni principis imago? Sed forte hac non referuntur particulatim ad uxorem & filios, sed ad eundem superbum, & tyrannum principem, variis licet nominibus, & comparationibus. idque dupliciter; primo, ut sit amplificatio quaedam; Facile Deus disperdit impios, quamvis leones sint, quamvis leonæ, quamvis leunculi. nam dicunt leanas, presertim cum nutriunt, catulos, saeviores esse maribus: & Aelianus foeminas maribus leonibus ceu fortiores preseres, scribit, Semiramim Assyriam non, si quando leonem, aut pardalim, similem ve feram interfecisset, sed si leanam esset naeta, in eo sibi mire placuisse. Catuli praeterea audacissimi, & crudelissimi sunt, ut quos praeda sanguinis gustus recens sumptus, & lupus, quem in ventriculo gerut, atque detium, & unguium mucrones nodum retusi, multo audaciores & saeviores reddant. quare illorum rugitus notatur Psalm. 103. Catuli leonum rugientes, ut rapiant & quant a Deo estam sibi. Et dentes, atque molares leunculorum famosi sunt Hosea. 5. Ioel. 1. ut ille etiam dixit, Qualem ve latis caprea pascuis Invent a fulva matris ab uibere Iam lacte depulsum leonem, Dente novo peritura videt. Et sic sane omnia nomina, quae hic cogit

rurur, ejusdem animantis speciem, leonina videlicet, significabunt, secundum diversos aetatis gradus. Haec autem sunt in fonte nomina. Rugitus, Ariech; vox Sabhal, detes Chephirim contriti sunt. Lais perit, & quod non haberet pradam, & catuli Labi dissipati sunt. at David Kimhi ait secundum diuersos aetatis gradus leonem diversa fortiri nomina; nam in primo vocatur, Gur; in secundo Chephir; in tertio Ariech; in quarto Labi; in supremo Lais. Secundum, & forte ad Originale proximius, quod haec sint nomina bestiarum sevisimarum differentium natura, & specie, in quibus vertedis summa difficultas est, atque varietas, qualis ferè in omnibus propriis nominibus herbarum, gemmarum, lapidum, animalium invenitur. quare nihil mirum, quod nunc leonem, nunc leanam, nunc catalum leonis, diverse licet ferè sint, nofter interpret illas nominet, familiari videlicet vocabulo. Costas autem est in vertendo, Arub per leonem, ut hoc loco: cum quo etiam consentiunt Septuaginta. Psalm. 7. & 21. & mille aliis locis. Quod autem hic dixit leanam, consentibus etiam Septuaginta, iidem isti appellant aspidem Psalm. 90. & Hosea. 13. vbi nos habemus, leanam, ipsi habet Parthe ræ. & Iob. 28. pro nostra leana illi leone legunt. Quod vero hoc tertio loco catulos leonis nos legimus, sicut & Septuaginta. Psalm. 103. illi tamen hoc. cap. 4. dracones legunt Hierony. leones dixit Pf. 33. pro eo quod nos habemus, Divites egerunt. & Prover. 28. & Ezech. & vitulum, Nehem. 6. ceterum quod hoc loco nos tygridem. Septuaginta dicunt Myrmicoleon. & ipse Vulgatus Isai. 20. leonem, & Septuag. aspidem. Quod tandem leonem dicit, eadem voce nominat leuam Genes. 49. nume. 24. & quod Naum. 28. per vocem famineam leanas, Vulgatus vertit, Septuaginta. leones legunt. magna igitur varietas, & certum nihil. Illud tantum certò ellici potest, magnam saevitiam ferarum significari tanta nominum congerie. Sed quaedam minutiora in partibus singulis indicemus. Rugitus leonis. Rugire leonis proprium; & cum aliis tribuitur, leonis fortitudo, & ferocia simul cum rugitu significatur. ut Ierem. 25. Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam. tum etiam vocis contentio, & horrida quaedam asperitas leonis similis.

Diversa leonibus nominata cundum diversas aetates.

נריה
שחל
כפירים
דא. Kim.
לש
לבי
גור

Leonis nome ad plures species ferarum pertinens.

Vulgati varietas in vertendo leonis originali nomine.

LXX

x Hieronym.

4

Ierem. 25. 36.

Autor Philom. Aristot. Psal. 37.9.

Iob. 3.24

Rugitus leonis quid indicet.

Isai. 31.4.

Amos. 3.4.

Eccles. 5.1.4. Plutarch.

I Petr. 5.8. Basilus

Arist. Plin. Aelianus

5

Vt Principes mitiori frōte & voce esse oporteat.

Prov. 28. 15.

Tigrides indomita rācant, rugiuntq; leones namque, vt Aristot. in physiognomicis ait, animalia fortia vocem edūt gravem, ut leo, & taurus; sic illud, *Rugiebam à gemitu cordis mei*; idest graviter, & vehementer ingemiscebam, voce & clamore, quantum poteram contento. Quorsum igitur hoc loco *rugitus leonis*, & *vocis leana* metio fiat? an propter asperiores querelas, ut supra indicavimus? Sed ipse Iobus non ab impatientia, ut putat Eliphaz, sed à magnitudine doloris elici leoninos gemitus testatur, cum ait, *Ante quam comedam, suspiro, & tamquam inundantes aqua, sic rugitus meus.* simulque indicat vehementiam famis caninæ, seu potius leoninæ; nam famefcens leo rugit. An quia rugitus leonis famis, & crudelitatis indicium est? namque dicuntur rugire, vel cum prædam nanciscuntur; sicut Isai. 31. *Quomodo si rugiat leo, & catulus leonis super prædam suam.* & Amos. 3. *Nūquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædam?* Eccles. 5.1. *A rugientibus preparatis ad escam.* in quam rem scribit Plutarchus de industria animalium, leones juvenes prædam nactos clamore in vitulini mugitus formam temperato signum dare, vocarēque seniores. Vel rugiunt, cum fame stimulantur; ut ait Petr. 1. cap. 5. *Leo rugiēs circuit, quærens quem devoret.* de quo sic scribit Basil. hom. 9. exam, *Tanta illi vocis eliciēda natura præstitit instrumenta, ut animantium complura, longè ipso celeriora solo saepe rugitu capiuntur.* Inter edēdum igitur, vel cum esurrit, rugit: tuncque ferocissimus est; at jam pastus & fame vacans, facilis mitisq; majorē in modū est, ut Arist. ait, Plin. Aelianus. ergo *rugitus leonis* signum hoc loco erunt ferociæ, & sævitia. quasi dicat, Leonis instar famefcabas, sitiēbas tuorū sanguinem, in illa quoque re leone deterior, quod ille satiatus mitescit, tu semper rugiens, semper famefcens, plenus semper, semperque jejunos, & inexplēbilis.

Sed illud notandum, nō solū in principe & magistratu damnari os cruētum, noxios unguēs, innocentium & egenorū de prædationem, sed etiam truculentam & horrifonam vocem, trucem oris. Speciem, & immanem conspectum; quāvis nihil præterea mali inferat; Illud pessimum est rugire, frendere, dentes exercere, (*Hablar con asperez a, espantar cō boxes, mostrar los dientes*) rugitus leonis, vox lænæ, dentes catulorum leonis. Prov. 28. *Leo ru-*

giens, & ursus esuriens, princeps impius super populum suum. æquē nocivū videlicet, aut immanior rugitus, aut dētes vrsi; idest vocis asperitas, & terror, sicut ipsa dentium & unguium immanitas. & Prover. 19. *Sicut fremit leonis, ita & ira regis;* (idest vox & facies irata. nam etiam torvum quid leo habet, & Aristot. aliquid nubis circa supercilia habere dicit (videlicet aspectum minime ferenum) & pelliculam in ima fronte supercilia & nasum versus prominere. Frontem igitur minime habet exporrectam, sed contractam, rugosam, nubilam, aspectum atrocem, & Scythicum; atque in eos quoq; superbissimos homines hæc torqueri potest, qui non dignantur alios suo conspectu, neque conjiūt oculos in inferiores, & egenos; qua in re leoninam etiam superbiam & sævitiam referunt: nam leo ubi ira fervet, & turba canum circumvallatur, dicitur defixis interram oculis confurgere in prælium) & *sicut ros super herbam, ita & hilaritas regis;* collucet videlicet, & splendent herba matutini roris guttis, velut gemmis sic *Deus illuminat vultum suum super nos,* sic Elevat agnus, imo & leo, leo simul & agnus Christus Iesus oculos, ut videat atque provideat his, qui se sequuntur; sic ille præterit, ut videat cæcos; & miseros leta benignaq; fronte, atq; voce mitissima consoletur.

Vox leana. Vocabulum originale, tā vocem articulatam, quā inarticulatam significat; & quemcumque etiam horrifonū strepitum. vox eadem Iob. cap. 15. *Sonitus terrorum in auribus ejus.* Exod. 9. *Cessabunt tonitrua.* Hujusmodi inarticulatam vocem leonis istar emittit, qui irascuntur, elegant Basil. scribit hom. 10. exam. *Qualis (inquit) tu, siquidem leonem ratione duce exercens, illius quoque contemnens rugitum, te hinc effers, & insolescis; ipse contra inspicens dentibus inconcinnam, nec suis articulis distinctam emittis vocem, animo prorsus ira percito, & ad hoc committente, ut in unum aliquid impressio-nem faciat.*

Dentes catulorum leonis. Supra indicavimus hanc partem referri posse ad filiorū interitum, & oppressio-nē ruente domo; deinde etiā ad ipsum Iobum, vel ad ejus ministros impios, quorum opera in expilandis pauperibus, & per vim vexadis uti solent tyranni; quasi dicat. Iam non sunt ministri impii, qui tibi velut leoni

Prov. 19. 12

Aristot.

*Vn buen rostro, y unos ojos alegres del prelado con perlas para el subdito. Luc. 16. 23

Iob. 9. 1.

6

hip Quid vex in Hebræo. Iob. 15. 21. Exod. 9. 28

Basilus Irati voces in articulatas edunt.

7

seniori

Qui leonum catuli.

Plutarch. de indust animal. Leonis venatio qualis.

Amos. 4. 1

Chaldaeus

Hierony.

תריז

Aristot. Plinius

* Fiavas de tus colmillos y quebraronse te almejor tiempo. LXX

seniori prædam conquirant, & afferant, nam hīc catuli, non pro teneris & lactantibus adhuc fætibus accipiendi sunt, sed pro adolescentioribus leonibus, quorum vis, celeritas, sævitia maxima; industria quoque ea, quam Plutarch. scribit his verbis. *Haud minus est & leo socium animal; graves annis, & confecti jam in commune a junioribus in venatum ducuntur: at ubi cursu desponde-re animam. sedent, eventumque præstolantur; juvenes interea rem agunt, nam ut successit, clamore in vitulini mugitus formam temperato signum dant, vocantque senes; illi statim ut sensere, accurrunt; ac in commune præda fruuntur.* Si millimum id Amos. 4. *Audite verbum hoc vacce pingues, qua calumniam facitis egenis, & cōfringitis pauperes; qua dicitis Dominis vestris Afferte, & bibemus.* Chaldæ. qui dicunt principibus suis, *Vbi est potestas, ut diripiamus.* quali dicant, *Afferre, date nobis potestatem, ut ebibamus, & exugamus sanguinem.* eleganter explicat Hierony. *Tubete tantum, & nos cuncta vastabimus.*

Vel de ipso Iob poterunt hæc accipi; non enim senex erat, cum illi hæc dicebatur, sed. 60. aut. 70. annorum; *dentes catulorum leonis contriti sunt,* tibi nimirum; excidunt enim dentes leonibus aliquando. *Cōtriti* à radice (*lathagh*) Aliie, vulsi; eradicati. hoc loco tantum habetur ea vox, & videtur ad rem ipsam, quæ accidit leonibus, allusionem habere; nam iis ob ætatem dentes aut confringuntur, aut excidunt: auctores sunt Aristot. Plini. Vel ad caninos, quos vocant, dentes, id est quatuor, duos superiores, & duos inferiores qui in leonibus valde diuturni sunt, possumus respicere; de quibus sic Ar. scribit; *Eorum qua dentes serratos (idest acutos & teretes habent) nonnulla non amittunt caninos ut leones.* Erit ergo sententia, Tuis dentibus quasi leo confidebas; sed *contriti sunt,* atque evulsi; & molas, dentesque caninos leonum confregit Dominus. Quare autem hoc loco Septuaginta vertunt, *Gaudium Draconū extinctū est,* nō video.

XI. *Tigris perit, eo quod non haberet prædam: & catuli leonis dissipati sunt.*

1. Rursus de leonis catulis, & de eorum in venando natura, ut parentibus senibus prospiciant.
2. Tigris in Hebr. familia- ris fera in Syria.
3. Mirmicoleon, cujusmodi animans, an verum, an

verò fictum sit, quid nomine & re ipsa significet. Regioni Arabie fera non ignota.
4. Catuli leonini non venantur gregatim. quadam ex Polluce.

Tigris. Si verum est, quod superius ex Kimhi indicavimus, nomē originale, quod hoc loco subest, *Lais*, significare leonem senem, certè videtur sensus esse; Leo præ senectute venari non potens, tãdem deficit, præsertim si neq; catulos habeat, qui prædam afferant, ut in commune illa omnes fruuntur. (ut nuper ex Plutarcho afferebamus;) ita (inquit Eliphaz) tua superbia commeruit, ut omni filiorū præsidio atq; famulorum fugientium conspectum tuum destitutus fame & squalore cōficiaris. sed Aeliani in eam rem verba, si non lectori, mihi gravia non erunt. *Ex leone procreari & robusta & videntis ætatis fiducia nitentes longè procedunt ad venandū ac patrem jam senem secum adducunt, eum impellentes; deinde in media via, quam ingressi fuerint, illum relinquunt, toto animo ipsi in prædâ curam incumbunt, ac tantumdem prædâ consecuti, quantum vel sibi, vel genitori satis ad prandium sit, generoso quodam, & contentissimo rugitu edito, parentem suum secum, is ut convivium ineat, tanquam convictores ad prandium convivam invitant; senex tunc sensim, & pedetentim velut reptans, eò accedens primò filios amplexatur, deinde lingua eis suaviter, velut laudans horum felicem venationem, blanditur: post & prædâ dat operam, & cum his epulatur.*

Sed cum variè (*Lais*) reddatur à Vulgato, ut supra diximus, aliquando *leo*, aliquando verò *aspis*, nunc certè *tigris*, quod, vt fuit rerum peritissimus, ad eas feras respexerit, quæ in Iobi terra, & frequentiores, & notiores erant. scribit autem Diodorus, in parte Syriæ cōterminâ reperiri leones, & pardales, & qui Babylonii vocantur tigres. vel, quod tigris leoni similis sit, excepta maculosa pelle, ut Opianus auctor est.

Sed illud difficilius, quod Septuaginta, *Mirmicoleon* reddunt, quo etiam modo Augustinus legit. quæ de hoc animali scribit Olympiod. omnino adscribenda sunt; *Negant nonnulli Mirmicoleonem animal esse ad veritatem historia, sed compositione esse*

I David Kimb.

Aelianus

2

Tigris in Syria.

Diodorus.

Opianus.

3

LXX Augustin. Olympiod. Mirmicoleon cujus modi animal.

dumtaxat

dumtaxat fabricatum; alii bestiolam esse. ayunt ab Oceano ortam, sive à terra procreatam. idcirco verò interire, quòd cibo caret cum ejus natura congruente. quidam etiam affirmant sine cibo vitam illud animal tueri, sic Deo ipsi consulente. Totam ergo sententiam Olympiodor. per interrogationem legit, & hac ratione intelligit dictam ab Eliphaz; Dic mihi, o Iob, numquid Leones unquam suum miserunt robur? nù Mirmicoleo perit, quavis cibum non attingat? num catuli leonum pecorum more gregatim pascuntur? an non vitam degunt solitariam, atque in suo quisque loco commorantur, primæque naturæ parent institutioni? sic tu si verus homo extitisses, nec à Deo descriptas lineas trāsiliisses, nihil tibi hujusmodi accidisset. Nilus in Catena fictum nomen esse indicat, ex audacissimo leone, & contemptissima formica coagmetatum, ut sonet Formica leo; & eo nomine ait significari animi passiones, & perturbationes, quæ cū initio facile superari possint, si sinatur crescere, in sævissimos leones evadunt. Olympiodor. ad Diabolum refert, is enim formica est pietate præditis hominibus, leo impiis. Philip. quoque non esse verum animal indicat, appellat enim portentum; & ea peculiari ratione ad Diabolum trāsferit, quòd quando prædā agit de sanctis, tanquam de majoribus rebus, ut leo habendus est; quando verò minima querit auferre, formica dicendus est. Sed vel ex hoc loco verum animal esse ego nõ dubito; nam pro nomine veri animantis, quod in fonte legebant, nunquã possuissent Septuaginta fictum nomen, si eumque animal. Thesaurus Græcus interpretatur leonem formicarium, parvum omnino animalculum formicis insidiās; sed tum huic loco non congruit, in quo grandioribus ex rebus magnificentissimæ similitudines petuntur; tum res ipsa aliter habet. nam genus quoddam leonum esse Strabo. lib. 16. auctor luculentus est, scribens in Pseudocasia esse copiam elephantorum, & leonum, qui formicæ appellantur, & genitalia sursum versus habent, & colorem aureum, nudiores Arabicis; eadem fere lib. 6. scribit, reperiri etiam in extreme Arabiæ ultimo promontorio. Ergo fera est Husitarum regioni non inæognita.

Et catuli leonum dissipati sunt. Septuaginta legunt juxta Heb. Divisi sunt ab invicem.

quod Olympiod. ad naturam leonum refert. qui non incedunt gregatim: fugiunt etiam aliquando parentes suos catuli, ut indicatur. Psal. 103. Catuli leonum rugientes, ut rapiant, & querant à Deo escam sibi. In quã em Pollux tradit, catulos adeo nihil metuere insidias, & suis viribus cõfidere, ut soli sine parètibz venatù prodeat. Hæc igitur erit sententia Eliphaz; Nemo tibi adest, o Iob, tuorum. Vulgatus ad supplicium videtur retulisse; Dissipata est ista tua superbissima familia, & disjecta. Polychr. Filii divisi à parète per mortem.

nam dividit, separat, dissipat amara mors.

XII. Porro ad me dictum est verbum absconditum, & quasi surride suscepit auris mea venas surri eius.

- 1. Prima Græcorum interpretatio non probatur.
- 2. Proponitur questio de veritate hujus revelationis. & prioris partis probationes. Stridere liquid in Isaiâ. Hæretici buccas inflant. Pauli modestia.
- 3. Secunda sententia.
- 4. Sententia verior, Potuisse se hanc revelationem divinam esse. Quo tempore contigerit.
- 5. Verbum absconditum quid sit. in Hebræo Quæ sit ea translatio qua utitur Eliphaz.
- 6. Quid verbum, aut verbum Dñi. notatus R. Moyses.

Difficilem & impeditum locum Olympiod. asserit, & cujus multæ possint esse interpretationes. Quare cū hanc, tum alias sequentes sententias nullam revelationem, sed tantum exhortationem quãdam continere existimat in hanc sententiam; Deum, o Iob, time, neque contra illum efferaris, qui potest, solèque non solum die, sed noctu etiam de dormientibus supplicium sumere, nocturnis visis, & horrificis insomniis; id quod ab aliis audivi, & ego ipse expertus sum: nã sepe territatus sum insomniis, & spiritus quidam in me ruere videbatur, nulla forma, aut specie percepta. vel, Eum verere, cujus est formidolosa notitia, & vix vult ab homine cognosci, nisi sub obscura quadam specie, & figura, quæ vix percipi possit. eodem fere modo accipit Polychr. Sed præterquam quòd hic sensus nõ videatur valde efficax ad revincendum Iob, neque aptus ad ostendendam efficaciam & vires

Olympiod.

Psal. 103. 21.

Pollux

Polychr.

I Olympiodor.

Polychron.

divinæ

2 Proponitur dubitatio de veritate hujus revelationis. D Thom. Lyranus Clarus Prioris partis probationes.

divinæ justitiæ, certè valde durus est; cū lenis atque germanus revelationem aliquam manifestè hoc loco asserat. qua ratione universi omnes, interpretes accipiunt.

Sed an hæc fuerit vera revelatio à Deo immissa, an verò ab ipso Eliphaz, vel à Dæmone conficta non cõstat. & D. Thomas sub dubio videtur relinquere. At Lyranus asserit confictam fuisse ab Eliphaz; neque longè discedit Isidorus Clarius, dicens gloriari Eliphaz ineptè hæc sibi à Deo revelata. Et probari potest primò, nam cap. 42. audivit Eliphaz. à Deo malè locutum fuisse, quasi ex suo cerebro, & mendacio. Præterea, quia non videtur esse divina revelatio, qua Eliphaz adducatur ad falsitatem aliquam, & iniquam suspicionem de Iobi vita, & sanctitate. ad hæc, quoniam in hoc suo visso narrando, & describendo simillimus extitisse videtur Eliphaz hæreticis, falsisque prophetis, qui ut sibi fidem, & honorem apud ineptam plebeculam comparent, jactant se afflatos divino numine, & ad eos locutum familiariter Deum, quibus nūquam sit locutus. Exemplum videas in Sedecia & falsis prophetis. 3. Reg. 22. Accedit quòd sesquipedalia verba, & ampullæ totius hujus narrationis suspectam potest nobis reddere veritatis fidem. nam de Pythionibus, & divinis scribitur. Isai. 8. Qui strident in incantationibus suis. Stridere quidè Prop. ex Heb. perstreperunt, & concavum sonant, hablan hueco y hinchado, ut exaudiat: & pro spiritus inflatione, interiori peccatore submurmurat. Quantò melius & modestius ille, qui nihil molitur inane, vetitatis prædicator Paulus, qui cum. 2. Corint. 12. dicat, Non expedit gloriari; & de inde venit ad visiones, & revelationem illam diuturno silètio suppressam, ut quã ante quatuordecim annos accepisset, quasi non sibi sed alteri factam illam comemorat, nulla inanium circumstantiarum jactatione; imò ait, Sive in corpore, sive extra corpus nescio. deinde ea, quæ audierit, non licere homini loqui; ut vel hinc colligipossit id verissimum proverbium, Torum spiritum suum profert stultus; sapiens differt & reservat in posterum.

Alii asserunt veram fuisse narrationem Eliphaz; sed revelationem factam fictam que a Dæmone transfigurante se in angelum lucis, vt delusus Eliphaz, atque sibi

certò suadès illam fuisse Dei admonitionem, vehementius accenderetur ad accusandum Iobum, & refellendam illam suè innocentia opinionem.

Sed asserendum sanè, Potuisse hæc esse veram atque divinam revelationem, cùm multa vera atque utilia contineat. sic videtur accipere Gregor. & Philip. presby. in idemque propendent D. Thom. Burgenis in additione contra Lyram, Carthusianus, atque alii juniores. atque ideo ipse Eliphaz, cujus sanctitas, & sapientia testata erat, ex multis signis, quæ fidè suis dictis facere possent, illà confirmat: quòd enim aliquando illi locutus fuerit Deus videlicet cap. 41. indicat nunc quoque potuisse familiariter cum illo egisse; neque repugnat ea Deum revelare, quibus hominem malè usurum esse præciat. Cætera, quæ supra objecimus, nõ tam ad inanem, & insolentem ostentationem, quàm ad certam ex multarum circumstantiarum indiciis fidem faciendam referenda sunt.

Illud verò valde incertum, quãdo hæc contigerint. scholia Vatabli indicat post Iobi calamitatem præditum esse Eliphaz cogitanti de rebus Iobi, quòd ob peccata esset miser. sed neque divina revelatio ne, quæ non potest non esse vera, aliquid falsum prodi potest; neq; oportet ut hoc tempore hoc oraculum acceperit à Deo; nam quancumque tandem fuerit, nunc illo uti ad rem suam potest.

Porro ad me. Fortè ut se aliis præferat, qui hæc non assequantur; atque ad idem pertinere potest, Verbum absconditum; quod videlicet alios lateat. Quasi dicat, Nichil mirum te in ignorantia quadam & falsa tuæ innocentia persuasione herere; namque ea ignoras, quæ mihi revelata sunt; vel, ut dicat se quoque in eadem Iobi sententia & judicio de rebus fuisse, quousque peculiari Dei admonitione edoctus fuit; & hoc fortè Vatablus voluit quòd cùm Iobi clade audita animo percelleretur Eliphaz, & cõpisset cogitare, quàm obrem virum insontem tam acerbè Deus tractaret, Deus illi hac revelatione, & admonitione occurrerit, & quodã modo responderit.

Sed congruentius rei & sermoni sacram Scripturarum, Verbum absconditum, dicitur, quòd nõ valde clarum, neque apertum fuerit, sed modo prophetico, & simi-

4 Tertia sententia verior veram fuisse revelationem. Greg. Philip. D Thom. Burgen. Carthus.

5 Quorsum primam illam pronominis personam exprimat.

Verbum absconditum quid.

litudinario

Nilus Animepassiones similes Mirmicoleoni.

Diabolus similis Mirmicoleoni. Olympiodor.

Philipus.

Henri. Steph. notatur.

Strabo.

4 LXX

Gen. 40. 15

litudinario, & externae imaginis confusa quadam & obscura cognitione obvelatum; id quod vox Originalis indicat, na Ganab, furari est, Gunab, verò in voce passiva furto delatum, vel sublatum; eadem omnino vox, qua Gen. 40. ait Ioseph. Fur tim sublatum sum. inde de eo dicitur, quod clam, & secretò agitur, furti instar, & de quo palam, & aperte nõ agitur; quare nos quoque, cum quis sine causa rem aliquã abscondit, vel submissiùs, aut secretiùs, quàm res exigat, loquitur jubemus, ut elata voce utatur, neque enim furtum est, quod occultari debeat, (que habe alto, que no es cosa ni buey de hurto, queno se pueda dezir y saber) & idem etiam indicatur verbis sequentibus, Quasi furtivè suscepit auris mea venas susurri ejus, nihil enim aliud hæc significant, quàm vocem fuisse tenuissimã, & quæ vix summa cum attentione percipi possit: tum etiam quòd revelatio velocissimè transierit, & disparuerit; licet enim prophetiæ spiritus nõ sit in prophetis per modum qualitatis permanentis, & inhærentis, sed tamẽ interdum magis frequens est, magisque quieta; aliquando rarior, fugitque velociùs; sic enim ex Hebræo legitur pro venis susurri, Parum de eo.

Vnde sumatur metaphora hæc. Gregor.

Sed eleganter hanc nostri interpretis translationem tractat Gregor. lib. 5. cap. 20. Venas (inquit) superni susurri auris cordis furtivè suscipit, quia subtilitatem locutionis intima afflata mens, & raptim, & occultè cognoscit; vena autem susurri dicitur causarum origines, quibus hæc ipsa aspiratio ad mentem ducitur; nã aliquando amore, aliquando nos terrore cõpungit &c. deinde ait, Qui susurrat, occultè loquitur, & vocem non exprimit, sed imitatur. videtur Gregor. agnoscere methaphoram ductam ex occultis canalibus, per quos aqua decurrens tenui quodam murmure, & non nisi admota aure deprehendi potest; nam sicut aqua Siloe, ita revelatio vadit cum silentio ad aliam, quàmvis similem valde methaphorã respexerunt Græci; nam lectionem illam Septuaginta. Sonitu nocturno incidens timor &c. sic explicat Polychr. Quemadmodum in intempesiã noctis silentio, soni circum cursantis, aut flatu ruitis motionem sentimus, ipsum contueri non possumus: sic de Deo mihi cogitanti, cum illum invenisse me credo, tunc elabatur maximè.

Isai. 8. 9.

LXX Polychron.

6

Illud verò notandum, cum hîc meminit Eliphaz Verbi à se auditi, cõciliare au-

toritatem suis dictis; quod enim Deus interiùs prophetæ loquitur, illud solet dici Verbum; sed sicut in aliis prophetis subjungitur Verbum Domini, aut Dominus dicit, hoc quidem Dei nomen nunc desideratur. Illud etiam notandum, verbum ad revelationem pertinere; nam si Deus aliquem moneat aut reprehendat, non tunc dicitur Deus loqui, quàm venire, & apparere. uti de Laban & Abimelech observat R. Moyf. quem adducit & sequitur Andreas Malsius Iosue. 1. sed existimo hujus observationis rem non esse valde certam, cum etiam nominibus locutionis, visionis, somni, illa correptio Laban scribatur Gen. 31. Vidit in somnis dicentem sibi Dominum.

R. Moyf. Andr. Mals.

XIII In horrore visionis nocturna, quando solet sopor occupare homines.

- 1. Quid horror ex Hebræo aliorum interpretum varietas.
2. Cur revelatio dicatur vox, aut visio.
3. An visio Eliphaz fuerit interna an externa, & quo tempore acciderit.
4. Somnus in Hebræo dicitur cadere, & quare.

IN horrore. Descendit ad circumstantias explicandas, quæ comitari solent divinas revelationes, quod autem noster dixit, horrorem, non sine exemplo fecit, nã etiam Septuaginta dixerunt, Timore autem, & sonitu nocturno invadens timor super homines &c. nox enim timida est, & tenebræ horridæ, & quæ incidunt noctu cogitationes; aut visa horripilationem afferre solent. Chaldaeus dixit, In cogitationibus; Regia, in ramusculis à visionibus noctu. recidunt eodem omnia. nam esto vox originalis ramum significat, sed non quidem quemcumque, neque ramusculum, sed qui eminet, vel qui prominet in summitate cacuminis, aut qui excedit alios longitudine. ut Isai. 17. In cacuminibus ejus: sed translatione cogitationem significat, quæ est velut ramus, germè, conceptus mentis, qui menti adnascitur, & adhæret; & præsertim ea cognitio, quæ peculiare aliquid, & magnificum habet, cujusmodi revelationes sunt; quæ excedunt reliquas, & velut cacumina, & summitates arborum promi-

I

LXX

950

Isai. 17. 6.

nent

2. Chori. 11. 7

2 Quare prophetia dicitur Visio, & verbum.

Genes. 15. 1.

Ps. 28. 3.

3 An hæc visio fuerit interna. Albertus

D Thom. Lyranus Cajetanus Philip.

nent, & eminent; e gantium putant à Paulo, cum dixit, Ne magnitudo revelationum extollat me &c. quasi dicat excessus, altitudo eminentia revelationum. Græc. Hyperbole, excellentia; sed, si quæ allusio est, tenuis est.

Visionis. Cum Deus afflatu cœlesti, & inspiratione interna excitat prophetæ animam, ita ut propheta reddatur attentus, aptusque ad intelligendum divinam revelationem, & admonitionem tunc propheta audire dicitur, & Deus loqui; ipsaque revelatio Dei verbum, & vox. si verò præterea etiam imago aliqua, aut species representetur, & obijciatur imaginative, aut intellectui, vel visui etiã externo, non solum revelatio ad auditum, & vocem refertur, sed etiam ad visionem. Vtriusque igitur meminit hoc loco Eliphaz; sicut etiam Gen. 15. conjungitur utrumque. Factus est sermo Domini ad Abraham per visionem dicens &c. Eleganter autem hanc auditus cum visione conjunctionem Basilius explicuit super id Psal. 28. Vox Domini super aquas. Vox Domini (inquit) non est percussio circa aerem, sed alterius generis quadam, concepta apprehensione eorum hominum, quos Deus vult suam vocem audire, ita ut ejusmodi, iis servet proportionem, quæ sæpe numero contingunt per insomnia. Quemadmodum enim non percussio aere quandam verborum, & sonorum memoriam in phantasia per somnum accipimus, dum vocem non per auditum, sed per ipsum cor nostrum formatam haurimus, talè quandam oportet ex Deo vocem putare inesse prophetis.

Nocturna. Tempus noctis ad prophetiam, & revelationem accipiendam aptissimum. existimat verò Albert. (& quidem ad hanc visionem & cogitationem internam accomodatè) rem totam hæc per actã esse non auditu, & oculis corporeis, sed interiùs. potuit sanè utrovis modo contingere, neque utrique parti repugnat hanc revelationem factam fuisse Eliphaz non dormienti, sed vigilianti, idque significari illis verbis, Quando solet sopor occupare homines. aliis enim dormientibus, vigilans ipse potuit in timidas illas cogitationes, & quasi mentis excessum rapi. ita censent D. Thom. Lyr. Cajetan. At Philip. videtur intelligere partim in somno, partim in vigilia accidisse. alii ex eisdem illis verbis potius somnum, quàm vigiliã eliciunt, cum dicat somni tempore hæc accidisse. res dubia; & quam in suam quif-

que sententiam facillè possit adducere.

Quando solet sopor. Illud Cajetanus observat, tempus describi, cum eam visionem habuit, videlicet ea hora, quando solent homines primum inire somnum. Hebræ. In cadere soporem super homines (al caer del primer sueño.) Hanc primam noctis quietem visis aptam esse, Poeta quoque indicavit cum Aeneam narrantem facit.

Tempus erat, quo prima quies mortalibus agris Incipit, & dono Divum gratissima serpit In somnis ecce ante oculos mastissimus Hector

Visus adesse mihi, eleganter autem dicitur sopor cadere, nam quæ videtur nos opprimere; tũ etiam activè, quia cadere nos facit. nos dicimus cadere somnum super aliquem vel cadere præ somno, caerse a pedagos de sueño. Fortè ad ipsa animalis membra respicitur, nã ex capite superiori propter inde descendentes vapores, videtur labi & fluere, atque decidere in reliquos artus.

XIII. Pavor tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt.

XV. Et cum spiritus me præserte transiret, inhorruerunt pili carnis meæ.

XVI. Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis: & vocem quasi auræ lenis audivi.

- 1. Timor initio divinarum revelationum.
2. Quis fuerit spiritus iste transiens. Quid transitus indicet. Illustratus David.
3. Somitus, & horror in revelatione.
4. Quid aura lenis; quid silentium in Hebræo.
5. Nota vera revelationis, & regula discernendi spiritus ex Patribus.

Divinis visionibus, & revelationibus comes præsertim initio esse solet timor, & horror quidam, quo homines attendant, atque suspiciant, divini spiritus præsentiam, & ad tâta mysteria percipièda se longè infirmos, atque inferiores agnoscant. ut videre est Isai. 2. 7. 1. Daniel.

4

Virg. 2. Aen.

Quare dicitur sopor cadere.

I

10. v. 8. Apoca. 1. v. 17 & noc lib. cap. 7. v. 14. & c. 33. v. 16. & 19.

2 Quis fuerit iste spiritus. Et cum spiritus. Spiritum huc, angelum fuisse explicat Philip. Beda. D. Thom. Lyra. Cajeta. qui primò in specie visibili se exhibent, fuerit visus egredi, & prodire in conspectum; deinde steterit. quare de eodem sermo fit in primo & secundo versiculo. At Eugub. Titel. & alii post Græcos ventum intelligunt, & videtur sensus idem Septuaginta, Spiritus in facie mea incurrit. quod verius videtur; atque hinc Eliphaz timere cœperit; fortè ergo fuerit vehemètiior aliquis ventus; deinde lenior alia aura spiravit; quare illud, me præ sente, in fonte est, super faciem meam, & illud transire, repentinum, æquè ac velocem flatum significat, indicem ac prænuntium subsequente visionis, qui horripilationem effecerit; nam præ ingenti timore, & frigiditate partium externarum stringuntur & premuntur pilorum radices, & eriguntur. Psalm. 118. Confige timore tuo carnes meas. Hieronym. ex Hebr. Horripilavit à timore tuo caro mea. eleganter autem Septuaginta dixerunt, confige, quod tunc videatur caro aculeata, & velut infixis clavis horrida. ut Iere. 51. Adducet equum, quasi bruchum aculeatum. prop. horripilatum, crinibus erectis ferocientem.

3 LXX Stetit quidam. Septuaginta sententiam hanc negativè efferunt, Surrexi & non cognovi; vidi & non erat figura ante oculos meos. ita ut horrore illo & vehementiori flatu ex pergefactus Eliphaz surrexerit è lecto, neminem tamen viderit. sed nostra lectio conformior est originali; stetit, cõstitit ante me umbra, obscura forma, cuius figuram plenè & distinctè cognoscere non potui, neque de totius corporis habitu bene judicare. & potuit quidem cum solo horrifono sonitu contingere horror nimius, sicut dicitur Daniel. 10. Vi di ego Daniel solus visionem, porrò viri, qui erant mecum, non viderunt. sed terror nimius irruit super eos, & fugerunt in absconditum.

4 Et vocè quasi auræ lenis. Similis fuit Eliæ visio. 4. reg. 19. Indicatur autem, post cõmotionem, & ventum horrifonum, silentium subsequutum, & vocem tunc perfonasse: nam in Hebræo legimus, Et silentium & vocem audivi. Symmach. Silentium vocis audiebam. & quidem vox originalis, Demamah. propriè silentium est; sed pro tranquillitate usurpatur, & aliquando pro

aura tenui; est enim eadem vox illo loco 4. Reg. similiter huc Septuaginta dixerunt Auram & vocem audiebam. & Psalm. 106. Statuit procellam ejus in auram. Hierony. ex Hebræ. Statuet turbinem in tranquillitate. Ex quo elicitur veræ signum revelationis, si primùm timorem incutiat; ad extremum afferat animi gaudium, & tràquillitatem, omnemque priorem commotionem, sedet, & auferat; sicut post tempestatem lenis aura & tranquillitas succedit. sic sancti angeli Virgini sanctissimæ, Zachariæ, Danieli apparentes, post primi cõspectus turbationem, atque timorem cõceptum, jubent illos minimè timere. & ipse angelus erigit Daniele super genua sua. de qua regula bonos spiritus à malis dignoscendi & discernendi agit D. Thom. 3. part. q. 30. a. 3. ad. 3. ex doctrina sancti Antonii; tum etiã hoc loco. & Albertus. Carthus. Sylvest. in Rosa aurea. N. P. Ignatius in suis exercitiis spiritualibus. vid. Greg. hom. 8. super Ezech. & lib. 4. mor. ca. 30. ubi explicat causas, quare animo turbentur, & corpore langueant homines ex divinis visionibus, & revelationibus. sed præcipuè hoc lib. 5. cap. 23. vbi rem confirmat eleganti allegoria visionis illius parentum Samfonis. Iudic. 13. nam Manue viso angelo timet, Morte (inquit) moriemur quia vidim? Dominum. at uxor meliori spe erecta ait, Si Dominus nos vellet occidere, de manibus nostris holocaustum & libamenta non suscipisset. Quid est hoc (inquit) Gregorius, quod ad visionem angeli vir fit timidus, & mulier audax; nisi quidd nobis, quoties cœlestia demonstrantur, spiritus quidem pavore se cõcutit, sed spes ad majora audenda se erigit; unde turbatur spiritus. quia igitur, cum altiora secretorum cœlestium sublevata mens conspicit, cuncta humanarum vivium soliditas contresmisit. neque verò hoc veræ revelationis argumentum est ita verum, ut fallere aliquando nequeat; quod observavit Cai. loco ex. 3. part. superius adducto. sed sanè est valde accommodatum divinis rebus, quæ cum videantur primùm sui majestate opprimere, atque difficultate deterrere, suæ deinde bonitate, & veritate recreant, ac reficiunt debilitatum animum, atque fructum peccatissimæ exercitatis afferunt.

Pf. 106. 27. Hierony.

5 Nota verè & divina revelationis.

Regula discernendi spiritus. D. Thom. Albert. Carthus. Sylvest. P. Ignatius Gregor.

Iudic. 13. 22.

XVII. Numquid homo Dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir?

1. Comparatio cum dicitur in sacro sermone, per comparativum nomen exponenda. Prepositio ultimi casus quam habeat vim. 2. Prima & secunda hujus loci interpretatio nõ probantur. Aprior tertia. 3. Quarta optima. Iustificare quid. Explicati David, Isaias, Paulus. 4. Purior quid. Illustratus Psalm. 38. Creatori non repugnandum.

I Comparatio quomodo exponenda.

Præpositio ultimi casus. Luc 18. 14. Matth. 11. 19.

2 Prima hujus comparationis expositio.

1. Corint. 4. 4.

Secunda expositio. August. Greg.

Hæc est maxima propositio, quam Eliphaz audivit, ex qua ipse male colligebat, Iob propter sua peccata puniri. Numquid homo; hoc loco Enos, miser, ærumnis, atque peccatis obnoxius; Dei comparatione, id est, præ Deo; iustificabitur; justior erit Deo? nam illa comparatio rectè per comparativum nomen exprimitur; & solet etiã significari per præpositionem ultimi casus. ut, Descendit hic iustificatus ab illo; id est, præ illo, & Matth. 11. Iustificata est sapientia à filiis suis. id est, justior declarata, quam filii sui.

Sed multiplex potest esse hujus comparationis sententia; primò, quod nemini liceat de sua sanctitate coram Deo gloriari; nam licet tibi ullius peccati conscius non sis, sed non ex hoc iustificatus es; id est, justus & sanctus, & ab omni, etiam levi peccato immunis declaratus, & renuntiatus; nam qui iudicat te & vel peccatorem & fontem, vel innocentem pronuntiat, Dominus est? idem repetitur inferius cap. 25. Numquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? Sed non congruit cum præsentis instituto; nam cum Eliphaz de sanctitate, & vitæ integritate loquatur, non tam comparatio facienda est cum Dei omniscia sapientia, quam cum illius justitia, & sanctitate.

Ideo secundo Grægor. Augusti. & alii hanc comparationem hominis cum Deo in sanctitate & nunditia sic intelligunt, ut dicatur homo, licet sanctissimus, coram Dei sanctitate infinita minimè videri mundus, aut splendidus; nam, ut Gregor. ait, Humana iustitia divina comparata iniustitia est, quia & lucerna in tenebris fulgere cernitur, sed in solis radio posita tenebratur. atque hæc videntur perti-

nere quedam sacrarum Scripturarum universalis pronuntiata; quale illud Psalmi. 115. Omnis homo mendax. & illud Isaiæ. 64. Quasi pannus menstruata universa iustitia nostra. & illud Psalmi centesimi quadragesimi secundi; Non intres in iudicium cum servo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. quo loco eandem expositionem docent Hilarius, Hieronym. Arnobius. Euthym. neque ab illa abhorret Augustinus, sed eleganter amplificat lib. ad Orosium contra Priscillian. & Origenist. c. 10. Cuius (inquit) participatione iusti sunt. ejus comparatione nec iusti sunt. Sed non video quomodo hic sensus cohæreat cum proposito Eliphaz: neque quæ ratione ex hoc possit colligere Iobum meritò à Deo puniri, aut non debere de divina iustitia conqueri. dicam tamen de hac interpretandi ratione aliquando plura.

Tertiò aptior est interpretatio, quæ ex D. Thoma. & Cajetan. elicitur; Nemo ex hominibus aut justus, aut iudex Deo omnium supremo iudice justior, & incorruptior est; sed memo justus iudex innocentem punit; ergo neque te innocentem immeritò affligit Deus. Consequutio legitima; secus Deus esset aut injustus, aut homine minus justus. similis illa Abrahamæ oratio Genes. 18. Absit à te, ut rem hanc facias, & occidas justam cum impio; non est hoc tuum; qui iudicas omnem terram, nequaquam facies iudicium hoc. Congruit cum hoc sensu Dei nomen quod subest in hoc loco, Eloah, iudicis, & æquissimi rerum arbitri, & ponderatoris.

Quartò, ille optimus, & convenientissimus videtur sensus, ut hæc hominis cum Deo comparatio sit, quasi litigatio quædam & intentio litis. Si enim velit homo Deum in iudicium trahere, & divinam iustitiã accusare iniustitiæ, quod immeritus ab illa pœnas & supplicia accipiat; certè etiã si homo ipse iudex hujus litis sit, dum modo ex rectæ rationis præscripto, & lege iudicet, Deus procul dubio obtinebit in causa, & in manifesta hominis culpa atque delicto pronuntiabitur divina Providentiã æquissima, & ab omni iniustitiæ nota, quam humana temeritas illi aspergere tentaverit, absolvetur. Numquid iustificabitur homo? q. d. minimè absolvetur & c. minimè justus declarabitur.

Iustificabitur. In fonte (TsadaK) verbum forese, spectans ad innocentis absolutionem

Psal. 115. 11. Isai. 63. 6. Psal. 142. 2.

Hilar. Hierony. Arnob. Euthym. August.

Tertia aptior interpretatio. D. Thom. Cajet.

Genes. 8. 25.

3 Quarta & optima interpretatio.

PTX

Pfal. 60. 6. Psalm. 50. *Ut iustificeris in sermonibus tuis* (iustus pronuntieris) & vincas cum iudicaris (cum absolveris); id est, si tibi litem intendere velim, quod mala abs te acceperim, certè damnabor ego, tu absolveris, quod pro tuo iudicis incorruptissimi munere, nocentem & adulterii reum supplicio affeceris. Psalm. 81. *Humilem & pauperem iustificate*; nemo pauper & humilis apud vestrum tribunal cadat ejus causa propter ignobilitatem & inopiam. Roma. 8. *Deus qui iustificat, quis est qui condemnet?* & sæpe aliàs. ait ergo Eliphaz; Si semel homo in iustitiam, & peccatum admiserit, iusto Dei iudicio, & sententia ad ingentia mala damnatur, neque ullum erit tantum supplicium, de quo iuste possit conqueri; nam numquã non punitur citra cõdignum. in hanc rem præclarum est illud Danielis. 9. testimonium. *Peccavimus, & iniquitatem fecimus; tibi Domine iustitia, nobis autem confusio faciei.* Hæc videlicet est velut iudicis sententia, quam humanum iudicium ex rectæ rationis regula de sua ipsius culpa fert. & inferiùs, cum agnoscit se non digna peccatis suscipere, *Tibi domine Deus noster misericordia, & propitiatio; quia recessimus à te.* huc id Isai. 58. *Rogant me iudicia iustitia, & appropinquare Deo* (contendere, cominus cum eo agere.) *volunt, quasi gens, qua iustitiam fecerit.* & cap. I. *Quiescite agere perverse, discite bene facere, & venite, & arguite me, dicit Dominus.*

4 *Aut factore suo purior* (mundior & nitidior ab omni macula) erit vir, quicumque ille sit, quàmvis magnus, & præclaræ sanctitatis, virque iustissimi nomine dignus; non enim potest, nisi impudenter creatura creatori suo obloqui, aut dicere; Cur fecisti sic? non potest servus Domino ullam in iure litem intendere; sed totum se permittere voluntati & moderationi debet sui creatoris. non aliter David Psalm. 38. ** Obmutui, & non aperui os meum; quoniam tu fecisti;* (videlicet) has meas plagas effecisti, & intulisti: vel quod ad rem attinet, *quoniam tu fecisti me;* ita supplet Augusti. hoc loco Psalmi; & Gregor. 22. Moral. Séd in minori propositione, quàm subsumit Eliphaz, fallitur; putat enim, si Deus innocentem affligat, fore innocentem afflictum Deo iustiore. minimè id quidem; sed illud

bene afflictum innocentem seipso multò nitidior, & defæciorem, atque puriorem, sicut igne probatum aurum, verissimum.

XVIII. *Ecce, qui serviunt ei, non sunt stabiles: & in angelis suis reperit pravitatem.*

1. An hac sententia sit superioris revelationis pars? Creatura nihil boni ex se habet.
 2. Particula Ecce, pro, Si. Qui servi Dei.
 3. Quid stabilitas in sacro sermone, quid fidelitas. Explicatur locus Regi. & Paulus.
 3. Magna interpretum varietas. Prævititas quid in Hebræo, & ut sit ad contrarios intellectus indifferens.
 5. Quid sit Deum reperire, & ut in creaturarum actiones inquirat diligenter.

Incertum an hæc verba sint audita simul cum sententia superiori, ut existimavit Cajetan; an verò jam nunc loquatur Eliphaz, & superiori revelationi hæc ipse adjungat, quasi conclusionem deductam ex revelatione sibi facta. argumentum igitur erit à majori; quod duplici via formari potest; primò, ut confirmet comparationem superiùs factam, ut Philip. indicat; Ipsi angeli, quorum præclara est natura, tamen quia creature sunt, nihil boni ex se habent, nullam vitæ, nullam existentie stabilitatem & firmitatem, nisi à Deo creatore, & bonorum omnium auctore fulciantur; ergo multò minus habebit luteus homo, de quo aut gloriari, aut conqueri meritò possit adversus optimi, atque potentissimi creatoris sui providentiam & legem administrandi mundum. Si verò aliam rationem ineat, ut Græci & D. Thomas volunt, sic conficietur; Spiritus quidem creati in gratia propter inconstantiam, & instabilitatem defecerunt à Deo; ergo multò facilius, atque verosimilius fuerit te luteum hominem deficere, & peccare potuisse: te igitur temerè, & insolenter commendas, & iactas. consonant singularum vocum proprietates.

Ecce. Affirmantis, ut supra exemplis ostendimus

Cajetan.
Philip.
Creatura nihil boni ex se habet.
D. Thom.

2

Pf. 38. 10
* No tiene el hombre q̄ hablar, en lo q̄ su hazedor ha ze del.

Deut. 13. 14 ostendimus; forte huic loco aptius, ut valeat, si Deuter. 13. *Quare sollicitè, & diligenter rei veritate perspecta, si inveneris certam esse, quod dicitur &c.* Hebr. *Quare; & interroga diligenter, & ecce veritas.* Deuter. 19. *Cum diligentissimè perferunt inveniunt falsum testem &c.* Hebraice. Inquirent iudices diligenter; & ecce (si) testis ille est testis mendax &c. Si, igitur, qui serviunt ei. Chaldaus hoc nomen servorum Dei refert ad prophetas. Rab. Moyses ad alios quoque iustos homines; non enim raro Scriptura viros sanctiores, prophetas præsertim, servos Dei nominat. Sed propter secundam partem; sic exigente sententia, angelos intelligi oportet; qui servorum instar dicuntur Deo aut ministrare, aut assistere, ut cap. I. latius explicavimus: quare illorum & manus, & nomen est, *servorum Dei.*

3
12
Stabilis quid

1. Corint. 4. 2. *Hic jam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur.* 4. Reg. *Misit Iehu literas in Samariam ad optimates civitatis, & ad nutritios Achab.* id est, ad fideles servos, & ministros. & de æconomo, & dispensatore illud est. Nume. 12. *Servus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est* (major domo mayor. & tantundem refert, *el leal à Dios*) id quod clariùs expressit Paulus Hebræ. 3. *Considerate Iesum, qui fidelis est ei, qui fecit illum, sicut & Moyses in omni domo ejus. & Moyses quidem fidelis erat in tota domo ejus, tanquam famulus.* est ergo pulchra in hoc loco antithesis; Qui serviunt ei; & pro servorum & famulorum officio, & debito stabiles, * fideles, constantes, veraces esse debuissent, instabiles, infideles, inconstantes fuerunt. eadem ferè perstandi, aut consistendi translatione dictum est Ioan. 8. *In veritate non stetit.* huc pertinet quod Pagnin. & alii vertunt; *Servis suis * non credit.* ergo stabilitas hæc est in bono constantia, & firmitas, fidelitas, & veritas servorum erga Dominum suum.

* Los de su casa no le salieron leales. Ioan. 8. 44. Pagninus

Sus leales no fueron parafiar de ellos.

Et in Angelis suis reperit pravitatem. Admodum variè hoc ab aliis vertitur. Pagninus. *In angelis suis ponet lumen.* Tygurina. *Angelis suis indidit vesaniam.* Vatabl. *Nec in angelis suis posuit lucem exactissimam.* Regia. *In angelis suis ponet gloriationem.* Symmachus. *In angelis suis reperit vanitatem.* Septuaginta cum nostro. *Adversus angelos suos pravum quid advertit.* quæ tanta varietas orta est ex fecunditate radice. *Halah,* quod significat, laudare, gloriari; vocem attollere cum gloriatione, fulgore; splendore; aut etiam infania; & per antiphrasim iniquum & pravum esse, gloria & nominis splendore indignum. Rursus illa negatio prioris hemistichii potest ad hanc secundam partem extendi; ut dicatur reperisse, aut non reperisse, pravitatem, lucem, laudem, in angelis; aut verò poterit negatio in prima parte prorsus contineri. Tandem in illo quòque dissensio est, an de malis angelis, an etiam de bonis, & in universum de omnibus accipi hæc debeant; nam Cajetan. Eugub. indicat quoque Vatabl. bonos angelos intelligunt; at alii omnes Græci, & Latini, Athanas. Chrysostr. Olympiod. Philip. & alii post eos, de angelis apostatis, & desertoribus interpretantur: sensus uterque ad rem facit, nam quidquid lucis, laudis, gloriationis in angelis reperiri potest, à Deo datum, constitutum, inditum est; ex se nihil habent, nisi infaniam, negativè, id est, nullam ex se sapientiam, nullam veritatem bonitatem nullam; vel positivè de angelis apostatis, Nullam lucem habent; sunt enim tenebræ; in pravitatem, & vesaniam prolapsi sunt: lapsus igitur supernorum spirituum præcipit hominibus nihil de se sublime sapere, id quod statim sequenti versiculo, & totius argumentationis conclusione colligit Eliphaz.

Illud rectè ab interprete dictum est, ** Reperisse Deum in angelis pravitatem,* id est in illis reperisse, quod sine ipso factum fuisset: creavit enim illos rectos. tum etiam indicatur diligenter in omnium actiones inquirere Deum, ut qui diligenter examinet & dispiciat, sicque inveniatur. nam ex reperta re inquirendi sedulitas & diligentia significatur. Hinc ilud. 2. Pet. ** Angelis peccantibus non peperit*

4
Pagninus Tygurina Vatabl. Regia. Symmach. LXX

לחן

Cajetan. Eugub. Vatabl. Athanas. Chrysostr. Olympiod. Philip.

5
* Hallo en ellos novedad y lo q̄ el no de xo.

2. Pet. 2. 4. * No porser á geles disimulados con ellos

LXX

Matt. 25. 34
41.

non igitur minori diligentia in hominum actiones inquireret, & animadvertet, si quid reperiat supplicio dignum. sicut enim *adversus angelos suos* (sic legunt Septuaginta) *pravum quid advertit*, id est, ut explicat Chrysof. illis supplicium excogitavit, & constituit; ita sanè *adversus homines*, quos repererit pravos, jam supplicia decrevit, & exquisita calamitatum genera advenit, & præparavit. est enim illa mirabilis providentia, summæque sapientia, quæ tum in præparato regno suis benedictis, tum in parato igne æterno maledictis, relucet.

XIX. *Quantò magis hi, qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tineæ?*

- 1. Unde Eliphaz suam argumentationem ducit.
- 2. Quid domus lutea. Paraphrasi elucidatus Paulus. Quidam de imbecillitate nostri corporis.
- 3. Domus externa, quas habitamus, ad ignobilitatem nostram pertinere. Angeli in celo creati ex illorum origine amplificari illorum peccatum.
- 4. Terrenum humana gloria fundamentum.
- 5. Tinea ad vindictam, & supplicium pertinere. Explicatus locus Regum, & Hoseas.
- 6. Tinea ad peccatum, & culpam. tum etiam ad deformitatem, Christus vermis.
- 7. Notari alii interpretes; laudatus Vulgatus.
- 8. Succidere quid, & quæ ratione dicatur impius, non intelligens.

I
Argumentum à pari, vel à majori.

2
Hominum circumloquutio. Lutea domus quid. 2. Chor. 5. 1.

Quantò magis. In originali à pari & simili videtur fieri argumentatio, *Etiam habitantes domos luteas*; sed eleganter interpres vim sententiæ ex re ipsa expressam, illa quoque comparatione expressit; *Quantò magis homo vilioris, atque imbecillioris materiæ & naturæ, tum casibus & vitiis, tum vitiorum, & peccatorum comertis supplicii subiacebit?*

Qui habitant domos luteas. Hominum periphrasis est. Sed quid nam est lutea domus? an sordium & ignobilitatis cuiusdam symbolū est? an sordidum, & ignobile corpus significat, quod videtur inhabitare animus? sic appellatur à Paulo. 2. Corint. *Terrestrius Domus nostra hujus habitationis, quæ dissolvitur.* quod enim Eliphaz di-

cit, *domum luteam*; Paulus dicit, *terrestrem*, & Sapient. cap. 9. *terrenam habitationem*. quæ vis enim lutum ex proprietate originalis vocabuli possit significare cæmentum ex arena & calce; quare *bitumen* vertitur Exod. 1. & *cementum* Genes. 11. sed tamen vile, & inutile lutum, limumve significat Habac. 3. *In luto aquarum multarum* (*cieno y tarquin. y asiento de agua*) tum etiam argillam figlinam. Isai. 64. *Nos lutum, & fictor noster tu.* quare *domus terrestris*, aut *lutea* erit, *una casa de solas tapias de barro, de tierra muerta.* nam ab eo dicitur Paulo appellatur, etiam *corpus mortis*. diciturque ab eodem *nostra*, uti quibus mortalitas nostra culpa provenerit; *Deus enim mortem non fecit*; quare nihil proprium habuit Abraham in terra Chanæorum præter possessionem sepulchri dicitur autem, *hujus habitationis*, id est, ad paucos dies constituta; quasi dicat, hujus vitæ peregrinationi, & militiæ comparata (*casa no propria, sino de porvida*); imo ad brevissimum tempus conducta; ideo statim vocat non domum, sed *tabernaculum*; & Græcè etiam habitatio, tabernaculum est, quod temporarium est, viatoris, militis, pastoris. Illud addit ultimò, *quæ dissolvitur*; propriè ex Græco, destruitur. sed illud eleganter dicitur, *dissolvitur*, quasi non egeat ut deiciatur, tormentis bellicis, neque hostium impetu ad destruendum; sed ipsa sponte solvitur, rimas agit, & vetustate exeditur; cum enim semper hoc nostrum corpus minitetur ruinam, non funibus, non instrumentis aliis vim afferentibus indiget, sed levissimo flatu suo ipsum pondere corrui; *Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet.* Corpus autem incorruptibile, quod resurget, appellatur statim à Paulo, *Aedificatio ex Deo, domus non manu facta, sed æterna in cælis.* quare concludit Paulus, *Dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino.* si corpus mortale domus est, imo potius tabernaculum, corpus immortale domus æterna erit: & dum domi videmur agere, id est in hoc corpore, certè non domi, sed foris peregrini agimus. Ergo Eliphaz angelis corporis expertibus opponit habitantes domos luteas, id est habentes corpora formata ex lutea, vilique materia. An verò etiam appellat domos luteas, id quod sonat, domicilia

Gen. 11.

Habac. 3. 15

Isai. 64. 8

Genes. 23

2. Cor. 5. 1

Psalm. 102. 16

2. Cor. 5. 6

externa

Olympiodor.

LXX

Peccatum angelorum amplificatur ex dignitate suæ originis. Iuda. 6.

Angeli creati in celo Empyreo. Hiero. Isai. 14 Aug. 3. de doctr. c. 31. Strab. & Beda. Gen. 1. D. Tho. 1. p. q. 61.

4

Genes. 2. 7. & c. 3. 19.

ex terrea materia constructa. Sanè hoc etiam Olympiodorus indicasse videtur; ut respondere possit angelis accolis cœlestis Empyræ, & nitidissimæ domus; nam quibus non pulveris, pluviarum, luti obsolescet fordibus, qui habitat domum luteam? hæc igitur erit sententia Eliphaz, ut Olympiodori verbis utar; *Si angeli, qui spiritus sunt, ac cœli incolæ, cum divini iudicii severitatem subeant, habent quod in ipsis reprehendi possit, quid nobis fiet, qui ex argilla facti sumus, terramque habitamus?* in dicasse hunc sensum videtur mihi Septuaginta; nam ex similitudine cum domibus luteis nostri corporis constitutionem postea explicant, sic enim legunt; *Habitantes domos luteas, ex quibus & ipsi de eo de m luto sumus.* neque ab hoc sensu nostra quoque lectio abhorret, cum de corpore intelligi videatur id, quod sequitur; *Qui terrenum habent fundamentum.* Sic videas peccatum angelorum ex eorū domicilii sanctitate amplificari à Iuda apostolo; tum etiam ex dignitate creationis, & originis. *Angelos qui non servaverunt suum principatum* (prop. principium, originem, originis & creationis dignitatem & excellentiam; non enim sunt ex terra, sicut homo. Nam nihil juvit angelos, qui ceciderant, quòd à Deo formati essent, & intellectuali natura præditi) *sed dereliquerunt* (contemptum quemdam indicat hæc vox, & ingratitude tantum beneficii) *suum domicilium* (Cœlum empyreum, in quo primarii angeli tanquam in proprio loco, & tecto conditi fuerant, ut Theologi docent; unde dicuntur de celo cecidisse. Isai. 14. Apoc. 12.) *in iudicium magni diei vinculis æternis sub caligine reservavit.*

4 *Qui terrenum habent fundamentum.* Hæc iterum est alia lutei. hominis circumloquutio. *Fundamentum.* hominem comparat cum domo lutea, cuius fundamentum, cui tota domus firmitas nititur, terra est, imo pulvis levissimus, & tenuissimus, ex quo nihil firmum, aut diuturnum compingi possit. quare pro *terreno*, hoc loco subest (*ghaphar*) vox eadem, quæ in Genes. dicitur, *limus*, aut *pulvis*, de quo formatus est homo. Vides profectò hinc pedes luteos aureæ statuæ. sed proh, quàm imbecillum fundamentum totius humanæ vitæ molis, ponderis, gloriæ, & splendoris.

Consumentur Conterentur, comminuentur, humiliabuntur, contundentur; hæc omnia cadunt in vocem originalem. Septuaginta; *Percussit illos tanquam tinea.* accommodatè ad tineam, corrodentur, exeduntur. Sed quid hoc loco *per tineam* significatur? an occulta Dei vindicta, quam de his, qui externa facie splendebant, Deus sumere solet, dum eos paulatim debilitat, & comminuit virtutem omnem, & in pulverem redigit, obscuratque splendorem omnem? non aliter atque tinea ligna quam tum vis ingentia benèque solida corrodere paulatim solet, & abeunt in vagos pulveres, Nihil igitur mirum, o Iob, ait (Eliphaz) si contritus atque corrosus vermibus videaris, nam te divinæ vindictæ tinea ex tuorum peccatorum latente putredine quasi procreata debilitavit, & in pulveres redegit. Sic per Hoseam. capite. 5. *Ego quasi tinea Ephraim, & quasi putredo domui Iuda.* (paulatim enim amiserant vires, & nihil fortitudinis præter externam quandam & inanem speciem retinebant, infringendi confestim facile ab hostibus) *& vidit Ephraim languorem suum* (expertus est, & persensit se languere) *& Iudas vinculum suum* (nam captivus, & manibus post terga revinctis abductus est ab hoste) sic, quod ad calamitates, & clades hostibus illatas attinet, dicitur David. 2. Reg. 23. *Quasi tenerimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu uno.* nam cum paulatim, & occultis viis hostes suos debilitasset, facile illorum potentiam, si qua videbatur, velut lignū cariosum & putrè uno impetu confregit.

6 An etiam non tam pæna, quàm culpa hoc loco *per tineam* significatur? eò certè videtur Eliphaz respicere, ut probet homines potius obnoxios esse fordibus, & peccatis, quàm angelos, igitur *tinea* peccatum significat, quæ, sicut Ecclesiasticus ait cap. 42. *de vestimentis procedit*; de interno quodam, pravòque fomite peccata nostra originem sumunt. accedit etiam quòd peccata interdum sunt occulta, & nobis ignota; in quo *tinea* similitudinem habent; nam ut Gregor. hoc libro. 5. cap. 28. & lib. 11. cap. 25. ait, *Tinea damnum facit, & sonitum non facit; ita iniquorum mentes, quia damna sua considerare negligunt, integritatē quasi nescientes perdunt.*

5
LXX

Tinea occultum Dei iudicium, & vindicta.

Hosea. 5. 12.

* Vio por su casa flaqueza y desmayo. Hosea. 5. 13.

2. Reg. 23. 8.

Eccles. 42. 13.

Gregor.

ergo dicetur ad Iob, ut ne tibi blandiatur de sanctitate, quoniam fomitem pravum habent, qui ex terrena materia formati sunt, ex quo facile creatur tineam cuius morsus & detrimentum sicut non facile sentitur, ita non facile refarcitur. Quid, quod in vestibus pretiosioribus, & siccioribus generatur tineam? similiterque peccatum in iis interdum, qui externa sanctitatis specie fulgent. adde quod parvum animalculum ingens damnum afferre solet; sic sane leve aliquod peccatum per negligentiam contemptum, aut minime cognitum. forte etiam, quod iniquus reputatus esset ab impiissimis Iudæis Dei filius, dicebat se *vermem*; quod videlicet illum appellarent suum peccatum, suamque tineam (*Est enim nostra polilla, y nuestro peccado.*) Factus est peccatum, qui peccatum non noverat.

Tandem eò potest hæc comparatio à nobis referri, *ut vestimentum à tineam corosum*, aliquid turpe & deforme significet, videlicet incisis pilis illis superioribus, & filis nudis albicantibusque; quasi dicas, si telam ex auro, & argento splendide obscurantur, quid mirum crassiorum ex lana telam veterascere, & corrodi?

Quæ hinc alii de morte, & vermibus, ac putredine cadaveris dicunt, non tam in hunc locum conveniunt, quam in id. ca. 13. *Tanquam putredo consumendus sum, & tanquam vestimentum, quod comeditur à tineam.* illud tantum notandum, mirum esse, quod Pagninus verterit, *Conterentur, donec fuerit Arcturus.* cuius ego rationem non teneor reddere. si id fecisset Vulgatus, quibus, bone Deus, Hebraizantium telis nõ configeretur? Quod verò Vatablus notavit legendum; *Consumentur ante tineam*, id est, *Præquam vermibus absumantur in sepulchro, ut vestis à tineam*; à vero sensu discessit; nam quod in fonte est, *Consumentur ante faciem tineam*, non prioritatem temporis, sed præsentiam rei indicat; neque aliud solet significare, *facies rei*, quam rem ipsam. Hinc vides Vulgatum nostrum obscuriores Hebraismos illuminare. Latina oratione; at Hebraizantes dum Hebraismos conantur retinere, interdum Hebraismorum vim, sensumque pervertunt.

(?)

XX. De mane usque ad vesperam succidentur: & quia nullus intelligit, in æternum peribunt.

Succidentur. Non existimo verbo succidendi fieri allusionem ad tineam, in hunc sensum, Semper illos exedit tineam; per integrum vitæ diem confumentur; nam vox originalis est acrior; & vehementior, & ad hostilem cædem, & stragem pertinet: ergo potius cum de tineam, occultisque peccatis egisset, nunc ait, in ejusmodi impios divinam vindictam deservire, perpetuisque cruciatibus animadvertere, etiam in hac vita, *De mane usque ad vesperam*, dum dies hujus brevissimæ vitæ durat. (Chrysostomus unum diem assignari hoc loco existimat, Iobi causa, qui uno die omnes calamitates, & dolores accepit.) Et quod mortis, infirmitatisque humanæ memores non sint mortales, se dant præcipites in peccata & æternum interitum. D. Thomas sic; Quia occultas peccatorum causas, internoscque lapsus non intelligunt, neque animadvertunt, pereunt æterno supplicio nulla suorum peccatorum penitentia ducti; vel ut Iobum vellicet acrius; Quia divinum supplicium non agnoscunt, neque intelligunt (Hebræ. *Non ponunt cor ad intelligendum.* res videlicet valde occulta, & quæ non nisi attenda mentis consideratione perspici possit) ea mala, quæ patiuntur, divinitus sibi propter peccata immitti, nihilo his calamitatibus meliores efficiuntur, sed potius adversus divinam providentiam insolescentes, & divinam justitiam criminantes, furore & indignatione inflammati salutarem disciplinam abjiciunt mirum in modum deterioriores effecti. Ideo nullum statuit æquissimus Deus illorum supplicii finem; *peribunt igitur in æternum.* disperdentur, ex terminabuntur. non tam de peccatis, quibus impii hærent, si in illis decedant, quam de suppliciis, quæ sustinent, æternis accipiendum videtur. Vides ut multis viis & rationibus peccator non intelligat? Sed de impiorum stupiditate aliqua quando plura.

8 Succidere quid.

נחית

Chryf.

Qua ratione dicatur impius non intelligere.

D. Thom.

XXI. Qui autem reliqui fuerint auferentur ex eis: morientur, & nõ in sapientia.

1. Interpretum varietas. & qui dicantur reliqui.	4. Varia Hebræorum, & Hebraizantium lectiones.
2. Germana expositio. Explicati Moyses & David. & quid sit reliqui esse ex Hebr.	quid apud illos sumis. Qua ratione dicantur impii cum hac vita colligati.
3. Quid auferri ex Hebr. aliorum durissima interpretationes.	5. Morientium stultorum stultitia. Phrasia sacri sermonis.

I Prima Latino rum interpretatio. Qui sint reliqui.

D Thom. Glossa. Philip. Gregor.

Lyræ.

Germana expositio.

יתר

Pf. 16. 14

Prior hujus sententiæ pars variè accipitur ab interpretibus. Primò, ut qui reliqui fuerint, sint ii, qui cum impiis non cõnumerantur, sed auferentur ex eis, id est, se illis non aggregabunt; & morientur quidè; nam piis & impiis communis mors est; sed non in sapientia, nam illorum sapientia & pietas interitum non accipiet. ita D. Thom. & Glof. indicat Philip. & Grego. lib. 5. cap. 29. qui per reliquos, sive relictos à mundo humiles intelligit, & hos auferri, sive eligi à Deo. sic Gregor. *Quos alios reliquos, nisi hujus mundi despectos accipimus, quos dum præsens sæculum ad nullius gloria vsum eligit, quasi minimos indignosque relinquit. Sed mundi reliquos auferre Dominus dicitur, quia despectos hujus sæculi eligere dignatur, Paulo at testante, Quæ stulta sunt mundi Deus eligit. id quod in puero Aegypcio, quem egrotum Amalechita in itinere deserit, David vero, reficit signatur.* Deinde verò secunda pars ad impiorum interitum pertinet. sed hic sensus non est valde exactus ad litteram.

Secundò Lyræ, ut qui reliqui fuerint, dicantur filii, qui cum hæredes sint impietatis, & stultitiæ suorum parentum, similes cum illis pænas luēt æternis suppliciiis; quod videtur respicere, non solum Iobi ruinam, sed & filiorum illius interitum ruente domo. Sed certè vocum proprietate perspecta is videtur esse sensus, ut auferat potentissimos, & locupletissimos quosque ex impiis tandem pænas dare suæ stultitiæ, atque superbiæ, tum etiam indignitatis, & impatiētis animi cum à Deo corripuntur. nam *Iathar*, quod est superesse, non solum ordinem aut excessum tēporis, vel quantitatis significat, sed excellentiam qualitatis, dignitatis excellentiæ, sicut verbum Latinum supero, non solum superesse, sed etiam vincere, & excellere (*sebrar, o sobrepujar*) Psalm. 16. *Dimiserunt re*

liquias (id in quo alios excellunt, & superant; quod supra aliorum facultates excellens, & reliquum est) *suas parvulis suis.* (*Dexarò a suis hijos por herederos de sus sobras, de sus demasias, de sus excessos;*) si per substantivum nomen legas facile intelliges vim locutionis, dimiserunt excellentes, nimias, & quæ aliorum omnium facultates superant, suis filiis hæreditates, (*dexaron les sus sobradas y demasias, y excessivas riquezas.*) Eleganter verò solutus est Hebraismus à nostro interprete. Genes. 49. *Efusus es sicut aqua, non crescas.* Hebræ. Non super sis, non superes, non excellas, non relinquaris; eadem vox quæ in Ecclesiaste sæpe dicitur, *Amplius*, id est, excellentia, vel abundantia, ut eo loco explicuimus. Sic igitur hoc loco legere possumus, *Qui reliqui fuerint*, id est, qui excellebant, & superabant reliquos. vel non habita cura servandi illius generis masculini adjectivi, cum in Hebræo potius sit nomen substantivum, excellentia, magnitudo, dignitas, id quo reliquos superabant, quo excellebant inter reliquos, auferentur: & sæpe quidem genera, videlicet masculinũ cum fœminino permutantur; subest autem in fonte nomen fœmineum verba le. ait igitur Eliphaz, nihil prodesse impiis excellentiam, dignitatem, opes maximas, abundantiam supra reliquos mortales, quominus tandem Deo puniente bonis exuantur.

Auferentur. Propr. verbum originale motum quandam ex loco in locum denotat, quò aliquid in locum transfertur, aut dimovetur: ideo alii dicunt excellentiam eorum transferetur, & proficietur, abibit, dimovebitur, nihil melius, quam nostrum, *auferentur.* Septuaginta, aliam ventis, quò flores exiccantur, & convelluntur, translationem indicant; nam sic legunt, *Insufflavit eis, & exaruerunt.* facile videlicet à Deo perduntur illo tantum inspirante, atque dicente, sed illud quoque pro Vatablo, & Hebræo apud Cajeta. notandum, valde duram videri illam mortis circumlocutionem, quam hoc loco ipsi existimant contineri, nã auferri dignitate, vel excellentiam, ajunt esse, animæ rationalis auferri, & separari à corpore; atque cõte appellari animæ excellentiæ nomine; est enim præclara nostri portio, qua brutis præstamus. sed quid ego nõquã eo nomine animũ in Scripturis significatũ

Gene. 49. 4

3 יתר

LXX

Vatab. Cajet.

Notatur Hebrae apud Cajetanum.

4

Hebraeorum variae lectiones & interpretationes.

Quid funis.

Impii astringunt se cum hac vita, sed ab illa mors illos facile solvit.

Hof.4.19.

invenio;opes,dignitates,& ejusmodi externa bona sepe. Addit Cajet. hic putasse Eliphaz animam rationalem mori, & destrui mutatione substantiali. sed certe hoc neque somniavit Eliphaz, neque debuit Cajet. Hebraeo illi, quem sibi in his commentariis adhibuerat, tanto pere credere, & tribuere.

Tandem ex R. David hanc quoque habemus hujus libri lectionem, Amotus, vel, ablatu est funis eorum; quam etiam sequuntur Hebraei in dictionario Copulenti. nam ea vox, quae significat excellentiam, vel excessum, significat etiam funem, aut chordam, vel nervum, eoquod extendatur; nam extensio videtur quaedam abundantia, vel excessus. Finem autem rursus Hebraeus apud Caj. intelligit ligamentum, quo continetur homo in sua integritate; illud autem est anima unita corpori. Complutenses per funiculum, firmitatem & vires corporis; alii nervos, qui videntur auferri cum in morte munus suum obire non possint; alii dolores, qui velut funes constringunt hominem: nam in morte cessant dolores. alii quod per mortem soluti sunt ab hoc mundo, cum quo putant impii se ligatos esse; sed tamen solvit, & separat amara mors: circumlocutiones sane mortis omnes. Sed cum facile nexus, quo homo huic vitae astrictus est, laxetur, & solvatur qui fit, ut tam fortiter se ligatum existimet? an quia affectu ardentissimo mundum & quae in mundo sunt, impius complectitur? igitur vim sui affectus existimare esse firmitatem, & vinculum. sicut Hosea. 4. de impio populo dicitur. Ligavit eum spiritus in alis suis. nam cum haerent terrae, & volare non possunt, quis non putet coligatos esse cum terra? sed tamen vinculum non est aliud, quam sui affectus, & spiri-

ritus nequam depravatio.

Morientur, & non in sapientia. Septuaginta, Interierunt, quia non habebant sapientiam. vel, decedunt tandem nihilo sapientiores in calamitatibus, & extrema morte effecti; quam in vita fuerunt Olymp. sapientiam accipit pro Dei timore; Qui morte mulctatur, propter peccata punitur, quod stultus sit, si Deum non timeat; ille enim non temere, neque indicta causa irascitur hominibus; cum ratione & cum consilia cuncta administrat, & adversus nostram stultitiam pugnat, uti Sapient. c. 1. dicitur Probata virtus corripit insipientes. id est Dei potentiam & virtutem ulticem coguntur insipientes experiri, quae mitis se praebet erga sapientes: cum enim hominem punit Deus, ab illo stant, sapientia, ratio, consilium, aequitas; a nobis, si irascamur flagellati, temeritas, stultitia, vesania, superbia.

Non in sapientia. extenuatio est, id est in magna stultitia; & forte juxta phrasim sacrae Scripturae consuetam, non tam stultitia pro culpa & scelere morte mulctando ponitur, quam pro stultitia, quae supplicii impiorum comes est; nam nomen cum praepositione in, valet adverbium; in justitia, juste; in innocentia, innocenter, in simplicitate, simpliciter: non in sapientia, non sapienter, stultissime moriuntur; (mueren neciamente) cum enim vivere possent, si divino numini supplices se praebent, miserum & stultum pereunt, clamante praesertim; & verbis suavissimis Sapientia invitante insipientes, Relinquitte infantiam (niferias) puerorum delectamenta) & vivite, & ambulate per vias prudentiae. Tantam igitur animorum stupiditatem admiratus clamabat propheta, Quare moriemini Domus Israel.

5

LXX.



* Tan necios se mueren, como vivieron y con su necedad los cubre la tierra.

Extenuatio.

Praepositio in cum nomine valet adverbium.

Sap. 9.6

Exech. 21. 30.



CAPUT QUARTUM.


Respondens autem Eliphaz.

Themanites

Dixit:

Si ceperimus loqui tibi, Forsitan molestè accipies. * Sed conceptum sermonem retinere quis poterit?

Ecce docuisti multos.




PARAPHRASIS CAPITIS PRAECEDENTIS.



ATEFECIT QUIDEM sua oratione loquendi aditum suis amicis Iob. ergo cum sine loquendi fecisset, qui ceteris senior atque sapientiae, & pietatis laude insignior videbatur Eliphaz (nam sapientes omnes, atque pios fuisse existimandum est) non quidem ille Esau filius, sed ex ipsa Esau progenie longè posterior, praeclearam aureamque appellationem & interpretationem suo nomine praefereas: cognomine quoque Themanites, referens Theman, sive Idumae provinciam, sive urbem, ex qua fortissimi sapientissimi que viri prodire solebant: ut Iobi lamentis & querimoniis apposita oratione occurreret, sic dicere exorsus est, ut & se neque leniter, neque placidè cum Iobo acturum significaret: neque non Iobum impatientis atque dejecti animi insimularet.

Vereor (inquit) sanè, amice Iob, ne te ingens calamitas ita malè vexarit (id quod ex tuis verbis suspicari compellor) ut neque admittendae consolationi, neque salutari reprehensioni, si quid in tua oratione peccaveris, audienda sis; nimirum, qui Dei increpationem aegre sustineat, salutaria quoque sapientum consilia facile respuet. * Sed quidem, quae dicentur, boni consules; nam cum nihil a nobis unquam molestum audieris, nunc liquid ejusmodi accipias ab invitis, & dicere repugnantibus accipies. Ego enim illa ipsa, quae a te audivimus, gravissima & molestissima minimè reprimere possum, quin in te evomam, atque confestim refundam; neque qui divini honoris zelo peruram, imperare mihi possum, ut quae dicenda & respondenda judico, intra mei pectoris carceres silentio comprimam, & eluctantes ardentis orationis flammam contineam.

Egisti sanè afflictorum multorum medicum salutarem; nunc te ipsum curare nescis? Aegris mentibus praeclearam consolationem & spem tuis verbis atque consiliis attulisti, atque arcanas divinae providentiae rationes, dum in



NOTATIO RERUM INSIGNIORUM QVAE in commentariis fufius explicatur.

a De sapientia, & pietate amicorum Iob late differtur initio capitis in annotatione praevia. Vbi etiam an illorum dicta & testimonia Sacram fidem continent.

b Quis Eliphaz fuerit, quod illius cognomen, & quae illius nominis interpretatio. v. 1. num. 2. 3.

c Quae Theman, & ut sapientia & fortitudinis laude clauerit. v. 1. num. 4.

d Quid respondere in Hebraeo, & sacro sermone accuratè explicatur. v. 1. num. 1.

e Quae vis, & translatio in verbo tenendi lateat paulò diligentius explicatur. v. 2. num. 2.

homines animadvertit, aperuisti, non semel docuisti, non debere abjici Dei flagellantis disciplinam, neque deficientium cum ab eo corripimur, calamitatibus fractos, & ingēti ærumnarum pondēri cedentes erexisti & recreasti; & ut in semel cæpto pietatis & sustinentiæ studio strenuè currendo persisterent, exhortatus es. Eos, qui per animi inconstantiam, & imbecillitatem atque mollitudinem languebant in ærumnis, vacillabant animo, nutabant pedibus, & casum minitabantur, egregiè confirmasti, ut per patientiam current ad propositum certamen, atque infirmorum timidorumque animorum genua, id est, firmiores partes roborasti, ut ne genu flecterent, succumberentvè doloribus, sed recta semper consisterent, & adversus ærumnas invalescerent. Denique omne optimi^f principis munus obiisti, dum animo deficientibus animos faciebas, & dicebas, Puffillanimes nolite timere. Nunc autem in tua ista calamitate, non solum te constantia viris que deficiunt, & quam animi molestiam cōcepisti, verbis asperrimis prodis, verum etiam miris terroribus (quod constanti viro indignum est) conturbaris, atque concuteris.

An ne non veræ, sed falsæ fuerint illarū omnium virtutum imagines, quas præferebas? Ita ne cum maximè opus tibi erant, evanuerunt subitò? desidero namque pristinam tuam * pietatem, & divini numinis observantiā; constantiam animi, stabilēque in Deo fiduciam, quæ sicut sacra anchora te fixum & immotū in mediis fluctibus tenere potis est, * divinæ opis firmā expectationem, longanimē sustinentiam ærumnarum omnium, denique tuam illā morum integritatē & absolutissimā, ut videbatur, perfectionē.

Quod certè possumus memoria repetere, nemo unquam, qui innocens fuerit, dolorum atque calamitatū estu absorptus est: sancti in miseris subsistunt, tribulationē patiuntur, sed non angustiantur; aperiuntur, sed nō destituuntur, deiciuntur, sed non pereunt. Neque verò alienum à te fuerit, o Iob (id quod ut præstes, amicè obsecro, quo tua errata agnoscas) meminisse, atque ex antiquo usque tempore repetere; neminem sanctorum tam acerbè à Deo tractatum fuisse, ut omnibus necessariis vitæ præsidis destitueretur, & cum familia & sobole stirpitus convelleretur, funditūque interiret. Subvertit quidem Deus Sodomam omni nefariorum scelerum labe contaminatam; sed eripuit innocentem Loth. Delevit homines impios obrutos aquis diluvii; sed Noë justum eripuit, & collocavit in tuto.

Imò verò multis memoriis atque experimentis mihi compertum est, impios, qui in * colenda & excolenda iniquitate, velut s frumentitio agro operam & impensam ponunt (nam justus etiam virtutis & pietatis cultores, messorēque sunt; & quasi is, qui arat, & qui seminat, accedunt ad sapientiā, & sustinent bonos fructus illius) illos (inquā) qui dolorem acerrimū & incredibilem animi afflictionem atque lassitudinem seminant, dum iniquitatis injuriæ proximorum, tyrandis, & scelerum omnium sementē faciunt, non nisi dolores & calamitates demetere, atque percipere, ut quorum manus reddant eis laborem suum. Miseri enim illi in unam voluptatē inhiant. sed hæc (proh dolor) cum

4
Vacillantes confirma
verunt sermones tui,
& genua tremencia
confortasti.

5
Nunc autem venit
super te plaga, & de
fecisti: tetigit te, &
conturbatus es.

6
Ubi est
* timor tuus, forti-
tudo tua,
* patientia tua,
& perfectio viarum
tuarum?

7
Recordare, obsecro
te,
quis unquam inno-
cens perivit?
aut quando recti de-
leti sunt?

8
Quin potius vidi
eos, qui * operantur
iniquitatem,

& seminant dolores,

& metunt eos:

dolore

¶ Ut debeat princeps sub-
ditorum animos erigere,
& confirmare, nonnulla
ex sacris. ¶. 4. num. 3.

¶ Allegoria spiritualis a-
nimorum cultura. ¶ Ut im-
pius agricola sit; item ju-
stus, quam terram exco-
lat uterque, quam semē-
tem faciat, quam messem
demetat, qua falce. ¶. 8.
num. 2. 3. 9.

dolore & labore conjuncta est. Quid, quod si ex voluptate nihil, nisi doloris fructus percipitur, dolorem & cruciatum fuisse oportet, quod seminatum est; nam seminis, atque fructus ratio una est, eademque natura. ^h Insuper falluntur miserè nam cum indulgent voluptatibus, non has semināt, quas confectantur & devorāt; sed dolores, & corporis macerationem, à quibus abstinet. Cum è contra justus lachrymantes suam sementem faciant gaudii & voluptatis; quæ dum vivunt, contingere, & in suos usus convertere nō audent, mortificationem tantum in suo corpore circumferētes. Perdit igitur illos Deus iniquitatis agricolas suo spiritu, unico verbo; & tenuissimo flatu, atque instar * venti urētis, qui fruges absumere, & perurere solet, arefacit, & decutit, penitusque convellit. * Sentiet itaque qui aliis injurius extiterit, Deum vehemēter iratum ardentibus in eum oculis, turgido & inflato naso, & toto ex ore vindicta, & indignatione emicante, qui inanes omnes impiorum spes, tumidum fastum, vanissimas divitias ad nihilum rediget.

Hæc cum verissima sint, tūque ipse tam acerba patiaris, fieri profectò aliter non potest, quin non Rex pater, sed Tyrannus hostis erga tuos extiteris, instar sævisissimi leonis rugientis; comparēque habueris lænam frementem, similesque filios leunculis, videlicet humani semper sanguinis sitientes. An non tuæ istæ gravissimæ querimoniæ, asperrimæque voces, rugitus leonini sunt? An non illæ horrifonæ voces, truculentæque responsa, quibus tuorum supplicantium preces excipiebas immanissimi animi feritatem, famem, sævitiam significabant? Nam sicut fremitus leonis, ita & ira Regis. Sed quid leonē dico? leoninū genus ignotum, & longè truculentissimum, Pantheren, Aspidem, quid quoq; vocem dico? imò tonitruū fragorem terrificū. Viguit quondā tua ista ferocitas velut adolescentioris leonis, cujus celeritas, sævitia, industria in venando maxima, dentes ferrati, fortissimi, maximè diuturni. Sed evulsi sanè sunt, contusi, comminuti; molas & dentes caninos leonum confregit præpotens Deus. nulli jam tibi ministri, nulli filii prædæ consortes, & scelerum conscii.

Eò jam redactus es, quò te tua superbia, atque tyrannis adduxerit. ut velut leō Senex, edentulus, venandi impotens, omni filiorum atque famulorum præsidio destitutus, fame & squalore conficiaris. Illud quoque ad leonum crudelitatem adjecisti maculosæ tegmen Tigris, videlicet mille aliorum scelerum labes, atque hypocrisis, & simulatæ sanctitatis varietatem quandam sanctæ synceræque simplicitatis profus expertē. Quapropter appellarim te ^m Myrmicoleonem, qui jam videaris formica, simulata pietate; jam leonem te prodas, qui semper fuisti. Propterea quoq; leonini illi tui filii disjecti, prostrati que sunt; nemo tuorum tibi adest, dissipata est tua illa superbissima familia, atque funditus eversa.

ⁿ Rem narro verissimam, & divino confirmatam oraculo, cui te attentum præbe, o Iob; nam quod * te tuque similes latere arbitror, mihi de te, deq; tua ista insolita clade cogitanti divinitus revelatum est; sed ita tamen ut externæ cujusdam imaginis valde obscura & confusa cogni-

^h Proponit opportuna dubitatio, cur voluptuarii homines dicantur seminare metereq; dolores; & cum utilitate solvitar. ¶. 8. n. 5. 6. 7.

ⁱ Quid dicatur spiritus oris, aut nasi (ut in Hebraeo legitur) pauca quaedam ex Philosophia, & sacris. ¶. 9. n. 2.

^l Multa de leonibus ex sacris, & prophetis. Multa quoque de rugitu toto ¶. 10. ut tyrannus leonē referat. nu. 1. & 2. 5. 6. Omnia hæc leonis nomina cadere in tyrannum. num. 2. Cujusmodi illius rugitus sit, & quo tempore edatur. num. 4. 5. An nomine leonis multa ferarū genera intelligi oporteat n. 3. de dentibus leonis peculiaris quadam num. 7. interim multa ad mores opportuna.

^m De Myrmicoleone, quæ legunt Septuag. cujusmodi animal sit, quædā ex sacris & prophetis, tum ad rem ipsam, tum ad allegoriam. ¶. 11. nu. 3.

ⁿ An hæc narratio Eliphaz veram revelationē, & divinā contineat, disferitur. ¶. 12. nu. 2. 3. 4.

tione

9
Flante Deo periisse,
& * spiritu * oris
eius esse cōsumptos.

10
Rugitus leonis,
& vox lænæ,

& dentes. caculorū
leonis
conruti sunt.

11
Tigris perivit, eò
quod nō haberet præ-
dā:
& caculi leonū dis-
sipati sunt.

12
Porro * ad me dictū
est verbum abscon-
ditum.

tione obvelatum proponeretur. Clam igitur atque latenter rem totam percepi; nam vix bene pavi oculos confpectu rei mihi objecte; vix cordis aures exaturavi tenuissimo sibilo divinæ vocis. Quemadmodum enim in intempeste noctis silentio soni circumcursantis, aut flatus ruentis motionem sentimus, ipsum cōtueri non possumus: sic de Deo mihi cogitanti, cum illum invenisse me credo, tunc elabi solet maximè.

In nocte igitur, cum horrida solent visa occurrere, & cogitationes incidere plenæ timore, tunc quoque objecta mihi per summum timorem species quædam est. expavi, contremui, perterritus sum, injectumque divinitus eum terrorem credo, quod ad divinum oraculum excipiendum tremendamque divini spiritus præsentiam me comparare; & longè infirmum, indignumque agnoscerem. Angelus itaque divinæ præsentia nuntius & index, externa quadam specie egressus est ante meum confpectum; tum etiam vehementior quidam ventus in faciem meam agitatus incubuit, frigui præ ingenti timore; strictis præ frigore pilorum radicibus, stetitq; coma, atq; hispidus inhorruì totus.

Constitit ante me umbra, cujus figuram, aut vultum clarè atq; distinctè perspicere nequivi; tandè subsequuto silentio, tenuissimam, placidissimamq; vocem, instar lenissimæ, auræ excepi animæ quietus, & divina visitatione recreatus, quæ & de divino supremi illius numinis candore, & de humanis sordibus sic me admonuit;

Nunquid misellus homo ærumnis, atque peccatis obnoxius, si ad divini iudicii trutinam examinetur, justus invenietur? An coram immensa luce, vel homo sanctissimus inter mortales, nõ erit obscurissima caligo, & crassissimæ tenebræ? An possit esse æquus inter homines iudex, qui cum iustum minimè injustè damnet; is nunc ullá injustitiæ maculá Deo supremo iudici tētet aspergere, quod innocentè unquam supplicio affecerit? An quis sibi de sua innocentia & sanctitate bláditus, supplicii à Deo & verberæ affectus, litem audeat Deo intendere, atque in iudiciū vocare, quod minimè incorruptè erga se iudicium exercuerit; atque in ea cum Deo lite sibi pollicebitur fore, ut à se iustitia steterit, & in causa contra Deum obtineat? * Ita ne creatore suo nitidior & defæcator creatura erit, & factori suo obloqui, & cum illo exostulare audebit, Cur fecisti sic?

Certè supremi ipsi spiritus, & Dei ministri, quorum præstans atque preclara natura, & constitutio est, nihil ex se boni habent, nullam vivendi, nullam consistendi stabilitatem, neque firmitatem, nisi à Deo creatore, & bonorum omnium auctore fulciantur & confirmantur: multò igitur minùs habebit luteus homo, de quo, aut gloriari, aut conqueri meritò possit adversus optimi, atque sapientissimi conditoris sui providentiam, & administrandarum rerum statam, legitimamque legem. * Quid quod propter inconstantiam & instabilitatem multi ex illis à Deo defecerunt; & qui, pro suo munere serviendi & ministrandi supremo rerum omnium Domino, maximè fideles esse debuissent, minimè fideles, constantēque fuerunt, sed apostatæ & desertores, & qui pravitatem consecrati fuerint; atq; in illos

Et quasi furtivè suscepit auris mea venas susurri eius.

13

In horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines,

14

Pavor tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt.

15

Et cum spiritus me præsentie transfret, inhorruerunt pili carnis meæ.

16

Stetit quidam, cuius non agnoscebam vultum. imago coram oculis meis.

17

Nunquid homo Dei comparatione iustificabitur?

** aut factore suo prior erit vir?*

18

Ecce qui serviunt ei, non sunt stabiles.

** & in angelis suis reperit pravitatem.*

inquirens

Ut soleat divinas revelationes initio comitari timor quidam. Et de regula dignoscendi veros, à falsis spiritibus. v. 16. num. 5.

Quid stabilis, quid pravitas hoc loco, & in sacro Sermone paulò accuratius explicatur. v. 18. num. 3. & 4.

19
Quanto magis hi, qui habitant domos luteas.

qui terrenum habet fundamentum, consumetur velut à tinea?

20


De mane usque ad vesperam succidentur: & quia nullus intelligit, in æternū peribunt.

21

Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis. Morientur, & non in sapientia.

inquirens Deus; invenit sanè, quæ supplicii æternis digna essent, facinora.

Quanto igitur faciliùs deficiet homo, & labetur in peccatum, qui natura sua fragilis, atque labilis est? Certè quidquid in angelis, quidquid in hominibus laudis, lucis, gloriæ est, id à Deo datum & profectum est. Quidquid tenebrarum, ignominia, dedecoris; ex ipsis creaturis originè habet. Quorsum igitur, o Iob, tuorum morum candorem & integritatem tam temerè commendes, & jactes; qui non alterius naturæ, aut nobilioris sis materia, quam cæteri mortales, quorum præclara pars, animus videlicet, à lutea corporis domo veluti carcere inclusa custoditur, sordido plane vilique domicilio, & ad paucos dies vitæ vanissimæ comparato: cum longè præstantiores illi cælestis empyrei domicili habitatores ruerint ex tanta fastigii altitudine precipites in profundissimum baratrum. Sentito de te, o amice, submissis; habemus namq; qui homines fumus, ex luto & pulvere vilissimo primam originem, cui tam imbecillo fundamento totius humanæ vitæ mōles, & momentum innititur; nihil igitur mirū, si, quod ipsi ignoremus, occultis peccatorum tineis & blattis arrodamur, & consumamur, quamvis fulgeamus externa specie sanctitatis. Nihilq; præterea mirandū, si occulto pariter iudicio, sed supplicio omnibus cōspicuo Deus nos dejiciat, atq; pessundet. sic tamē prodimur, qui simus, qui fuerimus. Interim dū non resipiscimus, sævit in hanc vitā, alioqui brevissimam, divina vindicta; atque nostræ infirmitatis oblii, nostrorumq; lapsuū nesciū, & divini supplicii contemptores abeunt impii in æternos cruciatus, universa posteritate, opulencia, splendore penitus ablatis, tantæ stultitiæ æterna morte pænas meritissimas luentes.



De lutei nostri corporis domo pluscula. & de cōparatione cum angelorū domicilio v. 19. num. 3. & 4.

CAP. QUINTVM.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Ex revelatione atq; oratione superiore cofiteretur. Eliphaz Iobu puniri a Deo propter peccata, quoru indicium sit ea, qua furere sibi videatur, animi indignatio; atq; bene illi futurum, si se Deo supplicem prebeat, qui prosternit superbos; humiles vero erigit, & locupletat bonis omnibus.

I. Voca ergo, si est, qui tibi respondeat: & ad aliquem sanctorum convertere.

- 1. Non parva interpretum varietas, quid vocare in Hebraeo, 2. Aliorum interpretatio, 3. Praefertur ceteris D.Thom. expositio de sanctorum invocatione. Vocare ad orationem etiam pertinere. 4. Particula, ergo, qua proprietatis ex Hebraeo. Quid Hosanna. 5. Qui appellantur sancti, totius sententia paraphrasis.

HAEC QUIDEM sententia alioqui facilis, & nullis vocum difformibus nodis adstricta; sed in qua cadant tot interpretationes, quot interpretum capita; verum indicandae breviter, sunt enim ad rem omnes. Quidam per Ironiam cum irrisione quadam, & insultatione dictum accipiunt. Alii ferid; & ex illis videntur esse Greg. Polychron. Interlin. Cajet. Eug. non una tamen omnes ratione. Cajet. ad hunc feremodum; Voca nunc defunctum aliquem, quamvis ille sanctissimè vixerit, qui tuas partes agat, scilicet; respondebit profecto tibi nemo, ut pote quorum animè simul cum corporibus interierint. Imposuit nunc quoque Hebraeus ille Cajetano, nisi quis erret, ex his verbis illum errorem elicere non poterit. Polychron. & Interlin. amarulentius; Non solum quod

I Multiplex huius sententiae acceptio.

Greg. Philip. Polychron. Interlin. Cajet. Eugub.

impie vixeris, sed quod ea orationis asperitate usus fueris, dignus non es, cui sancti invocati adsint; aut faciles & benignas angelorum aliquis tuis quamotionis, & precibus aures prebeat. Grego. adhuc vehementius; Oratio tua execrabilis erit; quantum liber afflictus clames; Deum tibi respondentem non habes, quia vox in tribulatione eum non invenit, quem mens in tranquillitate contempnit; sanctos quoque invenire in afflictione adjuvatores non vales, quos habere socios in hilaritate noluisse. Philo. & Eug. ut ex sanctorum testimonio suam sententiam confirmare velit Eliphaz; Age, adhibe tibi patronum; conveni, consule quemquam ex sanctis; neminem invenies, qui aliter, quam ego de Dei providentia, deque hominum infirmitate, peccatis, ærumnis sentiat; nemo tibi pravè, corruptèque de his rebus iudicanti patronus adesse volet; nemo qui tibi respondeat, tibi accinat, tuam sententiam tueatur, in hunc sensum posset dici; Voca, profer nomina, produc, si quem habeas, pro tua sententia: nam Kara, quod hic est vocare, est etiam appellare proprio nomine (llamarle por su nombre) sicut Gene. Vocavit: Deus firmamentum caelum. & licet clamare, invocare, aut predicare significet, semper est cum nominatione eius personae; aut rei, ad quam loquimur ut Gene. 4. Iste capit invocare nomen Domini; id est, publice, aperte, contenta voce, psalmis & hymnis Dei nomè celebrare, & illum suo nomine pie & religiose invocare. Isai 48. Israel, quem ego voco (a quien yo hablo y llamo por su proprio nombre) Psal. 33. Iste pauper clamavit, id est, Deum suo nomine compellavit ingenti clamore, ab hoc quoque non multum abludivit Polychro. Age sis sententia tua, comitem mihi profer aliquem. Olymp. ut ad Iobi factum comprimendum dicat Eliphaz, postquam disputavit de humana imbecillitate; Quid prater dignitatem loqueris homo inferior Deo, ut non solum videre illum, nec comprehendere queas, sed etiam ut nec a te millies inclamatus, sit responsurus: quid loquor Deum, quandoquidem nec ejus angeli in nostrum possunt aspectum intercurre?

2 Possunt praeterea arrogantis verba esse, & de revelatione sibi facta gloriantis; Ego non ex meo cerebro loquor, sed divinum oraculum profero: si quid tu simile habes, profero; si nihil ejus modi habeas, obmutescere debuisses. Huc per-

Philip. Eugub.

Vocare quid N.P.

Genes. 1. 8.

Genes. 4. 24.

Psal. 33. 7.

Polychron. Olymp.

2

tinet

Lyranus.

3 D.Thom.

Invocatio sanctorum.

Verbum vocandi ad orationem pertinet Psal. 118. 145. Iob. 12. 4. Osee. 7. 11.

Psal. 117. 25.

Quid Hosanna. Cant. 3. 2.

Exod. 112.

tinet, quod Lyranus ait: Si nondum quae audisti, intelligis, pete à Deo, ut tibi facilem mentem injiciat, quo audire & intelligere velis, & possis. Paulò secus, ut sit impatientiae Iobi reprehensio quaedam, & ejus sanctitatis confutatio ex sanctorum exemplis, qui in laboribus & ærumnis sustinentiam non amiserunt; Repete omnium saeculorum memoriam, & ad omnium sanctorum vitas actaque contemplananda te converte; vehementer afflictos invenies, sed afflictionis, & laboris impatientes non invenies. Fortè verò proponit Abel, Noe, Abraham, Isaac, Iacob.

Sed tandem sapienter D. Thom. sententiam hanc ad orationem pertinere voluit; Si meis dictis fidem non adhibeas, vel non satis perspicis, quae dixerim, pete à Deo, ut te de vera, rectaque sententia instruat; & quo facilius obtinere possis, ad aliquem sanctorum te converte, qui te sua quoque oratione, & intercessione adjuvet, vel potius ad rem ipsam; Satius tibi erit humiliari sub potenti manu Dei, & adhibere sanctorum invocationem, & preces, qui Deum tibi iratum placent, & conciliet. Hic ergo sensus contemnendus non est; tum quod rei praesenti congruat; tum quod sanctorum invocationem adversus nostri temporis haereticos planè confirmet. nam quod supponitur, sanctorum invocationem piam, utilemque nobis existere, indicatur quidem fuisse tum in consuetudine; tum etià in fide recepta; & quod, non Iobi, sed Eliphaz verba sint, nihil de loci auctoritate detrahit, ut supra docuimus; & favet sanè ipsum vocandi verbum, quod etiam invocare est, & cum oratione & precibus clamare Psal. 118. Clamavi ad te, salvum me fac. Iob. 12. In vocabit Deum, & exaudiet eum. Hose. 8. Aegypti invocabant. Favet praeterea particula (ergo) quae in fonte est (na) vel (ana) estque particula adhortantis, vel obsecrantis; & est aliquando inferioris erga superiorem; ut Psal. 77. O Domine, salvum me fac; Hebraice additur in fonte (na) obsecro. sic legit Hierony. Salva obsecro. sic dicebat populus; Hosanna, salva obsecro. ejusdem quoque ad semet ipsum; Cant. 3. Surgam, & circumibo civitatem. in Hebr. Surgam ergo; age jam, quid ni surgo? quid moror? & superioris ad in feriorem, quasi jubentis; Exod. 11. Dico ergo (na) omni plebi. hortatur, jubetque ut confestim dicat & iussa

deferat, & exponat; Voca ergo (inquit Eliphaz) Quid moraris opè implorare sanctorum? tibi aliorum orationibus, & precibus opus est.

Sanctorum autem nomine Augustinus angelos intelligit, quorum sanctitas antiquior & excellentior sit. sic quoque Sept. Invoca, si quis tibi respondeat, vel si quem angelorum sanctorum aspicias. similiter angelos intelligunt. ca. 15. Ecce inter sanctos ejus nemo immutabilis. fortè quod tunc angelorum patrocinium frequentibus miraculis confirmatum esset, frequenter quoque illorum apparitiones, sicut Gen. 48. orat Iacob: Angelus, qui eruit me decunctis malis, benedicat pueris istis. de quo aptior erit locus dicendi inferius c. 33. Super id: Si fuerit angelus pro eo loquens, &c. Alii, sanctorum nomine, vel angelum vel hominem justum vitam functum; Alii quemcumque sanctum, etiam apud nos degentem; quod amplius exagitat haereticos, atque haec quae diximus universa potuerunt in hujusmodi sententiam ab Eliphaz conferri; His meis imò divinis potius oraculis, quibus me praeter aliis divini numis bonitas dignata est, fidè te adhibere oportet, o amice Iob; atque tuae causae, sententiaeque dispendere, ut cujus neminem patronum invenire possis; nam, si quem habeas, deberes confestim proferre, atque indicato solo illius nomine te tueri: verum satis scio neminem sanctorum, vel angelorum vel hominum (consilium enim impiorum longè sit à me) de Dei providentia, de humana imbecillitate, de miseris & ærumnis aliter dicturum, aut iudicaturum, quam quae à me audieris; atque utinam is tu es, què Deus, vel angelus suo verbo suoque oraculo dignarentur, & rei hujus responsionem & cognitionem postulanti, responderent. Sed responderent scilicet furenti, & indignanti homuncioni, qui cum è potestate, id est mente, & consilio exire visus fueris, ea verborum acerbitate, & orationis asperitate insoleras, ut minime faciles jam nunc sanctorum angelorum, ne dum divinas aures, quae misero cuique nunquam non patuerunt, tuis orationibus, & obsecrationibus (quamvis multas & importunas adhibeas) habiturus sis. Sed non idè cessandū tibi ab oratione, & invocatione sanctorum fuerit; haec enim extremum remediū in tua ista deplorata calamitate fuerit, ut & obtine-

5 August. LXX

Iob. 15. 15. Genes. 48. 16.

Iob. 33. 23. Tiresim.

Vid. Orant. de locis cathol. lib 3. c. 23.

Totius sententiae, atque omnium interpretationum collectio.

re fortè

re forte possis meliorem mentem, & sanis, in corruptiusq; de rebus iudicium; utque Deum tibi iratum, & multis rationibus infensum, equum, mitè, placatum illi ipsi efficiant.

¶ I. Verè stultum interficit iracundia, & parvulum occidit invidia.

- 1. Verè legendum ex correctione Vaticana. qua illius particula usus, & pro prietas.
- 2. Quid stultus, & quis stultia gradus, cum ad sermonis vitium pertinet. explicat Zachari. Sapiens, Paulus.
- 3. Impatientia cum stultitia conjuncta.
- 4. Superbia stultitia quaedam est ex Paulo.
- 5. Ira activè, & passivè explicatus Salom. & Ecclesiasticus.
- 6. Ira & invidia extrema passiones. Quis propriè dicatur parvulus ex Hebraeo.
- 7. Multa in parvulo considerari opportuna ad rem. Divites iracundi & invidi, & pueriliter splendida quæque concupiscentes. Impis desiderii pascentur, cruciantur etiam iisile. Explicatus Ioannes.

PERSTAT Eliphaz in probando suo illo instituto, videlicet superbos, & potentissimos, atque opulentissimos quosque ex impiis perdi à Deo; tum etià calamitatum impatientiâ sceleratè profusus vitæ, & morum corruptissimorum argumentū esse. nec non etiam illud, quod cap. præcedenti proposuerat, neminem esse, qui de sua innocentia gloriari apud Deum possit, cum proni simus ad malum omnes.

Verè. Sive virum, cum aliis codicibus, sive verè legas, sensus idem. sed verè, correctior lectio Vaticana. In Hebræo particula causalis (chi) quia; Septuag. etenim. sed aliquando affirmantis est, & redditur iustè. Gene. 27. Iustè vocatum est nomen ejus Iacob. id est, verè, meritò. & 2. Reg. 23. Inter tres (additur in Hebr. Chi, utique verè, sanè) nobilior. sic etiam infra redditur, quidem. cap. 14. Tu quidem gressus meos dinumerasti. eleganter. igitur. hic redditur verè.

Stultum. In fonte Evil. cum multos autem stultitiæ gradus. multis quoque nominibus expriment sacra Litteræ; certè Evil, in eo gradu videtur esse, ut sit temerarius, audax, imprudens, percitus immoderato quodam affectu, & infania, impatientia, aut ira; multa quoque per furorem effutiens. Hispanè, un atronado, defenfrenado, atrevido; Ea verò nominis significatio, & vis. colligitur ex Zach. 11. Sume

tibi vasa pastoris stulti, non quidem rudis, & ignorantis, sed temerarii, audacis, furentis, per summam crudelitatem gregem non moderantis, sed perditis; videlicet si gestet pedum, non quo detineat oves, sed quo velut jaculo vulneret, & configat; & velut fuste tundat & confringat; & pro oleo, & reliquis instrumentis boni pastoris, assumat arma, gladium, lapides, ad perdendas, & macandas; sicut de stultis pastoribus dictum est Ezech. 34. Cum auctoritate imperabatis eis, & cum potentia. & Proverb. 14. Sapiens mulier adificat domum, insipienti (Iveleth) manibus destruet; videlicet quia temerè agit omnia (a tontas y a locas) & paulò inferiùs; Impatiens operabitur

* stultitiâ. pertinet etiam ad temeritatè, & audaciam loquendi; quod Paulus appellat Stultiloquium. & sic Marc. 7. hæc tria conjunguntur, superbia, blasphemia, stultitia. nempe temeraria verba cum exandescencia, & Dei contemptu. Similiter explicatur hæc temeritas Hoseæ. 9. Scitote Israel stultum prophetam, insanum, virum spiritualem; id est, multa effutiètem temerè instar infanientis, & furore quodâ, aut spiritu percit: iqualis & Paulus visus est Festo Act. 26. cum de divinis rebus multa disputaret. Insanis (inquit) Paule, multa te littera ad insaniam convertunt. Non * insano (inquit) optime Feste, sed sobrietatis & veritatis verba loquor. Ergo hoc loco stultus erit impatiens, præ animi indignatione, & temeritate, multa loquens cum audacia, & contemptu divini numinis: & ita cum hac Stultitia rectè iugitur, iracundia, & ingens præterea damnum, quod ejusmodi furor ex infania impatientis animi sibi ipsi affert. sicut à Sapiente Proverb. 19. dictum est: Stultitia hominis supplantat gressus ejus, & contra Dominum fervet animo suo.

Illud quoque ad insignem stultitiam pertinere videtur, superbè & impatienter respuere velle, quas Deus ad superbiâ & impatientiam comprimendas immitit calamitates; nam ea ratione non defervet divina vindicta, sed multò acrius inflammatur, si peccator punitus adhuc superbiat, & stimulatus tunsusque, velut intractatus equus ferocitas. quæ videtur esse illius Proverbi sententia usurpata ab ipso Deo. Act. 9. Durum est tibi contra stimulum calcitrare, videlicet quadrat in eos, qui eum provocant, qui læcessitus amplius nocere possit, atque in eos simili-

ter

Ezech. 34. 4

Proverb. 14. 1. Prov. 14. 17.

* Un hombre mal sufrido en hazer locuras y desatinos. Ephes. 5. 4. Marc. 7. 22. Stultitia ad sermonis vitium refertur. Hosea. 9. 7.

Actu. 26. 24.

* No disparo ni me alargo en hablar, antes me aro muy corto.

Proverb. 19.

3

Act. 9. 5.

ter, qui cum ærumnis & laboribus relictentur, non solùm nõ effugiant illa, sed vehementiùs augeant, ut ille dixit:

Insititia est adversus stimulum calces.

De iracundia verò insolescentis adversus Deum hominis Euripides eleganter.

Potius sacra illi fecerim, quam calcibus stimulos ferire coner iracundia Citus in Deum, mortalis ipse cum sem.

Quare sanius id Sapietis consiliū Proverb. 25. * Patientia lenietur princeps, & lingua mollis confringit duritiam.

Est verò ut indicavimus, cum impatiètia erunarum conjuncta superbia; quæ cū insigni etià stultitia conjuncta est. Quæ admodum enim canes, qui impatiètiæ & iracundiæ symbolum sunt, pariunt catulos cæcos, ita iracundi & impatientes, atque superbi edunt dicta, consiliâq; cæca, planèq; stulta. Quare inter eos, qui metas rationis faciliùs prætergrediuntur, superbi, & irati sunt, ut docet. Aristò. Rem eleganter explicuit Chrysof. super c. 11. 2. ad Cor. nam inanem gloriationè appellat eo loco Paulus, Insipientiam. In insipientia dico, plus ego. Et: Accipite modicum quid insipientiæ meæ, & rursus: Libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. qui enim humiles sunt, & injuriam, atq; persecutionè patièter perferunt, iidem, & sapiètes sunt. qui verò injurii sūt, atq; superbi, iidè insipientes. utriusque videlicet, & sapientiæ & insipientiæ rationem, explicationèq; subjungit Paulus: Sustinetis enim si quis vos in servitutem redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur. Vtriusq; tum superbiæ, tum stultitiæ Nabal exemplum est insolenter & temerè multa effutiens, & secundum nomen suum stultus.

4 Canes impatiètiæ & iracundiæ symbolum.

Arist. 5. Ethic. cap. 6. Chrysof.

2. Cor. 11. 21. 16. 19.

1. Reg. 25. 25. 5

Deut. 32. 27. 5

Prov. 27. 3. * Lo mas pecado de sufrir en el necio, son las ocasiones en que os pone de enojaros y descomponeros. Chaldæus. Olymp.

co iracundiam, divinam videlicet, quam impius impatiens atque superbus provocat. vide inferiùs. cap. 36. Simulatores, & callidi provocant iram Dei.

Sed lenior & congruentior sensus, si passivè sumatur; exempla mille. Psalm. 6. Turbatus est à furore (iracundia, mæore, dolore; nam hæc omnia cadunt in vocè originalem) * oculus meus; inveteravi inter omnes inimicos meos. ante senectutem

senectus non ex annorum, sed ex perfectionum multitudine, & gravitate. Similiter igitur hoc loco, iracundia, nimius dolor & impatiens stultitia, divinæ providentiæ lugubris, tristis, irata criminatio, interficit stultum (el mismo se dequella) sicut dicitur Proverb. 1. Aversio parvulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos. id est, stulti quidquid agant sibi ipsis exitio sunt; sive malum fugiant; sive ab illo avertantur; pejora semper eligunt, meliora fugiunt. ita hoc loco, interficit, perdit, exitio, & morti est. idem Eccles. docuit cap. 2. Qui sine timore (reverentia, & pio in Deum affectu) est, non poterit justificari (in multa peccata incidet) Iracundia animi animositatis illius (Septuaginta, Imperus ira ejus. Compl. Indignatio ira ejus, id est proclivitas ad irascendum impatienter, temeritas) subversio (ad multa tum peccata, tum damna) illius est. Sententiam integram exposuit per paraphrasim lectio Tygurina, neque incommode. Religio Domini peccata expellit; & quando præsens est iram ardet. vir iracundus non poterit censeri justus; nam ruinâ ei creat ipsius ad irâ proclivitas. Vides ut verissimis sententiis utatur Eliphaz; sed abutitur tamen contra Iobum.

8. A los ojos, y a la cara me fa len mis enojos, y mis penas me tienè viejo antes de tiempo. Psalm. 6. 8.

Prover. 1. 32.

Eccles. 1. 28.

L. X. X.

Tygurina.

6 Ira & invidia extrema passiones.

Et parvulum. Per stultum, & parvulum. tam divites, quam pauperes intelligunt Divus Thomas & Cajetanus, & per iram & invidiam, quæ sunt quasi extremæ passiones, atque vitia (nam ira & superbia ad elationem, & magnitudinem animi, invidia ad pusillanimitatem & parvitatem pertinet) omnia alia vitia, quæ media sūt, intelligi volunt, quasi dicat; Non est, qui nõ peccet, & alicui passioni, & vitio obnoxius non sit: nam si dives sit, superbit & irascitur: si pauper, invidet. Sed meliùs ut omnino eundem impium, tum iracundiæ, tum invidiæ notet: & utrumque ad Iobum referat: sicut etiam non tã in invidia aliquis Dei zelus in hominè

Iob. 36. 13.

Psalm. 6. 8.

* A los ojos, y a la cara me fa len mis enojos, y mis penas me tienè viejo antes de tiempo.

Psalm. 6. 8.

Prover. 1. 32.

Eccles. 1. 28.

L. X. X.

Tygurina.

6

Ira & invidia extrema passiones.

& odium in improbos considerandum est, ut auctor Catene voluit; quam ipse invidi hominis, invidiæq; ingenium & vitium, ut cum superiori iracundiæ vitio congruere possit.

פרת Est autem parvulus hoc loco à radice (Pathab) quod est verbis pellicere, lactare, suadere, inclinare ad ea, quæ sunt præter veritatem, seducere, persuadere. Inde (Pethi) parvulus; & aliquando vertit. Vulgatus, Innocentem, aliquando Stultum; & Proverb. 14. videtur vim nominis exprimere; Innocens credit omni verbo. quare Parvulus est, qui facile dolis, fallaciis, blâditis credit, & capitur; flexilis, credulus, qui inclinat facile ad ea, quæ audit, vel videt, persuasibilis, hujusmodi enim est parvulus ætate, & sensu, Rab David; Qui declinat cor ad ea, quæ sunt præter rationem, & veritatem.

R. David R. Mardochai in suis concordantiis: Qui credens omnibus facile persuadetur, & flectitur ad omne verbum. Apud Septuag. est Errans, apud Aquilam: Illecebris deceptus; apud Symmachum, Imprudens, parvulus. Regia dixit, Ardalionem, ad genuinam vocis significationem non multum; ad rem verò parum, ut videtur, accommodatè. Similis soni, & significationis apud Græcos (Pitho) Suadela, vis persuadendi. & Pithemon, moriger, qui facile & lubenter obsequitur, & paret. Invidia autè seu, ut Septua. dicunt, Zelus, est ardor quidam urens animum, indignabundus & contumeliosus, quo quis aliis invidet bonum, quod sibi soli concupiscit.

πιδω Ex tanta igitur illius radice fecunditate, atque ex Parvuli consideratione per ampla multi sensus pullulât ad rem præsentem opportuni.

πιδω Primò ergo quidam in parvulo pusillum omnino animum significari, dicit: atque eum inesse homini invidio, qui de sua felicitate desperat, dum alios felices videt; existimat enim quantum alii habent, tantumdem sibi auferri. quo notabitur Iob, quod suis amicis felicitatem invidet, ut Olymp. indicavit. in hoc respexisse etiam videtur Greg. Invidere (inquit) non possimus, nisi eis, quos nobis in aliquo meliores putamus. Parvulus ergo est, qui livore occiditur, quia ipse sibi testimonium perhibet, quod eo minor sit, cujus invidia torquetur. Hinc est quod hostis callidus primo homini invidendo surripuit, quia amissa beatitudine, minorem se immortalitate illius agnovit, &c. plura in hanc rem copiose & eleganter Gregorius.

7 Multa in parvulo considerari ad rem præsentem opportuna.

Parvulus pusillo animo.

Olympiod. Greg. lib. 5. cap. 31.

Secundò, ut indicetur totam hominis opulenti vitam, & cogitationes universas, his duobus quasi cardinibus volvi. Iracundia, & invidia; iracundia (inquam) id est, Superbia vita, divitiarum jactantia, & que ex his nascuntur, temeritate, præcipitantia, stultitia, Dei hominumque contemptu; deinde verò Invidia, id est, cupiditate & desiderio amplioris fortunæ, & inexplibili illa avaritiæ siti, famæque sacra. Sic indicatur Proverb. 28. Vir, qui festinat ditari, & aliis invidet, ignorat quod egestas superveniet ei. vel in ipsa certè ratione naturali melius instituti erant Romani, qui cum honorum, atque divitiarum participes essent, & superbiæ vitio laborarent; tamen, ut auctor libri Machabæorum scribit, modum quædam sibi statuebant; Non est (inquit) invidia, neque Zelus inter eos.

Tertiò, ad puerilem quamdam inscitiam cum stulta superbia conjunctam alii hoc modo referunt; Stultè & pueriliter discruciat, qui, quæ aliorum bona, & felicitatem videt, sibi propter inanem sanctitatis existimationem deberi existimat, aliosq; indignos censet, qui illis fruuntur. hunc sensum indicavit Olymp. Stultè (inquit) irasceris, atque his stultè vitam invides, qui vitam jucundè traducunt, quando te sanctum constituis. Puerorum sanè proprium est, quidquid in aliis videant existimare sibi deberi; atque etiam discruciar, nisi obtineant.

Quartò, Philippus puerilem quamdam levitatem viro gravi indignam, & non alterius, sed sui ipsius stultam invidiam intelligit, quas Eliphaz collegit ex lamentationibus capitis tertii. Philippi verba indigna non sunt, quæ adscribantur. Ideo iracundum notat, quia natiuitatis sue diem maledixerit; nam maledictio, sicuti sit per spiritum prophetia sine animositate, iracundia non est; Invidiam verò dicit, quod sibi ipsi invidet, quare vivat, & quare natus sit. Parvulum quoq; eum exprobrat, eò quod pusillanimus sit, & virilè gravitatem tanta agere levitate non deceat. Philipp. hæc. Tygurina lectio: Levem perimit indignatio. qui ita angusto pectore, & dejecto animo sit, ut sibi nulla in re indulgeat; neque, qua possit ratione, se erigere, & sustentare velit, hic sui ipsius invidus est, ex Sapientis sententia: Qui sibi invidet, nihil est illo nequius.

Quartò tandem nonnulli Hebræi, quos affert, sequiturq; Pagnin. imitaturque in

Divites iracundi & invidi.

* Sobertia de lo que tiene. Invidia de lo que no tiene.

Proverb. 28. 22.

1. Machab. 8. 16.

Olymp.

Philipp.

Tygurina.

Eccles. 14. 6.

annot.

Pag. Vatab.

annot. Vatablus, in invidia illum præcipue amorè, & cupiditatem boni absentis considerant; atque in parvulo animum levem, & facilem ad declinandum in concupiscentiam eorum omnium, quæ videt; ut qui concupiscentia illa oculorum labore. Hunc ergo parvulum oportet desiderio, & privatione boni discruciar, & visibilia depereuntem perire. Sic Rab. Salomon, in hujus loci commentario; ait: Parvulus est vir multi desiderii; cujus cor inclinatur ad omnes prosperitates, & semper remanet cum invidia, & dolore: in hanc ferè sententiam dicitur Proverb. 21. * Desideria occidunt pigrum. desideria inquam fruendi alieno labore, deperit enim alienos labores, quos si non obtineat, perit, & contrahescit præ desiderio, & invidia. Parvulus similiter occidit invidiam; nã illi dolèt oculi; & macrescit aliorum rebus opimis; nã ex hoc perpetuo desideriorum, & invidiæ æstu, fit interitus quidam longè acerbissimus impiorum cruciatus; cum nihil aliud illi tribuere videatur mundus, quàm ejusmodi desideriorum, & invidiæ occasiones. Dicente Ioanne Apostolo: Omne, quod est in mundo (quidquid impii ex mundo habent) aut est concupiscentia (mirum! nam possessio bonorum, experientiaque displicet; concupiscentia verò etiã excruciat) carnis (eorum, quæ ad carnem pertinent, quibus sustentatur & pinguescit; cibis; potus, concubitus, aliæque id genus voluptates) est; & concupiscentia oculorum (eorum, quæ splendent, & oculos pelliciunt, & pascunt voluptate, opes, aurea; suppellex, spectacula magnifica; fumosa; majorum imagines, stemmata nobilitatis, affeclarum, & clientum amplissimus comitatus); & superbia (fastus, strepitus, insolentia) qua quis honores, & dignitates mundanas ambit) vita (victus, humanæq; & mundanæ consuetudinis) quo (ad omnia præcedentia refertur) non est ex Patre. Hinc videas quidquid mundus præter desideria habet, aut nihil, aut valde vile esse. Quare sapienter Greg. dixit: In his mundi delitiis appetitus (concupiscentia, desiderium) placet; experientia displicet. Tota ergo impii hominis vita videtur ex desideriiis composita, ut quodammodo hominè diceret, & diffinire possis, Virum desideriorum, neque alium esse desiderandi præstitutum finem, quàm mortem, sicut Scriptum est: Mortuo homine impio nulla erit ultra spes; &

Impii solis desideriiis cruciantur.

1. Ioan. 2. 16.

Greg. hom. 36. in. Evang.

expectatio sollicitorum peribit: vides hic spes vanissimas, sollicitudines anxias, quibus cum vita finem non imponat, statuet profectò mors. quare etiam dicas * Desideria occidunt pigrum; id est, desideria illum commitari usque ad extremum halitum. Quare Paulus desideria divitibus afferre extremum interitum testatur. ad Timoth. 6. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & desideria multa, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem hujus temporis. Parvulum ergo occidit invidia. Proderis ergo, o Iob (inquit Eliphaz) immodica te rerum mundanarum libidine estuasse; & cum illis omni via, & ratione comparandis te totum tradideris, nunc amissis æstuas adhuc; & quæ te concupiscentia, libido, invidia perdidit, perdet quoque funditus.

III. Ego vidi stultum firma radice: & maledixi pulchritudini eius statim.

1. Stultus nomen quadrat in divitem.	beant. Ex Sapientia ut. a. & Isai.
2. Impius terra arbor ingens. Explicatus David.	5. Impius non arbor, sed fructus. Herba spiritualis.
3. Quid radix? & quibus arboribus comparati divites.	6. Maledicere. Quid pulchritudo ex Hebræo. Famula mali ex impio patre familias.
4. Ut impii radices habere videantur nullas habere.	7. Signum pro resignata. & e contra.

I EX familia, & domus interitu, & omnis felicitatis amissione conatur Eliphaz elicere latentem Iob impietatem; Ego vidi, non semel consideravi, expertus etiam sum: stultum, evil; de quo superius diximus, sed id nomen quadrat peculiariter in divitem, quod divitiæ audacem & temerarium, hominem reddant, atque dementent. Quare Paulus monet Timotheum, ut præcipiat: Divitibus hujus sæculi, non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum; quæ ad animi insolentiam, & temeritatem pertinent. Sic Luc. 12. dives ille stultus appellatur. mirum quàm adigant divitiæ ad insaniam mortales; & illiciant ad negandum, dicendumq; in corde inipienter. Quis est Deus?

2 Firma radice. Comparat impium divitem, prosperè agentem, multos habentem liberos, & numerosum famulitium, cuius proceræ arbori, amplæ, annosæ, cujus ra-

Proverb. 11. 7.

Proverb. 21. 5. * Con sus de- feos se muere

1. Tim. 6. 9.

Dives stultus

1. Tim. 6. 17.

Luc. 12.

Proverb. 30. 9. Psal. 13. 2.

T 2

dices

dices altè defixæ sunt, & tellurem circumjectam habeant valde amicam, benèque congruenti humore temperatam, & succi plurimum, atq; alimenti subministrantem; nos eandem translationem usurpantes dicimus (un rico hazendado y arraigado en este mundo). Quod verò ad ipsam terram attinet, ex qua multum incrementi impius exugatur, est id Psalm. 36. *Vidi impium super exaltatum, & elevatum sicut cedros Libani.* Hierony. ex Heb. *Vidi impium robustum, & robustum & fortissimum, sicut * indigenam virentem.* Est enim in hoc mundo impius sicut in nativo solo. *Qui enim de terra est, & de terra loquitur.* possis etiã dicere de terra vivit, crescit, floret, germinat, fructumq; ex terræ quasi visceribus latentem profert. Qui verò non est homo de terra terrenus sed de celo celestis, ascendit sicut virgultum, & sicut radice de terra sitiens, non est species ei neque decore, videlicet sicut tenerum virgultum, quod tellus parens, non velut parens, sed velut noverca nõ valde amicè cõplecteretur, neq; fovet, nõ multum se in terris extulit, sed velut in arena & arida terra, neque trunci magnitudie, neque ramorum proceritate, neq; frondium amantitate mortalium oculos ad se allexit, neque fibras ita latè diffudit, ut virens inde sylva pullularet; nullis honorum insignibus, nullis externarum rerum ornamentis majestatem suam declaravit; nemo dixit, Vidi illum firma radice, sed potius externa specie & ornamentis nudatam arborem, advenam, & leviter terræ hærentem, quod sumæ sapientiæ est; sicut stultiæ, in hac terra vivere & pulchrescere.

3 Quod verò ad virentis arboris firmitatem, altæque radices pertinet, ait: *Vidi firma radice.* posset quidem id referri ad truncum; nam ea arboris pars, quæ ex terra prominat, & quæ truncatis ramis superstat, radix aliquando appellatur Isai. 21. *Flos de radice* (id est truncus, virga) *ejus ascendet.* & cap. 53. *Ascendet sicut radix de terra sitiens.* Quare erit sententia; Vidi valentem arboris truncum instar annose querquis, aut antique, atque proceræ cedri, videlicet his arboribus opulentissimi quique, potentissimiq; comparantur, Isai. 2. & 6. Danie. 4. Zach. 11. Sed hoc loco crediderim potius accipi pro ipsis radicibus, videlicet illa parte arboris, quæ latet sub terra, & fibris capillata est. Vidi (inquit)

magnam illam & amplissimam comam ramorum, foliorum, filiorum, famulorum firmis, ut videbatur, niti radicibus: nam in originali propr. Vidi stultum radicum, aut radicantem, radices agentem (epitaphum habet) in dies crescentem, vires sumem, & quotidie firmiorem fieri; atque ea ipsa festinatio increfcedi, & facilitas germinandi mihi suspecta reddita est; nam *Iustus* (paulatim, imperceptibiliter, vix post multos annos) *ut palma florebit.*

4 Hic duo observanda. Primum, non eodem modo de radicibus & firmitate hujus arboris, quæ impiu refert, sacra Scripturam loqui, aliquando enim negat ullis firmis radicibus niti: nunc verò altissimis radicibus defixam asserit; nimirum illud re ipsa & veritate; hoc verò externa tantum facie, & vulgi sensu, & existimatione. de illo Sap. 4. *Adulterinae plantationes non dabunt radices altas, nec stabile fundamentum collocabunt; & si in ramis in tempore germinaverint, infirmiter posita à vento comovebuntur & à nimietate ventorum eradicabuntur; confringentur enim rami, &c.* ubi describitur universæ cujusdam familiæ vastitas, & interitus. Iis verò, qui existimè tyrannos istos, & impios divites plantatos, & radicos in terra perpetuò victuros, ut omnem falsam existimationem deponant, præcipit Isa. cap. 40. *Et quidem neque plantatus, neque satus, neque radicans in terra truncus eorum, repente flavit in eos, & aruerunt, & turbo, quasi stipulam, auferet eos.* quasi dicat; *Qui in oculis hominum florent, & in sua felicitate videntur firmam quandã, perpetuamque stabilitatè cõsecuti, perinde sunt, ac si nunquam sati, aut seminati esset, nec radices ullas egisset; everfis enim fortunis omnibus perflàs iratus Deus illos convellet, atque dejiciet de suo staturo, & velut aridissimas, levissimasq; aristas dissipabit. ita nemo sine Dei presidio stabilis erit.*

let, & sese eripiat.

Sed tamen per filios ignis, aut. prunæ
intelligi debere scintillas genitas; & pro-
siliantes ex igne, est plurimorum cōsen-
sus, R. Abraham, & R. Levi. in comment.
Thargum. Pagni. Vatabl. Isidor. Clarus.
Biblia Guarini. Hæc lectio duplicē quo-
que habet explicationem: primam, *Homo*
ad laborem natus est; & scintilla volant. ut dū
laboraret, & terram ligone verteret, lapi-
desque cōfringeret, scintillas ex lapidi-
bus & silicibus extunderet, ingentis labo-
ris opus. Secundam, *Homo natus ad laborem,*
quo fructum sibi, & victum comparat, si-
cut enim ictibus cum labore eliciuntur

ex lapidibus scintilla; ita etiam cum la-
bore terræ fructus percipiendus est. Thar-
gum dixit, *Filius hominis ad laborem natus*
est, & finis ejus tamquam scintilla, quæ saltant
ex prunis, & elevant se, ac si volarent. id est, Mi-
ser, & erumnosus homo ad laborem na-
tus est; licet enim videatur in oculis alio-
rum hominum vivere, lucere, splendere;
scintillare, sed facilè igniculus ille, levif-
simusque splendor evanescit, & extingui-
tur: non aliter atque scintilla, quæ in mē-
dio ascensu evanescit; neque ex sublimi
volatu majus emolumentū habuit, quā
quod in omnium oculis extincta est. sic
fulgetra sulphurea; quæ volantia pueri ap-
pellat, acceptus in sulphureo pulvere ig-
niculus in sublime evehit, ut in omnium
oculis extinguantur, & pereant; & vulgi
proverbium; & fabula fiant. His præterea
accidit, ut cū brevissimo, & levissimo
vitæ, & fœlicitatis splendore scintillis si-
miles sint; sed morientes tamē solem de-
ficientem referant, quem nemō aspicit,
nemōque illum sermonibus vsurpat, nisi
cū defectum & tenebras patitur.

Tertio, vocem illam (*Reseph*) Vulgatus
vertit *Avem,* tum hic, tum Deut. 32. *Devora-*
bunt eos aves. cōsentit etiam R. Moys. hoc
loco, & Septuaginta, *Pulli autem vulturis ap-*
tissime volant. Complut. *Pulli aquilarum,* su-
mentes speciem, quæ volatu excellit, pro-
genere ejus. Symmach. *Filii volatiliū attol-*
lunt pennas. Aquila *Filii volucris.* idem quo-
que agnovit Hieronym. Psalm. 75. *nam*
ubi Septuaginta dixerunt, Confregit pœn-
tius arcum, Hierony. legit *Volatilia arcuum;*
id est, sagittas: splendidas instar prunarum,
pennatas, celeres, volantes instar aviū. de-
nique in ea voce agnoscūt Hebræi celeri-
tatem quamdam ex volatu, ut supra ex his
dem Hebræis asseruit Hieronym.

Hinc jam multiplex conficitur sensus.
Primò secundum Chrysostomum, & ple-
rosque Latinos; Naturale est homini la-
borare, sicut aviū generi volare; natura
le quoque mortalibus est victum sibi cū
labore, & sudore parare, sicut è contra a-
vis nullo labore alienis frui. agricolæ
laboribus; est ergo similitudo quædam
cū dissimilitudine junctā in hanc sen-
tentiam; Ne putes, o Iob, alienas esse à te
ærumnas, homo cū sis; neque verò te
in his calamitatibus despicias; non enim
minor de te generali omnium provisorio
Deo cura est, quā de avibus, quibus

Thargum.

Impii similes
fulgetris vo-
lantibus.

Impii similes
soli deficienti.

Deut. 34. 24.
R. Moys.
LXX
Complutens.
Symmach.
Aquila
Hierony.
Psal. 75. 4.

6
Chrysof.

neque

Matth. 10. 29

Chrysof.

proverb. 1. 17
Hof. 11. 11
Psal. 138. 9

Isai. 3. 22

7
Greg. li. 6. c. 6.

Alacritas in
amplectēdis
laboribus.

1. Ad Thimo.
6. 11.

*Bulca oca-
siones de pa-
de cer.

Quid sectari,
aut sectator,
in sacris.

δωκω

neque laborantibus, neque metentibus
liberè tantum volantibus, & quasi per o-
tium canētib; victum quotidianum im-
pendit benignissimus creator. non enim
vel ærumnosum hominem minoris æstimat,
vel canoram aviculam pluris facit.
Ergo ne te despicias, quem Deus nō des-
piciat. Similiter argumentatur Christus
dominus Matth. 10. à minori, *Nonne duo*
passeres asse vneunt? Nolite ergo timere; mul-
tis passeribus meliores estis vos.

Secundò, quod etiam indicat Chryso-
stomus, videtur similitudo in eo posita,
quod homo nequeat subterfugere labo-
rem, cū nō sit è genere volucrum, quæ
volatu sibi consulunt, & vincunt laqueo-
rum, vitæque discrimina: sicut à Sapiente
Scriptum est, *Frustra jacitur rete ante ocu-*
los pēnatorum. & Hoseæ. 11. *Avolabunt quasi*
avis ex Aegypto. & Psalm. 138. *Si sumpsero pen-*
nas meas diluculo, & ambulavero in extremis
maris. quod ad declinationē periculi per-
tinet; id est, Si velim fugere instar volu-
cris pennatæ, nisi fortè pennas avis, vela
navis intelligat, nominibus, rebūque ip-
sis inter se colludentibus: nam parum di-
stāt avis & navis; atque sicut illa pennas,
ita & hæc vela dat ventis, atque vtraque
volat, fugitque velocissimè. Homo ergo
(inquit eliphaz) frustra tentabit erumnis
atque doloribus, & mille casuum laqueis
se subducere: non enim poterit avolare
neque omnino evadere. simili dicendi ra-
tione dictum est ab Isai. *Ecce tribulatio, &*
tenebra. dissolutio, & angustia, & caligo perse-
quens; & non poterit avolare de angustia sua. id
est, nullum habebunt miseriarum perfu-
gium.

Tertio, Gregor. & Philipp. alacritatem
quamdam, & patientis animi constantiam
in sustinendis laboribus imperari existi-
mant; Homo (inquit) alacriter se dedat
patientiæ, & convolet ad arripiendos la-
bores, sicut avis naturali quadam volupta-
te volatui se committit. Quod etiam Pau-
lus præcepisse videtur Timotheo; nam
inter alia sic jubet; **Sectare patientiam, man-*
suetudinem. verbo *sectandi,* vehementia, stu-
dium, alacritas importatur, est enim Græ-
cum (*Dioco*) non solum sectari, sed etiā
illo modo persequi, & insequi, ut vestiga-
re & inquirere diligenter & studiosè vi-
deamur. cū videris sustinentiæ, patienti-
æque materiam convola ad illam, arri-
pe, tibi è manib; elabi ne permittas. Simi-

lem in voce *sectandi,* aut *sectatoris* vim, ab
alio licet themate, agnovit Chrysostomus
super id ad Titum. 2. *Qui dedit seme-*
tipsum, ut mundaret sibi populum acceptabilem
sectatorem bonorum operum. Sectatorē (inquit)
hoc est, magna cum alacritate, atque ingenti stu-
dio & animo, virtutis opera capeissentem, qua in
re vehementia quadam adsit, necesse est. Nescio
quid etiam cum volatu, & aviū natura
conjunctum videtur Gregorius agnosce-
re in illa Pauli sententia. 2. Corinth. 4. *Li-*
cet is, qui foris est, noster homo corrumpatur. ta-
men is, qui intus est, renovatur de die in diem.
Quia (inquit Gregor.) inde mens ad summa
evolat, unde caro in infimis durius laborat. &
Chrysostom. eo loco sic rogat; *Quo pa-*
cto renovatur? respondet; Fide, Spe, a-
nimi promptitudine. addit Ambros. *Ani-*
ma ope futuri præmii renovatur; & corruptio
hec proficit ad immortalitatem merito a-
nima. Igitur hæc quoque sententia hinc
confurget; Homo nascitur ad laborem,
& avis ad volatum; utrique verò finis vlti-
mus aut victus, aut vitæ fœlicitas est. Ho-
mini ergo labor non est finis, sed mediū
ad victum, & vitæ tranquillitatem cōpa-
randam, sicut avi volatus finis nō est, sed
instrumentum à natura datum, quo præ-
dam & victum sibi suisque pullis conqui-
rere possit; ergo homo patienter, quic-
quid laboris est ferat, quod melius ad fu-
turæ vitæ & beatitudinis præmia evolare
possit.

Neque sine observatione prætereun-
dum, verè atque appositè dici per patien-
tiam convolare ad beatitudinē. nō enim
tantum per patientiam sensim, & pedetē-
tim ad superna gaudia accedimus; juxta
id **Euntes ibant, & stebant mittentes semina*
sua: nam illa eundem repetitione, peculiari-
bus quidam affectus, & in ambulando ra-
tio tristibus atque lugentibus conveniēs
significatur; sed etiam paulò celerius, &
alacrius more gaudentium; cū Scriptū
sit, *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu conci-*
lii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu
contumeliam pati. Currimus etiam, sicut ait
Paulus. *Per patientiam curramus ad propositum*
nobis certamen. neque verò currimus solū,
sed volamus jam, atque laborum & erum-
narum pennis subvehimur in sublime,
cū hic dicatur non aliter homo com-
parari ad laborem, quā avis ad volatū.
Mirabilis hæc celeritas, qua in superna
conscendimus volatu perniciosissimo, reno-

Chrysof.
Ad Tit. 2. 14.

Gregor.
2. Cor. 4. 16

Chrysof.

Ambros.

8

psal. 124. 6

*Yvā passo è
tre passo, co-
mo podia yr
una gente llo-
rosa y asfigi-
da.

Vt quis per
patientia &
labores ad
premia cōvo-
let.

Atho. 5. 41
Hebr. 12. 1

vati

Pfal. 15. 3-4

August. Basil. Theodoret. Euthym.

Apoc. 12. 14

1. Cor. 4. 16 Phil. 3. 20

9

Avis in malis & quid proprie.

שׂרָפָה

Deut. 34. 24

Onkelus

Pfal. 75. 4

Habac. 3

Pfal. 77

Cant. 8 * Del fuego de los celos

vati (ut Paulus loquitur) sicut aquila novis pennis novarum pænarum, indicatur Pfalm. 15. Sandis, qui in terra sunt ejus, mirisfi cavit omnes voluntates meas in eis; multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt. Nani in quibus Deus beneplaciti sui, & caritatis voluntatem declarat, multiplicatque infirmitates laborum, persecutiones, erumnas (juxta Augustinũ, Basilium Theodoret. Euthymium) hi, in quã, accelerant ad superna, & ad cursum stenuẽ & gloriosẽ conficiendum. Rectẽ igitur Apoc. cap. 12. cum adest teterrimus draco devorare, & persecutionis virus evomere paratus, data sunt mulieri (videlicet Ecclesie & fidelibus) ala dua aquila magna, ut volaret in desertum locum suum, sibi paratum a Deo. Tum etiam Paulus externis malis re novatus, interiũs, velut volucris cœli, in celis conversatur.

Ex his omnibus cum nihil planẽ contemnendum sit, ut quẽ utilia sint, & pietatem promovere possint, neque omnino a loci hujus contextu & sententia aliena videantur, sed tamen ultimo loco sub jiciam, quod fortẽ cõtextui, atque etiam originali vocabulo congruere maximẽ videbitur. Avis ergo hoc loco neque simpliciter, neque in bonum accipi debet; neque ea omnino vox in bonum sumitur in Scriptura, ubi subsit Reseph. & cũ ignem, avem, morbum ardentem, sagittã significet, certẽ videtur unico significatu comprehendere id, quod volãdo adurit, vel adurendo discurret, & volat. Habẽtque cognationem cum, Saraph, quod est exurere, aut succendere, & celeritatẽ etiam affert volatui similem, ut inferiũs dicam: In malum verõ accipi subjectis exemplis constabit. Deut. 32. Devorabunt eos aves, id est, comburẽtur ignitis avibus, vel peste, aut carbunculis malignis, quã lues volet celeriter, & omnia pervagetur, & perdat. pejus aliquid intellexit Onkelus. Inflati erunt fame, & comesti ab avibus, & vexati ab spiritibus malis. Psalm. 75. Potentias arcuum; id est, splendentes sagittas, potenter & celeriter discurrentes, transfigentes subitõ. Habac. 3. Egredietur Diabolus, indicatur in egressu volatus, & celeritas; in Diabolo lues mortifera omnia exurens, & sacro igne succendens. Psalm. 77. Possessiones eorum igni, id est, fulmini, quod volando adurit. Cant. 8. * Lampades ejus, lampades ignis, pertinacia æmulationis, & Zeli

comparatur lapadibus, aut fulgetris, aut coruscationibus maximarum flamarum, quã celeriter se produnt, & exurgunt mirabiliter, vimque suam momento explicant. Et cum alibi, quã in prædictis locis, non reperiatur ea vox in Scripturis, cogimur etiam hoc loco in malum accipere, & eleganter cohererebit cum prima parte; ut sit humanẽ miseriã amplificatio; Homo ad laborandi, & operandi molestiam, & lassitudinem natus est, & insuper circa illum circumvolat mala, & aves molestissimã & nequissimã illius capiti involitat.

Sed pro quo nã hæc mala avis accipiẽda est? Primõ potest accipi pro Dæmone; nõ quidem eodem sensu, quem supra indicavimus, sed ut augeat humanam miseriã, Homo ad laborem natus est, & præterea Dæmon circa illum volitat, paratus in illum insilire. neque apud quosdam visus est dissimilis omnino sensus illius sententiã. Orate ut non intretis in tentationem; spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. id est ad carnis infirmitatem accedit. spiritus inimici promptitudo, celeritas, astutia, studium nocendi, atque ex utroque inges mortalibus periculum creatur. Neque verõ inauditum est avis nomen pro Dæmone; morantur enim sicut aviculã, Dæmonum catervã in aere caliginoso, qua ratione a Paulo dicuntur potestates tenebrarum; & a Christo domino Volucres cœli; atque potest hoc loco esse pulchra allusio hujus avis funestã, adurentis, & circumvolitantis, ad serpentes ignitos, qui Numero. 21. dicuntur, Saraph, & flatu, aut morfu adurebant; quos pennatos fuisse, & populi capitibus involitasse, quorundã non imperitorum sententia est: id quod ex Isai. 14. colligitur. De radice colubri egredietur regulus, & semen ejus absorbens volucrem, quem locum alii legendum putarunt, Absorbēs volucris. vbi Isaias comminatur Philisthis exitium miserãdũ ab Ezechia nepote Oziã, forẽque ut Ezechias sit velut Serpens absorbens volucrem, id est flatu, & saltu, volatu quoque volucres interficiens. Arabia enim, ut Solinus scribit, abundare dicitur alatis serpentibus. quare res hæc Iobo, & ejus amicis, Syrisque omnibus nota, & familiaris. Tum etiam dicuntur esse apud Rhindacum in Ponto serpentes, qui insiliant pernicioso volatu in volucres, easque rapiant & deglutiant.

salẽ vnas grã des llamardas, y unos reptinos im petus defapo derades.

IO

Math. 26. 41 Marc. 14. 38

Ephes. 6. 12 Luc 8. 5

Num. 21

Igniti serpentes qui, & quales.

Isai. 14 Serpentis alati.

Arabia abundas alatis serpentibus. Solinus

In Aegy

Aelian. lib. 16. c. 42.

Plin. lib. 2. c. 25 Aetius Te trab. 4. Sermon. 1. c. 27. Plin. lib. 8. c. 23 Megasthenes. lib. 1. c. 6. Aelia. lib. 9. c. 42.

Luca. lib. 9

Isai. 30. 6.

Psal. 90. 5

קָטָב

Horat. lib. 2. Sat. 1.

II

In Aegypto verõ (scorpiones alatos esse etiã Aelianus auctor est. cõjus modi etiã sunt vipere quãdamque jaculorum more, aut instar occisimorum cometarũ volant, & rapidissimẽ vibrantur, auctoribus Plin. & Aetio. dum de Chenchrite serpẽte loquitur; quem, dum se ad lædendum parat, ajunt extendere se ipsum, ac veluti jaculũ vibratum. corporibus involare. Rursũque idem Plinius hunc serpẽtam jaculum (sic enim vocant) ex arborum ramis vibrari scribit. denique in India plurã serpentum genera alata reperiri vetus fama est. nã de Africa abunde id testatur Lucan. cũ de Natrice serpẽte, qui in aqua quoque venenũ spargit, atque de jaculatrici bº illis volucris, viperisq; sic loquitur.

Et Natrix violator aquã, jaculique volucres. Nõ aliter idem Isai. c. 30. describit Aegyptum funestam, exitiosãque Judeis; In terra tribulationis & angustia leana, & leo ex eis, vipera, & regulus volans. nam illa Aegypti terra hujusmodi truculentis belluis, leonibus, basiliscis, anguib; viperis, Iaculis, regulis volantibus, funestis, venenatisque volucris obfessa est: quare sicut illo Isai. 14. loco avis funesta, quã ad volatum se comparat, id est, ad lædendum, & urendum suo volatu, ita etiam Psal. 90. junguntur sagitta volans in die, negotium, vel pestis perambulans in tenebris, & Dæmonium meridianum; quod etiam serpentis, & vipere instar lædit, & mordet discurrendo & volando: nam (Keteb) a mordendo vel excindendo dicitur, quare incurfus demonii meridiani, vel morsus, ut Hiero. translulit, est ille ipse morsus amarissimus: Deu. 32. qui funestis avibus tribuitur; respondente utrobique eadem voce originali. neque hæc alarum & volandi translatio incognita est Latinis poetis, cũ Lyricº dixerit, Seu me tranquilla senectus expectat, Seu mors atris circumvolat alis.

Quod si non dæmonem, neque ejusmodi nocturnas aves intelligas, certẽ licebit erumnas, calamitates, dolores acerrimos, urentes, mordentes, conficientes vitã humanã, & in hominem statim, atque editus est, involantes, ejusque capiti insidiantes intelligere; nam hæc obsident & circumveniunt vitã humanã, & adunco rostro pungunt, atque dilacerant. Et tu, o Iob (inquit Eliphaz) cum hæc ita sint, existimabas te jucundẽ & tranquillẽ divitiis sine labore partis fructurum? dedisti certẽ

lã pœnas meritissimas, & clarẽ perspicias causã illã, sine qua nihil in terra fiat.

VI I I: Quam ob rem ego deprecabor Dominum, & ad Deum ponam eloquium meum.

1. Multiplex hujus sententia: 1. Quod deprecari ex Hebræo. 2. Quod sit ponere, preces coram Deo. Verba que motum, non significant, aliquando motum capiunt.

Explicitè accipi potest; primõ, ut velut Eliphaz astruere diviniã providẽtiã scelerum vindicem; Ego (inquit) agnoscam Deum, judicem æquissimum, atque ejus peculiare erga res humanas providentiã suspiciã, & reverebor, quã etiam servat erga res alias, quare statim subjungit providentiã ignis meteoris: Vel certẽ conatur Iobũ adducere, ut respiscat, idque suo exẽplo latẽter pposito; Tu, o Iob, de tua sanctitate ut volẽs sentito atque in tuis istis erumnis te pro tuo sensu, & infirmitate gerito; ego (enim) deprecabor Dominum (El, Deũ fortẽ, qui solus potens est homines a malis eripere) & ad Deũ (elohim æquissimum judicẽ) ponam (Hebr. diriga) eloquium (preces) meum. nam qui justẽ irrogat pœnã, nõ nisi prece placari debet. S. S. Patientia lenietur princeps, & lingua mollis. cõfringet duritiã, id est, rigorem, & severitatẽ prolata a Principe sententiã. Nondissimile id. Laudate Dominum, quoniam bonus est. psalmus (preces utiles) præcinite Domino in confessione. Non ineptẽ suspicantur quidã pro, Exarxate, quod est incipere, aut præcinite, dictũ esse a Septuag. Exadete, excitate, avellite Deũ ab ira, quã in vos cõceperat & lenite illũ cõfessione: nã si vestra peccata Deũ quasi incatatione ad furorẽ cõcitarũt, excitabitur humili peccatorũ cõfessione. Cõfiteri igitur (ait Eliphaz) peccatũ tuũ, & da gloriã Deo, deprecatus veniã. Nã simulatores & callidi provocat irã Dei; neq; clamabunt, cũ vindicti fuerint. sicut de impio. S. S. Cũ esurierit irascetur, et maledicet regi suo, & suspiciet sursum. videlicet cũ extrema jã clade conficietur, unicũ illud subsidiũ quod in Deo placando positum erat, omnino contemnet, atque in Deum regẽm que suum, quem precibus, & peccatorum detestatione placare debuisset, con-

I

Prov. 25. 15

Psal. 146. 1

Exarxate Exadete

Iob. 36. 13

Isai. 8. 21

V vitia

vitia & maledicta congeret, & cum oculis in cœlum sustulerit, in sensus illud in tuebitur, & quod inde sibi mali immitti sentiat, etiam grave illud sibi persentiet.

2 Olympiodorus.

Ego Olympiodor. accipit pronomen hoc explicatum emphasis, & arrogancia causa, quasi diceret, Ego gratias Deo agam immortales, quod non sum, sicut tu, divina providentia criminator, avarus, rapax, savus pauperum dilaniator &c. atque hunc sensum videtur indicare illa particula adversativa, Veruntamen. Alii accipiunt mitius, ut consilium Deum deprecandi videatur suggerere; id quod suaviter & amice fit in sua persona, quasi diceret (si tuo ego loco essem, omnino precibus vacarem, & deprecationi meorum peccatorum. & hanc optimi consilii rationem particula illa videtur confirmare, quæ aliquando asserit, utique, certe, id ego mihi tanquam optimum eligerem. est etiam non-raro optatis; Vtinam hanc ego mentem, semper habeam Deum deprecandi; utinam eandem tu assumas, quæ valde tibi salutaris exister. vel tandem tertio; Cum te, o amice Iob, omnem patientiæ & honestatis ratione contempnissimam videam, nihil mihi officii erga te reliquum esse video, quam ut Deum pro te deprecet, ut te ad se convertat, longèque errantem ad tram pietatis revocet. Sed si verbum Deprecandi urgeamus, in fonte quidem est (Darus) quod etiam Deprecari vertit Vulgatus Isai. 11. Qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur. Proprie verò est querere, inquirere, ad aliquem se conferre opis, & auxilii implorandi & deprecandi gratia; tum etiam interrogare, vel consilium petere ab eo, qui superior est, vel potentior nobis sit, à qua radice dicitur Genes. 26. Perrexit Rebecca, ut consulere (interrogaret, deprecaretur) Dominum, & Ezechi. 20. Ut interrogarent Dominum. Potest ergo esse sensus; Ego potius require rem Deum, & quererem ab eo humiliter & submissè ærumnarum causam. deprecabor igitur, ut tibi aperiat, quorsum te puniat; tu item querito, & deprecator idem.

Particula veruntamen. 718

Quid proprie deprecari.

718 Isai. 11. 10

Gene. 25. 22 Ezech. 20. 1

3 Philip.

Ad Deum ponam eloquium meum. Philip. notat, Sermonem in conspectu Domini constituere, idem esse, quod humilem se & patientem Deo præbere. sic ille; Hoc loquar ante eum, quod humilitatem meam

ipsum commendet, non ut me superbia, sicut te, notabilem faciat. Rectè. licet quidem Ponere ad Deum eloquium idem videatur esse, quod deprecari, dirigere orationem ad Deum aptè, concinnè fundere preces. Quod verò ad Scripturæ phrasim pertinet, notandum est, verba, quæ motum non afferunt, posse illum habere apposita præpositione. Psalm. 72. Perdidisti omnes, qui fornicantur abs te. id est, qui fornicando, & idola colendo recedunt à te. Isaiæ 42. Taceant ad me insula. id est tacentes convertantur, & accedant ad me audientium. Sic ergo, Ponam ad Deum eloquium, id est, ad eum confugiam locuturus, & effusus in conspectu ejus orationem meam.

Verba que motum non significant, aliquando cum motu exponuntur. Psalm. 72. 27. Isai 41. 1.

IX. Qui facit magna, & inscrutabilia, & mirabilia absque numero.

- 1. Multiplex hujus sententia scopus. 2. Magnus ad molem, & perfectionem. 3. Inscrutabile quid in sacris. & quot modis vertatur a Vulgato. Isaias elucidatus. 4. Mirabile, aut miraculum etiam in natura operibus. Quid proprie ex theologis & sacris. 5. Innumerabile respectu nostra intelligentia. Hyperbole multis exemplis ostensa.

Dei potentiam, & mirabilitatem in agendo explicat, vel ut terreat, & cõprimat Iobum; quem putat adversus nomen inolescere, vel ut deliniat, & confortetur ærumnosum, & afflictum hominem, proposita divinorum operum magnitudine, ut memor sit Dei, & deleatur. vel, ut, saluti, rebûsque desperatissimis medicinam præsentissimam, & sapientissimum medicum ostendat, qui potens sit è malis omnibus eripere, vel tandem, ut providentiam statuatur in rebus creatis, quam erga res humanas, & impiorum supplicia superius indicaverat.

Qui facit. Parat, disponit, aptè concinnè exquisitè facit, ex proprietate verbi Hebraici. Magna. D. Tho. ad magnitudinem molis cœlorum, & syderum refert, quorum, cur tam magna sint, non sit alia causa, quam voluntas alicujus supremi, sapientissimique mundi creatoris, & moderatoris. Sed magnitudo quidè frequentè in sacris litteris sumitur, p quãtitate & mole, quã vocat, perfectionis, sicut Ier. 10.

I Quis sit hujus sententiæ scopus.

2 D. Thom. Magnus pro quãtitate molis, & perfectionis.

Ierem. 10. 6.

Magnus

Psal. 135. 7.

Psal. 175. 4

3

LXX Hieronym. Ps. 144. 5. *Noay hallar le cabo, ni fẽdo, ni fuelo. Iob. 38. 16

Isai. 40. 27

4

Gregorius Natura opera mirabilia. Psalm. 71. Psalm. 135. 4 Augustinus

Magnus es tu, & magnum nomen tuum, & Psalm. 135. dicuntur, Sol & Luna, lumina via magna, non quidem amplitudine, & mole, cum multis syderibus sint minora, sed magnitudine & robore virtutis, actionis, esturacitatis, luminis. quare idè in hoc loco sensus, qui Psal. 185. Qui facit mirabilia magna, id est insignes quodam, præclaros, magnificos effectus.

Inscrutabilia. In Hebr. Absque scrutatione. Id est, occulta, & quorum rationes, & causas nõ possit perfectè investigare homo. Septuaginta, Non vestigabilia. eadem vox, atque sensus, qui Ps. 144. Magnitudinis ejus non est * finis. Prop. Non est scrutatio. Hiero. Magnificencia ejus non est inventio. illa etiam vox originalis significat Profundum infra cap. 38. Nunquid ingressus es profunda maris, & in novissimis (Hebr. in scrutatione) abyssi deambulasti; itaq; hic, Magna absque scrutatione sunt, profunda immensa, in altissimo ignorationis & inscitie noctre, quasi pelago abstrusa, & demersa, quorum profunditatis non sit finis. quod si ab Eliphaz dicatur, ut Iobũ velit instruire, tam esse profundam divinæ providentiæ atque sapientiæ abyssum, cum hominem obruit miseriis, ut perspectas habere non possit omnes suæ calamitatis causas, certè erit eadem sententia cum illa Isai. 40. Quare dicis, Iacob, & loqueris, Israel, Abscondita est via mea à Domino, (nulla illi mei cura tangit) & à Deo meo iudicium meum transiit (præterit ea, quæ ad meæ causæ absolutionem, & hostium vindictam spectant) Qui creavit terminos terre (præterea quæ omnia moderatur.) non desiciet, nec laborabit (ne putes te ab illo despici, aut contemni, quod in mundi totius agitando munus intentus nullum habeat liberum tempus, quo rebus tuis prospiciat) nec est investigatio sapientiæ ejus (te nesciente, scit ille, cujus sapientiæ & potentiæ infinita vis est, quid facto opus sit, in tuis vel grūnis, vel incolumitate. ille tenet rerum omnium causas, movet, moderatur.

Et mirabilia. Gregorius de miraculis supernaturalibus accipit, sed fortè ad naturæ opera quoque pertinet, de quibus dictum est Psal. 71. & 135. Qui facit mirabilia magna solus. statimque subjunguntur creationis opera. sic Aug. tract. 24. in Ioan. ait mirabiliorem esse granum in terra multiplicationem, quam illam quinque panum. idemque cum de miraculis loquitur. 10. de Civit. c. 12.

Quidquid (inquit) mirabile sit in mundo, profecto minus est, quam totus hic mundus, id est, cœlum, & terra, & omnia, quæ in eis sunt. sicut autè ipse qui fecit, ita modus, quo facit, occultus est, & incomprehensibilis homini. quamvis itaque miracula visibilium naturarum videndi assiduitate viluerint, tamen cum ea sapienter intuemur, inustatissimis, rarissimisque majora sunt. Sic August. & Nazian. cum quedam naturæ opera stupenda commemorasset, semel & iterum vocat illa miracula in Præceptis ad virgines.

Quis tadem numerare queat miracula verbi? Quin etiam in parvis eadem miracula lucet. Dicuntur autem naturæ opera mirabilia, quatenus procedunt à divina potentia, quam nos comprehendere nõ possumus ut D. Thomas docuit agens de Spiritual. creat. Sed hoc tamen loco sapienter idè D. Thom. addidit, ea dici mirabilia, quæ cum pateant, earum tamen causæ investigari non possunt. Sed certè vis hujus vocabuli ea est in sacris, ut significet nõ solum id, quod admirationem asserit ex ignorantia causæ, sed quidquid est absconditum, & superat vires nostræ intelligentiæ. Iudic. 13. Cur quæris nomen meum, quod est mirabile? & Psalm. 130. Non ambulavi in magnis, nec in mirabilibus super me. id est, Nõ me extuli ad ea, quæ meas vires, aut ingenium superarent. Symma. In majesticibus, neque in transcendentibus me. Dilucidè & eleganter Theodoret. Me ipsum metiebar, & quæ me excedunt, non aggressus sum. His omnibus modis explicatur mirabilia. Deus igitur (inquit Eliphaz) magnificentissima opera edit, quæ & vires & intelligentiam nostram longissimè superant.

Absque numero. D. Thom. existimat hoc dictum ad tollendum illorum errorè, qui existimant res eo ordine à Deo procedere, ut non nisi unicus immediatus effectus à Deo procederet, ab hoc alius, deinde suo ordine serièque universi alii; docet igitur plurà à Deo processisse, imò cuncta ab illo immediatè pendere, in quibus ipse intimè adest. subtiliter D. Thomas. Rursus Cajetan. & alii hanc innumerabilitatem rerum creaturarum considerant non re ipsa, sed in nostra cognitione & numeratione: numerare enim omnia non possumus. Sic etiam Didymus. Sed Fortè hyperbole est, sicut & id Ioann. 21. Alia multa fecit Iesus, quæ si scribatur per singula, neque ipsum arbitror mundum capere posse eos

Nazianzenus

D. Thomas de spiri. creat. a. 2. ad 6. Mirabilia quæ.

Iudic. 13. 18 Psalm. 130. 1.

Symmachus Theodoretus.

5 D. Thom. Infinitum in nostra numeratione.

D. Thom. Cajetanus.

Didymus Hyperbole. Ioan. 21. 25

Isidorus Pelusi
114.
Dent. 1. 28
Exo. 3. 8.
Psal. 106. 26.
Isidorus
Cyrillus
Augustinus

qui scribendi sunt libros. quod Isidorus Pelu-
siota lib. 2. epistola. 99. intelligit non so-
lum de operibus à Christo Domino, dū
in mortali carne viveret, patris, sed etiā
de aliis in mundi initio factis, nam omnia
per ipsum facta sunt. Horum ergo historiam
& numerationem ait per hyperbōlem fo-
re, ut nō posset mūdo capi. Hujus figurā
(nequis existimet invitā huc à nobis tra-
hi) passim occurrūt exēpla; cujus generis
illa sunt. Deut. 1. vrbes murata usque ad cælū
Exod. 3. Terra, que fuit lacte & melle. Psalm.
106. Ascendunt usque ad Caelos, & descendunt
vsque ad abyssos. alia congerit Isidorus
loco indicato. Cyrillus lib.
12. in Ioann. cap. 68. Au-
gust. Epistola. 59. ad
Paulinum.

X. Qui dat pluviam super faciem
terrae, et irrigat aquis
universa.

- 1. Peculiaris Dei providen-
tia & maiestas in plu-
viarum gubernatione.
Nomen Dominus, &
Adonai.
- 2. Flumina, ubi desunt plu-
via.
- 3. Varia Hebraizantium
lectio. Quid apud illos
platearum etiam apud
Vulgatum.
- 4. Pluvia mentio in divino
supplicio.

I
Chrysofomus
Iob. 28. 36. 37
39.
Psal. 142.
Ierem. 10. 14.
Aquila
LXX.
Amos. 5. 8

Perique existimant hīc doceri pro-
videntiam in rebus naturalibus. & pri-
mūm quidem in pluviarum, & imbrium
immisione. ut enim Chrysofomus
hoc loco ait, hoc primum est illius bene-
ficientiæ munus, quo & vita nostra conti-
netur, & temporum vicissitudo declara-
tur. Pluviarum ergo, & imbrium partitio
in diversas terræ partes, diversisque anni
temporibus tam mirabilis est, ut meritō
de illa naturæ auctor videatur gloriari.
Iob. 28. 36. 37. 38. & Psalm. 142. Ieremiæ.
10. & 14. Numquid sunt in diis gentium qui
pluant? (Aquila. Numquid est in vanitatibus,
gentium qui pluant? quasi dicat vanum est
numen, cui posse pluere non subest) aut
cæli possunt dare imbres? nonne tu es Dominus
Deus noster, quem expectavimus; tu enim fecisti
omnia hæc. Septuaginta, Quid si cælum
dabit satietatem suam; nonne tu es ipse? A-
mos. 5. Qui vocat. aquas maris, & effundit
eas super faciem terræ, Dominus Nomen est ejus.
Adonai, beneficus. alii fundamentum, &

basis, cui tota rerum creaturarum moles &
structura incumbit. rectè noster, Dominus
id enim supremæ dominationis; & pote-
statis indicium est, Actuum. 14. Non sine te
testimonio semet ipsum reliquit (id est, testa-
tam voluit cunctis mortalibus suam maje-
statem, potentiam, sapientiam, charita-
tem erga genus humanum) beneficiens de
cælo, dans pluvias, & tempora fructifera, implens
cibo, & lætitiâ corda vestra. Nam tunc Deus
præsentē se ostendit, cum pluit, cum po-
nit nubem ascensum sum, & suo spiritu
dicitur liquefacere materiam pluviae, &
in stillas convertere. Psalm. 147. Emitter
verbum suum, & liquefaciet ea, stabit spiritus e-
jus, & fluent aquæ. vide id Eccles. 43. In mag-
nitudine sua posuit nubes, super omnem congrega-
tionem aquarum requiescet, & sicut lorica in-
duet se aquis. Ex hac pluviarum administra-
tione, & providentia reliquas temporum
omnium, atque rerum sublunarium, hu-
manæque vitæ varietates, & vicissitudi-
nes intelligit, cum pluviis enim conjun-
git D. Lucas eo loco, tempora fructifera,
cibum, & humanorum cordium gaudiū
atque lætitiā.

Secunda autem pars, Et irrigat aquis uni-
versa, non per explicationem, aut expoli-
tionem prioris partis, sed pro fluminibus
ferè accipitur ab interpretibus, Div.
Thom. Cajet. Dyon. nam fluminum exun-
datione supplet Deus pluviarum defe-
ctū, ut in Aegypto, ubi jacto semine in hor-
torum morem aqua ducuntur irrigue; nam de
cælo non expectat pluviam. & cum non
plueret Dominus super terram, fons ascendebat
è terra irrigans universam superficiem terræ.

Sed Hebraizantes hoc loco aliter ver-
tunt; Qui irrigat aquis plateas, vel, Qui mit-
tit aquas super facies platearum. Complut.
Super faciem callium. & quidem noster in-
terpres vocem originalem, quam hīc ver-
tit Vniversa (Hbuts) Plateas vertit infra. c.
18. Non celebretur nomen ejus in plateis. & Ie-
rem. 7. In plateis Jerusalem. & Vias. Ieremiæ.
5. Isai. 51. & sensus idem, cum Proverbio-
rum. 1. vertit Foras; Sapientia foris prædicat
(nam per expositionem additur) in plateis
dat vocem suam, in capite turbarum clamat, in
foribus portarū urbis. est ergo originalis vox
idē quod, foris, aut foras, extra, seu extrin-
secus. & quia via publica & platea, aut vic-
cus est extra domos & privata ædificia,
ideo pro plateis sumitur, aut pro via: & in
universū pro loco exteriori, qui est extra

Actu. 14. 17

Psal. 147. 18

Eccles. 43. 16.

2
Flumina sup-
plementū plu-
viarum.
D. Thom.
Dionys.
Cajet.
Deut. 11. 10

3
Hebraizatiū
varia lectio.
Complutenf.
γιν
Iob. 18. 17
Iere. 7. 18
Ierem. 5. 1.
Isai. 51. 20
Prov. 1. 20

domos

LXX

Iob. 38. 25

4
Pluvia in di-
vinis suppli-
ciis.

domos aut mænia urbis; & sic hoc loco
Septuaginta intellexisse videntur, locum
apertum, tectōque carentem, dium vide-
licet. nam legunt; Mittit aquam super eam,
quæ sub cælo. Scholia Græca; Super facies ex
timorum. ergo. loca aperta, extima, plateas
quæ foris sunt, quæ ad urbes non perti-
nent, quæ omnibus pervia sunt, irrigare,
idem videtur esse, quod pluere super ea,
quæ nullis certis limitibus continentur,
neque à quoquam seminantur, aut exco-
luntur; videlicet non solum pluit super
justos & injustos; sed etiam, cum bene-
ficientissimus, & rerum optimarum, atque
maximè utilium abundantissimus sit, nō
solum frumentitios agros, aut alia lo-
ca, ex quibus fructum percipit agricola,
cælesti imbre perfundit, sed etiam deser-
ta & horrida loca, atque mortalibus inac-
cessa; id quod videtur Deus ad magnifi-
centiæ suæ ostentationem quamdam pro-
ferre Iob. 38. Quis dedit vehementissimo im-
bri cursum, ut plueret super terram absque homi-
ne in deserto, ubi nullus mortalium commora-
tur, ut impleat inviam; & desolatam, & produ-
ceret herbas videntes? certè hoc ad indul-
gentissimam quamdam rerum omnium
etiam vilissimarum; & inutilissimarum
curam & providentiam pertinet, cum ne-
que propter mortalium, ullius ve ani-
manis usum, aut opportunitatem captan-
dam inaccessis montibus & inutilibus
cautibus beneficiat, implens omnia hu-
more, lætitiâ, jucundissima quadam her-
bescentique viriditate. Hæc eleganter il-
luminavit noster interpres, cum dixit,
Vniversa, quasi diceret; Non solum perfun-
dit terram frumentariam, quæ seritur, &
colitur; sed etiam universas alias terræ
partes; quarum nulla divine beneficent-
iæ experta est.
Sed ego tamen suspicor; quoniam de
rerum naturalium providentiâ, & mode-
ratione nihil præterea hoc loco subjungi-
tur, non solum hic fieri mentionem plu-
viæ propter solam rerum naturalium pro-
videntiam, sed propter eam quoque, quæ
ad res humanas pertinet; qualis enituit
in aquis diluvii. neque mirum eō fieri al-
lusionem hoc loco, cum cætera, quæ
sequuntur, ad impiorum suppli-
cia, & justorum protectio-
nem pertineant.

XI. Qui ponit humiles in subli-
me, & mærentes erigit so-
spitate.

- 1. Humiles quis. Honores
& dignitas conferuntur
a Deo.
- 2. Locus sublimis Magi-
stratum & Principum
multa ex sacris.
- 3. Qui dicantur Mærentes
in Hebræo. Lux læta.
- 4. Erigi dicitur, quod in
turo collocatur.
- 5. Salus & salvator securi-
tatem quandam indi-
cant. Endiadis, & Epa-
nortosis figura.

Non solum (inquit) Deus utitur po-
tentia & fortitudine sua, ad punien-
dos, deprimēdosque superbos, sed etiam
ad exaltandos humiles, id est, humilitatos,
abjectos, contritos, oppressos, fractos ex-
altat, & vivificat; juxta id Isai. 57. Vivificat
(recreat, erigit) spiritū humiliū, & vivificat
cor contritorum. Iob cap. 22. Qui humiliatus
fuerit, erit in gloria. videtur itaque Eliphaz
Iobum erigere in spem, si se Deo suppli-
cem præbeat, pristinum honoris & dig-
nitatis gradum recuperandi, quod ille
pro sua providentiâ, parique potestate,
honores, atque dignitates partiat inter
mortales. Oleū enim & operam perdet,
qui aliter honores, & dignitates ambiat;
sicut Scriptū est, Quia neque ab Oriente, ne-
que ab occidente, neque à desertis montibus. est
hoc loco reposita quædam, quæ juxta
originale rectè suppletur, addendo, non
veniet, elevatio, aut exaltatio. sequitur enim
Quoniam Deus judex est, hunc humiliat, &
hunc exaltat. ipse enim pro æquitate sua
cuncta dispensat. neque solum cum res
suffragiis agitur, aut Principis unius vo-
luntate, & arbitrio; sed etiam cum forti-
bus missis eligitur quis: quod enim alicui
contingat, non cæcæ fortis, sed Dei provi-
dentiæ, & sapientiæ tribuendum esse do-
cet Sapiens Prouer. 16. Sortes mittuntur in
sinum, sed à Domino temperantur. id est, æqui-
fimo iudicio disponuntur, summa cum
temperatione, & moderatione equitatis.
nam in Hebr. est, Et à Domino iudicium ejus.
& ut paulò latius sententia pateret, legi-
gitur à Septuagint. Vatic. In sinus veniunt
omnia injustis, à Domino autem omnia justis.
Complut. autem non, injustis, sed justis &c.
Habet verum utrumque; nam sive justis,
sive injustis, aut gradus honoris, & digni-
tatis, aut dejectio & deturbatio ad extre-
mam miseriam, divini iudicii, & provi-

I
Humiles qui.

Isai. 57. 15.
Iob. 22. 29.

Honores,
& dignitates
conferuntur a
Deo.
Psal. 147. 7

Proy. 16. 33

LXX. Patica.

dentia est. honorum autem, honorificorumq; locorum consequutio aliquando forte fiebat, de quo aliàs dicendum, Ex hac verò occulta Dei providentia, & honorum collatione provenit, ut *Insuspicabilis portet Diadema.* in hanc rem præclara multa in Ecclesiastico. ca. 11. Ergo Deus *ponit humiles in sublime.*

In sublime. Existimare certè licet has & similes alias locutiones erigendi humiles & abjectos, & in sublime collocandi, vel è contra dejiciendi è sublimi, respicere ad antiquam regum, magistratuû, virorum nobilium consuetudinem in loco sublimiori sedendi: hæc est enim regia cathedra, thronus, solium. & et ex. 3. Reg. 10. Thronus Salomonis habebat sex gradus. & 2. Reg. 6. *Elevetur Thronus David super Iudam.* id est, sit rex, atque reliquo populo fedeat sublimior. & eò alluditur Isai. 66. *Cælum sedes mea.* & cap. 6. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum.* describitur enim ex celsitudine Throni divina majestas. Tum etiam in publicis conventibus, aut disputationibus erant *præma*, & sublimes cathædræ reliquis sedibus eminentiores. Mat. the. 23. Marc. 12. Luc. 20. & forte erant in conviviis, & tricliniis quidam lecti, aut sedes lectorum reliquis sublimiores. quod apparet ex. 1. Reg. 20. *Sedit Rex ad comedendum panem super cathedram suam secundum consuetudinem.* cum quo rectè quadrat, quod in parabola de Invitatis dixit Christus Dominus Luc. 14. *Intendens quomodo primos accubitus eligerent.* ascendebatur enim ad illos; *Amice ascende superius, quia omnis qui se exultat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.* & Proverb. 25. *Ne gloriosus appareas coram Rege, & in loco magnatorum ne steteris; melius est enim, ut dicatur tibi, ascende huc; ne que dissimile id.*

Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto. Nam torus altus, cui accumbebat, profectò non alius erat, quàm tori pars, sed è que sublimior, sic etiam eo loco exponè te Donato; videlicet, ea altitudo unde melius audiri, viderique potuisset Aeneas. Scio *altum*, id est, primum summumque locum ante medium ab aliis accipi; sed ego conjecturam facio non omnino infirmam ex ipsis verbis, & proprietate significationis. Huc etiam pertinet id Psal. 36. *Honorificati, & exaltati.* & Psal. 26. *Exaltavi caput meum super inimicos meos.*

& Ecclesiasti. c. 15. *Exaltavit illum apud proximos suos.* Abjectissimum autem locum, qui valde humilis sit, & terræ proximus, ipsa res, atque verba humiliandi, abjiciendi, cadendi, descendendi, sedendi in pulvere, & terra indicant. Isai. 47. *Descende, sede in pulvere virgo filia Babylon, sede in terra; non est solium filia Chaldaeorum.* Isai. 14. *Qui detraho solium meum, similis ero altissimo. Detrahta est ad inferos superbia tua: quomodo cecidisti in terram? &c.* atque is erat ille afflictorum, & miserorum mos sedendi in pulvere. Luc. 1. *Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles.* Psal. 112. & 2. Reg. 23. *Suscitans de pulvere egenum, ut sedeat cum principibus.* & 3. Reg. 16. *Exaltavi te de pulvere* (in qua enim alia honorificentiori sede federet pastor, quàm recubās in solo sub cælo?) & *posui te Ducem super populum meum.* Inde eos, qui subito in honores conscendunt, Hispanus proverbialiter dicit, *que se levantan del polvo dela tierra.* Scio hæc, quæ adduxi mus loca, posse ad ordinem dignitatis & honoris, non etiam ad loci altitudinem aut eminentiam aliquam referri; sed simplicius, ut verba ipsa sonant, ad ascensum atque descensum ex loco in locum aut celsiorem, aut inferiorem accipi debere, Iacobus Apostolus confirmare poterit luculenter, cum de acceptance personarum loquitur. *Si introierit in conventum vestrum vir aureum anulum habens in veste candida, introierit autem & pauper in sordido habitu; & dixeritis ei, Tu sede hic bene* (Chalòs, honestè, honorificè, rite, secundum ordinem, & gradum tuæ dignitatis) *pauperi autem dicatis, Tu sta illic, aut se de sub scabello pedum meorum.* En locum ignobiliorum infimum esse; nobiliorum verò superiorem, & sublimiorem; quam rem explicare videtur Ambros. qui super id. 1. Corinth. 14. *Si cui revelatum fuerit sedenti &c.* scribit; *Hac traditio Synagoga est, quam nos vult sectari, quia Christianis quidem scribit, sed ex gentibus factis, non ex Iudeis, ut sedentes disputent, seniores dignitate in cathedris, sequentes in subselliis, novissimi in pavimento super matras.* & eò proculdubio pertinet, quod Ecclesiastes cap. 10. ait, *Est malum, quod vidi sub sole, positum stultum in dignitate* (Iudicis, Magistratus, Doctoris) *sublimi; & divites sedere deorsum.* Ergo (inquit Eliphaz) ex humili & abjecta conditione, humilique

Eccles. 15. 4

Isai. 47. 1

Isai. 14. 13

Luc. 2. 55. Psal. 112. 6 1. Reg. 2. 8 3. Reg. 16. 3

Iacob. 2. 23

καλω;

Ambros.

sede

fede, & loco infimo trāsferre poterit Deo ad regios thronos, & judiciarias sellas, & loca longè excelsa, & honorifica, atque tibi; o Iob, regni sedem iterum restituere.

Et *mœrentes.* Hæbraïsmum illuminavit interpres; nam in originali est, *Obscuros, vel denigratos.* Pagninus ad lugentium habitum retulit, *Pullatos*, atris indutos. quæ etiam significatione dicitur Psal. 34. *Quasi lugens, & contristatus* (mœrens. obscurus, denigratus, pullatus) *sic humiliabaris* rectè nos ter dixit interpres, *Mœrentes.* nam sicut lux & color albus, qui lucidus est, plurimum habet jucunditatis atque lætitiæ; ita color niger, & tenebræ, plurimum mœroris, & tristitiæ. Jerem. 4. *Lugebit terra, & mœrebut cali;* id est, obscurabitur, & tenebrescent. Ezechi. 31. *Contristatus est super eum Libanus,* id est opertus tenebra caligine. Num. 14. post ingentes mortis minas acceptas, *At illi contenebrati ascēderunt in verticem montis.* Igitur obscuratos denigratos, mœrètes illuminat Deus; de quo etiam id accipi videtur, *Dominus illuminat cecos,* obscuros, nigros, tenebræ, & nox cæcæ dicuntur; Deus tristes luce jucundissima perfundit & complet; alii, obscuros, id est, ignobiles, pauperes; minus commode.

Erigit. Securitatem quamdam, & altitudinem inaccessam malis, & hostibus superiorem verbum originale (Sagab) importat; cujus significationis ratio & vindex indicatur Psal. 138. *Confortata est, & non potero ad eam.* id est altior est, quàm ut illam consequi, vincere, superare possim. Psal. 148. *Exaltatum est nomen ejus solius.* id est solus Deus tam excelsus est, ut nemo illi nocere possit, sol' ipse ab hoste, ab ærumna securus, cujus summa beatitudo, opes, potentia in tuto sunt, altiores, fortiores humanis viribus. Erigit igitur, exaltat, in tuto collocat, vt nemo nocere possit; ut quem Deus sublevat, superior sit omnibus humanis infidiis, ut confortetur, & nemo possit ad eum. Hinc Psal. 106. *Adjuvit pauperem de inopia.* Hieronymus ex Hebræ. *Subleavit pauperem ab inopia,* nam cum pauper & humilis omnibus inferior sit, omnium ludubrio, nedum infidiis, & violentiæ expositus, sed sublevat eum Deus, erigit, & altiore atque fortiore constituit viribus humanis, inaccessu hostibus. Sic Salomon Proverb. 29

3 Mœrentes dicuntur denigrati. Pagninus

Jerem. 4. 28

Ezech. 31. 15

Num. 14. 42 *Mas negros y tristes que la noche.

Psal. 145. 8

4 Erigere & exaltare quid denotet in sacris.

פגב Psal. 148. 12

Psal. 106. 41

Qui sperat in Domino sublevaritur. divinam protectionem, securitatem, fortitudinem, & altitudinem, ad quam nulla humane industria jacula pertingere possint, pollicetur. Potens est igitur Deus, o Iob, te erigere & sublevare.

Sospitate. Proprie, salute, salvatione, incolumitate (Iesagh) inde, Iesuagh, Iesus; salvans, salvator, salus, salutare; & cum nomen est, actionem quandam ducis fortificantis importat, eripientis, in tuto collocantis importat; sensus erigitur, *Erigit saluatione,* id est erectos salvat, per Endyadim; rursus, salvatos erigit, & exaltat, salutem securam, tranquillam, perfectam afferre potest. Tandem mirabile est incrementum hujus orationis. videtur enim per Epanortosim, prius verbum correxisse, & in aliud significantius mutasse; Ponit in sublimè, imò erigit ad summa fastigia, quò nulla possit humana vis pertinere. Rursus prima pars ad honores, secunda ad firmitatem, & securitatem; nam nutare solent excelsa omnia. Septuaginta partem hæc, ad mortuorù suscitationè retulerunt. nam legunt, *Suscitat eos, qui perierant.* Complut. *Perditos.* Didymus, ad egri tudines & morbos; Potest Deus ex egrotantibus, valentes efficere: Polychron. Deus etiam desperantes erigit. Sed prior sensus uti minus angustus, ita augustior, & magnificentior.

XII. Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum, quod cœperant.

- 1. Maligni qui proprie Calidus in bonum, & in malum.
2. Quid cogitatio in sacris. Explicatus David.
3. Cogitationes impiorum sine frustrate, Dei, sine attingunt. Explicata Sapientia. & locus Regum.
4. Deus impiorum conati-
5. Impi nihil perficiunt. Implere in Hebræo quid.
6. Torquentur, illudantur etiam impi frustra cogitationibus, explicata Petrus & Iacobus.
7. Dispendium impiorum, I eus cunctando deservit illorum veni. Hujus rei exempla.

Prov. 29. 25

5 Salus & salvator

Endyadis

Epanortosis.

LXX

Complut. Didym.

Polychron.

I Qui proprie Maligni. מר

Ubi abjectis & humilibus faveat Deo, malignorum dissipat conatus, cogitationes evērit. Maligni, autem dicitur in fonte à radice (Gharām) quod est callidum esse, aut astutum, versutum, vafurum, quæ vox cum in utranque partem accipi soleat in Scriptura, ex adjunctis discerni oportet, in bonum ne, an in malum accipi debeat. & quidem in bonum non semel accipitur in Proverbiis. cap. 14. Sapientia callidi (id est, ad animi sui bonum attentis, de suo profectu solliciti, sibi, suisque moribus diligenter, cautè, sedulo prospicientis, finem suum, mortèque considerantis, & quò tandem humana omnia recidere debeant) est intelligere viam suam; & imprudentia stultorum errans. id est, dolos machinatur proximo, tum etiam sibi ipsi dolosa, nociva, errans est. Non aliter Proverbiis. 22. Callidus (cautus) vidit malum, & abscondit se: innocens pertransit, & afflicus est clamore. atque hæc est illa astutia, quam divina Sapientia parvulis, id est peccatoribus stultescens communicat. Hoc autem loco, & frequenter aliàs in malum. Propterea que interpretis non dixit callidum aut, astutum, neque versutum, sicut Septuaginta; sed Malignum, malitiosum, cujus sit depravata, perversaque voluntas, maligni hominem, invidum. sic enim Psal. 82. Super populum tuum malignaverunt consilia Hierony. Contra populum tuum nequiter tractaverunt. nequam, maligna, invida consilia capientes, astutia carnis pollentes, non sapientes quæ Dei sunt, sed quæ carnis. Aliqui dicunt proprietatem originalis vocis significare involutum, vafurum, & malitiosum, cujus in animo plures sin flexiones & diverticula, atque ita eleganter proprietatem vocis dicitur. Genes. 39. Serpens erat callidior cunctis animantibus. id est in mille spiras, & nodos complicatus, & involutus. Inde etiam dicitur. In spiritu furoris tui congregata sunt aqua. ubi vides obscuram & cæcam multarum aquarum, atque fluctuum congeriem & estum in se ipsos reflexorum explicari; Congregata sunt, involutè, coacervatè; malignitate quadam & confusione perturbatè atque permistè. quo mens malignorum hominum latensque astutia, & multiplicium cogitationum astus apertè describitur.

Callidus in bonum & malum. Prov. 14.4

Prover. 22.3

Prover. 1.4

Psal. 82.4

* Un hombre doblado, y tiene mill bueltas y rebueltas. Genes. 3.1

Exod. 15.8

2

Congruitque nomen Cogitationis, quod non affert simplicem cogitatum, sed ex

cogitationem, inventum, dolum animo conceptum, & machinatum, quo lædere possit, sicut dicitur Genes. 50. Vos cogitastis de me malum. & Psalm. 55. Adversum me omnes cogitationes eorum in malum. quas deinde jungit; Inhabitabunt, & abscondent; ipsi calcaneum meum observabunt. Psalm. 39. Dominus sollicitus est mei. Hæbraicè, Dominus cogitavit pro me; id est, attentè & sollicitè prospicit, quid è re mea futurum sit. sicut eodem Psalm. dixerat, Multa fecisti tu domine Deus meus mirabilia tua; & cogitationibus tuis (Hieronymus addit. Pro nobis) non est, qui similis sit tibi. Iam ergo, Dissipare cogitationes malignorum, erit eorum machinas evētere, eludere dolos, infatuare consilia. sic pro originali verbo dissipandi dicitur. 3. Regum. 15. Peto ut venias, & irritum facias fœdus, quod habes cum Rege Israel.

Sed qua nam ratione Deus malignorum cogitationes dissipat? Multis sanè viis. primò, dum efficit ne ad finem optatum cogitationes suas perducere, & promoverè possint. Qui sensus à secunda parte postulari videtur, cum dicitur, Ne possint implere manus eorum, quod cœperant. quare tandem irrita evadunt omnia illorum machinamenta, sicut etiam eodem dissipandi verbo dixit Isaias, Irrita faciens signa divinatorum, & ariolos in furorem avertens; & convertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens. Quare cum iste Isaiæ locus valde similis sit huic nostro, certè utriusque eadem ferè sententia est, continente etiam illo Psalmi. 32. Dominus dissipat consilia gentium; reprobat autem (id est, re ipsa ostendit sibi esse repobata; minime probari; maximè displicere; dum omnem illis foelicem, & exoptatum exitum denegat) cogitationes populorum, & reprobat consilia principum.

Sed quàm firmæ, quàmque foelices sint, tum Dei, tum servorum Dei cogitationes, & consilia, statim explicat; Consilium autem Domini in æternum manet, & cogitationes ejus à generatione in generationem. id est, firma sunt illius consilia, efficit & consequitur, quod semel conatur: effectusque ipse non est caducus, aut infirmus; sed diuturnus, æternus; & cum disponat omnia suaviter, attingit à fine usque ad finem. sunt enim hi duo fines, extremæque duo cujusque rei perficiendè, videlicet cogitatio & inventio mediorum, atque dispositio, & electio;

Cogitatio quid proprie. Genes. 50.20. Psal. 55.6

Psal. 39.18

* En inventar y dar traças para nuestro bien no teneys y gual.

3. Reg. 15.19

3 Multis sanè viis.

779 * Sacra mentirosos alos adivinos, y q de puro corridos buelvan las espaldas. Psal. 32.10

Sapient. 8.3

alius

1. Reg. 2.3. * Sabe le que haze. y salen le biç sus traças.

LXX. Pagnin.

Tygurin.

Symmach.

4 Quid sit Dei superbis resistere, & contradicere.

Num. 30.6.

1. Pet. 5.5. Iacob. 4.6.

5 Verbum implēdi quid in Hebræo.

תושיב

ו

* Que no sal

alius verò finis est ipsius finis cōsecutio, eventus, exitus rei. cogitat igitur Deus, & perficit. Quod eleganter dicitur. 1. Regum. 2. Deus scientiarum Dominus est, & ipsi preparantur (firmantur, confirmantur, stabiluntur, firmè, stabiles, efficaces sunt illius) cogitationes. Septuag. Deus preparans ad inventiones suas. Pagninus; Ipsi directa sunt opera. videlicet recta, ut tendant ad finem optatum. idem sensus Tygurinè paulò diucidior etiam juxta fontem; Conatus ejus perficiuntur. Quoniam verò numquam divina consilia irrita evadunt, numquam quoque Deo opus sunt prætextus quidam, & excusationes, quas confingunt ij, quorum consilia ad optatum exitum perducta non sunt; conjicietes culpam in fortuita quædam, casuque incurrentia impedimenta; ideo eleganter Symmachus legit: Non sunt apud eum prætextus, & excusationes.

Secundò, Deus cogitationes malignorum dissipat, illis contradicendo, & resistendo: na qui, cum superior & fortior sit alicujus conatibus & studiis contradicit, illa planè dissipat. in hac quoque significatione Vulgatus accipit verbum originale, dissipandi, cum de voto, aut juramento uxoris agit Numerorū. 30. Si autem vir contradixerit, &c. Sic ergo hoc loco dicitur Deus contradicere cogitationibus malignorum (quod Petrus & Iacobus dicunt: Deus superbis resistit) quod illorum conatibus, atque consiliis impedimenta apponat. nam cum hujusmodi maligni propria virtute, atque sapientia sibi suisque cogitationibus foelicè exitum polliceantur, atque consiliorum perficiendorum stabilitatem, & diuturnitatè, certè quod divinitati proprium est videntur velle rapere; ideo hujusmodi superbis, ut se quasi tueatur, Deus resistere dicitur, potius, quàm aliis peccatoribus. sed de hoc loco paulò post in hanc rem plura.

Ne possint implere, &c. Ne possint perficere, ad exitum perducere, quod cœperant, quod instituerant, & excogitaverant. Paraphrasticòs explicatum est ab interprete; nam in Hebræo simplex vox est (Thushab) Ne possint perficere manus eorum firmitatem, aut consistentiam. deducitur enim à verbo substantivo (tes) quod significat esse, subsistere; inde nomen, ens, res, quicquà, consistentia, substantia. Quare sensus erit, * Ne possint perficere ma-

nus eorum quicquam, nihil consistens, nihil firmum, nihil diuturnum ab eis fiat; in nihilam recident omnes eorum conatus; ex vanissimis cogitationibus, nihil solidum consequentur. Et quoniam illam eandem vocem Vulgatus vertit, Sapientiam, Iob. 12. v. 16. & Prudentiam, Iob. 26. v. 12. & Legem Iob. 11. v. 6. & Salutem. Proverb. 2. v. 7. ideo sensus eo usque pertingit; Ne possint facere, aut exequi cogitationum suarum legem, & præscriptum, neque calliditatis suæ, vafriciæ, terrenæ, animalis, Diabolicæ sapientiæ decreta, & ad inventiones; nihil quod sibi saluti & commodo futurum sit. Septuaginta eleganter dixerunt: Et non facient manus eorum veritatem. quod enim votis & spei non respondet, mendax, fallaxque dicitur: Impius enim facit opus instabile. Heb. fallax, aut falsitatis opus.

Cum igitur Deus impedit, ne perficiant, quod excogitaverant, & semel instituerant; vehementer illos torquet; & cunctorum ludibriò exponit, ut omnes qui viderint incipiāt illudere eis dicentes: Ecce homo, qui cœpit edificare, & non potuit cōsummare; Ecce quorum manus non possunt implere, quod cœperant, hoc illud est illudentis Dei malignis atque superbis Proverb. 3. Quod enim Petrus, & Iacobus ex Proverbiis. 3. secundum lectionem, Septuaginta dicunt: Dominus superbis resistit. nos habemus, Deludet illustres. nam cum possit potentissimus Deus unico ictu percussum impium omnino perdere, sinit tamen paulisper ex sententia agere, multa excogitare, conari, aggredi; nihil tamen implere, aut perficere; idque verbo resistendi eleganter significatur, quod non tam est oppugnare, & perdere, quàm impedimēta apponere, & prohibere conatus. Simile videas in rege Syriæ 4. Reg. 6. cujus cum consilia, non semel, neque bis, dissipasset, prodidissetque; Eliseus, conturbatum est indignabūdi Regis eor probat re.

Secundò, etiā hoc refertur ad impiorū dispendium maximū. sicut enim ad prudentissimi ducis bellicam industriā pertinet aliquando non omnino aperto Marte cum hoste configere, sed moras trahere, quò hostis à suis ipsis copiis debilitetur & consumatur; cujusmodi fuit sanum, sed frustra Pompejo oblatum à Senatu consiliū dimicanti adversus Iulium

gan con cofa, en. j pongan la manq.

LXX.

* Hara q tes mienta el braço, y yerrè el golpe. Prov. 10. 18.

6

Luc. 14. 10. Impii torquentur frustratis cogitationib.

Proverb 3.34. Pet. & Iacob. supra adducti.

4. Reg. 16. 11.

7 Impiorū dispendium.

Quintus Ennius de Fabio. Maximo. quod re- pttu Virg. 6. Aenid.

Gen. II. 6. 7. 8.

Histor. Eccle- fast. lib. 3. c. Nicoph. c. 32. & 33. Amia. Marcell. lib. 23. Chryf. orat. 2. adversus Iu- daos.

Cæsarem; sic sanè Deus (qualis de quo Quintus Ennius: Vnus homo nobis cunctando restituit rem) permittit multa interdù pre- clara excogitare impios; atque conari, benèque incipere; sed resistit tandem, ne perficiant, atque se oleum & ope- ram perdidisse planè doleant; ergo cun- ctando illorù Deus destruit rē. Rem ex- pressam videas in filiis Adam Genes. II. cum enim immensæ molis opus molirè- tur; cùmq; descenderet Dominus ut vi- deret civitatem, & turrim dixit: Cœperunt facere, nec desisterit à cogitationibus suis, donec eas opere cõpleant. sed restitit statim; prohi- buitque illorù conatus dicens: Venite igitur descendamus; & confundamus ibi linguam eorum, ut non audiat unusquisque vocem proximi sui. Atque ita divisit eos Dominus ex eo loco in universas terras, & cessaverunt adificare ci- vitatē. sic quoq; immodicis sumptibus Iu- deorum templū instaurare conante Julia- no, flamas mirabiles evomuerunt funda- menta, quibus omnia cõsumpta sunt, dis- jecti lapides, dispersa calx, omnes ab in- stituto deterriti, Ne possent implere ma- nus eorum, quod cœperant.

XIII. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum: & consilium pravorum dissipat.

- 1. Astutia in malum, quid in Græco Apprehendere, verbum bellicum.
2. Præpositio in. Prisca mi- litaris consuetudo.
3. Comprehendere forense & iudiciale. Explic. Iosue.
4. Idem verbum ad vincula reorum.
5. Comprehendere venatorum est. Venatur Deus impios.
6. Comprehenditur, qui su- git.
8. Apprehendere pro repre- hendere.
9. Pravi qui ex Hebræo. Ex- plicatus David. Multipli- ces in Græco qui, & capil- latura apud Petrum, & Ruyga apud Paul.
10. Dissipare hoc loco pro Præcipitare. explicati Da- vid, Isaias. Pravorum te- meritas.
11. Senatus optimè institu- tus.

I Astutia in ma- lum. I X X. παρουργ- 7 12. 2. Cor. 4. 2. 2. Cor. 11. 3. παρουργ- 7 13.

ASTUTIA hæc, est abstractum nomē ex illo Malignorum. Septuaginta, Pru- dentiam vertunt. sed utrumque in malum accipit, Malignitas, calliditasvafrieties. & Græcum nomen Panurgia, quo utitur Pau- lus I. Cor. 3. Vbi utitur hac Eliphazi sen- tentia. idem indicat, tum etiam 2. Cor. 4. Non ambulantes in astutia. & cap. II. Timeo ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, excidat sensus vestri à simplicitate, quæ est in Christo Ie- su. Panurgos enim Græcis est callidus, ver-

lipellis, veteratorius, qui acuminè inge- nii se se versat in omnē partē, & ad quid- vis aggrediendum se promptum & paratū præbet; Apprehendere autem; quod in fō- te est, Lacad, est quasi vi & jure belli cape- rē, à quo verbo dicuntur urbes aut mu- nitiones capi, Num. 21. v. 3. 2. Deu. 2. v. 34. 2. Regum 4. v. 7. & 12. v. 27. Potest ergo primò sensus esse; Eos qui suis consiliis, suâq; sapientia adversus Deū insolescūt, & suis cogitationibus quasi firmisimis munitionibus inclusos advers⁹ omnē ex- ternā vim, se existimāt: hos De⁹ obsidet, expugnat, capit, apprehēdit disiectis omni- bus humanę prudētię & astutię, machinis sicut Scriptum est: Non est prudentia, non est sapientia, neque cõsiliium contra Dominum. vel, illa præpositio (In) poterit afferre instru- mentū, qua ratione sæpe sumitur in Scri- ptura; ut id: In baculo meo transivi Iordanem. Vel, ut valeat idem, quod præpositio, Per, sicut Deus dicitur olim loquutus in Prophetis; id est, per Prophetas. erit ergo sententia; quam Chrysostomus indicat I. Corin. 3. & communis Latinorum; Deus hujusmo- di sapiētes suis ipsorum armis in illos re- tortis expugnat, atq; prosternit; illorù astutia, & calliditate utitur in illorù per- niciem; suas illorum machinas, quibus se tueri & defendere parabāt, ad capiēdas, & oppugnandas illorum vires & superā- dos conat⁹ apponet, adhibebitq; sapien- tissimus Deus: velut si tormenta ænea ab hoste capta adhibeat dux fortissimus ad reliquas hostium machinas expugnādas. Servius ad id Maronis II. Aeneid.

Devicta Asia subsegit adulter. Illam militię consuetudinem refert; Qui scripserunt (in- quit) de arte militari, dicunt summum genus esse dimicandi, quoties calcato umbone adversu- ri, se in hostilem clypeum erigit miles, & ita contra stantis vulnerat terga; sic profectò vi- deas dimicare Deum adversus astutos; nā calcata illorum astutia; armisq; detra- ctis fugientes. jam, tergaq; dantes ap- prehendit, capit, prosternit, suis ipsorum gladiis illos confodit. Præclarum profec- tō victorię genus. propterea enim gla- dium illum Goliath, non habere aliū æ- qualē, quod ab ipso hoste detractus ho- stem interemisset, dixit David ad Achimelech: Non est huic alter similis, da mihi eum. Secundò verbum cõprehendendi po- test esse quasi iudiciale, quod dici solet, capere in flagranti delicto. sic enim di-

Apprehende- re, bellicum.

Apprehende- re ad vincula pertinens. Prov. 5. 22.

Prov. 21. 30.

Præpositio in Genes. 32. 10.

Heb. I. 1.

Chrysof.

Servius.

I. Reg. 21. 9.

3

citur

Iosue. 7. 15. * A quien se cogieren con el hurto en las manos. Ios. 7. 18. * Descubriose el ladron, y pa recio el hurto

Sap. 2. 14.

4

Apprehende- re ad vincula pertinens. Prov. 5. 22.

citur Iosue. 7. Quicumque fuerit in hoc faci- nore * deprehensus. & ibidem. Sors invenit Acham. Hebraicè, deprehensus est Acham. aliqui ex Græco, * Ostensus est. Non aliter astutos hos, & sapientes apprehendit Deus, cùm illorù occulta & abscondi- ta consilia manifestat, & profert in om- nium conspectum. quare de Deo, sicut & de justo filio Dei, conqueruntur impii Sapientiæ 2. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum, & tanquam nugaces astutati sumus ab illo.

Tertiò, id verbum pertinere potest ad vincula, quibus reus, aut captivus tene- tur comprehensus. sicut Proverbiorù. 5. dicitur. Iniquitates sua capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. & tunc præpositio in, de notare etiam po- terit causam instrumentalem. Apprehendit. ergo Deus, devincit, constringit sua ip- sorum astutia, & dolis tamquam vinculis; summis difficultatibus obligat unde se extricare ulla ratione nequeant. Videas profectò hominem ambitiosum, aut tur- pis lucri & voluptatis cupidum eò in- terdum suis consiliis, suâque cupiditate impulsus, ut regredi vix possit, proce- dere verò minùs possit, vixque illi effu- giū pateat. ergo se sentit suis consiliis irretitum, & comprehensum, vinculisq; fortissimis non solùm ad presentia dis- crimina, sed ad æternum etiam tenebra- rum carcerem obligatum. videlicet, com- prehensum à Deo in astutia sua.

Quartò, alii volunt desumi à venato- ribus metaphoram. quare Apprehendere in astutia erit, ex illorum astutia rete confi- cere, & expandere ad illos illaqueandos, & irretiendos. Sic ab eadem originali ra- dice dicitur Isai 44. Tenebitur laqueo. & Ie- remiæ. 5. Laqueos ponentes, & pedicas ad ca- piendos (comprehendendos) viros. In hanc rem est id Psalm. 72. Propter (juxta) dolos posuisti eis (supple. laqueos) deiecasti eos, dum alleverentur. id est juxta, suos ipsorù do- los, fraudes, astutias, laqueos illis paras, & in ipsis suis fraudibus, tamquam in mar- ginæ foveę constitutos, facile eos dejicis præcipientes; inciduntque in foveam, quam aliis per dolum & fraudem paraverat. Et hi, qui maximè oculati videntur, non vi- dent laqueos, non foveam, in quâ incauti conjiciunt pedes. In his verò laqueis non deest etiam suus cibus, & illecebræ, quibus, sicut passercoli, inescantur; vide-

5 Metaphora ducta à venato- ribus. Isai. 24. 18. Ierem. 5. 26. Psalm. 72. 18. Sapient. 14.

licet, spes lucri, honoris, voluptatis, sicut Scriptum est Sapient. 14. Creatura Dei facta sunt in tentationem anima hominum, & in muscipulam pedibus insipientium.

Quintò, juxta Græcum, quo Paulus uti- tur. I. Cor. 3. comprehendere est, fugientem injecta manu apprehendere; vel potius prehendere, seu manu corripere, ut Vir- gilius dixit:

..... Arcumq; manu, celeresq; sagittas Corripuit

Qua etiam voce, Prehēdere possessio- nem Græci dicunt; & occasione arri- pere. Ergo sensus erit; Qui astutia, & do- losa sapientia conantur divinæ providē- tiæ manus & decreta eludere, & fugere; illos Deus insequitur, & injecta manu ap- prehendit, corripit; quantumvis longis- simè tuis cogitationibus, & machinamē- tis peregrineris, & divinos oculos co- ne ris effugere, illuc manus Dei deducet te, & tenebit te dextera ejus.

Sextò tandem, Græcum apprehendendi verbum, per reprehendere legit Ambros. Reprehendens Sapientes. eodēque modo Cyprianus. idēque videntur intelligere Theophi. I. Cor. 3. & Olympiod. hoc lo- co; qui per arguere explicat: fortè in hūc sensum; Cōvincit errare illos, & suis do- lis deceptos fuisse, testatum facit. neque illa objurgatio, & increpatio divina tam verbis, quam re ipsa accipienda est; dum illos Deus ingenti supplicio, & in fælici rei exitu perperam cogitasse, & impru- denter atque stultè egisse comprobabit. Ad futuram quoque extremi iudicii dā- nationem, cùm in cogitationibus impii inter- rogatio erit, referri potest; nam eum locum per futurum legit Cypria. Reprehendam sa- pientes. de bono Pat. & Reprehendet, ad Quirin.

Et consilium. Potest idem esse, quod su- pra, cogitatio; ab eadē originali radice di- citur Ad inventio. Psalm. 80. Dimisit eos se- cundum desideria cordis eorum; ibunt in adin- ventionibus suis. Hieron. Dimisit eos in pravi- tate consilii sui; ambulabunt in consiliis suis. Et certè etiam Cõsiliū (ut Cicer. definit) est aliquid faciēdi, non faciēdi ve excogitata ra- tio. nunc adde, per vafrietiē & callidita- tem. Sed ne omnino sit idem cum su- periori sententia, hoc loco consilium erit, inter multos initum, sicut Psalm. I. dicitur: Consilium impiorum. & Isa. 8. Inite con- silium, & dissipabitur.

6

Δραττω Virg. I. Aen.

7

Ambros. I. Corint. 3. Cyp. lib. 3. sermo. ad Quirin. & de Bo- no patet. imit.

Apprehēdere pro Reprehē- dere.

Sap. I. 9.

8

Quid cõsiliū. ex Hebræo.

γυ

Psalm. 80. 13. Quid cõsiliū.

Cic. 2. Invent. Psalm. I. I. I. 18. 10.

Pravorum.

9 Pravi qui.
 Gen. 30.8.
 R. Mardoch. in suis Concord.
 Dent. 32.5.
 P. Palm. 17.27.
 2. Reg. 22.27.
 * Con los que no hablan claro, habla Dios trastravillado
 * Trenças, o torçales.
 Ierem. 17.9.
 LXX. Olympiod.
 Multiplices in Græco qui
 Capillatura apud Petrum.
 Timoth. 2.

Pravorum. Pravi hoc loco sunt, qui supra maligni. Sed ab alia radice (*Pathal*) significat luctando pervertere, aut perverſe luctari, aut cōplicare, & intorquere, ut alium non tam virtute & robore, quàm calliditate & verſutia ſubvertat. à quo verbo Gen. 30. dicitur est à Rachel: *Comparavit me Dominus cum ſore meâ, & invalu; vocavitque eum Nephtali.* quem locum Hebræi ſic legunt: *Colluctationibus Dei luctata ſum cum ſore meâ, vel, obliquationibus Dei verſa ſum,* ut ait R. Mardochai. & inde Aſtut², aut vaſer luctator dicitur (*Pethal-thol*) nomine, litteriſque geminatis, ut inſignis vaſtricies, & diſtorſio, & quaſi duplicata calliditas ſignificetur; nos ferè eadem voce, & litterarum geminatione dicimus, *Retartallilas.* hinc dicitur: *Generatio perverſa.* Deut. 32. Pſalm. 17. *Cum viro innocente innocens eris, & cum perverſo perverſeris.* qui locus. 2. Reg. 22. ita habet in Hebræo tranſpoſitas, & quaſi perverſas litteras, & ſyllabas, ut cum ſic deberet legi (*Thiphatal*) legitur tamen (*Thirbaphal*; ac ſi Latine diceremus, * *Adverſus perverſum perverſeris.* non perverſeris; ut indicaretur maxima quædam & invicta Dei quaſi diſtorſio, implicatio, calliditas adverſus pravos, callidos, diſtorſos: quaſi dicat, adverſus Cretenſem: Cretizat Deus; cum callido & vaſro luctatore. callidè, vaſrè luctatur Deus; ſupplantatores ſupplantat. ab eadem quoque radice dicitur, * (*Pethil*) id eſt, vitta ex filis retortis, aut duplicatis. atque hæ ſunt vitta illæ hinc cynthinæ Numero. 15. Idem, ab alia licet radice, ſignificat *Pravum* Ierem. 17. *Pravum* (multis flexibus obliquum) *eſt cor hominis; & inſcrutabile: quis cogniſcet illud? Ego Dominus; quid unicuique juxta viam ſuam; & juxta fructu adinventionum ſuarum.* Septuag. hic vertit, *Aſtutos.* Olympiod. vocat: *Polyplocos.* Multiplices, qui ſunt nimium prudentes, qui perſidiſa, ac ſicta inſtrunt conſilia; quos ipſos pravæ ſententiæ homines vocare conſueverunt; ii qui vim propriam vocabulorum aucupantur; ideo quod *pravitas in eorundem mente, & conſilio inſit.* Poliploci autem proprie Græcis ſunt, multifarum nexibus & nodis implicati, & intortiti. nam *Ploce*, apud Pet. cap. 3. v. 3. eſt *Capillatura*, id eſt, criſpatura, aut implicatio capillorum; ſimile id; quod in ſimili argumento, voce tamen alia, dicitur ad Thim. 2. v. 9. *Intortis crimibus.* ſunt ergo hu-

juſmodi homines, varii, nodofi, implicati, intricati, quibus videtur oppoſuiſſe Paulus id Ephes. 8. *Chriſtus dilexit Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam* id eſt, nihil multipliciſſimæ dupliciſſimæ, varietatiſſimæ, implexiſſimæ habentem; ſed Chriſtiana tantum ſimpliciſſimæ cōſpicuam. ſed de hoc aliquid ſuperius me dixiſſe memini.
 Iam ergo huiusmodi pravorum hominum conſilia Deus diſſipat; non quidem ſicut ſupra dicitur Deus diſſipare contradicendo, reſiſtendo, irrita reddendo; ſed accelerando, conturbando, præcipitando. Sept. *Diſſecit.* Symmac. *Diſturbavit.* nam (*mabar*) accelerare, aut feſtinare eſt; atq; inde præcipitem eſſe, imprudentem, ſtultum; nam prudentia tranquillitate & deliberatione indiget. unde dicitur Iſa. 32. *Cor ſultorum* (feſtinantium, qui ſine prudentia, ſine de liberatione ſe dant præcipites in ſtulta conſilia) *intelliget ſcientiam* (ut autem illa intelligendi præcipitantiam, & feſtinationem conſilii declararet, appoſito exemplo, ſubjunct Iſaias) *& lingua balborum velociter loquetur, & plure.* ſicut enim bleſtudo lingue duo videtur claudere, videlicet accelerationem cum impedimento quodam, & hæſitantia; ut nihil expedite & clare pronuntiare poſſit; & quod magis properat, eò minus proficit citata illa lingue volubilitate; ita ſane qui intelligentia feſtinus eſt, nullum profert utile, verum integrum conſilium, ſed manca omnia, & inutilia. Sic itaq; Eccleſiæ ſuiſq; fidelibus promittit eò loco Deus intelligentiam atque prudentiam ſani conſilii capiendi; tum etiam facilitatem quamdam loquendi de rebus utilibus clare, appoſite in rem propoſitam, expedite, integre, veriſſimè, neque ſine illa grata verborum & orationis volubilitate. At pravorum hominum conſilia Deus feſtinat, perturbatque, ut perturbatè omnia efficiant, nunc hæreant, nunc omnia cōfundant, & miſceant, & accelerando re perdant. quæ eſt graviſſima quædam conſilii diſſipatio, quam ſuis hoſtibus imprecatur David Pſalm. 63. dum petit, protegi à conventu malignantium; & à pravorum conſiliis, qui volebant illum ſubito ſagittare, videlicet clamoribus, & ex inſidiis. & firmaverunt (inquit) ſibi ſermonem nequam (firmiter & conſtanter deliberarunt de me perdendo) *ſerutati ſunt iniquitates* (ſimil omnes inito conſilio) *de ſerunt ſerutantes*

Ephes. 5. 25.
 IO Quid hoc loco diſſipate.
 LXX.
 Iſai. 32. 4.
 I
 II
 Pſalm. 63. 3.
 (per

Hierony.
 Hierony.
 Hierony.
 * Los buenos, y ſenzillos ſi, pero los malos, y reſabidos no ſe y ra alabando.
 Sap. 1. 5.
 Iſa. 19. 14.

(per ſe ſinguli) *ſerutinio* (Hierony. *Cogitatione ſingulorum*) *Accedet homo ad cor altum* (profundas videlicet & occultiſſimas nocèdi artes, ſed Deus, qui ſuperior eſt, ſublimiora cogitat) *& exaltabitur Deus* (illorum conſilia diſſipabit; illi in profundo ſe cōſtituunt, ut ex inſidiis & latentè perficere poſſint ſua cōſilia; at Deus ſublimerè ſe conſtituet, & ante omnium oculos illorum conatus eludet, & cōſilia diſſipabit) *Sagitta parvulorum facta ſunt plaga eorum* (vel, ut Hebræicè habetur, ſagitta repentina ſagitta eorum, qui videlicet nec rectè conſiderant ſcopum, neque collectis viribus, aut manu quieta & fixa ejaculatur, ſed feſtinanter, præcipitanter, temerè, ut pueri omnino ſagittandi imperiti ejaculari ſolent. ita numquam collimant) *& infirmata ſunt contra eos lingue eorum* (Hierony. *& corrueſt in ſemetipſos linguis ſuis.* Quia ſuis ipſi conſiliis contra ſe pugnat. Quod verò id ſit opus Dei ſapientiſſimi diſſipantis pravorum conſilia, ſubjungitur) *Conturbati ſunt omnes qui videbant eos, & timuit omnis homo; & annuntiarunt opera Dei, & facta ejus intellexerunt. Letabitur juſtus in Domino* (non enim timet, ſi pro illo Dominus ſit contra mundi ſapientiam, & conatus) *& ſperabit in eo, & laudabitur omnes recti corde.* quaſi dicat: Hi quidè quos Deus protegit gloriari tandè poterunt; ceterum aſtuti, & pravi illi non gloriabuntur, neque jaſtabunt ſe, cum ſua conſilia diſſipata cernant.
 Tandem hoc loco obſerva, quale futurum ſit conſiliu illud, cui præſidet ſtultitia, perturbatio, præcipitantia, falſa quædam & ementita ſapientiæ ſpecies, potiùs aſtutia, fraus, vaſtricies, proprii commodi & lucri cupiditas; honeſti, recti, boni cōmunis contemptus, & oblivio; ubi ſuffragia per fraudè, invidiam, avaritiam, & præcipitantiam feruntur; cum Scriptum ſit, *Spiritus S. diſciplina effugiet ſictu, & auferet ſe a cogitationibus, qua ſunt ſine intellectu.* de quo id dictum eſt Iſa. 19. *Dominus miſcuit (inſudit, propinavit) in medio ejus ſpiritum vertiginis, & errare fecerunt Aegyptu in opere ſuo, ſicut errat ebrius, & vomens.* ebrii enim multò aliter de rebus judicant, quàm reſ ipſæ ſint, & quæ immota fixaq; ſunt, circumagi exiſtimant circucti ipſi, & turbulenta vertigine perturbati. hiſ cum neque decori, neque honeſti ulla ratio ſit, nihil de decoro, & honeſto ſta-

tuere, aut deliberare poſſunt. alia quoque multa in hanc re præclara eo loco Iſaias. Sed è contrario ſi conſilio præſideat divina ſapientia, quæ non inde ſapientiſſima, & ſalutaria conſilia prodibunt, atque perficientur? ſicut Scriptum eſt: *Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditus interſum cogitationibus, & viam pravam, & os bilingue deteſtor.*
 XVIII. *Per diem incurrent tenebras: & quaſi in nocte, ſic palbunt in meridie.*
 1. Tenebra quid. Tenebra meridiana, ignoratio in re clariffima. impij in capiendo conſilio cacatientes.
 2. Palpare in meridie, Cæcorum periphras.
 3. Impij, ſe dant præcipites in diſcrimina ſibi ignota.
 I Tenebræ quid
 Tenebræ in capiendo conſilio, & deliberando.
 Tenebræ diurnæ ignoratio in re perſpicua.
 Iſa. 54. 5.
 2 Palpare in meridie.
 Tat &

tat, & palpat manibus, antequam pedem efferat. quare in eandem sententiam locutus est Isai. ca. 59, nā cum populus anxie nimis inquireret suarum calamitatu causam, in re clarissima hallucinabatur, cum manifeste propter sua peccata puniretur. Ergo postea ipsi ingenuè fatebantur: *Propter hoc elongatum est iudicium, palpavimus quasi cæci parietem, & quasi absque oculis at-tre-tavimus, impegimus meridie, quasi in tenebris.*

Isai. 59. 10.

3

Impii cadunt in discrimina, quorum causam ignorat. *Eccles. 27. 30. Isai. 47. 12.*

Possunt etiam pertinere tenebræ istæ ad ignorationem malorum, atque discriminum, in quæ suis ipsis consiliis imprudentes se conjiciunt, cum quo facit illud Ecclesiastici. 27. *Facienti nequissimum consilium super ipsum devoluetur, & non agnoscat unde veniat illi.* & Isa. 47. *Veniet super te malum, & nescies ortum ejus.*

XVIII. Porro saluum faciet ege-nium à gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem.

1. Scripturarii mos in proponendo simul impiorum supplicio, & justorum salute.	2. Egenus quis. Eius nominis Etymologia.	3. Gladius oris quid indicet. Lingua gladio & arcui simili, mendacia sagittis. Quid extendi ar-	cum & linguam.	4. Violentus quis proprie Tyranni impii impie possesores.
--	--	---	----------------	---

I AM nunc alteram Divinæ providentiæ partem proponit erga humiles, & afflictos. Et quidem cōsideratione dignissimum est, ferè semper in Scripturis post impiorum supplicium, & minas, statim subdi humilium, & justorum salutem, & patrocinium; ne quisquam existimet propensum esse potiùs Deum ad puniendum, & occidendum; quàm ad vivificandum, & benefaciendum; nam potiùs, cum quasi dolens & coactus in impios animadvertit, se consolatur piis benefaciendo. Deut. 32. *Iudicabit (punit, dampnabit iusto supplicio) Dñs populum suum; & in servis suis miseretur.* Tygurina juxta originale; *Et in servis suis se solabitur.* & inferius; *Sanguinem servorum suorum ulciscetur,* (sed ad bene faciendum, & propitiandum proclivior est) *& propitius erit terra populi sui.*

Deut. 32. 36.

Hoc autem loco, *Egenus, & Pauper* sunt quibus nec patronus nec amicus sint, neque vires, neque perfugium, ab omnibus præsiidiis destituti. Septua. *Infirmum* dixerunt. Est verò elegans *Pauperis* Etymologia, à verbo (*Abah*) quod est desiderare; quasi omnia desiderans, cum nihil habeat; hi sunt iusti, quos desideria, & spes in Deo collacata sustentant.

A gladio oris. Septuaginta ad rem bellicam referunt; *Perant in bello, infirmus aut egredietur de manu potentis.* videlicet, ut impii in bello injusto, quod gerunt adversus pios, cadat: at verò pii evadant victores, & incolumes. D. Thom. & alii ad blanda fallaciæque consilia; Servabit, inquam, humiles, ne sinant se decipi impiorum consiliis, atque suavis, quæ non fecus perniciosa sunt, quam gladius hostilis. Sed illud meliùs rei præsentis congruit, ut cum potentes, atque superbi opprimant & devorent pauperes, *gladius oris eorum* dicatur, mors, aut calumnia pauperi ab improbis intentata, imperata, ore illorum pronuntiata, illorum consiliis frequenter tractata, minis & verbis sæpius agitata, & confirmata. sic quidam explicant id Hoseæ.

14. *Vitulos labiorum nostrorum reddemus tibi.* id est, sacrificia vitulorum, quæ labiis, ore, verbis conceptis tibi vomimus. Simile in hanc ipsam rem id Psalm. 520. *Eccc loquentur in ore ipsorum, & gladius in labiis eorum quoniam quis audivit? id est, agunt de me occidendo, & diligenter inquirunt, num quis aut viderit, aut audierit, ubi sim, ubi latea.*

Vel à gladio oris, simpliciter, ab illorum perniciosis consiliis, & verbis virulentis, quibus pauperes proscinduntur, vulnerantur, non fecus, quàm gladiis acutissimis. quare *gladius oris*, erit gladius, ut ita dicam, verbalis, vel verba acuta, hostilia, inimica oratio; nā solet frequenter Scriptura ori gladium, & aciem; rursus gladio, & aciei os tribuere, propter gladii & linguæ similem figuram acuminatam, lævem, acutam, versatilem. Psalm. 56. *Filii hominum, dentes eorum arma, & sagitta; & lingua eorum gladius acutus.* idem Psalm. 63. Simili analogia dicitur Ierem. 9. *Sagitta vulnerans lingua eorum.* licet eodem cap. translatione non nihil mutata, lingua vocetur arcus ipse, & verba, sagittæ ejaculatæ; *Extenderunt linguam suam sicut arcum mendacia, & non veritatis; confortati sunt in terra.* id est, lingua, velut arcu intento, ejaculantur

2

Egenus, & pauper qui.

LXX.

תון

Pauper dicitur quasi desiderans.

3

Supplicium gentium bellum injustum

Impioium consilia exitiosa.

Quid gladius oris.

Hof. 14. 3.

Psalm. 58. 8.

Gladius oris & Os gladii

Psalm. 56. 5.

Psalm. 63. 4. Ierem. 9. 8.

Lingua arcus, Mendacia sagittæ.

mendacia

Quid sit arcus, id est lingua extendi.

Lingua non solum gladii, sed etiam sagittæ.

4

Violentus quis proprie.

פין

Quid Deus mittat suos in æruinas, & manus impiorum cadere.

Isai. 26. 13.

mendacia & dolos, atque in eo se potentes esse, & fortes videri volunt, cum tamē potentissima sit veritas, multoque mendacis fortior. *Observa id, extenderat;* potest enim significari aliquid cum mendacio conjunctum; cum quis plura aut contingit, aut loquitur, quàm possulet res; itaque rei veritatem per vim extendunt, & dilatant linguam, *hæc ena la lengua y a la verdad dar de sí, hablando largo.* Tandem, lingua percutit tamquam districtus gladius. Ierem. 18. *Percutiamus eam lingua.* & quod gladius tantum cominus lædat, at verò sagitta eminus, non solum lingua gladius sed sagitta etiam appellatur, quæ etiam in absentes sævire solet. Sed de his aliquando plura aliàs etiam explicabimus, quæ ratione gladius os habeat, & comedat, atque bibat.

Et de manu violenti. Crescit oratio; Non solum à consiliis, & calumniis impiorum Deus eripit pauperem, sed etiam si quis violentus (id est, fortis, prævalens, capies, confringens, opprimens, ad comprimendum, & confringendum, & capiendum se roborans & confortans; hæc enim omnia denotat vox originalis *Hhazak*) in illum pauperem, & imbecillum manum jam iniecerat, *de manu*, potentia, viribus illius extorquet prædam Deus. Hæc autem ereptio, & liberatio pauperis *de manu violenti*, & potentioris intelligi potest, tanquam de manu tyranni, & hostis per injuriam & vim capere, & retinere volentis; aut tanquam de manu injusti possessoris, nam sive jure, sive injuria omnia tibi licere potentiores existimant, nunc litæ intenta & juris prætextu, nunc aperta violentia, & injuria.

Et notandum quidem, quod nostram in Deum confidentiam nutrire maximè potest, nō solum à conatibus, consiliisque impiorum Deum suos eripere, sed etiam *de manu*; nam permittit interdum in manus hostiū cadere, atque in mille æruinas, ut tunc se magnificentiorē redemptorem, & potentiorē vindicæ ostendat, cum de manu eripit, quàm si tanta mala avertisset, & hostium consilia sua industria præoccupasset. nemo igitur quàmvis captus, & possessus ab iniquis hostibus, à malis, ab æruinis, desperet; sed illud frequenter repetat: *Possederunt nos Domini absque te; tantum in te recordemur nominis tui.* nam potes est Deus nos redimere de manu iniquo-

rum dominorum, & possessorum; Eodem illud pertinet Proverbior. 23. *Ne attigas parvulorum terminos, & agros pupillorum ne introeas; propinquus enim enim illorum fortis est, & ipse contra te iudicabit causam illorum.* Septuag. *Ne transponas terminos æternos, & in possessionem orphanorum ne ingrediaris. qui enim redimit eos Dominus, validus est, & iudicabit iudicium eorum tecum.* Propinquus, eo loco est vindex, redemptor, qui jure propinquitatis vindicat, redimit, eripit ab alieno, vel injusto possessore; qui, cum fortis, & potens sit, eripit *de manu violenti* prædam, & extorquet diviti antiquam pauperis possessionem. alludit enim ad legem Levitic. 28. *Si attenatus frater tuus venderit possessionem suam, & voluerit propinquus ejus, potest redimere, quod ille venderat.* quod ad pauperes omnes videtur extendi, qui paupertate adacti veniunt in potestatem locupletiorum. Atque adeo eo loco Hebræi observant, non fuisse potestatem curquam bona sua vendendi, nisi redactus fuisset ad summam paupertatē. hæc enim in causa est, ut non solum possessionum, sed etiam totus ipse pauper venalis sit, & prædæ violētō exponat. Deo igitur eripiens *de manu violenti pauperem*, non solum se nobis exhibet propinquum, cum jure propinquitatis redimat, sed propinquum propinquissimum & conjunctiorum, conjunctissimum; nā aliis discendentibus à paupere & nemine se vindicæ præbente, solus ipse vindex & redemptor est; Vel poterit dici eripere *pauperem de manu violenti*, non solum tanquam propinquus; sed tanquam adjutor fortis de manu tyranni, & de omnium malorum, & adversitatum vinculis & carcere, cum Scriptum de Ioseph sit: *Dissoluta sunt vincula brachiorum ejus per manus potentis Iacob.* cujus rationem paulò ante reddiderat, *Sedit in forti arcus ejus.* nam cum ipse se videret manibus vincitum, & ab omni armorum præsidio destitutum, illum exoravit, qui pro suis servis, armis, scuto, gladio, arcu, ut eminus & cominus defendat, pugnare contra hostes solet. illi ergo ut pote potentissimo arcum suum; id est omnem defendendi se rationem permittit, & oravit suppliciter: *Apprehende arma, & scutum, & exurge in adjutorium mihi.* neque deterioris conditionis fuit quidem Ioseph, quàm Samson; licet enim ille se minimè poterit viculis, & manicis eximere, at verò

Prover. 23. 10.

LXX

Levitic. 25. 25.

Deus propinquus & vindex.

Deus eripit quos jure belli.

Gen. 49. 24.

Psalm. 24. 2.

Samson

Aud. 15. 14.

Vincula, & arumna in aurum iustis vertuntur.

Onkelos.

Samlon propria se virtute, duobus novis funibus vincit, & dissolvit (sicut enim solent ad odorem ignis ligna consumi, ita vincula quibus ligatus erat dissipata sunt, & soluta) tamen cum Deus vincula dissolvit, ut eripiat pauperem, manicas manuum in aureas armillas convertit, nam aurata sunt vincula brachiorum Ioseph, per manus potentis Iacob. sic legit Onkelos: Tunc positum est aurum super brachia eius, possedit regnum, ac confirmavit.

XVI. Et erit egeno spes, iniquitas autem contrahet os suum.

1. Egenus quis proprie Metonymia. Spes arumna nutritur. Quis vincit spei apud Zachar. explicatus Paulus.	2. Irorum Metonymia in sacris. Quis proprie in-	quis.	3. Contrahere os, quid. & cum ad orationem referatur.	4. Obmutescere erubescitium est, explicati David, Salomon, Isaias.
--	---	-------	---	--

I Chrysof.

Egenus quis proprie.

77

Metonymia Psalm. 31. 10.

Lyranus.

Aerumna nutritive spes.

Qui vincit spei apud Zachariam.

SPES Chrysof. Hec Deus agit, ut & ille qui nullis est viribus bene speret, & ut iniustus non efferatur, & ut lingua sublimia loquens obstruatur, & ut elatum supercilium deprimatur. Sic poterit egenus (proprie, attenuatus, exhaustus vel facultatibus, vel viribus; homo tenuior fortunæ; macilentus, squalidus) in spem firmam de divina ope erigi, bene de Dei providentia, bonitate, potentia in reliquis vite discriminibus sperare; non confundetur, cum se viderit de manu potentis, & violenti mirabiliter e-reptum. Vel metonymicos, Spes; pro sperata; Erit egeno certa salus, certum auxilium, nam Sperantem in Domino misericordia circumdabit. id est, videbit se pauper bonis, salute, felicitate affluere undique; unde quaque felix erit, qui spem suam in Deo collocaverit. Lyranus dixit hanc spem esse certam expectationem futuræ prosperitatis in presenti vita; ut Iob ubi erigat in spem recuperandæ pristinae felicitatis. Vel, licet te egenum ac miserum videas, o Iob, non ideo non bene sperare de Deo debes, de qua tua salute; quam tuis desperatissima videatur; nam calamitates & aerumnae piis, iustisque viris, non præcidunt, neque extenuant spem, sed excitant, sed accedunt, sed nutriunt, & confirmant. Et quidem Paulus creaturam, id est, iustum hominem ingemiscentem

& parturientem, & subiectum vanitati, id est, mundanis pressuris, que cito transeunt, asserit; sed subiectum tamen in spe, melioris conditionis, & beatitudinis obtinendæ. Hos vocavit Zacharias Vinchos spei, quibus vincula, squalor carceris, cordes & tenebræ spem afferunt: melioris status, & & qui malis & aerumnae obligati salutem, & redemptionem per Christum sibi pollicebantur; illos enim sic alloquitur Zacharias: Convertimini ad munitionem vinciti spei, hodie quoque annuntians duplicia (cumulatissima bona, duplicesque majora; quæ sperare audentes) reddam tibi, id est, Paulus ait: Gloriamur in tribulationibus, quoniam tribulatio patientiam operatur: (id est, efficior tribulationum, & malorum tolerans, devorator, contemptor) patientia vero probationem (tum mihi, tum mundo testata redditur mea tolerantia; planèque agnosco, me fortiorem, ac potentiorum esse, quam de me sperare possem) probatio vero spes (id est, cuius semel sit cognita, probataque sustinentiæ virtus, &c. hunc necesse est, in spem certissimam erigi coronæ certantibus propositæ) Igitur quod major, sit ignis tribulationum, ampliorque patientiæ materia animo subiecta, maiorem spei flammam exurgere necesse est, quod non tacuit David: Dum appropriarent super illum nocentes, ut ederent carnes illius, & per summam crudelitatem dilacerarent, dum tribularent illum inimici, dum consisterent adversus illum castra, dum exurgeret prælium, in eo ipso prælio, & conflictu ipse sperabat, & quod magis ardebat, eò majores in se ipso spei igniculos sentiebat. Iniquitas autem, &c. Metonymia, adjectum pro subiecto, iniquitas, pro iniquis Psalm. 5. Non Deus volens iniquitatem tu es. (statim exponit) neque habitabit iuxta te malignus (Hebraicè, malitia, utrumque iterum exponitur) neque permanent iniusti ante oculos tuos. Septuag. Injusti os obstruatur. Iniquus, proprie iniustus, qui contra legem, & fas committit, quo proximus lædatur, & offendatur. cuius vocis etymologia, & ratio explicatur Psalmo. 70. De manu contra legem agens, & iniqui, id est, de manu & potentia contra legem iniquè agentis, ut nihil noceat. Hieronym. De manu iniqui & nocentis. Contrahet os suum. Proprie, claudet, continebunt os. Chrysofomus; Ne superba, & sublimia loquantur. D. Tho. Perspectus

Rom. 8. 22.

Zach. 9. 12.

Rom. 5. 3.

Psalm. 26. 2.

2 Metonymia. Psalm. 5. 5.

LXX.

77

Iniquus proprie quis. Psalm. 70. 4.

Hierony.

3 Chrysof. D. Thom.

hac

Psalm. 63. 9.

Contrahere os in oratione.

Isai. 1. 15.

4 Obmutescere ad erubescitiam & confusionem pertinere. Mich. 7. 16. Ierem. 8. 14.

Matth. 22. 12.

hac Dei providentia erga pauperes & humiles, maligni & nocendi studiosi retrahent se se, ne ex toto malignentur, neque omnino se effundant in aliorum perniciem, neque inter se amplius ineant prava & iniqua adversus pios consilia, juxta id Psalm. 63. cum de improborum ruina, atque miserorum patrocinio, & salute loquitur David: Conturbati sunt omnes, qui videbant eos, & timuit omnis homo: & annuntiaverunt opera Dei, & facta eius intellexerunt. id est, nemo deinceps audebit, aliquid mali moliri adversus sanctos Dei; nemo obloqui. Alii referunt ad impiorum orationes, & preces, quas excretur Deus, quasi dicat; Quod Deum blasphemet, & læssant contumeliis, non habebunt locum quidquam à Deo postulandi, non os, non linguam, obmutescunt coram Deo; contrahet os suum. nam si in labiis eorum sit gladius, si os & linguam cruentata habeant innocentum sanguine, & iniquis consultationibus, illorum orationem averfabitur Deus. quod dictum ab Isaiâ Propheta videtur cap. 1. cum de precibus cum iniquitate conjunctis agit: Cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos à vobis: Et cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam; manus enim vestrae sanguine plene sunt. Tantundem enim refert multiplicare orationem, & habere manus armatas gladio, & fuso sanguine plenas; ac si diceretur, habere in ore & in precibus gladium; id est, habere conjunctas preces cum proximorum injuria & sanguine: tunc enim non minus execratur Deus labia armata ferro, quàm manus fœdatis sanguine. Illud autem fortè dictum hoc loco fuerit ab Eliphaz, ut Iobum notaret, vel liberius de Deo loquentem vel iniquè de divina providentia disputantem vel minis atque clamoribus tenuiorum animos quondam perterrefacientem. Sed melius hæc referentur ad erubescitiam quamdam, & confusionem impiorum; dum viderint è suis manibus atque viribus pios eripi, atque in tuto collocari, sicut & id. Michee. 7. Videbunt gentes, & confundentur, ponent manum super os suum. & Ierem. 8. Convenite, & ingrediamur civitatem; muniamur, & fleamus ibi, quia Dominus Deus noster flere nos fecit. Et illud: At ille obmutuit, quæ omnia ad confusionem, & erubescitiam pertinent: hæc enim, sicut & timor, solet vocem adimere. Vel quidem

referendum ad stuporem & admirationem, sicut id Psalm 106. Videbunt recti, & letabuntur; & omnis iniquitas (iniquus) oppilabit os suum, contrahet, occludet; neque musitabunt iniqui; sed tantam Dei potentiam adversum se pro pauperum defensione timentes, & stupentes, non audebunt hiscere cum quo illud Sapientiæ. 6. congruit: Stabant iusti in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labores eorum, videntes ipsi, turbantur in subitatione insperata salutis dicentes intra se. nam præ timore, & stupore non aliter poterunt vocem emittere. Vel tandem hoc impiorum silentio significabitur nihil tunc impios habituros, quod contra hanc Dei æquissimam providentiam, & impiorum defensionem justè opponere, aut obloqui possint, cum manifestè prolaturus sit Deus in omnium conspectu innocentiam humilium, violentiam & injustitiam potentiorum. sic Isaias. 52. Super ipsum continebunt Reges os suum: quia quibus non est narratum de eo, viderunt, & qui non audierunt, contemplati sunt. id est, illius innocetia, sanctitas, hostium illius invidia, & crudelitas omnibus erunt perspete; nemini obloquendi potestas erit. In re certissima & explorata nos dicere festemus, no ay que hablar. & de homine sanctissimo: Nadie tiene, que hablar de el. Hæc omnia Chaldaus à versiculo 12. de Pharaone, & Aegyptiis opprimentibus Israelitas accipit, si enim legit; Qui irritas facit cogitationes Aegyptiorum, qui callide cogitaverunt, ut malefacerent Israel; & non est operata manus eorum consilium suum. qui comprehendit sapientiam Aegyptiorum in astutia ipsorum, & consilium astrologorum suorum perverforum reddidit super eos. Per diem incurrebant tenebras, & sicut in nocte, palpabant in meridie, & redemit populū suum, à percussione oris eorum, & de manu regis fortis populū pauperem. fanè non ineleganter; si certius cōstaret, an tanto tempore Aegyptiacæ plagæ Iobum præcessissent, ut com- modè posset ad eas his ver- bis spectari.

XVI. Beatus homo, qui corripitur à Deo: in crepationem ergo Domini ne reprobes.

Psalm. 106. 42.

Sap. 5. 2.

Isai. 52. 15.

Chaldaus.

1. *Beatus in Hebræo quid, & antheſiſ inter beatum, & Enos.*
 2. *Corripere quid proprie. Cum oratio verbo aliquo non reſtringitur, ad omnes temporis differentias extendenda.*
 3. *Beatitudo, pro ſpe beatitudinis, ſpes cum tribulationibus conjuncta, quid ſpes gloria, & gloria ſpes explicatus ſemel & iterum Paulus, & Mattheus.*
 4. *Deus, cum punit iudex, voluntaria patientia ſalutatis.*

5. *Quid Reprobare ex Hebræ explicatus Iſaias, & Moyſes.*
 6. *Tribulatio Calix; quam nauſent impii, quam auid ebibant juſti.*
 7. *Reprobare ex Græco, & Heb. cum contemptu.*
 8. *Extenuatio, Tribulationes prætiſſima & honorificentiſſim. Illuſtrati Lucas, & Paul.*
 9. *Tribulatio divinæ charitatis argumentum, illuſtrati Salomon, & Paulus.*

I
Patientia
gradus

Particula attentioni concilianda ſeruiens.

Beatus in Hebræo.

Regia Cæſet.

יְהוָה

Iſai. 3. 10

BEATVS. In fonte eſt particula, quæ indicat peculiarem ſententiæ vim atque dignitatem, attentionemque conciliat, tum etiam poſt longam diſputationem, quali clauſulam, & epiphonema toti orationi apponit; Ecce, itaq; cum veriſſima ſint. quæ audiſti, *beatus* erit vir, &c. Pro *beato* autem Hebræus apud Cæſetanū, Regia, & alii Hebraizantes, *Beatitudines* legunt, imitati Chaldæum Pfalm. 1. qui *beatum virum* transfert, *Beatitudines*, vel *bonitates viri*. & eſt quidem de originali voce (*aſre*) inter doctos dubitatio, an ſit pluralis numeri, an ſingularis, concretum, an abſtractum nomen, aut verbaſe, quod dicunt: imò an ſit nomen, vel potius adverbium; certè conſtat indeclinabile eſſe, & formam habere non tam pluralis, quàm dualis. Latinus interpres per nomen adjectivum nunc in plurali, frequentius verò in ſingulari vertit, *Beatus*, vel *Beata*; ſi *beatitudines* dicat, augetur ſignificatio, & cumulum rerum multarum, quibus homo efficitur beatus ſignificabit: quia, ut R. David, & R. Mardochai dicunt: *Beati beatitudo in multis bonitatibus conſiſtit*. alii reſpiciunt ad duplicem hominis beatitudinem, temporariam unam, alteram æternam; rectè etiam adverbialiter effertur ſententiæ, atque vocabuli, quod felicitàtem denuntiat, & bonum ominatur, ſicut id: *Dicite juſto, quoniã bene*. *Beatus* igitur eſt *homo*, neque ſemel *felix*, ſed ſemel & iterum; bis, ac ter; terque quaterque beatus; modis omnibus *felix*; beatitudines homini, non unam tantum, ſed omnia felicitàris genera denuntio; o quàm præclare, quàm bene, quàm felicitàter cum illo agitur; bene, felicitàter illi ſit; cedant cuncta illi beatè, cedent proculdubio proſperè, felicitàter. Et

eſt elegans tamen oppoſitio, tum conjunctio *beati*, cum *homine*, nam ſub eſt in hoc loco *Enos*, miſerrimus, deploratè conditionis, ægerimus, vitæ, & ſalutis deſperatè. Igitur, *beatus homo*, *felix miſer* ille; dives & bonis omnibus comulatus pauper ille; beatus modis omnibus, qui nunc dolet, & cruciatur morbis deſperatiſſimis; quàm præclare cum miſero & ærumnoſo agitur: dicite miſero, ægro, dolenti, quoniam bene. ſed ſtatim de hoc iterum.

Qui corripitur. Objurgatur, reprehenditur, cum reprehentione quadam, & objurgatione, ſeueriori; diſciplina inſtituitur, & informatur ad bonum & honeſtum. quod, eſi verbis frequenter fiat, tamen etiam re ipſa factum ſignificatur, pertinèq; ea vox, ad ſeueriorem diſciplinam, & verbera, atque ſupplicium, quod cujuſpiam peccati reprehentionem comitari ſolet. Sed quoniam nullo verbo afficitur hæc oratio, neque ſignificatur, eſſe, vel fuiſſe, vel fore beatum, non ad unam tantum temporis differentiam reſtringenda eſt, ſed liberè dimittenda, ut ad multas ſe extendat. *Beatus* igitur eſt, eritque deinceps; numquam non erit *felix*, qui *corripitur à Deo*, ſive cum afficitur calamitate aliqua, ſive cum felicitàri conditioni reſtituitur; nam cum divinã correptionem patienter & humiliter perſert, felicitàtem meretur; cum jam *felix* eſt, præmio potitur toleratè correptionis; *beatus* igitur qui *corripitur*, maximam illi felicitàtem denuntio; nam ſuum percuffum ſtatim ſanabit Deus; neque illum lædet, quòd aliorum iudicio miſer & infelix ſit, qui ſuo iudicio & ſenſu, reque ipſa beatus & felix exiſtat; tum propter emolumenta maxima, quæ illi affert divina correptio; tum quòd ea ſit divinæ erga ſe charitatis non obſcurum argumentum; nam corripit, quem diligit; tum quòd ſpes melioris fortunæ, & felicitàtis temporariæ atque, æternæ recuperandæ poteſt illum in mediis ærumnis atque doloribus beatum reddere; forte enim hoc dixit Eliphaz, propter ſpem, quam paulò ante egeno iniecerat.

Et quidem ſacræ Litteræ beatitudinè, gloriationem, conſtantiam, gaudium animorum, quæ afflictiſ, & tribulationè patientibus tribuunt; ad ſpem tandem redu-

Antheſiſ inter beati & hominem,

2
Corripere quid.

נָפַת

Regula, cum oratio nullo verbo reſtringitur.

Ærumnæ beatitudinè afferunt.

3
Beatitudinè & gloriatiōnem tribulationum ad ſpem beatitudinis frequentè reſerri.

bationem

Rom. 12. 12.

Heb. 3. 6.
ſpes gloria, & gloria ſpei.

1. Cor. 4. 12.

Tum mortificatio, tum voluptas aliquid aliud in corde gignunt, & operantur.

1. Cor. 4. 17.

Verf.
Matth. 8.

bationè concipit, qui corripitur à Deo, quod paſſim docet Paulus Rom. 12. *Spè gaudentes, in tribulatione patientes.* & cap. 5. *Gloriamur in ſpe gloria filiorum Dei, non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus.* quali dicat, Non ſolum ſperamus fore, ut ſimus aliquando beati; ſed ita ſpem cum tribulationibus conjunctam habemus, ut qui gloriamur in ſpe, gloriemur etiam in tribulationibus; Rurſus ſpem, atq; tribulationem ita cum gloria, quam ſperamus, jungimus, ut glorioſi jam nobis ipſis videamur in ipſis tribulationibus conſtituti; in ſletu, & lamētis & prælio cum perſecutionibus exultare, & triūphare. Quare non ſolum eſt *ſpes gloria*, ſed ut Paulus loquitur Hebræorum 3. *Gloria ſpei*: & utramque ſive ſpem gloriæ, ſive gloriam ſpei videntur efficere in nobis ipſis tribulationes patienter toleratæ. Quare Paulus poſtquam 2. Corinth. 4. multa de tribulationibus diſſeruiſſet, concludit: *Ergo mors* (id eſt mortificatio, aſidua malorum patientia, juxta Anſelmum) *in nobis* (qui mortificationem in noſtro corpore circumferimus) *aliquid operatur* (nō eſt otioſa, neque inutilis, ſed operoſa, efficaciſ, ſecunda, aliquid ex ſe profert: non ſolum enim paſſione afficitur, qui tribulationè patitur, ſed aliquid præterea cū tribulatione conjunctum habet) Neque verò eſt contrario proſperitas, vitæque jucunditas in voluptuariis hominibus otioſa eſt, aliquid enim aliud præter voluptatem ex ſe progignit. Quid ergo *operatur* tribulatio in corde hominis afflicti? aut qua nam ratione exerit, exercetque vires ſuas? illa eſt enim Græcè vocis *operandi* viſ & proprietat. certè gignitur in nobis illud, quod paulò poſt ſubditur: *Momentaneum, & leve tribulationis noſtra æternum gloria pondus operatur in nobis*. quali dicat. Nunc hoc ipſo tempore, quo patimur, gignitur & efficitur, imò creſcit, augetur ingens quidam gloriæ cumulus tanta eſt ſpei efficaciſ, tanta cogitationis intentæ, & contemplationis aſidua viſ, & robur! Propterea enim ſubditur: *Non contemplantibus nobis, quæ videntur, ſed quæ non videntur*. Atque hæc videntur illæ ipſæ beatitudines, gaudium, exultatio, regni ſublinitas, & majeſtas, quæ Chriſtus Dominus in paupertate, lachrymis, eſurie, ſiti, perſecutionibus, conſtituit Matth. 8.

A Deo. In originali *Eloah*, nomē judicis, tum ut hanc correptionem & punitionem juſtè ſibi à Deo infligi propter ſua peccata agnoſcat Iob; tum etiam, ut neque hac ratione inutilem ſibi fore patientiam intelligat, atque latenter & tacitè illud Eccleſiaſtici conſilium ſuggerere videatur: *Quàm bonum eſt correptum manifeſtare penitentiam: ſic enim effugies voluntarium peccatum.* quod enim antea volens comiſiſti, nunc voluntaria patientia, & pænitentia delebis.

Increpationem ergo Domini ne reprobes. Septuaginta, *Ne renuas*. In Hebræo eſt (*Maac*) quod eſt reprobare, vel rejicere aliquid cum ſtudio, & nauſea, vel cum contemptu; nauſeam autem & ſtudioſum indicat ille locus Iſaiæ. 30. *Pro eo, quòd reprobatis verbum hoc, propterea erit vobis, &c.* eſtq; idè ſenſus Iſ. 8. *Abiecit* (ſtudioſiſ hūc potum, & nauſeat cum ori admove) *populus iſta aquas Siloe, quæ radunt cum ſilentio*. ab eadem radice dicitur Numer. 11. *Donec vertatur in nauſeam, eò quòd repuleritis* (abjeceritis, cum nauſea & ſtudioſo reprobaveritis) *Dominum, qui in medio veſtri eſt*. ut per eadem torquerentur, per quæ peccarunt; id eſt, ut ſicut ſtudioſo illis fait Deus optimus; ita etiam ſtudioſo illis ſint creatura; & ſua ipſorum voluptates. Onchelus; *Donec ſtudioſiſ, eò quòd ſtudioſiſ verbum Domini*. Ergo in hoc ſenſu ait Eliphaz; *Increpationem Domini ne reprobes*, ne ſtudioſiſ, ne tibi ſtudioſum moveat tribulatio. Videtur enim de tribulatione loqui, quali de calice, aut potione amara quod ſæpe Scriptura uſurpare ſolet, cum de malorum perſeſione loquitur. Quare, cum hæc quoque ſint verba Dei nos ad tolerantiam adhortantis, noſque tam quam filios diligentis, & corripientis ut Paulus Hebræorum. 12. ait; *Vobis tamquam filiis loquitur dicens: Fili mi noli negligere diſciplinam Domini, &c.* Certè videtur Deus veluti mater ad caput lectuli filii decumbentis aſidere, deprecari, præcipere, ingerere potionis calicem ſalutarem; *Calix enim eſt in manu Domini vini meraciſſimi plenus miſto*; & ſicut potio medica, tum ex dulcibus, tum ex maris multa commiſtione temperatis conſtat, ira ſanè calix divini ſupplicii tū habet vinum merum, generoſum, ſuave, tum etiã amariffimarum penarū miſtionè, ad quas nauſeat hominis mens, & ſenſus; nūc Deo

Deus campu nit Iudex.

Eccleſ. 20. 4.
Voluntaria patientia ſalutariſ.

4
DNR
LXX.

Reprobare quid ex Heb.

Iſa. 30. 12.
* Por que os enſadais de oyr las amenazas de Dios las cumplira el mas preſto Iſai. 8. 6.
Num. 11. 20.

Onkelos.

6
Tribulatio potio amara.

Heb. 12. 5.
Pfalm. 74. 9.

illum filii, nunc peccatoribus & deiperatè ægrotantibus propinat; nam Inclinauit ex hoc in hoc. cæterum improbi hunc calicem reprobant, nauseant, & evomunt, si quidpiam delibaverint; sed tamen velint nolint: Bibent omnes peccatores terra

significat, quàm dicitur; Maximi facito disciplinam Domini, nihil tibi aut potius, aut antiquius sit, quàm ut illius correctionem æquo animo suscipias, & grata voluntate complectaris: gloriare in Dei correptione, in laboribus, & ærumnis. Tantam tribulationum pretiosissimarum præstantiam agnoscebat Paulus, cùm dicebat: Ego Paulus vincus in Domino, nam nihil habuit præclarior, quo se Ephesii commendaret: & cùm cætera communia sibi & Regi Agrippæ precaretur, vincula sibi soli reservat; Opto (inquit) apud Deum & in modico, & in magno (id est, non tibi parum, sed multum etiam persuasisse; neque si id brevi, & facili sermone, sed laborioso & gravi, diuturnoque confici oporteret) Non solum te, sed omnes etiam, qui audiunt, hodie fieri tales, qualis & ego sum (tamen vinculorum gloriam aliis videtur in videre, & sibi soli inesse gaudet) exceptis vinculis his, fortè etiam vincula excipit, quòd illi tribulationum præstantiam ignorarent, & si vincula etiã illis offerret, videretur projicere margaritas ante porcos; acutè hoc indicavit eo loco Chrysostomus: Hoc (inquit) erat ei, quasi aliud quiddam gloria dignum, sed ad illorù suspensionè respiciens addit, exceptis vinculis his. Oecumenius quoque paulò luculentius sententiã eandem expressit; Non (inquit) vincula execratus, aut ob ea pudore suffusus hoc dicebat, nam hoc siquid aliud gloria, & exultatione dignum apud ipsum habebatur, sed ad illorum existimationem respiciens, ad eorum imbecillitatem se se demittens, non aliter Ignatius vinculorum gloriam, cæteris licet amissis, prætermittendam nõ existimat, dum ad Tarsenses scribit. Hæc (inquit) præcipio vobis non quasi sim aliquid, tamen vincus sum. Quid, quòd certè videtur Paulus sibi ipsi integer, perfectusque homo, si in vinculis sit, si mortem pro Christo obeat, nihilque sibi præterea pretiosum esse; Vincula & tribulationes Ierosolimis me manent, sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretiosorem, quàm me. non tam mihi vita pretiosior est, quàm egomet mihi. Sed quem te ipsum, Paule, dicis? Non liber ego vinculis, & jucundè vivens, sed vincus in Domino, quotidie moriens; is Paulus est, is Apostolus; sic meis vinculis, & ærumnis prætiorsus nihil.

8 Extenuatio.

Tribulationes pretiosissime, & honorificentissime. Ephes. 4.

Act. 16.

Chrysost.

Oecumenius

Ignatius epist. 7. ad Tarsens.

Act. 20. 23.

9 Tribulatio signum divini beneplaciti.

Apo. 14. 1.

10. 18. 11.

Præsidio fellic & aceti Christi Iesu amaritudo tribulationum ebibitur.

Livius lib. 26. Annalium. Lesii oratio ad milites.

7 Reprobare, contentis est Psal. 52. 6. 1. Jul. 117. 22.

Ego Dny Dey.

Luc. 23. 11. Rom. 1. 10. Cor. 1. 18. Prov. 5. 11.

LXX. Cyp. de habi. in Fin. n. 1. b. 3. ad Q. 1. r. 2. ca. 66.

vitias, honorem multaq; alias opportunitates conferant, sed tamen illud in presentem locum peculiariter convenit, propterea permagni æstimandas esse, minimeque spernendas; quòd sint divini erga nos amoris pignora, & paterni affectus argumentum; non solum cum peccati pœna non sunt, sed cùm in sceleris alicujus supplicium in flagrantur; id enim indicat vocabulum correptionis, quæ est errati alicujus objurgatio, & durior quædam pueri segniculii institutio, & superior castigatio. Hanc vero à charitate paterna proficisci Salomò explicat: Disciplinam Domini filii mi ne abjicias, quem enim diligit Dominus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. id est, quia beneplacitum suu in illo constituere vult, & optat ut sibi placeat homo, disciplina, & flagello tollere conatur; quòd sibi displicet. Paulus verò sic locum repetit, & illustrat: Nondum usque ad sanguinem restitisti, & oblitus es consolationis, (id est, cùm nondum extrema discrimina toleraveritis, jam vos cæpit oblivio Dei potentis vos consolari, cùm vos corripit? jam oblitus estis, in Dei correptione gaudium, solatiumque ingens animorum latere) que vobis, tamquam filiis (nam corripit paterno affectu loquitur dicens (Deus inquam hoc vobis dicit, non Salomò; ille vos ad patientiam hortatur, nõ homo) Filii mi noli negligere disciplinam Domini: quem enim diligit Dominus (nempe dilectione illa prædestinationis, qua homini vult æternæ beatitudinis bonu) castigat; flagellat autem omnem filium, quem recipit (quem approbat, quem læto vultu, & obvis ulnis excipit quem adoptat. nam in domo Dei non solum ser vi, interdum filii, & quidem frequentissimè vapulant; non sicut in Romana republica, ubi nemo ingenuus & liber vapulabat; quòd testatum cunctis, voluit esse Dei filius flagellatus, & in cruce pendens, dicentibus incredulis Judæis: Si filius Dei est, descendat nunc de cruce, & credimus ei; nam in cruce potius Dei filius & credi, & haberi voluit) Et in eandem sententiam paulò inferius; Tamquam filiis vobis offert se Deus, quem locum sic legit Augustinus; Sicut filios vos * aggreditur Deus, ne te igitur subtrahas Deo aggradienti, minât, verberati; sed potius illi occurre: sicut Ecclesiast. ait: Ne festines (ne festinaret fugias) in tem-

Correptionis proprietas.

Prov. 3. 11.

* Por que loquiere como a hijo, no quie se ver en el cosa que le defa grade.

Heb. 12. 4.

In domo Dei filii vapulant.

Act. 22. 25. 26.

Matth. 27. 40.

Heb. 12. 7. August. serm. de temp. barbarico tom. 9. * Padre es el que os acomete a dar. Eccles. 2. 3.

pare. obductionis (correptionis) conjungere Deo. Hieronymus autem Ezech. 20. usurpans hunc locum, legit: Filii ne con tristestris ad disciplinam Domini. Et certè in hac sustentia rerum adversarum, videtur sacra Scriptura multos patientiæ gradus distinguere, illorq; à nobis exigere. Primum non negligere. Secundum, non fastidire, nec nausare. Tertium, non deficere. Proverbior. 3. & Hebræ. 12. Non deficientes, animis vestris; quàmvis vires deficient corporis, ut spiritus nunquam non proptus sit, carne licet infirma. Quartum, non defatigari: iisdem locis; est quæ idem ferè, quòd supra defatigari, deficere præ molestia, & tædio. His verò, iterum contraria adjungito, quæ etiam exiguntur à nobis. Primum, permagni facere patientiæ opportunitatem, & materiam nobis oblatam. Secundum, non solum non fastidire, sed esurire, & sitire tribulationes, ut saturemur opprobriis. Tertiu, fortiter & constanter ardua quæque & difficilia aggredi; non fugere, sed obviam procedere adversitatibus. Quartum, gaudere, & exultare, cùm digni habebimur pronomine Iesu molestum & asperum aliquid pati. Denique notandum est hoc loco pro Domino subesse in Hebr. Saddai, quòd nomen copiam, & ubertatem affert bonorum omnium, & ut alii dicunt, omnipotentiam. Ergo ait: Correptionem omnipotentis Dei, & bonis omnibus affluentis reprobendam non esse, cùm possit ille nos recreare, & mortuos suscitare, atque bonis omnibus cumulare.

IO Patientie gradus quidam.

Proverbior. 11. Heb. 12. 4.

Saddai.

XVIII. Quia ipse vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt.

- 1. Deus cùm corripit, non derelinquit. Vulnerare & Mederi quid proprie Deus pollet scientia ligatura. 2. Enalage in sacris. Deus instar Chirurghi secando, & urendo medetur. 3. Deus prius vulnerat ut postea medetur. Capere quid. Curare ex Græco. Illustratus Hoses. 4. Dei vulnera salutaria. Omnia optimi Chirurgi munia præstat ille. explicatus David.

3. Percutere, de vehementiori plaga dictu. 6. Dei medietatem, tum illius potestatem, tum charitatem indicat, quadam ex sa cris.

polsit. Sic præcipit Hipoc. dum de capitis vulneribus; & secâdis ulceribus differt. *Vlcera, qua nō habēt sufficientē magnitudinem longitudinis, ac magnitudinis ad osis inspectionem, an quid malum sit à telo, & quantum caro confusa est; & ad curationem, quali nā ulcus opus habet; si verò subcava fuerint ulcera in obliquum, cavitatem, quam plurimū refecare oportet, ubi non facile est medicamento quocumque pervenire.* sic sanè vulnerando medetur Chirurgus, sic quoque vulnerat, ac medetur Deus, ubi aliis medicamentis lenioribus ad internas animi partes læsas, & affectas non est facile pervenire: sic extrahit conceptum, & latitans interius pus sic abstergit ulcera, & animi sordes. Præterea etiam non solum secando, sed etiã urendo vulnerat, & medetur Deus, nam ejusmodi sunt utoria instrumēta, ut cūm ulcus aperiant sed vulnus efficiant, latera inurant, sistantque sanguinem, & cruentis, velut cataplasmatibus appositis, ne malum serpat, efficiant, cūm Scriptum sit: *Sagittas suas ardentibus effecit.* videlicet (ut alii legunt) carbonibus juniperorū, quorum flamma efficacior, & pertinacior est, inflammatas: quō enim vehementius ardent, eō melius urunt, & facilius medentur. Eleganter August. super Psal. 50. rem hanc tetigit. *Illā (inquit) est vox Domini, ego percutiam, & ego sanabo. Percutit putredinem facinoris, sanat dolorem vulneris. Faciunt hoc medici, secant, percutiunt, & sanant: armant se, ut feriant, ferrum gestant, & curare veniunt.*

Verum simplicius, & nulla dicendi figura sententiam hanc accipiunt Septuaginta, ut sensus sit, non tam vulnerando mederi, quā prius vulnerare, deinde mederi, & sanare: sic illi legunt: *Ipse dolore afficit, & rursus restituit.* Aquila; curabit. vox eadem ferè sententia vertitur curare. Hos. 6. *In tribulatione sua manē consurgens ad me, venite & revertamur ad Dominum, quia ipse cepit, & sanabit nos; percutiet, & curabit.* Verbum capiendi ad prædam pertinet, & ad rapiendū more leonino, aut lupino. quasi diceret; Instar leonis, aut lupe visus est Deus nos velle capere, & discerpere; atque, ut nos caperet, prædāque faceret, velut ungue aut dente infixio nos vulneravit; sed non ille devorare vult, sed in suam potestatem redigere; non discerpere, non perdere; non enim lupus, sed pastor est. cepit ergo prædam, quā ut lupus fecit; statim ut pastor fovebit,

Aperire vulnere aliquādo medicum præceptum. Hyp. lib. de capitis vulneribus.

Vulnerando medetur Chirurgus.

Psalm. 7. 14.

3

LXX.

Aquila.

Hos. 6. 1.

Capere quid

sanabit

μοτασε

μοτα

Curare in Greco quid proprie.

μοτω

Aquila.

4

Vulnera quæ infligit Deus salutaria.

Deus omnia optimi medicumunia præstat.

*El por su mano alegre la herida, y da el boton de fuego: haze las hilas, tuerge la mecha, pone el cabeçal, y ata la veda.

Hipp. in offic. Chirurg. psalm. 69. 5.

Psalm. 140. 5.

sanabit; itaque percutiet, & curabit. eadem vox, quæ hoc loco, medebitur; alligabit; alligando medebitur, & curabit. notavit Hieronymus subesse hoc loco (motose) & Motæ Græcè appellari linteola, quæ inferuntur vulneribus, ut putridas, carnes comedat, & extrahat purulētias. & rectè est enim motos, lineamentum, seu linteolū carptū, quod vulneribus inditur, sive tortile, aut rasile, hilas, & mecha, & (motodo,) est vulnerarium lineamentum vulnere aut ulceri indo, aut penicillo vulnerario indito curo. quō eodem verbo Aquila hoc loco usus est: *Curabit* (inquit) *aut lineamento indito sanabit.* illud quoque; addit isto loco Hierony. *Artis medicorum est, grandia vulnera longo sanare tempore, & per dolorem reddere sanitatem.*

Hic duo observanda; alterum, sectiones & vulnera, quæ fiunt à medicis, cūm ad sanitatem efficiendā referantur; summa arte, & cura fieri, ut minimū noceant, ne vena aut nervus incidatur, sed ut minimo dolore & damno fiant, faciliq; possit vulnus recens coire. nō aliter cūm Deus vulnerat, eā quidem partem percutit, excujus sensu, & læsione minimum detrimenti, & doloris, quo ad fieri possit, accipiamus; aut certè cujus dolor, & vulnus minimè mortifera sint, sed potiùs salutaria. Alterum; nullum optimi chirurgi immedendo vulnere munus non obire Deū optimum, cūm ipse curet, carpat linteū, lineamentique rasuram, aut vulsurā torqueat, concinnet, indat, deliget: quæ omnia salutem certò promittat; res profectò & illius bonitate, & nostra consideratione dignissima. sicut enim Hippocrates eos ministros in curatione exigit, *Vt qui circa egrotantem sunt, tacentes sint, & profecto obedientes;* ita sanè nos, qui Iobi vulnera, & curationē, mirabilem Dei sapientissimi in agendo rationem & sapientiam agnoscimus, ut vulnerando medeatur, attempta consideratione, silentes & mirabūdi tātā bonitatem suspicere debemus, atque diligere cūm corripit, cūm vulnerat, neque aliam salutis recuperandæ viā inire; felices enim qui diligunt salutare Dei. *Corripiat (igitur) me iustus (Deus) in misericordia (non plaga inimici crudeli, sed vt sanet minimo detrimento, minimoque dolore) & increpabit* (percutiet, vulnerabit; vulneret inquam, atq; percutiat) *me: oleum autem peccatoris* (venenum amaritu-

dinis, sic ex Hebr. oleum inquam illud venenatum est, quāvis blandum, & suave videatur; blanditiæ, favor, adulatoria verba) non impinguet (ex Hebr. non infringat; oblinēdo, demulcendo franget) *caput meum.* propterea non reprobabo Dei correptionem, quæ quō savior videtur eō lenior & salutarior re ipsa est; ac penitus abjctio, fastidio etiam, negligo, imò detestor blanditiæ & tenocinia peccatorum, quæ dum demulcent, vulnerant; dum mederi videntur; infringunt, lædūt.

Percutit, & manus ejus sanabunt. Potest esse superioris sententiæ repetitio: quædā per exsolutionem. vel fortè paulo amplior sensus, nam *Percutere*, in originali est, ictu & percussione contundere, confringere; unde dicitur Psalm. 67. *Deus confringet capita inimicorum suorum.* & Psal. 109. *Confrigit in die ira sua reges.* Et rursus: *Conquassabit capita.* vel quidē est, transigere, quare erit augeſis; Quamvis ita vulneret, ut perforat, & transigat, medebit tamē, & sanabit; sic ab eadē radice dicitur Numero. 2. 5. & *Perforabunt sagittis,* & Iudic. 5. *Tempus validè perforans.* & gravem aliquam plagam verbum sanandi postulare certè videtur.

Sed notandum quidem hanc commutationem vulneris, & contusionis, aut etiam mortis in salutem, & vitæ felicitatem, quorum utrumque à Deo fiat, tāmquam rem illo maximè dignam solere in factis. Litteris prædicari. 1. Regum 2. *Domine mortificat, & vivificat; deducit ad inferos, & reducit.* Deuterono. 32. *Percutiam & ego sanabo.* Tobia 13. *Quoniam tu flagellas, & salvas.* Sapient. 16. *Deducis ad portas (extrema discrimina) mortis, & reducis.* Sed cūm hæc dicuntur, duo nobis de Deo significantur. Primum, Dei summa potentia, & ita Deuterono. 32. statim subditur: *Non est alius Deus præter me.* & Sapient. 16. *Tu es Domine, qui vitæ, & mortis habes potestatem.* & 1. Regum 2. *Domine enim sunt cardines terræ.* & Tobia 13. *Non est qui effugiat manum tuam.* Alterum; Dei charitas, & misericordia, quæ post flagella statim, affert solatium, quasi humano more afflixisse, & percussisse pœniteat illum, sicut Tobias adducto loco etiam explicuit: *Castigavit nos propter iniquitates nostras, & ipse salvabit nos propter misericordiā suā.* & Iere. 26. *Bonās facite vias vestras, & pœnitebit Dñm mali quod locutus est adversū vos.* quasi ergo

Percutere quid.

Ymo

Psalm. 67. 22. Psal. 109. 5.

Num. 24. 8.

6

Quid indicet hæc Dei medicina & curatio post vulnerationem.

1. Reg. 2. 21.

Deut. 32. 39. Tob. 13. 2. Sap. 16. 13.

Deut. 32. 39.

Dei charitas. Tob. 13. Præior Deus ad miserendū Ierem. 26.

Exod. 20. 5. 6.

Thren. 3. 34.

*El se cansara y lo dexara presto, que no le sale de co-
raçon.

2 Reg. 24. 15.
16.

aut pertusus, aut fatigatus & deficiens flagellando, & puniendo, visitat iniquitates usque in tertiam, & quartam generationem. & vindictam, & supplicium statim remittit, at facit misericordiam in millia, cum miserando, parcendo, benefaciendo, numquam se lassati, imò potius valde recreari, significet. uti Jerem. Thren. 4. ad ingentis cladis solatium cecinit: *Quia non repellet in sempiternum Dominus, quia si absciet & miseretur, secundum multitudinem misericordiarum suarum, non enim humiliavit ex corde.* Rem licet aperte videre 2. Regum. 24. cum enim trium dierum pestem comminatus fuisset, vix de mane usque ad tempus constitutum, prandii videlicet meridiani lues grassata fuerat, & miseratus est Dominus, super afflictionem, & ait angelo percipienti populum; *Sufficit nunc, contine manum tuam.*

XIX. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum.

1. Prima expositio Senarii & Septimi. Septenarius nota multitudinis.	randi symbolum. Septimus Beatitudinis. Quid sabbathismus apud Paulum
2. Secunda expositio, ex plis. Salomon, & Amos. Deus Adjutor, & Protector, quid significet. Senarius nota multitudinis & secundatis.	4. 5. Quarta, & quinta expositio. Quid lux septemplex apud Isaiam.
3. Sex creationis dies laborandi symbolum.	6. Optima, & simplicissima interpretatio.

I
Prima expositio Sex, & septima pro septem.
Amos. 1. 3.

Septenarius nota multitudinis.

Luc. 8. 2.

MULTIPLEX est apud interpretes hujus senarii, septenariique interpretatio. Primò enim quidam nò distinguunt senarium à septimo, sed sex, & septimam pro septem accipiunt, qua ratione non pauci dictum volunt, id Amos 1. *Super tribus sceleribus, & super quatuor.* id est, Si septies peccaverit, &c. numerum itaque sequentem sine discrimine addunt præcedenti, & ex utroque integram summam consiciunt: per septem autem tribulationes innumeras significari ajunt. Septenarius enim est multitudinis nota, & numeri indefiniti, ut Amos. 1. *Super tribus sceleribus, & super quatuor* (id est, Si septies, centies, milies, sine numero peccaverit) *non convertam, &c.* sic quoque de muliere peccatrice ejecisse dicitur Christus Dominus: *Septem Demonia*, id est, universi-

tatem vitiorum. & *Uaię. 4. Septem mulieres*, id est, multe. & 1. Regum. 2. ubi nos habemus: *Sterilis peperit plurimos.* Septuag., juxta Heb. *Sterilis peperit septem*, & per expositionem seu per oppositionem additur; *Et qua multos habebat filios, infirmata est.* sic etiã Iere. 15. *Infirmata est, qua peperit septem.* exempla obvia sunt. erit ergo sententia; In septem tribulationib⁹ liberabit te Deus, sæpe, semper te eripiet malis & discriminibus, si fortè in illa incidas: ita Polychron. ex Græcis; Lyra, Vatab. Isido. Clarius. Ad eundem ferè sensum Augustin. 11. de diuitate cap. 31. illum Proverb. locum accipit: *Septies in die cadit justus, & resurget*, id est, quoties in tribulationem incidit, non peribit, neque demergetur, non enim de culpa, sed de pœna intelligit.

Alii ita sex à septima distinguunt, ut diversas res significant, id quod ipsa sententia indicat: neque enim oportet semper numeros illos, qui simul ponuntur, conflare in unam summam, sicut Proverb. 30. aperte separantur: *Tria sunt insaturabilia; & quartum, quod nunquam dicit sufficit.* Et rursus; *Tria sunt, per quæ movetur terra, & quartum non potest sustinere.* atque eadem ratione nò incongruè accipietur ille locus Amos: *Super tribus sceleribus, & super quatuor, &c.* id est, tria; videlicet cetera scelerata leviora sunt, sed quartum cujusque videlicet nationis, ex illis, quæ à Propheta recensentur, maximè proprium, diuturnum, inveteratum, veniam non mereretur, erit igitur sententia hæc; sex tribulationibus, id est, plurimis, si in illas incidas, te Deus eripiet; & in septima, &c. id est, aliquando faciet, ne in ullum discrimen devenias, sed avertet mala omnia, ut securè agere possis. qua ratione Ecclesiasticus cap. 51. sepe etiam Scripturæ Deū appellat non solum *Adjutorem* sed etiam *Protectorem*; *Adjutorem* inquam, ad vincendas, & superandas difficultates omnes, in quibus jam sumus; *Protectorem* verò, ad avertendas, fugandasque calamitates, ne nobis occurrant; Quod verò numerus Senarius sit etiã multitudinis nota, & indefiniti numeri, non est alienum à Pythagoreorū doctrina; qui Senarium nuptiis, & generationi dedicabant; quod videatur perfectione quadã numeri impari, qui marem refert, & paris, qui faminam connubium inter se continere. Sex

igitur

Isai. 4. 1.
1. Reg. 2. 5.
LXX

Iere. 15. 9.

Polychron.
Lyra.
Vatab.
Isid. Clarius.
Augustin.

2
Secunda expositio.

Prov. 30. 15.

Amos. 1. 2.

Gen. 15. 1.
Psal. 17. 3. 19.
31.
Psal. 26. 1. &
Psal. 27. 7.
Psal. 39. 18.
Psal. 113. 9.
Eccles. 5. 2.
Deus non solum adjutor sed etiam protector.
Senarius nota multitudinis.

Genes. 2. 1

Philo initia lib. de Mundi opificio.

3
Gregorius al legoria.
Sex dies creationis solum laborandi.

Hebdomada creationis designat perfectam vitam.

Eccle. 40. 1

Hebr. 4. 9
Quid sabbathismus apud Paulum.

4
Quarta expositio.
Chrysof. Olympiod. Ca, etia.

igitur diebus cum creatus mundus, omniumque visibilium rerum universitas sit; & cum *requieverit Deus die septimo*, exclusivè, quod dicitur, nam sex tantum dies creationis fuerunt, rectè rerum fecunditatem, multiplicationemque significabit ut Philo ex sua illa Platonica, aut Pythagorica doctrina eleganter docet.

Tertiò, Gregorius tum septimū à sex fecernit, tum per Senarium multitudinè tribulationum notari existimat, sed longè alia ratione; nam his numeris alludè set ad sex hebdomadæ creationis dies, quibus Deus universa elaboravit, atque laborandi speciem quamdam, & ex plar nobis proposuit; in septimo autem, qui requiei consecratus est, ad requiem etiã nobis positã respici. Rursus per hebdomadam laboris, & operarum significari præsentem vitam, quæ tota laboribus, & ærumnis plena est; per septimum vero requiei diem, futuræ vitæ felicitatem; ex quo hæc sententia cõficietur; In multas tribulationes, atque labores incidere te, dum vixeris, oportebit, cum *ad laborè natus homo sit; grave quippe jugum impostū est filiis Adam a die nativitatis, usque in diem mortis eorum*; nullus igitur dies hujus vitæ ab ærumnis vacuus tibi illucescet: sed tamè, si constantè, patienterque pertuleris, post laboriosissimam hebdomadam, in septimo æternitatis die, non tanget te damnationis malum: secus, qui dies hujus hebdomadæ, feriemque invertat, ut in sex prioribus diebus laborare renuat, qui deinde sequetur septimus æternitatis dies non erit requiei consecratus, sed sempiternis cruciatibus. Non dissimili profectò allegoriæ ratione, dū de diebus creationis, & vitæ hujus laboribus Paulus agit, rem totam sic claudit. *Itaque relinquitur sabbathismus populo Dei*, nò solum Sabbathum, sed sabbathismus, id est æternū quoddam sabbatum, & nunquam lapsura solennitas, dies festus, qui nūquam occidet, neque advesperascet.

Quartò non longè ab hac expositione, proximè etiam ad litteræ exigentiã Chrysofom. Olympiodo. Cajeta. sic intelligunt; Si in his sex, id est, multis tribulationibus, atque molestiis te constantem, patientemque præbueris, o Iob, teque submissiùs permiseris verberari, erudiri, purgari à Deo; septimus tandem in hac vita aliquando tibi illucescet felici

tatis & requiei dies aliquis, quo nullum te malum tanget, neque flagellum appropinquabit tabernaculo tuo.

Quintò, sex hos septimumque diem festivos atque solennes accipere possumus, sed quidem non tam ex Eliphaz intentione, quàm ex posterioris Scripturæ usu, & significatione. nam ut R. Moses Aegypt. ait, hoc numero septenario aliquando allusio fit ad septem illos dies dedicationis domus Domini tempore Salomonis, qui augustissimi, lætissimi que fuerunt, in quam quoque rem explicat locum Isaiæ. 30. *Et erit lux luna, sicut lux solis; & lux solis erit septemplex, sicut lux septem dierum, in die, qua alligaverit Dominus vulnus populi sui*, id est, erit dies ille maximè festivus, longèque felicitissimus, præcedetque lætissimus vesper, sic igitur promittitur laborum toleranti homini reliquum vite jucundissimum, & reliqui dies omnes læti, atque festivi.

Proposui candidus quid in hoc loco, aut alii dicunt, aut ab aliis indicatum promoveri, & illustrari à nobis potuit, ut quod optimum lectori videatur sibi delingat. Ego sexto tandem loco, quod mihi visum est simplicissimum, atque lenissimum proferam; videlicet sex tribulationes, septimam etiam dici ab Eliphaz, eas omnino, quæ deinde ab ipsomet recensentur, quasi diceret; Cū sex, imo & septem videantur esse calamitatum genera, quæ homini accidere possunt, videlicet; ea, quæ jam enumerabo, ab omnibus profectò Dei ope immunis eris. nam præterquam quòd sanctus Ferrandus initio sui ad Reginum comitem Parenetici, sic videtur intellexisse hunc locum; profectò res ipsa sic etiam exigere videtur, ut non alias, quàm illas septem adjugat, cum ait, *A fame eruet te de morte; & in bello de manu gladii.* Septenarium autem numerum facile erit colligere legenti, & intelligenti; atque has potissimum tribulationes proposuit, quòd his aliæ omnes contineantur, quæ solent hominibus accidere.

XX. In fame eruet te de morte, & in bello de manu gladii.

5
Quinta expositio.
R. Mosf lib. 2. Ductor. d. 4
biurk. c. 39
3. Reg. 8

Isai. 30. 26

6
Sexta et simplicissima expositio.

S. Ferrandus

1. Fames, & sterilitas frequenter immittuntur a Deo propter peccata. Explicatus Moyses.
 2. Novem tempora famis in dicata in scripturis ante et post Iob. createm.
 3. Iustus suum cibarium constitutum a Deo. Illustratus in Apocal. Ioan
 4. Fames bello affinis Pax vberima. Pacis atque famis imago.
 5. Manus gladii quid. Hypallage. Iustus ab hoste securus.

I Fames, & sterilitas frequenter accidit.
 Plato in Axioco.
 Agriculturae difficultates
 Sterilitas & fames propter peccata.
 Deut. 28. 20
 2. Reg. 21. 1
 Isai. 30. 20
 Deut. 21. 1.
 2. 3. 4
 R. David. Kimhi
 R. Ioseph
2

HAec prima famis plaga solet non infrequens esse; nam tum ex terra, tum ex caelesti pluvia temporanea, & ferotina, tum ex pace, & securitate ab hostibus pedet & agricolarum industria & labor, & fructuum ubertas; facileque est aliquid horum desiderari, uti Plato, inter aliarum vitae miseriarum, & officiorum, exercitiorumque humanorum deplorationem sic ait; *Verum dulcis est agricultura. est sane non ne tota tamen est (quod ajunt) ulcus, semper paratam doloris habens causam, nunc quidem siccitatem, nunc pluvias, nunc uredinem, nunc rubiginem, nunc vel aestum intempestivum, vel frigus conquerens?* Solet vero frequenter Deus publica scelera fame & sterilitate punire, ut constat Deut. 28. cum pestem & famem comminatur. & 2. Reg. 21. Cu propter Saul & domum ejus, facta est fames in diebus David tribus annis jugiter. Isai. 30. *Dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam brevem* Huc certe illud spectare videtur, quod Deut. 21. praecipitur, *Quando inventum fuerit in terra cadaver hominis occisi, & ignorabitur cuius reus, egrediantur majores natu & metientur a loco cadaveris singularum per circuitum spatia civitatum, & qua viciniorum ceteris esse perpexerint, seniores civitatis illius tollent vitulam, quae non traxit jugum, neque terram scidit vomere, & ducet eam ad vallem asperam, atque saxosam, qua nunquam arata est, neque sementem recepit, & cadent in ea cervices vitulae, ubi quaeri jubetur locus salebrosus, quia deinde feri non poterat, ut Hebraei tradunt, atque R. Kimhi in suis radicibus, in voce *Ethan*, hujus signum est, quod vitula nihil agriculturae edocta esset. cum ergo sola pro peccato victima faciat locum sterilem, quid ipsum peccatum? Observat vero R. Ioseph, illum locum dici *asperum* & incultum, per Prolepsim, quia talis futurus deinde erat: alioquin non semper eligebatur ejusmodi, sed ubicumque cadaver inveniretur.
 Potuit autem Eliphaz ad insignes aliquas famis, & sterilitatis difficultates, qui*

bus Deus & impios consumpserit, & iustis consuluerit, respexisse; nam Hebraei ex Thargo Ruth. 9. numerant novem famas famosas, quarum quinque potuerunt extitisse ante Iobi tempora, & hoc loco indicari ab Eliphaz in exemplum supplicii improborum. Prima, vivente Adamo; & eodem forte respicit id Gene. 3. *Maledicta terra in opere tuo* (in transgressione tua) *spinas & tribulos germinabit tibi.* Secunda sequuta est parricidium Cain. Genes. 4. *Maledictus eris super terram* (Septuaginta. Onkelus. *Maledictus tu a terra*, id est, Terra tibi maledicet, sterilifcet tibi terra,) *cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos.* Onkelus. *Non dabit tibi robur suum*, id est non feret fructus, quos posset, aut non poterit uberes fructus ferre. Tertia sub Abrahamo Gen. 12. Quarta sub Isaac Genes. 26. Quinta sub Jacob Genes. 42. quam Iosephus affirmat per vagatam fuisse universum orbem. Ad aliquam ergo ex his quinque potuit alludere Eliphaz. Sequuta vero est sexta Ruth. 1. Septima. 2. Reg. 21. Octava. 3. Reg. 18. Nona. 4. Reg. 6. Et denique novissimis temporibus *erunt pestilentia & fames.* Cum autem iusto pollicetur Eliphaz erutum iri de morte famis tempore, non solum promittit fore, ut non pereat fame; sed ut neque famescat, Deo curam illius gerente, & quotidianum cibum subministrante. nam proprie in fonte est, Redemit, id est, redimet te, quasi soluto pretio. nam qui famescunt, certissima morti additi sunt; cibo & alimonia praestito redimuntur, liberantur.
 Qui impiorum famem, atque penuriam, piorum vero non solum necessariu diurnumque cibarium, sed etiam jucundioru lautioruque victum a Deo paratum videre velit, legat. cap. 6. Apocal. *Audivi tanquam vocem, in medio quatuor animalium dicentium, Bilibris* (in Graec. Chenix, mensura tritici, quam unus homo quotidie absumere potest; id est, cibarium diurnum) *tritici denario, & tres bilibres hordei denario* (intellige denarium diurnum; id est, Sufficienter poterunt viri sancti & probi suo labore victum sibi parare; numquam illos famas opprimet, quod si paulo viliori cibo, qualis est panis hordaceus, contenti fuerint, non se solum, sed alios etiam sustentare poterunt; id est tum sibi triticeus, tum familiae suae hordaceus panis numquam deerit. illa autem animalium vox est quasi

Thargum Ionathana
 Novae famae tempora.
 Gen. 3. 17.
 Gen. 4. 11
 LXX
 Onkelus
 *Seran las cosas secas muy flacas, y la tierra de poca fuerza.
 Gene. 11. 90
 Gene. 26. 1
 Gene. 42. 5
 Ruth. 1. 1
 2. Reg. 21. 1
 3. Reg. 18. 2
 4. Reg. 6. 25
 Matth. 24. 7
 Iustus paratum cibarium a Deo.
 Apocal. 6. 6
 Bilibris quid

Vinum & oleum a latinitate convivorum.
 Quis equus pallidus, cui alsidet mors
 Verg. 3. Aen.
 Fames bello proxima
 2. Reg. 24. 13
 Ierem. 18. 21
 Isai. 4. 4
 Fames imago
 Pacis imago.
 Tibull.
 Polychron. Manus gladii quid.
 Ierem. 18. 21

praeconium, quod in maxima annonae caritate ad piorum solatium jubet Deus fieri & vinum & oleum (quibus conviviorum jucunditas, & laetitia constat) ne laeseris. (nam manent sanctis cuncta integra; dum improbi saevo famis supplicio conficiuntur. id quod statim describitur) & ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum erat illi nomen mors (certe equus, non idem qui fessor: quis autem Pallidus praeter mortem, nonne Fames? certe, nam sicut pallida mors ita etiam
 pallida semper
 ora fame
 & infernus sequebatur eum (videlicet defuncti, squallidi, famelici) Et data est illi potestas super quatuor partes terrae interficere gladio, & fame, & morte, & bestiis terra. harum igitur plagarum cum hoc loco mentio fiat; certe conjunctae sunt; & cum de fame dixerimus, nunc de gladio.
 In bello de manu gladii: Coniungere haec duo solet Scriptura, famem, & bellum, aut gladium. ut in Apoc. nuper vidimus tum etiam. 2. Reg. 24. Ierem. 18. nam inter arma negliguntur, & stereliscunt canipi, bellumque absumit omnia, sicut in pace rerum omnium abundantia, & provenit fructuum ubertimi sunt, quare sicut de summa illa pace Scriptum est, *Constabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces*; pari sane, verum contraria ratione, ad bellum, & hostium timorem pertinet, ut vomeres, & falces, & instrumenta colendorum agrorum iterum in gladios, & lanceas convertentur, & summa pacis abundantia cum penuria & annonae difficultate, atque fame commutentur. tum etiam lurida fames, pannosa, vix ossibus haeres vacua sinu, pingatur, cum bello; sicut contraria specie pingebatur Pax cum puero Pluto, & spicis, atque concordia cum cornu copiae. quod divitiarum in pace comparatur, atque omnes fructus feliciter proveniant. sicut Tibullus alloquitur Pacem.
 Interea Pax alma veni, spicamque teneto, Profluat & pomis candidus ante sinus.
 Manus autem gladii, Polychronio videtur esse vis & potentia gladii. Aliis, ictus ensis. quasi diceret, liberabit te ab inimicorum potentia, & ictibus jugulum tuum petentibus. Similis phrasia Iere. 18. *Da filios eorum infamem, & deduc filios eorum in manus gladii* (quod statim exponit) *juvenes eorum*

confodiantur gladio in praetio. Psalm. 62. Traditur in manus gladii. gladio manus, vis, efficacitas agendi tribuitur, sicut solet tribui os, & devorandi, absumendique aviditas. Sed forte manus gladii per hypallagem dicitur, gladius manus; gladius enim manu apprehensus, & elevatus symbolum est extremi discriminis, & praesentis hostis, atque imminentis caedis; sicut dicitur *Gladii accipitos in manibus eorum*, & *Sagitta in manu potentis*. Vel forte, quod in idem recidit, *Manus gladii*, est manus gladiata, manus armata, hostes ferro armati, Haec item praecleara atque magnifica promissio est, ut omnium hostium conatus irriti fiant, & ab hostibus securus homo degat, quamvis illi multa moliantur, quamvis prope jam accesserint; sicut dicebat David, *Parasti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me*. mensae paratae accubere ortum, securitatem, tranquillitatem indicat.
 XXI. A flagello linguae absconderis: & non timebis calamitatem, cum venerit.
 1. Flagellum linguae calumniantorum apud iudicem delatio, vix quadrat.
 2. Durius, pro adventantium hostium rumore.
 3. Simplicius pro lingua petulantis verberare, quod honesta fama accipere solet. Percussor apud Paulum quis. Patrua.
 Lingua apud Latinos. Superbus alios diverberat.
 4. Lingua gladius, sagitta flagellum, & quorsum. Explicatus Sapiens.
 5. Dei singulari beneficii tueri hominem appetulum te lingua.
 6. Calamitas, praedonum impetu.
 A Flagello linguae. Quidam, ut Vatablus hoc videntur accipere de publica delatione apud iudicem per calumniam facta ab inimicis; sicut id Ierem. 18. *Percutiamus eum lingua*, id est, accusemus eum apud Regem, & omni industria, & ratione efficiamus, ut publica sententia vapulet, & percutiatur in iudicio. ergo flagellum linguae erit verberatio, aut poena in iudicio constituta & postulata fieri a calumniatoribus. Non aliter Augustinus dixit Christum dominum prius crucifixum linguis Iudaeorum clamantium & petentium, ut crucifigetur, quam re ipsa a Romanis militibus tolleretur in cruce. A lingua, itaque

Psalm. 62. 3. 11
 Hypallage.
 Psalm. 149. 6
 Psalm. 126. 4
 Iusto ab ostibus securitas
 Psalm. 22. 5
 *El enemigo a vista, y yo muy de espacio a mesa puesta, y sin poder bocado.
 I
 Vatabl. Flagellum linguae calumnia totius delationem Ierem. 18
 August.

Eccles. 5. 3

quæ verbera, flagella, pœnas lege, & judicio facinorosis. constitutas tibi procurret. liberaberis. ad hanc certè ratione. Iesus Syrach Deo gratias agit, quod ab iniquis accusatoribus, qui illum apud Aegypti regem detulerant, liberatus fuisset, A laqueo lingua iniqua, à labiis operantium mendacium, à lingua coinquinata, à verbo mendacii, à Rege iniquo, à lingua iniusta. Ergo ait Eliphaz; Dum impii, o Iob, deserent apud tyrannos, & reos egerint pios viros, de te non audebunt loqui; nihil mendacii aut calumniæ adversum te molientur; numquam accusaberis in iudicio. Hęc omnia licet bene convenire possent in flagellu linguæ, sed in Iobi personam non omnino quadrare videntur.

Minus probatur præcedens interpretatio

2

Flagellu linguæ pronuntio hosti, dicitur

Jerem. 50. 42

Alii per linguæ flagellum horrendam de hostibus venturis famam, & bellicum tumultum interpretantur, cujus sonitus velut flagellum cor diverberat & dolore afficit, sicut dicitur Jerem. 50. *Ecce populus venit ab Aquilone, vox eorum quasi mare sonabit; audivit Rex Babylonis famam eorum, & dissoluta sunt manus ejus, angustia apprehendit eum, dolor quasi parturientem. verum valde duru, & à phrasi Scripture alienum videtur bellicum tumultum dici flagellum linguæ.*

3

Flagellu linguæ petulantia

Verbera, & verbera affinia.

Plant. in Amph. 1. 1

Percussor apud Paulum 1. ad Thim. 3. 3.

Ad Tit. 1. 7

Percussoris definitio

Cic. 4. de finib. Horat. 3. carm. Ode. 12

Ergo largius, & amplius accipiendum est flagellum linguæ pro calumnia, & omni detrimento, quod mendaciis, aut linguæ petulantia honesti viri fama accipere potest. *Flagellum*, quod proprie nos dicitur, acote, consentiente etiam & consonante voce originali (*Sor*) & Latina vox verberum, aliquid etiam peculiare cu lingua habet; nam verbera, à verbis, ut Nonius censuit, aut verba à verberando dicta sunt, quod aures vox verberet, sicut Sofia ille dixit, *Metuo vocis ne vice hodie hic vapulem, que hunc verberat.* & qui detractoriis verbis famam alterius verberant, certè *Percussores* appellentur, etiam suppresso linguæ nomine. Sic enim id Pauli. 1. ad Thimo. 3. *Non percussorem.* Chrysof. de lingua verberibus, id est, convitiis accipit. & Hyer. similiter ad Tit. 1. illum definit, *Non percussorem, qui mansuetus & patiens scit in tempore, quid loquendum sit, quid ve tacendū; nec sermone inutili conscientiam percutit infirmorum, ne contumeliosus & garrulus perdat eum, quem potuit modestia, & lenitate corrigere.* apud Latinos etiam est, injuria aliquæ verberare, & apud Lyricum. *Metuentes patrua verbera lingua.*

Nā patru multo quā patres incorruptiores esse solēt in judicads, & objurgandis fratris filiorum peccatis, sicut aliquando à Cicerone dictum est, *Qui in reliqua vita mitis esset, fuit in hac causa pertrivis quidam patruus, censor, magister,* ergo qui asperè & inhumaniter objurgat, hi percutiunt, verberant, flagellat. sic Græca vox *Percussoris* apud Paulum (*Plectes*) est qui promptus & celer est ad percutiendum stimulo, verberare, ad verbera incutienda. Cum autem verber, aut flagellu, aut funiculus sit, aut virga, aut quodlibet aliud instrumentum ad cedendum aptum, certè de hoc flagello linguæ est id accipiendum Prov. 14. *In ore stulti, virga superbia.* id est lingua stulti & temerè loquentis, velut verberare, aut percussoria virga tundit, & verberat. nam cum verbera & flagra servilia sint, superbus in cæteros tāquam in servos vult dominari.

Sed illud observandum, quod cū aliis nominibus linguæ feritas & virulētia significari soleat, nunc tandem flagellum dicitur; nam nihil est, quod dolorem, & cruciatum afferat, quod in lingua non continetur, cum sit Iacobo teste *Universitas inquitatis.* sed ea peculiari ratione *flagellum* dicitur, quod dolorem & vibicē efficiat; id est, soleat honestæ famæ notam indelebilem inurere, ut docet Ecclesiasticus cap. 28. *Flagelli plaga livorem facit, plaga autem lingue (non solum flagelli instar livorem facit, sed etiam) comminuet ossa.* Præterea cum detractores, & maledici aperte & publice profitentur se hostes eorū, qui bus detrahunt, dicitur lingua eorum, aut gladius, aut sagitta; cum vero clanculum calumniantur, & detrahunt, nō solum dicitur lingua eorum *Laqueus lingua iniqua,* vel, *Sagitta occulta,* vel, *Serpens in silentio mordens;* sed etiam flagellum, quod in scapulas impingitur, & à tergo lædit, quod nō videas. Sic Marcus Verrius, & Paulus explicant, Cum Cato, *Pro scapulis,* dixit, de pœna verberum intelligi. Adde etiam, quod cum detractor Zelum, quem simulat, atque desiderium conceptum correptionis, & melioris conditionis ejus hominis, quæ dictis suis proscindit, cum parentis, patru, censoris incorrupti, magistrisque speciem quamdam ostentat, tunc videtur lingua, pro *flagello uti*: Flagello enim parēs & magister utitur. de quo verissime a Salomone Proverb. 26. dictum est, *Verba furro*

Lingua patrua quid.

Cic. pro Calio

πληκτες

Verber apud Latinos.

Prov. 14. 3. Superbus alios diverberat.

4

Curlingavo cetur flagellu

Iacob. 3. 6

Eccle. 28. 21

Detractor nunc gladio nunc sagitta nunc flagello utitur.

Eccles. 31. 3. Psal. 68. Eccles. 10

M. Verrius & Paulus.

Prov. 26

furro

5

D. Thom.

Cajet.

R. Abraham

Germanior

expositio.

psal. 30. 21

Eccle. 10. 20

Nicias

Chrysof.

Lingua petulantis enle in manior.

6

furronis quasi simplicita (bono, & simplici animo prolata) & ipsa perveniunt ad interiora cordis. illis quippe transfigitur cor, verberatur fama, livescit, comminuitur, & intimum viscerum vehementi dolore afficitur. non is profecto parens, non patruus; non magister, sed sevissimus hostis.

Absconditis. D. Thom. Latebunt detractorem tua facta, de quibus posset ille materiam detrahendi sumere, sed minus probationes, & sufficientia iudicia, quibus posset te cuiuspiam sceleris reum convincere. minus leniter. Rab. Abrahā. in commentariis; Calumniatori, quasi semper fuisse absconditus, & numquam illi vel defacie notus, non venies in mentem: cum alios maledictis & contumeliis diverberaverit, te præteribit intactum, sed præter face Scripturæ phrasim. Illud ergo proprium, lenè germanum, *Absconditis*, protegeris, defendis, turebitur te semper. De ne prævaleat contra te calumnia, mendacium, detractio; ne quid accipias damni ex lingua iniqua simile d. Psal. 30. *Abscondes* (proteges, servabis, munies vndique) eos in abscondito (in interiori cubiculo tuæ majestatis, sacri tui) & provide, circūspiciente, ne quid accipiant damni: tuus conspectus securos illos neddēt, non secus ac si in interiori cubiculo, & penetrabili abditissimo secreti, absconditis abditis essent. idem rursus paulo clarius) *proteges eos in tabernaculo tuo* (sicut Mobysem fugientem à iurgio & murmuratione populi ad tuum tabernaculum: Num. 14.) à contradictione (rixa, injuriis, detractio) *linguarum. Vir linguosus* (delator, maledicus, detractor) *non dirigitur* (non erit firmus, stabilis) *in terra* (in tua civitate, in tuo regno; non timebis delatores, cum sospes & incolumis regnaveris, nemo regi maledicere audebit, nemo detrahet etiam in cogitatione sua, aut in secreto cubiculi sui). Aliquid etiam plus significat, quam dicit ut auctor Catenæ exposuit; perficiet ut contumelias facile vincas, atque in ore omniū tuā verferet laus. Eleganter verò Chrysof. *Flagellum linguæ cum manibus gladii cōfert* *Haud leve* (inquit) *est, imo verò magnum, eum posse juvante Deo hominē effugere, qui nihil boni unquam loquatur: lingua enim nihil improbius, quibuslibet insidiis, quolibet ense immanior, atque intolerabilior.*

Non timebis calamitatem. Non est calamitas in univertum accipienda pro qualibet ærumna, quāvis enim Septuaginta mala omnia intellexerint legentes, *Non timebis à malis venientibus.* quo etiam modo interpretatur Polychron. *Nullum ad te malum manabit.* Sed verbum *calamitatis* originale (*Saad*) est morè prædonum, & impetu hostili vastare, & depopulari; quare vox eadem inferius redditur *vastitas*; Non timebis, o Iob, vastitatem non hostium, & prædonū adventum; sed tūc agēs.

XXII. In vastitate & fame ridebis, & bestias terræ non formidabis.

Ridere quid. In arumnis gaudētibus illustratus David. *Justi tūm in singulis diebus in plurimarum ærumnarum prælio iuvēt.*

Ridebis. Quod in fonte est (*Sachak*) est aliquando illudere: unde dicitur Psalm. 2. *Qui habitat in calis iridebit eos.* & Habac. 1. *Ipse super omnem munitionem ridebit, & tyranni ridiculi ejus erunt.* ita hęc Septuaginta, *Injustos & iniquos deridebis*: ludibrio ergo habebis tyrannos, prædones, vastatores, vel, *Quali ludens, & ridens illos fugabis, debellabis, pro nihilo inimicos tuos humiliabis.* Quæmadmodum etiā Theophilactus exposuit illum locū Habac. Vel, *Ridere*, poterit simpliciter accipi; *In vastitate* ita eris munitus, atque de tua salute certus, & securus, ut ridere possis; nihil triste tibi accidet, læta omnia atque jucunda: etiam si famescas, non solum non te enecabit, aut conficiet famem, verum te Deus sua ope, suoque consolationis pabulo reficiet; & ridere faciet: ipsa te famem reddet saturum, lætum hilarem; & non secus ac si tibi plenus esset venter, cantabis, **ridebisque* in ipsa fame libenter: simile quid canit Psalm. 67. *Si dormiatis inter medios ceros*; id est inter fortes; sortiētur videlicet milites, cujus nam mancipia futuri sitis, missis fortibus deliberabūt de vobis interficiēdis. in his igitur discriminiibus, dormietis securi, &

Calamitas vastitate. LXX

Polychron.

ἰδῆ

Non timebis, o Iob, vastitatem non hostium, & prædonū adventum; sed tūc agēs.

Calamitas vastitate. LXX

Polychron.

XXII. In vastitate & fame ridebis, & bestias terræ non formidabis.

Ridere quid.

In arumnis gaudētibus illustratus David.

Justi tūm in singulis diebus in plurimarum ærumnarum prælio iuvēt.

Calamitas vastitate. LXX

Polychron.

ἰδῆ

Non timebis, o Iob, vastitatem non hostium, & prædonū adventum; sed tūc agēs.

Calamitas vastitate. LXX

Polychron.

ἰδῆ

Non timebis, o Iob, vastitatem non hostium, & prædonū adventum; sed tūc agēs.

Calamitas vastitate. LXX

Polychron.

ἰδῆ

Non timebis, o Iob, vastitatem non hostium, & prædonū adventum; sed tūc agēs.

Calamitas vastitate. LXX

Polychron.

ἰδῆ

Non timebis, o Iob, vastitatem non hostium, & prædonū adventum; sed tūc agēs.

Act. 21.

tuti, sicut Petrus Act. 12. quem cum Herodes sequenti die producturus esset ad supplicium, erat in ipsa nocte dormiens inter duos milites vincus catenis duabus, & ita sopitus altè, ut nisi percussus latere, excitari nõ posset. vel; Etiam si dormitis inter me dios clericos, ollas, cacabos, quàmvis miseri, afflicti, captivi vilissima quæque servorum munia obeatis) penna columba de argentea, & posteriora dorsi ejus in pallore auri. (non secus lætus, jucundusque erit conspectus vester, atque est alba columba argenteo candore, & aureo pallore conspicua, quæ solis radiis percussa gratissimè fit intuèti bº spectaculũ.) Dũ discernit (judicat) celestis (Deus) reges, (hostes, atq; tyrãnos potentissimos) super eam (ejus defendendæ, & tuendæ causa) nive dealbabitur in Selmõ (erunt ii, quos tuebitur Deus, velut mons Selmon, qui cum umbrosus, obscurus, cavernosus esset totus, decidenti tamen nive impletis cavernis lucidissimus, atque gratissimus albicabat; nõn secus miseri, inopes, famelici, celesti consolatione & lætitia perfunduntur, implentur, albicat, ita ut timore minimè pallefcant, fame nõ squalleant, spoliati minimè sentiant inopiæ detrimenta, sed candidos, seletos, hilares præbeant, & in ærumnis, gaudeat, & exultent, atque in fame rideant.

2

Iusti tũ per se singulas, tum junctas omnes calamitates sustinent.

Illam autem duarum rerum conjunctio, in vastitate, & fame, accipienda videtur, copulatim (ut logici dicunt) nam cum utraq; partem seorsum antea dixisset, videlicet famem, & vastitatem sub nomine calamitatis, nunc utramque conjungit, in hanc sententiam; Nõ solũ singulas ærũnas superabis, sed omnium illarum in unũ coeuntium, agmen: Non solũ scilicet depugnabis cum singulis, sed integrũ ex omnibus exercitum fugabis. In eadẽ sententiã videtur à Jacobo dictum, Omne gaudium existimate fratres, cum in variis (multas simul omnis generis, multiplices, versicolores, ex Græc.) tentationes incideritis.

3

Olympio. Philip.

Bestiæ, homines feris moribº.

Psal. 67. 11

Et bestias terra. Olympiod. & Philip. per bestias intelligunt homines silvestribus & ferinis moribº; & favet originalis vox quæ deducitur a (Hhaiab) quod est vivere, aut habere animam viventem, unde dicitur hoc loco bestia, quasi vivẽs, animas; & ad homines aliquando refertur in bonum. Psal. 67. Animalia tua habitabũt in eis. & ibidem in malum; Increpa feras arundinis, id est populum barbarum, atque feri-

num prodeuntem ex suis latibulis, & cavernis, tanquam ex arundinetis, venenata animalcula, ut nobis nocent. simul etiã in bonum & in malum Psal. 73. Ne tradas bestiis animas confidentes tibi (juxta Hebræũ Ne tradas bestiis animam turturis tuæ. id est animam tui servi, afflicti, miseri, qui gemitu, suspiriisque turturis instar, tuam opẽ implorat) & animas pauperum tuorum ne obli viscaris in finem. Heb. Animas animalculorum tuorum. Hoc eodem genere loquendi locutum Paulum, cum ait, Si secundum hominẽ ad bestias pugnavi Ephesi. Affirmant Chrysostomus, Anselmus, Theophila. Oecumen. D. Thom. Tertulian. & in eadem ratione Ignatius scripsit ad Romanos: Syria Romã usque terra marique cum bestiis depugno noctu diẽque alligatus decem leopardis, quæ est militaris custodia, qui & beneficio affecti peiores sunt: Idemque ipse Paulus. 2. ad Thimotheum 4: Leonem dicit Nerone, Liberatus (inquit) sum de ore leonis. Habentque in Scripturã improbi homines ex similitudine morũ brutorum; bestiarum quoque appellationem. Quamquam non desint, qui illas Pauli bestias veras feras intelligant, ad quas Paulus Ephesi damnatus fuit, Ambrosius. Origenes. Nicephorus, hi dicunt objectum esse Paulum leoni, qui ad illius pedes mansuetus confederat. Sed hic sensus licet minus probetur in hoc loco Pauli; tamen in nostra Eliphaz sententia verior, leniorque videtur; Bestias sevissimas nedum homines non formidabis; nihil ab hostibus, nihil à bestiis detrimenti accipies; non aget lupo in tuo grege prædam; nunquam leo ad caulas pastorũ accedet; cum enim leones fenes sunt, ad pastorum caulas prædam quærere dicunt. ut indicatur. 1. Regum. 17. Dixit David ad Saul pascebat servus tuus patris sui gregem & veniebat: leo, vel ursus, & tollebat arietem &c. Solet etiam Deus venenatas bestias immittere in homines sceleratos. Deut. 32. Dentes bestiarũ immittã in eos, cum furore traherũt. &c. & Num. 21. Immisit Dominus ignitos serpentes quo loco R. Moyses affirmat non solũ improbos ex populo percussos à serpentibus, sed fed etiam moribus infestatos ab omnibus jumentis, quæ secum deferebant; cui favet id Sapient. Armabit creaturã ad vltionem inimicorum. quare si hoc loco Eliphaz patientiam imperet, & suadeat Iobo, à qua si sit munitus, jubeat nihil timere à bestiis terræ, id est ab omni vene-

Psal. 73

4

Paulus ad bestias quomodo pugnare rit. 1. Cor. 15. 52 Chrysostomus. Anselmus Theophila. Oecumenius Tertul. de Resurrect. carnis. c. 48. Ignatius episcopus ad Romanos. 2. ad Thimotheum. 4. 17. Improbi habent brutorum appellationem.

Ambrosius. 1. Cor. 15. Origenes in Peria. lib. 1. c. 2. Nicephorus lib. 12. c. 15.

Leones ad pastorũ caulas prædam agunt 1. Reg. 17

5

Bestiæ scelerũ vindices. Deut. 32 R. Moys.

Sap. 5. 18

nato

Psal. 90. 13

Act. 22. 3

1. Corin. 13. 4

nato, se vobis que animalis, consentire quidẽ videtur cum illo Psal. 90. Conculcabis leonem, & draconem. Verum enim verò cum illi, qui in deserto laboris, & itineris impatientes fuissent, acerbissimè morderentur à serpentibus, & bestiis terræ; certè qui patientissimus fuit, in vinculis, ærumnis, tempestatibus, itineribus pro Christo susceptis, & qui tunc etiam vincus ducebatur Paulus, cum vipera in mantum illius insilisset, nihil mali accepit, agnoscente & patientiã Pauli, adversus quam nihil possint dentes, atque venena. nam cum charitas patiens est, id est, cum patientiã cõjuncta, omnia suffert, omnia vincit.

XXIII. Sed cum lapidibus regionis pactum tuum, & bestia terra pacificæ erunt tibi.

- 1. Lapidis, angelis, viri constantes, lex lapidea, non quadrat huic loco.
- 2. Lapidis maceria, paulo commodius.
- 3. Lapidis agrorum benevoli, ubertatis symbolũ.
- 4. Lapidis terminales qui limites agrorum quales. Deus terminus, multa ex prophetis.
- 5. Regio quid proprie apud

- sacros, & profanos.
- 6. Pactum cum lapidibus ad perpetuitatem pertinere.
- 7. Quod triminis genibus scopolis in Arabia peculiarare.
- 8. Bestia nomen quid proprie.
- 9. Paraphrasi illustratus Ps. 90. de leonibus peculiararia quadam.

I

Qui dicantur lapides Hugo. Ex ec. 28. 24 Apoc. 19. 10 & 22. 9

Philip.

Lapides viri fortes.

Gregor.

Offenderunt ad hos lapides plerique interpretes, non enim facile est illos vidisse, quàm vis ante oculos positos. Hugo angelos intelligit, qui apud Ezechielem dicuntur Lapidis igniti; cum his pacificus vir probus, & amicitia fœdere artissimè devincitur; conservi enim sumus.

Secundò, Philipp. interpretatur fortes homines, his verbis; Lapidis per methaphoram fortes homines dixit, stabiles, & quetos, qui sunt utique justis, & sanctis, quorum magna fama & virtus animi ubique increbruerit: si talis fueris, cum hujusmodi sanctis hominibus, qui in modum lapidum firmi, per diversas positi regiones sunt, habebis pactum solidæ charitatis, ut ab eis nunquam te aliqua tribulatio possit avellere. Non multum longè ab hoc Gregor. Qui (inquit) rectè vivit, pacto se cum lapidibus regionum jungit; quia in eo, quod mundi desideria superat, vitam suam proculdubio ad sanctorum

precedentium imitationem ligat. sed hæc allegoria sapiunt.

Tertiò, Chaldæus refert ad legem scriptam in tabulis lapideis. Sed qua ratione lex poterit dici lapides regionis, præsertim cum neque Eliphaz, neque Iob ad legem pertinuerint?

Quartò, Cajetanus accipit de patientiã, constantiã, firmitate, quæ per lapides significari solent, cum ipse etiam Iob dixerit, Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est. in hanc sententiam; Quia jam convenisti cum lapidibus, & par illis evasisti in fortitudine & sustinentiã tot malis, ictibusque superior, ideo pacè habebis &c. Sed sensus durus est. Quatuor ergo alias ex positiones leniores, versimiliorẽsque subjiciamus.

Quintò itaque hi lapides sint, ex quibus vallũ aut maceria fundi, aut possessio nis alicujus compingitur. quasi dicat, habebis cum lapidibus, cum maceria, cum vallo ininitum pactum, ut non alio custode tui agri indigeant. numquam dissolvetur maceria, non dissiliet lapis ex sepe, nemo furabitur, nemo insiliet in agros tuos; si quis conabitur dissipare sepem, mordebit eum coluber; si quis transferre lapides affligetur, nihilque efficiet tandem. Non multum displicet; sed neque valde placet.

Sextò, ut referatur ad mali propulsationem, Neque quidem à lapidibus, qui à lædendo pede nomen habent, tu læderis: lapides & saxa, (regionum videlicet, illarũ desertarum, quæ saxosæ sunt & incultæ) te nunquam lædent; quasi tecum fœdus percusserint, viam tibi planam, & expeditam præbebunt, nunquam offendet ad lapidem pedem tuum. Similis percussio fœderis est Isai. 28. ex persona impiorum nihil sibi timentibus à divinis comminationibus. Dixistis, Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum, flagellum inundãs, cum transferit, non veniet super nos. alludere videtur ad fœdus illud ininitum in Aegypto cum angelo percutiente. Exod. 11. & 12. Erat sanguis vobis insignum in adibus, & videbo sanguinem, & transibo vos.

Septimò, multò elegantius D. Thom. interpretatus est, de uberrimis fructibus qui non ex molli, occata, bene culta terra, sed ex sterilibus, salebrosis, lapidosis agris cælo favente, & Deo benedicente colligere possit justus; ita ut videantur

Chaldæus Lapidis lex lapidea.

Lapis constantiã & fortitudo. Iob. 6. 12

2

Lapides simpliciter accepti, ex quibus fudi maceria componitur.

Isai. 28. 15

Exod. 12. 13

Elegans D. Thom. expositio Pactum cum lapidibus ad terrã & lapidum ubertatem.

fœdere

foedere devincti ad reddendos provetus amplissimos, ex quibus alius non nisi spinas, & tribulos colligeret. Ergo iusto (inquit Eliphaz) mollescent saxa; impiis vero terre pulvis mollissimus & tenuissimus lapides fiet: sic comminatur, & jubet Deus. Deut. 28. *Sit caelum, quod supra te est aeneum: & terra, quam calcas, ferrea.* Onkelus dilucida paraphrasi; *Erunt caeli, qui supra caput tuum sunt, fortes, tamquam aes, ut non descendere faciant pluviam: & terra, qua subter te est, dura erit tamquam ferrum, ut non proferat fructus.* Cum describit autem Moyses ubertatem agrorum promissorum, ait Deut. 32. *Constituit eum super excelsum, (motofam) terram, ut comederet fructus agrorum, & suggeret mel de petra, (de cavernis petrarum, in quibus silvestres apes mellificantes) oleumque de saxo durissimo (na inter saxa maxima ibi olearum & olei copia provenit.)* Non dissimile ipse Iob pristinae felicitatis memor; *Fundebar mihi petra rivus olei.* Huc igitur respicere potuisse Eliphaz nemo iure negabit.

Octavo, tamen proponam, quod scio non nemini placiturum. *Lapides regionis*, intelligi possunt fines, terminique agrorum limitatorum. Hi autem termini non semper iidem, ejusdemve formae, aut ex eadem materia fuerunt; fuerunt namque terminales arbores apud Paulum. I. C. Consult. quas finales appellat Sicutus Flacus. Meminit Hygenus de limitibus. Fuisse etiam, fines agrorum Formae, id est, aereae tabulae insculptae, in quibus; quid cuique datum, assignatum, redditum; veteri possessori commutatum, aut alia ratione attributum fuisset, inscribebatur; atque ex his tabulis controversiae de agrorum modo, finibusque decidebantur, figebanturque ad aeternitatem. Hinc Vlpianus. *Qui tabulam aeneae legis, formamve agrorum continentem refixerit vel quid inde immutaverit, lege Julia peculatus tenetur.* Quae verba docta, & sapienti elucidatione exposuit Brissonius in selectis ex iure civili antiquitatibus. Fuere denique limites ex lapidibus. & quidem cum Numa Pompilius publicum populi Romani agrum, & privatum cujusque certis limitibus terminisq; definitisset, in Deorum numerum Terminum retulit. is Deus (si diis placuit) saxum erat, saxaque similiter, reliqui omnes agrorum aut publicorum, aut privatorum limites; quos loco dimovere capitale fuit. huc enim spectat

illud ex antiquis legibus, *Qui secus faxit & terminum exarsit, Ipsi, & boves sacri sunt.* Quare neque Deus Terminus Iovi omnium deorum maximo sua sede cedere voluit. rei hujus meminere. Tit. Livii. Augustinus, Lactantius, & totius rei summam eleganter. 4. de Civit. Ludovic. Vives ex Plutarcho. Dyo. Lucio Floro: confecit. de quo Ovid. quoque. *Termine, sive lapis, sive es defossus in agro Stipes, ab antiquis tu quoque numen habes. Tu populos, urbesque & regna ingentia finis, Omnis erit sine te litigiosus ager. Nulla tibi ambitio est, nullo corruperis auro, Legitima servas creditur rura fide. Termine post illud levitas tibi libera non est, Qua positus fueris, in statione mane. Et seu vomeribus, seu tu pulsabere rostris, Clamato tuus est hic ager, ille tuus.* Hinc terminales lapides apud Ammia Marcellinum, & meminerunt etiam. II. I. 2. 3. D. de termino mo. solebant vero hi lapides altè defigi, ita ut in summo haberent solo, ut indicat illa termini ad vitam humanae finem translatio apud Lucretium *Quandoquidem vita de pactus terminus altè, & id Virgilio: Et si fata Iovis poscunt, hic terminus haeret, quo rei immutabilitatem significat. hinc Terminus dictus, Capitoli immobile saxum.* Ergo, ut ad rem nostram veniamus, *Lapides regionis*, sunt limites, terminique agrorum: & quidem hoc loco, Regio est (caedeb) proprie, campus, ager fativus, pars terrae culta arvis, pascuis, hortis, plantis: eadem enim vox subest Gen. 27. *Quasi odor agrorum pleni.* & Num. 20. *Non ibimus per agros, neque per vineas.* & 4. Reg. 8. *Clamans ad regem pro domo sua, & pro agro suo.* Pascua etiam ea voce dicuntur, *Debesas.* Psalm. 8. *peccora in campi.* idemque Regionis nomen significat in sacris, ut Gen. 14. *Percusserunt amnem regionem (agrum) Amalechitarum.* quod ad agrorum quoque devastationem pertinet. sic Isai. 32. *Plangite super regione (agro, horto) desiderabili, super vinea fertili.* & illud, *Videte regiones, quoniam albae sunt jam ad messum.* un de est Mich. 2. *Regiones (agros) dividere.* idem etiam apud Latinos usus Regionis. nam regiones a Juris peritis in fundis statuuntur. & regiones sunt sudorum partes certis mensuris dispersitae. est etiam regio Cicero tractus terrae, aut agrorum; quod

Liv. Deca. 1. lib. 5
 Augu. 4. de civ. c. 23
 Laetia. lib. 1. c. 20
 Ludov. Vives Ovid. 2. Est.
 Inferius
 Inferius
 Marcellinus lib. 18
 Lucretius Virg. 4. Aen.
 Terminus rei immutabilitatem denotat
 5
 Regio quid
 Gen. 27. 27
 Num. 20. 17
 4. Reg. 8. 5
 Psal. 8. 8
 Gen. 14. 7
 Isai. 32. 12
 Mich. 2. 4
 L. 8. c. 1. 29
 D. de acquit. domin. c. 1. 7. D. de com. dividum.

Deut. 18. 23

Onkelus

Deut. 32. 13

Iob. 29. 6

4
 Limites agrorum quales fuerint.

Paul. lib. 5. sent. tit. 22. 5. de codit. agro. Hygenus

Vlpian. in l. qui tabula. D. ad l. in l. pecul.

Brissonius lib. 4. c. 5.

vulgo

vulgo, pagos, dicimus. imò etiam aliquando regio idem est, quod lapis, lines, terminus, linea, regula; cum Cicero de Natura Deorum dixerit, *Vinea regiones terminare.* & per translationem; *Si quibus regionibus vita spatium circumscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas &c.*

6
 Pactum iniire cum lapidibus ad perpetuitatem agrorum, ad perpetuitatem quamdam numquam violandam pertinet, tum ex firmitate foederis, tum ex immobilitate termini & lapidis. ergo significat fore, ut termini agrorum illius a nemine violentur; Nemo transiliet, nemo transgredietur, nemo movebit sua sede & loco; tuorum agrorum termini; & limites nemini cedent; erunt Iobi immobilia saxa, immoti lapides; *Ponet Deus fines tuos pacem, ut nemo in tuos terminos incurrat, nemo tuos agros, aut agricolas infestet; non sit Satan, aut occurfus malus;* perpetuo pacisceris cum hostibus de non violandis tuis limitibus, non refingendis, movendis, attingendis tuis terminis; si tui lapides vomere, aut rostro pulsabuntur alieno, clamabunt statim, Hic ager Iobi intactus esto. Certè Samuel videtur cum hostibus, & cum lapidibus pactum iniisse mirabiliter, postquam sui populi fines propagavit. I. Reg. 7. Nam inito cum Philisthaeis praelio, *Egressi filii Israel de Masphat, persecuti sunt Philisthaeos, & percusserunt eos usque ad locum qui erat subter Bethcar: tulit autem Samuel lapidem unum, & posuit eum inter Masphat, & inter Sen: & vocavit nomen loci illius, Lapis-adjutorii. Dixitque; Huc usque auxiliatus est nobis Dominus. Et humiliati sunt Philistini; nec apposuerunt ultra, ut veniret in terminos Israel.*

7
 Sed illud tandem, quod optimum atque lenissimum in tanta horum lapidum explicationum congerie videri jure debet; profertam non ex alio, quam ex ipso jure. In Arabia, quidem, ubi Iob, atque illius amici habitabant, extraordinarii criminis genus erat, si quis in inimici agrum lapides poneret, qui futuri essent indicio malo leto periturum insidiis illorum qui lapides posuissent; qui agrum illum deinde coleret. Ergo omninosi, religiofi, & formidandi erant illi lapides, nec non & ager incultus, qui illos haberet. Sed Egem ex lib. Vlpiani integram de officio Proconsulis adscribendam duxi. *Sunt quaedam, quae more provinciarum coercionem*

Cic. de natur. Deorum
 Cic. pro Archia.

6
 Pactum iniire cum lapidibus ad perpetuitatem agrorum...

I. Reg. 7. 11

7
 Optima lapidum explicatio.

Scopelimon in Arabia quae le crimen.

I. Sunt quaedam, de de extraordin. criminibus.

soleat admittere: ut puta in provincia Arabia σκοπελισμόν crimen appellant, cuius rei admissum tale est: plerique inimicorum solent praedium inimici σκοπελισάου, id est lapides ponere indicio futuros, quod quis eum agrum coluisset, malo leto periturus esset insidiis eorum, qui scopulos posuissent. Quae res tantum timorem habet, ut nemo ad eum agrum accedere audeat, crudelitatem timens eorum, qui scopelismon fecerunt. Hanc rem praesides exequi solent graviter usque ad penam capitis, quia & ipsa res mortem comminatur. sic Vlp. Ergo nihil in nostrum locum lenius, & congruentius, quam ut inter alia calamitatum, & bestiarum genera, etiam sacros illos lapides agrorum numeret, qui viro iusto & probo minimè formidandi sint, neque propter illos relinquendus incultus ager, quasi ipsa hominis pietas potens sit excantare ominosos illos lapides, quasi pacto cum illis, & cum morte inito. vel dicat Eliphaz, nihil Iobo ab inimicis timendum, etiam si in illius agros lapides ponant, nam & illorum industria, & insidiae vanae erunt, aut omnino nullae.

8
 Et bestia terra. Bestia hoc loco indifferens nomen ad quaecumque animalia, na eadem voce originali dicitur Ps. 123. *Animalia puilla cum magnis.* & Levit. 11. *Hec sunt animalia, quae comedere debetis, omne quod habet divisa ungulam, & ruminat in peccoribus &c.* & Levit. 17. dicitur, *Quaecumque fera, quae venatione, aut aucupio capitur.* Pro terra autè est eadem vox, quae superius vertitur, regio; significat ergo bestias agri, quae agros, saxa, vineta demoliri solent; ait ergo Eliphaz; Non solum fixis limitibus muniti erunt tui agri, & peccati ab hostium incurfibus, sed etià a bestiis, quae infestè solent esse agris; quos singularis ferus non depascetur, non attinget; vulpeculae, quarum magna copia est, non demolietur vineta tua; non rabidi lupi cum tuis gregibus inimicitias gerent, tibi tuisque rebus parcet; numquam senties in tuis regionibus locustam, non crucam, non bruchum: non alia camporum luës tuis satis infidebit.

9
 Verum quoniam ex his promissionibus videtur bona ex parte descriptus Ps. 90. qui totus est ad exprimendam viri bene de deo speratis felicitatem, paucis a nobis percurrendus erit; cuius auctor dicitur Moyses; atque eadem tribulationum serie qua Eliphaz, simile in mediis hostibus securitatem & incolumitatem viro iusto pollicea-

Bestia quid proprie. Psal. 103. 25
 Levit. 11. 2
 Levit. 17. 13.

Psalms nonagesimus paraphrasi illustratus. Quis auctor Psal. 90

Y tur

tur. Fingere ergo nec hominem per me-
 dia solitudinem prædonibus, venenatis
 serpentibus, immanissimis feris infesta-
 tam aut errantem, aut iter facientem,
 jamque adventante nocte, & umbras at-
 que timores producente, sola sit arx, quæ
 dam excelsa, & munitissima optimi ali-
 cujus & benignissimi principis, ad quæ
 omni ope destitutus viator ille possit di-
 vertere. Huic jam contendenti, & prope-
 ranti graducitissimo ad principis opem,
 & arcem, videtur his verbis gratissimis
 faustaque salutatione occurrere; *Qui habi-
 tat in adjutorio altissimi.* (Hierony. in ab-
 condito excelsi, id est, qui Deum habet adju-
 torem, absconforem, protectorem. Chal-
 dæ. *Qui collocat mansionem suam in secreto al-
 tissimi in protectione* (vmbra. Hiero. vmbra-
 culo) *Dei cæli* (Domini, Omnipotentis)
commorabitur. (Hebræ. Pernoctabit) *Dicet
 domino* (dicere poterit) *suscceptor meus es tu,
 Deus meus sperabo in eum* (namque tua ope,
 o Deus optime, qui me suscipis, incolumis
 ero. deinde verò septem tribulationes, &
 innumera discrimina enumerat) *Quoniam*
 (certè. affirmantis est, vel cõcep-
 tæ fiducia causam exponit) *ipse liberabit
 me de laqueo venantium* (deparatis infidiis,
 de prædonibus, qui laqueos, & foveas in-
 struunt ad capiendos viatores) *& à verbo
 aspero* (Hieronym. de morte insidiarum. Hac
 enim quid asperius, quid ve acerbius? ne-
 que solùm ab ejusmodi morte, sed ab om-
 ni verbo, id est re & negotio periculoso)
scapulis suis obumbrabit tibi (verba videntur
 esse administratoriorum spirituum, qui
 peregrinum læti excipiunt; Non solùm a-
 liis committet tui custodiam, sed te ip-
 se per se custodiet, scapulis suis te prote-
 get; primus ipse occurret hostibus, prius
 quàm ad te pervenire possint. *El os hara es
 paldas* & *sub pennis ejus sperabis* (non secus
 ac pullus sub matris alis, securus ages ab
 accipitribus) *scuto circumdabit te veritas ejus*
 (Hieronym. scutum, & protectio veritas ejus.
 promissio de te servando; itaque hac no-
 cte securè, & fœliciter ages) *à sagitta volan-
 te in die* (tum verò illucescente die, cum
 te commiseris itineri, prædonum sagitas
 compefcer, infestis milites fugabit) *à ne-
 gotio perambulante in tenebris* (Hierony. à pe-
 ste in tenebris ambulante. etiam mors ipsa, pe-
 ltilis, lues quàmvis structis infidiis, & oc-
 cultè invadens nichil nocebit) *ab incurfu*
 (Hieronym. à morfu) *& demonio meridiano*

(Chaldæ. à turba demonum in meridie gras-
 santium. quàmvis cateruatim adversum te
 conjurent non homines solùm, sed dæ-
 mones ipsi, iter tuum impedire non aude-
 bunt. quod si procaciter, & aperta vi ve-
 lint impetum facere, vires suas, brachium
 que exeret potētissimus, & districto gla-
 dio pro te adversus hostes tuos pugna-
 bit, & horrendam stragem edet) *Cadent a
 latere tuo mille: & decem millia à dextris tuis.*
 (Dara enellos a diestro. y a siniestro. cedit in-
 numerabiles à dextris, & à sinistris. læ-
 tūsque contempleris prostratos hostes
 cum nihil ab illis mali acceperis) *ad te au-
 tem non apropinquabit* (nam in publica stra-
 ge & calamitate incolumis serbaveris, &
 lætus videbis, miraberisque, quò tandem
 supplicii acerbissimi reciderint impiorū
 conatus) *Veruntamen oculis tuis considerabis
 & retributionem peccatorum videbis.* *Quoniam*
 (sed quid mirum? nam sic Deus agit cum
 omnibus qui spem suam in illo defigunt)
*tu es Domine spes mea. Altissimum posuisti refu-
 gium tuum.* (Hierony. excelsum posuisti habita-
 culum tuum. vel, ipse Deus altissimus est re-
 fugium tuum. sic sanè neque tu, neque
 ex tuis quisquam nocumētum accipiet)
*non accedet ad te malum, & flagellum non ap-
 propinquabit tabernaculo* (domesticis, fami-
 liæ) tuo. Hieronym. *lepra non appropinqua-
 bit.* neque tu, neque aliquis ex familiari-
 bus turpi aut molesta aliqua ægritudine
 laborabit, nemo ex tuis *ulcere pessimo* per-
 curietur, nemo foras ejicietur ex civitate,
 ex tuo tabernaculo, & domo, ne con-
 tagio reliquos inficiat. Iobò quadrat. De
 inde ipsi administratorii spiritus ultro
 sese justo offerunt salutis custodes, ac se
 ipsos signant dicentes, En, ut Dominus)
angelis suis mandavit de te (ut cum egredia-
 ris ad persequendum iter) *custodiant te, in
 omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne
 forte offendas ad lapidem pedem tuum* (quod
 difficile & saxosum fuerit viæ, non con-
 ficias tuis pedibus, sed porraberis ab an-
 gelis; delicatè, velut nutritrix infantulum,
 te deducunt. sed præterea bestiarum terræ
 pacificæ erūt tibi. si in plano & expedito
 itinere venenatum aliquem serpentem
 compresseris pede, non tibi nocebit, pa-
 tietur se conculcari; securus igitur) *su-
 per aspitem & basiliscum* (qui in illis re-
 gionibus, deserta præsertim Arabia
 frequentes sunt) *ambulabis* (quod si va-
 stus aliquis, & immans Draco, aut

Hierony.

Chalda.

Hierony.

Deus per se
ipsum, nõ so-
lum per an-
gelos, iustū
suū custodit

Hierony.

Hierony.

Hierony.
Familia ju-
sti secura.

Angelorum
peculiare pa-
triciū er-
ga justos.

Arabia abū-
dar venena-
tis bestiis.

leo

leo non dor-
mit in specu,
sed in aper-
to, & in me-
dia via.
Aelian. &
Oppian.
Leo serpens.

Nicander.

leo in medio itinere se fuderit, ne mini-
 mum viæ dispendium facias, rectā ibis)
& conculcabis leonem, & draconem (leo non
 dormit in specu, sed in aperto nihil ti-
 mēs, vbi cumq; nox ei supervenerit. acci-
 det igitur, ut in media via se opponat ex-
 porrectus. Quid si leonem hic memoret
 serpentem vastissimum, & feritate, ma-
 culisque fulvis, insignique capitis nota
 gressibili leoni similem? de quo id ceci-
 nit Nicand.

*Occurret punctis immania Chenchrina mem-
 bris
 Commaculata gerens, varisque idcirco leo-
 nis
 Nomine donarunt, vastum; revolubile mon-
 strum.*

Iam tunc leo serpens facilius quoquo
 versus serpit, & vias occupat. perge igitur
 percalcatum serpentem, vel calce ab-
 jice, & expunge, ut tibi viam liberam re-
 linquat, nam Bestiarum omnes pacificæ erūt
 tibi.

**XXIII. Et scies, quod pacem ha-
 beat tabernaculum tuum: & visi-
 tans speciem tuam non peccabis.**

1. Verba cognoscendi certi-
 tudinem afferunt. Taber-
 naculum quid, aliquan-
 do pro templo.
 2. Pax & concordia dome-
 sticorum. Ut debeat pa-
 ter familias amicè corr-

pere domesticos.
 3. Species domus pro uxore
 minus commode commo-
 dius pro speciosa domo.
 4. Visitare quid. Pater fa-
 milias visitator est. ex-
 plicatus. Psal. 67.

I
 Verba cog-
 noscendi affe-
 runt certitu-
 dinem.

Tabernacu-
lum quid.

Et scies. Ita erit, pacem habebit taber-
 naculum tuum. verba cognoscendi
 interdum tantum afferunt certitudinem
 quandam, & manifestationem rei, quæ
 potest esse omnibus nota, & contestata:
Tabernaculum tuum. Domus, familia, om-
 nia, quæ ad te pertinent; quæ domi ha-
 bes, domestici tui. Domus apud pleròsq;
 Orientales tabernacula, & tectoria erant;
 videlicet, cassæ tabulis, vel corio, vel etiã
 arborum ramis, seu stramentis contextæ,
 quæ loco moveti, & huc illuc transferri
 possēt. Deinde verò pro quolibet ædifi-
 cio habitationi apto acceptum est à Lati-
 nis, tum etiam ab Hebræis; adeoque etiã
 pro loco divino cultui & adorationi cõ-

secrato, quod templum appellamus; nam
 de templo illo magnificentissimo, cui fa-
 bricandus locus inventus jam & designa-
 tus erat, dictum est Psalm. 115. *Introibimus
 in tabernaculum ejus, adorabimus in loco, vbi
 steterunt pedes ejus.* quare cum Christus
 Dominus corpus suum appellavit tem-
 plum, Ioan. 2. idem intelligitur, quod
 tabernaculum. Neque ambigendum
 Orientalium tabernacula templorum in-
 star solem orientem respexisse, non se-
 cus atque illud Cyri tabernaculū, quod
 Xenophon scribit, tum hyeme, tum ve-
 rō estate Orientem versus situm fuisse.
 sed de hoc aliàs.

Pacem autem, non pauci pro animo-
 rum conjunctione & charitate mutua ac-
 cipiunt. Div. Thom. *Quod domestici tui pa-
 cem invicem habeant.* nam fœlicitatis est,
Habitare unius moris (cordis, & animi v-
 nius) *in domo,* & filios habere, atque do-
 mesticos mutua charitate devinctos.
 Chrysofost. *Non exteri modo tecum pacem ha-
 bebunt, sed domus etiam pace perfuerit incre-
 dibili;* tuique domestici non solùm inter se, ve-
 rum etiam nullas tecum contentiones exerce-
 bunt. *Quid enim profuerit externis non tenta-
 ri bellis, qui turbis redundat intestinis?* Alii; Ni-
 hil tibi materiam irascendi subministra-
 bit, te omnes ad pacem provocabunt,
 tum externi, tum domestici, ad non iras-
 cendum, ad non peccandum; imò ve-
 rō excitabunt te omnia ad Deum col-
 lendum, & laudandum. Alii, inter quos
 Vatablus, sic utramque partem nesciunt;
*Visitabis domum tuam, atque domesti-
 cos, & non peccabis.* connivendo ad ulla
 eorum delicta; & tamen *pacem adhuc ha-
 bebis tabernaculum tuum.* id est, domestici
 licet flagellati, & correpti tibi non suc-
 censebunt; *non amat quidem pestilens eum
 qui se corripit,* at te tui diligunt, cum illos
 corripueris; justi enim, atque sapientes
 erunt, qui ad te pertinebunt. Sed sim-
 plicior erit sensus; si per pacem bono-
 rum omnium abundantia, & fœlicitas
 significetur; *Scies,* experieris, *tabernacu-
 lum,* domumque tuam pace, bonisque
 omnibus abundare; nihil, quod ad tuam
 vel domesticorum fœlicitatem conferre
 possit, desiderabis. Septuaginta, *In pace
 erit domus tua.* ad eum sensum, quo Scrip-
 tum est Isai. 32. *Sedebit populus meus in pul-
 chritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, &
 in requie opulenta.*

Psal. 115. 7

Ioan. 2. 19.

Cyri taber-
naculū qua-
le.
Xenoph. lib. 8.
Ped.

2

Quid pax
hoc loco.
D. Thom.
Domesticō-
rum mutua
charitas.
Psal. 76. 7
Chrysof.

Vatablus
Pater famili-
as amicè, &
benevole co-
rripit.

Prov. 15. 12.

LXX.

Isai. 32. 18

3 Species domus pro uxore.

Et visitans speciem tuam. Speciem quidam interpretantur uxorem, que dicatur species domus, ab effectu; tum quod ipsa sit pulcherrima, & speciosissima totius familiae, & domesticæ supellectilis pars; tum quod sua cura & induitria domum reddat speciosam, bene ornatam, præclare omnibus rebus instructam: quasi dicat, el aseo y la limpieza de la casa es la muger. juxta id Ecclesiastici. 26. Mulieris bona species in ornamentum domus suæ. est quidem natura sua Philocosmon, & studiosum, amansq; ornamentorum genus mulierum. sed meminisse debent, speciem non compitorum, & platearum, sed suarum domuum appellari; ut quarum pulchritudo & species foris visenda non sit, sed suæ tantum domi: neque enim externis placere, sed suo tantum viro debent; Scriptum est enim Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus (in Gynæceo, in extremo domus angulo, ultimoque recessu, in quo solæ mulieres habitabant) domus tua. Sic explicat id Ps. 67. Speciei domus dividere spolia. Deus dabit imbellibus fræminis, quæ defidentes domos ornant, dividenda hostium spolia, quæ ex bello reportarint sui viri. Sed simplicius & rectius species domus dicitur, domus speciosæ, ornata, instructa, ipsa suppellex, magnificentia, apparatus, ornamentum, pulchritudo; subest enim in hoc loco vox à radice (Nava) quod est decorum, pulchrum, graminosum, amenum habitaculum esse, à quo deducitur pulchritudo illa, cui initio hujus capituli maledixit Eliphaz. cum autem ex locis ibi adductis, pulchritudo, ornatus, species sæpe tribuatur domui, aut tabernaculo, certè pulchritudo domus, est domus pulcha ornata, opulenta, plena domesticis, & familia, foeliciter & jucundè viventibus. Sicque exigit verbum visitandi, quod proprie est, requirere quid domi geratur, recensere domesticos, rationem ab illis exigere, castigare etiam, si opus sit, ad operas & labores excitare: hæc enim omnia verbum visitandi complectitur, estque superioris erga inferiorem, & habet curam & sedulam administrationem rei, cui visitator adesse, & incumbere debeat. Quare non debet pater familias diu abesse à domo, ut esse opportunus visitator possit. Visitans (itaque) speciosam & opulentam domum tuam non peccabis; rectè administrabis familiam tuam; scies domui tuæ

bene præesse. Ad hunc te. è sensum revocant alii illud Psalm. 67. Habitatio, vel habitaculum domus dividet spolia. id est, domestici dividunt spolia; ad omnes domos, omnesque, qui manserunt in civitate, & domi suæ desiderunt, redundabunt spolia, omniaque in domo Dei speciosissima, & opulentissima erunt. Cum verò hæc dicit Eliphaz, objicere videtur Iob in administranda suâ familia quondam peccasse, atque negligenter se gessisse, in hæc sententiam; Cum tradiderit tibi Deus, restituerit ve domum speciosam, & præclare ornatam, te pariter efficiet solertem economum, optimumque patrem familiæ. qui sensus multò magis quadrat, quam quæ assignat Lyrano. videlicet, Cum oculos ad tuam opulentiam converteris, non peccabis superbiendo, sed cuncta Deo accepta referes.

XXV. Scies quoque, quoniam multiplex erit semen tuum, & progenies tua sicut herba terra.

- 1. Scire ad experientiam pertinere; Semen ad posteritatem.
2. Herba terra, ad secunditatem, vel pulchritudinem. in Christi adventu virtutum ubertas. explicatus David.

Scies id, quod proculdubio ipsum experimentum cognoscere te faciet, fore ut semen tuum, ex te sati, atque nati, & nati natorum, & qui nascentur ab illis, mirum in modum multiplicentur. sicut & id Genes. 4. 8. Semen illius crescet in gentes, id est, multi populi ex illo ducent genus. Et in semine tuo benedicentur (multiplicationem, & fecunditatem significat) omnes gentes.

Et progenies tua. Hebræ. Germina. pullulant enim filii ex parentibus, sicut novella olivarum ex radice, & trunco, sicut ex vite palmites. Sicut herba terra. quæ sponte nascitur, quam magna vi, magnaque ubertate fundit ex se tellus; innumeros habet filios; posteri tui ubique terrarum erunt, implebunt terram, sicut herba, quæ ubique provenit. Sic eadè fere methaphora, magna Iustitiæ, & Veritatis ubertas & copia significatur. Ps. 88. Veritas de terra

Pagninus

Lyranus

I Scire ad experientiam referunt. Semen proliis & posteris.

2 Herba terre ad fecunditatem.

Eccl. 26. 21

Psalm. 17. 3.

Psalm. 67. 13. Vatab. Clar. Cajet.

Germanior expofitio.

נָוָה

4 Visitare quid proprie.

בָּקַר

Pater familias ne discat longius ut opportunus visitator esse possit.

In Christi adventu uber es pro veteris virtutum omnium.

Gen. 1.

Nicetas

LXX. Herba terre ad pulchritudinem. Herba quomodo alias vertatur a Vulgato.

Psalm. 71. עֵשֶׂב

orta est (germinavit instar herbe) & iustitia de celo prospexit. in celo apparuit, conspicua est, conspicua à nobis potuit; manifestata mundo est, & visa cunctis mortalibus; neminem latuit; ut ea quæ in celo apparent. Iustitia, & veritas Christi tempore, & adventu celum, & terram impleverunt, in omnes cæli plagas, & terræ angulos se diffudit iustitia, veritas, pax, misericordia. fortè allusio ad subitam illam, spontaneamque herbificationem terræ, cum Genes. 1. dictum est, Producat terra herbam virentem. nam quæ primum inanis & vacua esset, momento temporis variis, tamque pulchris herbis, atque floribus convestita, & ornata extitit.

Perse dabit omnia tellus. Ergo inquit Eliphaz; Tu modo, o Iob squalles velut inanis, & vacua terra, omni honore spoliata; sed herbescens floribus; vestieris floribus, proferes uberrimos fructus, ornaberis filiis, opibus, famulis. Quid si hoc ad speciem quoque, & pulchritudinem filiorum referendū sit? certè ad eum sensum videtur Catenæ autor interpretari lectionem Septuaginta; Filii tui erunt quasi omnis herba campis. Sicut ager (inquit) qui omni herbarum genere florescit. (Darate Dios unos hijos como unas flores.) Vox eadem, fennum, gramen vertitur Psalm. 71. & tum multiplicationem, tum virorem, pulchritudinem, & gratissimum conspectum affert, Florebunt de civitate sicut fennum terra (Gheseb) herba mollior, tenerius gramen, virens, lætum.

XXVI. Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur acer vus tritici in tempore suo.

- Abundantia de multa etate ut varie reddatur à Vulgato.
2. Quod plenitudo dierum. Explicatus Moyses, & Jerem.
3. Ingredi sepulchrum, quid indicet.
4. Cervus, & ingredi ex Hebræo. Messoria mortis falsè illustratus Vulgato.
5. Allegoria sementis, & messis ad vitam humanam relata.
6. Quid mori in tempore.

I Didymus D. Thom. Lyrano.

Didymus Div. Thom. Morieris quidè in summa rerum omnium opulencia, & copia; nec iterum tibi acciderit, ut ante mortem spolieris opibus, quas semel pa-

raveris, sed te ad sepulchrum usque comitabuntur. Sed mihi magis placet Chrysostomi, & Philippi expositio, ut abundantia non tam ad opes, & facultates, quam ad vitæ longissimæ annos plurimos pertineat: nam pro abundantia est in fonte (Cach) quæ vox senectutem significat, quæ est dierum abundantia. & ita Vulgatus eadem vocem, vitam, vertit iterum cap. 30. Vita ipsa putabatur indigni. in quo cum summus sit Hebræorum consensus in vocis proprietate tradenda; imò & cum R. Mardochoi in suis concordantiis ferè eodem modo verterit, sicut nostri interpretes, Venies grandævus; vel, in abundantia in sepulchrum; atque cum doctè etiam Pagninus legerit, In senectute; Vatablus In senio; ignoro cur Regia correctius existimaverit, In maturitate; & cur Tygurina dixerit, Pervenies sospes. nisi fortè, ut rem perse dilucidam obscurarent, & in sacra Scripturæ proprietate metaphoras illi suas quærent. nam qui in senectute moritur, maturus jam abscinditur è vita, & sospes id est nullo adverso casu ante naturale tempus rapitur. Senectutem itaque pollicetur, non quidem molestant, atque morbosam sed vegetam, atque foelicem; id quod indicat abundantia vox, quæ in bonum accipitur; tum etiam originalis, quæ ut Mardochoi ait, proprie significat tempus senii in quo vita est vigorosa, & homo adhuc fortis est quam Psalm. 91. viridem, aut uberem senectam vocat. eleganter autem vita longior & multa senecta abundantia nomine significatur: est enim velut ubertas quædam, & fertilitas soli, & terræ; quæ multorum annorum fructum profert. atque etiam vitæ dierum abundantia, solet in Scripturis appellari, Plenitudo dierum. id est, saturitas; ex vocis proprietate, saturitas autè cum abundantia conjuncta est; sic enim fertilem annum Hispanus vocat, annum saturum, año harto. & sic Genes. 25. Abraham dicitur mortuus in senectute bona (uberi, abundanti) provecta, que ætatis, ac plenius (satur, Onkelus; Senex, & satur) dierum. Cæterum abundantia; aut plenitudo dierum, non solum est senecta, sed beatæ senectæ amplificatio; addit enim vim, & augmentum senii, & significationis, neque solum additur supra senectutem expositionis gratia; ut patet loco Gen. adducto; & Jerem. 6. Vir cum muliere capietur, senex, cum pleno dierum; id est, cum valde

Chrysost. Philip.

Abundantia de senecta dicitur.

נָוָה

Vox abundantia variè red dicitur à Vulgato. Iob. 30. 2.

R. Mardocho. Pagninus. Vatablus Tygurina

Abundantia in bonum. R. Mardocho. Psalm. 91. 15

2 Vitæ abundantia plenitudo dierum.

Genes. 35. 29

Onkelus

Jerem. 6. 11

decrepito. ad felicem, itaque, o Iob, senectam pervenies, viridem, uberem; adhuc multiplicaberis in senecta uberi; & tandem morieris plenus dierum & bonorum operum, cum nulla jam vitæ diuturnioris cupiditate tenearis.

Ingrederis. Venies, pervenies, intrabis. Duo autem potest denotare; primum, quod sospes eò perventurus sit, non confectus laboribus, & ærumnis, non fractus doloribus, sed integer, vegetus, que parez ca que se puede yr por su pie a la sepultura, sicut de Moyse dicitur Deut. 34. Centum viginti annorum erat, quando mortuus est; non caligavit oculus ejus, nec dentes illius moti sunt. quare ipse videtur ingressus in suum sepulchrum suisque pedibus concessisse in mortis locum. Deinde verò etiam indicatur sepulchrum, domum esse, quam homo jure suo ingreditur, de quo aliàs.

Sicut infertur acervus tritici. In originali est vox simplex (Gadis) quæ in communi acervum frugum significat. fortè inde dictum est nostrum, Cahiz. neque ea vox explicat potius fruges congestas in aream ante tritiram, quam post tritiram in horreis jam conditas; neque explicat potius acervum tritici, quam hordei. Septuaginta paraphrasi usi duplicem sensum indicant ita legentes; Venies in sepulchrum tamquam fructum maturum, quod in tempore messuerunt; vel sicut acervus areæ in tempore comportatus. sed in Hebr. sicut in nostra lectione similitudo simplex & unica est, quam Pagn. Vatabl. Cajeta. & plerique ex recentioribus accipiunt de comportatis in areâ frugibus; & ducuntur conjectura verbi inferendi, quod in fonte est, Ghala, ascendere, aut elevari: sicque Pagnin. ad Hebraicum, licet obscurè legit, Sicut ascendit acervus frugum in aream. magis obscurè Tygurin. Quemadmodum frugum acervus increpuit. Regia magis Hebraicè, sed minus Latine, minusque clarè; Sicut ascendere acervum tritici. alii etiâ Hebræi, quos imitatur Vatabl. in annotationibus, legunt; Sicut succiditur acervus, aut messis in tempore suo. arbitratur enim idem verbum significare succidere, aut cadere: fortè per antiphrasim, & intellectum contrarium propriæ significationi; & ita explicant id Psalm. 201. ubi subest idè verbum; Ne revoces me (neme succidas) in dimidio dierum meorum. quare cum hæc de morte sermo sit, legere etiam possumus; Sicut succiditur; nam qui

moriuntur excindi, & demeti dicuntur; habet enim mors messoriam falcem; in consummatione enim mundi clamabit angelus ad sedentem supra nubem. Mitte falcem tuam, & mete; quia venit hora, ut metatur; quoniam aruit messis terræ. At Latinus interpres, quia idem verbum significat ascendere aliquid super aliquem locum adducendo, vel educendo, vel afferendo aliquid in medium; ideo dixit Infertur, seu, affertur, portatur; quod licet ad areâ spectare possit (elegantè enim dicas, inferri fruges, & manipulos in aream) tamè potius ad horreum respexisse videtur. nam vis originalis verbi illud peculiare habet, ut significet etiam recedere, vel abscondi, id quod elevatur, & ascendit: sicut & nos dicimus, alçar de obra; alçarse las nubes, levantar el campo; cum hæc abeunt, recedunt, finiuntur. sic Numerorum. 11. dicitur Elevata est (ascendit) nubes de tabernaculo fœderis. quod explicatur eodem verbo, Numerorum. 9. Cum ablata esset nubes, quæ tabernaculum protegebat. quare hoc loco ascendere, elevari, inferri ascendendo acervum frugum, erit, alçar de cras, y en cerrâr el pñ. comportatis ex area frugibus in horrea, discedere & cessare.

Est verò hæc cum morte similitudo pulchra; nam primùm concepto semine intra matris viscera nascitur infans, herbescit in pueritia, adolescit in juvena, pollicetur fructum, explicat, profertque spicas frugemque bonam, maturefcit in senecta, arefcit, canescit, albicat, demetitur letali morbo, atque dejicitur in lectulum, atteritur doloribus, calcatur super illum quasi rex interitus, excutitur, & ventilatur, ut nihil aristarum, id est, bonorum temporalium secum deferat, neque descendat cum eo gloria ejus; tandem comportatur in sepulturæ horreum, educendus iterum à Deo, ut oia illius ad immortalitatem germinent. Illud verò minus solidum est, quod alii dicunt, ingredieris in abundantia sepulchrum sicut mature segetes; quæ videlicet suo pondere flexis calamis, & spicis sua sponte curvescētibus terram petunt, procumbunt, concidunt: ita tu jam dierum pondere gravis, tua sponte concides nutantibus cruribus, recurvo pectore, reflexo collo, gravitante capite, sepulturæ felix mandaberis.

In tempore suo. Sicut frugibus maturitas est suum tempus, ita homini senecta, quasi dicat

Apoc. 14. 14

Illustratus vulgatus.

Num. 10. 11

Num. 9. 17

5 Pulchra messis cum morte comparatio.

Iob. 18. 14.

Psal. 48. 18.

Isai. 69. 14. Allegoria minus solida.

6

Non morieris propter peccata tua in tempore non tuo; non revocabit te Deus in dimidio dierum tuorum, nec in via virtutis tue; videlicet cum adhuc valens, & robustus in virilitate fueris; non adducet Deus vitæ habenas, ut te de medio cursu alacriter currentem revocet, sed curres feliciter, & pervenies lætus ad vitæ metam extremam; non queritabis moribus, residuum annorum tuorum, quos scilicet naturali cursu juxta tuas vires, vivere debuisses; non tibi mors, non morbus, non subitus aliquis casus suffurabitur, neque vi auferet tuæ vitæ annos. tuum tibi tempus intactum, integrum supererit.

XVII. Ecce hoc, ut investigavimus, ita est, quod auditum mente pertracta.

Investigare. Conclusio, confirmatioque doctorum, atque adhortatio, ut suis acquiescat monitis. Investigavimus, diligentique inquisitione, & veritatis scrutatione, atque reconditorum divinæ providentiæ consideratione judiciorum, rem ita se ha-

bere comperimus; nam meæ orationi nostri amici libenter subscribunt, videlicet omnes ore, oculis, vultu annuere. Vox in vestigandi, eadem Deut. 13. vertitur, Quare re sollicitè, & diligenter. & Judic. 18. Explorate, & diligenter inspicere.

Quod auditum. A te, tum etiam à nobis ex aliorum antiquorum doctrina, & traditione; sic enim Septuaginta legunt, Ecce hæc exquisivimus, hæc audivimus, omnium ergo sapientum consensio summa vel cõtumacem, & suæ sententiæ nimium amantem potens est comprimere. Vel, Audisti jam quod è re tua sit; ego dixi, & quod mei muneris erat præstiti, tu quod tuum est mente pertracta. Septuagint. Tu verò scito tibi ipsi, quid egeris. id est, explora te metipsum, ut de peccato, quod in te invenias te statim peniteat. Proprie ex Hebræ. Audi, & scito tibi; id est, hæc tu in tuam utilitatem converte. Augu. Scito te met ipsum. At vulgatus dativum illum apud Hebræ. saepe redundantem contempnit; vel quidem scire tibi, perinde esse putavit, atque scire tuum, quasi diceret, Tecum cogita tua mente pertracta. Quod verò Tygurina paraphrasis habet, Hæc a quo animo percepta poteris apud te ipsum dijudicare; non valde congruit originali.

Eccles. 6. 18 Psal. 101. 25.

Isai. 38. 10.

Deut. 13. 14. Judic. 18. 2.

LXX.

LXX.

Tygurina



3 Ingrederi in sepulchrum, duo indicat.

Deut. 34. 7.

4 Acervus quid


LXX

Pagnin. Vatabl. Cajeta. Ingrederi ex Hebræo quid


Pagnin. Tygurin. Regia.

Vatabl.


Mortui demerantur messoria falce.



NOTATIO RERVM IN SIGNIORVM QUAE in commentariis fufius explicatur.



PARAPHRASIS CAPITIS PRAECEDENTIS.



CAPVT QVINTVM.

Varia & multiplex tu harum vocum interpretatio, tum interpretum sententia, & ut hoc loco adversus hereticos astruatur in vocatio sanctorum. integro v. 1. praesertim. nu. 3.

Quis proprie Stultitia gradus noetur ab Eliphaz. & ut impatientia arumnarum, & insolentia animi spectent ad insignem stultitiam. v. 2 n. 2. 3. 4.

ARDENS Eliphaz, praecedentis orationis confirmationem hujusmodi non sine amarulentia subjunxit. His meis dictis, imo divinis potius oraculis, quibus me praeceditis moralibus divini numinis bonitas dignata est, fide te adhibere oportet, amice Iob; atque plus mihi recta monenti, quam tuae sententiaeque tribuere; cuius neminem invenire poteris patronum; nam, si quem haberes, debuisses sane confestim proferre, atque solo illius indicato nomine te tueri. Verum satis mihi persuasum est, neminem sanctorum, vel angelorum, vel hominum (nam de impiorum patrocinio quid loquar?) de Dei providentia, de humana imbecillitate, de miseris, & arumnis aliter dicturum, aut iudicatum, quam a me audieris. Atque utinam is tu es, quem Deus, vel angelus, suo verbo, suaque responsione & oraculo dignaretur, sed respondebunt scilicet indignanti, & furenti homuncioni, qui ea verborum amarulentia, & orationis acerbitate, pene ad insaniam, usus fuerit, ut jam nunc quantumvis clames, & supplex depreceris, minime faciles sanctorum angelorum, nedum divinas aures experurus sis. Sed non ideo tibi ab oratione & sanctorum invocatione cessandum fuerit, quo tamquam extremo remedio in deplorata ista tua calamitate usus sis, ad meliorem, & saniori mentem a superis obtinendam, & Deum tibi multis rationibus infensum, placandum atque leniendum.

Verum enim vero merito saevit in te divina ultio; nam tui similes stultos homines, malorum impatientes, percitos ira atque furore, verbis audaces, atque temerarios, adversus Deum divinamque providentiam excandescentes & insolentes miserè perimit non solum divini numinis ira & iusta ultio quam adversum se provocat stultitia cum stultiloquio, & superbia conjuncta; sed sua ipsius etiam stultissimi hominis indignatio, & tristis atque amarulenta divinae providentiae criminatio, qua intra se disrumpitur, exitio est. Neque tantum huic

Voca ergo

Si est qui tibi respondeat

Et ad aliquem sanctorum convertere.

Vere stultum interficit iracundia.

pesti

Et parvulum occidit invidia.

Ego vidi stultum firma radice,

Et maledixi pulchritudini eius

statim.

Longe fient filii eius salute.

pesti animorum (iracundiam, atque superbiam dico) obnoxii sunt, magnates (addam) opulenti, & felices, verum etiam parvuli, & miseri quique; licet hos quidem invidia velut parvulos, praesertim infestet: id, quod in te quoque, o Iob, experti sumus: nam ita te dejecit, pusillorum animo effecit ista tua calamitas, ut, quos felices videas, non nisi tua, quam amisisti felicitate, felices factos esse existimes, quo quid magis puerile, magisve stultum credi, existimarique possit? Neque o Iob, tam leviter, tam pueriliter, tam inconsiderate egisses aut loquutus fuisses, nisi tanta externarum rerum concupiscentia, & quasi aestu quodam laborasses, puerorum instar, qui, quidquid splendet, ubi cunq; tandem conspexerint; invident aliis. Illis ergo caducis, fluxisque bonis, cum omni via & ratione comparandis nunquam non incubueris, nunc quoque amisisti: aestuas adhuc; & quae te oculorum concupiscentia, libido, invidia semel perdidit, perdet quoque; funditus, & extremo dabit precipitio.

Sed age, ne sine manifesta ratione rem efficiam, ex tuae familiae domusque interitu, latentem animi tui impietatem proculdubio eliciam. vidi profecto saepe, saepeque; expertus sum nonnullos divites, quos suae illorum opes dementarant, atque audaces, superbos, temerarios, stultosque effecerant, qui cum prospere agerent, multisque liberis atque famulis cingerentur, referebant sane proceram aliquam arborē, annosam, amplam, altè defixis radicibus nitentem, cui bene culta, benèque amica terra circumjecta esset, convenienti humore temperata, & succi plurimum, atque alimenti subministrans: mirum enim, quantum in incrementi exugat è terra impius! Sed non mirum crescere, florere, germinare in terra, qui de terra vivit, homo terrenus: nam caelestis, non habet matrem, sed novercam, terram: in qua non secus vivit & crescit, quam radix in solo situlofo. Sed cum tanta impiorum felicitatem contempler, tantamque arboris amenitatem & pulchritudinem in ameno & fertili solo consistam; me continere non possum (urgente etiam & commovente me spiritu) quin male ominer, & imprecer tantae felicitati & pulchritudini. Praeterquam enim, quod cum haec maxima est, suspecta esse debet (nam summis negatum est stare diu) tamen non illa vera, sed adumbrata felicitas est; non arbor, sed vilissima herba; nullae illi radices, nulla stabilitas: nam adulterinae plantationes nullas dant radices altas, nec stabile fundamentum collocant. Quare impiorum omnium ex suis sedibus, domibus, opibus convulsio; eradicatio, interitus certissimis certiora sunt. Tu nunc serò licet agnosces haec, o Iob, agnoscentque impii omnes aliquando: sed sapienter serò. Ego (quae Dei gratia erga me est) nunquam in errore impiorum demoratus, statim atque in mundana rerum imaginem oculos conjicio, haec mecum ipse mente pertracto, atque saevissima impiorum supplicia, & rerum omnium, quae ad illos pertinent, everisionem, meos ante oculos propono.

Adeo enim nocet paterna filiis impietas, ut extremo exitio pereuntibus nemo illis salutis, opis ve minister, aut auctor adesse velit: nam clamantes, & opem implorantes, reliqui negliget, atque clamoribus quotidianis importunisque;

Qui proprie Parvuli appellantur; & ut tum hos, tum magnates & locupletres invidia, & concupiscentia oculorum infestet, pauca suscit, & ad mores opportuna tractatio. v. 2. n. 6. 7.

Stulti nomen quadrare in divites, & quare. & ut sit arboris amplissima similis, rursusque non arboris, sed herbae vilissima, vtiliter explicatur. v. 2. n. 2. usque ad 5.

Ut omnes tandem vanitati maledicant; ut just statim, nam opportune sapiunt, indicatur. v. 3. n. 9.

Y 5 defatigati

defatigati longè ab illis recedent. propteræaque cunctis inspectantibus publicum spectaculū mundo dabunt incredibilis cladis, & miserādi exitii.* & (quod humanæ infelicitatis non ultima pars est) sistetur iudicio, plurimis & molestissimis litibus intentis, atque de plurimis criminibus apud feverissimos iudices delati: & cum iudicabuntur, eribunt condemnati, nunquam non sua causa cadentes * irato illis, multūque indignante iudice, atque opem & officium suum advocato, patrōnōque negante. Quis enim vindictæ re ab ærumnis velit eum, quem fastidit Deus, aut quui princeps, atque iudex iratum se præbuit.

f Tum impius bonis jã partis & conquistis minimè fruetur; non enim labore suo uti permittetur: nam postquam plurimos arandi, seminandi, trituran-di, in horrea denique condendi labores suscepit, nõ deerit famelicus aliquis, perdendi, dissipandi, devorandi avidissimus, & alienę substantiæ siticulosus, qui conditas fruges, vel exhauriat, vel dissipet: aut hæres aliquis iniqui divitis, qui mirabili celeritate, & festinatione, congestas & conquistis summa sollicitudine, atque labore divitias abliguriat. Tum etiam armati prædones, à quorum vi, & impetu nihil satis tutum est, qui non clanculum & ex insidiis, ut ignobiliores, meticulosioresque furunculi, sed palam, & impudentè irruptionem faciant, involabunt in domum, agros, horrea impii hominis, cunctaque vastabunt; atque diripient: nec non * barbari alii, sylvestresque homines, aspectu feri, moribus & immanitate horribiles, nunquam non prædam sitientes, exorbebunt atque exhaurient improborum bona. Quare custodiri minimè poterit, quod ab omnibus appetitur; minimèque defendi, quod expositum est famelicis, sitientibus, armatis, pauperibus, avaris, hostibus, servis, furunculis, prædonibus, inimicis domesticis, externis militibus, avidis hæredibus.

Neque verò casu hæc impiis accidere putandum est, velut ea, quæ nullo prius jacto semine terra sua sponte profert; neque in externam aliquam, levissimamque causam supplicia impiorum, calamitatesque, cæteræ referendæ; sed in divinam vindictam scelerum vindicem, quæ mortalium peccatis provocata, dignas ab improbis pœnas exigit. Hinc nempe germinant spinæ, hinc bruchus, locusta, ciniphes oriuntur; hinc Deo operante, & efficiente, nostrorum suppliciorum seges uberrima multiplicatur, & crescit.

Proh rem dolendam, ad peccata & scelera, natus videtur homo, atque compositus, pariterque ad labores, & ærumnas, cæterasque peccatorum suorum pœnas. In has tu, o Iob meritò jam incidisti. nam cum voluptuariam vitam consecutareris, sine ullo h laboris, aut lassitudinis dispendio divitias comparare, & rem tuam augere moliebaris; atque adeo sic obtinuisti, ut festinatò ditesceres. Sed cum ex iniquitate, & multorum injuria, & direptione opes illæ tuæ comparatæ fuerint, evanuerunt tandem; ut scias, quoniam homines, atque in mortalium labore, & victus comparandi sollicitudine reliquorum mortalium, qui ad laborem nascuntur, non dissimilis. ¹ Sicut enim volandi celeritate, & assiduitate victum quærit, & invenit avis, sic in labore vultus sui vesici pane suo hominem oportet. At filii diaboli, qui parentè

* conteretur in porta

* & non erit, qui eruat.

5
Quinus
messera

famelicus comedet:

& ipsum rapiet armatus:

& bibent * sitientes divitias eius.

6
Nihil in terra sine causa fit,

& de humo non egreditur dolor.

7
Homo nascitur ad laborem,

& avis ad volatum.

f Quam sit acerbum impiorum supplicium, nõ posse uti bonis conquistis. & ut justis Deus & bona, & honorum usum concedat. v. 5. n. 2.
g De famelicis, & sitibundis accuratior tractatio ex Hebræorum radicibus. v. 5. n. 3. 4. 5.

h Divitia, qua sine labore comparantur, ut malè audiunt in Scriptura, malè etiam dilabuntur. & impius divitibus mollitudo quædam, & animi inertia comes adfit, opportuna digressio. v. 7. n. 2. 3.
i Copiosa, & accurata Avis tractatio, quæ, qualis

superbię

superbiæ imitantur laboris atque lassitudinis ex ortes, volare nituntur; & passerulorum instar, qui neque serunt, neque metunt, è raptò vivere. Sed volitent nunc, quantum volent liberè, ut se se malorum atque penarum laqueis eripiant; incident profectò istius modi volitantes scintillæ in æternū ignem, qui paratus est diabolo, & angelis ejus. Interim erigit se se homo & in altum tollitur, ut velut scintillæ, splendidissimæ, in omnium oculis fulgeat & splendat; sed facillè igniculus ille, atque splendor levissimus evanescet, & extinguetur, neque ex volatu sublimi majus emolumentum habebit, quàm, ut cunctis spectantibus & irridentibus extingatur. Verùm ne te propterea, amice Iob, despicias; nãque, homo cum sis, non nisi humana pateris, neque de te ærumnosissimo licet, minor cura est optimo mundi totius procuratori, & provisorio Deo, quàm de aviculis, quibus nihil laborantibus, sed per otium & delicias cantillantibus, quotidianū victum impendit; multis sanè passeribus melior apud illum eris. Tu interim ^k altitia imitare, & alacré te præbeto ad arripiendos, sustinendosque labores, & si quam tibi tolerantiam materiam & occasionem propositam videas, ne fugito, sed convola ad illam: inde enim beatæ tibi vitæ prædam facies, & per patientiam non cures tatum, sed volabis ad propositum bravium. Hæc dum loquor, continere eluctantem pectore gemitum quis possit? nam ad humanas ærumnas illud quoque accedit, ut funestissimæ ^l aves, & Dæmonū Catervæ, velut Reguli volantes, & jaculatrice viperæ humano capiti involitent, & letali morfu malè securum hominè opprimant. cujus rei, utinam in te, o Iob, nunquam videre licuisset expressam imaginem. Sed quidquid id tandem sit, Dei summam sapientissimamque providentiã semper ego suspiciam, & reverbor; atque te illam (si sapias) agnoscere oportet. Sed tu de te, deq; Deo, ut libet, sentito; ego gratias immortales illi agam, quòd tui similis non sim, divinæ providentiæ criminatòr, dinique & humani juris violator. Ego enim, si in adversum aliquem casum incidere, ea mente sum (quam tibi quoque inesse percipio) ut Deum, deprecer supplex, atque oratione & animi submissione illius iram & justitiam indignam leniam, atque excantem; & si opus fuerit, mearum ærumnarum & suppliciorum causam ab eo requirã, nihil de mea sanctitate sublimè sentiens; imò supplicii demissioque animo, cum fortissimo Deo imbecillus ego honuicio colloquutus.

Quis enim, vel ut suam arrogantiam & fastum deprimat, vel ut suum animum consternatum atque jacentem erigat, non admiretur supremi numinis potentiam, & mirabilitatem in agendo; atque efficacitatem in providendo & disponendo? Is enim profectò non solum parat, disponit, apte & exquisitè facit hanc, quam conspicimus, celorū molem maximam, atque pulcherrimam; verùm etiam insignes quosque, magnificentissimosque nature effectus, quorum rationes, & causas non possit humana sapientia ad perfectum omnes investigare; ut vel ex hac ratione nemo possit suarum miseriarum, quas mirabilis Dei sapientia dispensat, causas perspectas habere; proptereaq; oporteat, tum supra naturam, tum in natura ^m miracula multa contemplari,

vè hoc loco accipienda sit, ubi multa ex Hebræa origine, multaq; ex sacris; itã ad intelligentiã, Scrip. itã ad mores accommodata proponuntur. v. 7. à nu. 5 usque ad 11.

^k Vt sit convolandum alacriter ad arripiendas propositas ærumnarum, & patientia occasiones, & præmium etiam. & de quibus dã istius rei gradibus, videlicet, ambulando, currendo, volando, utilis cõsideratio. v. 7. n. 7. 8.

^l Vt Avis in malum accipiat, & de funestis exitiosissq; avibus, aut alaris serpentibus; non pauca ex sacris & prophanis. v. 7. num. 9. 10. 11.

^m Miraculi appellatio ad

que

8
Quamobrem ego deprecabor Dominum:

& ad Deum ponam eloquium meum.

9
Qui facit magna, & inscrutabilia, & mirabilia absque numero.

natura opera accommo-
dari possit, quada ex Scri-
pturis. & patribus. v. 9.
num. 9.

¶ Vt sint pluvia Divina
potentia, & munificentia
peculiaris, & opportuna
materia. v. 10. num. 1. &
2. & Divini etiam sup-
plicii, & justitia. n. 4.

o Honores & dignitates
non ab alio quam à Deo
querenda, observatio uti-
lis. v. 11. num. 1.

¶ Locum eminentē & sub-
limem propriū fuisse ma-
gistratum, nobilissimorū-
que virorum, multis pro-
batur ex sacris, & proph-
tis. v. 11. num. 2.

¶ Vt Deus, atque iusti vi-
ri cogitationum suarum
finem præstitutum feliciter
atingāt, ut impii dis-
pendiis ingentibus nihil
tandem perficiant, expli-
catur. v. 12. n. 3. 4. 5. 6.

† Summum dimicandi ge-
nus, quo adversus sapien-
tiā humanā utitur Deus,
dū hosti armis detractis,
hostem interimit. v. 13.
num. 2. tum etiam mul-
tiplex translationis ratio,
quæ in illo apprehenden-
di verbo latet, & ad morū
instructionem cum utili-
tate adduci potest. n. 3. 4.
5. 6. 7.

quæ nobis videndi assiduitate & usu viluerunt. Neque mirū; nam cum divinæ sapientiæ atque potentiæ effecta sint ista etiam naturæ opera, intelligentiæ nostræ vires facile superant, tum magnitudine & præstantia, tum numero atque multitudine penè infinita.

Et, ut de plurimis pauca proferam, certè pluviarum & imbrum partitio in diversas terræ partes, diversisq; anni temporibus, tam mirabilis est, ut non nisi auctore naturæ omnino digna videatur: est enim non solum illius sapientiæ, verum etiam bonitatis atque munificentia erga mortales præclarum testimonium. Quid, quod fontes atque flumina, tum terræ præventus, tum vitam ipsam mortaliū variis rationibus sustentant, atque recreant? Neque tantum divina munificentia atque liberalitas intra frumentarios agros, aut alia cultiora loca se continet, ex quibus fructum & utilitatem homo percipere possit; verum etiam deserta & horrida loca, penitusq; inaccessa mortalibus cœlesti imbre perfundit; atque beneficium se inutilibus cautibus, & asperimis saxis benignum, mitèmq; præbet; univèrsa denique fovet, atque complectitur. Interim tamen aquarū ministeriō, quibus vivunt homines, impios subvertit, penitusque demergit.

Neq; solum Deus potestate, insitq; fortitudine utitur ad puniendos, deprimendosque superbos, sed etiam ad eos, qui * oppressi, fractique sunt, erigendos & recreandos; confert enim honores quibus ille vult, & dignitatis gradus; idemq; abjicit ad locum infimum & ignobilissimum; tum mæore & luctu tabescètes in sublime erectos, in tuto constituit, atque in summo, tum salutis & incolumitatis, tum honoris & felicitatis fastigio collocat.

Interim astutos vafrosq; homines, plenos malignitate & dolo, ut qui suæ sapientiæ atque providentiæ infesti infensique sint, dissipat, atque evertit; dolosque omnes, atq; machinamenta eludit, ne ad finem optatum cogitationes suas promovere possint; tum etiam ita illorum conatibus obest, atque resistit, ut omnem sapientiæ laudem, quam sibi arrogarant, illis eripiat. * Nihil igitur firmum, nihil diuturnum ab illis fit, & quæ caperant & excogitaverant ex præscripto & decreto suæ calliditatis & astutiæ; omnium ludibriō & irrisioni exponit.

Digni profectō, ut qui suis consiliis, suæque sapientia consili adversus numen insolescunt, & suis se cogitationibus, quasi fortissimis munimentis inclusos; & munitos adversus omnem impetum arbitrat, Deus obsideat, capiat, apprehēdat; everisq; munitioibus & machinamentis humanæ astutiæ, viribusq; confractis penitus destruat; & suis illorū telis in ipsos retortis confodiat, atque defigat. Quid quod traducit iniquos hos pravorum consiliorum machinatores, dum, quæ illi machinantur in intimo cordium recessu, omni retea facte in publicum omnium conspectum profert, atq; sua ipsorū astutiæ & dolis illos constringit, inextricabilibusque difficultatibus obligat. Fugiant illi licet; sed insequentis Dei manū effugere nō poterunt: videlicet, quantumvis longissimè suis cogitationibus peregrinētur, captos atque comprehensos extremæ stultitiæ arguit, &

reprehendit

10
Qui dat pluviam super faciem terræ:

& irrigat aquis universa.

11
Qui ponit * humiles in sublime:

& mærentes erigit sospitate.

12
Qui dissipat cogitationes malignorū, ne possint implere manus eorum, * quod caperant.

13
Qui apprehendit sapientes in astutiā eorum:

& consilium pravorum dissipat.

14
Per diem incurrent tenebras:
& quasi in nocte, sic palpabunt in meridie.

15
Porro salvum faciet egenum

* à gladio oris eorū.

* & de manu violenti pauperem.

16
Et erit egeno spes: iniquitas autem contrahet os suum.

reprehendit sapientissimus Deus. Tunc tandem cognoscent miseri, nō solum per se singulos aberrasse, verum etiā, quæ coacto versutissimorum hominum concilio, tamquam saluberrima, atque opportunissima cōsilia stabilièrant, exitiosa sibi extitisse; nam perverfos vafrosque supplantatores illos * supplantat Deus, præcipitèsq; agit in deliberādo, ut perturbatè omnia efficiāt; & rem, quam instituit, accelerando perdant. Sed quid non pravum atque perversum constituatur in eo conventu, cui præsidet eminentia sapientia, verissimāque stultitia, atque mentis & consiliorum omnium perturbatio?

Illud etiam versutorum hominum supplicium amplificat, quod non solum præcipites sint in constituendo, ubi multa deliberatione opus esset, sed ubi res valde facilis incidit, atque ipsa meridiana luce clarior, multo timore pedetentim progrediantur; non aliter quàm, si in multa caligine versarentur; atque non tam maturè, quàm inutiliter & superstitiosè cūctando in rebus facilibus summas ipsi difficultates asciscant. * Crassissimis igitur tenebris circumfusi ad ea perficienda, quæ nec vident, nec provident, manus prætendēt, instar cæcorū, quos sine duce in multa discrimina incidere necesse est.

Sed ne quisquam existimet, Deum optimum ad puniendum potius, quàm ad benefaciendum propensioem esse, certè ingentibus his suppliciis impiorum, non minus illustris erit miserorum sublevatio; nam egenos & pauperes, qui ab omni amicorum, viriūque præsidio destituti sunt; tuebitur Deus, neque permittet ullis impiorum consiliis, exitiosissique blandimētis decipi, aut ullis calamitatibus lædi, ullisque * minis, mendaciis, maledictisvè, quæ solent instar t gladiorum acutissimorum vitam famamq; confodere, quicquam illos detrimenti accipere. * Quid quod etiam retundet fortissimorum hostiū robur & vires, captamque prædam per summam vim & iniquitatem, ex illorum manu potestati extorquebit: non enim perditos & dilaceratos vult, quos in hostium immanissimorū manus incidere permisit; sed potius per summam hostium ignominiam, atque suorum gloriam & lætitiā incolumes tandem servatos & ereptos.

Hæc Deus agit, ut & qui nullis est viribus, benè sperare sciat, & ut injustus minimè efferatur; sed os, quod multa jactate solebat, comprimi, elatumq; supercilium deprimi aliquādo discat. cum semel igitur se viderit, qui exhaustus erat omnibus bonis atque viribus mirificè ereptum ex omnibus discriminibus, nūquam deinceps despondebit animum pristini beneficii memoria erectus. Hæc ideo dixerim, o amice Iob, ut nullæ te ærumnæ ad desperationem compellant cum potius * spem nutrire & confirmate possint; & ut tuo exemplo iniquos doceam, non impunè abituros, si se in aliorum perniciem effundāt, & adversus pios exitiosa & impia consilia ineant; eorum enim non solum opera, & conatus, sed verba ipsa, & orationes fictas & simulatas execratur Deus; nam &, cum furunt, impias contra illum, nulla religionis habita ratione, voces jactare audent. Erubescunt igitur tandem, & tam mirabilem contra se pro-

¶ Vt Deus supplantet, & eludat pravos homines, & quæ sit istorum pravitas, quod consilium, quæ capiendi consilii præcipitantiæ, & temeritas. v. 13. n. 9. 10.

¶ Quis sit gladius oris, quæ lingua virulenta vis & crudelitas, adductis variis sacris translationibus tractatur. v. 15. n. 3.

¶ Quorsū Deo permittat justos in manū incidere hostiū, & calamitatum, cum avertere potuisset, opportuna consideratio. v. 15. n. 5.

¶ Vt ærumnæ, & calamitates spem nutriat, & foveant, quadam ex sacris v. 16. n. 1.

Qualis sit impiorum silentium, cum se viderint correptos divino supplicio; & quid eo silentio indicatur, opportuna ad mores quedam. v. 16. nu. 3. & 4.

ut sit beatitudinis spes cum ærumnis cōiuncta & ut spes gloriosa sit, nonnulla ad ærumnarum gloriam explicandam. v. 17. nu. 3. a Allegoria calicis, & amaritudinis, nausea, & aliorum huc spectantiū qua ad tribulationes spectant. v. 17. nu. 4. 5. 6. b Tribulationes pratiofissima & charitatis divina erga nos pignora. v. 7. nu. 7. 8. 9.

ut hac omnia referuntur ad medicinam Chirurgicā, & ut Deus in nostris vulneribus aut ulceribus curādis omnia medici munia præclare obeat, atque sua potētia, & charitatis certissima documēta præbeat, toto v. 18. sed præfertim. nu. 1. 3. 4. 6. & ut Dei sectiones, & uestiones saluatares sint. n. 2. & 4.

De numero septenario, & senario, de creationis hebdomada, & de Sabbatho & sabbatismo, peculiariter quadam. v. 19. præfertim. n. 1. 4. 5.

piis & iustis eripiendis Dei potestatem experti, planeque stupescerent, vix y hiscere audebunt: nihil enim habebunt, quod iure opponere possint divini numinis equitati, atque sapientissimæ humanarū rerū gubernationi, & providētiz.

Cum verissima itaque sint, quæ tibi à me dicta sunt, beatus verè, septiesq; fœlix ille erit, qui cum ita Deus agit, ut illum, dum vivit, ad suorum scelerum pœnitentiam, respicientiamque adducat in flictis pœnis; atq; doloribus. nam pro omnibus, ærumnis, quas patienter ille perferet, ingentem bonorum omnium cumulum illi ominor, imò verissimè polliceor, atque denuntio. Neque verò solùm ego; nam idem ipse, qui afflctus est, beatoris vitæ z spem quandam non levem concipiet, cum ipsis ærumnis natam, atque nutritam. Tantùm ille se Deo punienti; & verberanti supplicem præbeat. Hanc igitur, ô amice, calamitatē; a amarissimam potionem, quam tibi Deus ipse ad tui animi medicinam propinat, ne tibi stomachum moveat; ne cum fastidio & nausea abiciās; ne tanquam rem inutilem, vilēque asperneris, cum res sit longè salutaris, atque b præclara: nihil enim tibi, aut potius, aut antiquius esse debet, quàm ut Dei correptionem equo animo suscipias, atq; grata voluntate complectaris. Sunt enim etiam ipsa nostrorū scelerum supplicia, paternę Dei erga nos benevolentię argumentum clarissimum; ne te igitur comminanti, flagellanti, corripienti Deo parenti optimo subtrahas, ô Iob: format enim te ille flagello & verbere ad omne viri perfecti officium, quare utilitate & commodo omnem animi merorem, atque defatigationem abundè compensatam iri iudicabis.

Cum enim c vulnerat Deus, dolorēque infert, non tortor ille est, sed indulgentissimus medicus; peritissimūque Chirurgus, qui non solùm alligandi, curandique vulnera, & ossium contractiones scientiam probè novit, sed etiam cum vulnus, ulcusve exigit, amplius secare, aut aperire; ut vel sic ad internas animi partes læsas, & affectas, facilius perveniri, latitans pus abstergi, callosa labia emolliri possint. quod ille primum aut urit, aut fecat, sanat confestim, & non pristinæ solùm, sed multò firmiori salutis, & integritati restituit: interim verò dum curationē efficit, mollissimis deligamentis. utitur, & ipse sua manu linamenta tenuissima carpit, & corradit, quæ vulnere inferat: omnēque indulgentissimi medici operā præstabit, ut minimum vulnerando noceat, salutēque brevissimè efficiat. Quamvis enim non vulneret solùm, sed perfodiat, transfigat, contudat, remedium & curationem opportunam statim adhibet, quasi facti, dolorisque inflicti pœnitens.

Nunquam itaque in tot incidēs ærumnas, atque discrimina, d septem licet, imò innumera sint, quin semper te ille incolumem, liberūque reddat; ita tamen ut non semel labi in ipsa discrimina patiar, ut te cum illustriori suæ potestatis commendatione eripiat; aliquando etiam ipsa discrimina longè propulsabit, ut securus lætūque deinceps agere possis. Verum illud fortè divina providentia constituet, ut in sex hujus nostræ vitę hebdomadæ diebus nullus tibi sine labore & dolore feriat, ut in

17
Beatus homo qui corripitur à Deo.

Incipit ergo Domini ne reprobes.

18
Quia ipse vulnerat, & medetur.

Percutit, & manus eius sanabunt.

19
In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum.

20
In fame eruet te de morte.

& in bello de manu gladii.

21
A flagello lingue absconderis.

Non timebis calamitatem, cum venerit.

22
In vastitate, & fame ridebis:

& bestias terræ non formidabis.

23
Sed cum lapidibus, regionis pacti tui.

septima tandem æternitatis luce longè lætissima, atq; clarissima gaudendum & feriandum sine ulla vicissitudine laboris sit. Fieri etiam poterit, ut si in sex, multisque tribulationibus perferendis constantem invictūque te præbueris, septimus tandem in hac tibi vita lætissimus affulgeat dies, in quo malum nullum timeas, sed summa pace potiaris. Atque ut ex his potissimū reliquas colligere possis, sex, septemve tibi proponam calamitatum genera, quę ut gravissima & molestissima, solent homines perhortescere.

In fame publica, & communi annonæ caritate, e qua publica solet Deus scelera punire; efficiet ille, non solùm ne fame pereas, sed ut neq; fame scas, præstitōq; necessario victu, quem ille pro sua benignitate curabit, atque præbebit, quasi persoluto pretio te redimet ex morte, macie, & ta be, quæ famem & frugum inopiam comitantur; regionēsq; devastant. Si fortè immanissimi hostes tuos fines infestarent, multorūq; sanguinem profuderint, atq; in te jam mucrones intrinxerint; manus atque gladios illorum continebit, retrahētq; divina potentia, multò humanis viribus potentior; omnium itaque hostiū conatus adversum te in vanum recident.

Tutum te præterea reddet à falsis adversariorū calumniis, & iniquis delationibus; quæ tibi verbera, aliavē pœnas lege constitutas afferre moliantur. Neminem tibi detrahere, & lingue flagello diverberare tuā famā patietur. f Nam, quem non dolorem efficiat, quòdve detrimentum non afferat honestis viris lingua adversariorum petulans, & effrenata; aut verò in objurgando & mordendo nimium præceps, nimumq; efferata? tum verò securè & tutò ages. nullum vastatorem, prædonūve impetum pertimescens.

Quin etiam Tyrannos & prædones valdè famosos irridere poteris, nullòque negotio à tuis limitibus propulsabis; & cum circumvicinæ regiones devastatę fuerint, tam eris munitus, ridere cum nihil triste evenire tibi posse persuasum habeas, ridere & exultare possis. Sed esto in ipsa vastitate & fame sis, tunc te Deus sua ope, & consolationis pabulo reficiet, ut vastatus atque famescens nullam animi ægritudinem patiaris; ut nunc doles & ejulas; sed potius g rideas, gaudeāsque vehementer; neque solùm ferinis moribus homines nihil tibi nocebunt, sed neque bestias sævissimas formidabis: non enim venenati dentes, rabidive morsus viris sanctis, & laborū patientissimis nocere solēt.

Perinde itaque immunis eris à malis omnibus, quàm lapides ipsi, saxaque durissima, quæ nulla vis comminuit, aut è sua sede convellit. His tu, cum propter mentis firmitatem atque constantiam similis existere curaveris, calamitatum omnium impetum sine jactura excipies. Quid, quòd nec ipsi te lædent lapides, sed saxosa & aspera loca, facilem tibi aditum, tramitēque præbebunt; & quæ aliis sterile scūt (quis enim è saxosa & inculta terra fructus percipiat?) uberem tibi multorum fructuum copiam profundent; tui verò agri & fundi non alio custode, quàm ipsis lapidibus & h limitibus defixis indigebunt: nemo enim audebit illos refrigerare; sed quasi sint Iobi perpetui limites, & immobilia saxa, & quasi inito cum hostibus pacto, & fœdere,

Fame & sterilitate Deū peccata mortalium punire, è contra. vero necessūrio victu, & dimenso quotidiano suis iustis consulere, observatur. v. 20. n. 1. 2. 3.

Quam sit immane & ferū malum, lingua. Cur nūc flagelli similis dicatur, cū antea gladii & sagitta appellationem habuerit. v. 21. n. 3. 4. 5.

Qualis sit iustorum afflictionum visus, & gaudiū, explicatur. v. 22. num. 1.

De lapidibus terminalibus multa ex prophanis &

ut in rem presentem appositè quadrent. Tum etià de extraordinario illo apud Arabes crimine, quod Scopelimon vocant. v. 23 num. 4. 5. 6. 7.

De Dei erga suos patrocínio adversus omnia malorù genera, opportuna digressiuncula. v. 23. nu. 9.

De significatione speciei domus, & de uxoris officio tum ad Scripturam, tum ad mores quoddam. v. 24. n. 3. 4.

Allegoria mesis, & frugum comportatarum in aream, & horrea relata ad humanam vitam, atque mortem. v. 26. n. 4. 5. 6. tum etiam de abundantia, quædam, quæ sicut in frugibus, ita & in annis est. num. 1. 2. 3.

nunquam violando, nemo, neque agros, neque agricolas infestare volet; neque ominosis illis & nefastis lapidibus, qui mortem, & miserandum exitum minantur, agrum tuum, sterilefcere, & incultum relinqui, nemo tam audax, & projectus erit, qui tentet; atque feræ ipsæ, quæ gregibus insidiari solent, & fata, atque vineta demoliuntur, quasi pactis & stabilitis induciis, nullas jam cum tuis ovibus, agnis, hædis inimicitias geret. Quis enim attingere audeat eum, quæ in sua fidè atque patrociniù Deo ipse rerum omnium Dns suscepit? Felicitas tunc tandem Iobi, omnium ore atque sermonibus celebrabitur: atque certissimo experimèto comperies, incredibilem esse; ipsaque tua spe longè majorem tuæ domus, familiæque universæ pacem, & bonorum omnium affluentiam. Illud enim, quod peculiare quoddam genus felicitatis est, domesticorum concordia, non desiderabis: filios enim, familiaresque omnes habebis summa charitate devinctos, & neque inter se, neque tecum ullas illi contentiones exercebunt. Quid enim profuerit externis non tentari bellis, qui turbis redundat intestinis? Nihil igitur erit in tanta tuorum domesticorum prosperitate, quod tibi ullam irascendi materiam afferat. * Nam cum in domum tuam bonis omnibus pulchrè instructam, uxore potissimum, quæ domestica curet, prudèntissima & solertissima; & quæ domesticæ suppellectilis optima, & pulcherrima pars est, ornatam ingressus fueris; requisierisque pro tuo optimi patris-familias munere, quid domi geratur; recensuerisque domesticos, rationem à singulis exigens; nihil erit, quod non præclare efficias, & sanctè atque sapienter administras.

Experimento quoque ipse discas fore, ut iunctissimam atque numerosam filiorum, atque nepotum posteritatem habiturus sis, * multisque, velut pullulantibus germinibus & tenerioribus surculis ad aspectum gratissimis convestiaris, tanta ubertate, quanta solet fertile solum fructus, omnisque generis herbas ex se fundere.

Cum verò fato concessurus sis, in summa tunc rerum omnium opulentiâ & copia versaberis. non enim continget ut rursus ante mortem opibus spolieris, quas semel comparaveris. Tum ad longissimam, felicissimamque senectam pervenies, non minus annorum multitudine, quam divitiarum affluentia cumulatus, sospes, & lætus, nullis ærumnis confectus, nullisque doloribus fractus, sed integer atque valens, tuis ipse pedibus concedens in tuum sepulchrum: & veluti acervus tritici, condèris in terræ horrea, aut velut maturæ segetes suo tempore demessæ; & in aream comportatæ. Certè hæc, quæ ex me audisti, non meo tantum iudicio, sed multorum sapientum testimonio, post multam divinarum rerum considerationem atque exquisitam disputationem comparata tibi proposui; vidèscque nostros hos amicos meæ orationi subscribere: atque ore, vultu, oculis, annuerè; nihilque præterea habes quod iure possis opponere. Tu, quod reliquum est, quæ audisti, & accepisti in rem tuam confer; atque explora tēmet ipsū, ut si quid latentis sceleris in tuo animo deprehēderis, cōtinuò facti pœnitētia deleas. atque equi bonique tandem universa cōsules.

Et bestia terra pacifica erunt tibi.

24. Et scies, quod pacem habeat tabernaculum tuum.

* Et visitans speciem tuam non peccabis.

25. Et scies quoque quoniam multiplex erit semen tuum.

* Et progenies tua sicut herba terra.

26. Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut inferitur acervus tritici in tempore suo.

27. Certè hoc, ut investigavimus, ita est: quod auditum mente pertracta.

CAP. SEXTVM.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Dom objectis sibi ab Eliphaz respondet Iob, asperitatem suarum lamentationum excusat ex doloris magnitudine, quæ illum ad gemendum acerbis impulit; cogitque denuo illam exponere suis amicis valentibus, atque importuna agroti consilia suggerentibus.

I. Respondens autem Iob, dixit.



Respondens. Nunc respondendi verbū simplicissimè, ut sonat, accipiendū est: rogatus enim videtur reddere ejus, quæ in ipso est fidei, cōstantiæ, pietatis. respondet etiā; quia objectis satisfacit: ne, si accusatus non respondeat, aut criminis cōvictus, aut ætè suspectus videatur. Neque; vir justus se unquam ita despicit, aut ita cōcidit, & frangitur animo, ut paratissimus nō sit postulatus rationē reddere, de iis præsertim, de quibus ipse suis verbis aut factis sinistrè opinandi, atque offendendi occasionem infirmioribus præbuisse visus sit.

II. Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui: & calamitas, quam patior, in statera.

III. Quasi arena maris, hæc gravior appareret: unde & verba mea dolore sunt plena.

- 1. Dissensio Hebræi, Græci, Latini. Peccatis pœna ex Dei lege constituta. 2. Ira quam variè accipiatur, & in Græco quid. 3. Calamitas quid, & quæ variè reddatur a Vulgato. 4. Aurum nomē idē quod statera, & quare. Præcepta de audiendo. 5. Pondus patientiæ, & tribulationum elevat gravitatem peccatorum. 6. Doloris gravitas levatur suspiris. 7. Arena maris quid indicet, de generatione, & significatione arena quædam. 8. Multarum lectionū conciliatio. Illustratus vulgatus.

Paulò difficilior sentētia, propter diffusionē Græciab Heb. & Sept. Hebræi zatiūmq; à Vulga. Hebræū sic ferè ex verbo. Utinā appendēdo appēderetur ira mea, & cōtritio mea elevaretur simul in statera, quia arena maris gravior erit. Septu. S quis appendens appenderet iram meam, & dolores meos tolleret in statera pariter, & utique arena maris gravior erit. Neque; solū in verbis ipsis cōponendis, & explicandis difficultas est; sed etiam in onerandis bilācibus hujus stateræ, quid cui que imponendū sit. Et quidē Latini juxta Vulgatā lectionē, unam lancē onerant peccatis, quibus irā meruit: deinde verò alteri imponūt calamitatē, quam patitur; atque tūc peccatis præpōderare calamitatē, sicut rei levī præpōderare posset, res gravissima, qualis arena maris. Accipiunt verò peccata pro culpis, quæ non neget Iob, quodā à se cōmissa, sed tamē affirmet, vel pauciora, vel leviora fuisse, quàm debuissent à justo iudicē tot ac tantis suppliciis puniri. nā si Deus (sic affirmatē Eliphaz) tēporales ærūnas attēperat peccatis, Iob qui maximos sustinet cruciatus, improbrū omnium sceleratissimus esset: quod erat aperte falsum. Verū enim verò si cuiuscūque peccato gravissima ex Dei lege cōstitueretur pœna, injusta non esset; punit enim citrà cōdignū: tū jam cōmuni providētiæ & justitiæ lege nō constituit Deus gravissima supplicia erratis levissimis. in hoc ergo Latinorū sensu, ira, quæ est in originali, sumetur activè; aut per metonymiā pro materia iræ, id est, pro peccatis, quæ Deum ad iram provocant.

Græci verò velle vidētur, ut peccata, quibus irā meruit, & calamitas, quæ patitur, simul in unalancē ponatur; in altera verò arena maris, tūcque; calamitas multo gravior sit, quàm arena. Sed in hoc quoque; sensu est aliqua varietas: nā peccata, quibus irā meruit, poterūt intelligi, lamentationes illę cap. 3. quæ amicis visę sunt ex peccato, & ira pœnitenti: propterea enim illū objurgavit Eliphaz dicēs: Vere stultū interficit iracūdiā; atque; tū ibi, tū hīc est eadē originalis vox, quare hoc loco ira, est querimonia valde iracunda. Aut certè peccata, quibus irā meruit, sint ipsæ lamentationes, propter quas cōmeruerit, ut illi irasceret Eliphaz. Tertio etiā cū Olympio, ferè ad sensum Latinorū intelliguntur Peccata, propter quæ Deus iratū illi se præbet tot plagis inflictis. Vel quarto ira pro egritudine

I. Dissensio Græci & Hebræi à Latino.

LXX.

Prima Latinorū expositio.

Sic explicat Philippus D. Tho. Cayet. Dionys. Tuel.

Ira activè.

2. Secūda Græcorū expositio.

Peccata quæ hoc loco intelligantur.

Quid ira.

Sic interpretatur Burgē. Vata. Isidor. Clar. Eugub. Cypr. Cisterc. Olym. Ira, animi egritudo.

Supra

Chryf. Polychren.

Eugubinus Diverſe in terpretationes, ſed minime reputantes

ob. 17. 7.

1. Reg. 1. 6.

Deſeſus viſus

animi, & vehementiori dolore, & commotione, quam meruit perferre, & dolorem cruciatum, triftitiam, dejectionem, & egritudinem animi. nam *athymia*, qua voce Chryf. & Polychro. *iram* exponunt, eſt anxietas & quaſi deſperatio, affectusque hominis in malis deſpondentis animus, & qui meliora non ſperat, cui deest conſilium, animus, meſ. qua etiam voce cum ſignificetur aliquid contrarium alacritati, animoſitati, iræ, excandefcentiæ; & partem illam animi, in qua irarum exiſtit ardor, concidiſſe & elanguiſſe, recte opponetur iracundiæ illi, quam Eliphaz obijciebat, quaſi Iob diceret; Non tam ſum animoſus, & iratus, quam deſeſus, & exanimatus. tum etiam hæc ærumnarum, & dolorum lanx. gravior eſſet arena maris graviſſima; vel, gravior multo eſſet, altera querelarum lance; nam verbis leviſſimis vix poſſum ſignificare graviſſimum animi cruciatum. hoc indicavit Scheuchus; & quidem hos omnes ſenſus admittere poteſt vox originalis, videlicet, *ira* mihi à vobis, tanquam blaſphemanti attributa; vel, in me à Deo exercita; vel, qua vos in me cõcitamini, & ardētis; vel, quam ipſe ego mecum perſentio, quæ me exedit, & dilacerat, & quam verbis utcumque explico. quæ etiam omnia caderē poſſunt in paraphraſim noſtra interpretis. *Peccata quibus iram merui*. ſed in eo conveniunt, ut *peccata* non accipiantur pro vera culpa. Et pro primo ſenſu, eſt illa iracundia aut excandefcentis, & impatientis animi ſignificatio, de qua dixi cap. 5. verſicul. 2. Pro ſecundo autem, & tertio eadem vox poteſt accipi activè, ut eodem loco diximus. Pro quarto eadem vox ſummi poteſt paſſivè pro illa ipſa animi perturbatione, excandefcentia, ardore proveniente, ex dolore & cruciatu interno. & ſic voce eadem dixit de ſe Iob. cap. 17. *Caligavit ab indignatione* (mœrore, triftitia, animi egritudine) *oculus meus.* & Anna. 1. Reg. *Ex multitudine doloris & mœroris* (Heb. iræ, indignationis, cõturbati. & ardentis animi) *mei locuta ſum.* Ergo excuſabit & purgabit ſe Iob à calũnia blaſphemie, & iracundiæ adverſus Deũ, in hac ſententiã; Nõ extorquet indignabundã lamentationẽ ulla adverſus Deũ ira, ſed animi dolor, acerbitas cruciatus. Quare cum hic ſenſus, qui ex Hebræo, & Græco elicitur, bene poſſit cum noſtra lectione conſentire, liberius,

quam oportuit, Latinum interpretẽ carpiſſit Eugub. Nunc ad ſingula veniendum. *Calamitas*. Explicuit interpres, cũ dixit, *quã patior*. vox autẽ originalis (*Hava*) variè vertitur; à Septuã. *dolores*; à Pagn. *cõtutio*; Vatab. *afflictio*; à Tygur. *cõditio*; à Regia. *Infortuniũ*. ſed peritiores dicũt ſignificare caſum adverſum, infelicẽ euentũ, quod dicere ſolemus, *acõt ecimietos, aveturas, o deſveturas*. Sèpèrque; in malũ ſumitur. R. Mardochai ait eſſe *corruptionẽ, accidens malũ, pravitate, malitiam*. à Latino interprete vertitur *inſidia*. Prover. 10. *Inſidias impiorũ ſubvertet*. videlicet, ex quibus ſubitus & inopinatus caſus innocẽtibus accidere ſolet. & *vanitas*. Pl. 51. *Prævaluit in vanitate ſua*. Hieron. *in inſidiis ſuis*. atque eadẽ analogia ſignificat pravitate, malitiã, inſtitiã, quod ex pravo, & iniquo impiorũ affectu, & inſidiis in fortuna ſoleat creari piis, recte hæc omnia in Iobi inopinatum caſum cadũt. *Appenderentur*. Verbum tum in Heb. tum in Sept. repetitũ. *Appẽdens appẽderet*, vel, *appẽdẽdo, appẽderetur*. id eſt, diligẽter expẽderetur; nõ vulgari trutina, nõ ſonus ſed ſenſus verborũ ponderaretur; acciperetur in eã quærelã nõ nudã, & perſe cõſideratã, ſed relatã, & cõparatã ad animi ægritudinẽ, atque dolorẽ, ex quo proficiſcitur. *Statera* autẽ in originali eſt nomẽ plurale, in *ſtaretis*, aut potiũs duale, in *bilã* cibis. quo etiam nomine dicũtur aures, quare cum trutinã requirit, certẽ equum auditorẽ, & in corruptũ aurium iudicium requirit. eſt enim inter aures, veluti inter duas lãces, media trutina rationis & iudicii, quod in capite peculiari ratione reſidet ppter internos ſenſus rationis & iudicio miniſtrantes. Ergo duę aures, nõ tantã quodã multũ audiendum ſit, quã quod quæ audiũtur diligenti mētis trutina expẽdẽda ſint, homini congeſſe ſunt; neque quicũque; ſanẽ *aures audiẽdũ habet*. eleganter Plutarch. auditoris officium deſcribit; vult enim eſſe ſuã benẽ audiẽdi artẽ, nõ minus quã benẽ dicendi; atque ſicut *in ludo* (inquit) *pila debet mittẽti cõcinnẽ in motu reſpondere* is, qui accipit: *in orationibus eſt cõcinnitas quadã, tam circa dicentẽ, quam circa auditore.* illa autẽ præcepta in audiẽdo tradit; *Vt paratus & meditatũs veniat ad audiendũ, non incurius, nec ſecurus officii ſui. ut nulla ſit ſupercilii torvitas, triftitia vultus, obtuſus vago, inflexio corporis, crurũ alterũ in alterũ indecora iniectione, cũ altero ſaſurratio, riſus, oſcitatio ſonolẽta*

3
מִן

Calamitas quid LXX Pagn. Fatabl. Tygurina Regia R. Mardoch. Prov. 20. 15

Pſal. 51. 9. Hierony.

4
LXX
Ej uſdẽ verbi repetitio

Statera in Hebr. idẽ nomẽ, quod aurium

מִן

Matth. 11. 15 Plutarch. de officio aud.

Præcepta bene audiẽdi

capitis

5

Patientia & tribulationes ſunt alterius lãcis pondus, quo peccata elevantur.

2. Corint. 4. 17

3. Reg. 21. 29

6

Suſpiria elevatur doloris gravitas.

4. Reg. 4. 27

Pſ. 14. 3.

Pſ. 11. 3.

capitis interram demiſſo. ut auditor exiſtmet ſe dicentis advocatum eſſe, neque illius debere acerbẽ offenſam excutere, neque verba & res in diſquiſitionem vocare. Hoc ſuum audiendi officium atque præcepta cum minime ſervaverit. Eliphaz, aliſque amici, juſtiores alias aurium lances, trutinãque meritõ Iob requirit. Sed cum præterea etiam *ſtateram* requirat, in cujus una lance *peccata* ponantur, in altera verõ *calamitas*, ut prima illa interpretatio Latinorum explicabat; Observandum quidem calamitates & ærumnas eſſe momentum, & pondus, quod peccati gravitatem elevare videtur; atque eõ magis extenuare, quõd pena pro peccato ſuſcepta gravior fuerit. neque mirandum tantum eſſe patientiæ pondus, cum æternũ gloriæ pondus illi ex æquo reſpondeat. *Momentaneum enim, & leve tribulationis noſtra, æternũ gloriæ pondus operari in nobis.* His ærumnis gravatus & depreſſus homo, diviniæ juſtitiæ trutinã; & quam vocant linguam ad ſe videtur trahere. nam cum vidit Deus *Ahab humiliatum*, illius laudes, & pænitentiam prædicare cepit, divina bonitate jam ad illum propenſa & inclinata. Tunc autem lanx peccati elevatur, atque dimittitur culpa. cum hoc facit, quõd verbum parcendi, aut dimittendi culpam, in fonte eſt elevare, attollere. de quo dicemus. c. 7. v. ultimo.

Secundõ pro ſecundo illo ſenſu notandum, etiam ſuſpiria atque lamenta eſſe pondus, quo animi dolor, & ægritudo quaſi in altera lance poſita levantur; & in terdum quõd graviores ſiunt gemitus, & vehementiora ſuſpiria, & externæ ſignificationes doloris, levioſem efficiunt dolorem, atque cruciatum. Sic miniſtro Eliſei prophætæ viſa ſunt indigna, quæ Sunamitis illa faciebat, procumbens humi, & apprehendens prophætæ pedes: at prophætæ æqualia eſſe dolori viſa ſunt, neque poſſe aliter conſiſtere, & ſuſtineri dolore. quare cum acceſſit Giezi, ut amoveret eam, ait homo Dei, *dimitte illam, anima enim ejus in amaritudine eſt.* Neque verõ mirum cor & linguam eſſe duas quaſi unius ſtateræ lances, nam dicunt unico nervõ utrũque colligatum eſſe, ſibi que mutudõ reſpondere. Quare ſicut juſtitiæ ſymbolum ſtatera eſt; ita ſanẽ ille juſtus eſt, qui non egit dolũm in lingua ſua, & qui tantundem proferat lingua, quantum in corde poſi-

tum ſit. eſtque lingua velut corculum alterum, nam qui non ſimpliciter loquitur in corde, & corde loquitur. id eſt duplici corde. *Quaſi arena maris.* Non dubium, quin hoc loco *arena maris* denotet grave pondus. Sed unde nam? Reſpondet Chryſoſ. *Maris arenam* dixiſſe, ut quæ ſit magis humida. verũm ſive ſolitariẽ poſita, ſive mari adjuncta, *arena* ſignificare ſolet immenſitatem quandã, ſive numero, & copia ſive pondere & gravitate; quare ad multiplicationem reſertur. Genef. 22. & 23. Ie remi. 33. & 22. Pſalm. 78. & 27. Habac. 1. abſolute pro magnitudine & meſura. 3. Reg. 4. *Dedit Deus latitudinem cordis, ſicut arenam, quæ eſt in littore maris.* & forte eadem proverbii forma, qua nos copiam & abundantiam ſignificare ſolemus, cum dicimus, *como terra, como aqua.* unde de re, quæ propter immẽſitatem exhauriri nequeat, & quam fruſtra quis cometur efficere, aut comprehendere, ſunt proverbialia, *Arenam metiris. Vndas numeras.* in quam etiam rem Homerus dixit.

Nec mihi ſi tantum dederis, quantum extat arena,

Et pulveris

Vide Gellium lib. 19. cap. 18. qui cum de etymologia huius nominis diſſerat, & an arena in ſingulari numero, an verõ arenæ in plurali dicendę ſint, illud argutẽ addidit ex ſententia Frontonis; *Cum arena ſingulari nomine dicta, multitudinem tamen & copiam ſignificet minimarum, ex quibus conſtat, partium, indoctẽ & inſcitẽ arenæ dicta videntur, tanquam id vocabulum indigeat numeri amplitudine. cum & ſingulariter dicta ingenta ſingularis ſui multitudo.* Ad pondus ſit, & gravitatem, quæ cum ingenti arenę copia conjuncta eſt, facit id Proverbi. 27. *Grave ſaxum, & oneroſa arena.* ſic etiam hoc loco. Sed *maris* potiſſimũm dicitur arena, quõd ibi proveniat immenſa copia. Nam cum triplex ſit arenæ genus, ſoſſitia, fluviatilis, & marina, ut Plinius ſcribit lib. 3. cap. 23. & Vitruvius lib. 2. cap. 4. primum locum obtinet mare in generatione arenæ. cujus cauſam Ariſtotel. ſcribit Sectio. 23. Problem. 33. *Quia* (inquit) *ſaxa in mari conſiſtunt, & terra deſta maximẽ eſt; arena autem ſaxum in parva, minimaque perfractũ eſt, quod idũ fluctuum frangitur.* Sed cum hæc arenę generatio neque vera generatio ſit, ſed potiũs lapidũ gradiorũ, ſaxo-

Pſal. 11. 3.

7
Chryſoſt. Arena gravitatis, & innumerabilitatis Symbolum.

4. Reg. 4. 29

Hom. Iliad. 4.

Gellius

Prov. 27. 3

Plinius Vitruvius

Ariſtoteles

rūq; divisio. accuratius hujus rei causam tradidit lib. 2. de Plantis, docet enim arena peruncta, & delinita spuma marina, exsiccante falsedine, & allidente fluctu partes arenę cogi, & quasi coagulari, atq; lapidescere. arenam verò fieri ex terra & aqua falsa, falsedine exsiccante, & terra indurante, & in partes exiguas dividente lutum. Hinc quò dulciores fluvii sunt, minus generant arenę, sed de hoc satis.

Vnde & verba mea dolore sunt plena. Iterū hic est dissensio. Septuaginta dixerunt, Propterea ut videtur, verba sunt mala. quasi dicat, Nihil mirum, quòd cum pectore, & corde discrucier, ore aperto dolorem, & malum, quod patior, significem. Symmachus; Propterea verba mea amara repletus enim sum amaritudinibus, & cibatus absintio. quid ergo mirum si amarescat lingua, si amara expuam? nam quis succeseat agroto letaliter affecto, quòd amarum putre, grave spūtu excernat? Sed Hebraizantes vertunt, Propterea verba mea absorpta sunt. ita Complutenses. Rabi David. Pagni. Regia. Vatabl. ex parte etiam R. Mardochoi. à radice, *Lūagh*, quam noster interpretes vertit, *absorbere*, Abd. 1. v. 16. & de vorare. Prov. 20. Ruina est homini devorare sanctos. quam lectionem nunc habent correcta Vaticana, non verò, *devotare*. & Lambere Iob. 34. v. 33. Iam hæc Hebraica verborum absorptio diversimodè explicatur. Nam R. Levi, & R. Mithridatus, quos affert Pagni. legunt atque explicant, *Corrupta sunt*, aut, *Perdita sunt*. R. Moyses Deleta sunt. alii, *Præcipitata sunt*, quasi in ventrè. id est, sicut cibus festinanter deglutitus, temerè atque præcipitanter cadit in ventrem, ita verba mea præ doloris magnitudine quasi festinanter & præcipitanter prolata sunt, & videntur temerè cadere ex ore. R. Mardochoi indicat his etiam modis ex vi originalis vocis verti posse; *Verba mea dissipata sunt*, aut, *excisa sunt*. favet Theodotionis lectio. *Sermones mei intercisifunt*. Sed addit R. Mardochoi, id verbum pertinere ad pronuntiationem corruptam, & ad balbutiem. unde colligo, illud verbum devorandi, cum ad sermonè refertur, fontè esse id, quod de balbutientibus, & neque integrè neque expedite loquentibus dicere solemus, *que se comen las palabras*. aut de his, qui supprimunt verba & consultiò tacent. *que tragan y disimulan*. Quare rei præfenti aptari hæc poterunt;

primò ut, si forte paulò retinantius, minusque expedite, minusq; leniter loquutus fuisset Iob, nunc se excuset ex doloris magnitudine, qui illum adigebat ad præcipitanter loquendum. Vatablus sic per paraphrasim explicat; *Vix loqui possum, vox faucibus hæret*. Tygurina; *Pro magnitudine rerum parè ac moderatè questus sum*. Fortè sic commodius; *Mirati estis orationem meam; sed ego certè multa alia dicenda suppressere coactus sum præ magnitudine doloris, quibus & mētem meam, & loquendi causas, & rationes exponerem*. Hunc quoque sensum Cajetan. sequitur; sed suspicatur allusionem à Iobo fieri, ad id, quod supra Eliphaz objecerat, quòd non constituisset opem suam in Deo, neque illum deprecaretur. Respondet ergo dolorem illi vocem adimere, neque permittere loqui, quæ vellent omnia; quare & supplicem Deo orationem, quam mente concepit, non finitur, ut vellet, recitare. Illud verò, quòd ex Olympiodorò, & Polychronio elicere posset quis, acutum est, & rectè cum præcedentibus cohærens, ut dicat; *Indè mihi nova dolendi ratio accedit, quòd dolorem non possum integrè verbis significare, neque parem meis malis orationem afferre, Quare verba mea dolore sunt plena*. multis igitur ex causis doleo. Vides, ut cum his omnibus Vulgati paraphrasis rectè cōsentiat, & sapienter indicet balbutiei illius, aut intercisionis orationis, atque verborum, & suppressendi longiorem orationem, tacentique sententias plurimas, causam atque rationem, videlicet dolorem, cum dixit, *Vnde & verba mea dolore sunt plena*. nam qui dolens loquitur, multa suppressit, multa deglutit, tacet multa, multum balbutit, multa intercidit, multa sibi cōdonari jure postulat: qui omnia ab illo integra, suaviter expedite dici postulet, iniquus planè sit.

IIII. Quia sagitta Domini in me sunt, quarum indignatio ebit spiritum meum: & terrores Domini militant contra me.

Vatablus

Tygurina

Cajetan.

Olympiod. Polychr.

Illustratus Vulgarus.

Sagitta

- 1. Sagitta, quid hoc loco significet, varia interpretationes.
- 2. Fulmina Dei sagitta. nubes illius arcus. Illustrata Sapiencia.
- 3. Sagittas esse, in aliquo, quid sit. Sagitta, infixa acerbam dolorem efficit.
- 4. Quæ sagittarum indignitas, quis furor serpentis apud Davidem.
- 5. Multiplex in hoc loco spiritus acceptio.
- 6. Sanguis & vinum similis coloris in Palestina. Vinum optimum rubecū. Celestina quid.
- 7. Terror quid, non solum ad futura, sed etiam ad præsentia refertur.
- 8. Militare, ordinare, dispoñere idem. Explicat David. notatus Cajetanus.

I. Sagitta Domini. Non dubium quin sagittas, ægritudines ac dolores sint; quos D. Tho. sagittas dici existimat, quòd cruciatus subiti fuerint. Quia (inquit) sagitta à luge & ex improviso immittitur, tum etià ab eo, qui cum cominus sit, ledere & pertinere longius possit cōtento arcu; sed lædi nō facile possit, neq; videri ab eo, qui percussus sit, nō aliter suas calamitates celitus immittas cōqueritur Iob. Philip. ad ulcera corporis refert, atque sic scribit; *Nō solum pœna, quibus cruciatur, verū & vermes possunt intelligi, qui carnē perforabant, & quos Diabolus instigabat ad comedendū, omnemque corporis ejus sanguinē, humorēque sugendū*. Olympiod. & Polychr. Pœnas divinitus inflictas, quæ acri quodā morfu, sanguinem meū absumūt, & cum loqui voluerō, tunc demū perforant. meo itaque Deus sanguine sagittas suas imbut. hoc loco, *Saddai*, omnipotēs, fortissimus, potentissimus, vastator, destrues, qui nihil non potest, cujus potentia resistere nemo potest.

Sed cum sagittas Dei dicit, fortè translationem desumit à fulminibus, quæ propter impotentē vim transfigendi atque urēdi, ulcus illud pessimū ex ardore proveniēs, de quo supra diximus, significēt. fulmina autē sagittas Dei dici cōstat. Ps. 17. *Misit sagittas suas, & dissipavit eos; fulgura multiplicavit, & cōturbavit eos*. sic enim dicitur sagittæ ardentes Psal. 7. *Sagittas suas ardentibus effecit*. & Psal. 119. *Sagittas suas ardentibus effecit*. Habac. 3. *In luce sagittarū tuarum ibunt in splendore fulgurantis hasta tua*. fulgura, & fulmina sunt lucentes sagittæ, & fulgurās hasta. Nam cū de cœlo dimicat Deus contra genus mortaliū, non aliis sagittis, aut jaculis, quam fulminibus, fulguribus, tonitruis, grandine, pluviis utitur; quæ omnia sagittas esse si nubes arcus sint, dubium esse nō potest.

2. Fulmina sagittæ Dei. Psal. 17. 15. Ps. 7. 14. Ps. 119. 4. Habac. 3. 11. Deus de cœlo dimicans quo arcu, & quibus sagittis.

nubes autem arcum esse Sapiencia docet. 5. Pugnabit cū illo orbis terrarū contra insensatos. ibunt directæ emissiones fulgurum, & tabulæ à benè curvato arcu nubiū exterminabuntur, & ad certū locum insilient, quoniam verò erant etiam majora quædam tormenta, ex quibus aut sagittæ, aut magna vis lapidū longius ejaculabatur, addit Sapiencia. Et à petrosa ira plena mittentur grandines. aliquādo enim Deus diu vibrato telo aliquem colimat, aliquādo quemcunque, ut obvium habet, sine ullo discrimine missilium grādine obruit. videlicet, cū aut privatum aliquē hominē insigni aliquo supplicio afficit; aut cū publica clade, & cōmuni supplicio plerōsq; corripit. Ergo peculiaritè se clade petiturum, affectūq; graviori supplicio, quàm ullū mortaliū, nūc cōqueritur. verū existimo hīc Dei sagittas non tā dici fulmina, quàm balistarū & arcuū spicula. his enim convenit in scopo esse, atq; in figi; qua ratione ait, *Sagitta Domini in me sunt*. ut statim dicemus; tū etiam ebibito sanguine inebriari. Alii per Hebraismū sagittas Dei dici existimāt acutissimas, immanes: ideòq; alii vertunt *Sagitta fortes*. Sed hoc loco minus congruit, cū (epè tribuat Deo personam contra se pugnantis arcu, sagittis, lancea, gladio &c.

In me sunt. Iuxta lectionē Septuan. *Sagittas Domini in corpore meo sunt*. Olympio. Polychr. sic explicat, *Solus ipse novi, qui plagas à Deo inflatas meo excepi corpore*. vos philosophamini in meis ærumnis liberius, & benè valētes importuna mihi cōsilia suggeritis. Verū existimo sagittas dici esse in aliquo, cū penitus defixæ sunt; nam hęc gravissimū dolorem efficiunt. sicut Eccl. 19. in exemplū acerrimi doloris dicitur, *Sagitta infixa in femore carnis* (id est, quæ altè demersa in femore, quod carne abundat, acriter excruciat, donec extrahatur) *Sic verbum in corde stulti*. quàm doloris sævitiā nondum exēpto jaculo expressit in Hercule Oetæo Seneca.

Clamore complet, qualis impressa fugax, Taurus bipenne, vulnus & relum ferens Delubra vasto tropida mugitu replet. Non dissimile id Ovidii in eundem Herculem, eandemque rem. Pæque altam saucius Oeten Haud aliter graditur, quam si venabula taurus

Sap. 5. 21

Vatabl.

3 LXX

Olympiod Polychron.

Quid sit sagitta s esse jaliquo.

Eccles. 19. 12

Infixa sagitta acerbitissima.

Senec. Act. 3 in Hercule Oet. 20.

Ovid. 9. Me.

L 3

Corpore

Corpore fixa ferat, factique refugerit auctor.
Indicat etiam spirulorum, & sagittarum
defixio magnam contententis arcum et
que jaculantis robur; ex qua re fortissi-
mos Saulem atque Ioanathan oratione
illa funebri commendavit David. *sagitta
Ioanatha nunquam rediit retrorsum, & gla-
dius Saul non est reversus inanis.* id est; tanta
vi jaculabatur Ioanathas, ut sagittæ, etiã
eum contingerent armatos hostes, non
reverterentur retrorsum, neque resileret,
sed penitus illorum corpora penetraret,
neque unquam Saul strictum gladium ad-
egit in hostem, quin gravissime vulnera-
ret. Ergo dicat Iob; Potentissimus Deus
suis me sagittis confixit, quæ *in me sunt*
omnes, ac neque una reversa est retror-
sum, nulla resiliit; & cum nulla extracta
sit, doleo incredibiliter defixis adhuc
spiculis. Quid, si etiam conqueritur nul-
lam sibi medelam, adhiberi, cum adhuc
* *sagitte in eo sunt*; hæreantq; in intimo nõ
dum extractæ assulæ, & aculei sevissimi;
& curationis initium, non nisi extractis
sagittis fieri possit? Illud etiam ad dolo-
ris & vulnerum amplificationem perti-
net, ut dicat, adhuc recentibus vulneri-
bus, & veluti tunc recens infixis sagittis
excruciari, neque tempore melius habere.
Simile quid ille quoq; lamentabatur.

*Qua q; mora, spatioque suo coitura putavi
Vulnera, nõ aliter quã modo facta dolent.
Scilicet exiguis prodest annosa vetustas;
Grandibus accedunt tempore dâna malis.*

Quarum indignatio. Quidam sagittarum
indignationem existimant esse illarum mul-
titudinem atque frequentiam, quæ inter-
pretatio unde fumi potuerit, non video.
Originalis vox deducitur à radice; *Cha-
mam*, quod est calefieri, aut incallescere.
significat ergo æstum, & ardorem: quare
sumitur pro indignatione, & ira, quæ cum
ardore sanguinis conjuncta est: Septuag.
furorem vertunt. Tygurina *ferrorem*. Pagni-
nus, *Vatabl. Regia venenum*; quod draco-
nes inflammari & irati ardens venenum
spuere soleant: aut quod venenum infla-
met & urat, quo solent sagittarum cuspides
tingi, præsertim ab indignantibus, se-
vientibusque hostibus. Hæc igitur erit
sagittarum indignatio, aut furor pharetræ;
quod sit venenatis grãvida sagittis. Sic
Psal. 51. *Furor illis* (Hebraicè, arbor, virus
urens) *secundum similitudinem serpentis.* at-
que eadem vox Psalm. 13. *Venenum aspi-*

dum sub labiis eorum. Non dissimilem ar-
dentis, urentisque veneni flammam ille
mortifera veste irretitus Hercules Aete
conqueritur.

*Eheu quis intus scorpio, quis servida
Plaga reversus cancer infixus meas
Vrit medullas? Sanguinis quondam capax
Tumidi secur pulmonis arentis fibras
Distendit: ardet felle siccato jecur,
Totumque lentus sanguinem avexit vapor.
Exedit arvens penitus, & totas malum
Haut medullas, ostibus vacuis sedet.*

Ebibit spiritum. Græci cum Septuaginta
legunt *sanguinem*, & potest quidam cum
spiritu convenire; nam *anima*, aut spiritus
viventis dicitur *esse in sanguine*, quasi di-
cat; Eliciunt, exhauriunt sanguinem. Va-
tabl. *spiritam* accipit pro vitali facultate, si-
cut etiam accipitur Genes. 6. *Omnis caro,
in qua est spiritus vitæ.* id est, vitalis facultas
aut vita animalis, quasi dicat; Vulnera sin-
gula mortifera sunt. Divus Thomas pro
respiratione; quæ etiam spiritus accep-
tio frequens est in sacris, quasi dicat; Tot
cõfossus vulneribus vix respirare valeo.
eodem ferè pertinet; quod in hoc loco
addunt Septuaginta. *Cum incæpero, loqui sti-
mulant me.* Polichron. *indignationem* dicit
peracerbum dolorem, qui acutis quasi
stimulis confodiens, haud ei orationis po-
testatem faciat. Sic pereo; nam inspiratũ
aerem, & conceptum ore, naribusque spi-
ritum, non iterum ore & naribus, sed con-
ciso pectore, apertisq; vulneribus exspi-
ro. in huc ferè sensum de Ioseph. dicitur
Psal. 104. *Ferrum pertransit animam ejus,* spiri-
tum, animam vitale spiradi facultatẽ pro-
hibebat, gulã ipsam, quæ est anima, & spi-
ritus instrumentũ comprimibat. Si verò
spiritus accipiatur pro viribus, robore, ef-
ficacitate, ut Isai. 31. *Aegyptus homo* (imbe-
cillus) *& non Deus* (fortis) *caro* (mera infir-
mitas) *& nõ spiritus* (robur efficacitas) sen-
sus erit; Mei dolores me prorsus enervat
atq; exhausto robore dejiciunt: nihil in
me firmum, nihil integrum relinquunt.

Quod si quis tãdem velit, *spiritũ* hoc lo-
co sumi pro mète, iudicio, animo, internis
q; viribus, sensus erit, corporis dolore, ul-
cerũq; virus in animũ incredibiliter red-
dũ dare. quadrat omnia. tanta est sacrarũ
Litterarũ in singulis vocibus fecũditas!
Sed ille reliquis sensibus præstat, qui *spiri-
tũ* pro sanguine accipit, sic exigente ver-
bo bibendi, ut jam explicabimus.

Senec. Act. 4

LXX Spiritus pro sanguine

Vatablus Spiritus pro vitali facultate. Genes 6. 17

D. Thom. Spiritus pro respiratione

LXX Polychr.

Psal. 104. 18.

Spiritus pro vi & robore

Isai. 31. 6.

Spiritus pro mente & iudicio

Est

2. Reg. 1. 22

*Aũ todavia tengo dẽtro las puntas y las astillas de los passadores, y no se a comẽça do mi curatiõ tomado la sangre

Oni. 5. de Tri. eleg. 2

4 Asturica

Indignatio quid

ⲙⲙⲛ

LXX Tygurina Pagninus Vatablus Regia

Psal. 57. 5

Psal. 13. 3

6
Vinum san-
guini simile
Vinũ rubeũ
in Palestina.

Gen. 49. 11.

ⲡⲓⲱ

Isai. 5. 2
Ierem. 2. 25
Deut. 32. 14
Ierem. 5. 14

ⲙⲛ

Genes. 49. 11

Celestina quid.

Apo. 14. 15

Cedẽs homi-
nũ vindemia

Deut. 32. 41

7
Terror de ab-
sentibus ma-
lis, & etiam
de presentib;

Est ergo norandum, sanguinem refer-
re vinũ, quod in illa Palestina regione
frequentissimè rubrum est, vel quod ru-
brum optimum & generosissimum habe-
tur, unde sanguis provino; potus pro san-
guine, commutatis vocibus, atque nomi-
nibus dicuntur. Genes. 49. *Lavabit in vino
stolam suam, & in sanguine uvæ pallium suum.*
loquebatur autem de vite optima, quæ in
originali dicitur vitis, *Sorea*, & à Vulgato
vertitur *Vinea electa*, Isai. 5. 2. & Ierem. 2.
præterea Deut. 32. *Sanguinẽ uvæ biberent me-
racissimum.* & quidem hoc vinum meracũ
aut generosum, quod tum hic, tum Psal.
74. & Isai. 27. scribitur, *Rubeum* ab aliis ver-
titur, aut *Ruboris*. in Hebræo autem simpli-
ci voce dicitur *Chemer*. Ierem. 51. à radice
Chamar, quod, ut R. Mardoch. ait, signifi-
cat rubescere; quãvis ea significatio nõ
agnoscatur à Vulgato. vinum autem opti-
mum Rubeum esse, & in Palestina fre-
quens, indicatur Genes. 49. *Rubicundio-
res oculi ejus præ vino.* sic enim alii le-
gunt, quod nos *Pulchriores*. Onchelus.
Rubicundi erunt montes ejus in vineis ejus.
& è converso sæpè strages, & huma-
ni sanguinis profusio, uvarum conculca-
tioni, & vindimæ comparatur. Sic Iere-
mi. 51. illa hostium inter se cohortatio ad
profundendum humanum sanguinem,
Celestina, dicitur. est autem *Celestina*, can-
tũ ille, quo uvarum calcatares in torcu-
lari se cohortari solent ad laborem. & A-
po. 14. angelo habentũ *falgem*. acutam
dicitur est. *Mitte falgem tuam acutam, & vin-
demia vitros vineæ terræ, quoniam natura sunt
uvæ vitis; & misit angelus falcem suam acutam
in terram, & vindemavit vineam terræ, & misit
in lacum iræ Dei magnum, & calcatus est lacus
extra civitatem, & exiit sanguis de lacu usque
ad frenos equorum &c.* Hunc ergo potum ru-
brum sicuti ardentes illæ sagittæ; hoc
inebriantur, & madent, sicut Scriptum est
Inebriabo sagittas meas sanguine. sic ebriant spi-
ritus. *Et terrores ejus.* Plerique; Non solum
presentibus præmar, sed metu futuro-
rum ex crucior, & terroret, nõlla spe bo-
norum levor. Alii; & quidem commo-
de, de presentibus doloribus, & agribu-
dinibus intelligunt, quæ in credibili sua
magnitudine terrores præmarerent; Terri-
bilis clades, horribilis, & miser casus; cal-
amitas, quam absente caritate, quæ præ-
sens aspectu, & sententia credibilis doloris

terreat; quæ terribilem; horrendũque
reddat hominem cunctis spectantibus; si-
cut David dicebat *se prodigium factum*, at-
que terribile spectaculum mundo propo-
situm. vox eadem ad res præsentis accõ-
modari solet; & exagitationem quandam
affert in præsentia alicujus rei, ex quã ali-
quid præterea mali timeatur, ut Hester. 7.
ab eadem radice dicitur. *Illicd obstupuit,
vultum Regis ac Reginae ferre non sustinens.* an
verò commode referatur ab aliis ad con-
scientiæ quosdam terrores, & scrupulos,
diximus. c. 3.

Militant contra me. Verbum militandi,
quod in fonte est *Chiarac*, significat etiam
disponere, aut ordinare, unde Cæseranus
legens; *Terrores Eloha ordinabunt me.* existi-
mat insinuare, quod non est absorptus
spiritus ejus passionibus, nec desperatus
sed inter suas passiones, atque Dei timo-
rem ita constitutus, atque dispositus, ut
Dei rationem habeat, atque irreprehensi-
biliter loquatur. sed mirum, quã sint
hec à proprietate ordinandi aliena. est enim
illa ordinatio militaris, cum ordine quo-
dam instruitur acies, & milites dispositi
suis locis parantur ad pugnam. quare eadẽ
voce dicitur Ioc. 2. *Populus fortis præpara-
tus* (ordinatus, dispositus) *ad prælium*, &c. I.
Reg. 17. *Direxerat* (ordinaverat) *Israel
aciem*, & *Philistim ex adverso fuerant præpa-
rati.* & Psalm. 49. *Arguam te, & struam* (or-
dinabo, disponam, instruam) *acelerum tuo-
rum aciem* contra faciem tuam. Ergo ait
Iob; Præmor undique obsidentibus me
malis instructa acie acerrimi me dolores
invadunt; terribiles cruciatus meas vires
namque expugnant. Deus hujus exerci-
tus movendi, & instruendũ adversum me
aciei imperator; & auctor.

V. Numquid rugeat Onager, cum
habuerit herbã? Aut mugiet bos,
cum ante præsepe plenum steterit?
VI. Aut poterit comedi insulsus,
quod non est salo conditum? Aut
potest aliquis gustare, quod gusta-
tum, affert mortem?
VII. Quæ prius volebat tangere ani-
ma mea, nũc præ angustia cibi mei
sunt.

Psal. 70. 7.

Hester. 7. 6

8
ⲓⲱ

Militat e. idẽ
quod dispo-
nere, & ordi-
nare.

Cæseranus

Ordinatio
militaris

Ioc. 1. 5

I. Reg. 17. 21

Psal. 49. 21

1. *Varia expositiones, & rationes contextus, elogiatur optima.*
 2. *Onager in Hebraeo, illius feritas, velocitas, & alia nota ex prophanis.*
 3. *Onager libertatis indomita symbolum, quoad ex sacris.*
 4. *Idem famis, & stis impatiens, multa ex prophanis. Cornelii Taciti medicissimi historiographi fabula. Illustratus locus Iudicum, piscis asinus, notati gulosi.*
 5. *Quid bos in sacro sermone quod illorum pabulo*

6. *Quid insulsum. Consilia & corruptio neque nimium salsa, neque insulsa, de sale multa. Insulsi quidam sapientes notati.*
 7. *Molestia insulsa, salpatrias & fugalitatis symbolum.*
 8. *Hebraea examin. rursus de sale, & de ovo quadam.*
 9. *Correctio Vaticana, illustratus Salomon.*
 10. *Anima in sacro sermone, de fame Iobi quadam, expensa lectio Graecorum.*

I

Prima expositio.

Non est facilis veri sensus, germaniq; contextus horum versiculorum explicatio. Sed omnino duplex, aut triplex esse poterit. Primum enim quidam hæc referunt ad famem, & cibi indigentiam; qua si diceret; Si alii dolores à me suspitia, & lamenta non extorquerent, certè sola famemes clamare cogeret. neque id mihi vitio tribuendum, quòd famescètibz brutis condonatur, onagro & bovi; si verò post suspiria, atque clamores, aliquid tantem cibi mihi affertur, tam est insulsum, inconditus, amarus, frigidus, ut etiam famescenti homini stomachum moveat quòd si stimulante fame, illa etiam fume re cogor, ad quæ quondam nauseabam, vix necessarius. cibis mihi suppetit. Sed sensus humilior est, quàm hominem deceat gravioribus aliis malis exagitatam. Græci non famem solum, sed cuxuscumque rei necessaria inopiam, & extremas alias erumnas adjungunt.

Secunda expositio.

Secundò alii; Non frustra conqueror; nam in omnium animantium natura positum est, ut si famescant, aut aliquid mali patiatur, inarticulatis & rudibus vocibus id significant. Ego verò tam graviter doleo, ut non clamare solum cogar, sed etiam mortem expetere, quæ certè est mortalibus cibis insulsumissimus, atque amarissimus. quis ergo mihi det, ut veniat petitio mea &c. Secunda hujus interpretationis pars durior mihi videretur, & parum congruè.

Lenior contextus.

Tertiò; lenior decursus hujusmodi; Mala, & ægritudines, vocè gemitum; que rimoniam eliciunt, etiam ex brutis; neque solum mala gravissima, sed etiam illa, quæ leviora sunt, nam cum quis incidit in cibum insulsum, aut amarum, veneno ve infectum, subito clamore conqueritur, atq;

gestu, & gemitu illum averfatur; nisi forte dira illum fames compellat ad sumenda amara pro dulcibus. Me verò miserimum, quui gravissimè laboranti non licet per vos clamare, neque lamentari, cù ejusmodi nunc acerbissimis doloribus & ærumnis amarissimis pascat, quas quòdam valens fastidiebam vehementer. Scio Græcos non contexere omnes hos versiculos in unam sententiam; sed id observabimus, cum ad singulos ventum fuerit.

Uers. V.

Numquid rugiet onager. Pro onagro est in fonte, Pherè, fera, jumentum sylvestre, bestia agri, quæcumque illa sit, nò cicut, neque domestica, sed fera sylvestris. quo nomine Esau vir gnarus venandi, & homo agricola, vel; ut Onchelus vertit, oberrans in agris, dicitur Genes. 16. ferus homo, id est, sylvestris, ut Onager; atque asfuetus in solitudine, & campo. Latinus interpretes Onagram vertit, aut quòd inter feras sylvestres Onager sit notissimus; aut verò quòd existimavit interpret. originale nomen esse speciale, propterea quæ speciali Latino nomine reddendum esse, atque Onagro respondere. neque verò omnino constat cujusmodi animal onager sit; sonat tamèn asinum sylvestrem, & asinorum quidem greges ferorum Asia fert, & Africa, auctore Plinio. Onagri tamen feritas indomità non est; nam, ut M. Varro testatur, Onager ad feminatorem idoneus est, quòd è fero facile mansuetus, & è mæsuetò nunquam rursus ferus fiat. Feritate etiam testatur, aut potius sylvestrem naturà, quòd non nisi venatu capiatur. quare Virgilius, ubi venaticos præcipit alendos canes, ad Onagram prædam faciendà valere dicit.

Sapè etiam cursu timidus agitabis onagros. Et quidè pollet Onager velocitate, sicut pleràque timida. Sed timet in primis leonè, qui illius carnibus gaudet, ex Eccles. 13. c. Venatio leonis Onager in eremo, sic & pacua divitum sunt pauperes. de qua re Albert. Leo onagri odit, & venatur. Peculiares hujus animalis notè ex Oppia. hæ sunt; Bene ungularis, id est, fortis, & robusta; ungulae, & expeditus; Bona & moderato corpore; venustus, & pulcher aspectu; Cursorius, id est, ad currendum propensissimus; Argentei, aut plumbei coloris. Hebræi mulos appellat

2
 N79
 Onager cujusmodi animal.
 Gen. 16. 72

Asia & Africa ferunt asinos sylvestres.
 Pl. lib. 8. c. 15
 M. Varro.

Verq. 3. Geor.

Onagrorum velocitas.
 Onagros venatur Leo.

Onagrorum nota.
 Albert. de animalib.
 Oppianus
 Onagri feritas nò est indomit a.

Mulis Onagri affines.
 Muli Syriae velocissimi.
 Plinius.
 Asian. ex acceptione Gyllii Volaterrani.

3
 Onager libertatis symbolum.
 Tob. 11. 12.

Jerem. 2. 14.

* Relincha quando auda en celos.

* No ay que le alcance por pies, quando corre tras sus que res.

Albertus lib. 22. de animal.

* Esta muy sobre si, y muy hecho à su voluntad.

4
 Onagram rudere deficienter pabulo.
 Jerem. 14. 6.

Oppianus ex acceptione Gyllii.

Psal. 103. 11.

Pheredim, proximo nomine, quos cum celeritate prestare certum sit, tū ex sacris, tum ex prophanis, fortè erunt, quos Aristot. scribit mulos Syriae peculiare, celeritate præstantes, nec steriles sed sui generis. atque hi ipsi erunt, quos Plinius scribit lib. 8. cap. 44. Generantur ex equa & Onagris mansuetis mulae veloces in cursu, duritia eximia pedum, verum strigoso corpore, indomito animo, sed generoso, nam quod de Onagris Indicis alii scribunt, præsertim Aelianus, & Volaterranus, potius in unicornem quadrant, quàm in nostrum Onagram.

Sed quæ de Onagro ex sacris colligere possumus ad rem nostram, hæc sunt. Primum quidem id nomen affert in sacris libertatem quandam, quæ velit pro libertate agere & discurrere. & indicatur infra. cap. 11. Tanquam pullum Onagri se liberum natum putat. vide etiam cap. 39. atque ea effrenatè cupiditatis procacitas indicatur. Jerem. 2. Onager assuetus in solitudine in desiderio anima sua attraxit ventum amoris sui nullus avertet eam. Nani dicunt libidine ardentem summa montium fastigia conscendere, ad captandam auram; refrigerandumque ardorem libidinis. Sic scribit Albertus. Hoseæ. 8. Onager solitarius sibi Ephraim. Ergo argumentatur Iob à minori; Etiam animantia bruta, quæ nulla ducuntur ratione, sed impetu quodam effrenati appetitus feruntur, prociacia, atque indomita; non rugiunt, aut rudunt, nisi ex causa necessaria stimulo & sensu; Ergo nec sine causa ego conquerar; neque frustra ingemiscam.

Sed præterea indicatur quidè hoc loco, Onagram rudere deficienter necessario pabulo. id quod elarius docet. Jerem. 14. Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum (rugitus attractio vento, magnaq; rursus vi reddito fit) quasi dracones, & defecerunt oculi eorum, quia non erat herba. est enim eodem modo accipiendum, sicut id: In desiderio anima sua attraxit ventum amoris sui. non tam quòd ventum caperet, unde famellam investigare possit, quàm quòd famellam quæritans rudat. Quòd autem herbam deficeret, ex Oppiano; Petrus Gyllius explicat; Onagri pastu aluntur herbarum, quas ubertim fundit terra. Neque solum famis, sed sitis quandoque impatiens esse, docemur Psalm. 104. Qui emittit fontes in convallibus, inter medium montium per-

transibunt aqua; potabunt omnes bestie agri, expectabunt Onagri in siti sua. quam certè læpè pati necesse est, cum in calidis, siccisque tantum regionibus reperiat. Cum quo illa potest facere, quàm Cornelius Tacitus fabulam fingit li. 21. Iudæorum res scribens, aut potius peregrinationem in deserto. Nihil (inquit) aque, quam inopia aqua fatigabat, jamque haud procul exitio totis campis procubuerant, cum grex asinorum aggressum è pastu in rupem nemore opacam concessit. Sequitur Moyses conjectura herbidi soli largas aquarum venas aperit. quod mendacium apud prophanos scriptores invaluisse ex Plutarcho quoque constat li. 14. convivialium questionum q. 5. quæ est ejusmodi. Vtrum Iudæi, quod venerentur suam, an quòd ab eo abhorreant, abstinent se ejus carne, nec careret ratione, quòd sicut Asinū, qui eis aqua fontem ostendit, colunt, sic porcum venerentur, seminis, & arationis doctorem. Et paulò inferioris: A lepore temperant, quòd asini, quem maxima & osculta religione colunt, sit hoc animal simillimum. nam color, aures, oculi supplices, tristisque, mirè asinum referunt. Indeque gentes Christianis impingebant, quòd caput asinini colerent: ut scribit Tertul. adversus Gent. in hæc verba. Cornelius Tacitus superstitionem hujusmodi inseruit. Is enim Iudæos Aegypto expeditos, sive, ut putavit, extorres, in vastis Arabia locis aquarum egentissimis, cum siti macerarentur, Onagris, qui fortè de pastu, potum petitori estimabantur, indicibus fontibus usos: ob eam gratiam, consimilem bestia superficem consecraste, atque ita inde opinor propinquos eidem simulacro initiari. Sed Cornelium Tacitum mendaciorum loquacissimum ostendit eo loco Tertullianus. pleneque hujus mendacii convincit. similiterque illum imitatus Minutius felix in Octavio, cujus quoque rei meminit Iosephus lib. 2. contra Appionem, atque facere respondet; Sunt apud nos asini, quod apud alios sapientes viros, onera imposta portantes. & nonnulla alia in hanc rem Petrus Crinit. lib. 1. de honesta discipl. cap. 9. An verò cum hac asinorum siti historia consentiat Iudic. 15. cum Samson sitiens valdè, propaque enectus, postquàm asini mandibula illa prostrasset Philistheos, obtinuit à Deo ex illa ipsa mandibula asini, qui sitis impatiensissimus esse solet; potum copiosum, remedium è re proxima & cum sibi cognata, aut po-

Onager feris, & famis impatiens.
 Corn. Tacit.

Plut.

Tert. adversus gentes. cap. 16.

Corn Tac. mendacissimus.

Min. Felix. Iosephus.

Petrus Crinit

titus contraria praestante Deo? Certè sic videtur; sic enim legimus: *Aperuit itaq; Dominus molarem dentem in maxilla asini, & egressa sunt ex eo aqua, quibus hausit, refocillavit spiritum, & vires recepit: idcirco appellatum est, nomen loci illius, Fontis invocantis de maxilla.* A fame quoque, & aviditate cibi dictum videtur, quod ex Arist. affert. Clemens Alexand. lib. 2. Pedag. cap. 1. piscè, qui asinus dicitur, solum ex aliis animalibus habere cor in ventre. hunc Epicharmus comicus, vocavit *Ectrapelogastrò*, hoc est, qui à communi ventris consuetudine discedit. talisque illos esse homines, qui in ventrem crediderunt, quorù ut Apost. ait: *Deus venter est.* Quod verò de ruditu fame instigante dicitur, commune quidè multis animalibus est, ut fame sententia ul lullent, lupo, leoni, aliisque similibus. Sed illud Isidorus scribit peculiare Onagro, æquinoctio verno, vel vigesima quinta die Martii, per singulas noctis, & diei horas semel rugire, & inde æquinoctiù cognoscitur: itèque terram pedibus terere, & fodere, atq; inde ad frugum, & fugam provocari.

Aut mugiet bos. Cajet. nomine bovis, intelligit significari animal domesticum, & favet nomen praesepis, quod deinde subjungitur, quasi dicat; Omnibus animantibus tam sylvestribus, quam domesticis naturale est, &c. Sed certè hoc extenuaret orationem. Nomen ergo bovis, non significat executum, sed taurum atque vaccam comprehendit. in Hebræo, dicitur (*Sor*) in Kaldæo, *Thor*; unde Latini, taurum, nos, *toro*, vocamus. atque hæc est bovis significatio in sacris frequens, ut cum de divite dicitur: *Habebat, oves, & boves.* atque cum in Scriptura dicitur, immolari bos, non de castrato, sed de tauro intelligendum, juxta legem Levit. 22. de non offerendo animali executo.

Præsepe autem hoc loco non est stabulum, aut certus aliquis locus, in quo pabulum bobus porrigatur; sed quicumque locus pascuæ. in Hebræo enim pro *præsepi pleno*, est pabulum, & eadem vox Isa. 3. redditur, *migma*. *Tauri tui, & pulli asinorum, qui operantur terram, commistū migma comedent, sicut in arca ventilatū est.* intelligit fruges; nam boves herba, aut viridi; aut sic ea, aut frugibus pascuntur. Ait ergo; Non audit fatur Onager; neq; mugit benè pascus bos.

Aut potest comedi insulsum. Grani salis defectum sentit natura palati; quid ni ego tot mala tam acerba, tam inimica, tam insipida naturæ sentiam, nisi sensus experisim, & planè stupidus: tum etiam sensum, & acerbicatem quid ni exprimam, atque qua possim ratione significem? Septuag. & Græci, ad verba, & consilia Eliphaz referunt, quæ quòd prudentiæ sale condita non fuissent, Iobi stomacho, grata esse non poterant. Sic illi legunt: *Numquid potest sine sale edi panis, aut est sapor in sermonibus vanitatis? Quemadmodum enim (inquit Olympiod) panis, cum nihil est salis ad persum, edi nequit; sic jejuni, inanisque sermones à ratione & probabilitate remoti persuadere audientium animis non possunt. saporem enim, vim persuadendi appellavit.* Isidorus verò; sales aspergendos in sermonibus Paræneticis, dicit esse testimonia è divinis de præpta voluminibus. Illud etiam addit, temperantè in oratione sal adhibendum, ut & grata sit, & in audientium animos influat; nam sal nimium, acerrimum est, & urit, atque amaritudinem efficit. Igitur amicorum correptiones, & exhortationes neque frigida & languida; neque nimium acres, aut mordaces sunt; juxta proverbium, quòd à Plutarcho inter conviviales quæstiones refertur. *sale & cinimino tenuis amici.* Si autem nimium falsa verba sint, exacerbant audientem, agrum præfertim, peritque dulcedo amicitiae, & saluberrimorum consiliorum: non enim ut Iacobus dixit: *Potest eodem ore, fons amaram simul, & dulcem aquam proferre. neque salis dulcem facere.* Quare non solum qui in ærumina aliqua est, *sale, & oleum coemere oportet:* ut Arist. in Rhetoricis dixit, ut, salis acrimoniam, & fortissimè acerbicatem temperet, & leniat honestis actionibus; verum multò majori jure, qui medici officium obit, salis oleum addere oportet, ne plus satis erodat; aut mordeat ægotantis animum: neque, ut ille dixit: *Multo sale defruet vitia.* Verum quod hic nimium falsum id est; acerba, & acra in reprehendendo diximus; Iob *insulsum* appellare videtur, quòd salis temperamentum non habeat; neque enim nimium falsa minus ingrata sunt stomacho, quam insulsa. Est autem hoc loco *Taphal*, quod debito temperamento, & condimento non constat, de qua voce supra diximus. Sunt enim litterati quidam, qui hos Iobi amicos, sa-

6
LXX.
Insulsa cõsilia
Olympiod.
Isidorus.
Sal quid significet.
Qualis futura sit correptio.
Proverbium.
Plutarch.
Iacobi 3. 11
Aristot.
Horat. in ser. Saty. 10.
Sapientia
vid. c. 1. ver. 22

pietia sibi laudem arrogantes imitentur, quibus salitudo non inest, sed velut marini pisces: salugini semper innutriti; & inatates; sale tamè indigēt, ut edi possint. ita hi sapientiæ studiis immersi ad quotidianum cõvictum, & proximorum res, animosque curados extracti, & vocati veluti sal evanidum insulsi omnino: & facti sunt; vilissimique proinde à cæteris fiunt, propèque *ejriuntur foras; & conculantur ab hominibus;* nam corrigendis & instituendis hominù moribus inutiles censentur. Quod de se quoque Hecæbõlius sophista publicè aliquãdo professus est. *Nam, ut refert Nicephorus Callistus, se humi prostravit ante templi vestibulum, atque exclamavit, proclamate me. sale insensibilem.* Ergo doctrina atque sapientia, sine prudentia & sale, insulsa est, & plerumque inutilis; at *sale, & sole nihil utilius,* ut est in Proverbio; & adducitur à Plinio lib. 31. cap. 9. quare suos illos perfectos sapientes atque doctores Christus Iesus *Salem & lucè* appellat. Sed illud præfertim ad hos vitæ magistros pertinet, ut agrorum mentium palatum irritent, audientiam faciant, aviditatem excitent. ea est enim significatio salis. quare macilentis, & qui cibum non sentiunt, præscribèbat Appollonius, salifamenta atque subsalsa, ut Plutarchus refert, in ea quæstione naturali: *Quare pecori subjicitur pastores sale.*

Sed fortè non tam ad amicorum fatua & insulsa consilia hoc pertinet; quàm ad insulsa & insipida rerum molestissimorum naturam, quas sine solatio aliquo ægrè perferre potest homo. quasi dicat; Quæ acerba sunt, & naturæ inimica, veluti insulsa, quæ ventriculus fastidit (sunt enim ad nutriendam inutilia) edi commodè non possunt sine solatio aliquo, & salis grano; imò sicut sal propter cõdienda & temperanda alimenta insipida factum est, ita in hujusmodi maximis calamitatibus: & miserandis casibus tenendis, & temperandis, solatium aliquod requiritur; quod iniquè à vobis mihi denegatur; atque multò iniquius, meis à me vocibus & lamentationibus quæri prohibetur. Præfertim; cum non superfluas voluptates, sed necessarium tantum, mearum ærumnarum cõdimentum expetam. Sal enim tenuissimum, maximèq; necessarium, & naturale palati irritamentum est, & paupertatis, atque frugalitatis potius,

quàm voluptatis & luxus symbolum. nam *Viritur parvo bene; cui patet annum Splendet in mensa tenui salinum.*

Indèque priorum sæculorum frugalitatem omnis luxus expertem Varro, & Plin. testatam esse voluerunt, quòd veteres pulmentarii vice sale usi fuerunt, estimantque sale cum pane & caseo. cum quo sensu facere etiam possunt quæ sequuntur.

Aut potest aliquis gustare. Hebræa, Græca, Latina hac in parte valde dissentiunt. juxta Hebræum R. David, R. Levi, Pagninus, Regia, Kaldæus, & alii Hebraizantes legunt; *Aut est sapor in saliva.* vel, *in albumine ovi,* aut, *vitelli.* vox enim originalis (*Rir*) propriè significat spuerè; & inde sputum, vel saliva; & *Calamuth*, crassum, vel dẽsum, à (*Chalam*) quod periti existimant esse propriè incrassari, aut cõdensari: indèq; existimant esse somnare. quæ significatio nostro interpreti familiarissima est; quòd somnia & somnus ex incrassatis vaporibus fieri soleant. Hinc sensus; Nūquid est sapor in saliva crassa, vel in albumine vitelli? nam quod liquidum & pellucidum instar salivæ in ovo est, illud est albugo; quod autem crassius, & dẽsius, est vitellus. sicut ergo albumen, aut vitellus, aut verò ovum, quantumvis per se alimentum præbeat, lacteum, temperatissimum, ad nutriendum aptissimum, atque minimè excrementosum, tamen sine sale acefcit, & movet stomachum, adeò ut sine sale ovum infaustum, atque omninosum aliquid significet; fortè etiam dæmoniacum, atque mortaliùm vitæ & incolumitati infestum & inimicum. unde apud nostrates vulgari proverbio jactatur. *Alla rays mal, donde comen el guevo sin sal.* Quam rem à maleficis strigibus desumptã esse Bernardinus Gomefius suo illo erudito de sale opere docuit: experientia quippe, & multarum lamiarum confessione compertum est, dum aliquando Demones opparam mensam instruunt suis convivis, sale nunquam apponere (non enim amicitia illa mensa est) tum etiam ova sine sale edenda proponere. cibum videlicet insulsißimum, atque ingratißimum. Ergo argumetur Iob à minori; Si nemo non est, qui in ovo lacteo per se, & delictissimo nutrimento sale, saporèque non quærat; iniquè adversum me stomachamini, qui non delicias, & cupedias, nõ

Horat. lib. 2. Carm. Ode 16.
Varro. Plin. lib. 31. cap. 7.
Vererib⁹ pulmentariu sal
8
Dissensio Hebræi, & Græci à Latino.
R. David.
R. Levi.
Pagn.
Regia.
Kaldæus.
וי
חלמות
חלם
Ovum sine sale infaustum & omninosum.
Bernardinus Gomefius.

delicatisimorum ciborum salsamenta, sed malorum meorum condimentu ali- quod requiram. Hebraeus apud Cajetanu sic legit: Numquid est sapor in saliva sanitatis? nam dicunt etiam radicē originale (Chalam) significare sanitatem, aut roboratio- nem quandam; quae cum illa crassitudine conjuncta est. at R. Mardochai, ait signi- ficare pinguedinem, deindeque vitellum ovi, quod sit pinguis, aut sanus. tota ita- que rem hanc Cajetanus refert ad tritam illam philosophiam, quod insensu intus existens prohibet extraneum: ita ut lin- gua, & gustus biliosus, & amarescens, om- nia efficiat amara, sive quae percipit, sive quae spuit: salivā autē hominis sani oportet nullum saporem habere peculiarem. Ego igitur, inquit Iob, cum aegrotē ve- hementer, atque amarissimam habeam, animam, cor, palatum, linguam; nihil mi- rum, si biliosa expuam; si amarioribus la- mentis ingemiscam, si vobis videar nihil nisi amarum & acidū evomere. nam fel- leus cum sim totus, iniquē à me requiriti- dulciora verba. illud certē requirite ab homine sano: nam non est sal, nō est ama- ror in saliva sanitatis; non est, cur qui sa- nus sit accida; acerba, biliosa proferat. Posset etiam hoc retorqueri in ipsos amicos, qui propterea quod in Iobu ma- lē affecti essēt, & plus quam expediret in- dignaretur, Iobi verba & oratio illis vi- deretur amara juxta illorum linguā ama- ritudinem. Fortē illud etiam accommo- datum, & ad vocem Hebraeam, & ad rem ipsam: ut prima vox, saliva, sumatur pro- liquore; & secunda pro sopore, aut som- no, ut sit sensus: Potest aliquis sumere li- quorem mortis, aut somni si est, morti- feram potionem. Sed Latinus interpres- vocem illam, chalamus, non pro simplici vocabulo accepit, sed pro duplici; vide- licet priorem partem deducens à radice, (Chul) quod est dolere, aut (Chalam) quod est interficere, vel venire, aut afferre do- lorem, & mortem. Secundā verò à (Muth) quod est mori. salivam verò pro gultan- di instrumento accepit, atque dilucida paraphrasi sententiā totā sapienter illu- minavit; Quis possit sine ingēti animi cō- motionē, & sensū heleborum bibere, aut sumere cicutam? imò quis venenatū po- culum delibare? Cum verò calicem mihi propinet Deus exhauriendum, mortifera, atque amarissima potione plenum, mi-

hi per vos non conquere; non ut utere li- cet, non timere, non horretē; horrificum poculum? vel, mors eō loco amaritudinem significet, ut 4. Reg. 4. propter amarissi- mas colochintidas, Mors est in olla. Morior ergo (inquit Iob) & non dolebo: non in- gemiscam? Hic praeterire non possumus (nequid de industria praeteriisse videamur) plerā- que Biblia, hanc praecedentem sententiā subnectere. Anima enim esurienti, etiam ama- ra dulcia esse videntur. quae sententia omni- no deest in Hebraeo, & Graeco; propte- reaque conjectura est ex glossa interli- neali, aut ex margine irrepisse in textū, & observarūt quidem Biblia Plantiniana in hunc locum translata esse ex cap. 27. Proverb. ubi his verbis effertur apud Se- ptuag. Vaticanos. Anima, quae in saturitate est, favis illudet: anima autem egenti etiam ama- ra dulcia videtur. quamquam Cajetanus, al- lique interpretes, esurienti legerint. Vul- gatus autem; amarum pro dulci sumet. sentē- tiam igitur hanc, ut ex eorum commen- tariis constat, hic non agnoscunt D. Hieronymus, Philippus; Beda, D. Thom. Trelmanus, Isidorus Clarius, & illam tan- dem expunxit correctio: nūc lectio Va- ticana. Sed cum illam D. Gregor. & ple- rique Latini habuerint, potuit commo- dus aliquis nexus cum reliquis reperiri; vel ut praecedentis sententiā restitūo a- liqua esset; Nemo (inquit) volet amarum sumere, nisi esuriat: esurienti enim etiā lapides dulcescunt. vel; ut conjungatur cū sequētib; Amarescūt hae mihi; sed non idē non arripio, neque non sumo tam avidē, quā si dulcissima essent; nam quae quondam fastidiebam, nunc buccis ambabus comedo, & pleno ore exorbeo. vel; Ita sum gravissimō affectus, ut jam li- benter; & avidē amarissima quaeque fume- rem, & pro dulcibus reputarem; nam me, supra omnem amaritudinem, acerbissi- ma premunt mala. Quae prius nolebat tangere anima mea. Ani- ma cum ad famem refertur; ventriculi voracitatem, edendi appetentiam, inglu- viem significat. exempla obviam Pl. 77. Cum peterent escas animabus suis. Et iterum: Misit saturitatem in animas eorum. Deut. 24. Non accipies loco pignoris inferiorem & supe- riorem molam, quia animam suam (unde victū sibi comparat; unde vivit, & comedit) ap- posuit tibi. Septua. Quia animam iste pignorat.

Mors pro a- marore. 4. Reg. 4. 9 Proverb. 27. 7. LXX. Vaticani. Cajetanus. Hierony. Philipp. Beda. D. Thom. Titel. Isid. Clari. D. Greg. IO Anima ad fa- mem relata. Plal. 77. 18 Deut. 24. 6 LXX. Ait

חלם חלם מות

Ait ergo Iob, Nauseabam ego quondam ad huiusmodi aërumnas: movebant mihi stomachum squalor, paupertas, vilior ci- cibis, ulcera, sanies, vermes. nūc verò his ipsis abundē pascor. atq; huc vocari po- test Pagninus, & aliorum Hebraizantium ex fonte lectio. Quae prius renuebat anima mea tangere, sunt * veluti agritudines carnis meae. Alii quoque sensus indicatur à Va- tablo; Quae quondam horrebam, jam mihi tam intimē adherent, sicut cibus in ipsa viscera indi- ditus, & sicut ipsa agritudines, quae viscera mea occupant: vel exaggerat quidem suos do- lores hac ratione; Vix mihi persuadere potuisse, parē me existere posse his malis & quotidianis cruciatibus perferendis; ut jam videri possim mihi ipsi delicatē vixisse, cum nunquam delicias consecra- tus fuerim. Quod si etiam ad insulsiore amicos sermones respiciat; Audire nūc cogor, atque devorare importuna consi- lia, quae quondam sanum, delicatissimum meum palatum profectō fastidiret. quā- quam hic sensus omnino displiceat, Gre- gorio. Absit (inquit) ut vir sanctus aliquā- do amicorum suorū dicta despexerit, qui & ser- vis humilis fuit. Philippus è contra ad sua ipsius verba; Quae nunc loquor, quondā non auderem neque ore contingere, ac ne cogitare quidem; sed illa nunc à me doloris vis extorquet. denique D. Tho. & Clarius, de morte accipiunt, ut cohæ- reat cum sequentibus; Quondam de mo- riendo non cogitabam, cum tranquilla & jucunda vita fruerer, sed nunc præ angus- tia, nihil nisi mortē cogito. nam is est tri- bulationis effectus, ut vitam hanc reddat nobis infensam, atque de meliori alia cō- sequenda, deque bono mortis cogitatio- nem nobis injiciat. nūquam enim de re- linquenda Aegypto, & quaerenda terra promissionis cogitassent Israelitae, nisi vexati ab Aegyptiis, atque Pharaonis ty- rannidem experti. Secus ii, cum quibus benē agitur, de quibus Scriptum est: Non est respectus morti eorū (Hieron. Non cogitant de morte sua) & (quia) firmamentum (non est) in plaga eorum. id est, quia nec valdē lon- gis, neque valde acerbis malis afficiūtur. Alii juxta Hebraeum priorem partem absolutē referunt ad praecedentia; Renuit tangere anima mea; deinde verò secundā, nunc angustia cibi mei sunt. Sept. sic legunt: Non potest cessare ira mea (Augustin. anima mea) factorem enim video escas meas, sicut est

odor Leonis. Ambrosius hanc lectionē ha- bet. Non potest enim mea quiescere anima. Ecce- torem namque video cibaria mea, sicut odorem leonis. Quod sic explicat Chryf. Vel cum Iobus cruciaretur fame, vellētque cibum sumere, ita defluente sanie, & balitu fetido, qui è corpore mittebatur, cibum insici, ut omnino nihil gu- stare posset. Rectē verò leonis odoris men- tio fit, nam, ut Chrysofost. ait: Terri est odoris bellua haec, & cum sit natura insatiabilis, alia quadam ratione etiam fecit Deus cateris bestis flagitiosiores, Ferunt etiam huius ipsius bestiae reliquias, à cateris animatibus respui omnino, ob gravem in eas inspiratum odorem, qui ex il- lius corpore exhalatur. Cujus rei auctores quoque sunt Aristot. Plinius, & Aelianus. sed Plinius praesertim lib. II. ca. 53. de animalium halitu differens; Anima inquit Leonis virus grave, Vrsi pestilens. Contacta ha- litu ejus nulla fera attingit: citiusque putrescūt afflata reliquias. Hinc illud apud Plaut. Ut ego hunc proteram leonem Getulum olentem edentulum. Hanc quoque causam quidā assignant, quod ipse leo nunquā redeat ad id, quod ex praeda reliquit. licet veriore assignet Philostratus, quod videlicet propter su- perbiam dedignetur reliquias attingere, qui possit novam, & integram praeda- rursus venari. Iulianus quoque in Catena huiusce rei causam non in morbo solūm, sed improbi etiam Dæmonis opera con- stituisse existimat. Hic enim (inquit) Deo invi- sus odoris saepenumero afflare dicitur scditatē. Sed de hoc diximus aliquando. VIII. Quis det, ut veniat petitio mea, & quod exspecto, tribuat mihi Deus? IX. Et qui cepit, ipse me conterat: solvat manum suam, & succidat me.

Pagn. * Como esto que a hora pa dezco; era de lo que en otro tiempo hazia yo alcov. Vatab. Greg. lib. 7. cap. 7. Philipp. D. Thom. Isid. Clari. Tribulatio- nes afferunt cogitationem mortis. Plal. 72. 4 Hierony. LXX August.

1. Verbalia seu abstracta nomina non semper sen- tentiam amplificat. 2. Incipere. & conterere quid. 3. Man⁹ quid. quod solvere 4. Succidere vehementer in. Hebraeo verbum. Avari- tia pro cupiditate rei inexplibili cupiditate. Il- lu stratus Isaias. 5. Dei benignitas, cum fla- gellat, penitus non con- terit. PETITIO

I
LXX.
Nomina verbalia frequenter, non semper vim addunt.

Plan in Milit.
Plant. in Asinaria.

Petronius.

2

Incipere in Hebraeo quid.

Burgens.

Conterere quid.

* Si de mis males gusta a cabem. y por mi no queda.

3

Manus quid.
Iob. 12. 10.
Psal. 87. 6.

Solvere quid propriè.
Psal. 148. 7.

PETITIO mea. Quod summis votis expeto. Et quod exspecto. dissolvit Hebraismum. Septuagin. Spem, aut, expectationem meam det mihi Deus. id est, quod avidissimè expeto, anxie, sollicitè, intentè. fortè etiam nò semper nomina hæc verbalia, seu abstracta, afferunt vim peculiarrem, sicut apud Plautum, servus ait.

Ibo intro, ne dum absim, multa sortitio fam. Id est, multa mihi sorte obtingat, & idè. Sume tibi optianem Leonidam.

Videlicet militè, qui optatur, & in rem legitur. qua etiam ratione apud Petroniù.

Quid ais amoris alieni concessio? videlicet, qui alteri concessus sis. Sic petitio, & expectatio, quod petitur, & expectatur. à Deo, hoc loco, ab Eloah, iudice æquissimo, remedium sibi adhiberi postulat, ne quid iniquum, aut contra jus factq; postulasse videatur.

Et qui cæpit. Hæc est summa petitionis suæ. Ut qui me semel contere cæpit, penitus me conficiat, neque me longiori supplicio excruciet. Quod verò hic, & aliâ transfert Vulgatus incipere, Hebræi dicunt, significare, velle. nempe primum illum actum voluntatis, complacentiæ, beneplaciti, quo homo se applicat ad id, quod vult exordiri. de quo vide Burg. addit. 3. ad cap. 2. Exod. & addit. 2. super. 4. Reg. 5. Verbum autem conterendi, est, idem, quod supra. cap. 4. Consumuntur velut à timea. & infra cap. 22. Lacertos pupillarum comminuitis. Cui igitur (inquit Iob) meæ ærumnæ semel placuerunt, opto ut semper placeant; cupioque non solum illi placere eger & dolens, sed mortuus etiã, qui igitur *volens me consumere cæpit, (quod in me est) perficiat tandem.

Solvat manum suam. Philippus manû, hoc loco ait esse divinam potestatem, qua omnem creaturam continet. sicut infra dicitur cap. 12. In cuius manu est anima omnium viventis. de qua etiã manu vulnerati dormientes repulsi sunt. hanc igitur solvi exoptat, ut ab ea decidens, cadat in temporalem mortem, in hanc sententiam; Ne me contineat manu sua, & quod ad vitam hanc pertinet, me dimittat, No me tenga de su mano. Sed non quadrat verbo originali, solvendi (Natbar) quod est propriè dissolvere. unde dicitur Psalm. 148. Dominus solvit compeditos. & Isai. 58. Solve fasciculos deprimentes: est verò ita dissolvere, ut liberum sit, vel pedibus, vel soluta manu uti. qua-

re illum locum Psalm. legimus ex fonte. Dominus exilire facit compeditos. est enim idè. verbum, Levit. 11. Crura, per qua salit super terram. * Solvat igitur manum suam, non segerat erga me instar hominis abbreviatâ, aut colligatam habentis manum, & impeditum brachium, sed libero, expeditoq; brachio me confodiat. Quamvis autè sua vulnera in Dei potestatem, & brachii divini robur referat, sed subolfacit quidem manum & potestatem se percipientis ligatam esse, neq; penitus liberâ; id quod verissimum est, nam non est facta integra Dæmoni potestas perdendi Iobum, cum dictum illi est: Ecce in manu tua est, verum tamen animam illius serva.

Et succidat me. Philippus, aliique Latini existimant, succidendi verbum translatum esse ab arboribus, quæ succiduntur, aut convelluntur ex terra. Ita ut se Iob arbori comparet, quæ dum vivit, hæret fixis terræ radicibus. quæ translatio licet aliis in locis frequentissima sit, sed præsentis non cõgruit; nam verbum (Batsagh) ad infligendum vulnus pertinet, & inexamplem cupiditatem, atque immanem aviditatem vulnerandi, & humani sanguinis profundendi affert, aut cujuscunque alterius operis. perficiendi. & in genere, avaritiam, & lucri cupiditatem & facram famem importat; quæ ad res alias transfertur. Ezechiel. 22. Avarè (cupidè, avidè, inexample desiderio) proximos tuos calumniabis. Isai. 10. Cum impleverit (Iebatsagh) avidè & desideranter quasi in lucrum suum inhians, instar avari & cupidi hominis perficere aliquid cupientis) Dominus cuncta opera sua. Ait itaque Iob; potentiæ suæ vires exerceat in me penitus concidendo, & perdendo Deus; brevi, citò, celeritè, avidè me concidat, & absumat, quasi ex mea morte ingentem sibi lucrum reportaturus; si suæ gloriæ ducit, me conficere, utinã id statim faciat, atq; * magnificetur in corpore meo. Deus sive per vitam sive per mortem.

Observa videri Iobum dubitare de sua morte: atque cum letaliter se affectum multis vulneribus planè sentiat, opus tamen esse precibus, ut velit Deus illum tollere. agnoscit enim Dei benignissimi ingenium, qui cum incipit, nò penitus cõterit; facilèque ab incepto vulneradi, & affligendi desistit. appositus est in hanc rem Isaiæ locus c. 10. nam cum Assyrium

Isai. 58. 6.
Levit. 11. 12.

* Iuge largo de la espada, y eche rajos, y reveses à plazer, sin encomiamento, ni lastima.

Iob. 2. 6.

4

Philipp.

צע

Avaritia pro cuiusque rei aviditate.

Ezech. 22. 12.

צע

Isai. 10. 12.

Philipp. 1. 20.
* Gane el honrra, y quette-me a mi la vida.

5

Dei benignitas in mediis flagellis.

Isai. 10. 7.

immitteret ad suum populum flagellandum tantum, sed minimè contereendum, longè diversum hostium animum quàm suum esse exponit. Ad gentem fallacem mittam eum. & contra populum, furoris mei mandabo illi: ipse autem non sic arbitrabitur, & cor ejus non ita existimabit, sed ad contereendum erit cor ejus, & ad internecionem gentium non paucarum. Quare fieri nò potest, quin in mediis ærumnis, benè de Dei bonitate, deque sua incolumitate speret.

X. Et hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore non parcat, nec contradicam sermonibus Sancti.

1. Mortis postulatio. Affligere in Hebraeo quid.
2. Dolor. & dolere ex Hebraeo. illustratus Isaias.
3. Parcere quid apud sacros & prophanos. Mortis mundi hominis misertus Deus. Mors peccati remedium. Explicati Moyses

Samuel, Paulus.
4. Quid contradicere. Quis mortis stimulus apud Paulum. Iusto non formidanda mors.
5. Sancti Dei nomen. quid propriè. Fideles quondam appellati Sancti.
6. Lectio, & expositio Sept.

I
Oratio viri factissimi precantis mortè.

Affligere.

סר

R. David.
R. Mardoeh.

* Si estuviessè cierto q Dios me quiere acabar, por mas tormentos q me diessè, en traria en calor, y obraria animo, q me falta para vivir.
R. Abraham.
R. Moyses.

Observanda viri patientissimi petitione, nò ut ab ærumnis liberetur, sed ut in illis jacès extremum claudat diem, dum tamen id sine ullo suo peccato fiat. quare incrementum dolorum & ægritudinum petit, dum modo mortis spem certissimam concipere possit. id enim significat illud. Affligens me, videlicet recentibus aliis malis. Illud verò affligendi verbu, (galad) hoc tantum loco reperitur, quod Hebræi dicunt idem esse, quod urere, aut incandescere. Ita R. David, & R. Mardoeh, qui legunt: Vram me in dolore. & etiam si exurat, perferam lubens, dum modò moriar. idem etiam vertunt paulò mitius, & Calefaciam me in dolore. atque referunt ad quandam languentis recreationem, quasi diceret; Hac spe morièdi certissima incallescere, refocillarer, cõfoverer. R. Abraham; Si interfecerit me Deus, subsistiam. exultabo præ letitia. R. Moyses; Roborabo me in infirmitate mea. cõfortabor, fractus licet cõsolidescam, non concipiam animo metu mortis, imò verò certa illius expectatio ingentes mihi faciet animos, & quem habeo fractum, & disfluentè, colliget atq; roborabit. Alii vertunt per implorare, aut obsecrare; Orem, aut, orabo in dolore

meo. id est, doloris incrementum peterem, & acerbiores cruciatus. Tygurina, Terrefia agrotatione. Sed ignoratur, unde illam significationem terroris depromperit. & tandem, quisque illam significationem statuit, quæ videtur huic loco. cõvenientissima; cum ex aliis locis propriè & germanè conjectura fieri non possit. Integrum ergo fuit nostro interpreti verbo affligendi, reddere, quòd cum præcedentibus videretur optimè cohære.

Dolor verò est, à radice (Chul) est que dolor quasi parturiētis. quare agnoscit quidè Iob suos dolores salutare esse. id est, qui sibi ingens spirituale bonum, atque etiã incolumitatè parituri sunt; tum etiã qui clamare illum compellant, & orare Deum, nihil verò injuriæ adversus nomen effutire, sicut per hanc ipsam vocem dolendi, & parturiendi dictum est; Isai. 26. Sicut qua cõcepit, cum appropinquaverit ad partum, dolens clamat in doloribus suis; sic facti sumus à facie tua Domine, cõcepimus & quasi parturivimus, & peperimus spiritum salutis. quàmvis parturientibus, propter dolores summos, quibus cruciamur, similes simus, sed tamè nihil spiram⁹ aut proferim⁹ nisi saluberrimū spiritū, qui Deo atq; hominibus gratissim⁹ sit. nam dolentes Deo gratias agimus, flagellati illum obsecramus, malè dicimur, & benedicimus. huc autem dotem dolendi, & clamandi ad Deum instar parturientis, affectum, non solum nulli vitio tribuit Scriptura, ut potius ingentis stupiditatis illos damnet, qui dolentes non clamant, neque parturiunt salutarem spiritum; sicut Ierem. 55. ab hac eadè voce dictum est, Percussisti eos, & non doluerunt id est, non parturierant. neque instar parturientis, clamarunt divinam opem cum gemitu implorantes.

Non parcat. Afferre solet parcendi verbu quendam pietatis, & commiserationis affectum, quam etiam habet apud Latinos, dicente Cicer. Mihi, & rebus meis parcere desinite. 1. Reg. 15. adversus Saulem, qui stultitia quadam pietatis commiseratione ductus vivum servarat Agag Regem, & melioribus ovibus, & armentis pepercerat. Scriptum est: Porro triumphator in Israel * non parcat, & penititudine non flectetur, non enim est homo, ut agat penitentiam. in eadem rem dixit Paulus. 1. Corinth. 1. Cum permanendi in virginitate consilium daret. Si nubserit virgo, nò peccavit; tribulationem autem car-

Tygurina

2

חל

Dolor quid.

Isai. 26. 27.

LX X.

Stupor in malis damnatur.

Ierem. 55.

3

Parcere commiseratis est. Cic. 4. in Car. 1. Reg. 15. 29.

* Triuphasse y tu iste lastima del Rey vencido: Dios triumphara de ti sin duelo ni lastima. 1. Cor. 7. 28.

* No ay que tener lastima de marar me, sino de verme penar y vivir

Dei commiseratio in extrimis mortalium ærumnis.

Iob. c. 2. 6. Ioan. 11. 35. Luc. 7. 14. Philip. 2. 27.

Moribundihominis misericordia tactus Deus.

Mors peccati remedium.

Genes. 3. 23.

Quorsum Adā pulsus ē paradiso.

Genes. 3. 19.

4

Astutia.

Contradicere.

III

nas habebunt huiusmodi. ego autem vobis parco. quasi, vestri, commiseratione tactus: nāq; est status conjugatorum cum multis curis, & sollicitudinibus conjunctus. Ait itaque Iob; * Non parcat, nulla mei miseratione tangatur. Vides ut in mediis ærumnis agnoscat Iob Deum misericordē, atque parcentem, atq; manum ex miserimi hominis jam morituri jugulo rethahentem? non enim est volūtatis illius, hominis mors, qui potestatem occidendi inimico denegat; qui defunctum hominem profusis lachrymis prosequitur; qui ad funus & feretrum adolescentis misericordia movetur. quem divinæ pietatis affectum expressit Paul. dum de Epaphrodito morbo gravissimo loquitur; Infirmatus est (inquit) usque ad mortem, sed Deus misertus est ejus, non solum autem ejus, verum etiam & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem. Itaq; Iob infirmatus usque ad mortē Deum orat, ne sui misereatur, ne parcat: nam commiseratio hæc est cum summa suarum pænarum acerbitate conjuncta, potius ergo illam Dei misericordiam exorat, non quæ ab infligendo mortem absteineat, sed quæ mortem infligat, quæ erga Adamum quoque usus est, cum illū ē paradiso ejecit, Ne forte (inquit) sumat de ligno vitæ, & vivat in æternū. præstaret enim illi facilis quædam mors, quam ærumnosissima, produciōrque vita: quare ut sententiæ illius acerbitatem leniret Deus (In sudore vultus tui vesceris pane tuo) observat Chrysof. mortis terminum præfinitum esse tantis ærumnis, cum subjūxit; Donec revertaris in terram, de qua sumptus es. Neō contradicam sermonibus Sancti. Hoc quidam ad deprecationem mortis referunt; Deo nō resistam precibus, si me extingueret voluerit: imō pro magno beneficio ducam, non valde accommodatē ad verbum contradicendi. Lenior ergo, & gravior sensus; Simoriar, liber & securus à peccādi metu evadam; sic nunquam Dei præceptis contradicam, valde enim mihi, atque meæ imbecillitati, quàm tot cruciatus & dolorum tormenta quatiunt, timere debeo, ne me à sanctitate; & nunquam Deo contradicēdi studio dejiciat. Est autem (Cachad) ita contradicere, ut id cui contradicatur, negetur, deleatur, abscondatur, ne appareat, ne audiat, ne videatur, quare alii vertunt: Non negabo, non abscondam sermones Sancti, alii in præterito;

Non negavi, nō abscondi; Adhuc (inquit) non peccavi, nolem ab hac vitæ innocentia recedere, aut retrahi vi dolorum, vel; Acerbiores etiam cruciatus postulo, qui me conficiant; nulli enim poterunt efficere, ut Deo repugnem, ut non æquus, & patiens de illius manu mortem excipiam: quidquid illi collibitum fuerit, quidquid de me statuerit, displicere mihi non poterit, vel; Qui ita vixerim, ut Dei præcepta abnegaverim nunquam, non est cur non mortem precari possim, optare, expectare; non est cur timere illam debeā: Stimulus enim mortis peccatum est, si quid venenatum in morte sit, stimulus est, cuspisque jaculi tincta veneno mortifero. Hoc ego non persentiam, qui nunquam contradixerim sermonibus Sancti. Tum etiā, qui aditum & viam patefecit egredienti spiritui, & morti ingrediēti, ingenti vulnere aperto, peccati stimulus fuit; jā verò mors ē contra, nunc peccato viam & aditum occludit. Moriar itaque, ut nunquā contradicam sermonibus Sancti. Præterea, stimulus mortis, qui mortem stimulat, & pungit remorantem, peccatum est; per peccatum enim stimulant, & pungens, ut gradū acceleraret, mors introivit in orbem terrarum, nam impii fugientem illam, aut certē remorantem, manibus & verbis accerserunt, & sponsones posuerunt ad illam: nunc ad virum justū segnis accedit, postulata, expectata, exorata; non enim valde opimam prædā, ex viro justo sibi pollicetur. Orat igitur vitæ, & mortis auctorem, ut renuentē & moras trahētē mortem advocet; huicq; ærumnosissimā vitam istam suam tandem permittat: Denique illud non est inelegans; Tam longē absūm, ut Deo me flagellanti contradicere velim, ut mortem, quæ in hac me sententia, & voluntate fixum, confirmatūque occupet, optem, & orem, cadunt sensus isti omnes in piissimam hanc sententiam, Sed cum suæ sanctitatis, & vitæ innocentie mentionem facit, aptissimē Deum nominat Sanctum, quod nomen Deo per excellentiam convenit. Hebraicē (Kados) quod nō tam significat, à communi aliorum Deorum falsitate alienum, & separatum (ut quidam existimarunt de arcas Dei nominibus differentes) quàm ab omni immunditia, vitio, labe purum, incontaminatum, castum, separatum, atque aded sanctum præ cæteris. Quam suam excel-

1. Corin. 15. 95.

Sap. 2. 24.

Sap. 1. 16.

Mors segnior accedit ad virum justum.

5

Sanctum Dei nomen.

WITP

Montan. de arcas. Serm. c. 2.

Isai. 65. 5.

Levit. 21. 6. Sacerdotum Sanctitas.

Deut. 32. 4.

Sancti appellabatur quōdā fideles. 2. Cor. 13. 12.

Cant. 5. 3.

6

LXX.

Chrysof. Nicetas.

excellentem sanctitatis munditiam, & puritatem sæpè commendat Deus, cum præcipit, non nisi sancta, & pura, atque munda ad se accedere. Isaiæ. 65. Non appropinques mihi, quoniam immundus es. id quod potissimum à sacerdotibus, qui familiariter cum illo agunt, requiritur Levit. 21. Sancti erunt Deo suo. id est, expedit non nisi sanctos & mūdos ad Deum Sanctum accedere. Vim quoque nominis, & quid Deus à nobis requirat expressisse videtur Moyses Deute. 32. Deus justus, & absque ulla iniquitate, peccaverunt ei, & non filii ejus in sordibus. Hinc Sancti dicebantur initio ecclesiæ quos aqua Baptismi abluerat, & sanctificarat. mundum igitur se Iob, atque sanctum Deo suo Sancto optat: atque existimat fore ut minus lædatur à morte, quàm à vitæ sordibus. Decumbens ergo in suo illo agritudinis lecto ait, Lavi pedes meos, vereor ne si surgam, redeamque ad vitæ negotia, iterum inquinem illos.

Illud tandem indicandum, totius hujus loci sententiam apud Septuaginta longè esse diversam. Qui capit, vulneret me: in finem autem ne me tollat; sit autem mea civitas sepulchrum, super cujus muros saltabam super eam, non parcam, non enim mentitus sum verba sancta Dei mei. cujus hæc erit sententia ex Chrysofomo, & Niceta; Illud mihi ad solatium agritudinisque medicamentum erit fatis, si non sinat me diuturnioribus in finem suppliciiis cruciari, & si in ipsa mea civitate mori, atque humari mihi contingat, in qua quondam cum voluptate verfabar; neque hæc quæ sentio, silentio premam: nam qui non mentiar, libera possum oratione uti.

XI. Quæ est enim fortitudo mea ut sustineam? aut quis finis meus ut patienter agam?

1. Quatuor interpretationes hujus sententia. Tertia commodior. Explicata semel, & iterum Paulus. 2. Expectare quid proprie. 3. Quid proprie hoc loco finis. Quid expectatio. Illustratus Ieremias.

pretibus. nam primò aliqui existimant hinc Iobum agere de brevitate vitæ; Multi (inquit) me exagitant cruciatus, quibus sustinendis planè sum impar: nam vitam per se brevissimam multò breviorē efficiunt morbi, atque dolores: mortem ergo, quæ non longè abest, non immeritò precor.

Eugubinus existimat exaggerare suam calamitatem, ita ut respondeat Eliphaz dicenti, Increpationem Domini ne abjicias, quasi diceret; Graviorem esse correptionem, quàm vires: neque sustinere posse tam atrociam supplicia, quæ est enim fortitudo mea &c. in quem sensum illud quoque non ineptè accipitur; Major est iniquitas mea, quàm ut veniam merear. id est, acerbiorem mihi pænam infligis, quàm ut venia vitæ concessa, tolerare possim. atque est quidem diversitas in pæna, & supplicio, cum ad correctionem, vel cum ad extremum supplicium dirigitur: ut indicatur Isaiæ. 10. cum Deus voluit Assur esse virgam ad flagellandos filios, non gladium ad occidendos hostes. Ipse autem non sic arbitrabitur, sed ad cōterendum erit cor ejus, & ad interuersionem &c. Ait itaque Iob; Si corripior, quomodo enecor? nam ex tantis suppliciis evadam potius mortuus, quàm salutariter castigatus.

Sed tertio fortè melius posset dici, his verbis responderi Eliphaz dicenti, fore ut melius Iobo esset, si ad preces confugeret; Ecce (inquit) precor Deum, ut me conficiat; precor præterea, ut mihi gravissimè laboranti sustinentiam, & constantiam cōferat, nam sine precibus, sine pietate non possem tam fortiter tot mala sustinuisse. Sensum hunc indicavit Chrysofomus. Tolerantia (inquit) non à robore corporis, sed pietatis, ac timoris Dei manabat: nunc verò rem omnem non sue audacia, sed preceationi permittit. quasi diceret ad Eliphaz; Tu pietatis, & precandi affectum in me requiris; ego verò non alia re sustentor, quàm virtute pietatis & precum, atque divinæ opis. sic etiam dixit Paulus, Quod nunc vivo in carne, in fide vivo filii Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me Non abjicio gratiam Dei. id est, hæc mea vita miseriis, & rerum adversarum molestiis obnoxia sustinetur. nō meis viribus, sed divina gratia, fide, dilectione in filiū Dei; virtute evangelii; divinis auxiliis. in fide. id est, per fidem; vel, cum fidei

Prima expositio.

Secunda expositio. Eugub.

Genes. 4. 13.

Pæna nō ea dē cū ad correctionem, vel cū ad extremū supplicii pertinet. Isai. 10. 7.

Tertia expositio comodior.

Chrysof. Hominis virus ex pietate & precibus.

Galat. 2. 20.

Corin. 4. 7.

Hiero. Adv. Pelagium Aug. Epist. 153. & Serm. 15. de verbis Apost. Chryst. st.

Olympiod.

2

Sustinere & expectare. Genes. 8. 10. Psal. 129. 5. Job. 14.

Vatab.

Rom. 4. 18. Job 13. 15.

auxilio. subungere enim poterat, hæc ipsa Iobi verba, Quæ est enim fortitudo mea ut sustineam? Atque in eandem septetiã videtur quoque dictum; Habemus thesaurum istum (Christianam pietatem, evangelii fidem, quæ lucet in nobis, quæ alios illuminat) in vasibus fictilibus (id est, in corpore fragili, ærumnoso, obnoxio tribulationibus, & persecutionibus) ut sublimitas sit virtutis Dei (proprie ex Græco, ut sublimitas virtutis sit Dei. Hieronymus sic legit; Ut abundantia fortitudinis nostra sit ex Deo. Augusti. Ut eminentia virtutis sit Dei. id est fortitudo nostra, non nostræ sed divinæ virtuti atque pietati tribuatur. nam, ut Chrysostomus ait, Nostra carnis imbecillitas, nihil melius resta se habet: adeo offensio-nibus patet, ac morte, & morbis, & cæli intemperis, aliisque innumeris incommodis facile dissolvitur) & non ex nobis, quare subjicit. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur &c. divinæ virtuti, quidquid corporeæ vitæ, atque vigoris est, tribuens.

Quartò, Olympiodorus existimat, ex magnitudine sui doloris, suæque imbecillitatis excusare acerbiter suarum lamentationum, quasi dicat; In firmo, atque dolenti nemo jure gemitum, & clamorem denegat. Hi tamen omnes verbum Sustinenti, pro, patendi sumpserunt. Sed certe, verbum, tachal, quod tum hoc in loco, tum in alijs, interpres vertit sustinere, proprie significat expectare, aut prætolari; unde dicitur Genes. 8. Expectavit septem diebus. Psalmo. 129. Sustinuit anima mea in verbo ejus. & infra cap. 14. Expecto, donec veniat &c. ergo si hoc loco expectare sit, sensus esse potest, quem indicat Vatablus, ut respondeat ad verba Eliphaz in fine præcedentis capituli, Scies quoniam multiplex erit semen tuum. Quæ est (inquit) fortitudo mea, ut sperem liberos? ab homine confecto & moribundo, non possunt liberi suscipi, neque expectari. Sed id melius, ut respondeat illi dicto Eliphaz, Erit egeno spes. & in sex tribulationibus liberabit te &c. In longiorem spem me adducitis, cum sperando non sum, qui jam prope mortuus videar. id quod à Iobo dicitur, ut consilii importunitatem, expresso sensitivæ partis affectu retunderet; non quod de divina potentia diffideret. nam is fuit Iob, ut in spem contra spem crederet; illudque constanter affirmaverit, & si me occiderit in ipso sperabo.

Aut quis finis meus. Lyranus existimat hoc respicere ad errorem Eliphaz putantis non esse alium finem vitæ melioris, quàm hujus miseriam. R. Abraham refert ad extremam ætatem, & vitæ finem, quasi dicat; Cum jam in extrema ætate sim, vitæque meta extrema, quid mihi proficit feliciorum statum sperare? sicut dixit Berzelai Galaadites David invitanti se ad regiam mensam. Octogenarius sum hodie, nunquid vigent sensus mei ad discernendum suave & amarum? aut delectare potest ser-vum tuum cibus aut potus? vel audire possum ultra vocem cantorum atque cantaricum? non indigeo hac vicissitudine; sed obsecro, ut revertar servus tuus, & moriar in civitate mea &c. Septuaginta dixerunt, Quod tempus meum? Sed præstat communior expositio, ut finis accipiatur pro termino & meta laborum; Quem finem habituri sunt mei cruciatus, ut patienter agam? Divus Thomas & alii, ut patientiam servare me posse credam, ad breve saltem tempus? simile id. Notum fac mihi Domine finem meum, ut sciam quid desit mihi. ex Olympiodoro. elicitur; An brevis est hæc mea calamitas, ut gemitus & suspiria comprimere possim, & ægritudinem levare expectatione finis? Sed certe Vulgatus patientiam accipit frequenter pro expectatione quadam longanimitatis. atque res præsens eandem significationem requirit, & verbum originale patienter agendi, est proprie prolongare, aut in longum differre. & frequentissimè accommodatur ad longiorem vitam. est enim idem verbum Deuteronom. Ut prolongentur dies tui. & pertinet etiam ad dilationem. Ezechielis. 12. In longum differentur dies tui. ex nomine anima in originali adjuncto, rectè confirmatur. Proprie enim ex Hebræo legas, Ut prolongem animam. aut, vitam. Septuaginta. Ut sustineat anima mea. itaque ait; Quis nam finis meis laboribus statuitur, ut de morte non cogitem, ut mori non cupiam, ut vitam amare possim, ut vitam prolongari velim ut patienter, & longanimitè diuturniorem vitam paratus sim vivere? Aquila; ut longanimitè agam.

3 Finis hoc loco ad quid referatur. Lyra R. Abraham

2. Reg. 19. 35.

LXX.

D. Thom.

psal. 38. c. Olympiod.

778

Deut. 6. 2

Exech. 12. 22

LXX.

Aquila.

XII. Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea anea est.

1. Cajetani subtilitas. Argumento à minori excusatur Iob acerbiter suæ orationis. 2. Magna exemplarum diffusio. Conciliatio etiã. Quid Necessarii, quid Recedendi in Hebræo. Defensus, & illustratus Vulgatus.

I Cajetanus.

Argumentum a minori.

psal. 102. 14.

Ovid. 1. Am. Eleg. 15.

2 Dissensio exemplarium.

LXX.

Non oportet cum Cajetano nimium subtiliter distinguere fortitudinem lapidum, quæ animi pertinet, & aeneam duritiem, quæ ad corpus. ut sigillatim explicet, & animi ægritudines, & corporis infirmitates. Sed rem totam simplici oratione exponit; Non sum saxeus, non ferreus, & sine sensu, ut percussus, neque sentiam, neque ingemiscam. & quidem illa, quæ sensus expertia sunt, lapides & metalla, istum & maleum respuunt, & ad levem contactum sonant, & tinniunt. quid ni ego etiam vocem edam, qui carneus sum & mollis, qui testicus sum & fragilis? vide mini vos, o amici non agnoscere vestrum figmentum, sed cognovistis qui vos, & qui me finxit Deus; Recordabitur ipse quoniam pulvis sum, cui meæ voces neque inauditæ, neque ingratae existunt. Hujusmodi argumentum à minori usurpavit, & aliquantum promovit poeta.

Ergo cum silices, cum dens patientis aratri. Depereant &c.

XIII. Ecce non est auxilium mihi in me, & necessarii quoque mei recesserunt à me.

Dissentiunt hoc loco, Hebræa, Græca, Latina mirabiliter, neque solum in ipsis verbis atque sententia, sed quod alii cum assertionibus legant, alii cum negatione; quidam cum interrogatione, nonnulli simpliciter. noster certè interpres videtur cum præcedentibus conjunxisse; Deficio (inquit) nam saxeus, aut calybeus non sum; atque ipse me vires non adjuvant, neque miserimum corpus opem ferre potest animo. Septuaginta. & Græci integrum hunc locum ad Deum referunt, atque sic legunt; Aut non in ipso confidebam? Sed adiutoriam à me recessit, negavit me misericordia, & visitatio Domini me desepit. quod

lic potest neci cum nostra lectione; Certè non posui in me spem ullam, aut de meis viribus atque robore aliquid magni speravi: perspecta enim mihi erat humana imbecillitas. quod unum mihi spei reliquum erat, Dei auxilium, nunc quoque defidero; qua propter supra omnem corporis cruciatum, angor animo vehementissimè. Possent autem illud, in me, minus strictè accipi, ut tantundem valeret, ac si diceret, Non est auxilium mihi. significetque non solum languentium virium defectum, sed cujuscumque etiam opis externæ, sive humanæ, sive divinæ. Vatablus proximè ad originale, Non ne auxilium meum in me? (supple fuit) id est, nonne, quoad potui, me juvi. id est minimè sum pusillanimus; nã me, quoad fieri potest, erigo & sustento: sed calamitatis potèdere dejicior, & consternor statim. Sed vix potest ex negationibus, quæ in Hebræo sunt germanus sensus colligi, cum addita vel ablata negatione facile sententia mutetur.

Et necessarii. Deseritur à plerisque Vulgatus, quod vocem, Thusiab, necessarios verterit; cum potius significet legem, sapientiam, subsistentiam, ut capite præcedenti diximus. Verbum autem recedendi proprie est, impellere, expellere, aut evertere; affertque casum, aut lapsum, atque ruinam. Hinc Pagninus; Et lex expulsa est à me? quasi dicat, minimè, nunquam enim divinæ legi defui. Vatablus. Numquid officium impulsit à me? quasi dicat, Nonne semper me continui in formula rectè vivendi? Regia. Subsistentia expulsa est à me? Sed quem sensum hic habeat subsistentia, cum interrogatione, & sine negatione, ego non video. multò planius Tygurina legit, Quid facultas subsistendi me destruit? aut Isidorus Clarius, qui cum assertionem legit; Vires sustinendi recesserunt à me. Complutenses legerunt; Sapientia, vel prudentia recesserunt à me. quæ omnia eò pertinent, ut vel suam pietatem tueatur, vel si in sapientia & prudentia videatur defecisse, ex magnitudine sui doloris atque imbecillitatis excuset. Sed Latinus interpres non ineptè ex consequentibus existimavit hanc partem ad necessarios, & amicos referri posse, tum etiam ex antecedentibus hunc sensum collegit; Amicitia; & necessitudinis legem violatam in meis malis video; necessariorum

Græci cū Latino consensu.

Vatab.

3 הושיה נecessarius Vid. c. 5. ψ. 12 nu. 5. דחה Quid recedete Pagnin.

Vatab.

Regia.

Tygurina.

Isid. clar.

Complutens.

Illustratus Vulgatus.

opem, & amicorum officium desidero: mea calamitas illos deterruit; expulit à me, qui subsistere firmi, & constantes esse deberet; simul cum aliis omnibus quæ amici, dilapsi sunt. quia verò vitium id amicorum fuerat, verbo recedendi congruentius exprimitur.

XIII. Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Domini derelinquit.

1. Tollere in Hebræo quid. Quid dissolvi, & Liqui fieri corde. 2. Quid misericordia, & erga quos illustrati Salomon, Ionas, Iohannes. 3. Vera amicitia laus. 4. Misericordia, & sanctitas in sacro sermone idem. Misericordia per antiphrasim idem quod con vitium.

I Tollere in brço. 000

Nunc violatæ amicitia, quasi per minas, divinum supplicium adjungit. Verbum autem tollendi, Maçaq, est propriè liquefacere, aut dissolvere, quare propriè est, Qui dissolvit ab amico suo misericordiam, vel, qui liquefacit; vel, dissoluto & liquefacto in misericordia ab amico suo, id est, Qui languefit, qui deficit, qui friget in benefaciendo amico suo, cujus charitas refrigescit, quæ (cum sit vinculum perfectionis amicos inter se colliat, ut in bonis & perfectione communicent) cum dissolvitur, fit, ut alter tollat ab amico suo misericordiam. illa etiam dissolutio & liquefactio ad animi languorem, atque terrorem frequenter refertur; unde dicitur Iosue. 7. ab eadem radice; Pertimuit (dissolutum est) cor populi: & ad instar aqua liquefactum est: Duplici voce timendi, & liquefaciendi, unica Hebræa reddita est. Psalmo. 57. Ad nihilum deveniunt decurrunt. Sensus igitur; Qui in amici grûnis, & calamitate terretur, qui timet propius ad illum accedere, nequid sibi mali accrescat è vicino malo, qui languefit in amici languoribus, qui non solum non erigit, neque consolatur, aut animos facit, imo potius animum adimit. &c.

Colos. 3. 14 Cordis dissolutio. Iosue. 7. 5 Psal. 57. 8

2 Misericordia quis affectus

Misericordia autem hoc loco non solum est affectus benefaciendi miseris, sed potius affectus ille, & pietas inter parentes, & liberos, inter fratres, amicos &c. La voluntas ad y amicitia que se deven. Quo sen-

tu Paulus vocabat quosdam sine misericordia sine affectione. Ergo si de amicis & equalibus dicatur, erit, gratia, beneficium, subventio gratuita, quam alter alteri ex amicitia legè præstare tenetur. sicut. 2. Reg. 16. ab eadem radice dicitur, Hac est gratia (Hebraicè, misericordia) tua ad amicum tuum? Proverb. 3. Misericordia (beneficentia, benefaciendi affectus) & veritas (dictorum & conventorum fides, & constantia) non deserat te, & inveniēs gratiam (gratuleris) & disciplinam bonam (benè, & ingenuè instructus, urbanis, ingentis moribus habebèris) coram Deo. & hominibus. atque hæc misericordia, & veritas ille omnino videntur esse, quos Iohannes appellat, opus, & veritatē, cum ait, Non diligamus lingua, & verbo, sed opere (misericordia, beneficio præstito) & veritate. quæ verbo, & linguæ respondet, sic re ipsa præstans, ut fueris pollicitus. Qui ergo non diligit opere, & veritate, quem deserunt misericordia & veritas, tollit ab amico suo misericordiam. eodè fortè loquutionis genere dixit Ionas. c. 2. Qui custodiunt vanitates frustra, misericordiam suam derelinquunt. ego autem in voce laudis inmolabo tibi. id est, cultores Idolorum, à quibus nihil boni acceperūt, ingratos se exhibent vero & beneficentissimo Deo, à quo tot bona, amicè, benevolè, gratuitè, misericorditer in illos collocata sunt, neque rependūt illi gratiam religioso cultu, & pietate; ego autem supplex, & relligiosus gratias referam.

Rem. 1. 13 2. Reg. 16. 17 Prov. 3. 3 Ioh. 1. c. 3. 28 Iona. 2. 9

Timorem Domini derelinquit. Retorquet illud. cap. 4. Vbi est timor tuus. in ipsum Eliphaz. Ne istud numinis contemptus, qui necessitudinis oblitus adeo me, o amici, laceratis maledictis. Magna verò tū beneficentiæ, tum honestæ amicitia laus, ut qui ab illis discedat, à Dei amicitia discedat: & qui non timet amicitiam violare, & amicum lacerare, timorè Domini derelinquat. Nā præcipit Deus, ut qui illū religiose coluerit, observet etiam amicum, & proximum diligat, quare sicut eadem charitas est, qua Deum diligimus, & proximum propter Deum; ita etiam eadem pietas atque religio nos pios efficit erga Deum, & beneficos erga proximum. quare, qui misericordiam tollit ab amico suo, verā religionem, verūq; Dei cultum & pietatem cū charitate conjunctam non habet. est autem hoc loco, Sadai; ut simul etiam Dei bonitatem erga miseros

3 Verè amicitia laus. Eadem pietas nos refert ad Deum, & proximos. Sadai vberimus.

& ab

& ab humano solatio destitutos ostendat, nam abicit timorem Dei omnipotentis, uberrimi, iussicientissimi, qui poterit subvenire egeno suo; & ab omni humana ope destitutus; Res divina bonitate dignissima, ut ligna campi, quæ nullius culturæ, & curæ commissa sunt, Deus curat & colat, Saturabuntur nāque ligna campi. has videlicet arbores curat & rigat Deus. Hieronymus, Saturabuntur ligna Dei. ergo quem despicit humana misericordia, locupletabit divina.

psal. 103. 16 Hierony. 4 Misericordia in sacro sermone.

Potest verò esse elegans allusio in his verbis. nam misericordia, de qua diximus, eadem est, quæ sepè in Scripturis dicitur Sanctitas. & præterquam quod misericordes vocantur sancti; nam est viro sancto digna, & sancti misericordes sunt; atque plus præstant beneficii gratuiti, quam teneantur: qui verò sanctus non est, vix implet id, quod facere tenetur. Sic Psalmo. 4. Misericors Dominus sanctum suum. Hebraicè, Me misericordem, pium, beneficum mirabiliter custodiet. Psalmo. 17. Cum sancto sanctus eris, misericors, beneficus, gratuitus, cum misericorde, benefico, gratuito. Ergo latenter Iob amicos vellicat, de sanctitate sibi blandientes, cum misericordiam erga suum amicum exuissent. nam viscera impiorum crudelia. de quo vide Gregorium lib. 7. cap. 11. Reproborum (inquit) viscera nesciunt compassionem &c. Quia verò nomen misericordia, pietatis, beneficentiæ, per antiphrasim significare solet crudelitatis cujusdam affectum, opprobrium, improprium, convitium gratuitum, & ut ait Rabi Mardochai, additionem mali, sicut in alia significatione affert additionem boni; hanc quoque sententiam in his verbis latere vult Vatabl. Dissolutio ab amico suo, convitium erit. quasi mitteretur amicos, qui pro consolatione convitium in illum jactent. quale autem convitium fuerit sequentibus verbis contineri videtur; nimirum, quod misericordia Domini dereliquisset Iob.

psal. 4. 4 psal. 17. 26 Prov. 12. 10 Misericordia per antiphrasim. R. Mardoch. Vatabl.

sed tū sensus, tū cōtextus hic duriusculus est.

XV. Fratres mei præterierunt me, sicut torrens, qui rapit in transitu in convallibus.

1. Prater, & pater in sacro sermone. Illustratus Salomon de vera amicitia. 2. Quid præterire, & quam variè redditum à Vulgato. 3. Multiplex cum Torrente. comparatio. Vallis eymologia ex Hebræo. Præterire immisericordiam. Inconstans, & parum fidelis amicitia symbolum.

Non solum amicitia legem ab amicis, sed etiam naturæ jus à cognatis & consanguineis violatum erga se conquisitur. Hos enim fratres intelligunt ferè Latini & Græci. atque observat Philippus, universam cognationem illum detestatum fuisse. nisi fortè nimium strictè ipsi germani, & uterini fratres intelligantur, qui fortè ad acerbiores dolorem superstitis erant. Possunt etiam, tūm hi, quos diximus, tūm etiam amici, noti, ejusdem instituti & professionis homines intelligi. quos omnes fratres appellat sermo facer: sicut Pater dici solet, non solum generis aut sanguinis, sed etiam instituti aut professionis alicujus auctor & magister. & quidem verā amicitia quædam est fraternitas, & animorum æqualitas, & conjunctio. ut indicatur Prover, 17. Omni tempore diligit, qui amicus est, & frater in angustiis *comprobat. Hebraicè, Frater in angustiis nascetur. Septuaginta eleganter, In omne tempus amicus sit tibi; fratres autem in necessitatibus utiles sint, hujus enim gratia nascuntur. Augusti. fraternitatem hanc de Angelis intelligit, nam sic explicat, Hortui angelis. sed quid intelligat, non video.

I Fratres in sacro sermone Philipp. Pater Prov. 17. 17 *El amigo de prueba, hermano es

Præterierunt me. Verbum, Bagad, sæpè non ster transulit verbo prævaricandi à recto. alibi verò verbo contemnendi, aut spernendi. quare affert contemptum quendam contra jus fasque, & contra debitam fidem; cuius significationis vis incredulitatis, & infidelitatis nomine exprimitur Isaia. 1. Qui incredulus est, infideliter agit. id est, fraudulentus, dolosus, juris, recti, fidei, cōtemptor &c. quare hæc omnia huic verbo inesse, derisionem, dolum, falsitatem, fraudem, prævaricationem, infidelitatem, impietatem, docet Rabi Mardochai, quæ omnia interpretes rectè cōplex est verbo. *prætereundi per summū contemptū. fidē & amicitia legē violat, sanguinis & naturæ conjunctionē continentes, prævaricatores, & ab officio recto recedentes. Septua. despiciētia ista ad ipsos oculos despicientes referūt, nam sic legūt; Propinqui mei non respexerunt me. Polychron. & Olympi.

2 727 Prætereundi verbū variè redditum à Vulgato. Isai. 21. 1. R. Mardoch. *Pallaron de largo sin hazer casode el pobre llagado. Olympi. Polychron.

deiciunt à me oculos, & execrantur.

Sicut torrens. Infidelitatem, & trāscursum illum explicat. appōita comparatione torrentis, qui cūm præcipitatur inter medium montium; pertransit velocissimè. Cæterum similitudo hæc non eodem modo ab omnibus accipitur: Nam Divus Thom. Albertus, aliique Latini tantū attendunt velocitatem; impetūque decurrendi, & raptim transeundi. & quidè accomodatè ad vocem originalem; nam *Aphik*, non est impetūs, ut versio Regia indicat, sed potius aqua, vel rivus, aut torrens cum impetu fluens, ut doctè legit Pagninus. nam *Aphak*, affert fortitudinem, & vehementiam, impetum, rapiditatem rei, quæ aut cōhibetur, & detinetur, ne fluat, aut ne prodat se; aut rei fluentis, atque decurrentis, fontis ve scaturientis. Sed illud elegās est, quòd *vallis* dicitur, *Nachal*, à verbō quod significat hæreditare, aut possidere aliquid jure hæreditario, & cūm quadam successione perpetuitate, sicut hæreditatē quādā à primo genii institutore ad posteros jure hæreditario devolvendā. Ita sanè vallibus videtur jure quodam naturæ attributa aquarum hæreditas descendens: è montibus & collibus; sicut Scriptum est: *Quemittis fontes in convallibus, inter medium montium pertransibunt aque.* & hoc loco, *Torrentis qui raptim transit in convallibus, & loquitur* (inquit Divus Thomas.) *ad similitudinē uniter agentium, cūm uno cadente in foveam alii præcedunt illo dimisso, summa celeritate prætereuntes, & ad sua commoda contendentes.* sic ait Iob, Me conspecto, potius despecto, nulla ope etiam levissima allata, ad sua commoda & negotia contendunt, nihil de me juvando cogitantes. vel Ne tangerentur mearum ærumnarum cōmiseratione, si in me dispiciendo & contemplando hererent, dejectis oculis præterierunt celerrimè; sicut cūm multis acceptis plagis jacebat semivivus ille, qui descendebar à Ierusalem in Hierico, sacerdos viso illo præterit, similiter & levita. Non sic ille de quo Scriptum est. *Præteriens vidit hominem cæcum à nativitate.* nam illos, videntes licèt, prætereundi cupiditas corripuit, ut confestim oculos averterent, ne viderent; quare viso homine præterierunt: at Christum Iesum prætereuntem, & quasi aliò contendentem oblati miserimi hominis conspectus detinuit, & ita consti-

tit, hæsitque, ut per otium videret, & contemplaretur. Chrysof. homi. 55. in Ioan. 9. ait, *diligenter intuitum, quare præteriens vidit.* nam quos tangit pauperum amor, & tener ille pietatis affectus, delectat profectò aspectus ipse ærumnarum, & cæcos videt, & mutis ipsis nihilque petentibus respondet, adsunt, subveniunt: at qui neque miserari, neque mollescere volunt ad aliorum ærumnas, omnem naturæ sensum abnegantes, hi despiciunt, deiciunt oculos, prætereunt; atque tantū absunt, ut cæcos videant, ut oculos vidua, & miserorum frustra expectare faciant.

Sed tamen Græci, præsertim Didymus in catena, infidelitatem illam prætereundi, & brevissimè exarefcenti, tantū confiderant. *Propter inconstantiam* (inquit) *atque perfidiam torrentis fluctui eorum comparatur similitudo:* nam putatur torrens à rudibus perennis fluvijs, sed tamè subsequēs squalor atque siccitas apertè torrentem indicant, sic improbi amicitie larva detracta constantiam, & perpetuitatem in amando non servant.

Sed tertid tamen, potest esse elegans cum torrente comparatio in eo, quòd optimo & maximè opportuno tempore deficit. cūm enim hyeme copiosissimis aquis redundet, cūm nulli usui esse videtur, quòd tunc terra, arborisque cœlestibus pluvijs abundè perfundatur; at cūm æstate, vel viatoribus, vel terræ arenti vsui esse posset, tunc ipse etiam arefcit; sic sanè multorum amicitie, cūm opus non sunt, turgēt, & fluctus atque spumas magnificentissimarum pollicitationum in sublimè tollunt; sed disparent & evanescent prorsus in adversitate. At quòd alii Iobum cum torrente comparari existimant, paulò post indicabimus.

XVI. Qui timent pruina, irruet super eos nix.

XVII. Tempore, quo fuerint dissipati, peribunt: & ut incaluerit, solvetur de loco suo.

Chrysof.

Iob. 31. 16.

4 Didymus.

Symbolū in constantis amicitie.

Simulatæ amicitie cū Torrente si militudo.

XVIII. Involuta sunt semita gressuum eorum: ambulabunt in vacuum, & peribunt.

1. Latinorū expositio, & cōnectendi ratio. Supplicii eorum, qui nō miseretur pauperis.
2. Hebraicantium varia lectio. Timor cur obscurus. Irruere quid proprie.
3. Torrentis similis incōstās amicitia. Vacuum quid proprie explicatus Moyses.
4. Lectio Septuaginta. Torrens reserunt divitiarum inconstantia. Involuta sunt nexus, & interpretationes horū versiculorū.

I Latinorum cōtextus, & expositio.

Illorū supplicii, qui avertunt oculos à paupere.

2 Hebraizantes.

Timor cur nigredini similis.

קנן Ier. 4. 28.

עלם

Latini hæc quoque accipiunt, dicta propter amicos, quibus gravia supplicia comminetur in pœnam suæ impietatis; Timent (inquit) illi ad me accedere, ne participes sint meorum malorum sed (quæ Dei est iusta vindicta) in multo graviora mala incidet, sicut & nix, quam pruina copiosior, densior, frigidior est. quare qui timent pruina, irruet super eos nix. connivet nunc Deus, sed opportuno tempore dissipabit, interimetque miserando exitio; atque desuper *incalescente* divinæ justitiæ sole, *dissolvetur*, & liquefiet universa illorum fœlicitas. Tortuosus quidè institerunt *semitis*, & nulla recta ratione defluerunt, ut quorum vita non fuit iusta, simplex, & recta, neque eorum vera sinceraque amicitia, sed infida atque larvata, & ad sua commoda semper attentata: cadent igitur bonis omnibus, quorum vitæ exitus *vacuus* erit omni fœlicitate, plenissimisque æteruo supplicio.

Quidam Hebraizantes continuant semel cæptā torrentis metaphoram; Sicut torrens, vel sicut torrentes, qui timent pruina, & irruet super eos nix, id est, qui fusciredduntur atque nigrescunt propter gelu & nivem, qua concrefcunt & congelant. *timere* autem, & nigrescere non omnino dissonant; nam timor affert obscuritatem quandam, atque nigredinem spirituum, & cordis; & quasi occultationem quādam lucis, & lætitiæ. subest enim hoc loco verbum, *Kadar*, quod tenebras, aut tristitiā significat, de quo supra diximus, quare Ieremiæ. 4. *Marebunt cæli.* idem est, quod tenebrescent, aut nigrescent. occultatio autem est etiam cum huiusmodi tenebris, atque timore conjuncta: & ita hoc loco verbum *irruendi*, est proprie occultare, & abscondere. quare legunt etiā,

Sicut torrentes, quos operit nix. Tygurina, *Qui turbidi sunt*; ac glacie & nive, quæ in eos resolvitur, externa quidem superficie congelante & indurescente occultè tunc præterlabuntur; ita sanè mei propinqui, qui congelant, & lapidescunt in meis malis, turbida me fronte torvisque oculis excipiunt, abscondunt se. ingruente verò æstate dissipabuntur & liquefient. id est, nullo mihi tempore utiles erunt; nam sicut torrentes hieme congelant, æstate verò dissipantur, & liquèfiunt; sic illi in hieme meæ adversitatis gelati sunt, & in æstu meorum dolorum exarefcunt.

Tum etiam nullam constantiam habent torrentes in suo alveo, sed ut confluentium aquarum impetus fert, nunc hanc, nunc illam semitam sequuntur. In quem sensum aliqui accipiunt illa verba. *Involuta semita gressuum eorum.* Tygurina; *Concutiuntur itinera, per quæ ferantur.* Vatab. *Avertuntur semita ipsorum torrentium.* Pagninus, *Declinabunt semita via eorum.* Sic sanè huiusmodi falsos amicos non semper eodem loco, & alveo invenies, nam qui hodie ad te currunt, & confluunt, sequenti die aliò cursum convertent. Cū verò torrentes exundant, & diffluunt distortis semitis, & multis ambagibus, facile absorbentur & pereunt in medijs campis, non enim sunt è genere fluminum, quæ *intran in mare, & ad locum unde exeunt revertuntur, ut iterum fluant.* quare necesse est, ut *ambulent in vacuum, & pereant.* Cajetanus hîc nimis meteorologicè existimavit, *vacuum*, significare aërem, quasi diceret; Resolvuntur in vapores, & abeunt in aërem. Sed certè originalis vox nihilum, aut inane significat, unde dicitur Genes. 1. *Terra erat inanis.* & Isai. 34. *Redigantur ad nihilum.* abeunt igitur torrentes tandem *in vacuum*, in nihilum, nulli usui sunt, exarefcunt amici mei mihi; tum etiam cū consuetum amicitie iter, & alveum relinquunt, facilè in aperta camporum planicie diffluètes absumentur, & multis terræ hiatibus absorbentur, * *pereuntque omnino.* Hebræus apud Cajetanum familiariloquutione huc respexit, *Ascendent in vacuum, & perdent se.*

Tandem Septuag. de ipso Iobo sententias has omnes intelligunt legètes; *Tāquā torrens deficiens, aut sicut fluctus transferunt me: qui verebatur me, nunc irruet super me, sicut*

Irruere quid proprie Tygurina.

3 Torrètes referūt inconstantes amicos.

Tygurina Vatab. Pagninus.

Eccles. 1. 17

Cajet.

Vacuū quid.

נחל Gen. 1. 2. Isai. 34. 11

* Por no en cōtraste con por otto camino, y perdie ronse. Cajetan.

4 LXX.

mix aut gelu concretam, quemadmodum quod liquefactum est calore exorto, non cognitum est quod erat; & ego derelictus sum ab omnibus, perii autem, & exul de domo mea factus sum. Eodem modo Polychronius, & Olympiodorus ajunt cum torrente Iobum se comparare, propter superioris vitæ statum affluentem: nam torrentis ea est natura, ut modò redundet, modò exinaniatur, & alveus tantummodò squalidus relinquatur: fluctus etiam talis est, ut nūquam maneat idem, sed interdum sublimis effertur, atque turgescat, nonnunquàm verò deprimatur, abeatque in spumas. atque Augustinus tum ex textu, tum ex sua interpretatione hanc sententiam contexit. *Tanquam torrens deficiens: misericordia enim aliquando immundavit me; & siccavi: & nō fuit mihi fons, aut sicut fluctus transierunt me: tanquam sint consolationes, potus, qui me metuebant, nunc irruerunt super me, Diabolus cum angelis suis.* Rectè verò divitias comparat cū aquis torrentis, quem temporis mutatio efficit, neque ulla perpetua scaturigine, aut fonte manat. tum etiam cū nive, quæ facile liquefcit. cūm fluit verò gratum præbet conspectum, & amenam stationem plerisque propter illum confidentibus. si exarescat verò, solus omnino erit, viatoribus tantum fabula fit, dicentibus, *Subitò defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.*

XIX. Considerate semitas Themanitæ, & expectate paulisper.

XX. Confusi sunt, quia speravi: venerunt usque ad me, & pudore cooperiti sunt.

1. Difficilis nexu. & prima cōnectendi ratio Latimorum.
 2. Leniores alii contextus.
 3. Græcorum expositio. Themanitæ, & Sabæi mercatores eorum, qui temporalia cōsectantur, solum.
 4. Varia versiculi 27. explanationes. Timor pro clade stupenda.
 5. Sordida amicorum parsimonia notata.

I Variè quoque sententia hæc accipitur ab interpretibus. nam juxta Hebræum, Pagninus, Vatablus, Isidorus Clarus, Eugubini. existimant nunc etiam agi

de torrente, in hanc sententiam; Themanitæ, & Sabæi, dum iter agunt in sua illa regione arenosa, & æstuante si post vehementem imbrem paulisper expectent, atque dessectant devia ad bibendum, nullos profectò reperient torrentes, nam bila tellus momento temporis, siquis fuit imber, illum exorbuit, & consumpsit; & confundentur, quia speraverunt (ut quædam exeniplaria Latina habent) sic sanè venerūt usq; ad me mei amici, sed in tantæ calamitatis atque siccitatis conspectu confusi sunt. sed sensus hic nō valdè cohæret cū sequentibus.

Quare sic poterunt meliùs connecti. Primò, quod indicat Cajetanus, ut adhuc de suorum cognatorum impietate amplificanda loquatur. Nam exteri Themanitæ (Eliphaz enim Themanites erat) alii etiã forte Sabæi, qui venerant visuri Iobum, tantæ Hufitanorum civium, & fratrum erga Iob inhumanitatis testes afficiebantur ingenti pudore. vel; Cūm destitutus sim à meis propinquis, & familiaribus, sperare me certè oportebat opem amicorum Themanitarum, & Sabæorum; sed illi diu optati & expectati, aut audita fama miserabilis cladis me præ pudore & confusione nolūt invifere; vel hi, qui jam per venerunt, velut pudefacti vix me respiciunt, minimèque consolantur. Dionysius illud peculiare ait; Tantum abest, ut me consolentur, ut potiùs pudorem illis afferat mea oratio. Græcorum sententia, atque contextus gravior, & cum re ipsa cohærentior est, quàm cum verbis conveniens: cūm enim de mutatione sui status ad extremam inopiam verba fecisset, existimant amicos suos hortari ne præsentibus bonis insolescant; O vos (inquit) qui cum Themanitis, & Sabæis mercaturam & commercia exercetis, atque inde compendia expectatis, pecuniis & opibus ne confidete; nam qui in illis sperant, tãdem confundentur, & facilè ad meam quoque inopiam & calamitatem pervenire, dejiçique poterūt. lectio Septuag. leniùs hūc sensum admittit; *Vias Themanorum videte. semitas Sabæorum intuentes, & confusionem debent, qui in civitatibus & pecuniis considerunt.* Illos quoque, qui in temporalibus fidunt significari per Themanitas Augustinus docet; fortè quòd sapientiæ sibi laudem Themanitæ arrogarent. ut quondam diximus.

Pagninus. Variabilis. Isid. Clar. Eugub.

Falsos amicos pulcherrime videre miserum.

2 Leniores alii contextus Cajetani.

Dionys.

3 Græcorum expositio.

Themanitæ & Sabæi mercatores.

LXX

Themanitæ quos significat. Augustinus.

XXI. Nunc venistis, & modo videntes plagam meam timetis.

4

Tygrinus.

Vatab.

R. Levi.

R. Abraham.

LXX.

Didymus.

Timor pro stupenda calamitate.

5

Sordida amicorum parsimonia.

Eugub.

Tygrinus.

TYGRINA per paraphrasim sic explicat; *Ejusmodi mihi torrentem plane exhibetis, qui conspectis meis ærumnis extimulatis.* idem quoque sequitur Vatablus. Sed fortè meliùs & dilucidius; Illis, qui non venerunt me invifuri timentes, ne opem ab illis peterem, similes vos extitistis, nam & venistis serò, & videntes plagam meam timetis. hunc sensum sequuntur R. Levi, & R. Abraham, & cohæret benè cum sequentibus, favèrque lectio Septuag. *Nunc autem & vos insurrexistis in me sine misericordia: itaque videntes vulnus meum timete.* quasi diceret; Hoc potiùs timendum vobis esset, ne immisericores erga me sitis, potiùs quàm, ne oneri vobis ego sim. Quod autem quidam hoc loco explicat. *timuistis*, supple, ne mihi ob peccata hæc calamitas acciderit, valdè absonat. Illud meliùs, quod indicat Didymus; Si omnis qui peccat, vexatur ærumnis, atque ex me hujus rei argumentum petitis, ergo & vobis quoque timendum est, nisi fortè vos innocentes esse credatis. Sed si timor hoc loco sit stupor, & terror ex magnitudine calamitatis, fortè ille quoque sensus subesse his verbis posset; Cūm nunc recens adveneritis, & externus tantum meæ calamitatis conspectus stuporem vobis attulerit; quid si universæ cladis oculati testes à principio adfuissetis?

XXII. Numquid dixi: afferete mihi, & de substantia vestra donate mihi?

FRVSTRA timent alii; frustra quoque vos timetis; nihil enim à vobis exigo, facultates nullius concupisco ad ea quæ mihi opus sunt; nemini molestus fui, neque deinceps ero. Notat ergo sordidam amicorum avaritiam, & illiberalitatem. Illud paulò durius, quod Eugub. Numquid postulavi à vobis munera, ut quasi sim vobis debitor, audaciùs mihi insultetis, & ego teneam audire tacitus? Illud non incongruum, neq; non cum sequenti sententia cohærens, quod ex Ty-

gurina paraphrasi, & Vatab. annotatione elicitor; Dixi ne, ut mihi conferatis aliquid, & è facultatibus vestris largiamini pro me munera, ut me liberetis ab hoste, & redimatis me ex manu tyrannorum contumpendo illos muneribus?

XXIII. Vel liberate me de manu hostis, & de manu robustorum eruite me?

1. Hostis unde dicatur. Angustia, & Tribulatio quid explicatus David & Paulus.
 2. Robustus quid. Vt varie reddatur à Vulgato.
 3. Erucere quid. Quid etiam redimere.

4. Variè expositiones, eligitur optima Tacere quid & quomodo vertatur à Vulgato. Instur suorum ditorum veritatem tueretur.
 5. Quid ignorare cum ad culpam referetur. quid docere.

SEPTVAG. Numquid aliquid vos petii, Saut fortitudine vestra indigeo, ut salvetis me de inimicis, vel de manu potentum? Vatab. nomine hostium & robustorum. neq; Kaldæos neque inimicos alios, quàm tribulationem ipsam intelligit; nam legit: *Vt liberetis me de manu tribulationis.* nam vox originalis. *Tsar*, est angustia, vel tribulatio. aut angustiator, tribulator, hostis, à radice, *Tsur*, quod est obsidere, oppugnare more hostili, vel angustiare, affligere. cujus vocabuli proprietas explicatur Nehem. 9. *Dedisti eos in manum hostium suorum, & afflixerunt eos.* videlicet obsidendo, & in angustias redigendo. hinc tribulatio pro angustia, & arcta rei obsidione, aut mensura. 3. Reg. 22. *Sustentate cum pane tribulationis.* id est, mensura arcta, angusta, stricta. & Psalm. 128. *Tribulatio, & (exponitur) angustia invenerunt me.* id est, arctissima obsidione cinctus sum. sed ille est præclarus locus Psalm. 4. *In tribulatione (quæ angustias affert latitudini & dilatationi contrarias) dilatasti mihi.* atque eò respicientibus videtur dixisse Paulus: *In omnibus tribulationem patimur, sed nō angustiatur.* ergo cūm hostes Kaldæi, aut Sabæi nunquàm illum obsidissent, nō sunt hoc loco hostes obsidentes & in angustias redigentes, sed dolores ipsi & cruciatus, de quibus ipse postea dicit: *Circum dedit me lanceis suis.*

Robustus verò est hoc loco propriè terribilis, aut formidabilis, atque idem dicitur

Vatab.

I LXX.

Vatab.

צר

צור

Hostis ab arcta obsidione dictus.

Nehem. 9. 27. Angustia quid. Tribulatio pro angustia. 3. Reg. 22. 27

Psalm. 128. 143.

Psalm. 4. Nunc mas ancho, que en el mayor aprieto. 2. Cor. 4. 8.

Iob. 16. 13.

2

Robustus quid proprie

tur Violētus infra Iob. 27. & Fortis, Pfa. 53. & Potens, Pfa. 58. & Crudelissimus. Ezech. 31. atque ab eadem radice Isai. 2. dicitur: *Cum surrexerit pecutere terrā.* videlicet terribiliter, & formidandē. & Isai. 10. *Confringet languēculam in terrore.* id est, potēter, terribiliter, ita ut hostes exterreat, penitentiā prosterneat. Ergo *robusti* hoc loco esse poterunt, violenti, & crudelissimi dolores, quos patitur; quibus percutitur terribiliter, incredibiliter, ad stuporem usque; quibus non ipse tantum sed videntes quoque, atque audientes terrentur, & stupefcunt.

Quia verò verbum *eruedi*, est propriè redimere, Vatab. intellexit; *Numquid a vobis petii, ut redimeretis me muneribus de manu tyrannorum.* Cajetanus; ut res meas ab hostibus sublatis pretio vèdicetis? sed præterquam quòd id verbum nō semper afferat redemptionem propriè dictam, quæ pretio & conventionione fit, sed tantum liberationem quandam, ut Exod. 21. *Dimittat eam.* Hebraicè, redimat. id est, dimittat liberam, ac si esset redempta. Pfa. 54. *Redimet in pace animam meam, ab his qui appropinquant mihi.* id est, dum in bello sum, multis me oppugnantibus, antequam in illorum potestatem deveniam, in pace me Deus constituet, fugatis hostibus: possit ea redemptionis vis retineri in hanc sententiam; Hostes, qui me obsident, nō ii sunt, ex quorum tyrannide pretio, aut conventionione aliqua redimi possim; nemo enim dabit *Pretium redemptionis anima sua, & vivet adhuc in finem.*

XXIII. *Docete me, & ego tacebo: & si quid forte ignoravi, instruite me.*

PHILIPPVS simpliciter accipit; *Redarguite me, si mētor, & tacebo cōvictus, & si quid aliud ignoro, vestrum erat errantem corrigere.* sensus valde angustus. D. Thom. juxta superiora sic; Numquid postulavi ut me doceretis, & instrueretis, minimè, quorsum ergo obtruditis importuna cōsilia egenti homini, sed minimè indigenti, neque postulanti? sed hoc non decurrit leniter. Germaniùs & clariùs juxta Sepauag. Græcos, & Hebraizātes. Pagnin.

& Vatab. ut nūc quasi ad orationis finem, veritatē suæ orationis tueatur; Si malè loquitur sū, testimoniū phibete; docete me, an alicujus opinionis errore inducitur mortē expectem: an nō sit optabile cruciatibus liberari: & quidem obmutescam, neque lamentabor, neque vobiscum contendā ampliùs, cessabo, quiescam, quietus manebo. hæc enim omnia affert verbum *tacendi*. Chrysof. aliquantō longiùs ad vitæ superioris peccata refert; *Quis nam ex vobis me arguet de peccato?* si quid unquam aut opere, aut verbo offenderim, proferte: neque solum ex suppliciis conjecturam facite sceleratæ vitæ. Et quidem verbum *ignorandi* (*Sagah*) est propriè per ignorantiam & incogitantiam errare, aut peccare. ut Psalmo 18. *Delicta* (Hieronym. *errores*, alii, ignorantias, id est, peccata, & delicta per ignorantiam admittit) *quis intelligit?* & Habacuc. 3. *Oratio pro ignorantibus.* id est, pro delictis & erroribus. quam significationem præclare probat, quod ab hac radice dicitur Levit. 4. *Anima, quæ peccaverit per ignorantiam.* & infra. *Quod si omnis turba ignoraverit.* id est, si inconsideranter peccaverit. & tunc pro eo peccato præcipitur offerri sacrificiū. quare tantum abest à vocis germana significatione illorum sententia, qui ignorantiam hanc pro innocentia, aut ullius peccati cōscientia, accipiunt, atque pro illo, *nilcōscire sibi, nulla pallefcere culpa*, ut potius peccatū & delictum, & culpabilem ignorantiam significet. ergo inquit Iob; Si quid à me inconsideranter, præcipitantēve dictum aut erratum est, vos *me instruite*; propriè, intelligere me facite; non convitiis, sed ratione mecum agite. Illud non ineptè observat Didymus, indicare Iobum, què admodum apud mœrentes & ægros amici se gerere debeāt; *Docete* (inquit) *me*, id est, docere debetis, non importunè arguere, & vrgere. Verbum autem *docendi* potest etiam ex sua proprietate exponi, fecundare auditoris animum doctrina & consilio instar pluvie cælitus cadentis, unde dicitur *imber temporaneus*. perfundite itaque me temporanea & opportuna doctrina, qua refrigerer, qua defervescat ignis meorum dolorum; sed ne me percellatis convitiis turbine, ne tonetis vobis, & clamoribus, ne fulguretis excandescentes adversus miserum hominem.

Vatab. Græci & Hebraizantes.

Tacere, quid & quibus modis vertatur à Vulgato.

וְיָדַעְתִּי

Chrysof.

5

שָׂגָה

Ignorare quid Hieronym. Habac. 3. 1.

Levit. 4. 2.

Didymus.

Docere propriè quid.

יָדַעְתִּי

Deut. 11. 14. Jerem. 5. 24. Iob. 3. 23.

Quare

XXV. *Quare detraxistis sermonibus veritatis, cum è vobis nullus sit, qui possit arguere me?*

1. Detrahere quid, & ut vult reddatur à Vulgato.
2. Quid veritas, quid rectitudo.
3. Arguere aliquando ad argumentationem pertinere, ut veritas non reformidet certamen.
4. Concinnare ex Hebræo. Veritium inepti argumentatoris.
5. Desperare in sacro sermone. Illustrat Jeremias. Variâ Hebraizantiâ & Græcorum Lectio.

I

מִרְיָהוּ

Detrahere quid propriè.

3. Reg. 2. 18.

Iob. 16.

LXX. Aquila. August.

Olympiod.

Tulianus.

Eccles. 13. 27. 28.

2

וְיָדַעְתִּי

VERBI *detrahendi*, quod in sōte est (*Marats*) significatio incerta est apud Hebræos, quare lōgè diversum sensum alii eliciunt. plerique tamen existimant idem esse, quod roborare, aut fortificare. Ergo ferè Hebraizantes omnes cum Hebræis legunt; *Quam roborata*, vel, *quam fortia sūt eloquia fortitudinis!* vel, *Quam fortes sūt sermones recti!* quasi diceret; Fortis est veritas; facile concludunt, quæ vera sunt. at Vulgatus malitiam quandam, molestiam, & quasi falsitatē veritati contrariam videtur in illo vocabulo agnovisse. quare 3. Regum. 2. vertit *maledictionem pessimam*. quam alii, *fortem*, seu *violentam*. & infra, *molestiam loquendi*, c. 16. quam alii, *violētam*. & eodem ferè respicit lectio Septuag. *Vilia veracis verba*. Aquila. *Molesta fuerunt verba recti*. D. August. *Vt video, prava veri hominis verba dicitis*. id est: Meis verbis tanquam pravis, vilibus, pessimis, molestis detrahitis, cum verissima sint, atque recta. proindeque minimè acerba videri debeant. & eleganter hæc omnia unica interpretatione complexus est Olympiodorus, sic scribens: *Tanquam si diceret, Gravis multis accidit veritas; hoc ipsum vobis evenit: idcirco mea ipsa verba, quamvis vera sint, tanquam flagitiosa, ac nullius pretii repudiatis.* & indicari quidem existimat. *Quando auxilium cunctatur divinum, licet vera quis dixerit, nullam tamen ei fidem habendam ab auditoribus, quasi ipsa calamitate resutante orationem.* est enim illud quoque peculiare; pauperi ex sua inopia & calamitate malum; ut cum *deceptus sit, insuper & arguatur, loquutus est sensatè, & non est datus ei locus.* & dicitur *quis est hic? & si offenderit, subvertent illum.* Veritatis, vox originalis propriè *rectitudinem* significat falsitatis & doli experte, & præterea jucunditatem, quæ in planâ & recta via solet esse viatorum comes, ut

aliquando diximus. quare uterque ille sensus locum habet, quem supra indicavimus, ut orationem suam, & veram esse confirmet, & præterea non acerbam, sed potius teneram, atque mollem, ut quæ ex humano quodam & tenero ægritudinis sensu proficiscatur.

Cum è vobis nullus sit, qui possit arguere me. id est, nemo possit jure me reprehendere. Septuag. *Neque correptio vestra verbis me sedabit.* id est, ut ait Chryf. neque vestras ego refutationes reformido, neque in vestra oratione acquiescam. quare non omnino dissonat, si vocabulum *arguendi*, per argumentandi sumas, ut vulgus solet, & aliquando Scriptura. ut infra cap. 15. *Arguus verbis eum, qui non est æqualis tibi.* Est verò animi cujusdam erecti, & nihil sibi cōfiscii non detrectare argumentorum pugnam; nam veritas illum confirmat, cum falsitas imbecillis, timidæque sit.

XXVI. *Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis.*

CONCINNATIS. Propriè cogitatis, excogitatis invenire cupiātes, quibus me verbis acerbissimis increpare, & compescere valeatis. nō verò animadvertitis, quid vobis respondeam, quid rei veritas à vobis & à me exigat; non tam pro veritate disputatis, quam pro vexando calumniis, & cōtumeliis homine miserimo contēditis. Est verò hoc ineptiolorum argumentantium peculiare vitium, non attendere quid illis respōdeatur sed in id solum intendere, quid possint ipsi denuò adversus respondentem regerere, & replicare. qui cum loquendo quidem, sed minimè audiendo sint, in illos Scriptum est: *Qui prius respondeat, quam audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum.*

Et in ventum verba profertis. Radicē (*jaas*) sæpè Vulgatus vertit *desperare*, ut Iere. 2. ** Desperavi, nequaquam faciam.* quasi dicat, actum est. & cap. 18. ** Desperavimus, post cogitationes nostras ibimus.* Inde omnes Hebraizantes hoc loco vertunt; *In ventum eloquia desperati.* Tygurina per paraphrasim, *Nunc excogitatis sermones & verba, idque*

Quid veritas, aut rectitudo Vid. c. 1. verf. 1. n. 56. 57.

3 LXX.

Arguere pro argumentari.

Iob. 15. 3. Veritas non reformidat ad versarios argumentationes.

4

Concinnare quid.

וְיָדַעְתִּי

Argumentantium vitium

Prov. 18. 13.

5

Ierem. 2. 25. * En negocio acabado y defasuziado no ay que tratar mas de el.

Ierem. 18. 12. * Ya avemos acabado con Dios, y echado por otro camino.

Tygurina.

inaniter,

Vatab. Deveis de- pensar que un hōbre tan a- purado como yo habla al ayre.

Hebræi apud Cajetan. * Lo q' a'ezes habla un hōbre enfadado y casado de pa- decer, mas na- ce de su enfa- do, que de su buena razon.

Compluten- ses in Lexico.

LXX.

Iob. 15. 2.

Ierem. 5. 13

inaniter, quibus me desperationis convinctio. sed significantius Vatab. An disceptando re- putare debetis eloquia eius, qui despondit ani- mum verba vera & ventu? q. d. An disceptan- do debetis stocci pendere verba mea, qui animum ob afflictiones despondisse vobis videar? Non sunt parvi pendenda eloquia hominis afflicti. Alii non participialiter, sed nomina- liter vertunt. In ventum verba desperationis, id est, Spiritu oris vestri, ventosa ver- ba profertis, quibus me ad desperationē adigatis, aut desperantis animi convinca- tis. non ineptè nunc Hebræus apud Ca- jetanum legit per interrogationem: In spiritu verba * affecti fastidio? nam verbum il- lud desperandi, non solum curam aut spem alicujus rei à corde removet, verum etiā contemptum quendam, fastidium, rēdiū- que affert. ventum verò sive spiritum, pro rationali parte accipit, in hanc sententiā. Quæ homo ex desperata ægritudine tæ- dio, & fastidio affectus loquitur, nō sunt accipiendā quasi ex mēte deliberata pro- ficiscantur, sed ex dolore & tædio partis sensitive. Sed Complutenses re meliūs perpensa hanc desperationem ad ipsos amicos loquentes referunt, & in hāc sen- tentiam explicant: Amovetis verba à cor- de vestro, & sine cogitatione & meditatione, profertis ea irventum. instar desperatorum, adversū me insurgitis fastidiosè, in cōsi- deratè, furētè, acerbissimè mecum agi- tis. quem eundem sensum, sed leniorem, atque familiariorem reddit noster inter- pres, cum dixit: In ventū verba profertis. qua- si diceret; Inanis est vestra increpatio, cui nulla vera solidaq; causa, aut materia sub- sit. proinde nihil me movet, imò potiūs fastidio inania & ventosa verba, quorum curam & auditum pello ex corde, neque magis curo, quàm si aëri dicerentur. Sept. Neque enim eloquutionem sermonis vestri susti- nebo. similis loquutio infra cap. 15. Num- quid respondebit sapiens, quasi in ventum loquēs? & Ierem. 5. Prophetæ fuerunt in ventum loquuti. quod ad inanem ver- borum jactantiam pertinet.

XXVII. Super pupillum irruitis & subvertere nitimini ami- cum vestrum.

- 1. Irruere venatorum est. Leo incubat præda. expli- catus Moyses. 2. Subvertere ex Hebr. de- sensus Vulgatus. 3. Animi constantis vul- tus conspicuus & minime dejectus. Formula confir- manda veritatis ex Paulo 4. Sedere ad animi tranqui- litatem spectans. 5. Quid contentio, & quo à rixa differat. 6. Stultitia in Heb. calami- tas, causa pro effectu dejectus. Quid personare.

IRRVITIS super. &c. Opprimitis ve- stro pondere, clamore, violentia con- tumelias pupillum, cui nō sit adjutor; quod valde illiberale est. Tamquam parieti incli- nato, & maceria depulsa, quam labentem & semidirutam viatores omnes diruere, & dejicere penitus conantur. forsam sumi- tur translatio à venatione & præda, super quam se solet prædo, aut venator projicere, ut hominem vel prædam pondere opprimat, & arcè comprehensam elabi è manibus non sinat. sicut de venatore di- citur Psalm. 10. Inclinet se, & cadet (super prædam) cum dominatus fuerit pauperum. sic dicitur, prædam tenere Leo, cadens, ac- cubansque supra illam. sicut Scriptum est: Ad prædam fili mi ascendisti (nam tribus Iuda in montana terræ promissionis loca occupanda, & expugnada consensu- rus erat, sicut Leo, qui in montibus vena- tionem exercet) requiescēs accubasti ut Leo, & quasi Leona, quam suscitare (removere, ab- igere à præda, cui incubat) quis audebit. Fontem legunt Hebraizantes activè. Su- per pupillum projicietis. & Pagnin. intelli- git, Projicitis laqueos. sed præstat, quod diximus. vel ut significatio verbi (Naphal) activè accipiatur, pro cadere facere, ut sensus sit; Irruitis. id est, vestro pondere impellit, & cadere facitis; sic enim exi- git secunda pars. nam quod Vatab. dicit: Pupillo irascere mini. vel, Pupillum condemna- retis, nescio unde confirmari possit, nisi quia, qui cadit, inferior est, & vincitur ab eo, qui illum prosternit & dejicit. Sed il- lud languet; & nō minùs displicet, quod Tygurina legit: Pupillo imponere studetis. Cum secunda quòque parte congru- unt, quæ de cadendo, aut irruendo dixi- mus: nam subvertere propriè est, circum- fodere, id est, fossam facere, in quam de- cidat. ex verbo legas, Et fodietis circum a- micum vestrum. nam ab eadem radice dici- tur Psalm. 7. Lacum aperuit, & effodit eum. Ad dolos, & calumnias verborū, & decipulas argumentationum videtur perti- nere. Pagnin. Foditis mendacia contra ami-

I Psalm. 16. 4.

I Psalm. 10. 3.

Leo cadēs su- per prædam.

Gen. 49. 9.

Regia.

523

Irruere activè sumptum.

Vatab.

2 Subvertere.

Psalm. 7. 16

Vatab. LXX. Hebraismus illustratus.

Vatab. Cajetanus. Argumentum à minori.

3

Animi constā- tia, & vultus minime deje- ctus.

Augustin.

LXX.

Formula con- firmandi ve- ritatem.

Rom. 9. 1.

cum. Vatab. Foditis, & machinamini fraudes Septuag. cōtumelias, & cōvitia interpre- tantur; Insultatis contra amicum vestrum. He- braismus eleganter noster illuminavit, subvertere, dejicere, deturbare in opionē sceleratæ vitæ, in captiosam argumentā- di, & colligendi rationem atq; decipulā, in animi despondentis abjectionem, & pusillanimitatem. Cum autem dicit pupil- lum, & amicum, se significat: vel, ut indicat Vatab. & Cajetan. est sententiæ Augesii, & quasi argumentatio quædam à majori ad minus; Qui subvertere nititur amicū, & fodalem, quid non faciet contra pupil- lum & orphanum?

XXVIII. Veruntamen quod cœpistis, explete: præbere aurem, & videte, an mentiar.

NEO; quod semel cœpistis, pergite. Ineque enim disputationi me subtra- ho, neque viam præcludo diligenti ex- aminari meorum verborum: æquum tan- tum judicium vestrum requirō, & atten- tas atque benevolas aures. In fonte; Veli- tis, & respicite in me. id est, nolite à vestra disputatione cessare; quod semel volui- stis, & aggressi estis, prosequimini; neque enim erubescam. Constantiam quandam, & firmitatem animi, & vultus minime de- jecti, aut aliquid reverentis, quod sibi ob- jici posset, videtur indicare illud Respi- cite in me. vel, in faciem; Fortè illud est, quod nos quoque dicere solémus. Mirad me a la- tara, que jō so. y hare bueno lo que è dicho. quā- quam Vulgatus ad attentionem quandā retulit, cum quis figit in dicente oculos, & propterea reddidit, Præbere aurē. quod lectio August. dilucidè dixit: Nunc autem aspicietis vatem mihi. Illud autem Videte an mentiar, Septuag. quasi commutatis oca- lis, sic legerunt; Inspicientes in facies vestras non mentiar. non est, quod aliquid subve- rear, ingenuè quod verū est eloquar vo- bis testibus, audientibus atque videnti- bus. ad libertatem orationis, & confir- mationem veritatis pertinet illud; Non men- tiar. nam nescio quid amplius significat, quàm si dicas, veritatem dico: ut Paulus ad Roman. 9. Veritatem dico in Christo Iesu non mentiar.

XXIX. Respondere obsecro alique contentione, & loquentes id quod in- stum est, iudicare.

SI quid respondendum, & objiciendū habetis, libenter audiam. propriè ex Hebræo, convertimini, aut, revertimini. Septuag. sedete obsecro, & non sit injustum, & rursus iusto adestote. Fortè enim indigna- bundi discessum parabant, aut jam surre- xerant discessuri: quare illos invitāt ad promovendam disputationem. quāquam Olympiod. & Polychron. existimāt per- inde esse ac si diceret; Vos ipsos meorum verborum iudices constituo. Didymus, illud, sedentes, ad sermōtinandum vacuū attentumque animum, & inquitendi cupi- dum significare existimat.

Abque contentione. Hebraicè; Non sit iniquitas. Sept. Non sit injustum. nihil per con- tentionem, aut iniquum contradicendū studium à vobis dicatur; aut statuatur. & quidem sapiētè à Latino interpretè di- ctum est, absque contentione. nam quid ini- quius, quàm veritatem oppugnare? & si il- le injustus est teste Apostolo, qui veritatē detinet; quid, qui illam opprimit, lacerat convellit? Contentionem autem inter- pres dixit, quod res de disputatione, ar- gumentis & responsione esset. est enim contentio in verbis, aut disputatione cū impugniatur veritas: ut Theologi cū Di- vo Thoma definiunt. 2. 2. q. 38. art. 1. vel, ut Ambros. Contentio est impugnatio verita- tis cum confidentia clamoris. & q. 41. eo di- stinguatur contentio à rixa, quod illa sit in verbis, hæc in factis. & à Græcis appel- latur Logomachia. & quidem sic indica- tur à Paulo scribente ad Timot. Noli cō- tēdere verbis, ad nihil enim utile est, nisi ad sub- versionem audietium. Rursus idem Apосто- lus hanc contentionem cum iniquitate conjungit, perstringēs garrulos Iudæos veritatis impugnatores. Qui sunt ex contē- tione, qui non acquiescunt veritati, credunt au- tem iniquitati.

Et loquentes (propriè, revertentes, id est, disputationē instaurantes) quod justum est iudicate. id est, me justificate; me à vobis justum & innocentem judicari oportet; quiescensque in iudicium & examen me vocaveritis, semper justus inveniar. propriè; adhuc justitia mea, vel sic justifico meā causam, & controversiam.

4

LXX.

Olympiod. Polychron. Didymus. Sedere ad ani- mi tranquillitatem perti- nere.

5 LXX.

Rom. 1. 18. Contentiois vitium.

D. Thom.

Ambros.

Cōtētio quo differat à rixa

λογομα

χ' 12

2. ad Timot. 2. 14.

Rom. 2. 8.

XXX. Et non invenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit.

IN IQUI- TATEM: Nihil quod à me iniquè dictum fit, nihil contra jus, aut contra divinum numen. Stultitia (Havoth) calamitates, infortunia, contritiones, aliquod verbum stultè prolatum, propter quod plagis, & supplicio dignum sum. de qua voce diximus supra. admodum enim variè redditur à nostro interprete. Sed aliquando quidem ad linguæ vitium refertur, cum latens in corde iniquitas, aut pravum desiderium, aut effrenata cupiditas ore & verbis se prodat, & per stultitiã, & temeritatem in lingua, & faucibus personat. ut Michæ 7. Magnus loquutus est desiderium anima sua. quo loco eleganter dixit Tygurina: Magnus corruptelam animi sui loquitur. Sed ne quis hunc locum ad aliam radicem pertinere asserat, præsto sunt alii ab ipsa nostra radice. Psal. 38. Qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, stultè, & temerè de insidiis stuentis, & morte patrandæ locuti sunt. Sic enim Hierony. legit. insidias. Psalm. quinquagesimo primo, Injustitiam cogitavit lingua tua. Hieronym. Insidias cogitat lingua. ergo stultitia, quæ Job negat in faucibus suis personare, sunt verba per stultitiã & temeritatem prolata, quæ latentis pravitatis, atque malitiæ aut pravi corruptique erga religionem animi indices sint. Sed ex originali alius sensus elicitur, nã pro personare est, Bin, quod est prudenter agere, vel intelligere, quare propriè legas: An fauces, vel palatum meum non intelliget? non sentiet calamitates & tribulationes? fieri non potest, quin dolens conquerar, quin pars sensitiva, quæ dolorem & amaritudinem refugit, non afficiatur sensu calamitatum. Septuag. An

fauces mea non intellectum meditantur? non itaque stultesco, dum in faucibus meis gemitus & lamenta personat; nam ad præscripturæ rationis gemo, & suspiro.

Et quidem non semel Scripturæ linguæ, faucibus, verbis tribuunt, quod mētis & intelligentiæ proprium est, videlicet meditari, aut intelligere; idque duplici de causa. primum, quod magna sit rationis, & orationis, cognatio. quare quæ mētis expertia sunt, eadem facultate sermonis carēt. tum, etiam, quod sermo meditatione indigeat, & multa consideratione dicendorū prævia. hinc illud: Lingua mea meditabitur justitiam tuam. id est attentè, sapienter, non temerè, neque stultè de divinis loquar. simile id Ios. 1. Non recedat volumen legis ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus. id est ita meditaberis, & cogitabis assidue, ut ex ipsa quasi cogitatione, & attentione mentis effervescente redundant, & ebulliant in ore verba. Et sapientia sic suas leges atque præcepta haberi pro torque vult. Liga ea in corde tuo jugiter, & circumda gutturi tuo. videlicet ut verba, quæ in gutture formantur, fiant ad præscriptum sapientiæ, & illius regula, & mensura circumscribantur. Altera verò causa, quæ in universum cum aliquid prudenter, & sapienter agitur ex præscripto rationis, tunc ratio & consilium dicitur inesse ipsi rei per quam fit. Sic intellectus manibus tribuitur. ut illud Genes. 48. Iacob commutans manus benedixit filiis Ioseph. propriè ex Hebræo legitur: Intelligere fecit manus suas, quod Onkelus doctè explicat: Prudenter egit manibus suis. ac si ipsæ manus mysteriorū conscientiæ essent. Similiter Deus dicitur populū suum deduxisse: In intellectibus manuum suarum. id est, sapientissimis, & mysteriosis actionibus. Sic etiam fauces aut stultæ, aut intelligentes sunt.

6 Stultitia, quid in Hebræo. Personare. Mich. 7. 3. Psalm. 31. 4. Bin LXX.



NOTATIO RERVM INSIGNIORVM QUAE in commentariis fustius expli- catur.

PARAPHRASIS CAPITIS PRAE CEDENTIS.

CAPVT SEXTVM.



VM ELIPHAZ ORATIO postulare videretur, ut ejus, quæ in se erat fidei atq; pietatis rationem Iobus redderet, atque objectionibus propositis satisfaceret; infractus is, constansque animo, atque bona conscientia erectus sic respōdet. Optarem sanè, ut si quæ unquam ad misi errata, a quibus divini numinis indignationem adversum me commerui, nunc cum gravitate simul meorum cruciatuum æquis lancibus expenderentur: ut cum omnibus perspectum esset calamitates meas præponderare; non fecus quàm ingentem arenæ maris cumulum compositum cum re levissima, nemini jam dubium esset, quæ patior, non esse meorum scelerum supplicia. * Neque verò lamenta hæc mea, atque suspiria, nuper ex dolenti pectore emissa, propter quæ suspicionem de me concepistis, iracundi & indignantis hominis, tam levitè jactata sunt, ut doloris acerbitas & gravitas gravior nō sit, quàm quot in littore exaggerari possunt. arenæ cumuli. Quæ enim peccata tam gravia unquã patravi, ut gravissimam ægritudinem, & animi commotionem, irati & furentis maris instar perferre nunc cogar, omni pondere & mole graviorem? quin & vos adversum me indignamini, & excandescitis, quod vobis visus fuerim adversus Deum temerè & insolenter indignari. Sed nullus, ô amici, adversus Deum irati, atque impatientis animi ardor, quin potius incredibilis animi dolor, & acerbitas, gemitu & voces has querulas ex meo pectore extorquent. Est enim mea calamitas multarum rerum acerbissimarum accessione incredibiliter exaggerata, ut quæ & subita & inopinata, & quasi per insidias parata, atque quasi ex alicujus hostis pravitare, & cōcepta in me malitia profecta fuerit. At vos iniqui profecto rerum æstimatores, & ponderatores videmini, & aurium, quod homini concessum est, veluti bilacium, iudicio non tam vim atque sententiam, quàm inanem meorum verborum sonitum ponderare. Atqui (ô amici,) cogitare debuissetis, licet quidem pænæ sint pondus, quo scelus ad-

1 Respondens autē Iob dixit: 2 Utinam appenderetur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior, in statera. 3 Quasi arena maris hæc gravior apparet. * unde & verba mea dolore sunt plena.

Difficilis hujus sententiæ & Bilanciū prima Latinorum expositio tractatur. 1. 2. 3. n. 1. & 5. Altera Græcorum expositio expenditur. n. 2. & 6. De arena generatione, & significatione, & proverbialibus ex illa locutionibus, quædam ex sacris & prophetis. 3. n. 7. Calamitatis significatio accuratè expenditur ex Heb. 3. n. 3. De nomine aurium, & ut bilancium similes sint, & de audiendæ doctrinæ & præceptis quedã. 3. n. 4. Allegoria gravitatis pa-

A
Quia sagitta Domini
mi

in me sunt:

quarū indignatio e-
bibit spiritum meū:

Et terrores eius mi-
litant contra me.

5
Numquid rugiet o-
nager, cum habuerit
herbam? aut mugiet
bos, cum ante prese-
pe plenum steterit?

6
Aut poterit comedi
insulsum, quod nō est
sale conditū? aut po-
test aliquis gustare,
quod gustatum affert
mortem?

missum, quasi in altera lance positū levatur, & extenuatur: tamen nihil esse in me tam grave scelus, quod illi responde- re ex æquo possit. tum etiam lamentationes & gemitus, quasi pōdera quædam esse, quibus doloris gravitas & acer- bitas levare & extenuari possit. Neque verò ea omnia lo- quor, quæ & dolor subministrat: multa devoro, atque sup- primo, quod dicēdi facultatem ægritudo mea superet; un- de mihi nova doloris ratio accedit.

Sed heu me miserum, quem Deus potentissimus at- que fortissimus vastator, cujus potētia nemo resistere po- test, mille acutissimis sagittis confixit, profundissimisque vulneribus, & intimos viscerū recessus penetrantibus, qua- si per occultas insidias, instar sagittarii alicujus sævisimi, transfixit. Sed quid ego sagittas dico? fulmina potiùs ar- dentissima hæc enim ille à benè curvato arcu nubium pro sagittis ejaculatur. Hæc in me sunt, ut qui solus ipse novi, qui plagas à Deo inflictas meo corpore excepi. vos enim, ô amici, integris viribus & bona valetudine, quasi de plau- stro loquimini: philosophaminique liberius in meis ærum- nis; at ego vehementissimè crucior: nam cum penitus spi- cula Omnipotentis in meis visceribus, & pulmonibus de- fixa hæreant, nullūmq; extractū sit, ut aliquod vulnere re- mediū quæreretur; neq; ullus jaçt⁹ fortissimi illius brachii à me aberraverit, sed me omnes collimarint; accedit etiā, quod cuspides omnes inflammatae & ardentes videntur, ut quæ tinctæ sint lerali aliquo veneno; ita uror, & ardeo, ex- hauriorque totus sanguine vulneribus profluente, & aper- to consciscōque pectore, non ore tantū, aut naribus exspi- ro. Ergo cum ita meo sanguine ⁱ ebrīa, obrutēque sint sa- gittæ, & madeat, aut potius natet ferrum, sitio ego, & exu- gor, penitusq; conficior miser. Quid, quod non solūm præ- sentibus malis, sed aliorum etiam gravissimorum impen- dentium timore discrucior? ut undiq; terroribus & metu obfidear, velut hostium immanissimorum exercitu oppug- natus: nam non adventuræ solūm, sed præsentis etiam ægri- tudines & cruciatus incredibili sua magnitudine me de- terrent; nec non terribile spectaculum cunctis me mortali- bus efficiunt.

Quod si dolores alii à me suspiria & gemitus non ex- torquerent, at sola fames clamare vehementius cogeret. Nec vitio mihi tribuendum, quod famefcētibus brutis, o- nagro videlicet (ⁱ qui famefcens frequenter, vehementerq; rudit) & bovi condonatur, ut rugientibus præ fame inte- stinis, vocem atque rugitus edant. Si verò post suspiria atq; clamores, aliquid tandem mihi cibi apponitur, mirum est, quàm sit insulsum, inconditum, amarum, frigidus; ut etiam famefcenti homini stomachum moveat. Quod si urgente fa- me fumere velim illa, ad quæ quondam nauseabam, vix ne- cessarius ad victum cibus suppetit: non frustra itaque con- queror: nam hoc in omnium animantium natura positū est, ut si vel famefcant, vel mali alicujus quidpiā patiantur, in- articulatis & rudibus vocibus, & qua possunt ratione signi- ficent; ego verò non gemere tantū, sed illum cibum, qui mortali m palato amarissimus est, mortem (inquam) ex pe- tere compellor; interim alii levioribus compulsi malis cla-

*atorum relata ad divina
justitia trutinā, & pena-
rum pōdus ex altera par-
te respondentium. v. 3. n.
5. Nec non etiam de suspi-
riis & gemitu, quo eleva-
tur ægritudinis gravitas.
num. 6.*

*8 Ut dolor absorbeat, &
precipitet verba, ex Ori-
ginali, & Hebraicantibus
non pauca. v. 3. n. 8:
h De Dei sagittis, que nā
sint, & ut colliment sem-
per, & fixa hæreāt in sco-
po. v. 4. n. 2. 3.*

*i Ut sagitta bibant & in-
ebrientur sanguine rubei
vini simillimo, & ut cades
hominum vindemiam re-
ferat quaedam ad ss. in-
telligentiā opportuna. v.
4. n. 5. 6.*

*l De onagri natura, fa-
me, siti, ruditu tum ex sa-
cris tū ex prophaniis mul-
ta. v. 5. n. 2. 3. 4.*

7
Qua prius nolebat
tangere anima mea,
nunc præ angustia ci-
bi mei sum.

*m De sale ad correptionē,
& ad sapientiam relato
peculiaris quada. v. 6. n.
6. 7.*

*n Hebraorum lectio de ovi
albumine, aut vitello pro
insulsa salivæ latere tracta-
tur, & illustratur. v. 7. n.
8.*

*o Quid illa graveolentia
halitus, quæ Septuaginta
legunt, & ut anima leoni-
na virulenta sit, ex sacris
& prophanis nonnulla. v.
7. nu. 10.*

*p Ut verba hujus sentētia
asserant voluntatis quan-
dam voluptatem, & quan-
dam cupiditatē inexplebi-
lem, quasi Deo nostra arū-
na placeant, & ingenti lu-
cro existat. v. 9. n. 2. & 4.
& ut in mediis cruciati-
bus se prodant Dei benigni-
tas. nu. 5.*

mare permittuntur. si enim quis in cibum insulsum, aut malè conditum, aut amarum, aut veneno infectum inci- dat, subito clamore conqueritur, & voce atque gestu aver- fatur, nisi illum dira fames cogat sumere amara pro dul- cibus. me verò infelicem, cui gravissimè laboranti per meos ipsos consolatores non liceat gemere, cum his mi- feris acerbissimis pascar, & exaturer, quas quondam firmus & valens fastidirem. Sed illud te monitum velim, ami- cè Eliphaz, ut qui amicitia officium te præstare & colere profiteris, m salem coëmas. insulsa enim, & nullo pru- dentia sale condita consilia, grata & suavia, imò & saluta- ria esse ægotantis presertim palato, minimè possunt. Sed Sal tamen parcè & moderatè adhibendum, ne ærumno- sum & dolentem hominem nimium acerbè & inhumaniter pūngas; sed potiùs sali oleum addas, instar medici humanissimi atque prudentissimi, quo ægotantis animi acerbicatem & animi morbos cures, & lenias; ne sapiens cum videaris, insulsum & fatuum sal jure haberi possis: præsertim, cum ego ad mearum calamitatum levamen, nulla valde exquisita remedia postulem, sed quocumque vel levissimi solatii adminiculo contentus sim, cujusmo- di pauperibus & tenuioribus hominibus, sal esse solet, ne- cessarium quidem, sed facilè parabile palati irritamen- tum, & non nisi pauperum condimentum: nam neque de- licatissimus cibus, quale est lacteum & molle albumen ⁿ ovi sine sale comedi potest; quantò minùs poterunt mo- lestissimæ & insulsiimæ acerbitates sine ullo condimen- to devorari? Sed si insulsum & fatuum me vos è contrario existimeris, quod paulò concitiora verba loquar & à prudentia sale, & condimento imparata, mirari profectò minimè debetis; nam qui insulsum habet salivam, & lin- guam, insulsum expuit; qui amarum habet linguam, ama- rum & biliosum excreat: Sic sanè ego mihi ipsi non dulce sapio: neque suave oleo, v inficio enim gravissimo halitu leonini persimili, quæ mihi apponuntur. & qui amarescam totus, dulciora non possūm pectore promere; enim verò quæ nunc loquor, vix quondam auderem ore contingere, ac ne cogitare quidem. at vi doloris ad loquendum vel in- vitus, & dolens adigor, sicut etiam (invitus licèt) excipere & devotare cogor importuna consilia meorum amico- rum.

Sed ad tot tandem malorum solatiūm aliquid, ab ip- so meo iudice, ne quid contra jus & æquum postulaf- se videar, summis contendo precibus, spero etiam anxius atque sollicitus, ut qui me semel contere & tundere cæ- pit, penitus conficiat; neque me diurniori supplicio excruciet: opto enim illi, cui meæ ærumnæ semel placuerunt, numquam non placere, neque dolens & decum- bens solūm, sed mortuus etiam gratus, & obsequens haberi. Solvat igitur, atque expediat manum suam, libe- rē quoquò versus conjiciat, & verset; videtur enim hæte- nus se gefisse in me cædendo instar hominis abbrevia- tam, aut colligatam habentis manum: libero itaque, & expedito brachio me confodiat; sentio enim, quisquis ille sit, cujus miser ego manu atque gladio jam diu vulneror &

8
Quis det ut veniat pe-
ticio mea: & quod ex
pecto tribuat mihi
Deus. **9**
& qui cæpit, ipse me
conterat: solvat manū
suā, & succidat me.

¶ Afflictum parturire spiritum salutis, dummodo patienter perferat, indicatur cum utilitate. v. 10. nu. 2.
¶ Vt Dei misericordia resplendeat, sive cum mortem infert, sive cum vitam tueat. v. 10. nu. 3.

¶ Vt mors segnis & timida utpote inermis, accedat ad virum iustum. v. 19. n. 4.

¶ Vt humana imbecillitas precum & divina gratie robore gravissimas arunas perferre possit, quadam ex sacris. v. 11. nu. 1.

tundor, impeditam & ligatam illam esse. Ergo sic me ille vulneret, omnemque meum sanguinem profundat, ut mea illi mors lucro alicui, aut verò voluptati existat. Hoc igitur solatio, interim dum me dolores urunt, incalescerem, & animos, viresque colligerem, si cruciatuum magnitudo certam mihi mortis spem allatura est. Scio enim dum isti dolores me, velut parturientem, excruciant, fore ut tandem salutis & incolumitatis spiritus, vitæque alterius requies atque tranquillitas parata mihi sit. Nulla igitur mei commiseratione retardetur: nam si moriar, liber & securus à peccandi metu evadam, nunquamque deinceps Dei voluntati repugnabo, ut qui ex hujus vitæ, & mortalium conditionis inconstantia recesserim: valde videlicet meæ imbecillitati timeo, ne me à pietatis studio doloris acerbitas vel latum unguem dimoveat; cum itaque adhuc non peccaverim, nollem à mea vitæ innocentia recedere; quamvis spes mihi firma sit, fore, ut nunquam Deo contradicam. Non est igitur, cur mortem timere debeam: sed potius est cur constanter petere atque expectare illam possim, quam cum mihi tandem insigere voluerit Deus, tantum abest, ut illam deprecari paratus sim, ut pro magno potius beneficio sim habiturus. sanctus enim qui esse studeam, à sancto & purissimo numine nihil iniqui, aut parum mihi utile accipere possum.

Et certè rem expecto neque longè distantem, neque valde difficilem: nam vitam per se brevissimam in arctissimas angustias redigunt acerbissimi, quos perfero, cruciatus, quibus sustinendis par esse non possem, nisi me precandi studium & assiduitas, atque divina gratia corroboraret: atque (humanum etiam aliquid arbitratum) gemitibus interdum & lamentationibus indulgerem. nam neque laborum meorum finem, quando futurus sit, scio, ut ea cognitione & spe me ad patienter sustinendum confirmem: non enim alium fælicitatis temporalis finem, vel exspecto, vel oblatum etiam acciperem: quicumque enim sit vitæ grummosissimæ istius exitus, vitæ ipsi antefereendus meritò est.

Quippe non ego saxeus ferreusve, aut sine sensu sum, ut tam vehementer percussus neque sentiam, neque ingemiscam. Et quidem illa, que sensus expertia sunt, lapides atque metalla, ictum & mæteum respuunt, & ad levissimum contactum, quasi conquerantur, tinniunt; ego verò qui mollior sum, qui ex fragiliori testa compactus, testeus & luteus, pene jam contractus nullam doloris & sensus vocem emittam?

Vires me jam planè deficiunt; cum enim (quod verissimè affirmabo) minimè sim pusillo, aut abjecto animo, tamen longè inferior sum ægritudinis magnitudine, & acerbitate. & quod mihi reliquū esse poterat, divinum auxiliū desidero; nec non veræ amicitie & necessitudinis in ipsis meis propinquis, & familiaribus officium requiro. video enim humanitatis legem adversum me violatam esse; & qui maximè constantes esse debuissent in me juvando, & sublevando, hi primi à me dilapsi sunt.

Si quid

10

Et hæc mihi sit cōsolatio, ut affligens me dolore, non parcat.

Nec contradicam sermonibus Sancti.

11

Quæ est enim fortitudo mea, ut sustineam?

aut quis finis meus, ut patienter agam?

12

Nec fortitudo lapidū fortitudo mea: nec caro mea aenea est.

13

Non est auxiliū mihi in me:

** & necessarii quoque mei recesserunt a me.*

¶ De misericordie affectu accuratè differitur, & de laude veræ amicitie. v. 14. nu. 2. 3.
** Vt sit idem Misericordie & sanctitatis, rursusque Misericordis, & sancti nomen in sacro sermone. v. 14. n. 4.*

¶ Vt iusti oculos in arumnosis desigant, ut impii advertant & prætereant, oportuna ad mores consideratio. v. 15. n. 1. 3. 4.

¶ Torrentis ad inconstantem amicitiam furiosior allegoria tum ex re ipsa, tum ex Hebræorum lectione. v. 15. n. 3. & 4. & v. 18. n. 3. & v. 20. n. 1.

Si quid autem in lege prudentiæ, aut comitatis ego unquam peccavisssem, graviter dolenti, & ab omni amicorum ope homini destituto cōdonandum erat. Qui verò non solum frigent, & languent, ubi ardenti erga amicum charitate opus est, sed etiam amicorum suorum malis territantur, & longiùs fugiunt, ne quid mali è vicino malo participant; & qui misericordie & pietati nuncium remittunt, hi profectò Dei timorem gravia comminantis supplicia fraternæ, veræque amicitie defertoribus, à se abjecerunt; neque Deum diligit, qui proximum non diligit; neque sanctus esse potest, qui misericors non sit.

Sed illud mihi acerbius, quòd naturæ etiam jura erga me violata video: nam universa mea cognatio me detestatur; & cum me vident, sanguinis & naturæ cōjunctionem contra naturæ jura contemnentès & abnegantes, à me oculos dejiciunt, atque hominem miserimum execrantur; velocissimèque prætereunt, ad sua quisque negotia, & commoda contendentes, ne ulla mearum egri-tudinum, si in me diutiùs oculos figere voluissent, commiseratione tangerentur. cumque à me instar torrentis, qui raptim transit in convallibus, dicto citiùs dilabantur; illa etiam re torrenti persimiles evadunt, quòd sicut torrens hyeme, cum opus non est, aquis redundat, æstate verò arefcit, & squalet, ita istorum amicitia, cum opus mihi non erat, turgebat, & fluctus atque spumas magnificentissimarum pollicitationum in cælum tollebat: sed cum in æstu mearum arumnarum ad illos confugio, fugiunt illi, excedunt, evanescent.

Cæterum, in tantæ istius impietatis, & inhumanitatis pænam fiet profectò, ut qui timent propiùs ad me accedere, ne participes sint meorum malorum, in tantò graviora mala incidant, quantò nix copiosior, & densior est pruina. connivet nunc tantisper Deus; sed tarditatem supplicii gravitate compensabit. atque oportune illos dissipabit: & incalescente atque ardente divinæ justitiæ sole universam illorum fælicitatem, quæ nunc ærea, & solida videtur, liquefaciet, atque diffundet. Tortuosis, & inflexis alveis defluerunt, ut quorum amicitie & vitæ ratio recta non fuerit; sed illorum vitæ exitus omni fælicitate vacuus erit. Interim, sicut torrentes quos nix operit, & glacie ac nive liquecente turbidi redduntur, externa facie congelante & concrecente, occultè præterlabuntur; ita mei propinqui, dum ad meas miseras indurescunt, & turbida torvaque me fronte excipiunt, cum præsentès sunt, & vix me conspecto se se proripiunt: ita nunquam illi mihi opportuni, aut commodi erunt: nam in mearum adversitatum hyeme congelant; & in æstu meorum dolorum dissolvuntur & exarescunt, nulla sanè vitæ constantia, vitæ, neque amicitie stabilitate servata; instar torrentis, qui, quòd fert aquarum confluentium impetus, nunc hanc, nunc illam semitam aut efficit, aut sequitur. Neque non ego torrenti simillimus sum; nam quondam bonorum omnium, atque divitiarum affluentia

14

Qui tollit ab amico suo misericordiam,

timorem Domini derelinquit.

15

Fratres mei præterierunt me,

Sicut torrens, qui raptim transit in convallibus

16

Qui timent pruina, irruet super eos nix:

17

Tempore, quo fuerint dissipati, peribunt: & ut incaluerit, solventur de loco suo.

18

Involuta sunt semite gressuum eorum: ambulabunt in vacuum, & peribunt.

redundabam: nunc in summa siccitate & squalore tabesco.

Et quidē ut Themanitę, & Sabei, dū iter faciūt in sua illa arenosa & æstuante regione, si post vehementē inibrē, tātis per siti cōpuli de via desectant ad bibendum, nullos jam torrentes reperire poterunt (Nam bibula tellus momento temporis exsorbet quamcumque confluentium aquarum vim maximam) & confusi pudibundique recedunt; sic sanē amici mei, qui ad me consolandum venerunt, tum etiam alii, qui ex remotis provinciis ad hoc miserādum meæ fortunæ spectaculum confluerūt, confunduntur, & pudefūt dum in me oculos adjiciunt, atque contemplantur hominem à suis fratribus, propinquis, & universis denique, quorum intererat mihi adesse, neglectum, atq; derelictum. Cū verò nihil mihi reliquum esset, quàm ut sperare possem aliorum Themanitarum, & Sabæorum auxilium; illi certē aut rustico pudore detinentur, ne me invisant: aut qui jam adsunt, importunē me consolantur, ut qui à me per cōtemptum, & ludibriū oculos dejiciant. Sed, o amici, vos admo neo, ne præsentī fortuna insolescat; & qui cum Themanitis atque Sabæis mercaturam & commercia exercetis, pecuniis ne multum fidete: confundentur enim tandem, qui in illis sperant, & facilē ad meam quoque inopiam devolvi poterunt.

Venistis itaque serò ad me consolandum, ne in recenti mea clade, & egestate aut opē, stipē ve à vobis emendarē: et nūc quoq; vobis ipsis, ac vestris crumenis timere videmini, dum meam indigentiam vultu minimē benigno conspiciatis. Sed securos vos, & sine timore esse volo: nihil enim à vobis exigam; neque ullius sanē facultates concupisco ad ea, quæ mihi opus sunt. neque verò efflagitabo, ut largiamini pro me munera, quibus me ab hostibus & tyrannis redimatis. Nihilque præterea quicquam vobis debeo, ut quasi pretio conductus, debeam multus, & patientissimus auditor vestra probra patienter excipere. Numquid igitur vestra fortitudine indigeo, ut vel à potentissimis hostibus, vel ab his gravissimis ærumnis, & tum animi, tum corporis angustiis, quibus premor, liberari possim? Sunt enim ejusmodi, ut non solum vobis, sed etiam mihi ipsi, cui magis familiares sunt, formidabiles & stupendi existāt: à quibus nullo pretio, aut conventionē redimi, eripive potest miser homo.

Quod si quidpiam minus verē asserui, redargui paratus sum; ego verò neque existimo me vlla falsa opinionis persuasionē aut vobis repugnasse; neque ullo errore deceptū meis votis atq; verbis mortem expetiisse. Sed si quid à me inconsideranter, & præcipitanter aut dictum, aut erratū est, benignius admonete: neque convitiis, sed ratione mecum agite: nam ægotantem, afflictumque hominem, leniter docere, non acerbis pungere debetis; opportune doctrinæ rore perfundere, non tonare & fulgurare: veritas enim, quantumvis lenissimē & submissē à vobis proposita, fortissima est: eadēque quāvis ab homine imbecillo pronuntiata, non facile à vobis dejici, aut superari poterit.

^a Ut sit benignum, & mite Doctoris officium ex ipsa docendi voce, & etymologia. v. 24. nu. 5.

19
Considerate semitas
Thema, & expectate
paulisper.

20
Confusi sunt quia speravi.
venerūt quoque usque ad me, & pudore cooperiti sunt.

21
Nunc venistis, & modo
videntes plagam meam timeris?

22
Numquid dixi: Aferte mihi, & de substantia vestra donate mihi?

23
Liberate me de manu hostis, & de manu robustorū eruite me?

24
Docete me, & ego tacebo.
& si quid fortē ignoravi, instruite me.

Quare

25
Quare deraxistis sermonibus veritatis,
* cum è vobis nullus sit, qui possit arguere me?

26
Ad increpandum tantum eloquia concinnatis:
* & in ventum verba profertis.

27
Super pupillum irruis: & subvertere mihi mini amicum vestrū.

28
Verumtamen quod cepistis explete:

præbete aurem, & videte, an mentiar.


29
Respondete obsecro absque contentione:
& loquentes, id quod iustum est, iudicate.

30
Et non inveniatis in lingua mea iniquitatem: nec in faucibus meis stultitia personabit.

Quare frustra verissima mea dicta repudiatis, cum omnis doli & falsitatis expertia sint. * Neque verò vestras ego refutationes reformido, neque in vestra oratione acquiescā; veritas enim me ad omnem concertationem cōfirmat, vos verò concinnatis, excogitatis, atque invenire cupitis modos, quibus me verbis acerbissimis increpare, & compefcere valeatis, * non tam pro veritate disputantes, quàm ut mi ferrimum hominem contentiosis calumniis, & contumeliis divexetis. imitamini enim inepticulos argumentatores, qui vix animadvertunt, quid illis respondeatur, in id tantū intēti, quid regerere ipsi & replicare adversus respondētē possint. Sic me vos sine ratione desperatis animi arguitis. * At ego non frustra neque in vētum loquor. quāvis quæb afflictus & eger homo loquitur, non sint accipiendā, quali ex mente deliberata profisciscatur, sed potius ex partis sensitivæ naturali affectu, & sensu. Sed nihil me ista vestra vērōsa verba, atque perstreptēs, tonantes, & fulgurantes orationes cōmovent; neque magis curo, quàm si aeri dicerentur.

Verū illud certē negare nemo possit, illiberale esse vestro pondere, clamore, violentia, contumeliis pupillum cōnari opprimere, cui nemo adiutor sit; & in pauperem, instar c leonis prædæ incubatis, irruere: atque amico & sodali verborum calumnias, & decipulas argumentationum struere, & machinari, foveamque circumfodere, inquam me subvertere & dejicere possitis.

Sed in eo tamē, quod semel cepistis, pergite; neque enim disputationi me subtrahō, neque viam præcludo diligentium verborum examini: constanti enim & erecto animo sum, nihil veritus, quod mihi à vobis objici possit; neque vereor etiam veritatem asserere & contestari. æquitatē tantum vestri iudicii requiro, vestrarūque aurium benevolentiam, & benignitatem. Si quid verò respondendum est, & objiciendum habetis, audiā libenter (neque est enim cur meditari velitis discessum) dummodo absit d contētio & contradicendi studium, revertimini itaque fælices, & instaurate disputationem. Satis enim mihi persuadeo fore, ut vel vobis iudicibus innocens pronūtier: nihil enim, quod à me dictum, factum ve fuerit stultē & inconsideratē proferre poteritis. Nam cū gemo, & suspiro, minimē stultesco, ad præscriptum enim e rationis & suspiria, & lamentationes meas, singulæque verba præmeditatus exigo?



^b Quo animo, & quibus auribus accipi debeat oratio afflicti hominis, indicatur. v. 26. nu. 5.

^c Ut hæc translatio à Venatione deducta sit, & ut leo prædæ incubet, quædam ad Scripturarum intelligentiam. v. 27. nu. 1.

^d De vitio cōtentionis nō nulla ex sacris. v. 29. n. 5

^e Ut peculiariter quod intelligentia est lingua & verbis tribuere soleat Scriptura, atque ipsis etiam externis corporis partibus, qua cum Sapientia reguntur. v. 30. nu. 6.



C. SEPTIMUM.

ARGUMENTVM CAPITIS.

In semel cepta oratione & sententia de opta da morte perstat Iob. atque ex vitæ ærumnis, bre vitatæque redarguit Eliphaz. sed illam tandem quodam humanitatis sensu statim deprecatur.

Hujus capitis, atq. om niū dicendorū scopus.

- 1. An Iob lamentari verū instituat. Perstat potius in respondendo sibi obye ctis.
2. An Eliphaz erraverit in fide vera beatitudi- nis.
3. Alia sententia de Iobi proposito, & mente.
4. Totius capitis vera sentē tia, & cum precedentibus nexus.



ANNOTATIO hec pre mittenda sane fuit, quod toti⁹ ferè capitis sententia, & cognitio ex Iobi pposito scopo, & animi intentione investiganda pendeat. in quo non parva est dissensio interpretum: nam existimant nonnulli jam nunc disputatio nem semel initam cum Eliphaz abrumpe re Iobum, atque dimittere, & ad lamentationes humanæque vitæ deplorationē se cōvertere. sed hoc mihi displicet; neq; enim tam leviter illum Eliphazi verba pupugerant, ut illa tam facile despiciat, & obliviscatur, atque ad aliud agendū quasi per otium se cōvertat. illud melius, in quo ferè omnes interpretes conveniunt, ut stet in satisfaciendo objectis sibi ab Eliphaz, seque tuendo.

Sed cui nam peculiari objectioni respondeat, aut quā solutionem adhibeat, dissentiunt iterum. nam. D. Thom. & Cajetan. existimant, respondere Eliphaz asserenti beatitudinem atque bonorū operum præmium non esse expectandū post hanc vitam; quod nullam aliam, quàm fluxam hanc & perituram, videatur ille ag-

noscere: respondeatque Iob, id fieri non posse, cum præsens mortalium vita non consistat in se ipsa, sed ad alium statū tendat, sicut motus ad quietē; & militia, bellicusque tumultus ad victoriæ, & pacis tranquillitatem potiundam; atque mercenarii labor ad laboris intermissionē mercedemque percipiendam. Eandem Iobi montem asseruisse quoque videtur Rabi Moyses, qui scribit versari Iobum in confutatione illius rationis, videlicet, justis non deesse in hac vita suorum meritorū justa præmia: ergo respondeat Iob ex vitæ brevitate & ærumnis, quæ tempus & spatium videntur negare expectando, & fruendo præmio, cum non melior sit vita, quàm brevissimū militiæ tēpus, quod duobus aut tribus anni mensibus absolvi tur: aut. quàm operarius mercenarii dies, qui totus sudore atq; labore plenus est. sed hæc expositio tribuit viris sapientifsimis indignum & intolerandum errorē, ut supra diximus in præfat. & initio capitis quarti.

Sed Chrysof. tamen in catena indicat Iobum contendere, ut probet suam calamitatem non tam ex scelere aliquo, quàm ex quadā naturæ lege sibi accidisse, neq; bonis tantum bona, malisq; mala tantum modo, sed per mixtum, nunc huic, nunc illi accidere mala; cum mortales omnes durissimā agāt militiā. Præterea Isidorus Clar. subtiliter cogitavit hæc recitari, & proferri a Iobo quasi ex Eliphaz sententia; sic (inquit) amice Eliphaz, statuis Deū vulnerare, & deinde mederi; & sicut militi aut mercenario statutū esse mortalibus quiescendi, & mercedē percipiendi suū quoq; tēpus: ego verò, non omnino breve tēpus, neq; paucos menses expectavi, & tamē nullū vidi laborū meorum finē, mercedem nullam.

Ad hæc indicat Polichron. quæ de militia, & mercenarii labore dicit, eò pertinere, ut probet honestè & laudabiliter mortē à se desiderari, ut à milite belli exitum, atque discessum, & à mercenario nocturnā quietem.

Tandē, illud videtur congruentissimū ut quod. c. 3. dixerat deoptanda morte, in quo hæserat Eliphaz, nūc confirmet; & ex calamitatū magnitudine querimonias suas pefari oportere. itaq; ut Olympiod. dixit, amicis iam pro tribunali sedentibus, suam Iobus instituit defensionem,

An Eliphaz erraverit in fide beatitudinis future.

Rabi Moyses

3 Chrysof. Acummē vitæ hujus necessitate accidunt.

Isidor. Clar.

Polychron.

4 Totius capitis vera sententia atque dicendorum omnium scopus. Olympiod.

An Iob nūc iterū lamentari aggrediatur.

2 Iob responderet objectis ab Eliphaz. D. Thom. Cajetan.

atque

atque gravissima maximèque opportuna comparatione exorditur.

1. Militia est vita hominis super terram & sicut dies mercenarii dies eius.

- 1. Iob non tam de aliis, quàm de se hoc cap. loquitur prima persona solet in Scripturis de se sub nomine tertia loqui. Explicatus Samuel, & David.
2. Militia quid. Consideratio prima ad ordinē, stationes, & ornatum militarem relata. Stella militum, & quare. Militum constitutio Aureliani Imper.
3. Secunda militia cōsideratio de militari obedientia. multa ex prophanis. Censuralis vitæ quæ. Miles casarius, & valetudinarius.
4. Tertia consideratio terrarum, & discriminū. Leo terretur rotarū jonitibus.
5. Quarta consideratio militiæ ad tentationem relata. expeditur lectio & proprietates Græca. Pirata...

Iob nō tam de aliis quàm de se hoc. c. loquitur. Prima persona de se tanquam de tertia loquitur. Genes. 4. 23 3. Reg. I. 33 Esh. 8. 8 Genes. 19. 24

ILLud primò proponi potest, an hæc sit communis omnium mortalium vitæ deploratio, atque de homine in universum loquatur. nam sic asserunt Græci omnes, & plerique Latini. Sed eandem fere dubitationem facile nos expedivimus. c. 3. similique ratione nunc quoque statuentum videtur, licet quæ dicuntur hoc capite, in alios quoque mortales cadāt, fed de se potissimum loqui; atque cum hominem nominat, se nominare. est enim Scripturæ consuetudo, ut prima persona de se loquatur, quasi de quapiam alia tertia. Exempla frequentia. Genes. 4. ait Lamech, Audite vocem meam uxores Lamech: nō dicit uxores meæ. & David. 3. Reg. I. Tollite vobiscum servos Domini vestri (id est meos) & imponite Salomonem filium meum super mulam meam. & Asuerus Eth. 8. Scribite Iudæis ex regis (meo) nomine, signantes litteras annulo meo. huc quoque illud pertinere videtur Gen. 19. Pluit Dominus à Domino ignem. id est à seipso, vel cælitus, ubi ipse residet. sed, quod ad rem præsentem proxi-

mè facit, sub hoc nomine hominis, solet aliquis de se tanquam de alio quoquam loqui. sic cum vulgo loquimur ipsi, dicere de nobis ipsis solemus, la persona, o el hombre haze. homo facit, id est ego ipse facio. Psal. 38. A fortitudine manus tua ego defeci in increpationibus; (deinde ad tertiam personam transit de se quoque loquutus) propter iniquitatem corripuisti hominem (me) tabescere fecisti sicut araneam animam (meam) ejus. Psalm. 168. Persequutus est hominem (me) inopem, & mendicum. & Psalm. 33. Iste pauper clamavit (seipsum signat, este pobre. que aqui veis) eadem loquutionis formā Christus Iesus se filium hominis nominat, Quem dicunt homines esse filium hominis? id est, me ipsum. & Filius hominis vadit, non aliter Iob de se loquutus ait, Militia est vita hominis. Sed quidem quod ipsi convenit, omnibus convenit; nam eadem vitæ, mortalitatis, ærumnarum causa & lex mortalibus omnibus communis est. Iam igitur in militiam ingrediendum nobis est.

Militia est vita hominis. Multa sunt in militia, quæ cum præsentī instituto, facere possunt. & quidem nomē Tsaba, ab eadem radice dicitur, quod est militare, & stare in militia, ordine, loco, tempore constituto; nec tam est congregari, aut præliari cū hoste, quàm ipsa bellandi ratio, & ars, aut militaris disciplina, exercitus ordo, militem agere, militiam exercere. hinc quid quid suam standi, aut ingrediendi rationem præscriptam servat, militare dicitur. propterea stellæ militantes, & cælestem militiam atque exercitum efficere dicuntur & in illis facile videre poteris omnē militiæ rationem designatam in Scripturis. de his enim Scriptum est. Iud. 5. Stella manentes in ordine, & cursu suo adversus Sisaram pugnaverunt. suis autem sedibus & stationibus hærent immotæ, nam pleræque fixæ sunt; suis certis & definitis motionibus, & cursibus castrametantur; quamquam hujus exercitus quasi ministris vagari, & errare inter medios alios milites quibusdam licet. ii sunt planetæ, quos vaga & errantia fydera vocant. horum omnium imperator & Dux luminum Sol, aut certè Luna, cui noctis potestas tradita est; atque illud huic militiæ peculiare est, ut ornatisima sit, benèque terfis atque lucentibus armis vestita; lucent enim, atque scintillat, lucēs Luna Globus, Tytaniæque astra. quare tū ab ornatu, tū ab splendore & lumine

Psal. 38. 11

Psal. 168. 16 Psal. 33. 7

Matth. 16. 13

Que se dicitur por alla del hombre, y q se habla de la persona. Matth. 26. 4

2 צבא

Militare quid. Quid primū in militia cōsideretur.

Stellæ exercitum conficiunt, & militiam.

Judic. 5. 20

Psal. 135. 9

Bb 4

Chal

Nahum.2.2. Chaldeorum exercitum descripsit Nahu
c.2. Clypeus fortium ejus ignitus, viri exercitus
Aureliani cō- ejus in coccineis. quò illud pertinet Aurelia
stitutio de ni Cæsaris inter alia severe disciplinæ præ
militibus. cepta, quæ in epistola militari Vicario
suo tribuno cuidam mandat. Auctore
Flavio Vopisco. *Ut militum arma tersa sint
vestis nova vestem veterem excludat, stipendium
in Baltheo, non in popina habeat; torquem bra-
chiale, & annulum apponat. ad quam simili-
tudinem de Deo pugnatore forti, Dum
cum impio non depugnat, dicitur, Gladiū
suum vibravit. Hebraicè, expoliet. Hierony-
mus. alii, splendidificabit, extergit; numquam
illius arma squalent rubigine. hinc Lati-
nus interpres ad ornatum retulit id Ge-
nes. 2. *Perfecti sunt Cæli, & terra, & omnis or-
natus* (in Hebræo, & Chaldæo, *omnis mi-
lilitia, vel exercitus eorum.* sed cum jam præ-
liandum est, & manus cum hoste cōferen-
dæ, nulla tunc strenuo militi ratio, aut cu-
ra ornamentorum est, nam sædo pulvere
& atro fumo involuntur, & nigrescunt
omnia nulla certè stationis habita ratio-
ne; permiscuntur enim multa confusione
uterque exercitus: nō aliter milites hi cę-
lestes, cum contra insensatos pugnant,
deponunt speciosa, splendidique orna-
menta. nam *Sol obscurabitur. Luna vertetur
in sanguinem. Stella de cælo cadent.* Nisi fortè
ideo apelletur militia cœli, quòd stellæ,
& luna videantur agere nocturnas excu-
bias: nam noctu vigilat cœlum apertis lu-
minibus. unde honestæ illæ sœminæ, quæ
oblatis speculis pernoctabant in ostio ta-
bernaculi, dicuntur *excubare* Exodi. 38.
Hebraicè, *militare.* Vnde etiã Angeli, qui
vigiles sunt, iidem etiam milites sunt, exer-
citumque conficiunt. Iam ergo dicere
Iob poterit; *Dum vitam hanc vivo, scio
quidem me militem agere, non domi, ne
que in pace versari, sed foris atque mili-
tiæ; servarique à me oportere quamcū-
que mihi sedem, aut stationem meus im-
perator constituerit, quantumvis ea ingē-
ti labori atq; discrimini obnoxia sit; quā-
vis me stationarium militem constituat,
qui excubias agam, qui vigilem. vigilare
itaque me oportet, in quacunque tãdem
vitæ conditione sim: neque enim quāvis
doleam, animi mei, aut divini obsequii,
curam & studium abjicio. sed non ideo,
interdictum mihi fuerit desiderium ru-
de donari militem jam emeritum, & hu-
jus vitæ veluti sacramento absolvi, atque**

dolorum, & mortalitatis stipendio expū-
gi.
Secundò in militia licet considerare,
non promptitudinem tantum militum,
sed necessitatem quandam parendi impe-
ratori; est enim militia obedientia quæ-
dam fortis, & invicti animi, verum arbi-
trio carentis suo. cujus rei, idest militaris
obedientiæ præclara multa exempla ex
antiquitate peti possunt: neque enim tan-
tum duci aut tribuno, sed ut alter alteri
quasi servus obsequeretur inter alias mi-
litares constitutiones Aurelianus Impe-
rator præcipit. inde angeli militum & no-
men, & officium obtinuerunt, quòd divi-
næ voluntati, & dicto obedientissimi sint
ut dicitur Psal. 102. *Omnes angeli ejus poten-
tes virtute, facientes verbū illius, ad audiendam
vocem sermonum ejus.* atque suorum militū
obedientiã exponens Centurio ille Mat-
the. 8. dixit. *Habeo sub me milites, & dico huic
vade & vadit, & alio veni, & venit.* non aliter
ministerium, & obsequium suorum ange-
lorum ipse exponit apud Zachariã Deus
*Circumdabo domum meam ex his, qui militant
mihi: euntes & revertentes.* id est, quos ac-
ceptis mandatis prius rediisse, quàm ivis-
se sentias. Hinc etiam qui in templo ser-
viunt, militare dicuntur, quòd divinæ vo-
luntati dicati sint; Isai. 24. *Visitabo super mi-
litiã cœli.* id est, super ministros tēpli, &
mysteriorū cœlestium. de quo aliquãdo
plura. sed illud peculiare in rem præsen-
tem; quòd incredibilis dolorum toleran-
tia, & obtemperatio requirebatur à mili-
te, dum cædebatur. quare extat apud Mar-
tianum Consultum, lex illa; *Eum qui Cen-
turionem castigare se volenti resistit, Veteres
notaverunt. Si vitem tenuit, militiam mutat.
si ex industria fregit, vel manum Centurioni in-
tulit, capite punitur.* hujus autem Centuria
lis vitis, idest bacilli ex vite, quo tribuni
aut Centuriones milites ob crimen cęde-
bant, meminere Plini. lib. 14. c. 1. Corne-
lius Tacit. lib. 1. aliique quos affert Petrus
Crinit. de honest. disc. lib. 22. ca. 2. Hoc
quoque Iob dicat; *Dum vixero obediam
divinæ voluntati, nunquam divinum im-
perium quantumvis durissimum detre-
ctabo. si me ille cedat, & verberet acerbif-
simè, nodosam post hæc si frangat vertice vitem,
non resistam meo duci, non tribunis aut
centurionibus, non divinæ irę, nearum-
que pænarum ministris; miles ero
integerrimus. sed cum tam graviter*

3
In milite re-
quiritur Obe-
diētia.

Aureliani cō-
stitutio.
Militia An-
gelorum.

Psal. 102. 20

Matth. 8. 9

Zach. 9. 8
* Que a pe-
nas les an
mandado la
cosa quando
la dexas he-
cha, y estan
de buelta.
Ministri tē-
pli militant
Isai. 24. 21

L. militis agrū
13. D. de re mi-
lit.

Gēturialis vi-
tis.

Pli. li. 14. c. 1.
Tacit. lib. 1.
Crin. li. 22. c. 2

Iuven. Sat. 8.

doleam

Miles causa-
rius, aut vale-
tudinarius.

4
Tertia militiæ
cōsideratio ad
terrores & dif-
ferentia rela-
ta.

Iudic. 5. 1.

2. Reg. 11. 25.

2. Cor. 11.

Nab. 3. 2.

Leo terretur
(sonitu rotarū
Plin. lib. 8.
cap. 16.

doleam, tamq; affecta valetudine laborē,
causarius, valetudinariusve miles haberi
velim, qui meritò militiæ laboribus ces-
sare debeam; imò qui cogendus sim mi-
litiã supercedere, vltamque hanc militarē
relinquere.

Tertiò, potest. Militiã nomen signifi-
care humanam vitam plenam totam ten-
tatione, difficultatibus, discriminibus:
nã in his posita est univēsa militiæ ratio,
ut plena sit sollicitudinis, atq; stomachi.
ut indicatur Iudic. 5. in canticò Deborah
canentis triumphum: *Quicumque obtulistiã
de Israel animas vestras ad periculū. & 2. Reg.
11. Varius est belli eventus, & nunc hunc, nunc
illum consumit gladius:* atque humanæ vi-
tæ pericula copiosè persequitur Paulus.
2. Corinth. 11. sunt. n. humanæ vitæ co-
mites ubivis terrarum, atque gentiū. mi-
nitantur omnia nobis sævum aliquid, &
triste, sive ad animum, sive ad corpus re-
spicias. quem horrificum atque terribi-
lem tumultum belli descripsit eleganter
Nahum capite. 3. nam cōtendentibus ad-
versus Ninivem hostibus ait. *Vox flagelli,*
(nam auriga crepitate flagellos & equos
ad cursum stimulat, & hostibus timorem
affert) *& vox impetus rota* (Septuaginta; *Vox
commotionis rotarum:* est namque etiam so-
nitus hic horrificus, cum magno impe-
tu currunt. & inter alia, quę magnanimos
leones terrent, sunt rotarum orbes circū
acti, ut scribit Plinius lib. 8. c. 16. nō quòd
curules milites suspicetur, cum currus e-
tiam inanes formidare eodem loco Pli-
nius observet) *& equi fremētis* (hinnitus
quasi procul odoratus bellum, provocat
equus hostem) *& quadrigæ fervētis* (ve-
hementer concitati, & insultantis, pedi-
būque lapides quatentis, atque ex fili-
cibus excutientis scintillas: hæc enim om-
nia cadunt in vocem originalem. pro-
priè dicas, ferventer exultantis, & quatiē-
tis campum quadrupedante pedum so-
nitu) *& equitis ascendētis* (nam milites vo-
cibus etiam & clamoribus se excitant ad
pugnam) *& micantis gladii, & fulgurātis ha-
stæ* (nam splendens ferrum fulguris, aut
fulminis simile est; quod longè conspe-
ctum terreat hostes) *& multitudinis inter-
fētæ* (nam qui vulnerati cadunt simul cū
voce, extremòque spiritu vitam pro-
fundunt) *& gravis ruina; neque est finis cada-
verum, & corruent in corporibus suis* (alii nãq;
ad fociorum suorum cadavera impingē-

bant, ruebantque in ipsos suorum hostiū
mucrones) *Militiã igitur est vita hominis
super terram; quid. n. non sit in vita plenū
discriminē? quis non sit hostis. adversum
te armatus? in ipsis tuis fociis corruēs,
cum plurima pericula sint in falsis fratribus,*
atque pericula ex genere. Hæc cum ita sint
(inquit Iob) quid me jubēs in vita hac
felicitatē sperare, O Eliphaz, in qua ni-
hil sit tutum, nihil tranquillum?

Quartò alii in militia agnoscunt locū
atque tempus tentationi expositum jux-
ta lectionem Septuagintæ. *Numquid non tentatio
est vita hominis super terram?* quæ lectio fre-
quentissimè usurpata à concionatoribus
dū de Christi Domini tentationibus pro
concione declamāt. & quidem valde ad-
rem: si tamen propriam Tentationis ratio-
nem atque germanam significationem
paulò diligentius investigaverimus. Du-
plex ergo potest subesse significatio atq;
sententia. prima, quòd humana vita præ-
donum, piratarumque insidiis & incur-
sionibus valde infestetur: nã quod Gre-
ci dicunt, *Piraterion*, est vita hominis su-
per terram, illud sonat; nam *Pirateo*, præ-
dari est, aut piraticam exercere; quare
Piraterion, est sedes piratarum; seu locus
quem piratæ tenent, atque infestant: qua-
re sensus commodissimus: Humana vita,
militiã, id est, militiæ locus est, plenū pi-
ratis, atq; hostib' mare; sceleratissimorū
latronum spelunca & receptaculum. er-
go cum inter prædones, piratãque sæ-
visimos versemur, à tergo, à lateribus, se-
pti discriminibus, insidiisque certissimis
circumventi, nō ego (inquit) accelerem,
ut periculosissimum Pirateriū, locaq; in-
festissima citò prætervehar?

Potest autem *pyraterion*, non esse pira-
tarum receptaculū; sed illud tantum hoc
loco indicare, locum expositum infesta-
tūmque piratis, in quo impunè volitant,
grassanturque prædones: nam Scriptum
est: *Va terra & mari, quia descēdit Diabolus ad
vos habens iram magnam.* qui hinc discedit
liber jam evasisse videtur ex insidiis, atq;
hostibus. igitur hæc erit Iobi sententia;
Cum mortem opto, in tuto esse deside-
ro; quandiu enim vivo, hostium & spo-
liatorum incursionibus expositus sum: li-
ber enim humani generis hostibus in
hanc vitam, & in hunc aerem, quem du-
cimur, velut potestatis aditus patet.

Pyraterion denique non pro loco pi-
ratarum,

2. Cor. 11. 26.

5
Quarta mili-
tiæ considera-
tio ad tenta-
tionem relate
Expenditur
lectio Sept.

Tentatio quid
propriè.

πῖρατῆριον

πῖρατῆριον

6
Altera Pirate-
rii considera-
tio.

Apoc. 12. 12.

7
Tertia Pirate-
rii considera-
tio.

rii. confideratio, pro exercitio Piraticæ.

Ovid. 1. Metam.

Ephes. 4. 19.

Matth. 6. 19.

Philipp. 2. 6.

8 Quarta militia ex Græco observatio loco & tempore sumendi experimenti.

4. Reg. 25. 19.

LXX.

Rom. 5. 4.

ratarum, sed pro ipsa piratica, seu exercitio piraticæ sumi debere, non nemo cōtendit, ut & Sabæorum, Chaldæorumque rapinis Job stimulatus illud dicat.

Vivitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus. Neque ab hoc alienum est illud militia nomen: nam pro deprædandi, & latrocinandi officio aliquando accipitur: præterquam enim quod milites aliquando latrones dicti sunt (ut supra indicavimus, & postea latius dicemus) sed frequenter quidem non sunt contenti milites. stipendiis suis, rapiunt ergo. igitur ex militia nomine universa scelera ad unam latrocinandi nequitiam revocare videtur; nam sicut Paulus inexplabilem omnis generis cupiditatem avaritiam, aliquando vocat; ita invidiam, ambitionem, avaritiam, libidinem, reliqua denique peccata, quorum materiam improbi avidissimè consecretantur, & veluti præripiunt aliis, vel ex manibus eripiunt, Iobus vocet piraticam, & latrocinium; Præstat (inquit) vilissimis his rebus, quibus improbi furunculi inhiant, dimissis hinc egredi, atque eò contendere, ubi quidquid possideas, Neque arugo, neque tinea demolitur, neque fures effodiunt, & furantur. Illud verò non est à sacro Sermone alienum, ut de eo, qui honores ambiat, tanquam de raptore loquatur; cum dixerit Paulus: Non rapinam arbitratus est, esse se equalē Deo. de quo aliàs.

Potest quidem Græcè etiam voci illa tentationis significatio subesse, ut militia tentatio sit, quasi locus, tempusque experimenti, quo exploratur, qualis quisque sit; & de alicujus vel fortitudine, vel constantia & tolerantia, aut alia animi virtute periculum sit, neque est aut alia ars, qua melius exploretur hominis virtus, fortitudòque militaris, aut aliud hominum genus, de quibus aut frequētius aut verius experimentum fiat. sic 4. Reg. 25. Sopher, princeps exercitus probabat tyrones de populo terra. Hebraicè, militare faciebat. id est, ea ratione de cujusque virtute, & viribus periculum faciebat. Sept. Qui ordinabat populum terra. id est, in ordine disciplinæ; militari exercebat, & instruebat. hac ratione dicitur: patientia operari probationem; nam tribulationum, laborumque tolerantia ostendit, quid valeant cujusque humeri, quid ferre recusent; quis, qualis ve quisque sit. Sic tentatio est vita hominis, in qua princeps militiae Deus nos pro-

bat; nam quidquid in vita nobis accidit, tum & creaturæ omnes nostras vires, animique nostri virtutem explorant, & de nobis experimentum sumunt: in quam quoque sententiam dictum est Sap. 14. Creatura facta sunt in tentationem animabus hominū, & in muscipulam pedibus insipientium. nam in usu creaturarum proditur cujusque animus: pleræque enim non solum propter necessitatem, sed etiā propter probationem, aut tentationem creata sunt à Deo. nō aliter, quàm cum pater-familias nō solum domesticis, filiis, aut servis necessaria largitur, verum etiam minimè necessaria pecunias aut exponens, aut scrinium apertum relinquens, observat quos se quisque modo gerat, & an iis abstineant, quæ cōtingere liberè, & impunè possent, an verò cum transgredi possint, minimè transgrediantur; atque necessariis tantum contenti vivant. Propterea Paulus ait: Omnia mihi licent (id est, possumus) sed non omnia expediunt (non licet per rationem, neque per divinam legem) ergo ait Iobus; Scio militiam esse vitam hominis, atque me probari ærumnis, & belli laboribus, explorarique animi mei vires, constantiam, atque patientiam, virum me præbebo, & minimè ineptum militiæ, nam cum suspiro, non recuso probationem, viriūmque examen. sed qui satis probatus jam sum, si fieri potest, ut dimittar aliquando precor: nō fugiam ipse; ne fugitivus miles, militiæque proditor atque desertor sim, nisi ab eo cui bene notus, & exploratus sum, in pace dimissus.

Cum præcedenti quoque annectenda, quamquam nonihil diversa, Græcorū interpretatio, Nicetæ, Polychron. Chryf. qui per tentationem, nihil aliud intelligūt, quàm vitæ ærumnas, atque difficultates. licet enim prosperitas probare & tentare etiam pleròsque soleat, ut in Proverbio est, Honores ostendunt virū; sed illa tetrandi ratio certissima, & efficacissima est per tribulationes, & quæ nullis pateat calumniis. vide quæ supra diximus. cap. 2. §. 5.

Quoniā verò vox (Tfaba) nō militiā, solum, sed exercitum etiam significat, placuit quibusdam perinde esse dicere: Militia est vita hominis super terram. ac si diceretur; Exercitus est. sicut dicitur in sacris frequentissimè militia, id est exercitus & milites; ut militia cælestis, id est, exercitus siderum, atque luminum, vel angelo-

Sap. 14. 11.

Simile.

2. Cor. 6. 12.

Miles fugitivus.

9 Nicetas. Polychron. Chrysof.

10 Militia pro exercitu, & militibus. Isai. 24. 21. & 34. 4. Jerem. 19. 13. Luc. 2. 13. Act. 7. 42.

Non minus difficile corporis cum anima conjunctio nem continere, quam exercitum alere.

Genes. 3. 9.

II

Militia pro tempore constituto.

R. David. R. Mardoche. Pagnin. Vatab. Hebraeus, apud Cajet.

2. Reg. 11. 1.

Exod. 12. 2. Quod ætatis tempus militiæ præfixum.

Num. 40. 42.

Liv. dec. 3. lib. 1. & lib. 3.


Polyb. lib. 6.

rum. Hinc ille sensus elici poterit; Valde difficile, valdeque laboriosum est exercitum suis sumptibus alere, & diutius continere; nihilòque facilius istam vitam vivere, in qua tum animus, tum corpus, atque singula corporis membra, & internæ externæque facultates in unum quasi exercitū coeuntes, commeatu necessario indigent, quo sæpe carent; & cum numerosissimo hostium exercitu pugnant, à quibus sæpe vincuntur: facile quoque dissolvitur hæc hominis compositio: ergo quis nō meritò optet belli finem, ut quisque possit in domum suam redire dissoluto exercitu; corpus in terram suam, & animus ad Deum, qui fecit illum? nam hac quasi lege, & præstito sibi sine militat homo, & ad bellicum laborem vocatus est, dictum enim illi est: In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec revertaris in terram, de qua sumptus es.

6. Plerique ex Hebraizantibus hoc loco legèdum putant. Tempus præfixum, aut, determinatū est homini super terram. R. Mardochai in suis concordantiis, sequuntur. Pagnin. Vatab. neque inter hos numero Hebræum illum apud Cajet. qui tantum vertit: Tempus est hominis super terram. quasi homo tantum sciat uti omnibus temporis differentiis. nam præter quàm, quòd hæc Philosophia de usu temporis, alterius sit loci, & negotij, certè vox originalis non significat tempus simpliciter, sed certum aliquid & constitutum, ea analogia, quòd certo & determinato anni tempore exerceri solet militia; sicut Scriptū est: Factum est vertente anno tempore, quo solebant reges ad bella procedere, æstivo videlicet tempore, aut potius initio veris videlicet Martio, à quo annus verti incipiebat Exod. 12. vel ideo militia tempus determinatum affert, quia non quævis ætas erat bello apra, sed determinata & certa; ut patet ex lege Numerorum à viginti annis, & supra; ex quo colligi potest fortitudo exercitus Israelitici, nam alii à decimo septimo anno adscribi militiæ poterant, ut auctor est Livius deca. 3. li. 1. & aliquando etiam à 16. anno ut idem Livius scribit ejusdem decadis lib. 3. majorem autem sex & quadraginta annis ineptum etiam militiæ judicabāt, nisi in necessitate reipublicæ, ut Polybius tradidit lib. 6. aliquando etiam qui ad decimum quintum annum pervenissent, scribi mi-

lites poterant, ut ex Varrone constat. qui dum describit ætatis gradus humanæ, eos qui ad decimum quintum perveniunt, ait dici esse ex catalogo, sicut ultra catalogū, qui jam militiæ apti non sunt: catalogum autem vocabant tabulas, in quas per numerum milites scribebantur. In Ecclesiastica etiam militia, id est in sacerdotū & levitarum ministerio, & servitio templi, certa etiam ætas cōstituebatur. Num. 8. à viginti quinque annis, & supra, usque ad quinquagesimū. nō solum enim in spiritali, & Ecclesiastica militia corporis robur labori perferendo requiritur, sed ne immaturus sit animus & quidem apud prophanos illi qui ad vigesimum quintum annum pervenissent plenam militiā habere, completæque stipendia, & militiæ tempora dicebant, ut observavit Servius, 2. & 7. Aeneidos. In hanc rem accipiunt, id Is. 40. Cōpleta est militia ejus. subest enim eadem vox (Tfaba) quamquā correctior lectio Vaticana, malitia legat. re quidem, atque voce etiam prope eadem: nam militiam, quasi malitiā dictam volunt, quòd multa dura, multaque mala pro republica sustineat miles; aut, ut Festus Pompejus ex Aelio affert, à mollitie per contrariū, intellectum dici potuit, quasi nihil molle; sed asperum, plenumque malitia atque duritia miles gerat. simile id capit. 14. Cunctis diebus, quibus nunc milito. id est, qui constituti sunt meæ vitæ. in hanc igitur sententiam dixerit Iob: Militia est hominis vita; tempus quo mihi militandum atque laborandum est in hoc mundo, fixū etiā atque determinatum est; atque perquam breve. ad extremum ego cum jam pervenerim, stultè mihi pollicerer longius tempus, aut de vita diuturniori majorem spem conciperem. quare importunè in nescio quam spem niteris me adducere, o Eliphaz, cum tempus & vita me deficiant.

Hæc sunt quæ ex fecunditate sacrarū litterarum, atque militia elici possunt, utilia quidem, & à germana significatione vocis minimè aliena. sed quædam aliis præstant; præstātque optimi judicium lectoris integrum ad eligendum relinquere.



Varro. Qui dicerentur esse ex catalogo, vel ultra catalogum

Num. 8. 24. 25.

Serv. 2. & 7. Aeneid. Isai. 40. 2.

Festus ex Aelio.

Iob. 14. 14.

Vita hominis super terram: & sicut dies mercenarii, &c.

11. Super terram, appositum hominis, quid Enos ex propretate Hebraea. Et eius vita desperata sit, explicatus David. 12. Multiplex militia sub diversis ducibus diversa arma, & stipendia ex Pau-

lo. 13. Dies singularis de vita hominis, sicut Diarii mercenarii, quid in diario a bore considerandum. Omnibus communis labor. Miseri mercenarii proprietates & ingenium.

II

Psal. 9. 18.

HOMINIS super terram. Hominis, qui est in terra; dum vivit; vel, hominis terreni, sicut & Psal. 9. Non apponat ultra magnificare se homo super terram. id est, homo terrenus, mortalis, qui nihil magnificum ex vili & terrena sua origine concipere potest, aut debet. ut illud; Super terram, sit appositum hominis, pertineatque ad ejus infirmitates, & ærumnosam conditionem. atque sic exigit originalis vox, Hominis, que hoc loco est (Enos) à radice (Anas) quod est desperatè, aut perditè dolere, & infirmari. unde dicitur. 2. Regum. 12. Percussit Dominus parvulam, & desperatus est. Et Psal. 68. Improperium expectavit cor meum, & miseriam. ext: emã. Hieronymus; Et desperatus sum. Sic Jerem. 30. Insanabilis fractura tua, & insanabilis dolor tuus. Hebraicè. Desperatus, inde homo dicitur, Enos, semper dolens. semper ægrotans, desperatè dolens, insanabilis: qua de re, ut se ad mortem compararet, atque rebus suis prospiceret, admonitus est, cum audivit: Morte morieris, id est, certissimè moriendum tibi est. & iterum, quod immedicabili pthisi laborantibus dici solet, dictum illi est: Homo sicut * sanum dies ejus.

Aptissimè igitur pericula, ærumnæ, brevitatis vitæ, metus, atque certitudo instantis mortis, quæ omnia affert militia, vocabulo hominis continentur. quare ex utroque hæc quoque sententia elicitur; Militia est vita * enos. cum morte, cum malis immedicabilibus militamus, atque pugnamus, dum vivimus, vincimurque perpetuo. de nomine autem enos, deq; altera illius etymologia iterum dicendi locus erit.

Sed illud indicandum brevissimè, quàm ab hujus militiæ primo & literali sensu aliena non sit, sed tamen ad allegoriam, aut tropologiam potius pertinere quæ dici possent de multiplici nostrorū

animorum spirituali militia, aut sub mundo duce, aut sub dæmone & carne, aut sub Deo; quæ cujusq; militiæ stipendia, quæ arma, quis armorum usus, quæ in hujusmodi bello accepta, aut inflicta vulnera; quis belli exitus; quis pacis status: in quam rem multa suppeditabit Paulus, qui frequenter meminit, militia, & armorum spiritualium; vide Augustinum lib. 10. confessionum ca. 28. Bernardum prioribus sermonibus ad milites templi, & peculiari sermone de fallacia hujus vitæ.

Et sicut dies mercenarii. Licet dies in originali, pluraliter dicantur, possintq; significare longius tempus; aut annum; & dies hominis, pro integra illius vita sumi soleat, non ideo tamè hic accipitur mercenarius pro eo, qui operam suam locat ad tempus longius, sed pro quotidiano, aut diario mercenario, qui cum portet pondus diei & æstus, singulorum dierum mercedem accipit. sic legunt, Septuag. Sicut quotidiani mercenarii vita ejus. atque multo magis apposita humanæ vitæ similitudo; sicut enim in unico die operario, quandiu lucet sol, non est ulla requies metcenario constituta, ita sanè dum luce hujus vitæ fruimur, nulla nobis requies expectanda est, sed incessanter & indefessè laborandum; dum lucem habemus. in hac autem similitudine eadem ferè illa observari possunt, quæ in militia, videlicet vitæ brevitatis, indefessus labor, nocturnæ quietis, id est, mortis expectatio, commutatio cum altero statu & vita mercedis & præmii. id est beatitudinis perceptio; vel certè tã piis, quàm impiis communes ærumnæ; quod omnes conducere ad laborandum videantur. quàmquam non omnes æqualiter laborent, nã alii primo mane conducuntur; circa sextam alii; desidentibus aliis usque ad nonam. sed nemo non laborat, ferè licet. Quod autem non idem sit omnium labor, neque eadem opera, indicatur ipso mercenarii nomine, quod commune est ad eos omnes qui, in quocunque ministerio operam suam locant constituta mercede. In quocunque tamen mercenario observanda sunt; primùm, miserissimi hominis conditio, qui nisi laboret, non * manducat. Secundò ingenium quoddam illiberale, & minimè ingenium, cujusmodi ferè sunt miseri, & pauperes omnes, qui nisi mercede & præmio proposito, vix manum

ad Ephes. 6. 11. 13. Aug. lib. 10. confess. ca. 28.

I3

Dies tam pluraliter quam singulariter.

LXX.

Quid considerandum in diario mercenario.

Omnibus communis labor.

Math. 20.

*Que ni lo ti enc, ni lo co me, sino lo trabaja.

operi

Voluptuarii homines notati.

2. ad Tim. 1. 8.

Greg.

coeri, & labori admovent. Tertio, nõ debere esse pudori homini mercenario laboriosum hoc vivendi genus, quod ab hominis natura alienum nõ sit; in quo mirè tultescunt voluptuarii quidam delitioque vitæ consecretatores, qui in labore hominum esse nolunt, neque cum hominibus flagelari. at sancti, qui operas suas atque laboris Deo locant, illi que serviunt cum lacrimis & omni humilitate, non erubescunt vitæ labores, dicente Paulo 2. Ad Timotheum: Noli erubescere testimonium Domini nostri, neque me vincitum ejus. & infra. Obquã causam & hæc pati or, & nõ confundor, scio enim cui credidi. Quarto laboris humani efficacitas, & utilitas, ut qui ab homine justo susceptus, cumulatissimam mercedem promereatur. Quinto, quod elegantè indicat Gregor. sicut mercenarius, dum in alieno solo laborat, mercedè tamen lucratur; sic nos, cum in alieno, id est, ad Dei gloriam, & proximi utilitatem incumbimus, nostram rem agimus; & quod plus laboris impèdimus, & superimpedimus, plus quoque præmii percepturi sumus.

I. Sicut servus desiderat umbram, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui.

1. Non legendum Cervus. Cervi pugnant cum serpentibus astuant. explicatus David. Q. yadam ex Græcis. 2. Quid desiderare, quid umbra in sacris. Varie hujus similitudinis acceptiones. 3. Finis operis, labor, reliquum, reliquia, pro mercede & præmio laboris explicati. Moyses, David, Jeremias.

I

D. Thom. Dionys. Psal. 41. 2.

Glos. Cervus sitit.

Easil. Theod. Hefych. Euf. Nil catenã Gracori. Danielis Barb.

maculas abstergat, quibus in ipso conflictu serpentum livore inficitur. nã in pugna ipsa dum serpentes propulsantur, cervum proprio sanguine conspergunt. sed res hæc cervorum nostra non est, neque lectio; cum ex Hebræis, Græcis, Latinis constet legendum esse servus; & vox originalis significat mancipium, vel bello captum, vel pecunia emptum. quamquã idem nomen dari solet ei, qui quacunque ratione servit, aut obsequitur.

Desiderat. propriè anhelat; & ardentè sitit aliquid eo modo, quo qui æstuat aperto ore captat aerem, quo refrigerat. servus igitur æstuat, & anhelans desiderat umbram. hanc autem plerique Latini accipiunt pro nocturnis tenebris, in quibus cessat mancipiũ à labore. alii pro umbraculo accipiunt, quod æstuat labor, servus tantisper divertere, & confugere desiderat refrigerii gratia. nisi malis pro loco, aut domo, quod post diurnos labores noctu se recipit dormiturus; nãq; in Hebræo, umbra frequenter id significat, quod protegendo, & custodiendo obumbrat. sicut Genes. 19. Ingressi sunt sub umbra culminis tui. & Psal. 15. Sub umbra alarum tuarum protege me. Græci quidem Chrysof. & Polychron. umbram pro nocte acceperunt. sed id tamè dicunt desiderari à servo, ut per tuta silentia noctis possit fugere. Scit (Polychronius ait) Servo adversus domini morositatem est in una nocte perfugium; sic miserarum, quibus humana vita affligitur, est in unica morte liberatio. quæ sensum elicere potuerunt ex lectione Septuag. Tanquam servus metuens Dominum suum, & consequutus est umbram. ita ut ille desiderii æstus sit præ formidine ob fugam, ut Chrysof. ait.

Et sicut mercenarius præstolatur. Præstolatio hæc est spes quædam, aut expectatio avida, intenta, sollicita, cum quadam oculorum & animi inclinatione & propensione in rem desideratam, & expectatam; assertque quendam expectationis ardorem, & anxietatem. quare expectatio hæc aliquando vertitur sustentia. ut Psal. 129. aliquando Patientia, ut infra Job. 17. Operis verò finis, est simpliciter in Hebræo, opus, à (Paghal) quod est cum affectu quodam, & energia agere, & operari: dicitur autè opus per fynedochem, ipsa merces operi debita, aut post opus consequuta, quare quod Levit. 19. dicitur. Non morabi-

נכר

2

Desiderare quid.

צלם

Quid umbra.

Genes. 18. 19.

Psal. 15. 8.

Chrysof. Polychro.

LXX.

Chrysof.

3

נוד

Psal. 129. 5. Quid finis operis.

פג

Opus aut finis operis pro mercede.

tur

Levit. 19-13
Deut. 24-14

Labor pro re
acquisita la-
bore.
Matth. 16-26

Psal. 16-37
Reliquia aut
reliquum pro
præmio ope-
ris.

Ierem. 11

Lyranus.

2.4. exponit: Non negabis mercedem indigen-
tis, sed eadem die reddes ei pretium laboris sui
ante solis occasum. eadem phrasi dicitur in
Scriptura labor pro re acquisita labore, &
industria; & petitio, pro re obtenta aut ob-
tinenda per petitione; & Matth. 16. Com-
mutatio. id est, pretium commutationis,
vel contractus commutandi. noster autem
interpres dixit. *finē operis*, quia opus & o-
perans mercedem sibi tanquam finē pro-
ponunt, neque datur præmium nisi ope-
ranti labore absoluto. sic Psalm 36. præ-
mium operis dicitur id, quod reliquū est,
aut postremum. *Custodi innocentiam, & vide
equitatē* (contēplare innocentem, æquū)
quonia sunt reliquia (manet præmium post
laborem) homini pacifico. & Iere. 29. *Vt dem
vobis finem & patientiam.* id est, præmium,
& mercedem patiēter, & ardentem expe-
ctatam. eadem ratione, qua hīc dicitur:
expectari finis operis. quare qui hunc finem
ad tempus referunt nocturnum, quo ces-
sat mercenari labor, ut videtur Lyranus,
nō omnino videntur vim vocis assequuti

III. Sic & ego habui menses vacuos
& noctes laboriosas nume-
rari mihi.

1. Diversi nexūs, & inter-
pretationes. Inducitur o-
piti na. Vacuum quid pro-
prie.
2. Quid habere. Præmium
cur dicitur, hæreditas. Pa-
tientia peculiari ratione
attributa merces.
3. Quid noctes laboriosas.
Quid numerare, & ad
quam numerandi regu-
lam aut speciem spectet.
Explicatus semel & iterū
Isaias.

MENSES vacuos. Hæc est altera pars
similitudinis propositæ, quoniam
verò D. Thom. perstat in sua illa expo-
sitione de fine hominis, & præmio in hac
vita non expectando contra errorem E-
li phaz, ideo hæc sic accipit; *Menses præ-
teritis meę prosperitatis omnibus for-
tunæ bonis refertissimos ego sēper exi-
stimavi vacuos, utpote sine potissimo fine,
ac beatitudine, quę homini post hanc vi-
tā proposita est; numquā igitur acquivi
in hujus vitæ bonis, sed instar mercena-
rii præstolor finem meorum operum in
altera vita. Alii in hanc sententiam; Sicut
servuus, sicut mercenarius, ita ego sanē
aut futurę quietis, aut mercedis expecta-*

D. Tho-nexus
& interpreta-
tio.

Aliorum inter-
pretatio.

tione hos meos vitæ menses ærumo-
sissimos, omni consolatione vacuos tra-
sigo patienter. sed significantior videt-
ur sententia, si pars hæc potius dissini-
litudinem quandam contineat prior si-
militudini subnexam, ad amplificatōnē
calamitatis, qua etiam confirmet utimū
præmium non esse in hac vita expectan-
dum, in qua iustis perinde ac improbis
mala communia sunt. proptereaque vitæ
finem optabilem esse, cum quo *finis operis*,
optatus, & expectatus cōiunctus sit; Cū
deberem instar mercenarii præmiū ex-
pectare, & percipere, longē aliter accidit:
nam laboris nō unum aut alterum diem,
sed *menses* annōsq; plures præmio vacuos,
honestis tamen laboribus, atque ope-
ribus refertos video. non *complevit* igitur
Deus meos labores in hac vita. Vox au-
tem *vacui*, eadem significat vanum, fru-
straneū, falsum, mendax. quod rectē qua-
drat spei, aut votis, quibus eventus non
respōdet, neque labori præmium. vel in-
telligit de ipso tempore suæ calamitatis,
quod cū post reliquam vitam piē, & ho-
nestē transactam sequi deberet fælicissi-
mum, quasi merces in fine operis, infæli-
cissimum tamen ipse experitur.

Sic ego habui. Particula illa, quæ est nota
similitudinis, nō repugnat nostræ expo-
sitioni, in qua permixta est similitudo cū
dissimilitudine. Verbum, autem *habendi*,
quod in Hebræo est (*Nachal*) est iure hæ-
reditario aliquid acquirere, & posside-
re: Cū (inquit) iure laborantis, & diarii
mercenarii, quasi hæreditario iure perci-
pere debuisset honestæ vitæ præmium,
vacuus discedere jubeor, neque aliud
quàm labores & ærumnas pro debita hæ-
reditate accipio. in altera igitur vita *coro-
na justitiæ mihi reposita est*, ad quam contē-
do, atque mortem exopto, cujus *judicium
bonum est homini egenti, & qui minoratur viri-
bus.* Fortē illa hæreditatis significatio, ad
humanam omnium mortalium cōditio-
nem à primo parente devolutam in po-
steros pertinet; Habui (inquam) hædi-
tario iure *menses vacuos* atque ærumnosos,
quasi per hæreditariam originem. quid
enim à suis parētibus possit habere mor-
talis, quàm imbecillam quandam naturā,
natam ad laborem, prætereaque morbis
& doloribus expositam? Rectē autē ho-
nestæ atque laboriosę vitæ præmium hæ-
reditati comparatur, quasi merces ex ju-
stitia

Germanior
expositio.

נש

Vacuum quid
proprie.

2
Quid habere

נהל

2. ad Tim. 4. 5.

Eccles. 41. 3.

Præmium cur
dicitur hære-
ditas.

Rom. 8. 17.

Patientiæ pec-
cunari ratione
tribuitur præ-
mium.
Vid. in præfat.
cap. 6. n. 3.

3

עמל
מנה

Quid numera-
re hoc loco, &
ad quā Arith-
meticæ regu-
lam spectet.

Forer. Isa. 53.

Isai. 65. 12.

* Ire os diez
mando y quita-
tando por pu-
ta de lança, y
por filos de c-
pada, halta q
quedais apu-
rauos

Numerare
pro separare.
Isa 53. 12.

* Puesto a par-
te cō los faci-
norosos, y sen-
tenciados a
muerte.

Dan. 1. 5.

Señales fu-
racion a par-
te q se les die
se por quera.
LXX.

stitia debita; sic enim Paulus sæpe hæ-
reditatem vocat, quam cum Christo u-
niversorum hærede *coheredes* possidebi-
mus. Quod autem tribulationum to-
lerantiæ peculiari quadam ratione, po-
tius quàm aliis virtutibus beatitudinis
merces, & hæreditas promittatur, aliquā-
do pluribus exposuim. Sic & id quod
ad *vacui* nomen & translationem spectat,
sunt enim labores, velut mensura quædam
vacua, quam Deus mercede, & præmio
replet.

Et noctes laboriosas numeravi mihi. Hinc
meæ laboriosæ noctes, plenæ vigiliis, &
anxietatibus, quod menses habuerim va-
cuos, vel, ut exaggeret calamitatē, & do-
lores; *Menses* habeo omni solatio *vacuos*,
ut nec in noctib' quidē liceat mihi quies-
cere; interdiū doleo, laboro etiam noctu-
vel, ut allusio sit ad servi, & mercenarii
nocturnā quietem; Hi noctu interquies-
cunt, ego verò post vitę labores alios ho-
nestorum operum, in noctem ingredi-
or infælicissimam, in qua nulla mihi conce-
ditur quies, nullum præmium exacti o-
peris, sed denuo laborare cogor, cū las-
situdine, & anxietate corporis, & animi;
viriumque defectu. hæc enim continet
vox originalis *laborandi*. Sed illud *Nume-
randi* verbum premendum est, Hebraicē
(*manah*) quod non est quacumque ratio-
ne *numerare*, sed peculiari quadam ratio-
ne, & specie, aut regula, quā vocant, arith-
meticæ, non illa quidem, quam vocant
additionem, aut in summam reductionē,
nos, *sumar & multiplicar* (ut quidam existi-
marunt) sed subtractionē, aut subductionē.
*restar, quid de tantos saca tantos, quedan
tantos, &c.* Quomodo videtur accipien-
dum id Isai. 65. * *Numerabo vos in gladio, &
omnes in sede corruetis.* & quia in hac ratio-
ne numerandi quædam subducuntur, &
quasi seperantur, ideo etiam significat se-
parare, vel seorsum destinare ad aliquem
specialem usum. ut Isai. 53. *Et cū iniquis
reputatus est.* & id Dan. 1. * *Constituit eis Rex
annaniam.* Ergo hujus loci sententia pote-
rit non nihil habere ironiæ; Id quod
pro præmio mihi datur, sunt noctes istæ
laboriosissimæ, quas ex reliqua vita quasi
subductas & subtractas mihi numerant,
& constituunt, sicut mercenario merces
numeratur, & cōstituitur. huc ferè res-
ponderunt Septuag. *Noctes dolorum data sunt
mihi.* vel; Si ex his mensibus velim partem

aliquam subducere, & subtrahere pro al-
levamēto, & solatio reliqui temporis, no-
ctes videlicet, quib' cūcta animatia quies-
cere solent; laboriosissimas sanē noctes
subtraham, atque numerabo. illud ex
Hebræo notandum, propriē haberi; *No-
ctes laboriosas numerarunt mihi*, aut consti-
tuerunt. cui sententiæ, quoniam persona
deest, non incommodē noster interpres
primam commodavit.

III. Si dormiero, dicam: Quando
consurgam? & rursum expectabo
vesperam: & replebor doloribus us-
que ad tenebras.

1. Dormire in Hebræo quid.
& quomodo aliis verta-
tur. Somnus laborum in-
dicia.
2. Expectandi verbi, à men-
surado dicitur, & quare.
3. Dolor pro iactatione, &
commotione per metony-
miam. Aegrotantes mu-
tationibus, ut remediis
utuntur.
4. Tenebræ pro crepusculo
matutino, aut vesperti-
no.

Si dormiero. noctis laborem illum expo-
nit; nam cū dormitū se recipiebat,
& ad somnum captandum se compone-
bat, ingravescentibus doloribus excita-
batur, cogebaturq; rursum optare, & ex-
pectare diem. verbum (*Sacab*) non solum
dormire, sed jacere, aut cubare ad dor-
miendum significat, aut prosterni, pro-
strari. quod idem est, quod cubare; un-
de dicitur Ieremias: 3. *Vbi non prostrata sis.*
& inde dicitur Psalm. 78. *Vulnerati aormiē-
tes in sepulchris.* nō solum quod mors som-
nus sit, sed quod defuncti exporrecti ja-
cunt, & prostrati sint. Theophanes autē
Nicens eleganter epistola secunda ait:
*Neque dormiens, cū quidem afflictis omnibus
inducias sunt panarum, vacuus erat doloribus;
nam diei mala, noctis tribulationibus excipiebā-
tur.* inducias autem illas malorum natura
dedit cunctis animantibus, quas malorū
domitricæ alii appellant; alii somnū la-
borum medicum. illud verò habent do-
lores, & ægri tudines, aut etiam volupta-
tes, ut per noctem non solum non mi-
nuantur; sed vehementius etiam aut re-
præsententur, aut exacuantur.

Quando consurgam? Rectē respondet de-
cumbenti. Septuag. *Quando dies?* Nihilo
verò melius habens, *expectabo vesperā.* ver-
bum originale (*madad*) propriē significat
metiri,

I
Quid dormie-
di verbum.

שכב

Ierem. 3-2.

Psal. 87-6.

Theoph. ep. 2.

Somnus labo-
rum induciæ.

2
LXX.
770

Expectare
quid proprie

מדד

metiri, aut mensuram extendere, atq; inde nomē, Midda, quod nos (medida) dicimus: quare erit, diem laboriosum metiri expectatione, & desiderio vespere. Nam quæ aut advenisse, aut abiisse. jã cupimus, hac ratione metiri solemus, id est, illorū moras, tempusque per dies, aut horas, minutatim numerare; quæ sensum doctè expressit Vulgatus dicēs. * Expectabo vespere. & in eundem sensum Septuag. si surrexero, rursus quando vespere? at verò R. Levi, & R. Moyses in commentariis de ipsa nocte accipiunt, ita ut expectare vespere, sit mensurare noctem, expectando quidem, non ut veniat, sed ut elaboratur, atque sic Chaldeus dixit: Saturatus sum in somni vagationibus usque ad tempus matutinum. quãquam hoc ad sequentem partem pertinere videtur.

*Hæfeme el dia largo, que to las horas y voy por puros midiendo, lo que me queda hasta la tarde.

LXX. R. Levi. R. Moys. Chaldeus.

3

מדד

Et replebor doloribus. Dolores hinc dicuntur à verbo (Nadad) quod commotionē, & jactationem ex loco in locum affert, quare hinc dolores propriè erunt, commotiones, mutationes. quod ad animi evagationem, curasque mentem distrahentes cum Chaldæo referunt. quare sic legit R. Levi in commentariis: Mensum est cor meum longitudinem noctis, ob privationem somni, & saturatus sum vigis cogitationibus. alii curas, & sollicitudines vertunt. Sed nunquã ea vox accommodatur in Scriptura ad evagationem vel mutationem aliam quam localem; quare hoc quoque loco de jactatione & commotione hominis decumbentis in lecto, subindeq; loca mutantis, quod in uno, atque eodem quiescere non possit, accipienda est; quare * repleti doloribus erit, dolorum vi jactari, & quiescere non posse. Nam ut Seneca dixit: agrotantes mutationibus, ut remediis utuntur, sed nihil conferunt, ubi doloris, & morbi causa hæret intimis visceribus. nam quodcumque te convertas, illa te comitatur. Interpres eleganter per metonymiam illius jactationis & frequentis commotionis causam explicuit vertens dolores. Quia verò statim subditur, usque ad tenebras, visum est quibusdã eum sensum de nocturna in lecto jactatione repugnare, atque necessarium omnino videri, de diurnis doloribus accipiendum. sed nihil cogit; nam tenebræ hoc loco sunt (Neseph) quæ non solum nocte, sed crepusculum matutinum vel vespertinum significat. quare vertitur vespere. 1. Reg. 30.

* Estoy harto de mudar lugares, y dar buelcos y no me dexan inis dolores reposar.

Seneca. Aegrotantes mutationibus nutuntur.

4

Tenebræ pro crepusculo matutino aut vespertino.

אשף

1. Reg. 30. 17.

& Isaia. 5. & pro crepusculo, vel vespertinis tenebris dicitur, Obscurum. Prover. 7. In obscuro, advesperascete die, in noctis tenebris, & caligine. at verò pro matutino crepusculo ponitur Psalm. 118. vertiturque Maturitas; Præveni in maturitate, & clamavi. Hieronym. ex Hebræo: Surgebam adhuc in tenebris, & clamabam. quare hic dixit. Pag. Saturat' sum evagationibus usq; ad crepusculū. atque de his tenebris dictum est: Obrenobrentur stella caligine ejus. sed abundè id confirmat lectio Septuag. Repleor doloribus à vespere usque ad mane. nõ omnino cõtemnenda est paraphrasis Tygurina totius hujus sententiæ. Vbi me in lectum collocavi, dico: Quando surgam? cumque mensuram ad vespere extendi, saturor jactationibus usque ad crepusculū. Quod verò Vatab. sic legit: Omnes horas noctis numeravi, & usque ad auroram ad saturitatem usque repletus sum feditatibus, vel rebus aspernandis; ita ut lordes de quibus sequenti versiculo agit, respiciat; minimè placet. Nam quavis vox, quæ significat dolorem, aut jactationem, vel commotionem, menstruas etiam feditates significet, propter quas à communi cõsuetudine mestruta removebatur, tamen non quælibet vocabuli significatio, in quemlibet locum trahi cum violentia debet.

Isa. 5. 11. Prov. 7. 9.

Psalm. 118. 147.

Hierony. Pagnin.

Job. 3. 9.

LXX.

Tygurin.

Vatablus non probatur.

Levit. 12. 5. & 15. 33. Thren. 1. 17.

V. Induta est caro mea putredine: & sordibus pulveris cutis mea aruit, & contracta est.

1. Quid putredo. Metonymicòs. ponitur pro verminibus. 2. Quid sordes. expenditur Græcorum lectio, & Hebraizantium. 3. Quid verbum arefcentiæ. 4. Quid contrahi. & quibus aliis modis vertatur à Vulgato.

INDVTA. Cooperta, obducta. Septuaginta; Conspersit corpus. August. Cõcrefcent. Caro. Septuaginta: Corpus meum. quare nescio, cur quidam legerit, Cor meum. Putredine. propriè, verme: nam hoc etiam modo aliquando vertit Vulgatus, ut infra Job. 21. & timeam. Isaia. 14. quare hæc putredo est materia & nutrimentum vermiū, quorum ipse Job fator, & procreator esset. adeò immanis erat vis tabifici cruoris! Septuag. utrumq; dixerunt: Conspersit corpus meum, in putredine vermium.

I LXX.

August. Quid putredo Pagnin.

Job. 21. 26. Isaia. 14. 11. Metonymia.

LXX.

Philipp.

Philipp.

2

D. Thom. Lyra

R. Abrah.

LXX.

ויר

Græci

August.

R. David R. Mardoche. Pagnin.

1. Reg. 2. 8

3

Quid proprie arere Hebraizant.

R. Mardoche.

Philipp. totus computrui. Brevius quidem, sed neque obscurius, neque inelegantius. Et sordibus pulveris. Latini cum D. Tho. & Lyra, Sordes intelligunt, quas ex sterquilinio, & in quo jacebat, pulvere cõtrahebatur, quasi dicat; Pulverulentas sordes. at verò cum R. Abrah. plerique Hebraizantes referunt ad scabiem, & siciones. crustulas, exustasque particulas decedentes ex corpore. nam hæc excrescere, & excerni solent ex leprosis, & elephantiacis. quare pro sordibus vertunt, Ramenta, vel pulverem, aut futiles scabiosos. Septuag. vocem originalem non sordes, sed glebam interpretari videntur. Infundo (inquiunt) glebas terræ à sanie radens. quod facile consentire potest cum nostra lectione. nam cū glebas terræ per summam inopiam, aut defectum testæ, aut verò propter molliorē usum, quã testæ ad sanie abstergendã adhiberet, lutosis, & pulverulentis sordibus operiebatur, & inducebatur totus. atque illud in sua lectione Græci observant, tantam luem, & universi corporis corruptionem extitisse, ut multa sanie glebas molliret, atque liquefaceret. Fortè in Aug. parum emendatè legitur vitio: aut scriptoris, aut typographi; non gleba, sed Globus infundo globos terræ sanie radens. eandẽ gleba significationem post David. & R. Mardoche. sequitur Pagnin. quãquam illam paulò diversam lectione afferat Mardoche. Eustro, vel gleba terra pellis mea fidit se. sed quidẽ cum illa vox originalis tantum in hoc loco reperitur, nullo adversus nostri interpretis lectionem possunt firmo argumento uti, qui alias afferunt. præsertim, cum pulveris, id est supremæ terræ partis significatio rectè conveniat homini sedenti in sterquilinio, de quo id dicitur. Sufficiens de pulvere egenum.

Cutis mea aruit. Incerta est vocis (ragagh) significatio. hoc tamen loco arere vertitur à nostro interprete. aliquando verò congregare, conturbare, quiescere, cubare. Sed Hebraizantes constanter dicunt esse idẽ, quod findere, scindere, aut dividere. quare hoc loco vertunt. Cutis mea scissa est. R. Mardoche. intercisã: quasi præ siccitate cutis multis in partibus finderetur, & hifceret. alii, quoniam eadem vox subitũ aliquid, & repentinum affert, & præterea cõmotionem, aut concitationem quandam, legunt; Cutis mea concitata, & citò corrumpitur. quod cõgruit cum illa significatio-

ne cõtractionis, quam agnoscit Vulgatus. esoy todo travado y frunzido. alii aliter. sed, cum incerta sit verbi significatio, licuit interpreti attentis circumstantiis. vertere verbo arefcenti; præsertim cū illa cutis ariditas, si non voce, cõtè re ipsa cū aliis significatis conjuncta sit. Nam hifcit, & finditur. cutis tota, cum vel perflara vèto urente, vel nimio calore tosta ad magnã ariditatem adducitur.

Et contracta est. Hierony. semper vertit originale vocem, verbo fastidendi, aut, reprobandi. quare Hebraizantes omnes ferè unica voce legunt, Abominabilis est, aut, fastidio habita, aut despecta. Tygur. Mihi displicet, quasi diceret; Mihi ipsi nauseamò vet meus conspectus; mihi ipsi displicet; sed id quoq; verbum existimavit interpretes Latinus esse idem; quod dissolvi, aut consumi, consentientibus etiam Septuaginta. nam vbi Psalm. 58. legimus; Ad nihilum devenient tanquam aqua decarrens. Hieronymus ait; Dissolvantur sicut aqua, quæ fluunt. similiter etiam hoc loco Pagninus legit; Cutis mea dissolvit se. sicut & Thargum, & R. Moyses, quare ea dissolutio ad consumptionem quãdam, quæ hoc loco dicitur contractio, referenda videtur.

4 Hieronym. Hebraizant. OND Tygur.

LXX. Ps. 58. 8. Hierony. Pagn. Thargum R. Moys.

VI. Dies mei velocius transferunt, quàm à texente tela succiditur, & consumpti sunt absque ulla spe.

1. Velo. & leve idem in sacro. Sermone. Quid tela in Hebræo. quid textorius radii cuius hie mentio fit. illustravit Isaia. 2. Navicula textoria, & tela ut referatur ad vitam humanam. Expeditur lecto Græcorum. 3. Consumere in bonum & in malum. ut tela spes quãdam concedatur; vò vita.

ERGO cū tam graviter affectus sum, existimari potest de mea vita actum jam esse. itaque illius breviter lamentatur. illa autem velocitas ejusmodi est, ut nullo pondere gravetur, vel retardetur. sic enim apud nos idem prope modum est velox, aut leve, ligero, & liviano

I Velox & leve idem.

Habac. 1. 8

Isa. 58. 12
Vite humane
cu tela cõpa
ratio non fe
macl usurpa
ta à Latino
interprete.

Nomẽ telẽ in
Hebrẽo.

178
Quid sit radi
us textorius
cujus hoc lo
co mẽtio fit.
R. Marдох.

2
Promovetur
ista naviculẽ
textoriã al
legoria ad
vitam huma
nam relata.

Olympiod.

* La carrera
de mi vida tã
corta como
el ancho de v
na tela, y el ti
empo que la
corre mas li
gero y agudo
que una lãca
dera.
LXX. Patrica.
En mienõs q
en dos pala
bras se me a
passado la vi
da.

quare ab eadẽ radice dicitur Habac. 1. *Le vires paradisi. i. velociore.* Porrò hæc hu manæ vitæ brevitatis cum telẽ discisione cõparatio placuisse videtur Vulgato Isai. 38. *Præfusa est velut à textore vita mea.* cum tñ in Hebræo nõ valde clarè ea similitudo exprimat, quia Isaiæ locus nõ affert per se ipsam & primaria significatione illam velocitatẽ planus enim sensus est, quod textor cum telã absolvit, extrema stami nis atq; litorũ filia præcidit; at dum ad huc Ezechias ordiretur suæ vitæ telã, præ cisus, & abruptus est. Sed hoc loco exi miã quandam in præcindẽdo velocitatẽ significat; unico enim quasi jactu gladio li, unico manus cõjectu, unico impetu, te la præciditur. sed cũ in originali tamẽ sit, *Dies mei velociore fuerunt, quã Ereg;* quod no mẽ Vulgatus *telam* vertit. alii significare dicunt, radiũ textorium, quod à textẽdo dicitur, cujusmodi autẽ sit instrumẽtum illud, nõ omnes conveniũt. nam R. Mar doch. & alii ajunt esse lignũ, in quo tex tor pannũ, aut telam ante se circumvoluit quod *liciatorium textentiũ* dicitur, & huic lo co minimẽ cõvenit; nã in eo nulla est ve locitas. est ergo radius hic instrumẽtum in modũ naviculæ, quõ filũ subtegminis à telã margine ad marginem defertur in credibili velocitate, quod textor mira dẽx teritate dextra cõjectũ in sinistram mo mẽto rejicit in dextrã. nos vocamus *lanca dera.* ergo inquit, *Velociore mei dies fue rũt textorio radio; & quidẽ velut ludicra quædã navicula illud, quidquid fuit levif simẽ arundinis, & fili, aut staminis circũ voluti, id est levissima hujs vitæ bona arũ dineq; fragiliq; valetudini circũvolũta, fe cum detulit dierũ & noctium vicissitudi ne quadã, cui quoq; illa itio, & reditio ra dii simillima est. Græci quidã, teste Olym pio, velocitatem tantũ in præterlabendo & currendo considerarunt legentes, *Vita mea velociore est * cursore.* Lectio Vaticana Septuaginta. habet; *Vita mea exilior est quã * loquela.* sic quoq; Augusti. cõvolavit sicut verbũ irrevocabile tempus. vel, brẽ vior, quã ut dici possit, aut verbis explica ri. Sed ut ad telã redeamus certẽ apposita est vitæ cum illa cõparatio; nam fila, qui bus rexitur, torquẽt & nent Parca; & non tantũ annis sed horis, minutissimisq; par ticulis atque momẽtis, velut tenuissimis filiis cõstat; nõ semper equalibus; cujus e nim vita hominis nõ sit sæpe dispar, disti*

millisq; fui, nunc crassior, nunc tenuior? textor, tẽpus: quod, nõ sicut Penelope, re textit noctu, quod interdũ textit; sed non minũs textit noctu, quã interdũ, nõquã interquiescẽs. tandẽque mortis falce præ ciditur. vide Gregor. qui similitudinem hanc elegãter promovet, & persequitur. *Et consumpti sunt usque ab ulla spe.* verbum cõsumendi ad alicujus operis perfectio nẽ & absolutionem pertinet, sive in bo nũ, sive in malũ. Hispanus dicit, *acabar.* sicut dicitur; *Complevis Deus opus suum.* & *Perfecti sunt celi & terra.* sed de morte & extremo interitu Jerem. 14. *Ego consumam eos (tengolos de acabar) Exod. 33: Ne forte dis pendam te in via, Hebraicè. Ne forte finia, vel, consumã te.* Sic ergo, *Dies mei * cõsumpti sunt* funestum, & violentum aliquid videtur afferte. *Absque ulla spe.* videlicet, vel longioris vi tẽ, vel melioris fortunẽ; vana est enim illa promissio Eliphaz, quãtum de ipsa natũra sperari potest. atque eò fortẽ respiciũt Septuag. legentes. *Perit in vanã spe.* nisi for tẽ *spem vanã* dixerint, quod laboris merce dẽ non reportavit. At Tyguri. paraphrasis, & Cajet. illã telã, radiũque textorii simili tudinẽ retinẽt adhuc. illa sic legit; *Dies mei velocius fugiũt, quã tela; & trama deficiente si niũtur.* hic verò ad diversos calamos, qui naviculẽ textoriã inferũtur, respicit, nam si uno calamo evoluto, finitoque filo adhibeatur alter, tela capit augmẽtum; at nõ ea mortaliũ vitæ spes cõceditur: nã uni co calamo, unicoq; pẽso revoluto, nulla est vivendi spes reliqua, nulla facultas alia fila alligandi, aut innectendi; *consumũ tur enim dies, absque vlla spe.*

2. VII. Memento quia ventus est vita mea. & non revertetur oculus meus, ut videat bona.

- 1. Mors cur orcus sit dicta Dei oblitio aut recorda tio ad vitam, aut mortẽ ad bonum vel ad suppl. cium refertur.
- 2. Ventus variẽ accipitur, spiritus hominis cum res piratione peculiãrẽ cogna tionẽ habet.
- 3. Deus vita auctor vitam letus confert, & promo vet. Explicatus David, il lustratus Moyses.
- 4. Videre de sensu & expe rimento dictũ. exẽpla ex sacris plura. videre bona cum analogia dicitur ad beatam visionem.

Vitæ & mortis auctorẽ sic precatur; Cũ tam brevis sit, ð Deus potẽtis sime, mortaliũ vita, quorsum mihi tã gra via adjicis supplicia? quin his meis diebus

3
Cõsumere in utraq; parte dictum.

Gnes. 2. 2
Iere. 14. 32
Exod. 33. 3
* Ne me ha gas q de ca ho de ti.
* Las penas y dolores an da lo cabo de mi.

LXX.
Tyguri, Cajetanus

Iterum pro movetur, al legoria, & cõ paratio telãe cũ vita hũita na.

I
Qualis sit Io bi precatio

paucis

Mors orcus ab urgendo. Festus Pompejus

Deũ memi nisse ad quid referendum.

Psalm. 136. 7

Ps. 73. 3
Dei oblitio aut recorda tio ad mortẽ aut vitã per tinet.

Psalm. 30. 13

Psalm. 87. 6

2
Cajetan. Quid hoc loco vctus.

LXX.
Spiritus pro respiratione & quare.

Gen. 2. 7

paucis; & malis non nihil indulges; quod si ad ferendam opem non festines, perie ro profusus; neque sãbus erit, cui benefa cias. *Memento.* Videris hujus incredibilis vi tæ brevitatis oblitus, cum illi ultro laben ti & fugienti dolorũ & morborũ stimu los, & calcaria adhibes. quod si me è vivis eripere cupis, non est quod magna admo veas tormenta, ut me dejicias; concidam brevissimẽ, ab eo jam celeriter, moriar. tu verò ne me violenter interficias, quem mors ipsa urget, neque permittet diutius vivere. Sic mors orcus dicta est, ut Festus Pompejus scribit, ab urgendo, quod ur geat omnia, & præcipitãter agat in interi tũ. Ex subjecta autẽ materia; verbum *me minisse* aut *recordari* denotat in Deo aut ju stitiã & vindictã infligendã affectũ; aut miserendi, & auxiliandi. nam recordatio scelerũ, & impiorum, justitiã & supplicir est. ut Ps. 36. *Memor esto Domine scilicet. Et ð at recordatio miserorũ, & pauperũ suble vatõnem & misericordiã affert.* quã præca tur David, *Memor esto congregationis tuae.* sed ad mortem & vitã frequenter referũtur recordatio, & oblitio; loquitur enim Scriptura de Deo more humano; nam ho mines mortuorũ obliviscuntur; illos nam tantũ meminerunt, quibus cũ agunt, hinc illud; *Oblivioni datus sum, tamquã mortuus.* & id, *sicut vulnerati dormientes in sepulchris; quo rum non es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt.* Sed hoc tamen loco, cum præcatur Iob, ut meminerit Deus, quod *vita sit ventus*, sensum peculiarem habet. *Ventus.* Vox eadem, quæ sæpe vertitur spiritus, & ad multa transfertur. Cajetan. pro anima immortalis accipit, & in hac sã tentia multa dogmata de anima rationali cõtineri existimat, in hæc sententiã; Si spi ritũ huic, ð Deus, semel avellas ex corpõ re, nõ redibit iterũ sua spõte rursus uniẽ dus corpori: nã non est in natura vis, quæ eam animẽ cum corpore conjunctionem rursus efficiat. Sed hic sensus Vulgato nõ placuit, cum *ventum* reddidit. Septuag. *spi ritus est vita mea.* quod Græci pro respira tione, & spiritu, quem ducimus accipiũt; non solũ, quod vita nostra respiratione indigeat, sed quod flatu & respiratione videatur humana vita in prima sua origi ne cõstitisse; nã afflatus est spiritus in na ribus hominis, cũ spiravit in illũ Deus *spira culũ vitæ, & factus est homo in animã viventem.*

Alii cõparationem cum vëto intelligunt, cujus mœus velocissimus est, fuga, & lap sus irrevocabilis, sicut Scriptũ est. *Recorda tus est; quia caro sum, spiritus vadens, & non rediẽs.* nam ventus nunquã repetit suã origi nẽ, unde erupit, & à quã incitatus est; sed *lustrans universa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos revertitur;* & in medio mũdo evanescere solet. Sed quæ nam est hujus orationis effica cia, & vis pro impetrãda salute, & diuturniori vitã ex ipsius vitæ brevitate, fragilitate, & irrevocabilitate animi semel dila psi? Certè apud Deũ, neq; levis, neque cõ tempẽda, nam, quod illius bonitatis inge niũ est, omnibus benefacere vult, neque spiritualia tantũ bona, sed (nisi nocitura sint) tẽporalia etiã munificentissimẽ con ferre solet; letus igitur nos vivẽtes intue tur, vitãque diuturniorẽ (nisi quid ob sit, aut meliorã largiri velit) optat nobis; non est etiã voluntatis illius mors, neque mortẽ ille fecit, aut latatur in perditione vivorum, neque vult dici *Deus mortuorũ, sed viventium.* igitur qui vitẽ brevitatẽ deprecatur, & qui vitã per se fragilitatẽ proponit; illã alliciet, ad vitã confirmandã, & producendã, vitãq; incolumitatẽ, atq; jucunditatẽ tribuẽdã; aut certè ad tẽperanda supplicia, ne vitã per se miserã, & fragilẽ omnino debilitet; & infringãt, sicut Scriptũ est, *Non accendit omnẽ iram suã, & (quia) recordatus est, quia caro (peti infirma & imbecilla) sunt spiritus vadẽs & (ex naturæ lege, & virtute, aut effica citate causarũ naturalũ) nõ rediẽs; & iterũ; Misertus est Dominus timẽtibus se, quoniã ipse cognovit signentũ nostrũ; recordatus est, quoniã pulvis sumus, homo sicut sanũ dies ejus, quoniam spiritus (anim) pertrãssit (abit) in (ex) illo & nõ subsistet.* Tum etiã si non sit vivẽs ho mo, videtur divinæ clementiæ subtrahi quãsi benefaciendi materia, cui paterna charitate indulgeat, quod quasi pro solatio sibi proponit; *iudicabit* (punit.) *Domi nus populum suũ* (impios videlicet; sed tamẽ quæ illius bonitas, & indulgẽtia est, serva bit alios incolumes, quos afficiat ingẽti bus bonis.) & (adhuc) *in servis suis* (quos si bi quasi ad solatiũ; & animi letitiã servat) *miseretur* (Septua. *In servis suis cõsolabitur.* Aug. in loquutio. li. 5. exponit, *Servos suos cõsolabitur.* alii ad eodẽ utrãq; partẽ perti nere existimãt; ita ut cũ in populũ suũ ani madvertere cõperit, recordat' illorũ im becillitatis, quasi facti penitẽs, tẽperet à

Ps. 77. 39

Eccles. 1. 6

3

Eccl. 1. 1

Sap. 1. 13

Deus vitã le tus largitur & cõservat.

Ps. 77. 39

Ps. 102. 14

Deut. 32. 36

LXX
August. in lo cuton. lib. 5.

supplicio; & quos primū afflixerat, deinde recreet & confoletur. propterea enim sequitur *videbit. quod infirmata sit manus; & clausi quoque defecerūt, residuū, consumpti sunt.* (id est, tūc sanē quasi sententiā mutabit, cum viderit *manum*, viresque populi sui valde infirmas, ac prope nullas; neminemque esse *clausum*, aut munitū arce, aut sapimēto ullo, qui nō sit omnibus malis, atque ærumnis expositus, atque malorū hostiūmq; favitiā propē consumptus; ita ut nō nemo superstes sit, & ex captivitate ereptus. Septuag. clarū causam tēpe rādi: supplicii exprimit, *Vidit enim dissolutos eos, & deficientes in obductione*, (proprietate) *& remissos*, sed hęc latius exponit in sequētib; Iob. Ergo, opportunē ex ipso deliquio, & animi defectu mortem deprecatur.

Et non revertetur oculus meus. id est non exertar, ut oculis meis *videam bona*, iucunda, & grata, ut iterum affluam divitiis, & rerū omnium abundantia, cum verbū videndi cognitionem oculis, aut animo conceptam significet, certē etiam illā denotat, quæ sensu quodā, & expectatiā percipitur; quare *videre bona*, est frui bonis; expectari, felicē statū, quā ratione dicebant impij futura bona negligentes, *Quis ostendit nobis bona?* quod enim ostenditur, videtur. Proprietē ex Hebr. *Quis videre nos faciet bonum?* id est quis bona ipsa conferet potestanda, & fruenda; quare sensus idē, *vidē di bona*, qui apud Lucam, *recipiendi*, eūm diviti dictum est; *Recepisti bona in vita tua*, qui Hebraismus frequens est in sacro sermone. Ps. 89. *Laxati sumus pro annis, quibus vidimus mala.* Ieremi. 7. *Non videbit, cum venerit bonum.* id est, non fruetur cœlesti imbre, cum alias arbores copiosē Deus perfuderit. & infra; *Nō timebit, cum venerit aestus.* Hebraicē, *Non videbit.* res plātis & arboribus inimica. hujus generis sunt illa. *Ego vir videns* (expertus) *paupertatem meam.* Thren. 3. et Psal. 15. *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem*, id est re ipsa corrupti. & Ps. 88. *Non videbit mortem*, id est nō morietur & c. hujus generis sexcenta sunt. Sed illud in hanc rē indicavit acutē Didymus potius ad rem ipsam, quā ad vocis, & Hebraismi proprietatem accommodatē, scribēs super id Ps. 26. *Credo videre bona Domini in terra viventium.* Rectē (inquit) *videre*; non *edere* aut *tangere*, & similia dicit; nam summum divitorum bonorum in visione ad videntium utilitatem

rem positum est. Ergo per analogiā ad summi boni possessionē, quæ in visione consistit; aliorum bonorum possessio rectē dicetur, *videre bona.*

VIII. Nec aspiciet me visus hominis: oculi tui in me, & non subsistat.

1. Non aspiciet, periphrasis mortui. hominis. Vita humana dicitur, finis ipse. 2. Tui est malis ereptus mihi. 3. Divini oculi in bonum, & in malum.

Quod Philipp. exponit, Nemo me videbit in pristina illa bonorum affluentia; paulō durius est lenius & germanius; Mutuis mortalium conspectibus, & congressibus eripiet me mors. nemo me inter vivos aspiciet. sicut Ezechias dixit Isai. 38. *Non videbo Dominum Deum* (tabernaculū, arcam, ubi se Deus præsentem exhibet) *non aspiciam hominem ultra* (nō patebo mortalium conspectui, unde illi me; aut ego illos aspiciere possim) *& habitator quietis*, periphrasis viventis hominis, ut dicitur *habitator quietis*, id est, vitę hujus, quæ quod sit brevissima, & citō finiatur, atque quiescat, id est cesset, ipsa quies, cessatio, & finis dicitur; atque mortis ipsius cōpellatio, quæ finē, cessationem, quietē affert, ad ipsam vitam redundat. Aspici autem aut videri indicat rem præsentem, & existentem; quod non videtur, abiisse: abibo, igitur inquit Iob, & excedam ē vivis, sic non aspiciet me visus.

Visus, Intentus, in me defixus; à verbo, quod intendere oculos, & attentius considerare significat. à qua radice dicitur Numer. 23. *De collibus considerabo eum*. igitur ait Iob; Salutem, o Deus matura; nam si moreris; moriar, neque tuā in me liberando & salvando potentiā & bonitatem contēplari deinceps poterit, qui me nūc videt letaliter affectū. sicut etiā dicebat David. *Me expectat* (contēplantes tū meas ærumnas, tum opem tuam, & quem sim exitum habiturus) *justi, donec retribuas mihi.* non nihil significantius Septuaginta quāquam idem ferē cum nostro, sed proximē ex Hebræo, *Non circumspiciet me oculus videntis me.* quod Polych. & Olym. ad subitos mortis casus referūt; Accidet (in-

I Philipp.

Isai. 38. 11

No tendre mas q ver cō hōbres

El bivar nō es mas quē estar en finamiēto.

2

Visus & videre quid p priē. Num 23. 9

Pf. 141. 6 71W

LXX

Desparecereme a vista de ojos.

Olympiod. Polychron.

quam

quā) ut dum in me fortē quipiā tigit obtutum, atque res meas contēplatur attentius, abeam ipse subito, itaque brevissimē atque velocissimē disparsens fallam illius oculos, qui me contēplatur. Quid si etiā indicet Iob gratissimum, atque mirabile spectaculum mortaliū oculis præberi, cum miserrimus aliquis homo divina ope ē malis ereptus ingenti deinceps felicitati restituitur? ergo dicat Iob; Sime his malis non eripias, & in tuto colloces, non ero mortalibus tuæ potētiae, & bonitatis clarissimū documentū, neque erit cur in me quisquā oculos ponat? Sic David quoque mala sua deprecabatur; *Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesia laudabor.*

Oculi tui. Contra summā omnium interpretum consensionē, atque sententiā, & contextus exigentiā solus Stheuchus existimat hęc verba posse dici ad Eliphaz. sed certē cum Deo adhuc colloquitur Iob; Accurre o Deus, affertōque opē. divini oculi favorem, & benevolentiam, malorum propulsationē, vitæ incolumitatē afferunt. Figito tuos in me oculos, *illumina vultum tuum super me.* nam si faciē avertas, peribo. *Non subsistam.* propriē. *Non ego.* Terentius Latinē dixit, *Nullus sum.* ergo tui oculi me tueātur. Philip. torvum aliquid & indignans in Dei oculis intelligit, quasi dicat. Tuos oculos ardentis, atque iracundia plenos sustinere non possum; tuis me oculis acerbis, torvis, minacibus penitus cōfigis, vitamque eripis. favet quoq; Gregor. certē oculi Dei, non rarō indignationem afferunt. Sed illud in hunc locū leniter non cadit, quod alii Latini, ut D. Tho. Lyran. Cajet. exponunt; Licet me homo visurus non sit, sed tamen *in conspectu illius cadent omnes qui descendant in terrā & anima mea illi vivet.* Verē quidem, sed alienē, & minimē cohērenter.

IX. Sicut consumitur nubes, & pertransit: sic qui descenderit ad inferos, non ascendet.

1. Irrevocabilitas vita semel amissa cum nube comparata. Quid exterminari apud Iacobum, & Matth. ex Græco. 2. Quid inferi, sive infernus in sacro sermone. Ex

bum non agnovisse resurrectionem, omnino exploditur. 4. Quomodo Iob videatur negare regressum animarum, plures expositiones, indicatur optima.

SI semel vita mortali fungar, ad eandē minimē revocabor. non aliter atque nubes, quæ ex terræ vaporibus crescitur, vel levi flatu, vel solis radio dissipatur, & dissolvitur, nunquam iterum cogenda, neque reditura. Septuag. *Tanquam nubes expurgata de cælo.* Cœlestem aliquam vim, quæ nubem disjiciat, indicare videtur. Eadem similitudo apud Iacobum. c. 4. *Ignoratis quid erit in crastinum; quæ est enim vita vestra? vapor est* (proprietate) flatus, halitus, fumus, levissima nubecula nihilo firmior, aut crassior, quā vapor, aut fumus, qui citō evanescit, & disparet) *ad modicum parēs* (apparent) *& deinceps exterminabitur* (proprietate) evanescet; est enim ferē eadem vox, quæ Lucæ. 24. *Evanuit ex oculis eorum.* subducet se statim ab oculis mortalium, ita ut nulla illius memoria relinquantur, & ne vestigia quidē illius cernantur ulla; priori illa phantasia & luce extincta, deleta, subblata; atque eadem vox Græca eadēmq; significatio. Matthe. 6. *Exterminant facies suas.* id est obscurant naturali nitore & quasi splendore quodam atque lætitia, extincta, accersito quodam squalore, sordidoque vultus horrore, qui jejunia testatur.) quod autem ibi dicitur *exterminabitur*, hic dicitur *consumitur*. propriē deletur, deficit. Rursus *pertransit*. propriē, recedit, abit. Symmach. *Absolvitur.* Septuaginta. *Expurgatur de cælo.* neque tamen hęc similitudo adducitur propter vitæ brevitatē & inconstantiam exprimentēdam, sed propter irrevocabilem illam fugam; ut secūda hujus similitudinis parte explicatur.

Sic qui descenderit ad inferos. (id est ad subterraneam regionem, infra nos positam, ubi sunt defunctorum animæ, quos Manes vocant) *non ascendet* rursus ad superiores, à quibus excefferat. Malui inquam exponere, *inferos* aut, *infernum*, per subterraneam stationem animarum, quā per sepulchrum aut mortem. nam cavendum est, à quorundam Hæreticorum, ut Brentii, & Calvinii, imperita elegantia, qui docent juxta Vulgatam phrasim, id dici propriē *in infernum descendere*, quod omnino perit, & extinguitur. sicut Latini dicunt funditus interire, & pessum ire, aut in fū-

I

LXX.

Iacob. 4. 14.

Quid exterminari apud Iacobum & Marth.

αφαρισω Luc. 24. 31

Matth. 6. 16

Symmach. LXX

2

Quid infernus in sacro sermone.

Calvini, & Brentii imperita elegantia.

dum labi.nam fundus est cuiusque rei in-
 fimum,aut infernum. Sed sacra Scriptu-
 ra astringēda non est regulis Donati,aut
 Latinorum.ergo locutio illa sublimiorē
 habet sensum,atque fidem docet de ani-
 marum stationibus subterraneis & infer-
 nis,videlicet loco damnatorum & Lim-
 bo,atque Purgatorio.tum etiam de des-
 cēsu Christi ad inferos, non enim idem
 est,Christum descendisse ad inferos,atq;
 si confitearis,mortuum & sepultum fuisse,
 neque idem omnino illud Psal.15. *Nō
 derelinques animā meā in inferno.* cū eo quod
 sequitur, *Nec dabis sanctum tuum videre cor-
 ruptionem.* hoc enim ad corpus & sepul-
 chrum;illud ad animam, & limbum spe-
 ctat.res manifestē colligitur ex illo Gen.
 37.quem locum alii depravant.*Lugens des-
 cendam ad filium meū in infernum;* nempe ubi
 ejus filius erat,idest, in eam subterraneā
 regionē,in qua illius anima detinebatur:
 aliter enim non poterat pervenire ad fi-
 lium,si tantū de inferno,id est sepulchro
 loqueretur,quod longē latēque disitū
 esse oportebat. potius nulli sepulchro
 mandatus erat,qui credebatur à fera pes-
 sima devoratus.Sed non oportet,inquis,
 tam crassē,tāmque supinē descensum hunc
 & sepulchri societatem accipere;cū pe-
 rinde sit dicere,*Descendam ad filium meum
 in infernum,* id est in sepulchrum; ac si di-
 xisset,Filio meo Iosepho mortuo nō pos-
 sum amplius vivere.aut; Is casus me fo-
 veat,idest morti tradet. Ego verò potius
 hanc esse crassam,atque pingue interpre-
 tandi rationem,dicam etiam,languidam,
 inertem;mortuā,sine spiritu & vita;pri-
 orem illam,subtilem,folerem, exquisitā,
 vivam,spiritu & energia plenam,verissi-
 mam denique atque cum aliis fidei dog-
 matis mirificē consonantē. eadem ratio
 ne accipe id Isaiæ. 14. ubi quāvis regi
 Babylonis negatur sepultura, sed conjici-
 tur in infernum. *Verūtamen ad infernum de-
 traheris in profundum lacu.* Scio quidem ali-
 quando pro fovea,& sepulchro,*infernum*
 accipi, sed id neque primaria significatio
 ne,neque omnino frequentissima. illud
 non præteribo,parū consideratē(ne gra-
 viori inuram nota) Cyprianum Cisterciē
 sem (virū alioqui doctrina & pietate cō-
 spicuum)affirmasse,*seol*,id est, *inferos*,vel
infernum in toto veteri testamento acci-
 pi pro sepulchro.sed de hac re plura ali-
 quando dicam,cū res & locus iterum

ferent.nunc tātū vocem illam *seol* (de
 qua tota controversia est) quoniā subter-
 raneam illam stationem animarum signi-
 ficat,rectē jungi verbis *descendendi*, & *ascē-
 dendi*.tum præterea deduci à radice, *Saal*,
 quod est petere, aut mutuō accipere,
 quod nūquam saturetur, sed se habeat in
 star postulantis & expetentis aut animas,
 aut corpora,quæ apud se detineat. ut in-
 dicatur.Prover.30.ubi inter illa quatuor
 insaturabilia; primus numeratur *infernus*,
 quasi *nunquam dicat sufficit*, sed semper po-
 stulet.tum etiam quod illa receptacula
 mutuatas tantū videantur accepisse ani-
 mas.præsertim Limbus, & Purgatorium
 suo tempore reddēdas: tum etiam alii si-
 nus die iudicii & resurrectionis reddent
 animas,deinde vero infernus recipiet ho-
 mines integros per æternitatem asservan-
 dos, à qua etiā radice dictus est *saul*, qua-
 si postulatus,& per petitionem importu-
 nam populi datus & concessus à Deo &
 Samuele;ut nomine etiam præferret nō
 fore confirmandum in regno,ad tempus
 tantū & commodatō regnaturum.

Sed notandū hinc colligere Didym. in
 Catena Iobū *resurrectionis arcana ignorasse*:
 rursus Chryf.*nihil de resurrectione percepti
 habuisse,nihil de regenerationis mysterio enu-
 cleatē didicisse*.idēq; super id capitis.2.*Si bo-
 na suscepimus de manu Domini &c.* ait Iobum
 aliquando lamentari,non victurū perpe-
 tuū,quod de cælesti regno ac resurrectione
 nihil accepisset perspicui.Hęc Græco-
 rū testimonia piē voluit interpretari no-
 ster Comitulus adscribens,quod *ex majorū
 disciplina nil fortasse certi Iobus de resurre-
 ctione acceperat.Sed etiam hujus rei, & cælestis reg-
 ni,nō obscuram notitiam, è divinis fontibus hau-
 serat*.optimē.sed quos hic dicat, *divinos fō-
 tes*,nō satis intelligo.an librū aliquem sa-
 crū?sed de hoc nihil cōstat. an revelatio-
 nem aliquam?sed Græci in univēsum,&
 nulla adhibita præcastigatione loquun-
 tur.& quacūque ratione Iobus de resurre-
 ctione instructus esset,loqui oportuisset
 ejusmodi verbis,quæ resurrectionis fidē
 minimē læderent,neque dubiā relinque-
 rēt. Ego verò (quod venia dixerim Chry-
 so.) existimo dubitari minimē posse de
 Iobi fide resurrectionis,cū ad illam con-
 firmandam ipsius Iobi tanquam fortissi-
 mis testimoniis utatur Ecclesia, & ea de
 re apertissimē vaticinetur. c. 12. & c. 19.
 ubi id apertē agnoscit Chrysofostomus.

Infernus un-
de dicatur.

Prov.30.16

Saul unde
dictus.

3
Chrysof.
Didymus
An Iob ag-
noverit my-
steriū resur-
rectionis
Iob.2.10

P.Comitulus

Iob.c.12.&
19.

Psal.15.10.

Gen.37.34

Objectio.

Responsio

Isai.14.15

Cypria. Ci-
st. hoc lo-
co notatus.

שאל

Sed

4
philip.
Chrysof.

An Ecclesias
res aliquan-
do loquatur
ex sententia
impiorum.
Iob.14.12

Psal.77.45
Ijai.38.
2.Reg.14.14

I
Hypallage.

Ps.102.16

Ps.36.10

Ps.73.7

Hierony.

Sed ut ad sententiam nostrā redeamus,
 Philipp. duplicem horum verborū diffi-
 cultati solutionem assignat; primā, quod
 Iob hæc dixerit contionādo, & quasi ex
 affectu & moribus mundialium hominū,
 minimē futura credentium; quod confir-
 mat, exemplo Ecclesiastæ, qui aliquādo
 ex sententia impiorum videtur loquutus,
 dum laudare videtur voluptuariam vitā,
 aut certē secundam; resurrectionem tan-
 tū negasse in finem vsque sæculi, dein-
 de verò resurrectionem securam pla-
 nē agnovisse. quod confirmat ex illo ca-
 pitis. 14. *Homo cū dormierit, non resurget, do-
 nec atteratur cælum.* sed vera & facilis solu-
 tio in promptu est, non enim negatur re-
 surrectio ad vitam aliam, sed animarū re-
 ditus ad similem vitā, ut versiculo sequē-
 ti explicatur, *Non revertetur ultra in domū
 suam.* neque est hæc sententia Iobis pecu-
 liaris, cū non semel repetatur in Scrip-
 tura, tum à David. Psalm. 77. tum Isaiæ. 38
 atque. 2. Reg. 14. *Omnes morimur, & quasi a-
 qua dilabimur in terram, qua non revertuntur.*

X. *Nec revertetur ultra in domū
 suam: nec cognoscet eum amplius
 locus eius.*

- 1. Hypallage. Profopopæa loci. Quid cognoscere. Explicat Moyses & David.
- 2. Verba, qua cognitionem afferunt, ad rem ipsam, qua cognoscitur, pertine-
re.
- 3. Locus, pro hominibus, pro oppido, pro honore, & munere. Illustratus Samuel, & Salomon.
- 4. Locus pro omnibus contētis in loco. Non agnosce-
re antiquum possessorem ad ingratitude pertine-
re.
- 5. Brevitas vite ignotos nos reddit ipsi vite, & loco ex sapientia.

I N Domum. In familia, & rei familiaris
 administratione. *Nec cognoscet eum locus
 ejus.* per hypallagem, non cognoscet ho-
 mo amplius locum suum. juxta id Psalm.
 102. *Quoniam spiritus pertransibit in illo, & nō
 subsistet, & non cognoscet amplius locum suum.*
 simile id. *Non est inventus locus ejus;* id est,
 ille non est inventus in loco. Psal. 73. *In-
 cenderunt igni sanctorum tuum.* Hæbraicē,
 Miserunt in ignem sanctorum tuum. D.
 Hierony. *Miserunt ignem in sanctorum tuū*
 Igitur sensus est: Non revertetur, ut cog-
 noscat, non inviset amicos, & notos; non
 aget cum familiaribus, & domesticis; nō
 versabitur in antiqua domo cum patriis
 penetibus. Sed præstat nō tam esse hypal-

lagem, & mutationem verborum, quā
 profopopæjam loci, qui quasi persona a-
 micæ & comiter deberet excipere redeū-
 tem; quo significatio redditur vehemen-
 tior, quasi dicat; Ipse res inanime, quæ
 serviunt, & parent ad nutum mortalibus,
 mortuis tamen nulli usui sunt; illos non
 agnoscunt dominos; nolunt ullam sibi
 cum illis familiaritatem intercedere; ex-
 traneos & ignotos illos reputant. quare
 * *locus non cognoscet eum.* ea enim est vis ver-
 bi cognoscendi, & non cognoscendi. ut
 supra Iob. 4. *Setit quidam, cujus non agnosce-
 bam vultum (un personage de semblante estrange)*
 Genes. 42. de Ioseph, *Cum agnovisset eos, qua-
 si ad alienos durius loquebatur.* in originali
 est collusio contrariarum ejusdē vocis
 significationum, * *Cognovit eos, & fuit incog-
 nitus eis.* Septuag. eleganter; *Alienum se se fe-
 cit ab eis.* eodem igitur modo; *Non cognos-
 cet eum locus ejus;* quasi cum alieno, aget cū
 illo; alienum se ostendet ei, & durē, & in-
 humanē cum illo aget.

Philippus simplicissimā affert expositio-
 nē hujus locutionis, *Nō agnoscet eum locus,*
 id est, *Nō agnoscetur locus in homine, neq; homo
 in loco.* id est pristina hujus mundi cōversa-
 tio nō erit in homine commutato. nam,
 ut aliquando diximus, verba quæ afferūt
 cognitionem, ad rem ipsam, quæ cognos-
 citur, pertinent.

Sed de significatione loci nonnulla est
 dissensio. nam paraphrasis Tygurina per
 metonymiam locum intelligit; homines
 qui in loco continentur. ut sit sensus; Ne-
 que loci illius homines agnoscent. eum
 sed extenuatur vehementia sententiæ; præ-
 terea quod nuper dixerat; *Non aspiciet
 me visus hominis.* quod ad illam sententiam
 pertinet.

Secundō, locus non pro privata domo,
 sed pro urbe & oppido accipi potest, id-
 que fortē indicatum est in lectione Ty-
 gurina. & vulgo quidē quodlibet oppidū
 vocāmus *lugar*. sicut etiam Amos. 4. *Dedi
 vobis stuporem dentium in cūctis urbibus vestris
 & indigentiam panis in omnibus locis (oppi-
 dis) vestris.* sic igitur non agnoscet homi-
 nem sua civitas, urbs regia non agnoscet
 regem, qui illam aliquando illustravit, aut
 amplificavit, decoravitque nomine regio
 vel si illam ædificavit à primis fundamen-
 tis, & suo nomine insignierit; irriti enim
 sunt conatus ambitiosorum hominū, qui
Vocaverunt nomina sua in terris suis.

Profopæja
loci.

* Si una vez
ydo bolvief
se a su casa,
las mismas
paredes se e-
strañarían del.
Iob 4.16
Quid cognos-
cere aut non
cognoscere
in sacris.
Genes. 42.7
* Conociolos
y estrañose
dellos
LXX.

2
philip.
Cognitio p-
re ipsa, quæ
cognoscitur.

3
Locus quid
Tygurin.

Locus pro
oppido.

Amos 4.6

Ps. 48. 12.

Locus pro fe de inter vi- vos, aut pro honore, & munere.

D. Thomas philip. Locus p ho- nore, & dig- nitate. Prov. 25. 6 Eccl. 3. 16

2 Reg. 7. 10

4 Locus p om- nibus in lo- co cõtentis

Isai. 1. 3 Nõ agnosce- re antiquum possessorem ad ingratitu- dinẽ pertine- re.

Sap. 5. 15 Vnde prove- niat hominẽ non agnosci a loco suo.

Tertiõ. *Locus ejus*, vel su^o, fortè nihil pecu- liari^o significat, quã locũ inter vivos, ergo *non cognoscere locum* &c. erit, non habiturũ sedẽ inter vivos; Si (inquã) vellet homo, aut posset redire ad superos, nullus illi ef- fet locus, cum aliũ jam in locum ejus suc- cessisse necesse fuerit: nã corruptio uni^o cum generatione alterius conjuncta est. redeunti nullus locus, nulla sedes. nos di- ceremus, *No a lugar*.

Quartõ. Div. Thom. *locum* accipit pro dignitate, & honoris gradu, & ut ipse ait, *pro statu persona*. idem ferè Philip. per me- tonymiam. nam dignitates & honores se- dibus, & locis discernuntur. ut Prov. 25. *In loco magnatorum ne steteris*. Eccl. 3. *Vidi in loco* (in tribunali, in subselliis) *judicii im- pietatem*. quare illud ad honorem, & subli- miorem, atque regiam sedem pertinet. *Po- nam locum populo meo Israel, & plantabo eum, & habitabit sub eo, & non turbabitur*. est enim promissio de sede regali David confirmã- da.

Sed tandem simplicius accipitur *locus*, nõ solum pro domo, & sede, sed pro om- nibus, quæ ad illum pertinent. ita ut pro- popogea illa, & fictio personæ extẽdatur ad universam supellectilem, & munera publica, & quidquid bonorum homo ha- buit; sicut hæc eadem tabernaculi, & do- mus nomine significari solent. atque de- tur persona loco, in quo omnia illa vidẽ- tur contineri. Pristina igitur bona nõ ag- noscẽt hominem, neque herum antiquũ, quod ad amplificationem quãdam ingra- titudinis affertur. Isai. 1. *Cognovit bos possesso- rem suum*. Hebraicè, Chananæum, mercato- rem, quãvis recẽs emptus gratũ se præ- bet &c. ergo mũdus & quæ in mũdo sunt ingratisima, æque ac obliviosa non cog- noscent antiquum dominum. Vel, jure & meritõ non agnoscunt nisi præsentẽ pos- sessorem, nã devoluta sunt omnia defun- cti bona ad potestatem & manus aliorũ. igitur sicut mancipium non agnoscit am- pliũ illum, a quo divenditus fuit, sed eũ a quo emptus est; & possidetur: ita sanè non agnoscunt bona hæc temporalia de- functum, cujus quondam fuerunt.

Sed Sapientie 5. videtur res hæc redu- ci ad brevissimam mortalium vitam, cu- jus nulla manere potest firma memoria, neque fixa in loco ullo vestigia; propte- reaque revertentem non agnoscet locus suus. *Spes impii tanquam memoria hospitis unius*

diei prætereuntis. si ergo sapientissimi alicu- jus doctoris jam defuncti cathedram, in qua docuit; aut judicis alicujus, regis ve- tribunal, regalem ve sedem; aut verõ etiã pontificiam atque supremam percontẽ- ris, quis nam ille, qui nuper ibi docuit, aut paulõ ante jus dicebat? respondere poterit, Non novi hominem; aut si novi aliquando, jam non memini; quis enim meminerit hospitem, qui ad brevissimũ tempus ad me divertunt propè infinitum? *Generatio præterit, & generatio advenit, ego autem hic sto*. facilius est diversorium cognosci a prætereuntibus; quã viatores ab hospite, & diversorio.

Eccl. 9. 4

¶ XI. Qua propter & ego non parca- ori meo, loquar in tribulatione spiri- tus mei, confabulabor cum amaritu- dine anime meae.

- 1. Parcere quid in Hebræo.
- 2. Tribulatio pro angustiis.
- 3. Confabulari ad internã meditationem refertur.
- 4. Similitudo cũ mari mul-

tiplez. Divina potentia in illo comprimendo. Cetus cui^o natura. Quid in Hebræo, & Latino, in de dictus. Aegritudines & morbi vincula, ager alligatus. Illustrati Da- vid & Lucas.

DI V V S. Tho. sic cõnectit; Si, ut Eli- phaz dixit, bona nõ sũt nisi in hac vi- ta sperãda, nihil mihi jam reliquũ est, quã meam infelicitatem lamẽtari. sed nexus simplicior; Cũ hæc ita habeant, & ego ad extremum propè jam spiritũ redactus sim, quod mihi liberum est, cordi, & ori indulgebo paululum, & erumpentia sus- piria nõ suppressam. *Parcere*, quod in ori- ginali est, *Chagach*, propriè est cõtinere, de- tinere, prohibere. & cũ ad linguam, & orationem refertur; affert suppressionem quandam, & cohibitionem eluctantis spi- ritus, & sermonis conãtis sese aperto ore effundere. a qua radice dicitur Isai. 58. *Clama- ma necces*. (populi sceleribus stimulatus, & ad clamandum compulsus voces ne supprime, neque ardentem spiritum, & flammam cohibe, ne parcas ori, liberè, con- tentè vociferare) *quasi tuba exalta vocem tuam*, ergo ait Iob. *Non parcam ori meo*. non remittam studium publicè vociferandi, atque lamentandi, quantum potero gemi- tu, & suspiriis contendam.

D. Thomæ

¶ Parcere

Isai. 58. 1

Loquar

2 LXX. Tribulatio angustis. Philipp.

Præpositio in

3

¶

¶

Confabulari internam me- ditationẽ af- fert.

1 Reg. 1. 16. Psal. 141. 3.

Amos 4. 13.

4

Maris hæc si- militudo mul- tiplez.

Loquar in tribulatione. propriè; in angu- stiis spiritus mei. coarctat me spiritus pe- ctore inclusus, patefaciam liberum illi a- ditum. Septuag. *Loquar cũ in necessitate sim*. indigeo planè suspiriis, quibus ægri- tudinem, & dolores sublevem. Philipp. *Loquar in angustiis deficientis spiritus mei*. ante- quam extremum spiritum agã, aliquid querulum loquar. aliquando præpositio, in, affert quasi causam, & vim impellentẽ. Angustia & tribulatio pectoris oratio- nem, & gemitus extorquent.

Confabulabor cũ amaritudine. vel, in ama- ritudine, vel, de amaritudine anime meae, id est, nihil loquar, nisi quod internus, ve- rissimũsque dolorum, & ægri tudinis sen- sus suggerit; non est quod verear cũ Deo agere paulõ liberius & confidentius de causis mearum ærumnarum. Septuag. *Ap- ponam amaritudinẽ anime meae compressus*. ver- bum confabulandi (Soach), vel (Siach) pro- priè est, meditari, vel ex meditatione in- terius animo concepta aliquid exterius agere, loqui, orare, conqueri. a qua radice dicitur. 1. Reg. 1. *Ex multitudine doloris, & meroris mei loquuta sum*. unde dicitur ora- tio, quæ cũ ore fiat, ex cordis medita- tione, & intentione proficiscitur. & ideo dicitur, *Oratio effandi* Psal. 141. quasi prius corde concepta, & præmeditata, deinde voce & ore exterius effusa, & prolata. hinc illud Amos 4. *Annuncians homini elo- quiũ* (id est arcanorũ suorũ cogitationes) *suam*. igitur Iob ex multitudine dolo- ris & meroris corde & mẽte cõcepti lo- quitur; & quæ prius apud se præmedita- tus fuerit, non leviter, non sine causa pu- blicè clamat, & Deum atq; homines con- testatur.

¶ XII. Numquid mare ego sum, aut cetus, quia circumdediti me carcere?

V I D E T V R nunc se Iobus purgare ab iis gravissimis sceleribus, quæ tã- tum supplicium, tamq; acerbos cruciatus mereri potuisse viderentur. quare neque mare superbum, neque immanem cetum suis moribus referre dicit, ut superbiã atque sævitia tantas pœnas dare debue- rit. sed præmenda est paulõ diligentius. hæc similitudo. In mari enim considerari potest immensa quãdam capacitas, & va-

stas, in quam *Omnia flumina intrant, neque redundat*; procellas, turbines, tempestates, æstus omnes sustinet; fremit, remugit, agi- tur, *quiescere nõ potest*. cũ autẽ dixit Deus *Congregentur aqua in locum unum, & appareat arida*; quam *aquarum congregationem appella- vit maria*, visus est conjecisse mare in car- cerem, atq; illi pedes & brachia cõstrin- xisse, ne liberè & impunè vagaretur, atq; obvia quæque vastaret. propter quam pe- culiarem & exquisitam Dei providentiã in comprimendo, & prohibendo maris impetu, dicitur Psal. 49. *Quoniam ipse est mare*. ut cujus impetus, & immanitas non ab alio, quã ab auctore naturæ domari, & frænari possit. hinc multiplex com- parationis ratio duci potest. Quæ nã un- quam mea superbia, aut quæ minæ infir- mioribus intentatæ, quis fremitus, & tu- multus, ut me in teterrimum malorũ atq; cruciatuum carcerẽ, velut mare fremens, atque superbum, detruferis? & ut ne aliis noceam, in eum me statum conjeceris li- gatis manibus, & pedibus dolorum vin- culis, in quo nocentes atque ultimo sup- plicio damnati detinentur? Præterea; Nũ- quid homuncio ego imbecillus tantè va- stitatis, tantèq; capacitatis sim, ut tot tur- bines malor, tot dolorum æstus & pro- cellas, tot tempestates discriminum, tot afsiduarum acerbis in me flumina capere, & exhaurire, velut mare, pessimè? ita ne sèper ego fremere cogar, nunquam possim quiescere, perpetuõ a- giter, atq; dis crucier? ad hæc; Ita ne tam- quam cum immani quadã bellua, aut tam- quam cum potentissimo, nunquãmq; sa- tis edomito mari mecum agitur? illa qui- dem claustris, repagulis, carceribus for- tissimis indigent: sed ego tamen vix pe- dibus valens consistere, non ego vehe- mentioribus his vinculis, compedibusq; cruciatuum: non enim è carcere isto te- terrimo calamitatis incredibilis fugiam; imò supplicem me Deo meo, judicique supremo lubens præbebo; accersitus si- star ante illius tribunal.

Cetus, quia, &c. Carcerem quidam ad cetũ referunt, non item ad mare. sed præstat quod jam indicavimus, ut ad utrumq; per- tineat. & peculiari quidem ratione ad ce- tum. nam *Cete illa grãdia*, quæ creavit Deus ut mari illuderent, id est minoribus, & in- firmioribus pisciculis, intra mare Oceanũ continet, tamquam in carcere detenta.

Eccl. 1. 7.

Isai. 57. 20. Genes. 1. 9.

Psal. 94. 4. Deus in com- primẽdo ma- ri potentissi- mus.

5

Genes. 1. 21. Psal. 103. 26.

C c 5 dicunt

dicant enim non posse tranare ad Medi- terraneum, quod relinquitur aliis mino- ribus piscibus, tamquam fida quædam & tuta statio. non aliter igitur relucet di- vina providentia in comprimēda super- borum divitum immanitate, & insolentia, qua infirmioribus illudunt.

Sed quod ad Ceti nomen & naturā at- tinet, in originali quidem est (Thanin) quā vocem quidam existimant generalem esse ad omnem belluam vastam, terrestrem vel marinam. rursus cum de marina dicitur, nullam certam piscis speciem signifi- cari, sed pisces quoscumq; ingētes. cu- jus signum est, quod frequenter ea vox vertatur à Vulgato nomine Draconis. ut Psal. 103. Ezech. 32. & quidem pro ter- restri colubro Exod. 4. & 7. pro dracone etiam terrestri. Psal. 90. Conculcabis leonē & draconem. Iere. 10. Habitacula draconum. pro lamis. Threnor. 4. Sed & lamia nudave- runt mammam. Sed frequenter ad marinos pisces belluāque refertur, vertiturque, Cete, aut cetus, quod latinū nomē alii, spe- ciale esse volunt, & significare ballenam. quāquā neq; hoc apud Latinos certō cō- stet. nam Festus quasi incert⁹ scribit: Bel- luam marinam ipsam dicunt esse piscicem, ipsā esse & cetum. sed ex vocis originalis simi- litudine volunt alii esse illum, qui apud Latinos Thunnus, aut Thinnus; quem à Ballena Plinius separat, & inter vastissi- mos pisces numerat. atque Arthenus ait Thunnum Græcè dictum ab impetu, & celeritate, qua fertur. Sed neque quid- quā certi apud auctores de Thunno, con- stat. ut ex Arist. Plinio, Athenæo, & aliis eruditè probat Rondeletius. lib. 7. cap. 10. & 11.

Circūdedisti me carcere. Carcer sicut Latini à coercēdo, ita Hæbræis ab asservādo & custodiendo dicitur. verbum autē cir- cundandi significat custodiam undiq; cir- cumclusam, unde nullum pateat effugiū. qualem custodiam descripsit Ierem. Con- clusit vias meas lapidibus quadris, ita ut nō pos- sim egredi. Nam carcerem sic definiūt, un- decumque exire prohibemur. Sed illud Iobi calamitatē amplificat, quod Carcerem ad- continendos homines, non ad puniendos haberi- jura ipsa decernunt. at Iob in incredibili- um malorū carcerē cōjectus est, tanquā in nefariorum, ac mani festorū scelerum. vindicē. rectè autem morbos atque dolo- res, carceris nomine explicat; nam lectus,

atque morbus sunt veluti carcer, in quo peccatores detinentur, cum sæpe ppter peccata morbi & egritudines accidāt. sic sanè Ecclesiasticus. cap. 38. medicū com- parat apparitori; aut tortori, qui delinquē- tes aut comprehendat & conjiciat in carcerem, jubeatque lecto decūbere; aut alia ratione torqueat potionibus, sectio- nibus, ultiōibus, & sexcētis cruciatibus. Qui delinquit (inquit) in conspectu ejus, qui fecit eum, incidet in manus medici. Septuag. per imperativum efferunt, quasi ea sit ius- ta judicis sententia, atque imperium; Qui peccat contra eum, qui fecit eum, incidat in ma- nus medici. Hinc dolores aliāque morborū atque ægritudinum, ut cum medicis lo- quar, symptomata, funiculi atque vincu- la nominantur in sacro Sermone, de quibus Scriptum est: Circumdedertunt me dolo- res (Hieronymus, Funes) mortis (& iterū) dolores (funes) inferni circumdedertunt me: pra- occupaverunt me laquei mortis. Quare aliqua- do conqueritur Iob se vincitum compe- dibus. Possuisti in nervo pedem meum. (huc il- lud Ioannis 5. cum de piscina loquitur, quasi de carcere & domo vincitorū: Qui prior descendisset in piscinā, sanus fiebat, à qua- cunque detinebatur (quali comprehensus, & alligatus) infirmitate. Et similiter apud Lū- cam Christus Dominus ait mulieri; quæ habebat spiritum infirmitatis annis decē & octo, & erat inclinata, nec omnino po- terat sursum aspicerē; Mulier dimissa es (quasi è carcere; & vinculis) ab infirmitate tua. & inferiūs; Hanc siliam Abraba, quam ali- gavit (in vincula conjecit. Id enim signifi- cat Deū, verbum Græcum, unde dicitur demos, vinculum. & Demiophylax, vincitorū cultos) Satanas, non oportuit solvi à vinculo isto? Sed de hoc iterum plura.

XIII. Si dixero, Consolabitur me lectulus meus, & relevabor loquens mecum in stratu meo.

1. Nocturna confabulatio qua. Miseri desiderare so- lent ementitā illam som- niorum felicitatem. 2. Desideria diurna similia efficiunt somnia. Iobi no- cturni terrores à Damo- ne procurati. 3. Labores diurni molesta efficiunt somnia. Quod Corybantia morbus. Qui Corybates. Viso & som- nia aliquando pro eodem in sacris.

CV M. verò mihi post diurnos labo- res promitto nocturnam requiem; & relevationem

Eccles. 38. 15.

LXX.

Psal. 17. 15.

Psal. 114. 3.

Iob. 13. 27.

Ioan. 5. 4. Luc. 13. 12. 16.

Δεω δεμο Δεομοφου λαξ

תנין

Cetus au sig- nificet certā piscis naturā

Psal. 103. 13. 8. Exech. 32. 2. Exod. 4. 3. ca. 7. 9. Psal. 90. 13. Ierem. 10. 22. Thren. 4. 3.

Festus. Pomp.

Thunnus au idē qui Cetus pisc. lib. 9. c. 3. Athenæus lib. 9.

Rondel. lib. 7. cap. 10. & 11.

6

תנין

Carcer in Hæ- bræo ab asservādo dictus. Thre. 3. 4.

Servim. lib. 1. & 5. Aem.

Vlp. L. Aut dantim. 8. §. solent. D. de pen.

relevationem doloris. id est, ablationem. est enim ab illa phrasi, qua dicitur, elevari, aut tolli, aut auferri ab aliquo onus, vel peccatum, aut quid hujusmodi, de quo al- liquando diximus. Solent enim in lecto retundi, & magna ex parte levari dolo- res, & lassitudines diurnæ. Loquens mecum. mecum meditans, internam illam mentis exercitationem, atq; attentionem affert, ex proprietate fontis Hæbræi, atque Græ- ci, quam supra confabulari. quod aliqui, ut Cajetanus, & Carthusianus, quibus fa- vet Chrysoctom. accipiūt de meditatio- ne & speculatione, quam nocturno tem- pore capere solent, qui interdum lassati & defatigati sunt, sicq; capiunt aliquod suæ lassitudinis allevamentum. in hanc sen- tentiam Septuag. legunt: Referam ad me ip- sum privatim sermonem in toro meo. D. Aug. Referam ad me ipsum consolationē in toro meo Theodotio; Comportabit me in confabulatio- ne mea stratum meū. sed fortè hæc noctur- na & interna meditatio ad quietē & som- num spectat. uti exponi videtur versiculo sequenti; ita ut agat de brevissima illa, & ementita, atque umbratili fælicitate, quam solent aliquando homini misero le- ta afferre infomnia ex diurno fælicitatis desiderio, spe, & cogitatione provenien- tia; sicut Scriptum est: Sicut somniat esuriēs, & comedit; cum autem fuerit expergefactus, vacua facta est anima ejus. & sicut somniat si- tiens, & bibit, &c.

XIII. Terrebis me per somnia, & per visiones terrore concuties.

ETIAM ipsam infomniorum ratio- nem atque naturam inverfam & cō- mutatam in meum supplicium experior: non enim desideria quidquam jucundi per quietem obijciunt, uti ferè natura cō- paratum est.

Omnia que sensu voluntur vota diurno Tempore nocturno reddit amica quies.

Quidam certè has visiones & somnia non ipsius Iobi, sed amicorum esse vo- luerunt, qui ex falsis quibusdam revela- tionibus & infomniis immisis & pro- curatis à Dæmone, sibi persuasissent Iob- um cruciari propter sceleratam vitam; quibus revelationibus narratis, atq; pro- veris habitis mirum in modum Iob ipse

terreferet, & stimuletur. Sed non vi- deo, qua ratione coherere possint cum antecedentibus, & consequentibus. qua- re de se ipso, deque suis horrificis infom- niis Iob loqui indubitatum esse debet, præsertim frequente sanctorum exposi- tione rem ipsam cōfirmate; Terribilia (in- quit Chrysoct.) noctis spectra vim malis no- vum afferrebant. atque hæc terribilimen- ta à Dæmone procurata fuisse Theopha- nes intelligit, quāvis ipse Iobus existi- maret, ejusmodi horrenda terribilia à Deo inferri. sed Philipp. atq; Bedæ (utri- usque enim eadem oratio est) verba ad- scribenda duxi; Hoc à Deo Iob se pati dice- bat, quod à Damonibus patiebatur, qui ad ista fa- cienda à Deo acceperant potestatem. qui ei tor- rvis vultibus sine dubio, & minacibus oculis ap- parebant in somnis, frendentes etiam dentibus ad devorādum, quasi ora aperientes, ut insolita visionis horrore concuteretur in lectulo, & ter- rito somn⁹ aufugeret, quo solēt dolores nimii mi- tigari, & succederēt juges vigilia, ut indefinēti- bus cruciatib⁹ torqueretur. sive vulnera qua vigi- lans oculis suis videbat quotidie, putrisq; sanies, vermiū quoq; multitudo discurrētium per vul- nerū sinus, vel foveas, credibile est quod in som- nis ei à Damonibus monstraretur. Chryf. qui- dem ad Physicam rationem refert, nam ii solent infestari somniorum terrore, qui aliquid mali die perpetiuntur; uti Sene- ca dixit:

Quacumque mentis agitat infestus vigor, Ea per quietem sacer & arcanus refert, Veloxque sensus.

Atq; longè eleganter Petronius Arbiter. Somnia, qua mētes ludunt volūtātibus umbris. Non delubra deūm, nec ab athere numina mittunt;

Sed sibi quisque facit; nā cum prostrata sopore Languent membra, quies & mens sine ponde- re ludit.

Quicquid luce fugit, tenebris agit. opida bello Qui quatit, & flammis miserandas savit in urbes;

Tela videt, versasque acies, & funera regum, Atque exundantes profuso sanguine campos. Et canis in somnis leporis vestigia latrat.

In noctis spacio miserorum vulnera durant.

Atque hæc refert Chrysoctom. id Eccle- siast. 5. Multas curas sequuntur somnia. quem locum licet Septuag. eodem ferè modo legant. Advenit somnium in multitudine solli- citudinis. at Chrysoct. in catena, legit: In multitudine tentationum advenit infomnium.

Chrysoct. Theophaues.

Philipp. Bedæ.

Terreres Iobi nocturni à Dæmone pro- curati. & qua- les.

3

Chrysoct.

Sene. in Octa- Aerumna di- urnæ mole- sta efficiunt infomnia.

Eccles. 5. 2.

LXX.

Chrysoct.

similiterg;

Nocturna cō- fabulatio qua

Cajet. Carthusia. Chrysoct.

LXX. D. August.

Theodor.

Fælicitas in somniorū mi- seris est in de- siderio.

Isai. 29. 8

2 Desideria di- urna infomnia reddunt.

Claud. de ra- ptu Proserp.

similiterque sanctus Antiochus, Homil. & atque illa est etiam peculiaris Symmachi lectio: *Accidet somnium propter multitudinem iniquitatis.* Vide Ecclesiast. 4. ubi huiusmodi terrifica somnia describuntur; *Modicum, tanquam nihil in requie, & ab eo in somnis, quasi in die respectus, conturbatus est in visu cordis sui, tanquam qui evaserit in die belli.* Vide etiam, quæ supra diximus de incubo, & vigilia, dum de morbis Iobi diximus: nam hunc propter molestissima phantasmata imaginofum morbum aliqui vocant; quem eleganter describit Hippocrates mox adducendus; sed fortè cum hoc quoque morbo conjunctus ille fuit, quem Corybantiam Græci appellant; videlicet cum non solum propter visa spectra, sed etiam propter quosdam quasi tintitus, & sonorum imagines quis vigilare cogitur, atque infomnia vexatur, atque patentibus, si unquam, oculis dormit: fæper enim illis imaginibus intentum animum habet, uti ille dixit:

Levis omnia mens sonorinas imagines Adfatut; non umbrantur somno pupula.

Quod Plinius quoque indicavit lib. 11. cap. 37. de leporibus scribens; *Patentibus oculis dormiunt lepores, multique hominū. quod Corybantiam Græci dicunt. eum autem morbum immitti à Corybātibus putabat delusa antiquitas. fuere autem Corybantes Sacerdotes Cybeles, qui facto furore correpti, caput jactabant, atque insanientium more oculos distorquebāt, & oculos ex dimidio apertos, ex dimidio clausos ostendebant. tum etiam cum Iovis custodes essent, non modò excubare, sed etiam apertis oculis dormire cogebātur. Fortè cum imaginosa egrotantis hominis vigilia illud quoque facere potest; *Attonitos habes oculos.* Quod verò Cajet. distinguit visiones, quæ ad vigiliam pertineant; & somnia, quæ accidant inter dormiendum, nō est valde curādum; nam etiam *visionis nomen ad somnia accommodatur in Scriptura.**

XV. Quamobrem elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea.

ELEGIT suspendium. Philipp. atq; Beda hoc ad peccatum sic referūt; Satius (inquit Iob) est, & peccatum multo

tolerabilius, si victus cruciatibus de morte mea cogitem, quam ut tuæ majestati, irrogem blasphemiam; ad comparationē itaque majoris criminis, quod esset minus damnabile; cruciatu potius quam iudicio actus exprimit. Sed simplicior sensus, ut dicat se quodcumque necis genus, sive naturalis, sive violentæ, etiā ignominiosissimæ, qualis strangulatio, aut suspendium est, levius sibi, atque optabilius futurum, ut finem aliquem capere possent mala gravissima. Nisi fortè hæc cohæreant, & quidem neque reluctantia, neque invita, cum sententia præcedenti; Ex illo imaginofum morbo pene adigor ad insaniam, & ad laqueum. Hippocrates quidem lib. de virginum morbis scribit de attonitis, & sideratis, & de timoribus; *Ex his adeo fortiter pavere homines, ut delirent, & demones quosdam se videre putent ipsis infestos, quandoque nocte, quandoque interdum, aliquando verò utroque tempore, & ab huiusmodi spectris multos se jam strangulasse, & profliisse in puteos; tanquam meliora sint hæc & omnem vitam utilitatem excedentia. aliquando etiam sine spectris ac phantasmatis, quandam adesse voluptatem, ex qua mortem velut bonum quoddam amant.*

Anima, vita ipsa misera, & afflictū corpus, aut verò totus ipse homo. pro quo etiam per syndochē, accipiuntur ab aliquibus *ossa*, videlicet, pro corpore, ut opponatur primæ parti videlicet *anima*. Sicut & id: *Non est occultatum os meū à te, quod fecisti in occulto.* id est, totus ipse ego, aut corpus meum. At verò post R. Abraham, Hebræus apud Cajetanum, existimat ideo *ossa* dicta esse, quòd illa tantum superessent pelle & carnibus absumptis, & corrosis à vermibus, sed acutiùs D. Thom. & alii, quòd nihil in ipso tam forte, tamque firmum sit, quod vis doloris non debilitarit, atque confregerit; vel certè ut indicat Polychronius, quòd acerbitas morbi jam ad ossa usque pervaserat; quæ etiam ossium debilitationem in gravissima aliqua ægritudine deprecada, & explicanda exprimere solent Scripturæ. Psalm. 6. *Sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est valde.* id est, tum animæ vires debilitatæ, tum firmiores corporis partes fractæ & stupide. Psalm. 41. *Extremū cruciatum cū ignominia conjunctū significat; Dū confringuntur ossa mea, exprobraverunt mihi inimici mei.*

Hippoc.

Ex imaginofum morbo terrores.

5

Anima vita aut totus homo. Ossa pro toto corpore.

Psalm. 138. 15

R. Abrah.

Hebr. apud. Cajet.

D. Thom.

Polychron.

Psalm. 3. 6.

Psalm. 41. 11.

Internum

C. 3. in enumeratione morb. Sect. 9. n. 1.

Hippocrat.

Corybantia morbus cuius modi sit.

Varro in Promet. Plin. lib. 11. cap. 37.

Corybantes qui.

Iob. 15. 12. Cajet.

Visio aliquando idem quod somnium.

4 Philipp. Beda.

Thren. 1. 13. LXX.

August.

Internum verò malū, & quòd penitus perurat, & inflammet medullas, illud indicat Threnor. 1. *Misit ignem in ossibus meis.* Septuaginta verò ut hujus sententiæ acerbiter reddiderunt; *Absolve a spiritu meo (respiratione) animam meam; & a morte (in morte) ossa mea.* sed August. aliquantò longius, per spiritum, terrores illos intelligit, & per ossa patientiam, & firmitatem, quam servavit propè jam deficientem, legit enim ille; *Et a morte ossa mea repuli.*

XVI. Desperavi. nequaquam ultra iam vivam. Parce mihi, nihil enim sunt dies mei.

1. Quid desperare, quid Vita explicati David, & Amos.	6. Vita vana, quid fugiat, & evanescat. Quid Abel & Cain, ex nominū Etymologia. explicati David, & Amos.
2. Parcere apud sacros, & prophanos quid.	7. Laudatus Valgatus. Vita brevis ex comparatione & reductione ad omnes temporis mensuras. Quid seculi. Quid palmus. Quot menses constitet annus.
3. Varii vexus, & versiones huius sententiæ.	
4. Nihil prozano. Creatura respectu Divina eternitatis nihil.	
5. Vanitas pro mutabilitate. Omnium rerum mutabilitates contenta in humana vita, ex David.	

I

Philipp. Desperandi verbū de peccato desperationis ab aliis accipi.

Sensus exquisitus sed durior.

DNQ

Vid. c. 5. vers. 17. n. 5. 6.

Amos. 5. 21. Desperate quid.

Psalm. 52. 6.

* Hartose dellos, y di: ronle en rostro. * Estoy harto, y enfadado de bivar.

DESPERAVI. Philipp. quasi poenitentia ductus esset, agitarusque scrupulo, hæc Iobum dixisse exponit. *Desperavi, inquit, loquendo hæc, quæ dicere non debueram; unde pro hoc sermone tam aspero, & molesto, post mortem vivere posse me dubito; quia sibi auferentibus presentem vitam, futura à Deo iustissime denegatur. itaque se lapsus in peccato deplorat, & poenitentiam illico profertur dicens: Parce mihi, &c. certè exquisitus sensus, sed durior aliquanto. Plerique Latini interpretantur; Spem vitæ omnem abjeci; nã video me letali morbo propè diem conficiendum. sed certè verbum originale (Maac) ut aliquando diximus, propriè est fastidire, abjicere, spernere. quale est id Amos. 5. *Projeci (fastidio) festivitates vestras & Psalm. 5. 2. Quoniam Deus * sprevit (fastidio habuit) eos.* ergo hæc desperatio affert fastidiū quoddam vivendi, tedium, nauseam, contemptum, atque abjectionē omnis curæ tuendæ vitæ. * *Desperavi, fastidio; nihil mirum, si suspendium eligā, cum nulla me vitæ cura, nulla cupiditas**

tangat; nihil de ultra diutiusque vivendo cogitem, etiam si mihi optio daretur, nō vitam sed quamcumque mortem eligerē. paulò aliter Septuaginta illud *ultra* pro sempiterno accipiunt; neque incommode, exigete voce originali, quæ sæpe vertitur, sæculum, vel æternum; *Non enim in sempiternum vivam, ut longanimiter agam.* alii aliam interpretationem adhibent utriq; lectioni congruentem; Cum *ultra*, id est, cum æternum vivere non possim, sed, *ut diutissime vivam, paulò post moriēdum mihi est, nolū me igitur ultra vexare.* sic Vatab.

Parce mihi. Quidam Latini existimaverunt, à verbo Latino parcendi, id est, ignoscendi, hinc veniam peccatorum precari Iobum; sed verbum originale (Chadal), significat cessare, desinere, abstinere ab aliquò. à qua radice dicitur Isaia. 1. *Quiescite agere perverse.* & 1. Reg. 12. *Ut cesset orare pro vobis.* à qua significatione non est omnino alienum Latinum, *parcere*, quod est, parum tagere, atque ita ab aliquo abstinere, ut illum conserves, aut omnino non tangas. quare parcere, & perdere contraria sunt; sic dixit aliquando Cicero: *Aedificiis publicis ac privatis sic pepercit, quasi ad ea defendenda cum exercitu, nō expugnanda venisset.* & sic Nonius in verbo, *Parcere*, per servare exponit; idque affert ex Virgil. lib. 10. Aen.

Argentiatq; auri memoras qua multa talera Natis parce tuis. Et hujus generis illa sunt, *Lachrymis, vel metu parcere*; parcere aliquid facere. Sic idē Nonius. Marc. in verbo, *Velitatio*, ex Turpilio in Lindia; *Comperce verbis velitare* (leviter contendere) *ad rem redi.* Servius quidem id Virgillii,

Parcite oves nimium procedere. per prohibere explicuit. alii, per cavere: Cavete nimium procedant. Ergo, inquit Iob; *Parce mihi, jam cessa, mitte me; ultricem tuā istam manum cohibe; à me vxando diutius abstine; tange me precor parcius; leniūs hominem exulceratum trasta, ne me funditus perdas; cōserva, & tuere moribundum hominem, & in extremum interitum gravissimis cruciatibus impulsū. qui sensus ex sequentibus facile cōfirmatur, eadem enim originali voce capite. 10. dixit: *Dimitte me & synonymis ferè verbis. Quiesce paululum ab eo.* & eleganter Sept. *Recede à me.* Poly. ad proprietatem vocis: *Desine mihi plagas infligere.* idē*

LXX.

Ultra, pro sæculo aut sempiterno.

Vatab.

2

לחל

Parcere quid proprie.

Isai. 1. 6. 1. Reg. 12. 23.

Cic. Sci. 6. in Ver. Nonius Virg. 10. Aen.

Servi. Eclog. 3.

* Basta ya señor, y dad me una poca de venia.

Iob. 10. 1. Iob. 14. 6.

LXX. Polychron. Psal. 38. 11.

fere

ferè quòd David: *Amove à me plagas tuas.*

Nihil enim sunt dies mei. Sept. dixerunt: *Vana est enim vita mea.* Symmach. *Vanitas sūt dies mei.* quidā alius interpres, ut Olymp. refert, *Vapor sunt dies mei.* rectè omnia, juxta proprietatem vocis Hebrææ, de qua statim. Sed, quod ad cōtextum pertinet, D. Thom. & Cajet. sic connectunt; Magnam mihi felicitatē pollicetur Eliphaz; sed illa erit mihi longè maxima, si à me tam acriter vexando abstineas & parcas; nam dies mei, utpotè vani, aliorum bonorum temporalium spe vacui & destituti sunt. at Olymp. Quòd mea vita præ imbecillitate vitium par non sit ferendis his malis gravissimis; necesse est temperari mea supplicia. alii simplicius, ut ex vitæ brevitate deprecetur suos dolores, & misericordiam commoveat. similitudinem deprecandæ mortis petitam ex brevitate vitæ proponit David Psal. 89. *Ne avertas hominem in humilitatem* (Hieron. in contritionem. propriè, in tenuitatem, miseriam, pulverem, mortē) *quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesternæ, quæ præterit.*

Sed quidè quod hęc dicitur, *nihil*, propriè est vanitas, in Hebræo (*Hebel*) à radice (*Habal*) q̄ est evanescere, aut vanū esse. cujus multæ sunt rationes, & acceptiones in sacro Sermone. ut aliquando latissimè explicuimus, cum primū C. Ecclesiastæ enarrarem. Sed quod in hūc locū maximè quadrat, est, ut duplici, aut triplici ratione humana vita dicatur *Vanitas*, & *nihil*. Primò, quòd æternitati comparata nomen aliud non meretur; qua ratione Augustin. & Hieronymus docent creaturas omnes respectu divinæ, primèque substantiæ dici, atque esse vanas, atque si velis etiam nihil. sed in diurnitate, & duratione, hęc comparatio exprimitur. Psal. 89. *Quoniam mille anni ante oculos tuos* (tibi propositi; tecum, qui æternus es, comparati) *tanquam dies hesternæ, quæ præterit.* qua dicendi ratione splendor vultus Moyfis dicitur à Paulo *evacuari*, id est vacuus, vanus, longè infimus ostendi respectu excellentioris luminis, quod manet in Christo. posset igitur dicere Iob; *Quid meam vitam urges, o æternum & immortale nūm?* an mihi paucos & malos vitæ dies invides, qui solus habes immortalitatem? atqui tecum compositi, vanitas sunt, nihil sunt.

Secundò, hanc vitæ vanitatem potest efficere mutabilitas quædam & inconstantia omnibus discriminibus, atque vicissitudinibus obnoxia, & nunquam in eodem statu permanens. sicut Roman. 8. dicitur: *Omnis creatura vanitati subjēta.* deinde explicatur, quid sit vanitas; *Quoniam ipsa liberabitur à servitute corruptionis.* mortalitatis, vicissitudinis, mutationis. hęc ratione dicitur: *Vniversa vanitas omnis homo vivens;* nam in hominis vitam omnes omnium rerum mutationes, atq; varietates incurere videntur. sicut enim omnes in se ipsos, velut mundus quidam, ita omnium mutationum semina continet: videlicet cælorum instar, continuò movetur, & nunquam in eodem statu permanet. neque movetur tantum, sed trepidationis etiam motu octavæ spheræ peculiarem, incredibili quadam affectionum animi, propensionumque inæqualitate imitatur, & refert. trepidat perpetuò; & frustra conturbatur, & temerè tumultuatur. Sicut Sol, deliquiū passus, obscuratur, occumbit, occidit. & sicut Luna mutatur; neque mensura tantum, sed diaria etiam patitur decremēta. Sicut elementa, actionum contrariarū atque passionum pugnas in se ipso sustinet, & caloris, frigoris, aliarumque rerum inæqualitates atque molestias perferre cogitur. Sicut mixta, omnibus contrariis exposita est. Sicut vegetabilia, cum & ipsæ fœnum sit, & flos agri, pēdet à sole, à pluviis, à propitio, & amico solo, requirit quoq; amicorum culturam, & curā peculiarem; indiget cibo; jam languet, jã viret; jam germinat, jam arefcit. Sicut animalia sensitiva, mille sensuum ludificationibus atque præstigiis obnoxia est; & suæ ipsius phantasiæ spectris atque fallaciis: atque ea quidem in primis maxima sensuum vanitas est: *Quòd non satiatur oculus visu, nec auris auditu impletur.* quare vacuos, vanos relinqui necesse est. Homo verò cum sit, ignorantis mentis, ægritudinibus, & morbis corporis, & omnis generis cruciatibus atque doloribus obnoxius est. Sicut angelus varietati atq; multiplicitati cogitationum subditus est, ita homo sollicitudinibus subjacet: *Nã corpus quod corrūpitur aggravat animā, & terrēna inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* Tandem si peccato serviat, Dæmonē imitatur, qui initium peccati extitit. sed in eo quoque illum superare videtur,

5 Vanitas pro mutabilitate. ad Rom. 8. 20. Psal. 38. 6. Omnium rerū varietates, & mutationes continentur in homine. Job. 14. 2. Psal. 38. 7. Sensuum vanitas. Eccles. 1. 9. Sap. 9. 15.

3 LXX. Symmach. Olympiod. D. Thom. Cajet. Varii hujus sententiæ nexus. Olymp. Psal. 89. 3. Ibid. verf. 4. 4 Nihil vanum. 77. 77. Aug. de Quæstione anime cap. 33. Hierony. super id. Isa. 24. *Invia est civitas vanitatis.* Euseb. super Psal. 18. 7. 20. Nihil & vanitas ad vitæ brevitate pertinent. 2. Cor. 3. 7.

quòd nō uni tantū, aut alteri peccato, sed sexcentis scelerum differentis subiacet; *dies hominis vanitas & nihil sunt;* atq; universarum vanitatum, multabilitatūq; cōgeries, & cumulus.

Tertiò, illa est humanæ vitæ vanitatis non ultima ratio, quòd illi nihil solidi sub sit, ita citò perit & evanescit; est igitur fallax quædam rei evanescentis, vicissimè labentis apparentia. sicut dictum est: *Veruntamen in imagine pertansit homo.* id est nihil habet humana vita verum; aut solidum, sed appatens, umbratile, imaginarium, à qua vanitate ductum est *Abelis* nomen: dictus est enim, *Hebel*, vel *Habel*; id est vanitas. & optima cum ratione id illi nomen inditum est, nam brevi, id est in florenti adhuc ætate evanuit. tum quia cum primogenito nomen à possidendo impositum esset, *Cain*; dicente Evæ: *Passedi hominem.* ut nobis significaret, qualis homo esset, qualisvè vitæ humanæ possessio; qui secundò natus est, appellatus est *Habel*, vanitas, nihil. accedit etiam, quòd in *Habel*, posteritatis spem nullam parentes illius collocaverant, ipsa nomnis impositione præfagientes fore, ut citò evanesceret. quare *Abel* non solum fuit primæ norma mortuorum, sed viventium etiam omnium typus, & representatio, ut qui sint vanitas, & nihil. Hanc ipsam vanitatem; id est vitæ brevitem, assiduamque agitationem & commotionem animi indicavit Psal. 77. cum de iter per desertū agentibus loquitur: *Defecerunt in vanitate* (brevisimè) *dies eorum, & anni eorum cum festinatione* (cum perturbatione, trepidatione, tremore, instar festinantium trepidantes auferunt) ita vita nostra dū trepidat, dū tremit, & turbatur, festinat fugit, labitur. quàmquam vel in eo miserè se ipsos improbi fallunt, quòd nescio: quam sibi vitæ hujus caducæ non diuturnitatē tantum, sed æternitatem quoque promittant. ut dictum est de impis divitibus Amos 6. *Putaverunt se habere vasa cantici.* mirum constantem firmamque, tum quæ ex concentu vocum & cytharæ, tum quæ ex aliis rebus percipitur, voluptatem sibi pollicentes. in quos illud conveniat:

Cui pulchrum fuit in medios dormire dies, & ad strepitum cytharæ cessatum ducere curam, quod septuag. illustrarunt legentes: Quasi stantia putaverunt, & non quasi fugientia. quo loco omnino legendus est Hierony.

Humana vanitas reliquas superat. 6 Vita vana, fugax & evanescentis. Psal. 38. 7. Abelis nomen quid significet. Quid etiam Cain. Genes. 4. 1. Abel typus viventium. Psal. 77. 33. Vanitas velo citas. Amos. 6. 5. Horat. lib. 1. Epist. 2. LXX. Pensaron quæstiones de alicento. Hierony.

Sed quod (*nihil*) hoc loco verterit Latinus interpres, videlicet ut omnes vanitatis, rationes unica voce atque ea significantissima comprehenderet, jure laudandus est; tum etiam ut omnes humanæ vitæ appellationes, quæ brevitas sunt, unico hoc nomine, quo nihil est inanius, concluderet. nam si gradatim sursum versus ascendamus, in nihilo tandem sistendum est. & quidem licet, vita humana dicitur, *quies*, *cessatio*, *finis*, ut indicetur brevi finiendâ, de quo nomine nuper diximus; atque id sibi notum fieri precabatur David: *Notum fac mihi Domine finem* (id est vitam ipsam brevissimam. quæ citò finiendâ sit finis ipse appellatur) *meū, ut sciam quid desit mihi.* propriè, ut scia quâ temporalis sim. sed tamen certa vitæ humanæ & durationis mensura, aut brevitatis, hinc non cognoscitur. Primò itaque *seculum* dicitur Psal. 99. *Seculum nostrum in illuminatione vultus tui.* sic Psal. 74. *Annuncio in seculum.* & Psal. 118. *Ad faciendas justificationes tuas in æternum propter veritatem.* id est, quamdiu vixeris; seculum autem hoc, aut æternum tantum est spatium ceterum annorum: unde Ludi seculares dicebantur, qui centesimo quoque anno fiebant, quia seculum centum annos extendi existimabant. ut Festus Pompejus lib. 17. auctor est. quamquam alii multo breviori annorum periodo seculum circumscripserunt. & Galli quidem triginta tantum annos seculo dabant, ut observavit Servius ad id. 8. *Æneid.* *Sed mihi tarda cæli, sacrisq; effata Senectus.* Sed deinde homini prætinetur spatium non ceterum, sed 70. aut 80. annorum, hęc tantum *Potentibus.* Psal. 98. id est, potentibus, atque valentibus firma corporis valetudine. sed ex his octoginta annis amplius, id est, melius, excellentius labor est & dolor. ex brevissima enim vita peditur vectigal mille laborum, quod ad morbos, & valetudinis mille impendentes casus pertinet. sicut Scriptum est Eccles. 30. *Melior est pauper sanus & fortis viribus, quàm dives imbecillis & flagellatus malitia.* Et iterum: *Non est census super censum salutaris corporis.* quod quàmvis ad pretium omnibus divitiis præstantius, quod in bona corporis valetudine positum est, referatur, tamen illud quoque verissimū est, nullum esse gravius aut molestius tributum, aut centum, quàm quod pro conservanda,

7 Laudatus Valgatus. Quare vita humana dicitur nihil. Isai. 38. Vita humana quies & finis. Psal. 38. 5. Psal. 99. 8. Vita humana seculum certo annorū numero definita. Psal. 74. 10. Seculū annis cōstet. Psal. 118. 112. Ludi seculares. Festus Pompej. lib. 17. Serv. 8. Ann. Psal. 89. 10. Eccles. 30. 19. Verf. 16. Vectigal & tributū mortuorum.

Vita humana mensibus constat.

ad Rom. 8. 12.

Quot mensibus constat annus, apud Romanos, Arch. & alios Barb.

Plut. in Num. Macrobi. 1. 8. 12. Plin. lib. 7. c. 48.

Psalm. 38. 6.

* Que se pcedat per los deos, y medir a palmos.

Symmach.

Isidor. lib. 2. Diff. c. 58.

Bud. de Aff.

Euseb. & Didymus super Psal. 38.

Παλαστήριον

Ion. 4. vers. 6. & deinceps.

servanda valetudine, & producenda vita impenditur, aut quod de ipsa valetudine morbis & ægrotudinibus penditur. quamquam iniquo hoc tributo, & censu liberare nos conetur. Apostolus dicens: *Fratres debitorum sumus non carni, ut secundum carnem vivamus.*

Sed non jam annis, sed mensibus constare dicitur humana vita; qui enim annu dicit longiusculum aliquid significat. sic appellat Iob. cap. 4. *Numerus mensium ejus apud te est.* nisi illos annos humanæ vitæ tribuas, qui non Magni anni dicerentur, id est duodecim mensium, sed vel decem tantum mensibus constantes, ut apud primos Romanos: vel quatuor, ut apud Archades: vel tribus tantum, ut apud alios barbaros; vel etiam uno tantum, ut iterum apud Archades numerandi & componendi consuetudo fuit. referente Plutarcho Macrobi. & Plinio.

Sed quid menses, cum non nisi dies frequentissimè in sacro Sermonè nuncupentur, & illi quidè pauci & mali: atque adeo pauci, ut digitorum numerum non videantur excedere, neque majus aut longius spatium cõponere, quam quæ palmi, id est quatuor digitorum mensura per digitos numerari & percurri possit. Psal. 38. *Mensurabilis posuisti dies meos:* Hebraicè *Palmares.* Hieron. breves brevissima mensura comprehensos. Symmach. *Ut palmum posuisti dies meos.* Non quidem dodrantales, id est duodecim digitorum, sed quatuor tantum. nam triplex est palmi cõsideratio: prima, quæ mensura constat à primo pollice usque ad minimum digitum. Sic de hinc: Isidorus dicitur ad quæ pertinent ad numerum digitorum; nam, ut Budæus ait, duplex est palmus, major duodecim digitorum; qui Latinis dicitur Dodrans. minor digitorum quatuor, qui Græcis dicitur Palaestes: & non de Dodrante, sed de Palaeste intelligi Eusebius & Didymus docent. quamquam illud etiam observat, dici: *Dies palaestes,* id est contentiosos, in certamine, lucta, tétationibus positos.

Sed neque dies quidem plures nã unicum tantum naturalem diem hederæ Ionæ, quæ ipsissima humanæ vitæ brevitate imago erat, præmivit Deus constantem diem & noctem, sicut dictum est: *Sub una nocte nata est, & sub una nocte perit.* fortè enim jam semen atque radix illius hederæ in eo ipso loco, in quo Jonas sedebat,

precedente nocte divina manu, & potentia facta fuerat, ut mirabilior & sollicitior divina providentia erga hominẽ cognosceretur. Deinde verò Ingravescente jam sole & estu (laboraverat enim Jonas) in speratũ accepit incrementũ, ut protegere illũ posset, & *Paravit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum, & percussit hederam, & exaruit.* Sed potius dixeris diem esse artificialem; qui, cum maximus & longissimus est, quindecim horis absolvitur; & cum sole oriente incipit, cum occidente quoque finitur, sicut dies quòtidiani mercenarii, qui cum *Ortus igitur sol, exit ad opus suum, & ad operationem suam usque ad vesperam* itaque neque amplior, neque diuturnior est humana vita. Psal. 89. *Mane sicut herba transcat, mane floreat, & transcat, ne speret decedat, induret, & areseat.* ubi observatur, quod dicitur *mane transcat,* fortè illud esse, amplius eorum labor, & dolor, videlicet maturnum florem non nisi brevissimè consistere. Hieronym. *Mane floruit, & abiit, ad vesperum ante resur, atque succubatur.*

Verum quindecim quoque horæ non brevis spatium Davidi visum est; cum ternas tantum mille horas cõcedat, *Et custodia (inquit) in nocte, nocturnæ quippe vigilæ ternis horis constabat.* Quod si hoc quoque longius videatur, ab die Paulum dicentem: *Momentaneum & leve.* & impios, illud tandem verissimum profitentes: *Nos nati continuo de se vivimus esse.* Quid verò hoc inaniter aut fugaciter loquela ne, an cogitatio istis quoque mortalium vita simillima est. *Annus nostri sicut aranea meditabuntur.* id est abstrahuntur, sicut opus & tela araneæ, quæ levissimò impulsu dirumpitur. Hebraicè, *Sicut loquela, vel cogitatio.* Hieronymus: *Consumpsimus annos nostros quasi sermonem loquens.* Cogitatio autem afferatur in illo verbo *meditandi,* quod nos habemus ex LXX. Quamvis Vaticani legat: *Meditati sunt.* eodem sensu, quo nos, quasi dicat: Non videtur esse aliud nostri anni, quã si tantum esset cogitati, aut meditati, non re ipsa existentes. Sed multò quoque minorẽ aut existendi rationem, aut durandi firmitatem inesse mortalium vitæ, etiam si non solum duplo, sed decies aut duodecies annorum numero diuturnior esset, agnovit qui dixit: *Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesternæ, quæ præterit.* nã cum præterita non sint, sed tantum fuerint, illud plus habent, quam nihil, quod aliquandiu

Psal. 103. 23.

Psal. 98. 6.

Verf. 10.

Psal. 89. 10.

Hieronym.

Vita humana artificiali die angustior.

Nocturnæ vigilæ ternis horis.

2. Cor. 4. 17.

1. Cor. 5. 13.

Psal. 89. 10.

* Pale la vida en una palabra, y en un pensamiento.

Ps. 89. 4.

17. 89. 5

aliquandiu vivant in hominum memoria. sed neque hoc quidem voluit esse Iobus noster, cum dixit, *Nihil sunt dies mei.* quam verissimam vocem non semel postea usurpavit David concinens; *Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt, & iterum, Substantia mea (Hieronym. vita mea) tanquam nihilum ante te.*

XVII. Quid est homo quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum?

1. Particula, Quia in Hebraeo. Magnitudo, aut magnificatio ad honorem.	2. Propositio dubitatio, quomodo honorificè dicatur suam sortem. Iob. prima & secunda responsio. Homini probatio in ipsius honorem, & Dei gloriam redundat. ex Pauli	3. Tertia responsio, certare Deum cum homine, honorificum.	4. Quædam alia opportuniore, & veriores responsiones.	5. Quid cor. Quid apponere cor. Homo peculiari Dei providentia custoditur. explicati salomon Daniel, Paulus.
--	--	--	---	--

I

Particula, Quia in Hebraeo valet, ut.

Magnitudo ad divitias & honorem.

2

Quomodo Iob honorem ducat suam extremam cor.

Prima responsio minus cõmoda.

Secunda responsio, probatio hominis reddat in illius honore.

Vanitatemque res homo, (Enos, mi sellus) est, ut cæterorum quasi oblitus, hujus tantum memor sis, illumque magni facias, magnum facias, quia magnificas. id est, ut illius rationem ducas, tãquam sit aliquid magnum, ut magnificas magnum facias. particula eadem, quæ veritur, quæ, aliquando valet idem quod ut. sed cum magnitudo hæc tum ad divitias, tum ad honorem referri possit, certè de honore tantum hoc loco accipi videtur: non enim potest aliter convenire in ipsum Iob.

Sed qua ratione se, qui omni ærumna, & contumelia affectus sit, nunc dicat honore acceptum à Deo, non est omnino facile explicatu, & primò quidam accipiunt de ipsius laboribus & ærumnis, quas Iob ingentis beneficii & honoris loco ducat, quasi dicat: Indignus homo est, quem patiendi, & honorificam coronam merendi, & obtinendi oblati occasionebus, illatis etiam ærumnis extollas, & magnifices. sed non quadrat. Secundò paulò sublimius de sua per ærumnas probatione, atque ingenti Dei honore & gloria ex hominis tolerantia consequuta; quasi dicat: Vilis, ineptaque valde materia homo est, ut qui fragilis sit & vitreus, in quo tuæ potentia atque fortitudinis speci-

men præbere velis. ne mihi rem tantam, meisque viribus imparem cõcrede, O Deus, nam humanæ imbecillitatis sum mihi ipsi bene conscius. ne preciosissimum thesaurum condas in vase fictili, ne fortè non in honorem, sed in contumeliam tandem fiam. Sanè verba tum dolore, tum animi lenitate, atque demissione mirabiliter tẽperata. Sed huic conquestioni respondet Deus suæ etiam potentia bene conscius; *sufficit tibi gratia mea, nam virtus (mea) in (tua) infirmitate perfecta declarabitur.* quod si rem longè gravissimam committo homini fragili, & teste vasi, sublimitas erit mea virtutis, & non ex te.

fimili responso accepto Paulus æquanimior factus ait; *Libenter gloriabor (honoris enim & gloria mihi sunt) in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi;* quare magnificatur homo, cum Deus, ut Paulus dicebat, *Magnificatur sive per vitam sive per mortem in corpore hominis.* & ut Petrus ait, *Cum id quod est honoris, potentia, & virtutis Dei super nos requiescit.*

Tertiò, quod ait Olympiodorus, vel ex hac una re hominis præstantia; quam a Deo adeptus est, declaratur, quod ejus index & ultor Deus est. Quod pœnas ab eo expetis (inquit Iob.) illum ipsum, aliquid esse, certum est argumentum. tum etiam quod illum quasi ad singularem certamen provocas, & ingenti malorum & dolorum exercitu adversum illum pugnes, utque contento brachio illum dejicere & profernere coneris, tamquam hostem aliquem potentiorẽ, à quo tibi cavendum sit, profectò honorificum homini existit. Verum tantam fortitudinis, aut certaminis tecum in tillaudem misellus ego, & imbecillus homuncio neque mereor, neque quæro; neque sustentare diutius potens sum.

Cæterum duas alias simpliciores respondendi rationes indicabo; primam, ut prima hæc pars nectatur cum sequenti; *Quid est homo, ut illum magnifices apponendo erga eum cor tuum?* ut res ejus cures; & actiones omnes dispicias &c. ut in sequentibus explicat; quãvis enim Deus mortalia curet, adeoq; res minimas habita ratione suæ benignitatis, & misericordia, tamen non est hæc Iobi ratio cõtendenda. in quo audacius, quam par esset; Vatabl^o dixit hoc Iobi argumentum debile esse, cum potius sit dignissima homine sapiente

2. Corin. 12. 9

2. Corin. 4. 7

Philip. 1. 12

1. Petr. 4. 14

3

Tertia responsio, non hominibus existere quod pœnas ab illo exigit Deus.

4

Propositio difficultatis solutiones magis opportuna.

Vatabl.

Explicatio difficultatis germanior.

Pf. 143. 3.

Hieronym.

August. Hieron. *Que hōbre soy yo para que hagays quēta de mi.

5. Apponere cor quid.

Iob. 34. 14.

Eccles. 3. 11.

1. Cor. 1. 7. 8. n. 1. & 4. Cor in sacris.

1. Corin. 9. 9. Iob. 14. 3.

Apponere cor, ad voluntatē, seu voluptatē pertinere. Eccle. 3. 11.

ejusmodi admiratio & consideratio divinæ providentiæ, & curæ rerum omnium humanarum. Secundus sensus, ut ad honores & divitias pertineat. ceterum longe alia ratione, quam Latinorum interpretum. Si tam vilis, & abjectæ conditionis homo est, atque in has ego ipse miserias eram a te aliquando conjiciendus, quorsum in me servando, & locupletando tuam operam posuisti, tuamque providentiam ostēdisti? Quare me ad eam fortunam vexisti, in qua persistere non poteram? si milis illa Davidis interrogatio aut expositio, Domine quid est homo, quia innotuisti ei (id est, quia te illi præsentem exhibes? Hieronym. Quia agnoscis eum. proprie ex Hebræo, Quia curas eum) aut filius hominis, quia reputas eum? Aug. Aestimas eum. Hieronym. *Computas eum. deinde sequitur; Homo vanitati similis factus est. quasi dicat; Qui tam facile è sublimi dejici potest, quorsum evēhis, & in sublime collocas? qui sensus reliquis præstat.

Aut quid apponis erga eum cor? Ex multiplici ratione apponendi cor; orta est multiplex etiam acceptio hujus partis. nā quidam ad iram & contentionem referunt; quo etiam modo videtur accipi infra. c. 34. Si direxerit (apposuerit) ad eum cor suum. significatio quidem infrequens in sacro sermone. Germanius & frequentius est, ut ad metem & cogitationem pertineat; atque idem sit quo latere, observare, curare: sic dicitur Ecclesiast. 3. Mundum posuit in corde eorum. quod interpret reddidit, mundum tradidit disputationi eorum. plura diximus supra. c. 1. nam cor in sacris est intelligentia, mens, consilium, memoria, rerum agendarum prudentia, & scientia; quæ non raro dicitur cogitatio cordis. ergo videtur Deus hominem magnificare, cum in eorum suum, intelligentiamque defigit, & quotidianas ejusdem rationes, & actiones accuratè cognoscit, & examinat, cetera enim non tam inspicere, quam despiciere videtur, dicente Paulo, Numquid de bobus cura est Deo? simili ratione ait infra. Dignum ducis super hujusmodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium? Sed forte etiam hæc cordis appositio ad voluntatis propensionem, & charitatis signa exhibita pertinet; sicut etiam aliquando accipitur, Pone in corde: qua ratione aliqui explicant id Ecclesiast. 3. ex Hebræo. Mū dum posuit in corde eorum, quod cupiditatē

res naturales cognoscendi indiderit inortalibus Deus. inde omnis homo naturaliter scire appetit. similiter id Daniel. 5. Cor ejus cum bestiis positum est. id est, cupiebat versari cum bestiis. benevolentiam etiam quādam affert id Prov. 27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera. Hebræ. Appone cor tuum ad greges. certè ad amorem allicit possidendorum gregum, atque dehortatur ab aliarum divitiarum, quæ non naturales sunt studio & sollicitudine. quare illud, agnoscere, & considerare erit, amicè & benevole inspicere, & providere. Non aliter; Quorsum homini, qui non multo post repulsam à te laturus erat, tam præclara, tamque multa benevolentia & charitatis signa exhibuit?

XVIII. Vistas eum diluculo & subito probas illum.

- 1. Vistare in penam, frequenter in sacro sermone. Item pro requirere, & recensere.
2. Diluculum ad primam curam, & occasionem
3. nōa prætermittendam. Manè pluraliter dictū.
3. Vistare in bonum.
4. Examinatur lectio Græcorum. Subitò ex Hebræo pro assidue.

Vistas. Alii in malum accipiunt. Vistas in virga, flagellas. frequenter in sacris, vistare scelera, & peccata. qui Hebraismus solvi & illuminari solet à Vulgato infra. cap. 35. Nunc non infert furorem. Hebræ. Non visitat. Exodi. 34. Reddis iniquitatem patrum filiis ac nepotibus. Hebræ. Vistans. Vel, ut ad curam, examen, rationem que exigendam pertineat. nam verbum originale, est etiam requirere, per censere, curam habere, vel rationem exigere. unde dicitur. 2. Regum. 3. Tu * requisisti in me, quod argueres pro muliere hodie. inde ad numerandum transfertur, & ad eam curam, quam præfecti alicujus operis habere solent. 1. Reg. 15. Recensuit eos quasi agnos. igitur; Diluculo me vistas, virgam tuam vigilantem, manentem, antelucanam semper experior; Hæc te prima cura mei flagellandi, & requirendi tangit. Diluculo; manè, semper; diligentissimè Jeremiæ. 35. De manè consurgens. ad primam sollicitudinem pertinet, ut initium diei. pro integro die accipiatur: sic Iob;

Arist. 1. Meta. Dav. 5. 2. 1.

Prov. 27. 23.

I. Vistare in malū & penam.

Iob. 35. 15. Exod. 34. 7.

Vistare, requirere.

TPA

2. Reg. 3. 8. *Andays buf caudo de q a fir.

1. Reg. 15. 4. Jerem. 1. 11.

2.

Jerem. 35. 14.

Deus

Diluculo de occasione nūquam prætermissa.

Pf. 142. 8.

Manè pluraliter dictū.

Psal. 27. 14.

LXX.

3. Vistare in bonum.

Olympiod. Genes. 21. e. Exod. 3. 16.

4. Olympiod. LXX.

Subitò quid in Hebræo.

ויציג

Iacobi. 1. 17.

Deus exorta luce agendi initium capere videtur à me vexado, & ratione exigenda. vel, ut ad occasionem nunquam prætermittam referatur; Manè me vistas; tempestive occasiones captas me vexandi. sicut id Psalm. 142. Audiam fac mihi manè (cito tempestive) misericordiam tuam. Hoc aut è loco pluraliter habetur singulis diluculis. sic etiam pluraliter. Psalm. 72. Et fuis flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis. id est, quotidie, singulis diebus, & diluculis, assidue, semper, nulla mihi dies flagello & supplicio vacua. sic etiam Septuag. visitationem hanc ad nocturnos dolores retulisse videtur, qui incessanter illum ad usque diluculum matutinum cruciarent; Num visitationem ejus facis vsque mane?

Sed præstat, ut visitare accipiatur in bonum. quem sensum Olympiod. quoque agnovit. sicut Genes. 21. Visitavit Dominus Saram (vinola Dios a ver) Exod. 3. Visitans visitavit eos. & passim alia. sic ergo manè; semper, nunquam non me visitasti, nullā bene de me occasionem merendi prætermisisti; singulis diluculis, quotidie recetibus, atque præclaris beneficiis me cumulasti. hæc te prima cura mei tuendi, & quotidie amplificandi tangebatur: jam verò tot beneficiorum oblitus me perdis?

Et subito probas. Olymp. hæc accipit de examine, & ratione in iudicio reddenda Septuag. & in requie judicabis eum? quasi dicat; Quorsum nunc me in iudicium vocas, cū brevi in morte, quæ mihi instat, exploraturus sis, qualis fuerim, qualisque vixerim? nisi forte illud, in requie, significet, Deum quasi per otium dies integros Iobi examini, & quæstioni impendere. ut aliqua ex parte cum Hebræo consentiat, quod (ut statim dicam) integros penè dies, & momenta singula in Iobo probando infumere Deum significat. Sed Latini simplicius; subito; repente; tum etiam assidue; proprie, ex Hebræo, singulis penè momentis, atque minutis hominem, me probas; per cruciatus incredibiles meas vires, meamque patientiam exploras; cū vix me comparare potuerim ex nocturnis doloribus ad novos diurnosque congressus, me oppugnans, atque adorans. subito; non videris mecum ex equo agere, sed quasi per dolos, & repentinis belli aggressiones me inermem & imparatum ad oris. quorsum igitur, cū apud te nulla

fit transmutatio, aut vicissitudinis obumbratio, id est, nulla tuæ luci & splendori umbra, aut obscuritas per vices succedat, me tamen primo mane, oriente luce collustratum, subito nunc in tetras conjicis tenebras? eleganter ex fortunæ suæ vicissitudine, tum presentem calamitatem amplificat, tum divinam misericordiam comovet.

XIX. Usque quo non parcis mihi, nec dimittis me, ut gluciam salivam meam?

- 1. Parcere hoc loco quid.
2. Quid dimittere. Manus Dei aliquando in bonis, nunc in penam. Illustratus Salomon. Lectio Vaticana.
3. Quid de glucie salivam. Varia interpretationes, & significationes. Expli catus Isaias.
4. Illud ad morbum faucium spectare.

Parcis. Hoc loco est à radice (Saghab) quod est recedere, vel divertere ab aliquo, dimittere, aut remittere. Septuaginta. vsque quò non finis me? ergo ait; Quousque non recedes à me vexando? est etiā convertere in aliquem oculos, vel avertere; blandè, benignè, amicè aspiciere. sicut Genes. 4. ab hac radice dictum est. Responxit Dominus ad Abel, & ad munera ejus: ad Cain autem non respexit. Quousque (igitur) non avertes à me iratos oculos? quousque blandos, & benignos non convertes?

Nec dimittis me. Hoc loco dimittere est (Rapah) quod est dimittere id, quod tener, ligatum. quare etiam laxare, solve re, dissolvere, liberum solutumque dimittere; remissius, & mollius cū aliquo agere. unde ille qui solutus, & laxatus est curis & sollicitudinibus, atque per otium vacat & desidet, hoc etiam verbo explicatur unde dicitur Iob. 12. Eos, qui oppressi sunt, relevat. nempe, vinculis & onere deprimente, & dimittit liberos. hæc autem divina manus arcè tenens & comprehendens aliquid, aliquando est in bonum Iosue. 1. Non dimittam, nec derelinquam te. arcè videlicet illum complectebatur. Hic vero in malum & penam illius, quem Deus conjecit in angustias, & constringit doloribus. Dimitte me, remitte vincula, laxa dolores, dissolve funiculos cruciatuum (no me apretyes tanto los cordeles.

I. Parcere quid.

LXX.

Genes. 4. 4.

2. פפח

Iob. 12. 21.

Divina manus in bonū.

Iosue. 1. 5.

Manus Dei in penam.

sed non ideo molis & dissolutus est vit pa-
 tientissimus in opere suo, neque ipse sibi
 vincula atque dolores tentat remittere
 per animi impatientiam; sed à Deo remit-
 ti, & laxati postulat; quod dolentis tantum
 est, non dissoluti, nam de impatiēte di-
 ctum est. *Si desperaveris lassus in die angustia,
 imminebitur fortitudo tua.* quo loco, lassus ab
 hac ipsa radice dimitte, atque laxandi
 dicitur. unde quamvis omnino videtur
 expungenda illa quorundam codicū le-
 ctio, quæ habet lassus, atque præferenda
 Vaticana, lassus, sed tamen Complutenses,
 laxum, legendum existimant, quasi dicas,
 dissolutum, remissum. ut sit elegans quæ-
 dam vocum sensusque collusio, non solū
 inter verbum minuendi, & angustiam, quasi
 dicat, Qui impatiens in angustia est, an-
 gustiam habet fortitudinem. (est enim
 utriusque vocis radix eadem) sed ut no-
 men laxi, aut dissoluti, angustia respon-
 deat; Qui per impatientiam laxus est, ani-
 musque dissolvitur, cum illum Deus cala-
 mitatis alicujus vinculis constringit, hu-
 jus fortitudo valde stricta, & compedita
 est, ait itaque Iob; Licet minimè sim ani-
 mo remisso, sed tu, o Deus quam brevissi-
 mum mihi spatium ad animi remissionem
 & laxitatem concede, ac me solve doli-
 bus.

Ut glutiam salivam meam. Aliqui existimant
 hoc dictum hyperbolicè, & proverbialiter,
 quasi dicat; Neque respirandi mihi fa-
 cultatem concedis. Albertus. potius ar-
 guit & phisicè, quam solide dixit; Dimit-
 te me, ut gustum aliquem hujus vitæ ca-
 piam, namque gustus fit media saliva, quæ
 cum sapore commixta organum gustus,
 palatum, faucisque perfundit. Polychro-
 D. Thom. Cajetan. tempus brevissimum
 intelligunt, quantum sufficit ad trajicien-
 dam salivam. illud peculiare Polychron.
 addit, idem accidere solere moribundis;
 fortè intelligit moribundos, cum agunt
 ore spumas, & neque possunt vel excer-
 nere sputa, vel deglutire. Iā (ergo inquit)
 eò usque deveni, ut os gutturque moribū-
 di habeam, non enim me dimittis ut salivam
 deglutire possim. Non omnino dissimile
 videri posset id Psalm. 38. *Remitte mihi, ut
 refrigerer.* nam saliva, ex medicorum sen-
 tentia, ad humectanda & refrigeranda pe-
 ctus & viscera æstuantia valet remitte
 ergo mihi, ut refrigerer, ut glutiam salivam
 meam. Posset quoque periphrasis esse fa-

cultatis ad loquendam postulat; nā qui
 loquuntur, salivas, ora agunt, & vel ex-
 puunt frequenter, vel (quod est urbanus
 deglutunt frequenter illas, quasi dicat;
 Liberum mihi loquendi, & conquerendi
 spatium concedere alicui circumloquutio-
 nem silentii esse placuit. eum enim, de-
 glutitur saliva, intercipitur oratio, neque
 omnino vox formari potest. cogis itaq;
 me perpetuo conqueri; cessare à lamen-
 tis, vel momento non possum; neque tūc
 quidem, cum trajicio salivam, ita nunquā
 à doloribus vago. Diversa, sed perfimili
 ratione, assiduitatem supplicii expressit
 Isaias cap. 30. *Erit transitus virga * fundatus
 quam requiescere faciet Dominus super eum.* id
 est, virga aut flagellum, quod semel insti-
 tum fuerit, numquam elevabitur; vel il-
 lo brevissimo tempore momento, quo
 flagellum elevatur, non erit expers sup-
 plicii, hærebit tergo.
 Non omnino hæc, quæ diximus, à præ-
 senti loco aliena; sed tamen Philip. atq;
 Bedahæc, ut sonant, accipiant, referunt-
 que ad synanchin, vel anginam, aut tūmo-
 rem faucium & tonsillarum, quo præclu-
 sis viis vix poterat deglutire salivam, aut
 spiritum trahere; diximus de hoc non
 nulla cap. 2. Et quidem illud verbum di-
 mittendi posset ad illum tumorem faucium
 referri, quasi dicat; Constrictum me re-
 nes; & quasi laqueo in collum injecto me
 strangulas ad amarum quoque aut putre
 spiritum hoc etiam loco usi sumus, cum
 de morbis ageremus; quod omnino recur-
 rendum est.
 Illud tamen non præmittendum, in-
 tegram hanc sententiam non tam dolen-
 ter & deprecantè, quam interrogatè
 accipi ab auctore Catena; *Hoc* (inquit)
*tamen simplex scire avert, quandiu sit illi in cru-
 ciatibus manendum, utrum, quo ad nulla ei fue-
 rit amplius sperandi, loquendi, ve facultas?*
 leniter quidem & pie, sed non
 omnino congruen-
 ter.

XX. *Peccavi, quid faciam tibi, o cu-
 stas hominum? Quare posuisti
 me contrarium tibi, & fa-
 cisti sum mihi met ip-
 si gravis?*

Glutire sali-
 vā loqui vo-
 lentis.

Idi. 30. 32
 *Del primer
 golpe se le q
 dara el aco-
 te pegado a
 las espaldas

Philip.
 Bedahæc

Vid. c. 2. in e-
 numer. mor-
 borū. sect. 8.
 nu. 2. 3.

Nictas

Custos

Prov. 24. 10

Lectio Vaticana.
 Complutenses
 in Lexico.

3

Albertus

Polychron.
 D. Thom.
 Cajetan.
 Polychron.

Moribundi
 signum nō
 posse deglu-
 tire salivā.

Ps. 38. 14.
 Saliva refri-
 gerat & hu-
 mectat.

1. Custos ex Hebræo, vel co-
 servator, vel explorator.
 Deus humanarū actio-
 num explorator.
 2. Facere quid ad supplicium
 vel damnum inferendum
 pertinere Paris hujus se-
 rentia sensus.
 3. Contrarius, quid proprie-
 4. Expenditur lectio Græco
 rū. Quæra prociēda in
 Deū quomodo ex David.

I

כַּוְּ

Deut. 32. 10
 Prov. 22. 5
 Custos ani-
 mæ, vitæ cō-
 servator.

Custos pro
 speculatore.

Nahum. 2. 1

4. Reg. 17. 9.
 & c. 18. 8
 Deus huma-
 rarū actionum
 observator
 diligentissi-
 mus.

Ps. 32. 13
 Prov. 15. 3
 LXX

Daniel. 4. 14

2

LXX.
 Olympiod.
 *Yo bien pue-
 do aver fido
 un malo, pe-
 ro à vos que
 mal os pue-
 do aver he-
 cho?

לַיָּג

Facere p no
 nocere.
 Job. c. 35. 6
 & c. 22. 17

Verbum (nat)ur significat custodire;
 vel servare sedulo, & diligenter. Deu-
 teronom. 32. *Custodivit, quasi pupillam o-
 culi sui.* Proverbior. 22. *Custos anima sue.*
 Hic ergo *custos hominum*, poterit dici,
 servator hominum. ex officio ergo ser-
 vatoris miserationem commovet sui pe-
 nē jam perdit, milleque modis malè ha-
 bit. Sed melius quadrat sensus alter; sig-
 nificat enim eam custodiam, que cum ob-
 servatione quadam, atque speculatione
 conjuncta est. qualis eorum, qui in specu-
 la, aut in turri vel munitione aliqua ob-
 sessa ab hostibus esse solet. Sic Nahum. 2.
 dicitur, *Custodire obsidionem;* id est, qui cum
 obsideat urbem, simul etiam speculetur
 atque exploret, qua parte expugnanda &
 capienda sit; atque omnino observet, ne
 quis effugiat. & 4. Reg. 17. dicitur *Turris
 custodum (la torre dela atalaya)* Sic potest di-
 ci Deus *custos*, id est diligentissimus atque
 attentissimus observator, & speculator
 omnium humanarum actionum; nam de
 cælo, tanquam de sublimi specula Respi-
 cit super filios hominum, & oculi ejus contem-
 plantur bonos, & malos. quem sensum Sep-
 tuagint. quoque expressisse videntur legē-
 tes; *Qui scis mentes hominum.* quod vide-
 tur conjunctum esse cum iudicis officio.
 nam Danielis. 4. iudices dicuntur,
Vigiles. cum iudice ergo loquitur Iob;
*Peccavi; esto peccaverim, atque à recto ab-
 erraverim, vel vitæ antea cæ operibus, vel
 his nunc recentibus querimoniis, Quid
 *faciam tibi? Septuagint. quid potero facere?
 Olympiodor. ex Hebræo. Quid tibi *no-
 cui, aut quid te læsi? videris enim quasi læ-
 sus, vindictam à me reposcere. non enim
 soles tam acriter de fontibus pœnas exi-
 gere, nisi ubi tuæ majestatis læsæ rei fue-
 rint. sic etiam eadem locutione, eodem-
 que facienda verbo nocumtationum aliquod
 significatur in fra. c. 35. *Si peccaveris, quid ei
 nocebis? & si multiplicata fuerint iniquitates
 tue, quid facies contra eum? & cap. 22. Quasi
 nihil posset facere Omnipotens, astimabant eum.*
 alii, & ferè communis Latinorum; Quid*

facere possim, ut te mihi placatum, pro-
 pitiumque reddam, aut quomodo tibi
 pro illo meo peccato faciam satis, prof-
 fus ignoro; nam neque acerbissimis de
 me sumptis pœnis, neque supplicii mea
 oratione & confessione mitescis. ergo
 tuam jam tandem indulgentiam deside-
 ro; nihil à me requirere possis, quo te
 placatum reddam, quod jam vel non fe-
 cerim, vel non sim facere paratus. Cate-
 næ auctor hæc esse verba existimat homi-
 nis nullam sui errati excusationem ha-
 bentis, atque ejusmodi comparatione il-
 lustrat; *similiter* (inquit) *facit, ut quispiam
 pauper, quæ omnibus, quæ sibi aderant devoratis,
 cum nihil ei superat præterea, commodanti, & a
 quo mutuum sumpsit, dicit, Quid tibi faciam, qua
 ratione nomen explicabo, quare excusatione
 utar? Sed tandem melius, ut cum illa no-
 strarum actionum custodia, & observa-
 tione consentiat; Si nimius meæ vitæ ser-
 vator esse velis, speculatorum & custo-
 dum instar, qui curiosius solent excute-
 re, quos offendunt, nihil ego potero er-
 ga te *facere, quo tuum iudicium effugiā;
 nam tuo examini mea vita, quantumvis
 innocentissima, par esse non poterit: uni-
 ca tua indulgentia indigeo, quæ deleat ini-
 quitates meas propter te. quid *enim facere
 potero, ut si, quæ fecerim peccata, infe-
 cta reddantur?*

Quare posuisti me contrarium tibi? Cū mul-
 ti alii etiam peccaverint, cur solus ego pu-
 nior? vel; Cū tam ardentè petam pec-
 cati veniam, & in tuam gratiam & bene-
 volentiam paratus sim redire, cur mavis
 mecum assiduas inimicitias exercere,
 & tanquam cum perpetuo hoste agere?
 Contrarius hoc loco à verbo (phagagh) quod
 est contravenire, obviare, occurrere ali-
 cui. potest autem simpliciter pro inimi-
 co accipi, qui è regione sit, nobisque op-
 positus, in quem sagittas jaculæque con-
 torquemus; & qui contravenit nobis vo-
 luntate & consilio. Quorsum (itaque in-
 quit) me tibi è regione propositum ha-
 bes; quem tuis jactibus, & sagittis confi-
 gas. in quem incurras? ut tuum imperum
 sustinere cogar? sic enim idem occurren-
 di verbum, aliquando est irruere in ali-
 quem. Iudic. 8. *Tu irrueris in nos.* Hebraicè,
occurre nobis. Amos. 5. *Occurrat ei usus.* mi-
 hi ergo tanquam contrario occurris, irruis
 in me. rectè Pag. *Quare me posuisti in occur-
 sū tibi?* dilucidè Tyg. *Quare me posuisti objectū*

Nictas

Ultima & op-
 tima expo-
 sitio, & nexus.

*No se q ha-
 zerme con-
 vos.
 *A cosa he-
 cha q puedo
 yo hazer?

3

Contrarius
 quid f prie-

119

Iudic. 8. 21
 Amos. 5. 19

Pagnin.
 Tyguri.

D d 3

tibi

Vatabl. *Sin estar yo encotrado co vos, os aveis querido encotrar conmigo. 1-Reg. 5. 4. Cajetan.

LXX.

Olympiod.

4

Philipp.

Cajet.

Nugæ Rabbinorum.

LXX.

August.

Olympiodor.

tibi? alii simpliciter; Quare occurris mihi? vel; Quare posuisti me obvium tibi? Vatabl. in-offendiculum. in quod semper impingas, in quem unum jacula tua contorqueas? apud nos etiam obviam fieri in malum accipi solet. & sicut contra, vel repugnantiam, vel occursum affert, ita * contrarius. sic etiam. 3. Reg. 5. Non est Satan (adversarius, aut hostis) neque occursum malus. qui adversum nos rebellet: Cajetan. longius abit, dum explicat hanc esse circumlocutionem tædii concepti ex re sepius cõspecta, & quæ nolenti sæpius occurrit: Quasi ego illâ ratione obsistere possim, ita in me offendis, ita me calce abjicis, ac si contrarius tibi existerem. Sed Septuaginta hoc potiùs referunt ad ipsum Iob, qui Deo quasi occurrebat sua oratione, & cum illo exposulabat de suis cruciatibus; Quare me posuisti, ut loquerer adversus te? quali diceret; Si tibi aliqua ratione contraria loquutus videar, tu ipse me commoves, & inflicto dolore læcessis, & ad loquendû impellis: nam quod Olympiod. interpretatur; Ego ipse causam affero, dum me servum tuum hac patientem intuentur, ut tuo nomini obrectent impii; valde durû & coactum est.

Et factus sum mihi met ipsi gravis. Gravissimum, atque molestissimû mihi est, quod mecum tanquam cum adversario agas, qui tuam amicitiam semper studiosissimè coluerim. vel; Me tam graviter afficis ut vivere mihi molestissimum sit. Philipp. indicare videtur; grave videri Iob aut cum Deo exposulare, aut conqueri de illo, quem amicissimum & omniobervantia dignissimum ducat. Dum homo (inquit) hac dico Deo, creatura creatori; plasmatus figulo, mihi magis factus sum gravis, qui servus tali domino querula voce respondera non debui. Cajet. hoc loco. ex Hebræorum traditione scribit, Thalmudistas. hunc textum mutasse, atque multas alias sacrarum Litterarum sententias, quod minus deceter suis auribus sonarent: primevum itaque textum fuisse, Factus sum tibi in onus. vel; Factus sum tibi gravis. sed omisis Rabbinis, qui sanè delectantur nugis; certè Septua. (quorum gravissimus est auctoritas) legunt; Sum super te onus. & Augustinte gram. sententiam sic habet; Quare constituisti hominem, ut loquerer adversus te, ut esset tibi onerû? quali dicat; An hæc mea oratio; & conquestio tibi est molesta? Olympio.

dor. An ut graviter & moleste de te alii loquatur, ego causam adfero? Sed fortè lenius; atque utrique sectioni congruentius; Dum dolores, & pœnas acerbissimas, quibus afficior, conor in Deum rejicere, ut ille me sublevet atque sustinet, videor onus gravissimum à meis humeris ad illum transferre; sic dum mihi oneri sum, illi etiam onerosus, & gravis existere videor; sed tamen aliter facere non possum, quàm, ut jactem meam curam in dominum, ut ipse me nutriet. propriè. ex Hebræo; Projice onus tuum (curas, molestias illi committe, & super eum repone, & ipse te sustentabit, ne obruaris malis. Omnem sollicitudinem vestra projicientes in eum (inquit Petrus) quoniam ipsi est cura de vobis. sic quæ de gravitate & onere diximus consonantia cû sequentibus.

XXI. Cur nõ tollis peccatum meum, & quare non auferis iniquitatem meam? Ecce nunc in pulvere dormiam: & si mane me quaesieris, non subsistam.

1. Quid Tollere, aut elevare peccatum. Muneia elevabitur. Explicat Moy. 3. Quid peccatum. Iniquitas etiam pro pena. 2. Tollere super se suscipere. Et Christus Jesus onera nostra super se suscepit. 4. Mane querere, mica, & qualis vox in Hebræo Mors nõ perinde ac sonus

POST peccati, si quod unquam admiserim, confessionem, ipost graves quoque pœnas de me sumptas, mirabile est nullam à te mihi præberi significationem peccati, condonati. Alii; Si justa partior, quod peccaverim; at certè oportuisset jam condonato per te mihi peccato, supplicia quoque remitti, & condonari. Catenæ Auctor; An non persfacile tibi est errata concedere? quin igitur mihi ignoscis? Philipp. necit cum præcedentibus, & ad dolores, qui loquendi asperius occasionem attulerant, refert; Cur (inquit) non tollis peccatum meum, auferendo dolores omnes meos, per quos, qui erant hæcenus justus, nunc peccare compellor.

Ps. 54. 23.

1. Pet. 5. 7

I

Nicetas, philip.

Tollis

Quid tollere.

נשׂוּ

Extollere p munerare.

Esd. 1. 4. Esther. 3. 3. Genes. 40. 13.

Exod. 34. 7

2

Tollere. est super se suscipere.

Hof. 11. 4.

Christus Jesus onera nostra suscipiens. 1. Pet. 2. 22. Isai. 53. 4.

כבד

Math 8. 17

Quid accipere apud Mat.

Αναλαμβάνω

philip. 2. 7.

Παροισω * Provo sus fueras en encargarle de ueciras pœnas. Iob. 1. 29.

Tollis. à radice (naqa) quod est tollere, vel extollere, & levare; & per metaphorâ donare; eod quod munera & donaria in altum elevari solent, sicut sacrificia, cum Deo offerbantur. Esdræ. 1. Adjuvent eum argento, & auro. Hebr. Levant eum. Esther. 3. Exaltavit. Assuerus Aman. id est, Muneravit. Genes. 40. Recordabitur Pharao ministerii tui. Hebr. Levabit Pharao caput tuum. quod etiâ ad gratuitam delicti condonationem, & munerationem, honorémque pertinet. cû autem jungitur cum peccato, est auferre, vel tollere peccatum, id est remittere, & condonare. Exod. 34. Qui auferis (tollis, levas, remittis) iniquitatem, & scelera. Psal. 31. Beati, quorum remissa sunt iniquitates. Hebræ. sublatæ, elevatæ, exaltatæ.

Et licet quidem ad verbi proprietatè fortè sufficere posset, ut elevare nõ esset super se onus suscipere, sed auferre onus ab alio; qua ratione dicitur Hoseæ. 11. Ero eis, quasi exaltans (auferens) jugum super maxillas eorum. tamen ex frequenti usu sacre Scripturæ, & ex re ipsa remissionis peccatorum, pro quibus filius Dei satis fecit, ita dicuntur peccata nostra levare, ut illorum onus gravissimum à nobis tollatur, & illud super se suscipiat. Dei filius pro nobis peccatum factus, quàmvis peccatû non fecit. sic Isai. 53. Vere languores nostros ipse tulit (levavit, abstulit, transtulit ad se, onus quo nos levavit, sibi imposuit.) & dolores nostros ipse portavit (non solum exportavit, & sublatos extra eiecit, & abstulit; sed sibi imposuit & super se suscepit. ex proprietate verbi portandi Latine, & Hebraicè. & ita sequitur) Disciplina pacis nostre super eum, & livore ejus sanati sumus, & posuit Deus in eo iniquitates omnium nostrû. quo etiam modo accipiendum est id est Matthe. 8. ubi citatur Isaiæ locus. Ipse infirmitates nostras accepit. (proprie ex Græco, assumpsit secum, atque recepit, quasi ad se transtulit. tum etiam significat vox Græca sumere aliquid tanquam vestem, qua se homo amicit. infirmitates igitur sumpsit, quibus se circumdedit, & amicitavit, habitu in ventus ut homo. formam accipiens servi, peccatoris, pœnis, & supplicii peccatorû obnoxii.) & agrotationes nostras portavit. (proprie ex Græco, ut bajuli onera portare solent. vel etiam manû contrectavit, atque versavit, ut pondus exploraret, quod quidem nõ abjecit. similiter Ioa. 1. Qui tollit (proprie apprehendit, comprehendit) peccatû mun-

di. agnoscit igitur hoc loco Iob, atque de fiderat mediatorè, qui pro hominû peccatis satisfaciatur.

Est autem propriè hoc loco peccatum, transgressio, rebellio, recessus, videlicet à bono incommutabili. Et quare nõ auferis, (proprie non facis transire) iniquitatè meâ propriè, perversionem, incurvationem reftitudinam contrariam. sed fortè, iniquitas, hoc loco est peccati pœna, & afflictio, ut sæpe in Scriptura; Cum vita hæc citò labatur, & celerrimè transeat, cur ego vivo diutiùs? cû vitæ felicitas labilis sit, & fugax, cur mea calamitas stabilis est, firmâ, constans, immutabilis?

Ecce. Celeritèr opem ferri, & acelerari postulat ex vitæ brevitate, & mortis certitudine. In pulvere dormiam. Septuag. In terram abibo. id est, si semel moriar, quàmvis manè me quaesieris, quàmvis summo diluculo exurgas ad ferendam opem (vox unica in Hebræo. quæ significat vigilare, aut mane oriri, vel cõsurgere, madrugar, o amanecer, eleganter illuminavit Latinus, manè querere) nõ illud, mihi tempestivû erit, sed inutile; valde serò me requires; jam enim abierim. colludit verò illud dormire cum hac matutina vigilia. id est, ut indicat lectio Septuag. Manè autem surgens ultra non ero. somno quidem mors similis. sed non perinde ut fomnus, ita Mors omnino est: resurgunt enim post fomnum homines, & vicissitudo fomni atque vigiliæ frequens est. non item vite, & mortis. quare si hac nocte dormiero; si obiero, manè non excitabor à fomno. vel, Cû exorto sole creaturis omnibus, animantibus præsertim lucis, vitæ, efficacitatis, & energicæ ad agendum, & vitæ functiones exercendas, copiam & abundantiam largiri, o Deus, pares, meque requisieris, cui etiam bene facias, non subsistam, non ero tua beneficentiæ, atque liberalitatis particeps.

Decorative flourish.

Αἰψω

3

שׂוּ

Peccatû quid proprie.

שׂוּ

Iniquitas pro pœna peccati

4

LXX.

שׂוּ

LXX.





NOTA-
TIO RERVM
INSIGNIORVM
QVAE
in commentariis
fufius expli-
catur.

PARAPHRASIS
CAPITIS PRAE-
CEDEN-
TIS.

CAPVT
SEPTIMUM.

^a De totius hujus capituli
scopo, & sensu agitur in
annotatione praevia ad to-
tum caput.

^b Multiplex hujus militiae
consideratio fufe tractatur
per multas consideratio-
nes. & que fit prima mili-
tia aut militis ratio, ex
caelesti stellarum militia
ostenditur. v. 1. n. 2.

^c Quae, qualis ve requira-
tur in milite obedientia
ex sacris, & prophanis. v.
1. n. 3.

^d Ut tota militia ratio in
discriminibus, & difficul-
tatibus posita sit ad Iobi
sententiam opportunè ex-
ponitur. v. 1. n. 4.

^e Expeditur accuratè le-
ctio Graecae Pirateriae, in
quam cadunt sententiae hoc
loco indicatae. v. 1. n. 5. 6.
7. potissimum verò indica-
ri tempus probationis &
experimenti esse dum vi-
vimus. n. 8.



HAEC A ME DICTA, O
amici, fuerint, quòd existi-
mem, nihil valde jucundum,
aut praclarum expectari ob-
tineri ve à mortalibus posse
in hoc brevissima vitae curri-
culo; cujus ea lex sit, ut neces-
sariis ærumnis mortales om-
nes sine ullo personarum dif-
crimine involvat. Nemo igitur,
si sapiet, aut mortem non optabit,
aut de vitae felicitate valde
sibi blandietur. Quis enim mor-
taliū (non ego solum ærumno-
sissimus,) lamentis & querimoniis
gravissimis non prosequatur tam
difficilem istam humanæ vitae
conditionem, quæ militiæ duris-
simæ per similes est? Scio enim
satis, dum vivo, militem me
agere; non domi atque in pace
versari, sed foris atque militiae.
Quamvis igitur supremus
imperator Deus stationem meam
excubitoremque me militem
constituat, stationem meam
immotus servabo, nullique me
inde cruciatus dimovebunt, sed
non idèd non avidè expectabo,
ut rùde donatus abeam aliquando
tanquam strenuus gladiator,
qui toties non modò hominibus,
sed Deo, cælitibusque spectaculum
factus; in arenam descenderim;
atque ut emeritus miles ærumno-
sissimæ vitae, militiaeque sa-
cramento absolvar. Interim
militarem obedientiam, id est,
omnem obsequii rationem
imperatoris mei jussis præstabo,
atque divinæ iræ administris
cædentibus, aut negligentiam
aliquam virgis, aut verberibus
vindictantibus supplicem me
præbebo; & si opus sit, discrimina,
quæ in hac vita atque militia
frequentissima occurrunt; obibo
intrepidus; sed minimè detrectabo
discessum ex vita, in qua, nihil
sit tutum, nihil tranquillum,
sed omnia prædonum, piratarumque
insidiis nefariorum infestata.
Neque me verò fugit, inter tot
pericula periculum de mortalibus
fieri, de quibus illorum animi
virtute atque constantia. Exploror
proborque sanè ærumnis, bellique
laboribus: virum me præbe-

¹
Militia est vita ho-
minis super terram.

bo:

²
Sicut servus desiderat
umbram:
& sicut mercenarius
praestolatur finem o-
peris sui:

³
Sic & ego habui me-
ses vacuos,
& noctes laboriosas
numeravi mihi.

⁴
Si dormiero dicam:
Quando consurgam?
& rursum expectabo
vesperam: & replebor
doloribus usque
ad tenebras.

bo: non enim cum gemo & suspiro, militiae proditor haberi volo; sed illud sanè, cum jam meo duci bene exploratus, perspectusque sim, ut aliquando tandem in pace dimitterem. Non enim solum, dum vivo, militem ago, sed quod valde difficile est, exercitum alere, & diutius continere meis sumptibus cogor; Nam tum animus, tum corpus cum membris omnibus, & externis, internisque facultatibus in unum quasi exercitum coeuntia comœatu necessario indiget, quo sepe, carent: & cum numerosissimo hostium, ærumnarumque exercitu depugnant, à quibus sepe vinci, sepius detrimentum accipere necesse est. Interim illa me cogitatio sustinet, quòd præfixum & definitum sit mortalibus, sicut militiae exercitibus & ingredientibus, vitae spatium, à cuius ego sine & extrema linea non longè absum. Quamvis enim cum humanis ærumnis & immedicabilibus morbis collucter, non poterit diutius confictus iste durare, nam planè me vires deficiunt, vitæque ipsa. Dum vixero, incessanter incumbam in meas operas, & instar mercenarii, strenuus & sedulus inunctum mihi opus absolvam; quiescam tandem in noctis, mortisque tenebris, & assidui tandem laboris laxamentum aliquod quaeram, laborisque mercedem: scio enim mercenarii laborem, & conditionem non esse ab hominis conditione alienam. Verum enim verò sicut servus æstuans, & anhelans ex diurno labore, appetit tùm noctis umbram, tùm umbraculum, in quo parumper refici, & ad laborem instaurandum comparari possit; aut verò expectat nocturnas tenebras, per quarum tuta silentia, operarum assiduarum labores, Dominique sui morositatem fugere possit; & sicut quicumque alius mercenarius operis mercedem intentus & avidus praestolat; Non aliter profectò laboriosissimæ vitæ mercedem avidus expecto, atque omni solatio hos meos vitae meae patienti animo transigo. Verum non possum non vehementer dolere, quòd longè aliter mihi, quam mercenario evenit. cum enim habeam exactæ vitae annos plurimos honestis laboribus, præclarisque operibus refertos; at mercede præmiòque vacuus in summa vitæ ægestate & rerum omnium indigentia abire jubeor; neque aliud profectò quam labores & ærumnas pro jure laborantis & diarii mercenarii percipio: homo istaque qui sum, quasi hæreditario jure humanæ ad me ærumnae devolvuntur. Hinc meae querimoniae atque lamenta, hinc laboriosa noctes molestissimis vigiliis & anxietatibus plena; interdum excrucior, noctu pervigilo; hæc scilicet nocturna mercenarii quies; hæc sunt ex reliqua vita subducta; & subtracta noctes, quæ diurnum laborem compensare possint. Sed me miserum; qui, si noctem aliquam subducere velim, invenire nullam possum, quæ mihi unquam propitia advenerit, tranquillumve somnum conciliaverit: nam cum dormitum me recipio, & ad somnum captandum me compono, ingravescentibus doloribus excitor, cogorque rursus optare, & expectare diem. interdum verò nihilo melius habeo. minutissima temporis spatia, quæ mihi longissima videntur, numero & emetior; expectoque cum temporis,

^f Militia nomen ad exercitum, rursus exercitum ad sustentationem corporis referri, nonnulla. v. 1. num. 10.

^g Ut militia nomen afferat tempus præfixum. & quòd illud militibus constitueretur ex sacris, & prophanis. v. 1. num. 11.

^h Ut homo ærumnosam aliquid sonet, & communis sit laborandi lex cunctis mortalibus, opportunè ad mores observatur. v. 1. n. 11. 12. 13.

ⁱ Ut indicetur in hac sententia hereditatis ratio in premio respondente labori, indicatur ex Hebraeo cū ut illud est. v. 3. n. 3.

^k Quæ sit hæc numerandi ratio, & regula, quibus meminit Iob, exquisitè tractatur. v. 3. n. 3.

tum doloris aliquam vicissitudinem; misere enim ob acerbitatem aegritudinis, tum corporis, tum animi iactationibus toto die usque ad noctem; nocte vero tota usque ad appetentem diem discrucior & exagitor.

Quid enim non sentiam mali, qui totus ipse indutus & coopertus sim saniosis, putribusque vermibus, turpibusque sordibus; quas cōtraho ex hoc, in quo jaceo, sterquilino, & pulvere? scabiosis quoque scedisque pustulis, quas vis latentis humoris foras excernit; non ipse solum, sed quæ circa me sunt, sordescunt omnia; & neq; glebæ ipsæ sustinere possunt tantam fluentis humoris luem; cutis ipsa exulta & arida hinc tota, & turpiter corrugata est; dissolvorque & rumpor totus, ut vel mihi ipsi fastidiosisim, & incredibiliter displiceam.

Ergo cum tam graviter affectus sim, certissima conjectura dūcor, de mea jam vitæ actum esse; aufugisseque velocissime, ut quæ nullo pōdere retardaretur; & nihilo segnius abisset, quam cum unico manus, & gladioli conjectu solet textor telam suam præcindere, cum ad extrema staminis & litorum fila opus suum perduxit. Nihilō profectō diutius vixisse videor, quam cum textorius radius filum subregminis ab uno telæ margine usque ad alterum incredibili velocitate defertur; non aliter quidem hæc dierum motumque vicissitudo, atque temporum itio & reditio vitæ filum evolutum ex levi fragilisque humanæ conditionis arundine, expendunt & finiverūt. Avolavit igitur dicto citius irrevocabilis ætas. Consumptus, penèque jam mortuus omnem longioris vitæ, & melioris fortunæ spem depono.

Sed cum tam brevis sit, ô bone Deus, mortalium vita, ac mea potissimum, quoties mihi tam gravia adjicis mala? quin his meis diebus ærumnosissimis nonnihil benignus indulges? quod si adferendam opem festinus non accurras, periero prorsus; neque Iobus erit, cui bene facias. & quidem videris hujus incredibilis vitæ brevitas oblitus, cum ultrò labenti atque fugienti dolorum & morborum stimulos; & calcaria adhibes. Spiritus est tenuissimus, quo vivimus, quem facile amittimus, cujus fuga & lapsus irrevocabilis est, qui quoquod versus incitatus fertur. grata igitur memoria tantam mortalium vitæ brevitatē; & fragilitatem complectere, miseratusque tuere, atque vitam per se se miseram atque labentem pro tua bonitate contine, ut tantisper hujus vitæ conspectum, sensum, & gustum aliquem percipere possim.

Nam jam jam me subtrahet mors mortalium conspectibus & congressu. salutem igitur, ô Deus matura; nam si moreris, moriar, neque tuam in me liberando & salvando potentiam atque bonitatem contemplari poterunt, qui me nunc vident letaliter affectum; fiet enim, ut fallā illius oculos, qui me nuper cōtemplabatur, velocissime abiens atque disparsens. Ne me igitur torvis, minacibusque oculis configito; sed benigno me vultu creâ, atque complectere; atque laboranti, extremumque spiritum agenti propitius enlargire, quæ opus esse saluti perspexeris.

Certè si semel vita mortali fungar, ad eandem condi-

5
Induta est caro mea
putredine: & sordibus
pulveris cutis
mea aruit, & cōtra-
cta est.

6
Dies mei velocius trā-
sierūt, quàm à texe-
re tela succiditur.

& cōsumpti sum absq;
ulla spe.

7
Memento, quia ven-
tus est vita mea:

& non revertetur o-
culus meus, ne videat
bona.

8
Neque aspiciet me vi-
sus hominis.
oculi tui in me, & nō
subsistam.

9
Sicut cōsumitur nu-

tionem

¶ Tela ad vitam relata
allegoria minutatim ex-
ponitur & promovetur.
¶ 6. n. 2. 3.

¶ Ut sit apud Deum nō le-
vis oratio & ratio depre-
cāde mortis, humanas mi-
serias illi representare,
que illius benignitas est,
utilis consideratio. ¶ 7.
num. 3.

¶ Quid sit videre bona ad
Scripturarum intelligen-
tiam quædam annotatur.
¶ 7. num. 4.

bes, & pertransit,

sic qui descenderit ad
inferos, non ascendet.

10
Nec revertetur ultra
in domum suam: * nec
cognoscat eū amplius
locus eius.

11
Quapropter & ego
non parcam ori meo:
loquar in tribulatio-
ne spiritus mei: con-
fabulabor cum ama-
ritudine animæ meæ.

12
Numquid mare ego
sum, aut cæcus, quia
circumdediti me car-
cere?

13
Si dixerō, Cōsolabi-
tur me lectulus meus,
& relevabor loquens
mecū in stratu meo:

tionem minime revocabor; non secus atque nubes quæ ex terræ vaporibus concrevit, & levissimo flatu, solivè radio dissipatur atque dissolvitur, nullumque vestigium ex purgato serenòque cælo relinquit; non aliter sanè cujus animus ad subterraneam defunctorum stationē concedit, nunquam iterum ad illam ipsam, quam reliquit vitæ conditionem sectandam, atque ducendam regredietur.

Non redibit iterum ad familiam & domum, quam deseruit, administrandam; * non inviset sedes antiquas, neque agnoscat pristinum locum; imò neque locus illi quondam, valde familiaris illum redeuntem, vel de facie agnoscat; nō sua illius civitas, non sui cives & familiares, nō pristina dignitas, & publici muneris functio, & honoris gradus: nullam denique inter vivos sedem habiturus esset; nam quæ illius quondam fuerunt, continuò ad alium possessorem devolvuntur.

Igitur cum hæc ita habeant, & jam ego ad extremum propè spiritum redactus sim, quod mihi liberum est, cordi & ori tantisper indulgebō, & erumpentia suspiria minime comprimam, imò animi angustias compressus liberum patefaciam aditum suppressis hinc hincque gemitibus. his enim omnino ad aliquā pectoris laxitatē, aliquòdq; doloris allevamentum mihi opus esse video. Nihil verò loquar, nisi, quod internus necessariusque incredibilis aegritudinis sensus mihi suggererit: non est enim quòd extremum jam spiritum agens, agere cum Deo verear paulò liberius, & confidētius apud illum dicere de causis mearum ærumnarum. Neq; temerè loquar, sed bene præmeditatus hæc Dei, atque hominum fidem contestatus pronuntiabo.

Itane ego instar tumentis superbientisque maris aut furentis Ceti unquam ego vixerim, ut tantas superbie atque savitie pœnas darem? Num infremui, furētēque tumultuatus sum, minasvè terriginis intentavi, ut tanquam mare fremens & tumultuans me circumsepseris tot difficultatibus, atque in teterrimum malorū, suppliciorūque omnium carcerem conjeceris? Itane capere ego possim instar maris vastissimi, tot dolorum turbines, totque cruciatuū procellas? fremere ego semper cogar; & velut mare fervens nonquam quiescere? Atqui illud claustris repagulisque propter incredibiles impetus indiget; ego verò etiam nullis vinculis detētus minime fugiam: lubens enim pro judicis voluntate, ubi ille constituerit, fixus immotusque hærebo. Illud ut quidem Cete illa immania minoribus pisciculis; atque mari Oceano tanquam carcere continentur; ut vel sic illorū immanitatem & insolētiam Deus comprimat: at illusi ego infirmioribus nunquam; neminem devoravi; & tamen coercaor & vincetus, impeditusque gravissimis, atque fortissimis vinculis dolorum.

Si verò mihi post diurnos cruciatus nonnullā doloris revelationem in nocturna quiete promittam, atque fore ut morbi acerbitas in lectulo aliqua ex parte retūdatur, & vel vigilans mecum ipse per otium colloquar, lætiorivè aliqua cogitatione detinear, aut jucundior somnus, lætumque in somnium aliquod obrepat; mirū est, quàm eveniant omnia spei contraria; nam diurna desideria nihil mihi jucundi per-

¶ De hac vitæ cum nube
comparatione, & ut abeat
velocissime ex Græco pe-
culiacis observatio. ¶ 9.
num. 1.

¶ De inferni, aut inferorū
significatione adversus no-
stri temporis hereticos. ¶ 9.
num. 2.

¶ Quid locus, quid cognos-
cere significet, & ut desi-
cti hominis cuncta huma-
na obliviscantur, utilia ad
mores nonnulla indican-
tur. ¶ 10. n. 2. 3. 4.

¶ Hac à mari ducta simi-
litudo, nec non & altera à
Ceto paulò fusiū tracta-
tur. ¶ 12. n. 4. 5.

¶ Ut dolores, & morbi vin-
culorum, & carceris simi-
les sint, non paucis expo-
nuntur. ¶ 12. n. 6.

quietem

De terrificis somniis, & de infomniis, que diurnis, cogitationibus respondet, aliqua ex prophanis. v. 14 num. 2. 3. 4. v. hanc ad morbi genus quoddam referenda sint indicatur. v. 14. n. 4.

quietem objiciunt, & terribilibus spectris, horribilisque imaginibus, sive dormiam, sive vigilem, discrucior, atque ea ipsa, quae die perpetior, me dormientem acriter infestant.

Aliis enim morbis gravissimis accedit molestissimus incubus, & imaginosa egritudo, ex qua penè ad insaniam & ad laqueum stimulor. & fatius quidem erit, minusque execrabile, si cruciatibus victus de morte mea cogitem, quam ut divinae majestati blasphemiam aliquam irrogarem. Quodcumque autem mortis genus vel ignominiosissimum, qualis stragulationis est, aut suspendium, levius mihi, optabiliusque existeret, quam diutis tot, quibus premor, malorum genera perferre: pervadit enim morbi vis ipsa etiam ossa, ossiumque medullas.

Sed quid ego? haec ne ex desperanti animo proficiuntur? morte quippe tantum scelus luam. minimè verò; eò enim dicta à me fuerint, quòd omnè vitæ spem fastidio abjecerim; quòd videam me letali morbo propè jam conficiendum. Nauseo profecto jam ad vitam istam ærumnosissimam, quam neque invitus, neque repugnans cum morte commutarem: non enim diutius vivere potero?

Sed cum paulò post mihi moriendum sit, moriar statim; aut si diutius mihi in vita immorandum est, jam cessa; o Deus optime, à me tam acriter vexando; ultricem tuam istam manum cohibe; parcius me tange obsecro, atque hominem exulceratum lenius tracta. Et quidem cum nescio quam felicitatem mihi mei amici polliceantur, illa mihi erit longè maxima, si tantisper de meis doloribus non nihil remittas; video enim vitam meam aliorum honorum spe destitui, & planè imparem esse tot acerbitatibus perferendis. Id verò, quod opto & supplex precor, non valde magnum est; cum ipsa mortalium vita mera quaedam & vanitas sit, vitæ potius imago, & species, quam vitæ res & veritas. An igitur mihi levissimam hanc vitæ imaginem invides, qui solus habes immortalitatem? An quicquam magni mihi praestabis, cum vitam permiseris nulli non discrimini, vicissitudinisque obnoxiam? in quam rerum omnium sublunarium vicissitudines, mutationesque conglobantur & coeunt; qui nihil solidi, nihil firmi subsit; quæ non tam saeculi mensura, annorumque & mensium numero definita est, quam brevi dierum periodo, & illorum quidem paucissimorum. Sed quid dies dico? imò diem; & eum brevissimum; imò ternas horas; imò momentum; imò nihil.

Quantulacumque igitur res missellus homo est, ut ceterarum rerum quasi oblitus, hominis tantum videaris rationem ducere, velisque multis propositis ærumnis atque difficultatibus illius vires, constantiamque probare? longè sanè ab humanae carnis mollitudine, fragilibusque testæ imbecillitate res aliena; sum enim egomet mihi meque imbecillitatis sat benè conscius. Quorsum igitur velut hostem aliquem potentiorum, qui dubio & ancipiti Marte possit tecum contendere, ad singulare me certamen provocas? an dignus homo est cujus tam accuratè res omnes cures, & minutissimas quasque actiones dispicias, & examines? atqui si in has gravissimas ærumnas, & abjectissimam conditionem conjiciendus eram, quorsum in me servando, locupletando,

14
Terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties.

15
Quamobrem elegit suspedium anima mea:

& mortem ossa mea.

16
Desperavi: nequaquam ultra iam vivam.

Parce mihi:

Nihil enim sunt dies mei.

17
Quid est homo, quia magnificas eum?

Ut vitæ vanitas in voce nihil afferatur, & in quo vitæ vanitas sita videatur consideratio triplex. v. 15 num. 4. 5. 6.

Ut vitæ nostra brevissima sit, atque adeo nihil ad omnes temporis mensuras relata, digressio opportuna. v. 16. n. 7.

Ut homini honorifica existat probatio per laborè & ærumnas consideratur. v. 17. num. 12.

evehendo,

Aut quid apponis erga eum cor tuum?

18
Visitas eum diluculo:

& subito probas illum.

19
Usquequo non parcis mihi?

nec dimittis me, ut glutinam salivam meam?

20
Peccavi.

Quid faciam tibi o custos hominum?

quare posuisti me contrarium tibi.

evehendo tuam aliquando operam posuisti, & providentie vim atque potestatem declatastis? Ita ne ad tam sublime fastigium evehisti; à quo tam breviter dejectus eras? Quid igitur res humanas tati facias, ut in homine contrarium & intelligentiam defigas, atque quotidianas ejusdem rationes, & actiones accuratè cognoscas? Es tandem; qui tam multa, tamque præclara charitatis & benevolentiae signa exhibuisti, à te nunc repulsam accipit signominio fami? Insuper etiam me acriter verberas; & hæc te videri prima cura tangere, ut me cedas, atque divexes. vix enim albescente die, à meis flagellis agendi initium, & rerum humanarum procurandarum divina ultio sumere videri: deinceps nullam occasionem mei opprimendi prætermittis, atqui captare quendam solebas omnes opportunitates de me benemerendi; nunc subito & inopinatè, per singula penè momenta, atque minutissima temporis intervalla meas vires, meamque constantiam exploras cruciatibus incredibilibus. Non videris sanè mecum ex æquo agere, sed quasi per dolos & repentinas belli aggressiones me inermem & imparatum adoriris; neque me aperto tantum Marte oppugnas, sed occultis cuniculis petis. Illuxit itaque mihi prima diei hora longè felicissima atque lætissima; defecit statim lux illa crassissimis & inopinatis offusa tenebris.

Quousque tandem non avertes à me minaces istos oculos; blandos atque benignos non convertes? quam diu in me os dolores & cruciatus incumbes, aut verò laxatis vinculis, liberius respirare non permittes? licet enim sim animo minimè remisso, sed tu, o Deus, quam brevissimum mihi spatium ad animi remissionem in tantis angustiis concede; ac me dissolve doloribus, vel non longiori mora, quam deglutiri ab homine saliva possit; neque enim longius mihi vitæ spatium superesse arbitror, qui jam ore spumas agere videor; & multus jam in pectore sputi strepitus fonat, itaque si mihi loquendi copiam feceris, liberè deglutire salivas potero, & aliquando ab assiduis gemitibus & suspinis interquiescam.

Neque rem postulo à tuo munere alienam; à custodè enim atque servatorem hominum agis, & tuo munere minimè deoris, cum me tueris. At esto peccaverim, atque à recta pietatis semita aliquando deflexerim, quid tibi nocui, aut quid tuam majestatem læsi, ut tam acerbam de me vindictam reposes? Quid verò ego faciam, ut te mihi placatum propitiū reddam, prorsus ignoro; nam neque poenis gravissimis de me sumptis, neque supplici oratione mitescis; nihilque aliud à me requiras, quod jam à me præstitum non sit, vel paratus non sim confestim efficere, quod in meis viribus positum fuerit. nam si quid umquam errans feci, infectum fieri in mea potestate non est. Sed cum multi alii peccaverint, cur solus ego tam severè punior? cumque tam ardentè peccati veniam postulem, cur mavis mecum assiduas inimicitias exercere, quam in tuam benevolentiam hominem supplicem recipere? An me contrarium tibi pro scopo proponis, quem tuis jactibus, jaculisque configas, & in quem frequenter impetum facias, passimque offendas, & quasi fastidio jam affectus, me calce abjicias atque;

b Multiplex apponendi cordis ad rem præsentem consideratio, & observatio ex sacris. v. 17. n. 3.

c Hujus (qua videtur proverbialis locutio) tragicæ saliva explicatio, & ut ad multa referri possit lætius exponitur. v. 19. n. 3.

d De significatione custodis, atque custodiendi, atque de illo peculiari divina providentia quasi munere. v. 20. n. 1.


proteras?

e Lectio Græcorum diligentiùs examinatur, & ut pù iudicent curarum onus in Deum, quadam. x. 20. num. 3.

f De fignificatione illius verbi tollendi, & ut indicetur Christus Iesus, fuper quem disciplina noftra, & ærumna reposita fuerunt. x. 21. n. 2.

proteras? Id verò mihi moleftiffimum eft, aut in fufpicionè tuæ benevolentia & amicitia violatæ venire, aut ita graviter dolere, ut tecum de mea clade expoftulare videar viliffimas humùcio ego; aut aliis de tua providentia parùm piè fentiendi materiam ullam caufamvè attuliffe. Sic ego & gravis mihi permoleftùsque exifto; & dum dolores, & acerbiffimas ægrotudines conor in Deum, qua poffum ratione rejicere, valde timeo, ne illi etiame gravis & moleftùs exiftam. Sed tamen aliter facere non poffum quàm, ut quæ me tam malè vexant, fuper eum reponam.

Sed efto quidem iufta fufineam, & meis peccatis digna; mirabile fanè eft, quòd poft peccati (fi quod eft) confefionem, poft gravia fupplicia, nullam dederis condonata offenfæ fignificationem, nihilque fuppliciorum remiferis, neque afperius conquerendi, & audaciùs obloquendi occafionem præclufuris temperatis fuppliciis. Aut verò cur non mihi præbes ærumnarum focium aliquè; in cuius humeros pænarum mearum partem aliquà devolvam? * Moriartandem; me verò mortuum quàmvis fupmo manè requiras, valde ferò requires; aliis enim appetente luce, ut lucis ufura fruantur, benignus confers; at mihi in mortis prope tenebris jam verfanti matutina lux fera affulgebit.



21
Cur non tollis peccatum meum:

& quare non auferis iniquitatem meam?
* Ecce nunc in pulvere dormiam:
& fi manè me quaeris, non fubfiftam.



IOANNIS DE PINEDA SOCIETATIS IESV COMMENTARIORVM

IN IOB

LIBER QVARTVS.

Qui eft de quarto certamine, id eft, prima IOB cum Baldad difputatione.



CAP. OCTAVVM.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Vt Deum ab omni iniuftitia nota afferat Baldad, defenfurus Eliphazi orationem, atque Iobum refutaturus, tum hunc, tum ejus filios fcelorum pœnas dediffe; Hypocritas omnes manere repentinum interitum, fi refpiciant verò felicitatem, & bona omnia, variis rationibus confirmat.

1. Respondens autem Baldad Subites, dixit:

- 1. Baldad fecundus fapientia, & dignitate inter amicos. Qua illius nominis fignificatio, & etymologia. Sueta illius patria, aut urbs regia.
- 2. Particula admirantis.
- 3. Multiplex in Hebræo copiam, & vehementiâ affert.
- 4. Iobi oratio ardens & vehemens. Sapiens multa loquens, vitio multiloqui non laborat.



EDENTE IAM Eliphaz, atq; tacente, extremam Iobi refponfionem excipit Baldad. & ut notavit Chryfo. nullū concedūt Iobo fpatiū refpirandi, multòsq; circulos nectunt ac moleftam quandam choreâ conficiunt. Fuit autem Baldad, ficut loco, & oratione, ita & dignitate, fapientiaque opinione fecundus. Nomè autem Baldad, fuam quoque habet arcanam fignificationem: eft enim apud Philippum, idem quod præcipiū: apud Greg. *Vetuftas fola.* apud Olympiod. *Vetuftas, vel gloriofus.* apud Gloffam, *Decorus.* vulgaris interpretatio habet: *Vetufta dilectio, vel mammilla.* à Bal, (id eft) nō vel; à Balah, quod eft, veterafcere, & Dod,

I
Chryfoft.
Baldad dignitate & fapientia fecundus.
Philipp.
Greg.
Olympiod.
Gloff.
Quid nomen Baldad indicet.
Ejus nominis Etymologia.
בל
בלה
דוד

Qua signifi-
catio proprius
cadat in Bal-
dad.
Suchites, cog-
nomē Baldad.
Sucta urbs.

LXX.

Olympiad.

id est, dilectus, aut mamma. Sed cu (Dod) etiam patrualem significet, & Bal (unde Belial) iniquum, & pravaricans, dicerem, Baldad sonare, iniquum patruelē, aut cognatum pravaricantem, vel perversum amantem; aut iniquum. quæ significatio non solum in Baldad, sed etiam in reliquos amicos, qui erant de cognatione Esau, egregie quadrat; nam cum amici viderentur, sed hostes re ipsa erant. de Sucta verò, unde cognomē, Suchites, supra non nihil diximus. Septuag. Sauchites, legunt, atque, Sauchan, esse Moabitarum urbem Olympiōd. scribit. sed de universa terræ Hus descriptione, fatis à nobis disputatum est.

¶ I. Usquequò loqueris talia, & spiritus multiplex sermones oris tui?

2
Particula ad-
mirantis.

LXX.

PERTINACIAM in eodem sensu & eadem sententia nolentem cedere monitis, sanisque consiliis, neque ferentem sine iracundia, refelli, objicit. id quod indicat ea particula, Usquequò. Talia, verò admirationem affert. Septuag. juxta Hebræum, Usquequò loqueris hæc? quod ad cōtemptum quandam referri potest, aut ut pronomine illo demonstrativo indicetur extrema illa verba Iob capitū precedentis, quæ videbantur asperiora.

Spiritus multiplex. Septuag. multiloquus, oris tui. id est, verba à te prolata valde multa; omnia misces, cum veris falsa; stultiloquio laboras. vox originalis multitudinem, copiam & numerum affert, sic ferè interpretantur omnes, tam Græci quam Latini. quasi diceret, Imperitè nugaris, in verborum turba spem victoriæ collocatam habes; ita verborum tantum profusètia pugnans, nec refellenti tempus, aut locum concedere velle videris. Philippus existimat egrè tulisse Baldad, tum quòd de Deo multa videretur Iob locutus, tum quòd affirmasset, cæteris se regibus potentiorē meliorēque fuisse, ait ergo; Nimiūm Iob garris, odio seque tibi multa arrogas. Alii, quòd, vox etiam originalis transferri soleat ad multiplicatē roboris, & virium, reddunt, Spiritus fortis, validus, violentus. Theodotio; gravissimus, validissimus. quod Cajetanus ad magnanimitatem quandam refert, quòd corpore attenuato, exhaustisq; viribus, fortiter ta-

Latinorum, &
Græcorū in ex-
pretatio com-
munis.

Philipp.

Pagnin.
Regia.
Theodot.
Cajet.

men persisteret in loquendo, & respondendo. Sed prestat quod de multiloquio diximus. Tum etiam ut per spiritum fortem & validum, significetur lōgior quædam, & indefessa oratio magna spiritus & pectoris, atque vocis contentione facta, instar vehementis alicujus venti insonantis: credendum enim est, non fuisse Iobi orationem frigidam & languidā, sed vehementem, ardentem, concitatam. id quæ indicat comparatio hæc cum vento forti, & vehemēti: quāvis enim nullam habeant expressam comparationem plerique codices legentes: Spiritus multiplex sermonis oris tui. & Septuag. ferè eodē modo, Spiritus oris tui. quam lectionem, Græci ferèque alii sequuntur; at correctior lectio Vaticana, ex Hebræo proxima: Spiritus multiplex sermones oris tui. sunt tua verba rapidus quidam & vehemens ventus, qui obvia quæque dissipat, & convellit; ita nemo se tibi opponere potest. Sed elegantè atque argutè Gregorius observat, qui multiloquium in alio reprehendit, cordis illius angustias, & sapientiæ inopiam simul arguere, quod valde indecorum est. nō aliter atque tenuissimus quidam sōs ingenti terræ hiatu scaturies, at qui multa loquatur, cum multa quoque, ex abundantia cordis dicenda suppetat, hic jure multiloquii reprehendi non potest, cum ore emanet, quæ largus interni sensus, atque profundæ intelligentiæ fons ministrat. Sed in hac re multos gradus atque discrimina distinguit Greg. quæ ex illo petenda sunt.

¶ III. Numquid Deus supplantat iudicium? aut Omnipotens subvertit, quod iustum est?

1. Fortis Dei nomen. Quid iudicium, & quare divina lex iudicium dicatur.	Cur potentiores appellantur viri sanguinum.
2. Deus iudicii & juris formulæ observantissimus.	4. Omnipotens Dei nomen. Saddai ubertatem sonat. Inopia iudicium muneribus accipiendus ansam præbet. supremus iudex corrumpti non potest.
3. Deus nō abutitur sua potentia, è contrario ac homo iniquus æquè ac potēs.	

THESIS est dicendorū, quam deinde ad Iobi rem applicet. ut colligat, jure Deum agere, cum bonis bona, improbis & sceleratis irrogat supplicia,

Efficax Iobi oratio atque vehemens.

LXX.

Græci.

Vaticana lectio.

Greg.

Math. 12. 34.
Luc. 6. 45.

Sapiens raro multiloquio laborat.

Greg. lib. 8. cap. 22.

I

Deus fortis.
נָזַח
נָזַח
Thren. 3. 36.

Quid iudicium

Leges divi-
ne cur vocentur iudicia.
Exech. 44. 23

Quid facere iudicium.
Mich. 6. 8
Psal. 118. 121

Psal. 118. 75
*La verdad y la justicia ellas me valgan.

Deus iudicii normam servat.

Genes. 18. 21

Gene. 3. 17

Isa. 30. 18

3
Psal. 47. 11
*Delos q̄ tic

nō frustra itaque Iob affligi. Deus (El, fortis, potens) supplantat (detorquet, remonet) à recto & æquo. unde dicitur Thren. 3. eadem originali voce, Ut perverteret hominem in iudicio suo, Dominus ignoravit. quasi diceret; Non est Dei perverto iudicio, & injusta calumnia hominem opprimere) iudicium; rectam, ordinariam, consuetā causarum cognitionem, & præscriptum suarum legum, leges suas æquissimas. ideo suas leges Deus vocat iudicia, quòd æquifime sint, quòd illis præscribat Deus quid iustum & rectum sit, quid agendum, quid jure omittendum. Ezechiel. 44. Populū meū docebunt, quid sit inter sanctum, & pollutum, & inter mundum, & immundum, ostendens eis. & statim exponitur; Et cū fuerit controversia, stabunt in iudiciis (legibus, præscriptis, iudiciali, & forensi forma à me tradita) meis, & iudicabunt. Inde frequens illa loquutio. Facere iudicium, & iustitiam. id est; neminem lædere, jus suum unicuique tribuere, jus dicere. Quare qui suæ innocentie & æquitati fident, legibus quoque & iudicio fident sicut qui dicebat; Iudicia tua * adjuvabunt me; veritas, iustitiæque mihi patrocinatur, Ergo inquit Baldad; Quāvis potens & fortis Deus sit, & ea omnia pro arbitrio suo agere possit, sed omnia tamen ex iuris, iudicii quoque præscripto moderatur, nō inam iudiciariam, tractandarum causarum condemnandi reos, ferendi sententiam ad unguem observat; Delata ad se crimina, non audita tantum, sed ipsis oculis visa iudicat. uti Genes. 18. ait. Descendam, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me. opere compleverint, an non est ita; ut sciam. Non fert sententiam prius, quā vel à reo extorqueat confessionem delicti, vel causam integram cognoverit; tunc tandem ait secundum allegatā (ut vocat) & probata, Quia audisti vocem uxoris tue &c. Propter hanc igitur iudicii observationem, & iustitiæ cultum appellatur Deus iudicii. Isa. 30. quod mirum est in tanta potentia & fortitudine Psal. 5. Quoniam non Deus, (El, fortis) volens iniquitatem tu es, neque habitabit juxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos; non tu ex illis es, qui bus in summa potestate omnia sibi licere putant, quare neque apud te impii scelorum suorum latebras habent, neque securum domicilium. Sed illud valde significanter, Psalm. 47. Iustitia plena est * dextera tua. nam cum aliorum dextera, potentia,

fortitudo, plena sit rapinis, sanguine, violentia, iniquitate (si enim possunt, omnia per summam iniustitiam contra jus, fasque gerunt.) At divina potentia atque fortitudo cum summa iustitia & æquitate moderatione cōiuncta est; nihil enim, nisi quòd iustum & æquum est, agit. Quòd discrimen expressit Hoseas. Non faciam furorem iram meam, non convertam, ut disperdam Ephraim; quoniam Deus (El) ego, & non homo. quasi diceret; Tu (o Deus) non quicquid aut vales, aut quicquid improbus mali supplicii que meretur, infligis; at homo tantum nocuerit, quantum possit, nullamque malè de pauperibus merendi, & infirmiores ledendi occasionem præmittit. sicut iniquo regi ab adolecente sanctissimo dictum est. 2. Mach. 7. Potestatem inter homines habens, cum sis corruptibilis, facis quod vis. De huiusmodi enim potentioribus divitibus, sub nomine Vaccarum pinguum; dictum est Amos. 4. Quæ dicitis Dominis vestris, Afferte, & bibemus. id est, dum bibendi sit facultas quidquid propinetur; exorbebimus, putant enim per potestatem, & magistratum sibi à regibus, principibus ve commissum omnia sibi licere, quæ possint; & si occasio ferat, fieri etiam tibi exorbendi, & exugendi sanguinem pauperum facultatem. propterea enim perpetuo cognomento, huiusmodi potentiores homines dicuntur, Viri sanguinum. Eleganter verò eo loco Chaldeus legit, Vbi est potestas, ut diripiamus; non enim inquirunt jus, & legem, sed potestatem quandam exlegem, & juris contemptricem, neque aliam iustitiæ, aut æquitate regulam agnoscunt, quā suam fortitudinem. Hæc enim est illa impiorum vox. Sapien. 2. Sit fortitudo nostra lex iustitia, (quidquid in potestate nostra positum fuerit, iustum cenferi à nobis debet) quod enim infirmum est, inutile invenitur. igitur; Non pervertit, sicut homo, Deus fortis iudicium. Eum (inquit Sapiencia cap. 12.) qui non debet puniri, condemnare, alienum à tua virtute ducis. Virtus enim tua iustitia initium est; & ob hoc, quòd omnium Dominus es, omnibus te parcere facis. virtutem enim ostēdis tu, qui non crederis esse in virtute consummatum. Igitur (inquit Baldad) hæc tua supplicia, o Tob, rejicere non poteris in Dei potentiam, & fortitudinem, qui te innocentem contra fas, jusque affligat, cum possit.

nē mano los agravios a al mocadas. de la de Dios los desagravios y la justicia.

Hose. 11. 9. Dei, & hominis in utrodo sua potestate discriminem.

Homo frequenter abutitur potentia 2. Mach 7. 16

Amos 4. 1

Impii dicuntur viri sanguinum. Psal. 57. & 25. 9 & Psal. 54 24 & 58. 3

Sap. 1. 11

Sap. 12. 13

Ee

Aut

4 Aut Omnipotens: subvertit. &c. idem per expositionem repetit, ut certè cum iudiciū fuerit ipsa recta & ordinata causæ cognitio, nunc *justum*, vel iustitia erit, jus executioni mandandum, quod cognitū atque iudicatum est; quod est iudicii finis, qua ratione sæpè in Scriptura dicitur *Fieri iudicium & iustitia*. Sic indicant Septuaginta. *Numquid Dominus iniustus est ager iudicans? aut qui omnia fecit, subvertit iustitia?* Symmachus. *In iniustitiam transferet iustitiam?* Omnipotens autem, quod in originali est, *Saddai*, aliqui dicunt significare robustum, & sufficientem ad omnia perpetranda, & executioni mandanda, quæ facièda iudicaverit. Quare idè nomen alii vertunt, *victorem*, aut *invictum*, cuius potentiæ nemo resistere queat quare habebit eandem vim, quam *fortis* in priori huius sententiæ particula. vide Hieronymum epistola ad Marcellā. Alii interpretantur *Vberimum*, abundantem, copiosum, cuius virtus atque munificentiā per omnia permeet; cuius vberibus & bonitate omnia alantur, & nutriantur; qui nullius indiget, qui bonorū nostrorū nulla cupiditate tagatur. Is igitur iudex erit integerrimus, & incorruptissimus: qui neque amore, neque odio, neque cupiditate ulla *pervortet quod iustum est*: alii nāque iudices, qui sibi non sufficiunt, & inopia laborant, frequenter muneribus capiuntur, & pretio corrupti *pervortunt quod iustum est*. Septuaginta hoc loco reddere videntur id nomen, *Qui omnia facit*, quod Olympio. & Polych. ad rem præsentē explicat. qui cunctarū rerum naturas summo ordine, & æquitate constituit, nō is in te uno affligendo, quod iustum est subvertet, vel; Qui cū omnia solo nutu creaverit, & summa quadam facilitatē omnia moderatur, nulla nūc difficultate actus iniquè tuam causam iudicaverit? sed meliùs, ut nomen creatoris, *Qui omnia fecit*, significet eum qui cū supremus iudex sit, inferiorum iudicium errata corrigit, & qui iniustā partiantur, ad eum appellat. sicut dixit Abraham Gen. 18. *Abstine à te ut occidas iustum tuum impio, non est hoc tuum qui iudicas omnem terram; nequaquam facies iudicium hoc.* Sed de hac supremi iudicis, & creatoris omnium, summa æquitate aliā plura.

III. Etiam si filii tui peccaverunt ei, & dimisit eos in manu iniquitatis suæ.

I Peccare quid proprie. **נשח** Peccatum est torquere peccatoris Illustratus Isa. 4. Deus a nostra morte immunis. Explicata Sapientia. Quod sit stipendium militantis sub peccato. Explicatus Moyses.

D Ei iustitiam in peccatis filiorum Iob puniendis perfectam fuisse asserit. Peccaverunt verbum *Hhata*, proprie errare, declinare à recto, & lege, ut indicatur. Psal. 24. *Legem dabit delinquentibus in via.* id est, errantibus à recto tramite, & deviantibus à præscripta lege. Hinc dicitur, *Via peccatorum perire*. Psal. 1. quia, qui à via veritatis, id est, verissima, & rectissima, discedunt, per præcipitia tandem feruntur, ut illi fatentur; qui cū viam illam confesserint, de qua scriptum est Ecclesiast. 21. *Via peccantium complanata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pena.* Ajunt tandem; *Erravimus a via veritatis.* Sed de hac impiorum via, aliquando plura.

Ei. Septuaginta, *Coram eo*, quasi dicat etiam si externa facie sanctitatem representabant; tamen coram Deo, quem nihil latet, peccatores erant. aut, *ei*, id est, contra eum.

Et dimisit eos. verbum, *Salach*, simpliciter mittere, aut ejicere significat; à recto tramite cū aberrassent, aberrandi copiam pro libidine fecit. Tamen nescio quam vim expultricem, quasi à tergo illos impellentem asserere videtur, id quod sequitur, *In manu iniquitatis suæ.* sed verbo, *Dimittendi*, illa libertas arbitrii, qua, quod sibi quisque videtur, eligere potest, significatur, quod etiam ad quandam Dei creatoris bonitatem, & suavem dispositionem pertinet. sicut actuum. 14. Paul. & Barnabas dicebant. *Converti ad Deum, qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas.* illud etiam, sonat supplicium quoddam aliorum peccatorum: nam qui dimittitur vagari, & errare extraviam, certè ad certissimū interitū, aut præcipitiū dānari videtur. sicut ait ipse, qui vera via est; *Ejice illos a facie mea, & egrediantur.* Quod si dixerint ad te; *Quid egrediamur? dies ad eos;* Hæc dicit Dominus; *Qui ad mortem, ad mortem, & qui ad gladium, ad gladium*

diuni, & qui ad famem, ad famem, & qui ad captivitatem, ad captivitatem. hæ enim sunt omnes viæ mortis, in quas dimittuntur: unica enim est via vitæ, à qua recesserāt. Quare cū de vita conferenda suis sectatoribus per vivificam suam carnem; suūmq; sanguinem, in quo anima, & vita vivēntis est, loquitur; esset Christus Iesus. Ioan. 6. subjunxit; *Nemo potest venire ad me, nisi fuerit edatum a Patre meo.* ex hoc multi discipulorum ejus abierunt retro, & jam cum illo non ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim; *Nunc quid & vos vultis abire?* Respondit ei Simon Petrus; *Domine ad quem ibimus? verba vitæ & vitæ habes.* id est, Dices nobis apud te esse vitā? quam ergo aliam, si à te recesserimus; viā tenere poterimus, nisi mortis?

In manu iniquitatis. Septuaginta: quasi per hypallagē legerunt; *Misit in manu iniquitatis eorum.* & illud *In manu*, explicat auctor. *Caenæ, in actione.* ac si diceret; suarum actionum mercedem tulisse, iustam retributionem, atque commertum supplicium, manibus & operibus impiorum reddente Deo. & licet sensus eodem redeat, tamen nulla est hypallagē, sed potius elegantissimus Hebraismus: quæ nescio quare Pagnin. dissolverit, legens, *Expulit eos e mundo propter pravariationem.* sicut Tygurin. *Permisit eis evenire, quod scelus eorum postulabat.* & Vatabl. *Ejecit eos propter transgressionē suā.* certè Isa. 64. simili locutione dicitur. *Allisisti nos in manu iniquitatis nostræ, & peccata nostra abstulerunt.* nos tribuitur enim persona, manus, seya quædam & inimica efficacitas iniquitati, cui tradit Deus improbos. nos etiam dicimus cū aliquid infaustum accidit, per manus peccati evenisse. *Dexeros para q̄ todo lo q̄ les succediese fue se por manos de peccado.* vel peccato, tanquā tortori & vindicti, illos tradidisse cruciandos, & ultimo supplicio plectendos. Simile id Habacuc. 2. *Liberari se putat de manu mali.* non aliter manus tribuuntur etiā gladio, aut morti, cū dicuntur peccatores tradendi in manus gladii.

Hic duo nota; cū improbi in manus iniquitatis dicuntur dimitti, ostēdere se Deum, à nostro supplicio & morte immunem: nam ut dicitur Sapientia. 1. *Deus mortē non fecit, nec letatur in perditione vivorum, creavit enim ut essent omnia* (id est, vitam suis creaturis concessit, ut diutius viverent, nō ut coestim interirent) & sanabiles fecit nationes orbis terrarum (id est, salutaria sunt que

conque in terris nascuntur) & non est in illis medicamentum exterminii (id est, nihil est tam venenatum, quod ab auctore naturæ ordinatum sit ad inferendam mortem, & non potius ad tuendam, & conservandā vitam, tanquam medicamentum vitæ, nō mortis) neque inferorum regnū in terra (Græcè habetur: *Nec regnū, aut palatium inferni*, id est, sedes regni mortis non est ab eo in hoc mundo constituta, sed potius in mūdo altero, videlicet in visceribus centroque terræ.) Peccatum igitur viam patefecit morti, naz. *Per peccatum mors, & in impiis manibus & verbis accerserunt illam.*

Denique qui peccato militat, nullum aliud stipēdium meretur, quam mortem, nam, *stipēdia peccati mors.* quasi dicat Paulus, qui sub aliis imperatoribus merent, non solum stipēdium, sed victoriā, opimāque prædā spe allecti, subeunt discrimē: at is, qui peccati auspiciā sequitur, quod præteritum nullum certè nisi frequentes in fidiā salutis paratā; fuga turpis; mors ignominiosa.

Hinc videas, non esse dictum Adamo à Deo, *In quacumq; die peccaveris, ego te interficiam, sed, Morieris, in manu iniquitatis tuæ.* nam supremus iudex nunquā obitortoris munus, quod nemo sit, qui tortor esse velit, certè rege indignum est, ut suis ipse manibus sceleratos jugulet, aut in crucem agar. Illud verò dignissimum, à jugulo revocate tortorē, & capitis reū, ab extremo supplicio dicente Hosea, *Perditio tua Israel ex te, tentum modo, ex me auxiliū tuum.*

V. Tu tamen si diluculo conservereris ad Deum, & Omnipotentem fueris deprecatus.

I Diluculo surgere ad diligentiā & sollicitudinē pertinere. Quid deprecari & ne ad gratiam pertineat, explicati Moyses & Salomon. Mundities quid proprie ex Hebræo pro iustitiā & sanctitate. Hypocriti contraria. Quæ sit apud Paul. lī ecclesiā mandrites ex peccato, & macula. Quid Evigilare ex Hebræo. Christus Iesus evigilans ad suorum peccata. Deus occurrit iustis precibus, imò præoccupat. Alii quæ sponsorum nos procedentium ob viam sponsorum. Par abundantia.

I tibi (inquam) dum adhuc vita est, spes est, & poenitendi tempus conceditur, nam non est dimissus adhuc à supremo iudice in manu iniquitatis tuæ, extremo sup

Diluculo, ad diligentiam, & sollicitudine. Confurget vigilare. **2** Quid pprie deprecari. Deut. 3. 27. Prover 18. 23. Haze plegarias porque pide de gracia.

plicio plectendus, perinde atque tui filii. ergo diluculo, citò; quam primum; diligenter, maturè, tempestivè, dum dies est, cum já tibi affulserit hujus nostri consilii nova lux, *confurge*; propriè, vigila, quasi qui summo manè vigilat, diligenter, sollicitè quærito Deum, languentem animum, & in tua ista calamitate, tuq; ipsius extrema abjectione jacentem: excita ad quærendum Deum. *Et Omnipotentè, Saddai, deprecare*, propriè; Supplicè te Deo præbe, qui gratuito tibi, quæ sua est misericordia, condonet peccata, & peccatorum pœnas. nã verbum *Chanam*, affert gratuitam illam cõmiserationem, quam quis citra ullum meritum impendit, vel citra ullum suum meritum precatur sibi impendi. Quare cum ingentia quædam beneficia, ex sola divina munificencia concessa commemorat Moyf. Deut. 3. hac ipsa voce ait; *Precaus sum Dominum in tempore illo dicens; Domine Deus, tu cepisti ostendere servo tuo magnitudinẽ tuam &c.* id à te contendo, ut cœptam erga me beneficentiam provehas. & ab eadem radice Prov. 18. *Cum * obsecrationibus loquitur pauper.* id est, qui non jure, sed gratis sibi aliquid dari cupit, precibus utitur, non vi. itaque inquit Baldad; Non est tibi summo jure cum Deo agendum, sed precandum potiùs, ne ille tecum summo jure agat, sed ex gratia & misericordia. Si sic inquam te gesseris, benignum erga te senties illum.

VI. Si mundus & rectus incesseris, statim evigilabit ad te, & peccatum reddet habitaculũ iustitiæ tuæ.

3 Si obtenta venia tuorum scelerũ justus constituaris, te fortunabit procul dubio Deus. vel; Non est, quòd despõdeam animum, o Iob; nam si tu, ut de te ipso profiteris, justus & mundus vixisti, nõ morieris in isto misero statu, sed in pristinam fœlicitatem, multoque majorem restituet te Deus.

Si mundus. Syncerus, sine labe & vitio, sicut infra. cap. 9. *Et fulserint velut mundissima manus meæ.* Inde dicitur *justificare*, id est, mundare, & ad perfectam iustitiæ & sanctitatis munditiam redigere. Psalm. 72. *Ergo sine causa justificavi cor meum.* Hierony. *Mundavi.* Daniel. 6. *Coram eo iustitia inventa*

est in me, Heb. munditia. è contra verò. *Lev. 2. Maculata es in* (propter, ex, ab) *iniquitate tua.* Vocatur autem peccatum, macula, & sanctitas munditia, quòd quæ maculata & infecta erant, habebantur prophana; & polluta, & divino conspectu indigna. Sicut Apostolus Iudas dixit, de hereticis cõvivio à fidelibus exceptis, *Hi sunt in epulis suis macula.* id est; conviviorum, & mèse prophanatores. & Pet. 2. c. 2. *Coinquinationes, & macula in conviviis.* quare Paulus ait, mortuum esse. Christum Iesum, ut *Müdaret* (sanctificaret) *sibi ecclesiam, non habentem rugam, neque maculam.* fortè ad synceritatem quandam lucidissimam, & diaphanam hæc mundities pertinet, quæ opponatur hypocrisi, & simulationi. nam hac ipsa voce dicitur, *Oleum de olivis purissimum.* Levit. 24. id est lucidissimum, & clarissimum. Exod. 30. *Thus lucidissimum.* id est, pellucidum, atque transparens. unde dicitur vitrum, quod diaphanum est. atq; hæc significationem munditiæ, maculæ omnis, & densitatis obscuritatis ve expertis, alludit id, *Cãdor lucis aternæ, speculum sine macula.* ergo ait Baldad; *Si * mundus, syncerus, & rectus,* & à recto non declinans. congruit cum hac rectitudine verbum *incedẽdi,* quod interpretes addidit explicationis gratia. Septuag. sicut & supra. c. 1. *veracem dixerunt.* posset etiam dici; Si Deo gratus jucundusque extiteris. *rectum* pro jucundo & grato.

Statim evigilabit ad te. Propriè ex Hebreo *Nunc suscitabit super te.* quasi dicat; Nulla tibi importunitate pulsandi aut postulãdi opus erit, sed confurget statim, & dabit tibi necessaria. dormire tibi nunc Deus videtur ad res tuas; sed ideo dormit, quòd illum non excitasti oratione tuã: statim enim atque ad illum accesseris, surget. Vides rem expressam in Christo Iesu. *imperã te ventis, & mari.* nam cũ *motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus, ipse dormiebat; & accesserunt ad eum, & suscitaverunt eum dicentes, Domine salva nos, perimus.* Tunc surgens imperavit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna. quasi dicat; Statim, tunc, ad primam orãtium vocẽ, nulla mora evigilavit. quem enim maris fremitus horrifoni nõ expergẽfaciunt, oratio statim excitat. Tũc igitur, cũ *deprecatus fueris* statim atq; clamaveris; nunc, si nunc clames, & depreceris, *evigilabit*, exurget à somno. alludit ad id, quod dixerat.

Jerem. 2. 22. Peccatũ macula, & sordides.

Epist. Iudæ 12.

1. Petr. 2. 13

Ephes. 5. 27

Müdities & lux. Hypocriti contraria.

Levit. 24. 2.

Exod. 30. 34

Sapient. 7. 16. *Si anduvieres claro cõdio, ysi fuerit tu vida netay pura.

Vid. c. 1. 1. 1. 57. 38

4

Christus Iesus evigilãs ad miserorũ preces.

Matth. 8. 26.

Orationis efficacitas.

Si dilu-

LXX 5 Deus dicitur dormire in nostris discriminibus.

Vigilare ad opem dormire ad iacturã pertinet.

Prov. 8. 17.

Deũ nostra desideria excitant.

Psal. 10. 7.

Eccle. 15. 2.

Matth. 25. 6.

Allusio ad morẽ antiquum in nuptiis celebrãdis.

Sapient. 6. 11.

6 Pax abundantia.

LXX

Si diluculo surrexeris, deprecaturus, evigilabit ille exauditor tuas preces. sic Sept. *Evigilabit*, habet, *Deprecationem exaudiet tuam* Cum res nostræ periclitantur, dormire dicitur Deus: cum res in tuto sunt, apertis oculis, & benigno vultu in nos aspicere. cum periclitantibus opportnam opẽ affert, evigilare. nihil enim boni in nos redundat, quod ex illius cura, providentia, obtutu in nobis defixo, non proficiscatur. Illud etiam: cum eo qui surgit diluculo, evigilare Deum. non enim tam mature, & citò petimus, quàm ille postulata nobis concedat, si necessaria sint. Nulla igitur in Deo aut mora, aut difficultas exaudiendi, sed mira in nobis oblivio, & languida quædam inertia deprecandi! sic de te affirmat divina Sapientia; *Ego diligentes me diligo; & qui manè vigilant ad me, invenient me.* Quid, quòd non solum excitari videtur nostra oratione, sed ipso primo desiderio, & orãdi affectu, sicut Scriptum est; *Desiderium pauperum exaudivit Dominus, præparationem cordis eorum.* Cum surgente, & cũ quærente illum, quæsitura etiam hominem simul videtur egredi suis foribus divina Sapientia, atq; *obviare homini, quasi mater honorificata, & quasi mulier à virginitate suscipere illum.* nam virgo quæ sponsa ducebatur, venienti sponso cum suis comitibus obviam procedebat; cum enim dicebatur, *Ecce sponsus venit, exite obviam ei* procedebat virgines cum sponsa, ornatis atq; accensis lampadibus. non aliter igitur divina Sapientia nobis vigilantibus, atq; quærentibus occurrit. sed quid inquam? illa sanè prior vigilat, & dormientes excitat; sic testante Sapientia ipsa. c. 6. *Invenitur ab his, qui quærunt illam, præoccupat, qui se concupiscunt, ut illis se priorem ostendat. Qui de luce vigilaverit ad illam, non laborabit; assidentem enim illam foribus suis inveniet.* Cogitare ergo de illa sensus est consummatus, & qui vigilaverit propter illam, citò securus erit. *Quoniam dignos se ipsa circuit quærens, & in viis ostendit se illis hilariter, & in omni providentia occurrit illis.*

6 Et peccatum reddet. Integrum, perfectũ omnibus bonis redundans, qualia affert pax. *habitaculum iustitiæ.* Domum sanctam, id est, si tu, tuãque familia piè & sanctè vixeritis. Hebraicè, *Pacificabit.* quare quod Septuag. dixerunt, aliquanto discedit ab originali, *Restituet tibi habitaculum iustitiæ.*

VII. In tantum, ut si priora tua fuerint parva, & novissima tua multiplicentur nimis.

1. Parvas, & magnitudinem ad divitias, & tenuitatem. Palma floret in fine & cacumine; non aliter justus.	2. Quid Generatio & ætas ex Hebræo, & Græco Generatio pro hominibus alicujus sæculi. Exemplificatas, & David 3. Traditiones sacra hoc loco indicata, & in aliis Scripturis commendata.
4. Patres pro semilibus & sensibus deferendum. Scripta Enoch, & Noe.	

Parvas, & magnitudo, sepe ad divitias ac comodari solent, ut non semel admonimus. ergo licet videatur Baldad conivere iustitiæ Iobi, possèque justum aliquandiu mala hæc tẽporalia pati, sed per tuò id fieri posse negat. Reportabis (inquit) aliquando ingens harum miseriarũ lucrum, si justus fueris. Nam sicut palma floribus. cum enim initia habeat multis pollicum corticibus deformia, aspera, intractabilia, & cum ferè truncum integrum habeat nullo foliorum ornatu, aut pulchritudine; at tandem floret, fructificat, & in fine, atque cacumine multiplicatur nimis. Hæc autem promissio iusto à Davide facta eleganter in hanc rem illustratur ab Augustino in hæc verba: *In palma altitudinem significavit. fortè & hoc; quia in novissimis suis pulchra est, ut initium ejus à terra ducat, finem ipsius in cacumine, vbi habet totam pulchritudinem. Aspera radix videtur in terra, pulchra coma sub cælo est. Erit ergo, & tua pulchritudo in fine.* Indicat etiam Baldad, dũ Tobum ad pœnitẽtiam conatur adducere spe præsentis fœlicitatis, posse hominem per pœnitentiam ad majorem gratiam, cumulatiùsque temporale præmium asurgere.

VIII. Interroga enim generationem pristinam, & diligenter investiga patrum memoriam.

Hæc, quæ dixit, confirmare nititur ex omni sæculorum memoria, atque experientia. *Generationem.* A etatem, sæculum. à radice, *Dur*, quod est durare, habitare, vivere, in habitatione, & vita aliquandiu durare. inde etas, vita, vitæ & etatis duratio, & tẽpus. & aliquando oro etatis certo quodã

I Parvas & magnitudinem ad divitias.

Psal. 91. 3.

August.

2

111

Quid sit generatio. Aetas quid.

Quid sit generatio.

Aetas quid.

yevea

P. 6. 7

* Passara de todas las edades y plazos dela vida, y faldra de los años climatericos, y cõ tara muchos sietes.

Generatio p hominibus a licujus scõli.

Isai. 53. 8

Pf. 13. 5

* El tiempo en q ay justos tiene a Dios por suyo

3

Traditiones sacre.

Deut. 39. 7 Pf. 77. 5

Tom. 1. cõtro. lib. 4. de verbo Dei nõ scrip. to.

gradu, & vitę conditione. qua ratione di viditur humana vita in plures ætates. & ita etiam apud Gręcos vocę, Genęa ait Suidas significare intervallum Septem annorum; atq; ex medicorum sentętia subjūgit; Vnde medici vetant, duas atates habenti id est annos XIII nato, venam incidi, quod sa guine egeat. sic Pf. Dies super dies regis adjicies & annos ejus in * generatione, & generationē. Sed hoc loco Generatio, est integra hominis vita & sæculum. Rursus Generatio, ætas sæculum pro rebus gestis, aut pro hominibus alicujus ætatis, & scęculi. Isai. 35. Generationem ejus quis enarrabit; id est, illius scęculi, ætatis homines perfidos, & innocentium vitę, per summum scelus calumniantes. & Pf. 13. Domus * in generatione jussa est. id est, favet Deus scęculo, ætati, in qua vivunt sancti.

Pristinam. Priorem, fortę primam, non solum eam, quę fuit tempore diluvii, ex qua peti poterant manifesta argumenta supplicii impiorum, & salutis justorum; sed etiam eas, quę diluvium præcesserūt, ex quibus, cum homines quā diutissime viverent, multam experiętiā de improborum infælici exitu, atque justorum fælicitate, & incolumitate colligere poterant. ait itaque Baldad; Consule annales pristini tēporis, & quę prioris scęculi homines multa experientia testata, & perfecta nobis tradiderunt, repete. Quibus sanę verbis apertę indicat, apud illos viguisse traditiones aliquas ad fidei, & morum doctrinam spectātes, quę semper apud fideles summa veneratione susceptę, & conservatę fuerunt; contra quām nostri temporis heretici nugantur. simili bę namque verbis hujusmodi Traditiones commendantur Deute. 32. Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi; majores tuos, & dicent tibi. & Pf. 77. Quanta mandavit patribus nostris, not a facere ea filiis suis, ut cognoscat generatio altera: filii, qui nascentur, & exurgent, & narrabunt ea filiis suis. Hoc verõ seniorum studium tradendę verę doctrinę junioribus tunc in primis necessariū erat, cum vera doctrina non erat in formam librorum redacta, neq; tam chartę & atramento, quām memorię commēdata. Sed de Traditionibus hęc non plura, de quibus inter alios nunc tandem graviter & ruditę multa præclara tradidit notiter Robertus Bellarminus. eodem pertinet quod sequitur.

Diligenter investiga patrum memoriam. id est, eos, qui nos ætate & scęculo præcesserunt, hos enim solet Scriptura appellare Patres, sicut enim pater filio major est, ita quicumque senior nomen, adeo que vicę parentis obtinet. sic Paul. 1. ad Timote. 5. ait, Seniores ne increpaveris, sed obsecra, ut patrem; juvenes ut fratres: anus ut matres. id eq; nomen senectuti Ioannes tribuit. 1. ca. 2. cum ait. Scribo vobis filioli, scribo vobis patres. scribo vobis adolescentes; scribo vobis infantes; scribo vobis juvenes. Patris nomen pro sen. ibi accipi debere, docet Hierony. sicut & Aug. id P. 177. Coram patribus eorum fecit mirabilia. de Moyse & Aaron, quod seniores essent, & populi res curātes, intelligit. res apud omnes certissima. Quare Telecrus (referente Plutarcho) interrogatus cur apud Spartiatas consuetudo esset, ut tumores asurgerent senioribus? Respondit; Vt in eis, qui nihil attingunt, honorandis magis honorent parentes. & Romani (scriptore Gellio) senes ad Deū propę, & parentum vicem colebāt. Hinc perspicere potest, non esse solidum id discrimen, quod tradit hoc loco D. Tho. ut Generatio pristina, ad antiquiores referatur, & Patrum memoria, ad progenitores. Sicut neque id, quod idem D. Thom. & Cajet. observant, Baldad præcipere, ut Iob consulat scripta relicta à patribus antiquis. de hujusmodi enim scriptis nihil certi cõstare potest: nam antiquissimę illę colūnæ ab Adam, Seth, & eorū nepotibus inscriptę marmorea, & ahenea characteres quodam, & figuras mathematicas pro syderū observatione potius, quām ullam historiam, aut exquisitam de Deo, & ejus providentiã doctrinam habuisse dicuntur. neq; si habuerint, ad eam tunc Scripturam videretur Iob à Baldad mittendus. Nisi fortę tunc aliqua essent sacra volumina apud fideles conservata, qualis ab aliquibus existimatur liber Prophetię Enoch, cujus meminit Iudas Apost. tum etiam illud alterum monumentum, quod Noe in lapide inscripsisse ad eternam diluviū, & totius rei geitę memoriam, scribit Berof. li. 3. antiq. Sed apocrypha omnia. Quare hęc tantum rerum geitarum memoria per manus tradita significatur.

IX. (Hesterni quippe sumus, & ignoramus, quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram.)

4 Patres qui dicuntur in sacro sermone.

1. ad Tim. 5. 1. 1. Ioan. 2. 12

Hiero. in Isa cap. 3 Aug. in Psal. 77. v. 12 Plutarcb. in Lacomicis

Mos juniorū assurgēdi senioribus apud Spartiatas. Romani apud Gellii lib. 2. c. 14. D. Thom. Cajeta cū D. Thom.

Columnę duę inscriptę a nepotibus Adã.

Iuda. 14.

Berof lib 3. antiq.

Quid

1 Quid dies hesterni, quid heri & nudius tertius significent in sacris. 2. Particula, Et, aliquando causalis. Scire ad sensum & experimentum. 3. Vita brevis, & rerum inconstantia difficulta.

Et cognoscendi afferunt. Quid in vita cum umbra similitudine considerandum. Cor intelligentiæ sedes. Quid os sapientum esse in corde. Quid proferra de corde eloquia.

I Hesterni. Non est (inquit) nostrę tantū memorię fidendum, quorum est vita brevissima, atque experiętia aut tenuis, aut non valdę repetita, & cõfirmata. Dies hesternus, tempus præteritum proximū, paritęque brevissimum significat, sicut David dixit ad Ethai. 2. Reg. 1. 5. Heri (nuper) venisti, & hodie compelleris nobiscum egrediri. & 4. Reg. 9. Si non pro sanguine Naboth, & pro sanguine filiorum ejus, quem vidi heri (nuper) effusum, ait Dominus & c. Solet etiam cõjungere Scriptura Heri, & nudius tertius, & tunc continuationem quandam ad aliquos dies proximę præteritos significat, Et, propterea, ideo. Ezechiel. 23. In via fororis tuę ambulasti, & (propterea) dabo calicem ejus in manu tuã. Propterea (inquit) oportet nos multa ignorare, atque valde tenuem experiętiã collegisse. proprię, Non scimus: quę scientia experimētalis est & per sensus collecta ex singularibus; nã (Iadagh) quãm vis sit mentis & intellectus sed frequenter est sensus, & experiętiã.

2 Exech. 23. 21 Particula, Et, aliquando causalis. Ignorare, aut scire ad sensum, & experimentum.

3 Quoniam sicut umbra. Plerique referunt ad futurum; Ferē nihil est, quod viximus adhuc, quod verõ vitę reliquum est, non alitę dilabatur & evanescet, quãm umbra sic ferē Olympiodorus. Sed commo dius, ut ad præteritam vitam, vel in communi ad vitã brevissimã pertineat; Multa (inquit) nos ignorare oportet, cum hesterni sumus, & non diu vixerimus: tum etiã cum id, quod cumque vitę fuit, adeo leve fuerit, ut de rebus judicandis nullum nobis spatium satis tranquillum concessum fuerit, quo perfectam cognitionem comparare possemus: sicut ait Ecclesiastes. c. 1. Cantab res difficiles, non potest homo eas explicare sermone; non satiatur oculus visu. neque auris auditu impletur. (id est) præter quãm quod res ipsę intellectu & explicatu difficiles sint, nõ possumus illas plenē intueri, aut audire, aut alio sensu perfectē de illis judicare, nam abeunt: citissimē. Hoc illud est, Vita brevis, ars verõ longa.

4 Vita brevis, & rerum inconstantia difficulta.

Eccles. 1. 8 Difficultas rerum cognoscendarū. Hypoc. Aph. 1

experimentum fallax, & c.

Sicut umbra. Cum in hac vitę humanę comparatione cum umbra, quę in sacris libris frequentissima est, multa insint, nõ constat, ex qua nam potissimum re hoc loco petatur similitudo: nam umbra potest indicare id, quod inane est, & nihil habens solidã substantię: aut malę fidam stationem sub umbra, & protectionem fugacem; nam qui sub illa dormiat, proditur statim, atque traditur radiis solis: aut verõ celeritatem incredibilem vesperti nę umbrę, quę præcipitante sole, fugit celerius: aut imminutionem, & decremētum matutinę umbrę, quę ascendente sole, extenuatur. sed, ut uno verbo dicam quidquid in umbra, fugax, labile, breve est; significari à Baldad potuit. Umbra tamen consideratio; non omnino brevis est, diutius namque sub illa quiescēdum nobis erit, cum iterū capite decimo quartito recurrerit.

X. Et ipsi docebunt te: loquentur tibi, & de corde suo profert eloquia.

E Adem (inquit) doceberis ab illis, quę eam audisti. Illud autem, de corde profert, indicat magnam sapientię copiam repositam in mente & corde fenum: nam cor in Scriptura sæpē dicitur cognitionis & intelligentiæ sedes. inde cordatus homo, sapiens, aut eruditus: stultus autem, excors, non habens cor, carens, indigens corde. Hinc Eccl. 21. Tu ore fatuorū, cor illorū; & in corde sapientū os illorū. videlicet os recõditum, & conjunctum cum intelligentiã habet alter; alterius verõ cor non minus patet, quãm ipsum os; tum etiã cujus cor in ore est, non profert de corde verba, nihil arcanum, nihil reconditum, nihil homine sapiente dignum loquitur: at qui de corde profert eloquia, ea loquitur, quę in cordis penetralibus, tanquam in thesauro abscondito reposita erant; & quę prius concipiuntur, & attenta meditatione intus formantur, quãm edantur in lucem. Tandem illud; non esse loquēdum, quid quid in buccã venerit, nisi ex corde proveniat; sapientięque jussu & præscripto, solent enim irracionales alii animi motus multa quoque loquēda suppeditare. diximus de hoc aliquando plura.

4

Vita celerior & vanior umbra.

5

Cor sedes intelligentię.

Eccle. 21. 29

Quid sit habere os in corde, aut cor in ore.

Quid profert de corde eloquia.

Vide. c. 3. v. 1 & 2.

Ec 4 Verf. XI.

Matth. 27. 29. Marc. 15. 16. Ioan. 19. 2.

Christi Iesu coroua spinca qualis.

Alex. lib. 1. cap. 28.

Phil. lib. in Flacomm.

Ioan. 19. 3.

3 Plinius.

Humana felicitas flos absque fructu.

Eccles. 40. 16.

tiisse, & accepisse ad quoa reipexisse potuerunt milites illudetes Christo Astertori, atque plectentes coronam, non roseam, non lauream, neque herbaceam, sed spineam id est, junceam, aut Papyraceam; quod diuinitati illius non floribus junci, aut papyri, sed acutissimis cuspidibus, spinisq; juncorum per ludibrium supplicare viderentur. Et quidem ferunt etiam (scribete Alexandro) milites in exercitu Pharnacis, tumultuaria coacta manu latiore illi scirpum, dum ipsum in regem assumunt, pro diademate dedisse. Atque simile iocum factum esse infano cuidam Carabae ab Alexandrinis in odium & ludibrium Agrippae Regis, scribit Philo contra Flacum his verbis; Miserum hunc in superiori quodam loco statuunt, ut spectari posset ab omnibus, moxque capiti diadema imponunt papyraceum, pro paludamento corpori stoream induunt, pro sceptro frustrum arundinis humi sublatum, quidam ei dedit in manum: sic ornatum Regis insignis, & in Regem transformatum, more Historionico adolescentem perticas in hameris gestantes stipabant pro satellitio; tum alii salutatum accedebant; alii sibi reddi iura petebant: alii consulebant eum de republica. simillimum profecto etiam illud cum ad Christum Iesum purpura per ludibrium indurum milites (ut Ioannes ait) Veniebant & dicebant; Ave Rex Iudaorum. accedebant enim quasi salutantes, & iura responsaq; petentes. Igitur, ut ad papyraceos flores, ex quibus Deorum, aut Regum coronae texebantur, redeamus, certe cum hoc loco Baldad meminit floris juncei, aut papyracei, omnem humanam vitam splendorem, honorem, dignitatem, gloriam significasse visus est, videlicet insignia, regalia, & honores illos, qui prope ad divinos accedunt.

Ante omnes herbas arefcit. Recte congruunt quae ex Plinio adduximus, nullum esse fructum junci aut papyri, praeter flores, & sicut ante alias herbas, florere, virerq; videtur, ita etiam ante alias herbas aut depascitur a bobus, & aliis bestiis; aut cum aruerit ante alias, ad pabulum praebendum colligitur, & avellitur a bubulcis. quod ad hanc quoque felicitatem impiorum explicandam Ecclesiasticus adduxit, forte ex hac Baldadi sententia depromptum cap. 40. Super omnem aquam viriditas (viride gramen, juncus) & ad oram fluminis (ibi enim nascitur in locis palustribus) ante omne fenum evellitur (ut pote quod citius

quam aliae herbae, arefcit, & opportunum pabulum praebet. huic autem, misericordia & beneficentiam iustorum opponit) gratia sicut paradysus in benedictionibus, & misericordia in saeculum permanet. ubi elegans est antithesis inter oram fluminis aut loca palustria, & paradysum: illa enim aut juncis, aut caricibus plena sunt; haec vero pulcherrimis ac fructiferis arboribus; juncorum, & caricum fructus nullus; at paradisi, & arborum benedictiones; id est, fructus, & provetus uberrimus: carices & junci cito exarescunt, at fructus bonorum operum permanet in saeculum saeculi. sed suam similitudinem persequitur Baldad in sequentibus.

XIII. Sic via omnium, qui obliviscuntur Deum: & spes Hypocritae peribit.

1. Huius comparationis conficienda ratio optima: Perire quid. Quid perire impiorum viam. Iustus arbor perpetuo virens. 2. Via in sacro Sermonem quid, an singulariter vel pluraliter via sint idem. 3. Recordari, & oblivisci ad amorem, vel ad contemptum referri. Oblivisci dicuntur impii potentiores explicat Jeremias, Hosea, Paulus. 4. Hypocrita quid, & unde dicatur, omnes impii Hypocritas praesertim iudices & principes. Inconstantia rerum humanarum Hypocritis.

VT constet vis similitudinis, ab extremo verbo incipiendum. Peribit, destruetur, auferetur, perdetur. est vero apud plerosque hic sensus; Opera & consilia impiorum, quia divina gratia, & ut ait Augusti. divina misericordia destituta sunt; oportet tandem tanquam sine humore arefcere, convelli, & extirpari radicis, atque perire. Paulus aliter Olymp. conficit similitudinem; Quemadmodum (inquit) feni non potest, ut scirpus, carectur, aut adolescat, aut demetatur, nisi humorem ante combiberit; quin etiam omnis herba nisi irrigata fuerit, exarescit: sic & rerum florens status sine pietatis studio permanere non potest. Sed cum hic sensus verissimus sit; existimo tamen aliter comparationem hanc conficiendam; Sicut juncus, carix, gramen, nullum ferunt fructum, sed dum illis suppetit humoris copia, virerit; in virere autem diutius consistere non possunt, nam tota illa herbecens viriditas abit in nihilum, & subito sine fructu exarescit: sic sane via, vitaeque

impiorum,

Beneficentia & misericordia iustorum.

Antithesis.

I

תנ

Perire quid.

August.

Opera impiorum divina gratia humore destituta arefcunt. Olymp.

Optima conficienda huius similitudinis ratio.

LXX. Impiorum novissima arefcunt. Psalm. 1. 6. Ut via iustorum pereat. Isai. 38. 10.

Verf. 3. Iustus arbor perpetuo virens.

Isai. 57. 10. Psalm. 91. 13.

Eccles. 24. 17. Isai. 65. 22.

2 Via vivendi ratio, & consuetudo.

תנ

Via unde dicta. Heb. 13. 1.

Via, cum pluraliter dicuntur, quid. Vid. Frac. Riberi Hofek. 4. num. 19.

Psalm. 18. 6.

Iob. 40. 14.

Proverb. 8. 22.

impiorum post brevem aliquam felicitatem sine optato frustrata, misero exitu concluditur. Quare potissimum intendit Baldad humanam felicitatis sine cum extrema illa ariditate comparare. Quod clarius Septuag. expresserunt; Sic erunt novissima omnium, qui obliviscuntur Deum. Quare, via perire, est vitam miserabiliter finire: sicut & Psalm. 1. dicitur: Novit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit. nisi forte brevitas quaedam humanae felicitatis significetur, ita ut Viam & spem perire, sit, subito in eas angustias redigi, ut homo progredi non possit, & revocetur de via in medio annorum. proptereaque in eodem Psalmo, comparatur iustus cum arbore, quae plantata est secus de cursus aquarum, quae fructum suum dabit in tempore suo; & solum eius non defluet, & omnia quaecumque faciet, prosperabuntur. id est, arbori, quae nunquam exarescit, sed perpetuo viret, tam vere, quam hyeme, cuiusmodi palma est, vel oliva, vel laurus. Psalm. 51. Sicut oliva fructifera in domo Dei, & Psal. 91. Sicut palma, & Quasi Cedrus. haec omnes arbores, diutissime vivunt; atque in proverbio sacro est: Secundum dies ligni, erunt dies populi mei. nos dicimus: Vivina por penas, illi dicunt, Vivina por arboles. nunc non nihil de vocibus singularis.

Sic via. Via in sacro Sermo, est vivendi ratio, institutum, consuetudo, in qua quis versatur, & quam continuo calcat, & terit iteratis studiorum, & aetuum gressibus, nos non tam consuetudinem, quam studia & conatus alicujus, gressuum, & ambulandi nominibus explicare solemus. in que passus andais. in Hebraeo autem potius a consuetudine, (via) dicitur, videlicet, a calcando & terendo, quasi trita & calcata. & recte via, vita dicitur, namque vivendo, aliud tendimus: Non enim habemus hic manentem civitatem. id est, in qua manere, & quiescere possumus, sed futuras quietas sedes inquirimus. Quod vero quidam obfervant, cum dicitur via in singulari, significare, vitae rationem, & institutum, cum vero in plurali via, significare opera, & singulares actiones, non est valde constans firmumque discrimen in Scriptura; cum Psalm. 18. dicatur: Exultavit ut gigas ad currendam viam. id est, ad peragenda opera sibi demadata. & sicut Iob 40. dicitur: Ipse est principium viarum. id est, operum Dei; eadem ratione Proverb. 8. dicitur: In initio

viarum) narum. Hebraice, Via sua. tum etiam, sicut pluraliter dicitur Psalm. 24. Universe viae Domini (opera) misericordia, & veritas; ita Psalm. 76. singulariter dicitur; Deus in sancto (id est in tabernaculo, vel in arca, ubi instrumenta illa, vel signa divinorum operum, Virga, Mana, Legis tabulae) via tua. id est, opera, & operum atque agendi ratio; nam subditur: Tu es Deus, qui facis mirabilia. ergo, tam via, quam viae, vita, vitae institutum, actiones, operaque omnia complectuntur.

Qui obliviscuntur Deum. id est, qui divina legem non curant, non faciunt, negligunt. sicut enim dicitur: Deus misericordia recordari. Abacu. 3. cum illa exhibet homini; cum vero illa iuste denegat, dicitur: Oblivisci misereri Deum. Psalm. 76. sic etiam homo dicitur Dei oblivisci, cum illum contemnit; atque recordari, cum debitum illius legi & praecipis obsequium impendit. quare illud neglectum quendam adfert; Omnes amatores tui, obliti sunt tui, teque non quaerunt. Ierem. 30. sicut e contra, sollicitudinem, & amorem; Numquid obliviscitur virgo ornamentis suis. Ierem. 2. & Isai. 49. Numquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non miseretur filio uteri sui? Sed quidem hoc peculiari cognomine, obliviscuntur Deum, videtur Baldad potentiores quosdam impios, iudices, magistratus, principes superbissimos notare, qui cum potentia & dominatione insolescant, nullum numerum, superioremve dominationem agnoscere videntur, quod est, Dei omnium iudicis oblivisci. sicut ille qui dicebat: Ego feci memetipsum. De huiusmodi magistratibus, dicitur Danielis. 13. Everterunt sensum suum, & declinaverunt oculos suos, ne viderent cælum nec recordarentur iudiciorum iustorum. atque cum ad eosdem iudices atque principes scribatur Psalm. 49. qui incipit: Stetit Deus in synagoga Deorum. tandem subiungitur; Intelligite haec, qui obliviscimini Deum. Ergo haec Dei oblitio est illa Dei ignorantia, de qua Hofe. 4. Non est scientia Dei in terra. quae non est levis ignorantia, sed gravissima, crassissima, & quam vocant, affectata, cum homo nescit, atq; scire respuit, & ita obliviscit, ut recordari renuat. quare in eodem vate subiungitur commeritum huius oblivionis supplicium: Conticuit populus meus, eo quod non habuerit scientiam. quia tu scientiam repulisti, repellat te: & oblita es legis Dei tui, obliviscat filiorum tuorum & ego. hi er-

go sunt,

Psalm. 24. 11.

Psalm. 76. 14.

3 Recordari aut oblivisci ad quid referantur. Habac. 3. Psalm. 76. 10.

Oblivio affert contemptum Iere. 30. 14.

Ierem. 2. 32.

Isai. 49. 15.

Obliviosum cognomen potentiorum.

Ezech. 29. 3.

Daniel. 13. 9.

Psalm. 49. 5.

Hof. 4. 1.

* No hizierō calo de acordarse de Dios ni de tener noticia de el. Rom. 1. 28.

Δοκίμαζω
Εχω
Luc. 16. 25.

4

קנף

Hypocrita unde dicatur in Hebræo.

Omnis peccator hypocrita

Principes impii hypocritæ.

Humanarum rerum inconstantia hypocritis quædã.

go sunt, de quibus Pauli Rom. 1. Non* praverunt (nulla signa, neq; argumeta præbuerunt suæ agnitionis divinarum rerum. vel; non æstimaverunt, nullo pretio habuerunt Deum cognovisse, ita divinam cognitionem oblivioni tradiderunt. ut ex proprietate verbi Græci colligitur. Tum etiam illud habere etiam ex Græco, est possidere, tenere. quod ad id, quod memoria tenetur, & accipitur etiam referri potest) Deū habere in notitia. Propterea diviti illi nimidum divini iudicii, atque providentiæ contemptori, atque oblivioso, dictum est, Recordare. videlicet, Agnosce nunc tandem divinam providentiam, quæ manus atque vitæ conditionem commutare hominibus solet. Hi ergo obliviosi sanè liberè, securè, impudenter etiã peccant; nam hæc omnia affert oblivio.

Et spes. Id, in quo spes suas collocat, unde libi lucri & commodi percipiendi uberes fructus, & ingêtes proventus pollicebatur. Hypocrita (Chaneph) qui externa facie internam sanctitatem mētitur, propriè, qui alieno colore infectus est, propterea que tanquam maculatus & pollutus, habetur. quare vox originalis nō solum hypocritam significat, sed etiam pollutum & contaminatum; color enim, in quo natus non est, atque ex interna humorum & qualitatu cōtemperatione ortus non fuerit, quāvis color optimus sit, macula tamen videtur esse: non aliter in eo, qui internam sanctitatem non habeat, macula esse videtur, fucata illa sanctitatis species. tum etiam omnis peccator, hypocritæ appellationem meretur, cum sua celet cōsilia, tenebras amet, quod malum est, abscondat, quod boni speciè habere videtur, ostendet, & in lucem, omniumque conspectum proferat. Ergo Baldad Iobum appellat hypocritam, cujus existimabat tantum externam pietatis, & sanctitati faciem ementiam. Vel, impios reges, & principes hypocritas appellat, quod cum regia dignitate & munere, iustitiam, misericordiam, defensionē, subventionemque pauperum, atque omnium miserorum patrocinium polliceri videatur, re ipsa, & opere nihil ejusmodi præstant. Potest etiam inconstantia felicitatis humanæ dici quædam hypocritis; nã cum homo florens opibus, familia, domesticis, viribus, integris, amicorum satellitio, firmitatem quandam, atque sta-

bilitem fortunæ habere videatur, sed subito convelluntur, & evanescent omnia. Propterea cum spes hypocrita, id est divitum atque potentum, peritura dicatur, id est, flores tantum inanes, atque inutiles, fructum verò nullum prolatura, rectè comparabitur non solum Scirpo, sed etiã, ficulnea illi, quæ nullo fructu, sed foliorum tantum specie, atque viriditate se commendabat, atque semel & iterum coloni fructum requirentis, spem fecellerat. Propterea Iacobus ait, nihil esse diviti, de quo gloriari possit, quàm in humilitate sua, quoniam sicut flos seni transibit, exortus est enim Sol cum ardore, & arefecit fenū, & flos ejus decidit, & decor vultus ejus deperit, ita & dives in itineribus suis marcescet. Nō aliter Paulus perituram hanc spem abiciendam statim præcipit. 1. ad Timoth. 6. Divitibus hujus sæculi præcipe, non altum sapere, nec sperare in incerto divitiarum suarum? Quoniam spes hypocritæ peribit.

XIII. Non enim placebit ei vecordia sua, & sicut tela aranearū fiducia eius.

1. Extenuatio. Displicere ex Hebr. verbum acruis.
2. Vecordia pro stultitia, & quem stultitia gradu denotet. explicatus Salomon.
3. Divines inconstantes & stulti. Illustratus David.
4. Tela, domus araneæ. subtilitas, & prudentia carnis. Fiducia qua hoc loco Araneæ opus subtile, sed inutile.
5. Ruinosa domus descriptio. Quid fulcire ex Hebræo, quid Capere.

E I, quidam referunt ad Deum, sed melius, ad ipsum impium, & hypocritam, est enim idem sensus qui Ezechielis. 6. Displcebunt sibi met (supple improbis) quæ fecerunt, in universis abominationibus suis. & iterum cap. 36. Displcebunt vobis iniquitates vestra, & scelera vestra. cum autem ait: Non placebit, extenuatio est, id est, vehementer displicebit. est autè extenuatio cum minus dicimus, quàm significamus, contraria Hyperboli, cujus exempla aliquando protulimus. Hæc autem displicitia, cum fastidio quodam & tabescentia conjuncta est, eadem enim vox infra cap. 10. vertitur, tadere, & Psalm. 118. tabescere. alii vehementiorem significationem tribuunt, videlicet abominari, aut, præ tedio & animi

Matth. 21. 19.

Luc. 13. 7.

Iacob. 1. 9.

1. ad Thim. 6. 17.

Ezech. 6. 9.

Ezech. 36. 13.

Extenuatio

Infra e. 10. 1.

שקן

Psalm. 118. 139

languore,

Displicere velle in Hebræo verbū. R. Mardochei.

2

בבב

Quid stultitia hoc loco, & quis stultitiæ gradus.

Eccles. 27. 12.
Prov. 14. 8.

Prov. 9. 13.

3

Quæ sit divitum stultitiæ, & inconstantia

Sap. 4. 5.
Psalm. 48.
Ver. 13. & 21.

Hieronym.

* Dan de ojos en mill necesidades, y de fones mucho alabarle.

4

languore dissecari. R. Mardochei, contedere, rixari, jurgari. ergo dissecabit impius præ animi dolore, & præ vecordia sua, te-debit illum suæ vitæ, secum ipse litigabit, rixabitur; quæ omnia ad mentis commotionem, & animi cruciatum & dolorem pertinent.

Vecordia sua. Spes vertitur ferè ab omnibus Hebraizantibus, sed rectè à nostro interprete, Vecordia, stultitia. nam (Cagal) insanire est, assertque quendam stultitiæ gradum, quæ cum mutatione quadam, & inconstantia non solum cupiditatum atque desideriorum, sed etiam ipsius fortunæ & conditionis conjuncta est. Quare hujus rei atque vocis significatio exprimitur ex illo Ecclesiastici. 27. Stultus ut Luna mutatur. & Proverb. 14. ad eandem significationem vocis illusione facta, dicitur: Imprudentia stultorum errans. ut potè quæ præcèps & inconstanter feratur de vitio in vitium. quare etiam cum Prov. 9. Mulier stulta & clamosa describitur, explicatur quidem, in quo illa stultitia consistat, videlicet in muliebri quadam & meretricia inconstantia. cap. 7. Garrula, vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. Cum verò ad divites hæc inconstantia transfertur, videtur notari instabilitas, atque in constantia fortunæ & divitiarum, quæ facile amittuntur & pereunt. tum etiam Vecordia quædã & stultitia diviti, aut potius stulta quædam confidentia, qua infirmæ felicitati, & labili fortunæ nimidum fidit, à qua cū ceciderunt, tunc tandem se vecordes & insensatos, serò licet, agnoscunt. eosdemq; videtur notasse David Psalm. 4. cum enim stolidos quosdam divites illis verbis perstrinxisset: Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis. subjungit statim: Hæc via illorū scandalū ipsis (Hieron. Hæc via insipientia eorum. id est, lua ipsa vecordia, & insipientia, stultaque securitas est illis velut scandalum, quia in illud miserabiliter offendunt, & impingunt) * & postea in ore suo complacuerunt. id est, cum hoc ita futurum esset, tamen illi sibi ipsi placentes, verbis sibi blandiebantur, atque gratulabantur de tanta felicitate, quæ ad finem minime illis placitura est.

Et sicut tela aranearum fiducia eius. id est, nituntur rei omnino fragili, & quæ nul-

lo negotio rumpitur: quod verò interpres dixit, telam aranea in fonte est, domus nam in sua tela veluti suæ domi continetur, asservatur, tegitur. quæ quantum vis magno suorum viscerum impendio extructa sit, non est sanè minus inutilis, aut imbecilla, quàm curiosa & subtilis. si enim hujusmodi hujus sæculi sapientiam, prudentiam, artes, consilia confideres, mirabilem invenies subtilitatem, atque inveniendi & excogitandi exquisitã quandam solertemque tenuitatem. quod id videtur spectare Psalm. 89. Anni nostri sicut aranea meditabuntur. vel ex Septuag. Vaticanis, Meditati sunt. ita ut meditatio tribuatur annis in hunc sensum; Dum vivim⁹ semper meditatur, & machinamur fraudes, retia laqueos, sicut aranea subtilia teximus, sed inutilia. Sapientiores enim sunt filii lucis in generatione sua. sed, vel ex ipso fine imbecillitatem; inutilitatē, falsitatem sine firmamēto & viribus agnosces, Septuag. Fiduciam videntur sumpsisse, pro locuplete, & oppulento divitis tabernaculo, cui ille nititur, quod neq; majorem constantiam aut firmitatem habeat, quàm domus araneæ. sic illi legunt; Aranea evadet ejus tabernaculum. & S. Augustinus: Araneis implebitur tabernaculum ejus. id est, ipso mortuo manebit domus inhabitabilis.

XV. Innitetur super domum suam, & non stabit: fulciet eam, & non consurget.

FORTE perstat adhuc in illa araneæ similitudine. nam animalculum illud valde imbecillum, & malitosum, atque meditandum potius, quàm prudens, & sibi sapiens, domicilium ædificat, in quo se tutum existimat, sed non stabit, neq; consistet diutius, nam nullis firmis parietibus, aut munimentis constat. & quamtūvis se evisceret homo, ut fulciat suam domum, nihil proficiet. Eleganter verò describit ruinofam domum, ædificatam sine ullo firmo fundamento, quæ nec pondus aliud sustinere potest, nec multis fulcris adhibitis sustineri, & consistere ipsa possit: quo significatur nimidum sollicita cura impii divitis fulciendæ, stabiliendæ, cōfirmandæ domus, amplificandi facultates,

Tela domus araneæ.

בית

Psalm. 89. 11.

Luc. 16. 8.

Prudētia carnis.

LXX.

August.

5

familiamq;

Math. 7. 16. familiamque universam, sed domus super arenam edificata stare non poterit; nec poterit impius se, aut suos, suasve rationes in tuto collocare, ruente domo comprimetur, & penitus corruet. Septuag. Si suffulcietur domum suam; non stabit, & cum caperit, non permanebit. Capiendi verbum respondet etiam originali voci; nam (Chazak) non solum fulcire, & confortare, aut roborare est, sed etiam fortiter apprehendere, & retinere, & vi capere. quare licet possit lectio Septuag. referri ad ipsum, qui apprehendere, & capere conetur suam domum, id est, continere & suffulcire illam. tu etiam inniti illi, sicut cum parietem, aut aliquid aliud apprehedimus, cui nitamur; sed tamen Olymp. ad Deum refert, divinitamque ultionem, a qua cum comprehensus, captusque fuerit impius, non confistet. expugnabit inimicum; Deus illius domum, in qua se tutum esse, munitu existimabat. Vid. quae diximus. cap. 5. Vers. 13.

XVI. Humectus videtur, antequam veniat sol, & in ortu suo germen eius egredietur. XVII. Super acervum petrarum radices eius densabuntur, & inter lapides commorabitur. XVIII. Si absorberit eum de loco suo, negabit eum, & dicet: Non novi te. XIX. Hac est enim latitiae via eius, ut rursus de terra alii germinetur.

1. Prima Hebraizantium expositio. Iusti cum arbore nunquam arescente comparatio. Nexus & sententia vers. 16. 2. Hebraizantium dissensio. Iuncus herba hortensis. 3. Nexus & sententia vers. 17. Iustus in adversis latitius crescit. Acervus quid proprie, & quomodo aliis vertatur a Vulgato. 4. Versiculi 18. nexus & sententia. Devorare quid Conjectura probabilis hic fieri de vite mentionem, cum qua iustus comparatur.

Prima ex Hebraeo harum sententiarum interpretatio.

Nexus.

Vers. XVI.

LOCUS planus difficilis, & obscurus. sed in tanta obscuritate opere praetium fuerit, quoad fieri possit, brevissimè & simplicissimè unum, aut alterum vero similem sensum, atque omnium harum sententiarum nexum convenientem proponere. Primum itaque Hebraei, atque Hebraizantes, Vatab. Isidor. Clarus, Hebraeus apud Cajetan. post adductam raricis, & junci similitudinem ad impiorum momentaneam felicitatem explicandam existimant nunc aliam opponi, de diuturna, atque immortalis felicitate piorum. Cum (inquit) velit inusulis scirp. sit improbus; justus è contra est velut arbor, Quae secus decursum aquarum placata est, & humecta videtur, estque re ipsa, antequam Sol aestivo tempore accedat, & illi imminet: tum etià postquam Sol aestivus in illam incubuerit, nihil timet venientem aestum: nam non solum, non flavescit, neque exarescit, sed tunc viret potissimum novaq; germina, & stiones profert. Non enim est sylvestris planta, aut herba palustris, sed arbor hortensis. Non enim ortu, sed hortum legunt, Pagn. & Regia. In horto suo ramus ejus tener egredietur. Vatab. supra hortum rami ejus extendit se. Tygur. Pro pago tenera prodibit in horto. Hebraeus apud Cajetanu; In horto suo ramus ejus egredietur. nam vox originalis (Gan) hortum, aut paradisum significat, neq; alia ratione redditur a Vulgato, praeterquam hoc loco.

Sed in hac quoq; interpretatione non nihil est discriminis. nam Cajetanus existimat, comparatum esse impium juncu, absque humore, & sine aqua in loco non limoso: at justum nunc comparari cum juncu in loco hortensu, & limoso, in quo crescit, & germinat. ait enim Iuncu in quibusdam regionibus esse herbam hortensem, neque solum frondes & flores, sed etiam fructus ferre, multasque illius utilitates a medicis tradi. At Vatab. & Tygurina existimant nunc comparari justu cum arbore naturali humore praedita,

1. Nexus & sententia. 7. 19. Latitiae de plantarum & agrorum ubertate & viriditate dicitur. 6. Proponitur Graecorum interpretatio harum sententiarum; de impiorum interitu, praecipue vers. 16. Humectus in Hebraeo quid Notata versio regia. illustratus Vulgatus. 7. Nexus & sententia vers. 17. Papyri radices densae & dura. Cur impii inter petras commorari dicantur. 8. Vers. 18 & 19. nexus. Deo quasi per ludibrium irridens impius.

dita, quae in asperis locis, etiam vigente Sole, viget, atque haec continentur Versiculo 16.

Vers. XVII.

3. Iustus in adversis. Hebraizantes.

4. Acervus quibus aliis vocibus reddatur a Vulgato. Scholia Graeca.

5. Iusti cum arbore comparatio.

6. Pagnin. Regia. Vatab. Tygurina. Cajet.

Vers. XVIII.

4. Versiculi vero 18. haec sententia consequens; Cum vero accedit agricola, ut absorbeat, id est, ut evellat eam arborem è loco suo, penitusque eradicet, Negabit eum; supple evellentem; id est, non obediet evellenti, quod altis firmisque radicibus inhaereat solo, id est, non poterit evelli. Alii ad locum referunt priorum; Quamvis ea arbor firmis radicibus constet, tamen si convulsa fuerit ex suo loco, non cognoscet amplius locum suum, non redibit amplius ad vitam, neque ad pristinam felicitatem atque virorem. Ita Cajet. sed melius cum Vatab. si ita stirpitus convulsa fuerit, ut ne quidem fibra remaneat, ita ut arbor negare possit se

* A quien se llegare a arracarla le dira de no. Psalm 102. 16. Cajet. Vatab.

unquam eo loco fuisse plantatam, ut quae nullum reliquerit sui vestigiū, profecto latabitur adhuc, &c. sententia perficitur sequenti Versiculo.

Verbum devoradi (Balagb) significat etiam quacunque ratione destruere, aut dissipare. quare alii non ad convolutionem referunt, sed ad ramorum amputationem, ita ut penè videatur amputatis ramis, & detonsis frondibus excisa & destructa. Ego si divinandi mihi copia daretur, dicerem hunc locum in vitem maximè convenire, quae videtur de loco suo absorberi, cum no dola, aut iners vitis ita per brachia conponitur, ut circa illam fodiat; atque penitus immergatur, & obruatur in terra de fossa; deinde verò illius palmites, non dū rescisi, quasi denudati circa illam relinquuntur. nos dicimus (echar de cabeza) contentitque verbu originale devoradi, quod proprie est, praecipitare, id est, in stomachum, aut foveam, aut locu interitus aliquid dejicere. Tunc igitur vitis absorbetur de loco suo, & negabit eum, & dicet: non novi te. sed renovatur, nam rursus de terra alii germinatur. ut dicitur Versiculo sequenti. non aliter vir justus, quamvis absorbtus videatur, atq; devoratus a terra, excisus, mortuus, sed non extinguitur; imò potius opprimente calamitate, & urgentibus aerumnis, renovatur, & crescit, & semel praecipitatus mille aliis viis exurgit, & pululat.

Vers. XIX.

I AM cum praecedentibus valde coherent Versiculus. 19. na ejusmodi arbor, aut planta, ex suo loco in alium commodiore translata, aut in illo suo nativo loco, defossa, absorpta, & praecipitata, aut detonsa & amputata, suoq; honore spoliata, latatur; novosque ramos, atque germina profert; hac est enim latitiae via ejus. non aliter justus afflictus, praecipitatur, filiis, facultatibus, & bonis reliquis detonsis & amputatis, rursus, nova profert germina; atque ed latior est, quo ex praesentis damno latitiorem, uberioremque viriditatem eliciendam sperat. Tygurina: Gaudebit se ad eum modum tractari.

Duris ut illex tonsa bipennibus Nigra feraci frondis in Algido. Per damna, per cedes, ab ipso, Ducit opes, animumque ferro. Plantae aut arboris latitia, ad viriditatem

Devorare quid.

בלג

Hic fieri de vite mentionem.

Iusti instat vitis praecipitata rursus viret.

5

Horat. lib. 4. carmi. Od. 4.

tem

tem herbescentem, & ramorum, atque germinum productionem. hinc dicuntur ager, herba, vitis, fruges, prata lata. atque inde Georgico initium sumpsit Latinus Poeta.

Quid faciat latas segetes, , , , Et rursus.

Iam lato turgent in palmitē gemma. Vnde est illud Cic. de Senect. scribentis, Segetibus, & pratis, & vineis, & arbutis res rustica lata sunt. Ergo argute ab interprete dictum est, Hec est latitia ejus, ut germinet, &c. Letitiam quoque ad fructuum ubertatem, & copiam pertinere ipsi rei rusticæ magistri auctores sunt, sic enim loquuntur, latius frondere, aut, latius fructificare. quare dum Amphitrio Theseū rogat, qualis nam sit tristissima illa inferorum regio,

Est ne aliqua tellus Cereris, aut Bachi ferax? Respondet Theseus. Non prata viridi lata facie germinant. Nec adulta levi fluctuat Zephyro seges. Nec ulla ramos sylvæ pomiferos habet.

Secunda Græcorum expositio.

Verf. XVI.

SECUNDA hunc locum interpretandi ratio & via est Græcorum, ferèque Latinorum omnium, Gregorii, Divi Thomæ, Philippi, Bedæ, ut ad impiorum supplicium & interitum hæc quoque pertineant; atque sic videtur sententia conficienda; ut postquam parumper discesserat ab illa scirpi comparatione, nunc ad eandem redeat iterum, atque fusè explicet rem totam, atque naturam junci, & caricis. est enim Humectus, humidus. Alii, viridis, virescens. Regia dixit tener. sed nemine illi favente, neque quoquam ejusmodi significatione vocis originalis agnoscente, nam tantum ab humore, & irrigatione, aut virore dicitur. Antequam veniat Sol. in Hebræo propriè, Ante solem. quod alii accipiunt; Ante faciem solis, id est, postquam Sol exortus est. atque ita Divus Augustinus, qui habet, ante solem; interpretatur, sub sole, consentientibus etiam Septuag. qui legunt; Humidus est sub caelo. sed noster interpret, illud, ante, ad tempus retulit. atque eleganter illuminavit dicēs: Ante quam veniat Sol. Et in ortu suo, eleganter

etiam vocem originalem, quæ hortū significat, ortum dixit, ne videretur aliquid boni, quale hortus est, & paradysus, junco tribuere, qui potius in cænoso & palustri loco nascitur; quare ortum dixit, id est, nativum locum, in quò provenire solet, quicumque tandem ille sit. quare etiā Septuag. dicunt: Deputredine ejus germen ejus ascendet.

Verf. XVII.

DEINDE Versiculus 17. Saviente sole, & ingruente æstate arefcit; & indurantur ejus radices super lapides. id est, plusquam lapides; vel, non secus, quam lapides. cum quo facit, quod ex Plin. supra de papyro adduximus, radicibus papyrum esse tam crassis, tamque duris, ut ipsis pro ligno utatur, neque ignis tantum gratia, sed ad alia utensilia vasorum. atque huc adscribenda duxi verba Theophrasti, quæ ex lib. 4. de historia plantarum descripsit Plinius, quibus describitur illa radicem densatio, & intricatio: Nascitur (inquit) Papyrus non in altitudine gurgitum, sed prope intra duo cubita, nonnunquam etiam minus: crassitudine radicis, qua vola viri robusti; super terram ipsam radices obliquas, tenues, densasque in limum demittens, radicibus pro ligno utuntur, non tantum ad tuendum, sed ad utensilia quoque varia faciendā, quippe lignum multum, probumque præstant. Hæc ex versione Guilandini in sua papyro. Vel, quòd novam etiam similitudinem interferat ductam ab iis plantis, quæ in locis petrosis nascuntur: cum enim primum lætæ creverint; sed natæ continuo arent, quia non habent humorem. & quamvis se se radices inter petras insinuant, & implicet, sed nihil succi aut humoris attrahere possunt. Sic videtur Olympiod. intelligere. atque addit rectè lapidum; atque perrarum, cum Septua. Saxorum, & silicam mentione fieri, quòd impii conquefcunt in improba & scelerata vita, in qua nihil est æquabile, nihil non asperum, nihil non ad offendendum paratum.

Illud quoque argute Didymus observat, virtutem esse similem domui, & artificiosæ lapidum structuræ, in qua inhabitet justus; nam propter spiritus communionem, & omnium virtutum, sancto rûq; coherentium coagmentationem, super ædificatur supra fundamentum Apostolorum

Virg. lib. 1. Georg.

Cicero de Senectute.

Colum. lib. 5. cap. 6. Plin. lib. 16. cap. 31.

Senec. in Her. Furent. Act. 3.

Regia. 307

August.

LXX.

Illustratus Vulgatus.

LXX.

7

Papyradices durissimæ.

Theophrast. de plant.

Guilla. de papyro. Mem. 7.

Luc. 8. 6.

Olymp.

LXX. Impii cur dicantur quietere in locis petrosis. Didymus.

Ephes. 2. 10.

& Pro-

& Prophetarum. At vitium simillimum est, acervo lapidum, in quo nihil copulatum, nihil certo ordine designatum est. Sic impius, qui in vitii domicilio versatur, dissolutus quidem est.

Verf. XVIII. & XIX.

8

Facile jam cohæret versiculus. 18. nã exarefcit perurente sole, ita ut in eo loco, nunquam fuisse appareat, neque sui memoriam ullam relinquat. Sequitur deinde: 19. Hæc est lætitia viæ ejus, intellige, solis cursum, & viam, & lætitiā, quasi jocundam quendam & ludum, ut illius calore, quædam arefcant, quædam alia germinent, vel, hæc est, terræ lætitia, & festiva quidam ludus, ut nunc herbas quasdam atque plantas sustentet: & nutriat; nunc quibusdam alimentum & humorem denegat, ut exarefcant, & extinguatur. ita dum generatio præterit, & generatio advenit, terra in æternum stat. sic sol, sic terra, sic aqua, sic creata omnia impiis per ludibriū quoddam imponunt. tunc etiam brevem illam, & caducam impiorum felicitatem divinæ justitiæ ardor exurit, nihil ex illorum interitu triste aut molestum accipiente divina justitia; imò potius hæc est viæ ejus, atque divinæ providentiæ lætitiā quædam, ut impios è felicitate deturbet, sanctos, & pios evehat & fortunet, & lætabundè atque hilariter quæ habitat in cælis irrideat eos, & Dominus subsannet eos. Philippus. hanc lætitiā ad impium perironiā quædam refert, ac si diceret, Sic in bonis operibus (scilicet) Deoque placentibus ambulavit aut viveret, ut ad æternas perpetuæ miseriæ deveniret. Iam nunc lectori utriusque interpretationis & cohærentiæ optio datur, aut meliorem aliam adducendi.

XX. Deus non prouiciet simplicem, nec porriget manum malignis.

1. Observatur aliquid in lectione Vaticana. 2. Quid porrigere manum. Munera impiorum Deo ingrata. Explicatus Isa. 3. Deus nunquam favet impiis. 4. Deus nunquam favet impiis. 5. Deus nunquam favet impiis. 6. Deus nunquam favet impiis.

I

EX hæcenus dictis infert tandem id quod sibi initio propofuerat. Deus, Et, fortis, non abutitur potentia ad conte-

rendum simplicem, perfectam, integrum, probumque virum: Non projiciet, non aspernabitur, ex Heb. non fastidiet. Septuag. Non improbat innocentem: quamvis existimem mendum esse Typographi, legendumque non reprobabit, ut legitur in annotationibus.

Nec porriget manum malignis. Ad amicitie fædus ineundum pertinere videtur. Septuag. ad acceptionem munerum, nam legunt; Nec ullam munus impi accipiet, quasi dicat, Non porriget manum accepturus munus nam impiorum dona minimè sunt Deo grata, neque se vult illorum muneribus honoribusq; dignari ut tacite Iobù vellecet, quòd Deus non acciperit illius munera, atque honores. Sed propriè in Hebræo, Porrigere manum malignis, est fortiter apprehendere, aut potius prænsando & apprehendendo, confortare & roborare manus malignorum. quod videtur esse præstare auxilium, atque fortem, invictum aliquem reddere, sicut dicitur Nehemiæ. 6. Confortavi manus meas. & Isai. 35. Confortate manus disolutas. & Jeremiæ. 23. Confortaverunt manus pessimorum. id est, Præstiterunt auxilium facinorosis: atque eodem pertinet id Isaiæ. 42. Ego Dominus vocavi te in justitia, & apprehendi manum tuam (quod statim exponit) & servavi te. Ergo ait Baldad, Non porrigit Deus manum malignis; non apprehendit impiorum manus; non prænsat; non confortat; non reddit firmos atque validos ad malè agendum; non subministrat vires peccantibus; illa bona temporalia, quibus fortiores atque audaciores efficiuntur improbi, aufert Deus; non porrigit manum felicitatem elargiturus impiis; quæ est illorum robur atque fortitudo.

Sed observandum, etiam si Deus ea conferat impiis, quibus illi abutuntur, integras videlicet aut corporis vires, aut facultates, non ideo, ut hoc loco indicavit Baldad, Deum favere iniquitati, aut peccatori, quæ peccator est, quamvis illius aut corpus, aut animus roboret, & confirmet. non aliter, Exod. 8. ab hoc eodem confortandi verbo, dicitur, Ego indurabo cor Pharaonis, id est, durum, forte, potens resistere, minimèque timidum, aut molle efficiam, nam illud (si constantia, & non potius nativa quædam pertinacia pervicacis ingenii erat) à Deo erat; à Deo (inquam) auctore naturæ quod na-

*Ni da de mano a los buenos, ni echano de los malos. LXX. Lectio Vaticana.

2. Quid porrigere manum. LXX. Psal. 4. a. 7. 8. & deinceps. Ecl. 7. 11. & 35. 14. 1. Jan. 1. 4. 7. 11. Exech. 20. 39. Malac. 1. 10. Munera impiorum Deo ingrata. Pm.

Pomigere, quid proprie ex Hebræo. 2. Ecl. 6. 9. 1. Jan. 35. 3. 1. Jer. 23. 14.

Isa. 42. 6.

Impiis, Deus vires non præber ad malum.

3. Deus nunquam favet iniquitati.

Exod. 8. 9. & c. 9. 12. & c. 4. 22.

turale est proveniebat: sed ipse Phario us veluti armis, vt suo conditori, resisteret, abutebatur. Hæc videlicet est Dei bonitas, qui hostibus suis arma confert, manūque confortat, non ut contra conditorē, sed ut pro conditore decerent! Hæc hominis humanique arbitrii libertas, qui ne cessaria ad operandum honeste aut secus parata ad manūm habet. Hæc hominis in gratissimi nequitiā, ut multis, atque maximis beneficiis acceptis adversus ipsum munificentissimum largitorem depugnet.

XXI. Donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo.

1. Secunda persona pro tercia. 2. Risus, gaudium internum, & externa lætitia. Particula Donec. 3. Quid iubulum. Hoc loco

Victorialis clamor. Quid Græcis ἀλλήλοισιν, quod Latine Banca in dicitur in Hebræo clamare. Explicat Moyses, Iosue, & David.

I Vidam conjungunt cum superioribus; Deus evigilabit ad te, donec &c. Sed hæc connexio est longè petita. Nam verus germanusque contextus in proximo est. Non projiciet simplicem, nec favēbit malignis, donec ridere possis de tua felicitate, atque tuorum inimicorum miserando interitu. Potest hæc secunda persona vim habere tercia, quasi dicat; Tu, aut quicumque alius, supplex, & justus, quare Septuag. in communi dixerunt, Veracium os implebit risu.

2 Per risum verò intellige gaudium, & tui animi internam, tum, externam lætitiā. Nec verò particula donec, significat postea projiciendum esse à Deo simplicem, sed significat, quod nunquam fieri, desinet; quod immutabiliter servabitur à Deo; Tum etiam, hunc semper morē servavit Deus, servavit quoque, erga te o Iobi neque intermittet, donec te lætum felicemque reddat.

3 Labia tua iubilo, Septuag. Confessione, id est, Dei laudibus, & gratiarum actione læta & alacri pro accepta restitutaque felicitate. Dydimus in Gatena meminit aliolegisse, Alalagmo, id est, alacri vociferatione, & quidem Alalagmo est, lætum clamorem tollere, uti solent homines fiducia præditi, & spe erecti, ille præfertim, quem

militēs edunt ante pugnam: quanquam Suidas, & Hesychius dicant esse victoriam hunc hymnum, Hunc Vegetius barritum, appellat, sic enim ait; Clamor, quem barritum vocant, non prius debet attolli, quam acies utraque se iunxerit. alii jubilationem vocant; Cæsar ululatum militum suo more victoriam conclamantium. & quidē vox Hebræa Rogh, est ululare, vel jubilare, aut conclamare, vel vociferari, unde dicitur Iosue. 6. Conclamabit omnis populus (victoriam) vociferatione maxima; & muri funditus corruent. Quare eo die, quo capiēda non erat Hierico, iussit idem Iosue abstinēri ab alacri illa, & lætitudine vociferatione, victorialisque conclamatione, dicens; Non clamabitis, neque audietur vox vestra, donec veniat dies, in quo dicam vobis; Clamate, & vociferamini. & Numerorum. 23. hoc jubulum redditur, Clangor victoria Regis in illis. Ergo cum Iobo pollicetur Baldad victoriā, atque triumphum, tum de hostibus, tum de omnium triumnarum atque calamitatum phalange molestissima; Evades (inquit) tandem victor, atque lætus & exultabundus capes triumphum. potest etiam extendi ad impiorum ruinam, de qua egertat. & precedente. Deus, quos à se projicit ludibriō exponit, ita ut ridere, irridere illos possis, risus enim potest esse ex proprietate sua, etiam irrisio. & jubulum, atque alacris illa vociferatio potest referri ad faciendum impetum adversus hostes. Vel, Deo irridente & subsannante impios, tu quoque irridebis, atque subsannabis, & illo suos hostes debellante tu jubilabis, plaudes, victoriā illi & triumphum capes, sicut Psalm. 94. precipitur fidelibus, ut Deo salutarī, id est, fortissimo, expugnanti, hostes, tuenti, protegentique suos, victoriā, triumphumque canant; Venite exultemus Domino, jubilemus

(alacriter conclamantes victoriā pugnante illo pro nobis) Salutarī (Hierony. Petra Iesu) nostro.

XXII. Qui oderunt te, induentur confusione, & tabernaculum impiorum non subsistet.

Suidas Hesych. Vegetius lib. 3. c. 18.

Cæsar lib. 5. de bell. Gall.

Quid jubilatione, aut conclamatione.

Iosue. 6. Clamor pro lætitia victorie.

Numer. 25. 21.

Impii ludibrio expositi. Ridere, & irridere idē.

Psalm. 94. 1.

Secunda persona pro tercia.

LXX

2

Risus internum, & externū gaudium.

Donec

3

LXX

Didym.

Alalagmo

mu

Indui

1. Indui confusione, quid. 2. Impietatis merces confusio. 3. Vestis nomine merces aut premium, vel etiam spolia. 4. Tabernaculum, familia.

5. Tabernaculum, familia. 6. Tabernaculum, familia. 7. Tabernaculum, familia.

I

Quid indui confusione.

Psalm. 108. 18.

2

Impietatis merces confusio.

Vestis nomine merces intelligitur.

Judic. 14. 12.

TE igitur obtinente de tuis hostibus victoriā, atque restitūto in pristina felicitatē, pudeſcent, qui nunc in tuis ærumnis exultant. frequēs autē est in sacro sermone, indui confusione, aut, pudore, quod potest significare assiduitatē, aut perpetuatē quandam confusionis nūquam deponendæ, ut indicatur. Psalm. 108. Induit maledictionem sicut vestimentum. & infra; Fiat ei sicut vestimentum, quo operitur, & sicut Zona, quæ semper præcingitur, id est, intīmē illi adherat, semper illum comitetur & græte complectatur; atque omni ex parte illum cingat, vel, indui, est quasi cooperiri, atque obrui. nobis vulgari Hispanismo tantūm relinquitur, quod ad faciei operculum pertinet. Cubris se la cara de verguera. Adde etiam significari posse, ex impietate, fallaciq; fortuna nihil aliud præmii aut lucri reportari ab impiis, quā confusionem: nam aliquando indumenti aut vestis nomine merces aut fructus laboris, aut spolia ex bello reportata significari solent; sicut loco adducto Psalmo 105. subjungitur, Hoc opus (præmium, merces) eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum. & Ieremię. 43. dum de Nabuchodonosor loquitur, qui Aegyptum spoliaturus esset, ait. Amicetur terra Aegypti, sicut amicetur pastor pallio suo, id est, aget locupletem ex Aegypto prædam, amplaque referet spolia, sicut pastor pro suo labore & pascendi solitudine, mercedem refert, ovinā pellem, qua se contegat. vides Judic. 14. pro præmio solvendi problematis, indu-

menta proponi, videlicet Tringinta Syndones, & totidem tunicas, igitur induentur confusione, id est, hæc spolia, præmium hoc referent ex iniquitate.

Et tabernaculum impiorum non subsistet. Nō solum ex tua felicitate, sed ex tuæ domus, familiæ, liberorum, facultatum omnium everſione & interitu, turpiter verecundabuntur. Auctor Catenæ everſionē hanc tabernaculi sic interpretatur; Omnis impiorum vivendi ratio evertetur, eorundem quæ quæ memoria interibit.

His autem duobus versiculis bini, etiā alii videntur ex æquo respōdere ex Psalm. 106. postquam enim latē differuisset de salute, quam affert Deus miseris, ait; Effusa est contemptio super principes (id est, obruti sunt confusione: quod enim hic dicitur, indui, ibi dicitur effundi) & errare fecit eos in invio (id est compulit illos præ pudore fugere, vitareque hominum consortia, atque insolitudinem secedere) & adjovit pauperem de inopia, & posuit sicut oves familias. Videbunt recti, & lætabuntur (id est, implebitur os eorum risu, & labia iubilo) & omnis iniquitas oppilabit os suum. Sed si has ipsas magnificētissimas promissiones de Dei operibus justis præstanda, de non porrigenda manu malignis, sed potiùs apprehendenda & præstanda viri probi manu, de abolendis & pudore atque ignominia afficiēdis hostibus, expressam, ac veluti mutuatim ex hoc loco sententiis videre velis, lege cap. 14. Isaię, Ecce confundentur, & erubescunt omnes, qui pugnant adversum te: erunt, quasi non sint, & peribunt viri, qui contradicunt tibi. Queres eos, & non invenes viros rebelles tuos: erunt quasi non sint, & veluti consumptio, homines bellantes adversum te; Quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicit que tibi, Ne timeas, ego adjuvi te.

3 Tabernaculum.


Nicetas


4 Psalm. 106. 40.

Quid effundi contemptio.

Piorū merces risus & lætitia.

Isai. 41. 11.





NOTA-
TIO RERVM
INSIGNIORVM
QVAE
in commentariis
fufius expli-
cāt ur.

PARAPHRASIS
CAPITIS PRAE-
CEDEN-
TIS.

CAPVT
OCTAVVM



EDENTE jam Eliphaz, extremā Iobi rēfponfionē excipit Baldad; qui nescio, quid gloriæ & iactationis, tum etiā violatę amicitię arcana sui a. nominis fignificatione præferēs, minimē gratus, sed indignās & irēmēs, fic Iobū aggreditur. Ecquis tuam istā animi pertinaciā, atq; omniū salutariū monitorū contēptum ferat? quis tā inutiles stultōsq; sermones equis auribus excipiat? laboras profectō stultiloquio, & imperitē nugaris, viderisq; in verborū turba spē victorię collocafe. ita verborū tantū profluētia pugnās, nec refellēti tēpus, locū vē ullū liberū cōcedis: nimitū itaq; d Iob garris, odiofēq; tibi multa arrogas. & quod mirū est, attenuato corpore exhaustisq; viribus, sermone tantū & lingua vales, ita indefessa oratione & cōtinentē spiritu, magna pectoris b cōtētionē instar vehemētis cujusdā vēti remugis, & infonas, & obvia queque convellere gestis, ita nemo se tibi opponere audeat.

Sed paucis te nūc ego; efficiam enim non iniquē tecū agi cū affligeris. Nūquid, qui suprem⁹ iudex, atq; ōnis equitatis, iudiciūq; norma, detorquere à recto, & equo pōt suarū legū præscriptū, & ordinariā cōstitūtāq; causarū cognitio- nē? certē fortis ille est, sed omnia ex iuris præscripto moderatur; nō enim d potestate abutitur, ut jura violet, & innocen- tes cōdēnet, qui te igitur, ō Iob, affligit iniquus nō est? Tū cū ille iudicaverit aliquid iustū esse, iuris exequutionē pro sua omnipotētia perficiet, nulla cupiditate, aut pravo affe- ctu retardatus, sibi enim e sufficiētissimus est, & muneribus minimē capitur. Quare stultus eris, si illum arbitreris re ali- qua impulsū, cōtra quā ipse faciēdū cēseret, manifestis te suppliciiis addixisse. scilicet, qui aliorū iudiciū atq; principū errata & iniquitates corrigit, errare in suo iudicio poterit.

Perspecta sanē omnibus fuit Dei equitas, in tuorū filiorū interitu, aberrarūt namq; à recto pietatis tramite. præterea, quod ingēs suppliciiū fuit, aberradi copiā p libidine fecit. & ad certissimū interitū à se projectos & ablegatos vagari permisit; suarū actionū mercedē tulerūt, reddiditq; Deus cōmeritū dignūque sua improbitate suppliciiū; nā ipsos suis sceleribus velut tortoribus sāvissimis torquendos, plectē-

a Nominis Baldad notio & etymologia exquiritur v. 1. num. 1.

b Vt sit viri iusti oratio vehemens, & incitata, & ut non dicatur multiloquio laborare, cui arcana sapientia multa dicenda suppeditat. v. 2. n. 3. 4.

c Qua iudicii ratio, & sig- nificatio, præsertim cum ad divinam legem refer- tur. & ut Deus juris ser- vandi studiosissimus. v. 3. num. 1. 2. 4.

d Vt Dei potentia & for- titudo intra equitatis ter- minos contineatur, homi- nis verò robur frequenter injuriam fit, quādā utilia ad mores. v. 3. num. 2. 3.

e Vt nomina omnipoten- tis, & Saadai afferat id quod ad supremi, & inte- gerrimi iudicis absolutio- nem requiritur, & iudici ne incorruptus sit, frequē- ter obsit inopia. v. 3. n. 4.

f Vt sit ingens impiorum supplicium dimitti, & pro- jici à Deo, & quid ea locu- tione adferatur, diligēter exponitur. v. 4. n. 1.

g Vt peccatū sit peccato

dos

1 Respondens autem Baldad Subites dixit :

2 Usque quò loqueris talia :

* & Spiritus multiplex sermones oris tui?

3 Numquid DEVS supplantat iudicium?

* Aut Omnipotens subvertit, quod ius- tum est?

4 Etiam si filii tui peccaverunt ei: & dimisit eos in manu iniquitatis suæ.

Tu tamen si diluculo cōsurrexeris ad Deū

& omniterē fueris de pratus:

5 Si mūdi & rectus incesseri statim evigilabit te,

* & pacem reddet habitaculum iustitiæ tuæ.

7 Itanūm, ut si priora tua fuerint parva: & novissima tua multiplicentur nimis.

8 Interroga enim generationem pristinam: & diligenter investiga patrum memoriā.

9 (Hesterni quippe sumus: & ignoramus: quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram.)

10 Et ipsi docebunt te: loquetur tibi: & de corde suo proferent eloquia.

11 Numquid virere potest scirpus absq; humore?

Aut crescere care- et in sine aqua?

dōsque permisit. Deus enim benignissimus mortem nō fecit, at stipendia peccati mors.

Tu tamē, cui dum vita est, spes est, atque pœnitendi tem- pus conceditur, maturē atq; diligenter quærito Deū & lan- guētem tuam istam pietatem excita, & accende; atque sup- plex omnipotentem Deum præcare, ut gratuito & libera- liter condonet tibi peccata, atque peccatorum pœnas; non enim est tibi summo jure cum illo agendum; sed pō- stulandum potius, ne summo ille jure tecum agat; sic sanē benignum erga te illam senties, & obtenta peccatorum ve- nia te proculdubio fortunabit.

Neque verò est quod despondeas animum; nam si purē sanctēque vixisti, ut tu de te ipso testaris, restituet te Deus in fœlicitatem pristinam, longēque majorem: h chara enim ille habet, quæ omnis maculæ expertia sunt, ut quę suo cul- tui consecrata videatur; at maculata & polluta execratur: si igitur mundis manibus, intentaque oratione illius fores pulsaveris summo mane, quāvis ille ad res tuas dormire vi- deatur, tuis excitatus clamoribus cōsurret, atq; votis & po- stulatis minimē difficilis annuet; nulla enim in illo exau- diēdi mora: at mira in te oblivio & inertia deprecadi. Neq; verò te solū, sed familiā universam, si piē & sanctē instru- cta tuis monitis fuerit, bonis omnibus cumulabit.

Verum enim verò nō potest iustus asiduis calamitatibus opprimi; quare nō multo post harū ærumnarum ingens lu- crū, multoq; affluentiorē fœlicitatis cumulū pristina! fortu- na tandem reportabis. Sed ne leviter hæc à me dici arbi- treris; omni sanē memoria atq; experiētia sæculorū confir- mare potero. Nā si priora sæcula, atq; ea quæ gesta in illis sunt, repetamus, manifesta supplicii impiorū, & incolumita- ris fœlicitatisq; iustorū argumenta plurima suppeditabunt. Antiquissimos igitur annales cōsule, & quæ prioris sæculi, homines multa experientia cōprobata nobis m tradiderūt; atq; eorū ad quæstionem istā rēfponfiones, qui nos ætate atq; sapiētia præcesserūt, revolve, & repete. Nō est enim nō- stræ tantū memoriæ atq; sapiētiæ adhibēda fides, quorū est vita brevissima, experimentūq; aut valde tenue, aut non frequēter repetitū; neq; confirmatū. cum enim nō valde cō- senuerimus, oportet nos multa ignorare, deq; multis nulla experimenta collegisse: ferē enim nihil est quod viximus: quod verò superest, nō aliter quàm umbra dilabatur, & eva- nescet. Ab aliis igitur eadē doctrinā doceberis, quam à me audisti: deproment enim ex cordis sui penetralibus, in qui- bus multa præclara, atq; verissima divinarū rerū dogmata recōdita habent, quę tuę dubitationi faciant satis.

Sed ut ex iis, quæ ante oculos habemus, opportuna. quę- q; exemplā desumamus, quis non videat omnem impio- rum fœlicitatem herbis palustribus simillimam esse, quibus circumfluente perpetuoq; humore opus est, ut virere pos- sint. sunt enim valde infirmæ, atque nullo negotio exares- cunt, ejusmodi profectō sunt. n scirpus, juncus, papyrus, ca- rices; brevi enim eum crescunt, & in humenti uliginosq; solo feliciter exurgūt, foliaq; & ramos expandāt; sed hujus- modi tamen tenuissimę herbę florentes adhuc, & pro- crescentes, multaq; foliorū, tenerissima germina procreātes;

ris tortor, qui tibus ma- ni tradatur, dignē plectē- dus; cum alijs hui spectan- tibus observatur. v. 4. n. 4. 5.

h De vi & fignificatione sanctitatis quādā ad Scri- pturarum intelligentiam. v. 6. nu. 3.

i Vt Deus non solū occur- rat nostris præcibus, sed præoccupet etiam nostra vota, & qua sit orationis efficacitas; opportuna cōn- sideratio. v. 6. n. 4.

l Vt iusti in fine tandē flo- reant, utiliter observatur v. 7. n. 1.

m Traditiones sacras hinc astrui, & quādā alia ad- versus nostri temporis ha- reticos indicantur. v. 8. 3. 4.

n De scirpo, & careto pau- lō accuratio disputatio, ex sacris, & prophanis, & de papyro multaq; v. 12. n. 2. 3.

De ianconu, & Papyri floribus peculiaris quedam ad rem opportuna. v. 12. n. 2. 3.

Qua sit Dei oblivio, & quomodo sit proprium Dei oblivisci, que item oblivio Dei afferat, ad mores observatur. v. 12. n. 3. Que sit huius vecordia & stultitia ratio, & ut cum inconstantia conjuncta sit & in divites quadret, annotatur. v. 14. n. 2. 3.

Ut ha omnes similitudines ad justum referri debeant, qua est prima ex Hebræo interpretandi ratio dilucidè proponitur. v. 16. n. 1. 2. 3. 4. 5.

Ut ha translationes in impios quadrent, que est secunda Græcorum expositionis ratio, cum aliis ad morum doctrinam, explicatur. n. 6. 7. 8.

nullo fructu maturecente, leuibus tantum floribus ad vanissimam speciem & gloria oblati, ante omnes alias herbas arefcit; & ad pecorū opportunū pabulum cōvelluntur. Nō aliter sanè quorum vita, operaq; sint Dei benevolētia atq; misericordia destituta, oportet tandem, tāq; sine humore herbā arefcere, perire, cōvelli, radicitus extirpari. Verū enim verò humanarū rerum florēs status sine pietatis studio diutius permanere nō potest. Impiorū igitur post brevissimā felicitatē florēs, herbescēsq; viriditas miserrimō exitu cōcludetur. Iustorū verò pietas, atq; institutum instar perēnis arboris, nunquā exarefcit, imò fructus uberrimos atque suavissimos quotānis proferet. * Neq; mirū, nam illa est impiorū consuetudo, vivēdiq; institutū, ut divinam legē neq; accipiant, neq; curent, sed planè contēnant, nullāq; supremi numinis, supremiq; iudicii potestatem, providentiāque agnoscāt. * Igitur qui in fortuna omnino fallaci, vanissimōq; rerū splendore spem lucri, uberisq; fructus collocarāt spe sua miserè cadēt; & quæ illos aliquando recreabat & sustentabat, jam tandē displicebit vehemēter, ut quæ nō spes fuerit, sed vecordia, stultitia, rei; vanissimæ mutabilitas & incōstantia. Præ sua igitur insania cōmota nausea pristinarū voluptatum, secū ipse litigabit atq; rixabitur impius, cōmōvebitur mente, dolorēq; ingēti dissecabitur; innixus enim est rei omnino fragili, nihilo constantiori, utiliori vè quā aranæ tela, quæ turiose & subtiliter, summāq; ut videtur, arte & industria fabricata est, nulla præterea utilitate aut usu, quā ad muscas sordidissimas captandas.

Cū autem improbi sine ullo pietatis fundamēto domos, suas, ingētēsq; moles superbissimarū cogitationum erigere cōentur, quibus se inclusos munitōsq; adversus omniū adversitatū impetus constituent, miseri se de ipsos agnoscēt. Nam ruina illorū domus neq; pōdus aliud, neq; seipsam multis licet fulcris adhibitis sustinere poterit. Nō erunt igitur impiorū familiæ rationesve in tuto, ruēt enim, & cōprimētur ruente domo, atq; Deo inania omnia machinamēta dejiciente & expugnante.

Sed mirū quā sit lōgè felicior iustorū conditio, sunt enim velut arbor, quæ cū ante ætatem humore abūdet, tū postquā æstivus Sol in illā incumbit, non solū non flavescit neq; exarefcit, imò potius tūc viret potissimū, novāq; germina & stolones profert. Non est enim sylvestris, palustris vè plāta; sed hortensis, quæ in terra benè occata & culta ramos lōgè latēq; expādit, & flores, fructūsq; profert. Quod si cōtingat in aspero aliquo, saxosovē loco consistā esse, mirificè saxa ipsa findit, ut radices altissimas nec nō crassissimas agat, atq; adeò in medio silicū vivere, viretq; poterit. Si verò accedat agricola, ut illam evellat, minime obediet; quōd altis firmisimiq; radicibus defixa sit. Cū amputabitur omni ramorum frondiūmq; honore & gloria detōnfa, quasi collectis viribus, multo ampliores opes, & uberiores comam ducet à falce & ferro, multoquē latius frondet, & fructificat. Impii verò (ut ad illam, quam semel adduxi opportunam comparationem redeam) velut juncus tantisper viret in suo nativo palustrique solo videntur: at cū primū æstivus Sol illorum vertici imminet,

13 Sic via omnium, qui obliviscunt Deum & spes ipocrite peribit.

14 Nō ei placeb vecordia sua: Et sicut tela aranearum fiducia eius.

15 Inruetur super domum suam, & nō stabit: fulciet eam, & nō consurget.

16 Humectus videtur antequam veniat Sol & in ortu suo germē eius egredietur.

17 Super acervū petrarum radices eius desabuntur, & inter lapides cōmorabitur.

18 Si absorbuerit eum de loco suo, negabit eū & dicet, Nō novi te.

19 Hac est enim letitia via eius. ut rursum de terra alii germinentur.

20 Deus nō proiciet simplice: nec porriget manum malignis.


21 Donec impleatur risu os tuum: & labia tua inbilo.

22 Qui oderunt te, induentur confusione: & tabernaculū impiorum nō subsistet.

universamque tellurē exiccat, perurit sanè omnē illorum felicitatem; atque radices, quæ nihil jam humoris exugere possunt, ipsis faxis duriores desiorēsq; efficit, atq; ipsas etiā radicū fibras arefacit, ut nullum inutiles exitio seque plantē vestigium relinquantur. Sic sol palustribus, inutilibusque plantis illudit, sic ille festivus & lætus nunc quasdam procreat, nunc quasdam extinguit. Sic sanè creaturæ omnes impios ludibrio habent.

Hinc perspicere poteris, o Job, Deum nō abuti potestate sua ad simplicem, integrūque virum confringendum; non aspernari, neque fastidire probos atque perfectos: nullum amicitia fedus cum improbis sancire; nulla munera accipere, nullam illis opem cōferre, facultatem vè, ut illos audaciōres, fortiorēsq; reddat ad perpetranda scelera. quod ex te ipso discere poteris, cuius muneribus Deus optimus dignatus non est; & quas tibi concesserat facultates, ut qui ad impietatem illas convertebas, universas ademerit.

Sic igitur agit cum mortalibus Deus, ut sicut impiis interitum, ita probis, malēque factorum pœnitētib; summā felicitatem, verissimūque animi gaudium afferat; quem providentiā tenorem tum erga alios, tum erga te servabit æquissimus iudex: * evadēsque tandem victor, atque exultabundus canēs triumphū, irridereque tuos hostes poteris; cū te spectante, impios omnes tuos protectōr, Deus debellaverit. Te igitur in pristinam felicitatē restituito: pudefient, qui nunc in tuis ærumnis exultant: atque suæ improbitatis nō aliam, quā ignominia, & confusione mercedem referent: neque solū ex tua felicitate, sed ex suā quoque domas, familiæ, liberorū, facultatūque omniū atque universarū cogitationum eversione & intentu turpiter verecundabuntur.



De hac locutione Porrigendi manum, & ut Deus sic sustentet impium, ut impietati illius minime favoreat, utilia quadam explicantur ad Scripturam intelligentiam, & ad morum doctrinam. v. 20. n. 2. 3.

Ut hic indicetur victorialis iusti conclamatio accuratè ex Hebræo, & Græco eruitur. v. 21. n. 3.

CAP. NONVM.

ARGUMENTVM CAPITIS.

Vt se ab objectis purget Iob, respondet tum de vna iusticia, sapientia, potentia bene consentire, quod innocentem arumnis exerceat, a se vero minime Deum iudicem lacepsitum, coram quo nemo possit de sua iustitia gloriari.

I. Et respondens Iob ait:

II. Vere scio, quod ita sit, & quod non iustificetur homo compositus Deo.

1. Iob respondet ad formam disputantium. 2. Vere, iurandi particula. Veritas pro fide dicitur. Amen quoque iuramentum formula, & quid significet.

Espondet sane Iob Sapieter, atque ex legibus disputantium, na videtur repeteri argumentationem Baldad, & maiorem illius propositionem concedere. Chrysof. Quantam verba preferunt philosophiam.

Vere. Afferatjo quedam est rei sibi bene explorata. Olympiod. existimat, iurejurando confirmare ad sibi dogma certum & constitutum esse. & quidem ea iuramenti forma videtur quoque Abraham usus Genes. 22. Vere seror mea est. esse autem iuramentum indicatur Ps. 88. Sicut iurasti David in veritate tua. id est, per veritatem tuam, quod est quasi per fidem suam iurare. na his locis vere, aut veritas est a radice. Amen, quod est fidelem esse, stabilem, veracem, constantem in dictis, atque promissis. unde de Amen, quod perinde valet, ac, ita esto, firmum, fixum, immutabile. & ita etiam Amen,

est aliquando iuramenti forma, por mi fee, a fee de quien soy: yo os empeño mi palabra. ergo Iob iuramento confirmat, ne cogitasse quidem de criminando divinam iustitiam, aut de sua ineptie coram Deo jaetada. Quod si illud adverbium refundatur etiam in rem sibi explorata, sensus erit, Vere ita esse. id est indubitatum, firmum, constans de divina iustitia & providentia dogma. Sed observandum quidem Iobum, ut potest sapienterem atque sanctiorem suis amicis, multo verius atque ardentius divinam iustitiam, atque aequitatem tueri, multo etiam elegantius atque uberius describere.

Quod non iustificetur homo compositus Deo. Eleganter notavit Olymp. nunquam Iob duplici, aut formidini fuisse divinum iudicium, cum scriptum sit, Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum. at temeraria, & corrupta hominum iudicia declinavit, a quibus ad Deum in hoc capite provocat, sed quoniam similis sententia prolata est ab Eliphaz. cap. 4. Numquid homo Dei comparatione iustificabitur? inde petenda est expositio. Hic tantum notandum est discrimen; nam cap. 4. homo Dei comparatione iustificatus, est proprie, pre Deo, aut plusquam Deo. at hoc loco homo compositus Deo, est in Hebraeo, homo cum Deo, aut iuxta Deum, aut, contra, vel, adversus Deum, hae enim omnia cadunt in praepositionem, ghim. Sed hoc non obstat, quin utriusque loci possit esse eadem sententia. quare sicut in illo, ita & hic potest significari quasi quaedam litis contestatio Deo facta ab homine, aut homini apud Deum; quare illud cum Deo vel ante Deum, erit aliquid forense, & iudiciale, sicut & Elphaz. c. 9. Ecce coram te sumus in delicto nostro: non enim sciri potest coram te super hoc. id est non potest tibi homo respondere, neque consurgere in tuo iudicio, non iustus, innocens ve apparere, non alacer, aut spe bona erectus, expectare tuam sententiam atque iudicium. Est autem pulchra antithesis, homo, Enos, miser, arumnosissimus, compositus Deo, Et, forti, iudici equissimo, atque potentissimo. agnoscit ergo suam imbecillitatem, atque divini numinis maiestatem supplex reveretur. illud autem quod Greg. quasi reflexa quadam interpretatione addit, argutum est potius, quam solidum, sed omnino primum & utile. Quisquis (inquit) se auctori bonorum comparat, bono se, quod acceperat, privat

Iobus de divinis melius loquitur quam sui amici.

3

Olympiod. Iob ex bona conscientia provocat ad Dei tribunal Ioan. 3. 21

Iob. 4. 17.

Particula, Cum, quid valeat

dy

1. Esdr. 9. 16. Certum aliquo esse, ad forum, & iudicium pertinere.

Antithesis

Gregor.

ea ipsa

ea ipsa ratione, qua quis se componit cum Deo, iustus esse definit, quamvis iustus fuerit. Sicut de humili dicere solemus, cum se quis humilem esse agnoscit, humilis esse definit. In huiusmodi autem locis delirant, atque nugantur haeretici, quicquid homo peccator faciat, peccatum esse, quas licet ex Scripturis falsitatis revincere plane possemus, sed id opus illis relinquimus, qui in scribendarum controversiarum, atque disputationum adversus illos bello asiduo sunt.

III. Si voluerit contendere cum eo non poterit ei respondere unum pro mille.

1. Quid proprie contendere. Quae ratio nominis Ierobaal. Illustratus locus iudicium. 2. Deus non tenetur respondere homini. Homo vero ad Dei interrogata obmutescit. 3. De numer. unitate, et millenario. Dextra & sinistra in computatione per digitos. Nonaginta novem in parabola de ove perdita quid. Explicati Salomon, Paulus, commendatus Nebrius.

I. Quid contendere. LXX. 377. Iudic. 6. 32. *El que tomola de manda de Dios contra Baal. LXX. *Salis vofortros al pleyro y tomola de manda por Baal. *El que anda a pleyro con el anochezca y no amanezca. LXX. Ista. 45. 9.

CONTENDERE. Septuag. Iudicare cum eo. rixari, iurgari, litigare, haec omnia significat verbum Rob. ex qua radice illustratur locus Iudic. 6. ubi Gedeon vocatus est, Ierobaal. quasi litigans contra Baal. nam hanc huius nominis imponendi causam reddidit Ioas pater illius: Et dixerunt ad Ioas, Produc filium tuum huc, ut moriatur. Quibus ille respondit; Numquid ultores estis Baal? (Septuag. Numquid vos nunc iudicium facitis pro Baal) ut pugnetis pro eo? qui adversarius est eius (Septuag. quicumque iudicium facerit ei) * moriatur, antequam lux crastina veniat. si Deus est vindicet se (Septuag. iudicium faciat sibi) de eo qui suffodit arces eius. Ex illo die vocatus est Gedeon Ierobaal, ad quod dixisset Ioas. ulciscatur se (Septuag. iudicet in eum) de eo Baal. Vertitur etiam saepe iudicare, id est, litem intendere, aut se in iudicio tueri, aut alteri in iudicio contradicere. unde id Ista. 45. * Va qui contradicit factori suo. id est, qui litigat, aut contendit cum factore suo. est autem ejusmodi iurgium, & tractatio litis, qualis inter litigatores esse solet, verbis; atque clamoribus, argumentis, objectionibus, & responsionibus. hinc igitur perspicitur potest, cujus modi sit haec contentio, de qua Iobus lo-

Mal. pleyro tiene. el qada a pleyro co lu ha zedor.

quitur, videlicet rationibus, objectionibus, responsionibus, argumentationibus cum Deo agere. quare sequenti sententia exponitur.

Non poterit ei respondere unum pro mille. August. non ad interrogata, & responsa, sed ad homines refert, unum, & mille; nam legit; Non respondebunt ei unus de mille. sed frequentissima est expositio de ipsis interrogationibus, atque responsionibus. Rursus Polychron. duplicem interpretationem indicat; primam, ut actio respondendi tribuatur Deo; Vilem (inquit) hominum conditionem iudex contemnet, nec uni verbo de mille respondebit. sic quoque Vatab. Tantum non est homo, ut eum Deus sua responsione dignetur. Quare illud: Non poterit, idem erit quod nolet; vel per transpositionem verborum, Poterit non respondere. poterit sane pro libito vel nihil omnino respondere, vel respondere unum pro mille, id est unico verbo omnibus meis querimoniis satisfacere. Sed 2a frequentior, germanior atque expressa a Latino interprete; nam cum in Heb. tantum sit, Non respondebit ei, quod tam Deo, quam homini tribui poterat; ut ad hominem tantum referretur, dixit, Non poterit respondere; nam rogatus homo in iudicio divino haesitabit; estuabit; obmutescet; respondere, aut contradicere objectis, & se tueri atque defendere minime poterit. rem hanc saepe repetet Iob, si repente interroget, quis respondebit ei? Et iterum; Quantus sum ego, ut respondeam ei?

Quod vero ad hos numeros attinet, D. Thom. argute nimium excogitavit inter unum & mille nullam esse determinatam proportionem; quod millenarius numerus pro infinito sumatur; itaque significari, nullam numeri specie aut mensura exprimi posse quantum divina iustitia humana excedat. Sed sensus planus, etiam si numeri determinati accipiantur; Ex infinita sibi objectorum multitudine vix minimae parti satisfaciet homo.

Et quidem, ut peculiare aliquid de his numeris dicamus; est peculiaris quaedam inter unum & mille compositio. nam in antiqua illa numerandi per digitos consuetudine a Graecis observata, ita sibi manus dextera atque sinistra respondebant, ut leva complicato digito auriculari unum designaret, at vero dextera replicatis in se pollice & indice millenarium nume-

2 Augustin.

Polychron.

Vatab.

Frequentior expositio.

Homo in iudicio divino obmutescens

Iob. 9. 12. & 14.

3 D. Thom. Peculiaris inter unum & mille comparatio.

Ratio numerandi per digitos.

Beda.

rum indicaret. quamvis Beda in tuo tra-
ctatu de indignatione omnino ait eode
gestu mille in dextera, quemadmodum
unum in laeva notari. illud verò magis re-
ceptum est, ceterum in dextera inflexo di-
gito minimo, sicut unum in laeva signifi-
cari. unde est id non omnino prætermis-
sum ab Ecclesie patribus, ovicalem illà,
quæ sola aberraverat, cum ad caulas,
in quibus nonaginta novem erant, sublatam
in humeros bonus pastor retulit, à fini-
stra, in qua unitas est, translata esse ad
dexteram, in qua centenarius numerus est,
quem numerum unica illa ovis cum no-
naginta novem complet. in dextera autè
semper majores, & millenarii quidè nu-
meri sedem habebant; quare aptissimè ad
hanc supputandi rationem dictum sit de
Sapientia: Longitudo dierum in dextera ejus;
& in sinistra illius divitiæ, & gloria. nam cum
sapietia sui amatoribus bona etiam tem-
poralia, divitiæ, & honorè in magna co-
pia cõferre soleat, videlicet tot ac tâta, ut
omnes sinistrae manus numeros cõpleat;
à primo usque ad nonaginta novem; sed
tamen illud centuplum, aut potius mul-
ta millia immortalitatis beatæ in dextera
manu computat, ut dici possit.

Luc. 15. 4.

Parabola o-
vis perditæ
quid signifi-
cet.

Prov. 3. 16.

Juvenal.

Heb. 10. 31.

Sua jam dextera computat annos.
Quid si hanc quoque numerorum, & nu-
merandi per manus scientiam Paulus
indicat, cum ait: Horrendum est incidere in
manus Dei viventis? nam si Deus nos ad ra-
tiones, & supputationes, & villicationis ra-
tionem reddendam vocet, atque in suis ma-
nibus unum & mille designet, & in dex-
tera mille accepta beneficia reponat, in
sinistra verò ne unum quidem à nobis
redditum invenire possit, quàm severo &
horrifco judicio nobiscum ager, &c. il-
lud etiam inter unum & mille, finitimum
est, quod à Chaldæis observatum tradi-
tur, totam supputandi rationem ita per
lineas quasdam expressisse, ut situ tantum
atque apicibus distincte numerorum va-
rietatem indicarent; ita ut jacens virgula
sinistro apice surrecto unitatem osten-
deret; atque eadem inverso dextrorsum
apice mille designaret; hac videlicet ra-
tione. [1 1000] Habent igitur unum
& mille. peculiarem affinitatem. ita nihil
est in sacro Sermone, quod arcanâ recon-
ditamque sapientiam non contineat. Sed
de his numeris, numerandiq; rationibus
præclare disputavit nõ de humanioribus

tantum, sed de quorundam etiam sacrorum
locorum interpretatione benemeritus Bæ-
ticus noster Nebriſſensis, non in suo il-
lo tractatu de Numeris, sed in apologia
ad 50. sacrae Scripturae locos non vulga-
riter enarratos. capit. 15. ex Hieronymo
Ambrosio; tum etiam ex Prophanis, Plinio,
Apuleio, Cicerone. Valerianus quo-
que lib. 37. ex Irinæo, & Beda.

Antonius Ne-
briſſensis cõ-
mendatus.
Hierony.
Ambros.
Plinius.
Apule. Cicer.
Valer. lib. 37.

III. Sapiens corde est, & fortis
robore: quis resistit ei, & pacem
habuit?

I. Pro Deo semper pugnare
æquitatem, & fortitudi-
tudinem.
2. Sextus casus quid significa-
re soleat. Geminatio ejus-
dè vocis, & significationis.
3. Quid proprie fortitudo
hac ad omnia attributa

EIVS, quod dixerat, videlicet non cõ-
tendendum cum Deo, aut illi nõ re-
spondendum, reddit rationem; quod in-
credibilis sit temeritatis, velle cõgredi cõ-
Deo potentissimo * robore, atque sa-
pientia. vel, ut lateat similitudo quædam;
Sicut non potest homo prævalere con-
tra Deum, si viribus pugnet, ita profecto
si ratione atque argumentandi & respõ-
dendi contentione, cum ille non minus
sapiens sit, quàm fortis; homo verò non
majori sapientia, quàm virtute & robore.

Sapiens corde. Cum sextum casum nomi-
nis alicujus substantivi adjectivo alicui
adjungit Scriptura, perpetui cujusdam e-
pitheti vim habet. tum etiam cum utrum-
que nomen ejusdem ferè significationis
est, excellentiam quandam, & superlatio-
nem in ea significatione afferunt, non se-
cus; atq; cum vox eadem geminatur. Sa-
pientia igitur & cor idem ferè significant;
idem quoq; fortitudo, & robur; quare signi-
ficabitur immensa quædam Dei sapientia
atque potentia, id est, sapientissimus, atq;
fortissimus est. sicut Exo. 15. dicitur: Dex-
terea tua Domine magnificata est in fortitudi-
ne. Hebraicè; Domine, magnifice in fortitudi-
ne, vel, amplissime in virtute. id est potentis-
sime, atque fortissime. hæc autem divina
sapientie, & fortitudinis contestatio non
tam affertur à Iobo, ut asseratur Deus in-

I
A Deo sepe-
stat æquitas,
& potentia.

* Por fuerit, o-
por razon si-
pre à Dios le
sobran.

2
Sextus casus
quid indicet
in nomine
substantivo.

Geminatio
ejusdè vocis.

Exod. 15. 36.

tegerimus

Psalm. 63. 7.

3
Fortitudo ad
omnia divina
attributa re-
ferenda.

YON

Zachar. 6. 3.

Prov. 24. 5.

Psalm. 65. 3.

Quid multitu-
do virtutis in
Deo.

Psalm. 28. 2.

1. Cor. 1. 25.

4
LXX.
Qui resistere.

תור

Quid indura-
re in sacro Ser-
mone.

2 Reg. 19. 43.
Deut. 31. 27.

tegerimus iudex, cui neque sapientia ad
judicandum, neque fortitudo ad exeque-
dum desit; sed ut ostendatur, quocumq;
contentionis genere longè superior ho-
mine, uti Psalm. 63. dictum est: Accedet Ho-
mo ad cor altum, & exaltabitur Deus. id est,
omni ratione & congressu inferior erit
homo, Deus autem superior.

Fortis robore. Non solum quod ad potè-
tiam attinet, sed quod ad omniù Dei at-
tributorum magnitudinem quandam at-
que efficacitatem, potest hæc fortitudo
accipi; Nã vox originalis ad vim & ener-
giam aliarum etiam rerum referri solet,
unde dicuntur Zach. 6. 3. Equi virii, & for-
tes. quod ferè Hebræi omnes ad colorem
referunt; vertunt enim pro fortes, Rubri
aut, ruffi. quamvis enim alios ruffos com-
memorasset, sed nunc in ea fortitudine
vim colori addidit non subruffi, sed ruffi
valde (de color muy fuerte y encendido) Nõ ra-
rò etiam dicitur de corde, & de sapientia.
nam etiam sapientie, atque providentie
sua inest vis, & robur, ut dicitur Prov. 24.
Vir sapiens fortis est, & vir doctus robustus; quia
cum dispositione incit bellum. sicut igitur di-
vina potentia plena est justitia, atque sa-
pientia, ita etiam justitia atque sapientia
plena est fortitudine: valet namque Deus
his omnibus, propterea que Psalm. 65. di-
citur Dei fortitudo multiplex; In multitu-
dine virtutis tua. nõ solum quod Dei virtus
sit omnibus gradibus, omnibusq; nume-
ris perfecta; sed quod in eo videatur esse
imensus quidam cumulus omnis generis
fortitudinis. qua propter Psal. 28. ju-
bemus soli Deo afferre gloriam, & honorem.
juxta Hebr. Gloriam & fortitudinem. id est,
Gloriam fortitudinis: quare sicut Dei sa-
pientia etiam in insipientia, & stultitia
relucet (nam quod stultum est Dei, sapientius
est hominibus) & propterea illius sapientia
infinita est; ita illius fortitudo, quæ in im-
becillitate etiam residet (nam quod infirmum
est Dei fortius est hominibus.) omnes omnis
generis fortitudinis numeros habet.

Quis resistit ei: Septuagint. proprie ex
Heb. Quis durus (perinax, rebellis) fuit ei?
verbum (Kasab) indurare, aut obduresce-
re significat. quod vel ad verba aspera vel
dura, vel ad ingenium difficile & pervicax,
vel ad animi obstinationem & pervica-
ciam solet referri: singulorum exempla
sunt. 2. Reg. 19. Durius responderunt viri Iuda:
Deut. 31. Ego scio contentionem tuam, & cer-

vicem tuam durissimam. Exod. 7. Ego indura-
bo cor Pharaonis. ergo quoniam his modis
omnibus potest quis Deo resistere, aut
procaciter adversus illum obloquendo,
aut illius jussa contemnendo, aut aperte
& obstinatè bellum illius volutari, & cõ-
siliis in dicendo, interpres clarè reddidit;
Quis resistit ei?

Et pacem habuit. Plerique Latini; Nemo
pertinax gloriari potest, quod post con-
secutam de Deo victoriam pace potitus
fuerit. alii; Nemo cum Deo contedens sic
illum absidua pugna fatigavit, ut pacè ac-
cipiat ultro à Deo oblatam. Septuaginta;
Quis permansit. Symmach. Quis perstitit. ne-
mò qui adversus Deum obduravit, tulit im-
punè; nemo perstitit incolumis. ergo pa-
cem habere, est bene & fæliciter cedere a-
licui bellum; evadere ex prelio victorem,
& sui suarumque rerum cõpotem. sic qui
ex bello salvus & incolumis evadit, dicitur
in pace manere, vel, reverti. Iudic. 8. Ios.
10. 4. Regum. 22. hinc videas eum, qui
Aemulatur in malignatibus, & zelat super ini-
quos; pacem peccatorum videns, juberi, ut intel-
ligat in novissimis eorum: nam nemo tandem
in pace manet. quod igitur ipse Iob loqui-
tur, non ex obstinata mente, sed ex veri-
tatis & divinæ justitiæ fiducia proficiscit.

U. Qui transtulit montes, & nesc-
ierunt hi, quos subvertit in furo-
re suo.

1. Montes pro montium in-
colis, aut pro superbis, pri-
ma expositio. Illustratus
Isaias.
2. Secunda expositio. Quod
in suo loco non invenitur,
perisse creditur. Montium
generatio & corruptio ab
aliis assignata.
3. Tertia expositio. incerta
montium translationes.
4. An diluvio montes ali-
qui explanati, vel ex pro-
pris sedibus convulsi.
5. Montes transferri in tem-
pestatibus, quomodo in-
telligendum.
6. Quomodo accipit de sint
mõrium translationes, vi-
delicet potentialiter, sepe
in sacris.
7. Transferre in Heb. quid.

NVNC divinam potentiam cum mi-
rabili sapientia conjunctam amplif-
sima oratione describit: Montes, videlicet
moles maximæ, atque firmissimæ, adeoq;
materia aptissima, in qua suas vires exer-
ceat, divina potentia. Sed in primo litteræ
sensu, superbos aut demones, aut homi-
nes Philipp. & Beda intelligunt. quæ mô-

Exod. 7. 3.

5
Latini.

LXX
Symmachus.

Quid pacem
habere aut in
pace esse.

Iudic. 8. 79.
Ios. 10. 15.
4 Reg. 22. 10.

Psalm. 27. 3.

I
Montes qui.

Philipp.
Beda.

tium

Isai. 45. 13.

tium usurpatio frequentissima est. in sacro Sermone. Isa. 41. Ego posui te quasi plaustrum trituranis, triturabis montes, & comminues & colles quasi pulverem ponas, & verilabis eos & verus eos toller. licet enim alluvio fiat ad areas & munitiones, quæ in montibus edificari solent, tamen tyrânis & superhoru hostium vires & munimenta significantur. atq; hujusmodi montium, & collium significationis ratio indicari videt. 2. Cor. 10. Destruentes omnem altitudinem extolleret se adversus scientiam Dei. cû hoc facit Chaldaeus, qui per montes accipit Reges habitantes in montibus. Sed tamen, quia quæ sequuntur ad res ipsas inanimatas, & naturales pertinet, in quibus mirabilis cernitur auctoris naturæ potestas, atque majestas, effici omnino videtur, ut hæc etiam pars de ipsis terræ montibus accipi debeat.

2. Cor. 10. 1.

Chaldaeus. Montes pro montium incolis.

2

D. Thom. Cajetan.

Psal. 36. 36.

Quod in suo loco non invenitur, periisse creditur.

Qua ratione destruatür montes.

3

Carthusian.

Matth. 21. 21. & cap. 17. 10.

Sed in hoc ipso dissensio etiam est. nã D. Thom. & Cajetanus interpretantur, montes transferri, destrui, & aboleri; illud enim, quod in suo loco nõ invenitur, periisse creditur, sicut dictum est: *Quæsi eñ & non est inventus locus ejus.* aiunt verò montes naturaliter destrui, quia cû sint natura sua generabiles, & corruptibiles, sicut additione partiu generantur, & crescunt, ita detractiõne minuuntur, & corrumpuntur. Sed nõ video qua ratione sit huic physica speculationi nõc locus; licet enim insensibilem aliquã accretionem, aut decretionem capere illa ratione montes possint, quãvis etiam aboleri potuisset, sed tamẽ divina potentia in tã longa, & segni montium extenuatione non se præbet valde mirabilem, neq; cûctis visendam, cû nemo ferẽ sit, qui eã rem videat, ac ne mente percipiat quidẽ. Aliter Dionys. Carthus. intelligit sermonem esse de miraculis montiu trãlationibus ex suis in alias sedes in punitionem hominum impiorum. Sicut apud Matt. *Dicetis monti tollere, & jacta te in mare.* sed neque hęc miraculum congruit cum aliis sequentibus nature operibus; Deumque aliquando ex loco in locum montes trãtulisse, divinari tantum aut dici potest, probari non potest. nam neque Apostolos id fecisse unquam cõstat; ut Chrysostomus ait: quãvis majora horum fecerint, cû mortuos suscitaverint, licet ut idem Chrysost ait, alii post Apostolos id præstiterint. vid. Euseb. lib. 7. cap. 25.

4

Astunic.

Sed Præterea Didacus Astunica de dilu-

vio intelligendum censet, quo altissimi montes obruti sunt, & impetu æstuantiu fluctuum convulsi ex propriis sedibus, & aliõ translati; aut propter magnas terræ agitationes alios montes explanatos, aliosque denuo altissimos esse factos, sed rem omnino incertã nobis narrat. Quare cû in diluvio multa alia certiora, atque manifestiora divinæ potentie argumenta conspecta fuerint, quã ea montium occulta penitus atque demersa translatio & abolitio, & non nisi paucissimis hominibus, qui aliam terræ faciem vidissent cognita, à Iobõ præferenda non esset ad divinæ potentie commendationem.

Ego duo significari hæc montiu translatione existimo. Primum, divinam potentiam sui specimen præbere in excitandis tempestatibus, jaciendis fulminibus, efficiendis terræ motibus: tunc enim aut hiscente terra, aut vi fulminis videntur montes transferri, id est, vel absorberi, aboleri, perire; vel conflagrare, & infumum abire, & evanescere, qua ratione accidisse Sodomæ, & universæ illi regioni credi potest. quò fortẽ hic locus spectat. Sicut etiam extremi judicii ignis describitur. Psal. 96. *Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini.* & simili ratione Petrus dixit: *Elementa calore solvenda.* fulminibus quoque terræ motum, & montium fumigationem adjungit Psal. 103. *Qui respicit terram, & facit eam tremere, qui tangit (igne cælesti, aut jaculato fulmine) montes, & fumigant.* atque hoc ipsum confirmari potest ex similibus sententiis, Psal. 143. *Tange montes, & fumigabunt.* & Ecclesiast. 43. in descriptione tempestatum; *In conspectu ejus commovebuntur montes, &c.* Sic existimat catenæ auctor hanc montium exterminationem esse, idem cum illo: *Qui tangit montes, & in fumum evanescent.* & utitur lectione Symmach. *Qui summovet montes, nec apparere eos facit.*

Aut secundo quidem potest esse horu verborum sensus quasi potentialis; Tanta est divinæ potentie efficacitas, ut possit montes transferre, nã de hujusmodi etiã paratã, cû opus esset, virtute, est id: *Si habueritis fidem, dicetis monti huic, jacta te in mare, & quasi ex posita aliqua cõditione loquitur Psal. 45. Non timebimus, dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.* id est; Etiam si mundi facies universa invertatur, nullam animis nostris com-

An indiluvio montes exl. nati.

5 Montium translaciones, duo significare.

Terræ motu & fulmine absumpti mōtes

Psal. 96. 5.

2. Pet. 3. 10. & 10. Psal. 104. 32.

Psal. 143. 5. Eccles. 43. 17.

Nicetas

6

Montiu translacio omnipo tentie divinæ argumentum. Divinæ potetie vis Matth. 7. 20. & 21. 21. & Luc. 17. 16. Psal. 45. 3. Eiorum tranquillitas in mediis tempestatibus.

motionem

Psal. 17. 16.

7. 8.

7 Transfere quid in Hebræo.

PNV

Infra. c. 14. 18. Isa. 28. 9. Gen. 12. 8. R. Mardoch. Complutiens.

LXX

motionem accipiemus. & Psal. 17. *Apparuerunt fontes aquarum, & revelata sunt fundamenta orbis terrarum, fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis.* id est, tanta exitit vis divinæ iræ pro Davide adversus hostes defendẽdo, ut videretur orbem invertere, & omnia miscere, ut, si opus esset, omnia inverteret & misceret; ut hostes fortissimos montium instar concuteret, transferret, & dejiceret; qui potest montes transferre, potuit quoque hostes potentissimos prosternere.

Neque verò ex originali voce transferendi possumus; quicquã aliud elicere nam GhathaK, transferre & convellere est infra cap. 14. *Lapis transfertur de loco suo.* & Isai. 28. *Avulsos ab uberibus.* inde etiam de loci mutatione dicitur Gen. 12. *Inde transgrediens ad montem.* R. Mardochai. *Transfrens inde.* Complut. Et evulsit inde admonem. nos dicemus, *arrancõ de alli,* fortẽ in de ducta ratione, quòd fixa tẽtoria oporteret revelli, cû aliõ transferebatur. Igitur *translatio hæc montium,* est cõvulsio, era dicatio, abolitio quãdam. at quia eadem vox quasi per contrarium intellectu significat etiam roborari, permanere, inveterascere quasi in aliquo loco; & quia quòd antiquatur & senescit propè interitũ est, Septuaginta dixerunt, *qui in vetustatem perducit montes.* sed, ut bene ait Catenæ auctor, dilucidè interpretatus est Sym. *Qui aufert montes, & à cõspectu re movet eos.*

VI. Qui commovet terram de loco suo, & columnæ eius concutiantur.

- 1. Sententia que asserit terram perpetuò moveri, parum iuta.
2. Hoc loco asseri potius terra stabilitatem. Quid commoveri in Hebræo, & quibus aliis vocabulis verti soleat.
3. Que dicantur terra columna.
4. Columnæ terra ipsa terra firmitas, explicatus David.
5. Deus dicitur irasci inanimatis, & quando Impiorum oblivio Dei, atque suorum scelerum in suis ipsis supplicis.

I Astunica.

Didacus Astunica existimat hunc locũ illustrari posse ex sententia Pythagoricorum existimãtium terram moveri na-

tura sua. tum etiam hinc eãdem sententiã cõfirmari, quòd nullus reperitur in Scriptura locus, qui tam apertè dicat terram non moveri, quã hic moveri dicit. addere etiam (si libet) posset, translationem illam montium cum hoc terræ circulari motu congruere. nam valde mirabile esset, ut motum gibbositatis onusta terra tam celeriter circumageretur. Sed ut de hac sententia nos nihil nunc amplius dicamus, quã planè falsam esse (alii certè deliram, nugatoriam, temerariam, & in fide periculosam dicent; atque ex orco antiquorum illorum philosophorũ à Copernico, & Cælio Calcagnino revocatã potius ad ingenii specimẽ quoddam, quã ad philosophiã atque astrologiã bonum & utilitatem aliquã) certè adversus illam fusè disputavimus, cû libros Aristo. de Cælo & Mundo enarraremus, atque de cæli motu ageremus. & eleganter quidẽ rationibus ex philosophia, & astrologia petitis illius falsitatem ostendit noster Christophorus Clavius in suis comm. ad cap. 1. spheræ. Ergo nunc satis fuerit firmis rationibus efficere cum hoc loco non posse illã sententiam consentire. Primò quòd potius terræ immobilitatem asserat, & tantum illum terræ motum, quo solet trepidare terra, intelligat; nam *columnæ terræ* procul dubio firmam quandam stabilitatem significant, ut statim dicemus.

Præterea commotio hæc à Deo irato, & potentie atque vindictæ desuis hostibus manifestum specimẽ præbente, fieri solet; præsertim cû sævam aliquam tẽpestatem ipse concitat; quæ omnia aliena sunt ab illo quotidiano & imperceptibili motu circulari terræ, si quis esset, etiam cû serena omnia sunt, & mitem atque jucundam faciem rerum natura induit. Tandem quòd ipsa commotionis vox rem totam planè confirmat: nam verbum, *Ragaz,* nullum naturalem motum asserit, sed *commotionem* quãdam ex metu, ira, aut alio animi affectu & perturbatione, qualis est trepidatio, aut tremor: ut planè hæc *terra commotio* ad tremorem referenda sit. nam ab illa radice dicitur Deut. 2. *In morem parturientium contremiscam.* & Deut. 28. *Dabit tibi Dominus cor pavidum.* id est commotum timidum, dicas, tremens aut tremulũ. & Ioelis. 1. *Conturbentur omnes habitatores terræ,* atque est ejusmodi commotio, quæ tranquillita

Pythagoricorum opinio de terræ motu.

Terrã moveri perpetuò, parum tuta sententia.

Copernic. in suis revolutionibus.

Calcagni. peculiarit hac de re opusculo

P. Clavius. in cap. 1. spheræ.

2 Hinc cõfirmari terræ stabilitatẽ.

117

Terræ commotio ad tremorẽ, aut metũ.

Deut. 2. 2. Deut. 28. 65

Joel. 2. 1.

quillitati & paci opponitur. *Isai. 14. Cum requiem dederit tibi Dominus à labore tuo, & concussione (cómotione, trepidatione) tua. Tribuitur etiam sæpe montibus, aut terræ. 2. Regum. 22. Fundamenta montium concussa sunt. & Proverb. 30. Per tria movetur terra. & Jerem. 51. Commovebitur terra, & conturbabitur. Ergo in terræmotibus, & commotione terra præpotentem, mirabilè que suam majestatem ostendit Deus, qui tantam terræ molem, tantisque montes videatur de sua sede convellere; vel, ut significetur reverentia quædam creaturarum omnium erga supremam creatoris sui majestatem exhibita, juxta id *psal. 103. Respicit terram, & facit eam tremere, atque nutu etiam tremefecit Olympum, & vel solis minacibus oculis findit atque labefactat fortissimas rupes: sic etiam Ecclesiasti. 16. Calum & calis calorum, abyssus, universa terra, & quæ in eis sunt, in conspectu illius commovebuntur, montes simul & colles, & fundamenta terræ; & cum conspexerit illa Deus tremore concutietur.* ad similem rationem terrificæ tonitrua dicuntur esse Dei voces magnificæ, atque potentes territantis mortales *Psalm. 28.**

Et columnæ ejus concutiuntur. propriè, tremunt, tremescunt, obstupescunt, formidant. Septuagint. *quatiuntur.* Augustinus, *movetur.* D. Thomas. per columnas intellexit vel ipsas columnas, quibus ædificia constât (quod videtur minùs congruere) vel môtus; qui sunt terræ impositi vel erectæ columnæ; dicuntur enim in originali *columnæ*, ab stando, quod erectæ consistant, & stantes erectum ædificium sustineant, Placuit etiam hæc *columnarum* terræ pro montibus usurpatio quibusdam in arcano sermone. Sed mirum! nam licet quidè môtus altissimi, in quos celestis supernorum orbium moles inclinata recumbere videtur, *columnæ cali* dicantur. infra *Iob 26.* tamen *columnæ terræ* non possunt supernæ terræ partes, montes videlicet, appellari; nam illi non sustinent terram, sed sustinentur. nisi ejusmodi columnas fingas esse, quæ nihil sustineant, sed ad honorè tantum, & speciem erectæ sint.

Ergo *terre columnæ* infimas terræ partes significant, quæ reliquam terræ molem impositam sustinent, quæ sunt, velut fundamenta & fulcra terræ, quæ *Psalm. 103.* dicuntur, terræ stabilitas; *Fundasti terram supra stabilitatem suam.* Hierony. ex Hebræo

Super basim suam. & similiter Aquila, ut refert Basil. ergo doctè Philipp. dixit: *Terra columnas, esse suam ipsam stabilitatem, quæ in terræ motu concutitur & contremiscit.* Symmach. illum *Psalmi* locum legit; *Super sedem ejus.* & Theodoret. explicat hoc nihil aliud esse, quàm permanentiâ quandam, ut non moveatur.

Et nescierunt hi, quos subvertit. Si quis ad montes hæc ignorationem referat, ut videntur indicare Septuaginta, tribuetur ignorantia rebus inanimatis, cum ita subvertuntur, ac si nescierint; id est subito, inopinatò, nihil talè hominibus suspicâ-tibus de illorum subversione, imò potius securis de illorum stabilitatè. & licet addatur, *In furore suo,* non idèo non poterit montibus convenire; namq; Deus ostendit se iratum mundo, & hujusmodi rebus inanimatis. in tempestatibus concitâdis, ut dicitur *Psalm. 17. Fundamenta montium conturbata sunt, quoniam iratus est eis.* & *Psalm. 28. nemoribus atque sylvis irascitur, Confringens cedros, revelans condensa, concutiens desertum,* instar Rhinocerotis indomitæ feritatis animalis. Sed frequentissimus sensus est, ut hæc pars referatur ad ipsos homines habitatores montium, qui in illa montium everfione subito perierint, nihil tale priùs divinantes; aut qui peccatorum suorum, divinæ que justitiæ oblitii, tantam rerum mutationem Deo vindici malorum non tribuerint; ut cõsonet cum illo *Isai. 42. Effudit super eum in dignationem furoris sui, & combusit eum in circuitu, & non cognovit, & succedit eum, & non intellexit. nã mi ù est, impios tantis erûnis laceratos, & divina ira acriter in illos exardescète, neq; sua scelera, neq; verò scelerum vindicè Deû cognovisse.*

VII. Qui præcipit soli, & non oritur: & stellas claudit quasi sub signaculo.

1. Quid oriri in Hebræo. ut in tempestate videatur sol non oriri. aliorum expositiones non omnibus probatae.
2. Quid sit stellas claudere. metaphora ducta ab epistola signata.
3. Cælum liber quidam sit stella caractères, & signa. tum etiam insignia, & arma divina potentia. Illustratus *Isaias* & *Salomon.*

philip.

5 LXX

Deus irasci dicitur inanimatis. *Psalm. 17. 8. Psal. 28. 5.*

Impiorum in suis suppliciis Dei, & suorum scelerum oblivio *Isai. 42. 25.*

Olymp.

I OLYMP. judicat non ad factum, sed ad Dei potentiam referri, qui; si velit, possit vicissitudinem ortus, & occasus tollere, atq; soli præcipere, ut in terra quadam regione commoretur; nec exoriatur. astra etiam obscurare, ut minimè, luceant. plerique alii ad rem ipsam referunt, quæ in rebus naturalibus eveniat. Albertus ad solem stantem tempore *Iosue.* sed valde præposterè. Philippus, & Cajetanus ad quotidianâ dierum. & noctium vicissitudinem. sed aliquanto frigidius, & præter significationem verbi *oriendi,* quod in originali propriè significat matutinum lucis ortum; quare in congruè diceretur, cum Sol occumbit, *nò oriari,* atque tunc se Deum mirabilem præbere, cum præcipit occidenti soli, ut non oriatur, id est, ut occidat. Alii ad eclipsim. sed commodius alii ad triduanas. Aegyptiorum tenebras, quæ tunc in recèti hominû memoria, & admiratione essent; sed omnium tamen cõmodissimè alii Latini cum Chaldæo ad eas tenebras referunt, quas efficit sæva aliqua tēpesta, & arror nubium, quæ interdum orientem solè obscurat, atque noctu lucentes stellas, quasi inclusas asservant. & sanè hunc sensum exposcit lenis totius hujus orationis decursus. sic videas *Act. 27.* hoc ipsû notari in ingenti illa Pauli tempestate. *Nec sole, nec syderib; apparètib; per plures dies, & tēpestate non exigua imminente.* & *Ezech. 32.* vide supra cap. 3. ubi cum ortui sui diei, & nocti tempestatem imprecatur, diurnas, nocturnasque tenebras advocat. Rectè autem ab interprete dictum est: *Qui præcipit.* cum in Hebræo & Septuaginta habeatur, *Qui dixit.* nam illud dicere est cum potestate quadam imperandi, ut aliàs diximus.

Et stellas claudit sub signaculo. Hebræus apud Cajetanum vertèdum putat, *pro stellis signavit.* quasi in favorem stellarum Deus contineat claritatem solis in altero hæmispherio apposita terra, tamquã sigillo, ut lucere noctu nò possint. sed cõmunis Latinorum & Græcorû interpretatio hoc refert ad ipsas stellas, quæ non aliter, atque Sol densissimis nubibus, atq; tenebris obductæ, & clausæ videntur, cù non videtur; & sub signaculo incluse, quod claudente Deo aperire nemo possit. Septuaginta: *Contra sidera signaculum ponit.* est enim illa sigillatio, quasi prohibitio

quædam à consueto lucendi officio, ut latius explicabimus infra cap. 37. cum ait in describenda etiam hyemali quadam tempestate; *In manu omnium hominû signat.* id est, manus hominum quasi sigillo claudit, & abscondit. Hinc autè quidam nituntur elicere metaphoram deductam ab epistola, quæ cum clauditur, & sigillo munitur, nemini licet illam legere, aut aperire. Cum quo congruere potest, quod stella, & omnia cæli lumina, velut caractères quidam efficiant librum, in quo legenda, & visenda proponatur supremi creatoris majestatis atque sapientia. in què librum respicere jubemur; cùm ab *Isaia* dicitur: *Levate in excelsum oculos vestros, & videte, quis creavit hæc. qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat, præ multitudinem fortitudinis & roboris, virtutisque ejus, neq; anum reliquum fuit.* Hunc Deus librum claudit quasi sub signaculo tenebrarû. Nam ad tenebras quoque illud pertinet: *Tabescet omnis militia calorum, & complicabitur sicut liber cali.* Sed Sigilli quidem nomen, atque ratio, non solùm librum aut epistolas respicere nos jubet, cùm etiam *Deuteron. 32.* dicantur: *Signata in thesauris.* & infra: *Signasti quasi in saculo delicta mea,* & *Cant. 4. Fons signatus.* & 8. *Signaculum super cor, & super brachiû.* ergo stellas claudere sub signaculo, erit potius velut Theaurum diligenter claudere, & quali suæ potentia & majestatis sigillo & armis appressis munire, ita ut quæ ad supernæ tempestatis, & obducti atrique cæli conspectum oculos attollat, agnoscat statim insignia divinæ potentia, quibus signatum cælum est. & clausa reconditæque lumina. & si tantisper colludere libet, in ipsis signaculi, & signi vocibus, & Latinis significationibus, illa profectò signa, quæ erunt in sole, & luna, & stellis, erunt signacula quædam, sub quibus illorum splendor continebitur, & abscondetur: *Luna enim tunc non dabit lumen suum, & Sol obscurabitur.* Potest etiam significari tempesta aliqua neque levis neq; brevis, sed vehemètiore atque diurnior; nam quod signatur, non nisi certo temporis spacio decurso aperire oportet; sicut *Daniel. cap. 8.* dictum est: *Tu ergo visionem signa, quia post multos dies erit.*

Iob. 37. 7.

Metaphora ducta ab epistola signata.

3 Celestia lumina quasi caractères libri alicujus.

Isai. 40. 26.

Signaculum tenebræ. *Isai. 34. 4.*

Dent. 32. 34. Iob. 14. 17. Cant. 4. 12. Cant. 8. 6.

Signaculum stellarû, quasi arma & insignia divinæ potentia.

Luc. 21. 25.

Mat. 24. 29.

Dani. 8. 26.

VIII. Qui

VIII. Qui extendit calos solus, & graditur super fluctus maris.

- 1. Cælum pro aere; pro nubibus nunquam explicari David & Isaias.
- 2. Quæ sit calorum extensio. Quid firmamentum in Genesi.
- 3. Cur aer pellis, & tabernaculum dicatur. & ut
- imperator Deus inde adversus mortales dimicet.
- 4. Gradi, incedere, calcare habitus est præliantis, aut triumphantis. explicatus Moyses de stella ex Jacob.
- 5. Quædam Christi miracula prædicta hoc loco.

I **Q**ui extendit calos. Quoniam cali nomine non semper cælestes orbes, sed frequenter quoque aerea regio significatur, videri alicui posset hoc locum pertinere ad nubilum aerem, aut potius ad nubes ipsas fusas & expansas toto aere; ut hac ratione tota hæc descriptio tempestatis cohærentior esse possit. quod ego libentissimè amplecterer, si unquam invenissem cali nomine nubes significatas in Scriptura. quod enim dicitur Deus, de calo intonare; aut, cælum plueret; aut *charactæ cali aperiri*, hoc quidè non ad nubes, sed ad aerem pertinet, sive nubilus ille, sive serenus sit; is enim, cælum est; ille verò non cælum, sed nubes cæli. Tum etiam quia hæc cali, aut calorum (nā in originali semper est plurale nomen) extensio sæpe usurpatur in sacris, ubi nulla tempestatis, aut obductarum nubium mentio fit. Psalm. 103. *Extendens* (creans conservansque extensum) *calum sicut pellem*, id est, sicut pellicem tentorium; aut cortinam tabernaculi. Isai. 4. *Qui extendit velut nubilum* (id est, velut nebulam, aut rem vanissimam, singulari quadam levitate perpolitam) *calos, & expandit eos sicut tabernaculum ad habitandum*, non aliter cap. 42. 44. 45. Zach. 12. & similibus aliis locis.

2 Ergo hoc dupliciter intelligi posse videtur; primò, ut causam sententiæ præcedentis nūc reddat, quare possit soli præcipere, & *stellas claudere*; quia videlicet ipse sit Dominus, & creator cæli, qui illud longè latèque patès atque expansum efficit; quæ cælestium orbium expansio, est explicatio quædam, & quasi diductio in orbem, non verò complanatio, & directio; & ita nihil obest sphericæ cælestium orbium figuræ hæc extensio, quæ possit etiam convenire rei rotundæ, qualis *uter est*, ut Augustinus explicat lib. 2. de Genesi ad literam cap. 9.

Vel secundo intelligi poterit, ut consentiat cum illo Genesi 1. *Fiat firmamentum in medio aquarum, vocavitque Deus firmamentum calum*, id est in medio totius huius puræ, & liquidæ regionis, quæ supra terram est, propriè ex Hebræo; *Fiat expansio, aut extensio*, firma, durabilis, quæ quamvis mollissima sit, & tactui cedens, perpetuam tamen firmitatem habeat. hunc doctores existimant esse aerem circumquaque fufum; qui sensus rectè ad tempestatis describendæ continuationem facere potest.

3 Observandum igitur est Deum extendisse hæc cælestem, aereamque regionem; sicut *pellem*, tabernaculum ve, id est, sicut tentorium militare; nam potentissimus dux, atque imperator Deus illam sibi supernam stationem delegit per commendam adfigendum tentoria, ducendum; producendumque exercitum, configendumque cum hoste; in cælo enim, ubi summa pax est, perpetuamque tranquillitas, neque audiri clausum, neque bellicus tumultus potest; igitur cum bellum gerendum est: *Egreditur Deus de loco suo, & descendit, ut calcet super excelsa terra, & ut visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum*. Egressus igitur è cælo figit in aere sedem, atque explicat tentorium, videlicet, densas, atrasque nubes. Nam *inclinavit calos & descendit, & caligo sub pedibus ejus, & posuit tenebras latibulum suum, incircuitque ejus, tabernaculum ejus, tenebrosa aqua in nubibus aeris*, igitur cum in cælo sedeat triumphator filius Dei ad patris dexteram, cum pro suis adversus hostes dimicet, in cæli voragine quasi rupturâ quadam, aut in aere *stantem* illum videt Stephanus, qui pugnantis habitus est, ut observat Gregorius, & suos quidè hostes latet, quamvis suis se amicis conspicendum præbeat. Propterea consistetur etiâ cum Paulo *neminem quidem vidente, vocem tantum audiente*, de aere fulgurat, atque tonat, prosterntque hostem. Hinc divina ira atque vindicta, turbinis & procellæ nomine significatur Nahum. 1. *Dominus in tempestate, & turbine via ejus, & nebula pulvis pedum ejus*. & Ieremie. 30. *Ecce turbo Domini furor egrediens, procella ruens, in capite impiorum conquiescit*, atque ipse Deus infra cap. 38. *Thesauros nivis & grandinis* (id est, armamentaria publica, ubi armorum, machinarum, tormentorum ingens apparatus sit, & ut ille dixit;

4 *Et graditur super fluctus maris*. Supremam numinis in mare dominationem, quam ille exercet vel sedandis, vel concitandis fluctibus explicat. Sed ut quadret cum his, quæ diximus de Deo irato, tempestatisque ciente, notandum est, verbum *gradendi*, quod hoc loco est (*Darac*) aliquando esse ducis, aut imperatoris præliantis, aut debellantis, & triumphantis hostes. quod aliquando Latinus interpres reddidit, *calcere*, aut *conculcare*, quasi jure belli subijcere sibi, aut longè, latèque populabundum vagari victoris instar, & in aliquo locum ingredi in potestatem jam redactum. nos dicemus, *Correr la tierra, y entrar por fuerca de armas*. Nam hujusmodi ingressus bellicus est. Deutero. 11. ad milites, & jure belli in terram promissam ingressuros dicitur; *Omnis locus, quem calcaverit pes vester, vester erit*. & illa victoriæ sunt iudicium. 3. *Conculca anima mea robustos*. Mich. 1. 3. *Calcabit Dominus super excelsa terra*. & Iudic. 9. *Vastantes vineas, uvâsque calcantes*. Quare illud Num. 24. *Orietur stella ex Jacob, & consurget virga de Israel, & percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth*, in originali habetur ab hac radice, *Incedet, sive, ambulabit, aut calcabit stella ex Jacob*, qui incedendi & gradiendi habitus statim exponitur adjuncta victoria & triumpho. Ergo instar potētissimi imperatoris Deo omnia sibi subjicientis, maris etiam superbiâ proculcat, & comprimit. tumentes fluctus, aut pro arbitrio suo ita mare moderatur, ut cum vult, concitet & extollat. quare sicut cum per aera graditur, volitat nubes cogit, & turbine efficit; ita etiam maris tempestates & fluctus videntur esse pulvis pedum ejus, dum *graditur super fluctus maris*.

Sed non est omnino prætereundum pleræque ex his à Græcis per allegoriam de Christo servatore accipi; præfer-

I *Quidquid habent telorum armamentaria cœli paratas sibi esse in tempus hostis* affirmat; Ipse verò confictus, atque tormentorum explosio ex aere in terram describitur Sapientie. 5. atque hujus rei nonnihil attingimus superius, ubi sagittas Dei fulmina esse diximus. meritò igitur militia cœlestis per aera discurret, pacem mortalibus, quibus imminet ex ipso aere bella, præcantur; interim cœlorum *gloriam triumphosque lætissimos in excelsis prædicant Laudantque Deum exercituum*.

4 *Et graditur super fluctus maris*. Supremam numinis in mare dominationem, quam ille exercet vel sedandis, vel concitandis fluctibus explicat. Sed ut quadret cum his, quæ diximus de Deo irato, tempestatisque ciente, notandum est, verbum *gradendi*, quod hoc loco est (*Darac*) aliquando esse ducis, aut imperatoris præliantis, aut debellantis, & triumphantis hostes. quod aliquando Latinus interpres reddidit, *calcere*, aut *conculcare*, quasi jure belli subijcere sibi, aut longè, latèque populabundum vagari victoris instar, & in aliquo locum ingredi in potestatem jam redactum. nos dicemus, *Correr la tierra, y entrar por fuerca de armas*. Nam hujusmodi ingressus bellicus est. Deutero. 11. ad milites, & jure belli in terram promissam ingressuros dicitur; *Omnis locus, quem calcaverit pes vester, vester erit*. & illa victoriæ sunt iudicium. 3. *Conculca anima mea robustos*. Mich. 1. 3. *Calcabit Dominus super excelsa terra*. & Iudic. 9. *Vastantes vineas, uvâsque calcantes*. Quare illud Num. 24. *Orietur stella ex Jacob, & consurget virga de Israel, & percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth*, in originali habetur ab hac radice, *Incedet, sive, ambulabit, aut calcabit stella ex Jacob*, qui incedendi & gradiendi habitus statim exponitur adjuncta victoria & triumpho. Ergo instar potētissimi imperatoris Deo omnia sibi subjicientis, maris etiam superbiâ proculcat, & comprimit. tumentes fluctus, aut pro arbitrio suo ita mare moderatur, ut cum vult, concitet & extollat. quare sicut cum per aera graditur, volitat nubes cogit, & turbine efficit; ita etiam maris tempestates & fluctus videntur esse pulvis pedum ejus, dum *graditur super fluctus maris*.

5 *Sed non est omnino prætereundum pleræque ex his à Græcis per allegoriam de Christo servatore accipi; præfer-*

IX. Qui facit Arcturum, et Oriona & Hyadas, & interiora austri.

I *Qui facit Arcturum*. Similis omnino locus Amos. 5. *Qui facit Arcturum, & Orionem, & convertentem in manè tenebras, & diem in noctem mutantem; qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, Dominus nomen ejus*, atque D. Thom. cum aliis Latinis significari existimat Dei potentiam ex creatione harum stellarum, & per Synedochem reliquas stellas, & astra. quod etiam indicavit Olympiod. scribens, *Cum insigniora appellavit, complexus est reliqua, ac si diceret, Omnem Cæli ornatum distinxit*.

Sed ut cohærens sit oratio, hoc etiam pertinere ad amplificationem tempestatis videtur; nam his syderibus aut exurgentibus, aut vires suas cum aliis syderibus contemperantibus, exurgunt venti rapidissimi, atque sævissimè coguntur tempestates. hinc enim *Arcturus* est (*ghas*) à radice (*ghus*) quod est congregare, quasi dicas, Congregatio. dicunt enim esse congregationem stellarum, constellationem illam videlicet, quæ Vrsam, aut Plaurum Latini dicunt, Septuaginta Plejades; Alii, Vergilias: alii unicam tantum esse stellam volunt. Rab. Mardochai ait esse Caudam arietis. alii aliam stellam post Caudam majoris Vrsæ, sed ferè semper

tim illud de obscurato sole tempore passionis à Didym. in Catena, & Athana. in dialago de Trinitate contra Maced. Hoc verò de incessu super mare, ad id refertur, cum ad apostolicam navem accedebat, ab Olympiodo. eodemque Athanas. atque inde eliciunt Verbi omnipotentiam; cum quo lectio, quam Augusti. habet, mirificè convenit, *Ambulat super mare tanquã super terram.*

IX. Qui facit Arcturum, et Oriona & Hyadas, & interiora austri.

I *Qui facit Arcturum*. Similis omnino locus Amos. 5. *Qui facit Arcturum, & Orionem, & convertentem in manè tenebras, & diem in noctem mutantem; qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, Dominus nomen ejus*, atque D. Thom. cum aliis Latinis significari existimat Dei potentiam ex creatione harum stellarum, & per Synedochem reliquas stellas, & astra. quod etiam indicavit Olympiod. scribens, *Cum insigniora appellavit, complexus est reliqua, ac si diceret, Omnem Cæli ornatum distinxit*.

IX. Qui facit Arcturum, et Oriona & Hyadas, & interiora austri.

I *Qui facit Arcturum*. Similis omnino locus Amos. 5. *Qui facit Arcturum, & Orionem, & convertentem in manè tenebras, & diem in noctem mutantem; qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, Dominus nomen ejus*, atque D. Thom. cum aliis Latinis significari existimat Dei potentiam ex creatione harum stellarum, & per Synedochem reliquas stellas, & astra. quod etiam indicavit Olympiod. scribens, *Cum insigniora appellavit, complexus est reliqua, ac si diceret, Omnem Cæli ornatum distinxit*.

Sed ut cohærens sit oratio, hoc etiam pertinere ad amplificationem tempestatis videtur; nam his syderibus aut exurgentibus, aut vires suas cum aliis syderibus contemperantibus, exurgunt venti rapidissimi, atque sævissimè coguntur tempestates. hinc enim *Arcturus* est (*ghas*) à radice (*ghus*) quod est congregare, quasi dicas, Congregatio. dicunt enim esse congregationem stellarum, constellationem illam videlicet, quæ Vrsam, aut Plaurum Latini dicunt, Septuaginta Plejades; Alii, Vergilias: alii unicam tantum esse stellam volunt. Rab. Mardochai ait esse Caudam arietis. alii aliam stellam post Caudam majoris Vrsæ, sed ferè semper

Arcturus et
deitates ef-
ficat

pli.lib.2.cap.
39. & lib.18.
cap.18

Vis major
que dicitur
à Plidio

Cajus. l. 2. §.
5. D. locati.

Sex B. a

Vis divina
in tempe-
statib' que
dicatur.

Vlpian l. 24.
§. 2. D. de dan-
inf. et.

Plaut. in Ru-
dent.

Horat. 2. Car.
Ode. 1.

3
כִּסְלָא
כִּסְלָא

Iob. 38. 31.

Opivw

Novēber un-
de licatur in
Hebræo.

Arcturus reditur. Hic autem tempestates efficit gravissimas, ut testatur Plinius lib. 2. cap. 39. Arcturi (inquit) sydis non ferme sine procellosi grandine emergit. & lib. 18. cap. 28. Duo (inquit) genera esse celestis injurie meminisse debemus: unum, quod tempestates vocamus, in quibus grandinis, procellæ, cæteræque similia intelligimus: quæ cum acciderint Vis major appellatur, hæc ab horridis syderibus erunt, ut sepius diximus, veluti Arcturo, Orione, Hædis, atque non est leviter prætereundum id, quod ait, Tempestates fieri à majori vim enim majorē Cajus ait à Grecis vocari Theubiam, id est eam, quæ consilio humano neque provideri, neque vitari potest. & est animadversio Dei in homines, cuius vitandæ ipse facultatem ademit, velut fulgura, grandines, atque eadem hæc vis divina dicitur, quia scilicet nō ab hominibus, sed admirabili quadam Dei potentia infertur. atque sic Vlpianus aliquando loquitur. Ita (inquit) eum teneri, si adificii vitio id acciderit, non si violentia ventorum, vel aliqua ratione, quæ vim habet divinam. quod enim tam firmum adificium est, ut fluminis, aut maris, aut terræ motus vim sustinere potest? Arcturi igitur vis major est, atque etiam divina; Deus enim, est qui facit Arcturum. quare divina etiam videtur vis tempestatis. Hanc etiã cieri ab Arcturo eleganter scripsit Plaut.

Arcturus signū sum omnium quam accerrimū
Vehemens sum exoriēs, occidens vehemētior
Et Lyricus;
Desiderantem, quod satis, est, neque
Tumultuosum sollicitat mare,
Nec sepeus Arcturi cadentis
Impetus, aut Orientis Hædi.

Et Oriona. Orion in originali dicitur: Cæcil, a radice, Cægal, quod est inconstantem esse, varium, mutabilem. quod aliquando quidam stultitiæ gradus est, ut supra diximus. & quàmvis Vulgatus interpres Iob. 38. hanc ipsam vocem verterit, Arcturum, sed multò commodiùs hoc loco distinguit, vocavitque, Oriona, à verbo Græco Orino, quod est turbo, & concito, quòd mare ac terras tempestatibus perturbet, concitetque. quare etiam ab originali verbo appellatur mensis nonus Caslen, id est November, quòd eo mense Orion appareat, sitque magna cæli inconstantia, & in temperies. Inde tristis ac nimbofus Orion, nautisque infestus, prædicatur à poetis. est autem constellatio in signo Tauri;

vel Geminorum, alii in Cancro constituunt.

Et Hyadas. Hoc tertio loco Septuag. Arcturum habent. magna videlicet est in asserendis nominibus proprius obscuritas, & incertitudo. Hebraicè habetur, Cimah, quam Hebraizantes dicunt esse constellationem constantem septem stellis pertinentē ad Plaustrum. alii dicunt esse Vergilias, quæ sunt ante genua Tauri, vel in capite. Alii Succulas, vel Hædos appellat, Græce, Hyades dicuntur à pluvia, quoniam ortus occasuq; suo pluvias largosq; imbres concitant, ut auctor est Plinius lib. 2. cap. 39. ait enim esse Succularum nomen pluvium. & cap. 26. lib. 18. nimbosum illarum peculiaria nomina vide in Rodigino. lib. 16. cap. 16. & lib. 29. cap. 6. & Ciceronem. 2. de natura Deorum. inde etiam à poetis Nimbofæ, Triftes, Inferenæ appellatae sunt.

Et interiora austru, Et præterea (inquit) circa polum antarcticum, mirabiles alias stellas, aut sydera; quæ vocat interiora, aut aut penetralia, quoniam habitantibus sub polo arctico illa occultantur. in quæ sensum ex Hebræo refert Olympiod. hujusmodi lectionem; Et omnia astra circumdantia notum, aut, austrum. est autem ad polum antarcticum ab arctico via per medium austrum. quare nobis polus antarcticus, australis dicitur. Sed alii non tam propter stellas, quàm propter occultas virtutes stellarū, aut cæli australis, unde venti, & tempestates cogebantur, dici putant interiora austru, quasi ex occulta aliqua virtute partium australium tempestates & venti immittantur. quare austrum nō tam pro cæli plaga, quàm pro vento australi sumpsit Olympiod. atque ait ex austro, noto ve cæteros ventos significari. & penetralia, seu Thesaurus ventorum esse recessus, aut promptuaria, quæ dicunt Septuag. quorum nobis rationes perspectæ non sunt, quod multò meliùs rei propositæ quadrat, & confirmari potest ex illo cap. 37. Ab interioribus egredietur tempestas, & ab Arcturo frigus. quo loco promptuaria etiam habent Septuaginta. Austrum autem nimbofum esse, atque vel efficere, vel augere torrentes largis imbribus, non obicure colligitur ex Psal. 125. Convertite Domine captivitatem nostram, sicut torrens in austru.

Arcturus signū sum omnium quam accerrimū
Vehemens sum exoriēs, occidens vehemētior
Et Lyricus;
Desiderantem, quod satis, est, neque
Tumultuosum sollicitat mare,
Nec sepeus Arcturi cadentis
Impetus, aut Orientis Hædi.

4
Hyades que
constellatio.

כִּסְלָא

Vir gilic, aut
Succule que

Hyades nim-
bosa.

1 li. lib. 2. c. 39.

Cælius li. 16.
c. 26. 29. c. 62.
Cicer. lib. 8.
de nat. Deo.

5
Interiora au-
stru que.

Olympiod.
Polus arcti-
cus & antar-
cticus.

Auster pro-
veto austru
li.
Olympiod.

Iob. 37. 9

LXX

Pf. 125. 4

X. Qui facit magna, & incomprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus.

1. Methora hoc loco indicari.
2. Varia Dei venientis, & abeuntis rationes, & interpretationes. & ut ad naturæ opera referri possit.
3. An debeat hic locus exponi de incertitudine gratiæ.
4. Verosimillima expositio. Deum esse spiritum invisibilem. Oportuit gratiam nostram incertam nobis esse.

I

LXX

Polych.
Methora in
dicari hoc lo-
co.

Chryf.

Quæ possent dici de divinæ potentie magnitudine, hæc unica veluti clausula comprehendit. Septuaginta his tribus divinorum operum appositis quartum addunt, gloriosa; atque hæc dici existimat Polych. propter ea, quæ in aliis methoris mirabilia sunt, ut nivis ortus, gradinis impetus, tonitruum sonitus, fulminū jactus, & ejusmodi alia. Sed verior est commentarius Chrylosto. asserentis hæc dici à Iob propter ea, quæ à sensu remota sunt, neq; oculorum aut sensuum judicio investigari, discerni ve queunt. Reliqua petenda sunt ex cap. 5. versic. 9. ubi singulas hujus sententiæ particulas explanavimus.

XI. Si venerit ad me, non videbo eum; si abierit, non intelligam.

2

Deum venire
aut abire de
naturæ operi-
bus.
Act. 17. 28

Olympiod.

Non est una omnium interpretatio hujus divini accessus, atque recessus, nam quidam existimant Iobum, verari adhuc in naturæ mirabilibus enumerandis; nam auctor nature in nobis est, Vt in quo vivimus, movemur, & sumus, & tamen illud non sentimus. multa etiam sunt divina virtute ante oculos nostros, multa quoque fieri desinunt, quorum supremum auctorem Deum vel opus inchoantem, vel ab opere cessantem neque observamus, neque agnoscimus. indicat hunc sensum Olympiod. Quemadmodum (inquit) sit in omnibus, extra omnia, ac supra omnia sciri non potest. Secundò etiam indicatur ab Olymp. ut accedens & veniens ad nos. Deus, iratus sit; recedens & abiens, lenis, atque benignus, aut è contra. Nec lenem (inquit) eum, neque iratum contemplari possum; licet me supergrediatur, & transgrediatur, ut planè non animadvertam. Hæc enim est lectio Septua.

LXX

Si transgressus me fuerit, non videbo, si præterierit me, neque sic novi. quàmquam hæc lectio potest longè alium sensum habere, videlicet, aut illum primum, quòd præteriens veniensque ad nos, sit multa ante oculos nostros efficiens, & neque illa cognoscamus, neque suum auctorem, quem oporteret per sua opera cognoscere; atque suspicere; aut, quòd multa supra nostrum captum transgressus operetur, quæ assequi non valeamus. atque ita sententiæ præcedenti hæc annectatur tanquam illi subiecta ratio. Hunc sensum indicat peculiaris Augustini lectio, quæ est hujusmodi; Si transgressus me fuerit, non videbo; si alior fuerit, aut celeritate perstiterit me, eum non agnoscam Philippus presbyter ait, Deum venire miserentis esse; affligētis verò aut punientis, occultare se, aut discedere. D. Thom. ad beneficia præstita, aut denegata refert; horum enim omnium causa ignorata est hominibus, videlicet, quare aut beneficia quædam conferantur, aut denegentur à Deo; quare immittantur ærumnæ, atque tum corporis tum animi ægritudines.

Est alia etiam recentiorum expositio hujus loci, Iob loquutum esse de incertitudine suæ gratiæ; licet enim se ubique innocentem asserat, & nullius sibi criminis conscium, sed tamen in hoc se non justificat, quòd nullam de sua sanctitate & gratia fidei certitudinem habeat. Cui expositioni licet Gregorius faveat, tamen quòd non tradatur ab omnibus, neque à pluribus quidem, imò à paucissimis interpretibus, & patribus ecclesiæ, pia quidem; & valde vero similis, sed non omnino certa interpretatio, præsentis ve loci sententia est.

Sed ut aliis hanc quoque addamus, certè cum Iob perstet in confirmatione divinæ sapientiæ atque potentie, cum qua non nisi impudenter & temere mortalis congregari velit, nunc fortè inde confirmat, quòd Deus simplicissimus spiritus sit, & invisibilis corporeis oculis, quòd neque nos ad orientem, & aggredientem, * cum venit, neque cum abit discedentem à nobis referētēque pedem sentire possimus; quare neque illius ictus, vulneraq; vitare, neque vlla ratione illum lædere possumus: quæ est invidiæ cuiusdam, hostis descriptio. quæ imitatur Paul. Ephes. 6. cum ait, colluctationem nobis esse adversus;

August.

Venire Deū
miserētis ef-
fe.
Philipp.
D. Thom.

3

An hoc loco
asseratur à
Iob nostræ
gratiæ incertitudo

Greg. lib. 9. c.
1. & 19.

4

Verosimillima expositio.

Deus spiritus
invisibilis.

* Entra y sale
sin ser visto
ni oydo. y sin
podernos guardar del.

Ephes. 6. 12.

spirituales nequitias, adversus principes tenebrarum in caelestibus cum igitur illos minime videamus, illi in tenebris existentes perfidicacissimi sunt, & loco opportunissimo ad vulnus insigendum nos impetunt. Huc etiam illud facere potest, stultum esse cum Deo velle contendere, quae nescias quando amice & benevole, aut verò quando ferid, atque severe tecum agat, quod summae sapientiae in Deo est; ut ejus rei ignorantio numquam nos in officio continere non debeat. Iudicis quoque sapientissimi est, ut ita veniat perquisiturus fontem, & criminis cognitionem indagaturus, ut nemo illum aut sentiat, aut videat, neque admoneri possit reus, ut sibi consulat, aut se ratione aliqua ad rationem reddendam comparet. quod non est alienum ab illa *veniendi* significatione, est enim illa *veniendi* actio, aut amico, aut vindici, aut iudici communis.

XII. Si repente interroget, quis respondebit ei? vel quis dicere potest, cur ita facis?

- | | |
|---|---|
| 1. Interrogare quid in Hebraeo. <i>Varia Hebraea antium lectiones</i> | estimatur ut victo. explicata sapientia, & Matthaeus |
| 2. Eruditio & diligentia Latini interpretis. <i>Verbi pro respondere. Rapina pro interrogatoris subita. Explicatus Salomon.</i> | 4. Penitentia facti, facultatem respondendi affert. Explicatus Lucas. |
| 3. Respondere, verbum fore (e. Non respondenti is) | 5. Deus supremus iudex. a quo non est provocatio. Silentium ad sustinentiam debiti supplicii. |

I
LXX
Interrogare quid in Hebraeo.
קח
Prov. 23-28
R. Mard.
R. Mos.
Tygur.
Thargu.
Augusti.
Nicetas.

Si repente interroget. Septuaginta proxime ad fontem legerunt, *Si removerit quis restituet*; in Hebraeo, *Si rapuerit*. nam *Cathaph*, dicunt significare, rapere, abducere, diripere more latronum. & ita Latinus noster nomen inde deductum vertit raptorem, aut *latronem*. Proverb. 23: *Insidiatur in via, quasi latro*, sed illum peculiarem modum huic voci tribuit R. Mardochai, quod significet *velocitatem rapinae*. & Rab. Moses, *rapere repente*. Tygurina, *raptim auferre*. Thargum, rapinam hanc ad mortem retulit, *Si rapuerit hominem in mundo*. idque clarissime lectio Augustini; *Si morti tradiderit*. eodemque modo Nicetas; *En (in-*

quit) *abripuit, quis reportabit abreptum* & nam secunda illa vox *respondendi*, quae in Heb. est *Sub*, vertere, aut reducere, aut redire significat: quare alii vertunt, *Quis restituet*; alii, *Quis recuperabit*, aut *reducat* praedam; aut, *Quis restituere eum faciet*; alii non ad praedam sed ad ipsum Deum; *Quis revocabit a proposito*? Quid igitur potuit movere Latinum interpretem, ut rapinam illam in interrogatione converteret? Certè non aliud quam singularis Hebraicae linguae peritia, & incredibilis in interpretando diligentia. nam illud secundum verbum, revertendi aut reducendi, significare etiam solet responsionem, eò quod, qui respondet, convertat se ad interrogantem, vel quod responsum regeratur, restituarurque tamquam debitum, & revertatur in interrogantem, tamquam in id unde respondendi ratio, atque necessitas nata est. Nos, cum dictum in aliquem regerimus dicere solemus, *bolviole la palabra*: unus pro multis locis sufficit, Proverb. 18. *Qui prius respondet, quam audiat* (in Hebraeo; Respondens verbum, potius, reddens, restituens, reverti faciens verbum priusquam audiat) *stultum se esse demonstrat* nam qui nihil audivit, nullamque interrogationem accepit, nullam responsionem restituendam debet, neque est ad quem redire verbum, & responsio possit. Secunda ergo haec pars respondendi, primam interrogandi suo jure poscebat; neque illa *rapendi* significatio est omnino ab hoc sensu aliena; nos dicimus aliquem subito capere, (*coger de repente*) cum aliquem imparatum, vel interrogamus, vel aliqua alia ratione praecipiamus, & sicut in Hebraeo subita ille interrogatio nunc aggressiones hoc verbo significantur ita & nos verbo simili *latrocinandi* hanc subitam aggressione, & praecipitationem significare solemus, *Salsedme*. quare illa subita & inopinata rapina eleganter atque sapienter ab interprete dicta est, subita & inopinata interrogatio; praesertim cum haec ejusmodi sit, ut sit interrogatio iudicialia, qua reus damnetur capite, & rapiatur ad mortem. sic apud Latinos est, reu fieri, *legibus aliquem interrogari*, uti ille dixit, cum se omni criminis suspitione vacuum ostenderet; *Quis me unquam ulla lege interrogavit? quis postulavit? quis diem dixit?* & alius; *Neminem tantum eminere civem debere, ut legibus interrogari non possit.*

שוב
Tygurina. 1. a Clar. Pagnin & Regia, & Capet. Variablis
2
Vulgati in credibilis Coltrina & Hebraicae linguae peritia
Reverti pro respondere.
Prov. 18 11
Legibus interrogari quid. Cic. pro domo sua.
Ivi. lib 8 bel. li 11111

Respondere forese verbu

Sap. 2. 19
Sap. 11. 11

Matth. 27. 12
Luc. 25. 6
Ioan. 18. 33

Heb. 9. 27

Matth. 22. 12

Polychron. LXX

4
D. Thom.

Tum etiam respondere, & non respondere forensia sunt; illud ad equitatem, & jus, quo quis se tuetur; hoc ad criminis quandam confessionem tacitam pertinet; nam si quis in iudicio interrogatus, & postulat tacuisset, lis ei aestimabatur, ut victo. sic sanè sententia capitis conjungitur cum interrogatione Sapientiae. 2. *Contumelia & tormento interrogemus eum, ut sciamus reverentiam ejus, & probemus patientiam illius.* & deinde sequitur, *Morte turpissima condemnemus eum.* & cap. 11. *illos tanquam durus rex interrogans condemnasti.* sic etiam vides, non prius illum non habentem vestem nuptialem damnatum ad tenebras, quam obmutuit. tunc videlicet aestimata illi est lis, & interrogatio tanquam victo, & reo. sic enim scriptum est, *Ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris &c.* Quare vel ex hac etiam ratione mirari vehementer potuit Pilatus, quod Christus Iesus interrogatus in iudicio nihil responderet, neque curare videretur, ne sibi accusatio tanquam fonti aestimaretur, cum innocentissimus esset. est autem illa interrogatio, iudicialis questio, & examinatio, ex qua sequi solet pronuntiatio sententiae iudicis, & condemnatio fontis. *Repentina ergo interrogatio* erit raptus quidam hominis ante Dei tribunal, iudicialis questio, & examinatio, inopinata mors, *Nam statutum est hominibus mori, & post hoc iudicium.* *Quis respondebit?* id est, quis poterit se innocentem ostendere, aut se purgare ab objectis criminibus? similitudo etiam sumitur ab his, qui subito, & in sperato de quaestione aliqua gravissima atque difficillima interrogantur, si enim nihil respondent; ergo, *si Deus repente interroget hominem, obmutuscet prorsus, sicut qui rogatus à rege, Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? obmutuit.* Tunc dixit rex ministris, *Ligatis manibus & pedibus mitte eum in tenebras exteriores.* vides igitur hinc, hominem repente interrogatum, subito etiam, nulla mora raptum ad supplicium. Eleganter sensum iudicialis interrogationis atque sententiae Polychron. etiam subolfecit, in sua licet illa lectione Septuaginta, *Si contra quempiam (inquit) sententiam dixerit, ad quem provocabitur, cuius ve implorabitur auxilium, cum iis propitiis, ac placatus sit, quibus esse voluerit, ac rursus quos voluerit plectat?*

Argute hinc notavit D. Thom. rectè di-

ctum esse, *Si repente interroget*. nam cum homini spatium penitentiae conceditur, potest suscepto salutari penitentiae remedio, ad interrogationem cuiuscumque criminis constanter respondere in divino iudicio: sic enim *Villicus* ille aliquantulo temporis spatio ad reddendas rationes concessit *Dixit intra se, Scio quid faciam.* videlicet resipiscentiae, atque bonorum operum consilium suscepit. ergo cum peccatori dicitur, facta temporis copia ad se comparandum, *Narra, siquid habes, ut iustificeris*; abundè respondebit, atque satisfacièt cumulatè, si facti penitentiam afferat, & peccatum fateatur, ut oportet, & dans gloriam Deo.

Vel quis dicere potest, Cur ita facis? id est, quis alius superior iudex facti, pronuntiatore vel sententiae rationem ab illo exigeret? nam inter iudices *excelsior est alius* alio, ipse tamen supremus est, à quo non possit esse provocatio. igitur liberum illi est in res omnes imperium; vel, ut significetur, quidquid Deus de nobis statuat, aut iudicet, patienter ferendum esse, atque nostris meritis tribuendum, quod nihil pro nobis possimus respondere; uti illi suorum peccatorum conscii, atque commertis supplicii affecti, quasi sese ad sustinentiam cohortantes dicebant. *Convenite, & ingrediamur in civitatem munitam, & stileamus ibi; quia Dominus Deus noster silere nos fecit, & potum dedit nobis aquam sellis; peccavimus enim Domino.*

XIII. Deus, cuius ira nemo resistere potest: & sub quo curvantur, qui portant orbem.

- | | |
|--|--|
| 1. <i>Varia lectiones, & expositiones ex Græco.</i> | cacitas, & fortitudo. tū quam columna portandi pondus. |
| 2. <i>Curvari quid proprie particula. Et. causalis.</i> | 5. <i>Cur rex porter orbem. quae illius nominis etymologia ex Græco.</i> |
| 3. <i>Portare orbem, periphra sis angelorum, aut demonum. Explicatus Paulus.</i> | 6. <i>Gigantum circumloquutio.</i> |
| 4. <i>Iustorum circumlocutio. Horum in precando effi</i> | 7. <i>Quid portare. quid orbis in Hebraeo.</i> |

Deus, cuius ira &c. Quod in originali est *Deus non avertetur, vel, non redibit à furore suo, vel, non avertet, aut revocabit nasum, vel iram suam, q. diceret; Nullius metu aut increpa-*

Penitentia facti, respondendi facultate preber.
Luc. 16. 3
Isa. 43. 26
Iosue. 7. 19.
5
Eccles. 5. 7.
Ierem. 8. 14
I

tione remittet iram. eleganter æque ac significanter interpres illuminavit dicens. *Cujus ira nemo resistere potest*, videlicet si semel iratus statuerit supplicium sumendum de homine id est; Irato Deo & insequenti hominem impium, nemo se opponet; nemo illum ab instituto revocabit. Augustinus; *Ipsius enim inavertibilis ira*. Symmach. *Cujus inflexibilis ira*. eodem etiã pertinere lectio Septuaginta, *Ipse enim avertit a se iram*, si interroganter legeretur. quãquam Olympiodorus asseveranter legat, in hanc sententiam; Nulla animi commotione, aut perturbatione, nulla ira irrogat Deus hominibus supplicia; imò nostris rationibus utiliter consulit.

2
Curvari quid proprie
נחש
Isai 2.17
Isai 25.12

Et sub quo curvantur. Proprie, prosternuntur, dejiciuntur, jacent, humiliantur; est enim ille habitus subjectionis, atque demissionis, sicut Isaiã. 2. *Incurvabitur omnis sublimitas*. &c. 25. *Humiliabuntur, & detrahentur usque in terram*. licet autem ad superiora referri possit; sed aptius connectetur cum præcedenti. Hemistichio, tanquam illius expositio, aut ratio subiecta, quasi dicat; Cum divinæ iræ nemo resistere possit, necesse est potētissimos quosque sub illo prosterni, atque jacere ad illius pedes. vel; Si ipse non revocet, nec comprimatur iram suam, proculcabit proculdubio potentissimos quosque, illos etiam, qui portant orbem. quare interpres, qui addit particulam, *Et*, quæ neque in Hebræo, neque in Græco est, exponere sententiã præcedentem voluit; nam hæc particula præcedentem exponit, & causam reddit; *Et* (ideo) *curvantur* &c.

Particula, Et, causalis
3
Gregor. D. Tho. Lyra

Qui portant orbem. Quidam Latini ut D. Thom. & Lyra post Grego. intelligunt esse periphrasim angelorũ, per quos Deus res inferiores procurat, & administrat; quas cum illi moveant, portare videntur; sicut Deus, qui omnia ad agendum agit, & movet, dicitur; **Portare omnia verbo virtutis sue.* cujus humeris totius orbis machina nititur. Didymus atque Cajeta. demones intelligunt, qui dicuntur *retores tenebrarum harum*, sed diversa ratione; nã Didymus demones intelligit ex lectio- ne Septuaginta, qui habent; *Incurvati sunt ceti, qui sub celo*. quia animi nostri fluctibus innatant, quibus non possent hominũ natura obsistere, nisi inflecterentur & cõprimerentur à Deo. at verò Cajeta. ex le-

Periphrasis angelorum. Hebr 1.3
*Tracã todo el mudo en peso
Didymus Cajet
Ephes. 6.12
Demonũ cir cumloquutio
Demon Cetus
Cajet.

ctione Hebræa, ubi habetur, *Adjuutores fortitudinis*, demones intelligit, quorum studium sit adjuvare confidetes in propriis viribus, & sua potentia insolescentes.

Tertiò Philippus, atque Beda homines sanctos intelligunt, qui curvantur in Dei conspectu supplices ad impetrandam veniam peccatoribus; cum enim irascitur Deus, non videtur alia commodiori ratione illius iræ occurrendum, quã supplicii sanctorum oratione; qui commodissime dicuntur *portare orbem*, quòd illorũ oratio fortissima sit ad excipiendum divinæ iræ impetum, sustinendamque gravissimam hominum impiorum molem suis quasi humeris impositam; pro quibus, ne pereant, deprecantur. propterea existimant iidem auctores templum dici fortitudinem, Daniel. 8. quòd domus orationis sit; *Sanctuarium, & fortitudo conculcabitur*. eosdemque dici *columnas celi*; id est sustentatores populi Dei. inter quas etiam columnas Moyses fuit dicens, *Cur imposuisti pondus universi populi hujus super me*. tum etiã illi, qui audent divinæ iræ resistere, qualis ille fuit de quo testatur Sapientia cap. 18. *Properans homo sine querela deprecari pro populis, proferens servitutis sue scutum orationis & per incensum deprecationem allegans, restitit iræ, & finem imposuit necessitati, ostendens quoniam tuus est famulus*. quos sibi deesse, cum adversus impios irascitur Deus, conqueritur ipse Ezech. 22. *Quasi de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inveniret. & iterum. Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in pralio in die Domini*. Hactenus ferè ex Philippo. eleganter sanè, atque copiose.

Dæmon superbos adjuvat

4
Virorũ justorum periphra- sis
Philipp. Beda.

Cur sancti dicantur portare orbem

Preceum efficacitas

Dan. 8. 13
Iusti columnæ
Iob. 16. 11.
Galat. 2. 9
Num. 11. 11

Sapient. 18. 21

Ezech. 22. 30

Ezech. 13. 1

5
R. Abraham Reges cur dicantur portare orbem

Gregor.

Βασιλευς
Rex unde dicitur.

Caiveu
Ιλεως

quod

Misericordia requiritur in Principe.

5
Gigantes LXX

Olympiod.

Fortitudo p superbia.

Chaldaus Symmachus.

Orbis quid in Hebræo

Isai. 50. 7.
Psal. 39. 35

*Trac hecha la ruada de su vanidad. y Dios haze q la deshaga

7
Portare ad auxilium refertur

Auxiliari
1. Reg. 7. 12
2. Para. 18. 53
Isa 41. 13
Adjutor
Isa. 50. 7 & 9
Adjutorii
Genf. 2. 18.
Pagnin.
Regia
Tygur.
Variablis

*Anj trayga na su favor a todo el mudo

quod est misericorditer ascendere, quod in sede excelsa regis eminere, & resplendere debeat misericordia: atque hæc ad illud dignitatis fastigium regem exeret; sed de hoc aliàs.

Alii allusionem fieri ad gigantes existimant, qui, sicut quondam Athlas, dicebatur cælum humeris sustinere. Alii quoscumque fortes, quos etiam Septuaginta intelligere videntur per fortissimas illas & immanes belluas, legentes, *Incurvati sunt ceti, qui sub celo*. quod interpretatur Olympiod. *cete*, dixisse, ut omnia indicaret, quæcumque invicti robore, ac robusta videntur esse fortitudine. His ferè omnibus expositionibus commune est significari humanam, aut creatam aliam potentiam atque fortitudinem; quam in malum, pro superbia, & arrogantia Chaldaus accipit post quem Hebræi alii, atque etiam Symmach. qui quidem sensus tum parti præcedenti, tum toti sententiæ, atque etiam originalibus vocibus congruentior est. nam orbis hoc loco est, *Rahab*, ab eadem radice, quod est superbire, aut excellere, vel suscitare aut volare. atque ita nomen inde deductum erit superbia, vel arrogantia, uti veritur Isaiã. 30. *Superbia tantum est, quiesce*. & Psalm. 39. *Non respexit in vanitates, & insanias falsas*. quo loco legit Hieronym. ex hac ipsa voce originali. *Non est adversus ad superbias, pompasque mendacii*. Quare aliquis dicere possit **portare orbem*, id est esse quod superbire. deprimit ergo Deus creatas cristas, comprimit fastum atque tumorem.

Sed quoniam hic nunc agitur de resistendo iræ divinæ, cui nemo par esse possit; & quia verbum *portandi* aut nomine *adjutoris*, vel *adjutorii*, ferè semper redditur à Latino interprete cujus, exempla sexcenta sunt, ideo sensus non incommodus esse poterit; *sub Deo curvantur portantes orbem*. Pagnin. *Freti superbia*. Regia *auxilatores superbia*. Tygurina, *ei succumbunt conspiratores potentissimi*. Vatabl. *deprimuntur adjutores superbia*. id est, qui cum arrogantia & superbia auxilium aliis pollicentur, aut verò qui potentissimorum auxilium implorant, quasi dicat, Nemo divinæ iræ resistere possit, quantumvis omnia humana auxilia ad resistendum conspirent, quantumvis in auxilium suum advocet, & aserat **orbem* universum, atque omnem feculi potentiam, & superbiam secum por-

tet. nam hoc verbum frequenter dicitur de iis, qui vel petunt, vel quibus impenditur auxilium ad resistendum hosti. quod quærenti passim occurret.

XIII. *Quantus ergo sum ego, ut respondeam ei, & loquar verbis meis cum eo?*

1. Quid hoc loco responde-
re.
2. Loqui hoc loco de verbis elegantibus & selectis.
Oratio hominis divina majestate inferior Pronomen Meum, aliquid peculiare affere.
3. Humana sanctitas non splendet coram divina.

Deprecari quid.
4. An hæc tibi oratio ex proprio sensu, an verò tantum ex carnis infirmitate profecta.
5. Tobi in precando mirabilis humilitas, & de Lei bonitate concepta fiducia. Deus & si postulara differt, non aufert.

Quantus ergo sum ego. in Originali; *Et ego respondebo ei?* quasi dicat, Numquam animo finxi, ut vos de me fingitis, me posse, aut velle illi ex æquo respondere, & obstinatè contendere cum Deo sapientissimo, atque fortissimo; non illi denunciare litem, aut expostulare cū eo de meis ærumnis, aut meam causam verbis, & oratione defendere. nam hoc loco *respondere* est, vel interroganti Deo satisfacere, vel ad divinam actionem aliquid etiam agere, aut loqui.

Et loquar verbis meis. verbum, *Bachar* significat eligere, videlicet melius, & præstantius; quare hoc loco est, *loqui selectis verbis*, composita & ornata oratione, certa conceptaque formula deprecandi; quod videtur Iob respondere Baldad Iubenti, ut manè confurgeret deprecaturus Deum, quasi dicat; *Quis ego sum, ut coram sapientissimo Deo dignam orationem, & accuratam benèque compositam deprecandi formulam proferre possim?* vel, quamvis exquisitis verbis & accurata oratione coner meum judicem delinire, non potero illius iræ resistere. Illud autem pronomen *meum*, aliquid accuratum, & exquisitum peculiari quadã diligentia indicare solet; quo sepè utitur Sponsa in canticis; *Messui myrrham meam, comedi. favum cum melle meo &c.* Frustra

I
Respondere quid hoc lo-
co?

123

2
777
Loqui hoc lo-
co ad elegan-
tia & selecta
verba.

Oratio quã
vis ornatiss-
sima divi-
na majesta-
te inferior.

Pronomen
meũ, quid
hoc loco.

Cant. 5. 1

videlicet coner, quamvis peculiari mea, & accurata utar oratione.

XV. Qui etiam si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor.

3 De sanctitate nō est corā Deo gloriaudum. Dan 9.8 127 Deprecari quid pprie. Nec verò quantumvis iustus sim, cū divina iustitia summo jure agendum mihi est; nam si meum ipse jus, atque innocentiam probare voluero, repellar à Deo; itaq; quasi sanctitatis meę oblitus supplicem me meo iudici præbebo. sicut dicebat Daniel cap. 9. Non in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis. verbum autē deprecandi, est gratuitò & per misericordiam petere, non ex iustitia; itaque fatiùs sibi esse ait, non intrare in iudicium cum Deo, sed causam extrahere ex iudicio, & ad solam misericordiam provocare.

XVI. Et cum in voce antem exaudieret me, non credo, quod audierit vocem meam.

4 Evgubinus cum R. Moyse existimat Iobum dubitasse se Deo cura esse. Vatabli annotationes dicunt esse huiusmodi Verba diffidentis de Dei bonitate. sed utrumque est iudaicum commentum, atque Iobi sanctitate indignissimum. Isidor. Clarus interpretatur hæc dici non tam ex sua persona, quàm ex sensu infirmæ carnis, hominũque infirmorum, quasi diceret, Tam infirma, atque adeo mala est caro humana, ut etiam propositis promissionibus Dei non sit credere, ut per hæc respondeat amicis hortantibus ad preces, quas Deus statim exauditurus sit. Alii pleriq; Latini referunt ad eas conditiones, aut leges, quas oratio requirit, ut eff. cax sit, quarum defectu non axaudimur; atque ea de re sibi timere Iobum.

5 Germanior sensus & Iobi mirabilis, lemissio animi. Sed certè hoc videtur esse animi mirabiliter demissi, atque sibi suęque orationi diffidentis, fidentis verò de sola divina bonitate; Quàmvis (inquit) ille, quæ sua bonitas & clementia est, me invocantem exaudierit, is sum ego, quæ mea imbutitas, & orationis languentis inertia est

ut vix de me credere possim exauditum iri. Vel, ut ad divinam maiestatem explicandam sententia hæc pertineat, quòd occulta quadam ratione, & homini prorsus ignota, vix nutu, uti regem potentissimum decet, deprecanti annuat, aut renuat; Etiam si deprecet, si deprecanti ille postulata concedat, constare mihi certò non potest meas preces benignè exauditas; nam cū post deprecationem perinde habeam ac anrea, videor mihi à divino conspectu repulsus. sed tamen non debet inde peti firmum argumentum ex auditæ, aut contemptæ deprecationis; nam ut Augustin. dixit; Cum differt, non aufert. & iterum, Quædam non negantur, sed ut congruo dentur tempore differuntur. & quàmvis orantem exaudiat Deus, sed tamen bona corporis, aut fortunæ non ideo statim postulata concedit; fieri igitur potest, ut D. Thom. dixit, ut exaudiat ad profectum, sed non ad votũ. Vides igitur ut Iobus magnificè sentiat de Dei bonitate; abjectè & demissè de imbecillitate humana; sapienter atque subtiliter de natura & efficacia orationis; sanctè & religiosè de suis quotidianis sacrificiis, atque oblationibus, quibus non plus, quàm par esset, tribuebat; vere & orthodoxè de meritis humanorum operũ; denique sublimè de divina providentia quæ interdum, cū benevola sit, atque propitia homini, sed nulla benevolentia, aut lenitatis externa præbet argumenta; imò aliquando quem exaudit, turbine cõterit malorum, ut statim subdit.

XVII. In turbine enim cõteret me & multiplicabit vulnera mea etiã sine causa.

1. Paraphrasis huius sententiæ. Conterere quid proprie ex Hebræo. 2. Multiplicare, ad numerum & magnitudinem pertinere. Quid sine causa, varia expositiones. 3. Vnde in Iob difficultas respirandi. Emendata Philippi lectio. 4. Repleri, aut impleri, ad ingluviem pertinet; ad ingentes calamitates trãfertur. Explicati David, Ierem. Habac. Quid amaritudo.

Icèt orãdi (inquit) atq; sacrificãdi studium nunquam non habuerim, atq;

Divine maiestatis explicatio.

Aug. sup. Ps. 65. & serm. 5. de verbis Ps. 118. 11. & tract. 102. in Ioan. & serm. de orando Deum.

Quãvis Deus oratione exaudiat, nō ideo semper postulata statim cõcedit.

Vid. D. Tho. 2. 2. q. 83. præsertim a. 15. & Aug. supra citatũ. & Ps. 144. & Ps. 85. & Ps. 90.

I

Huius sententię paraphras

nunc

XVIII. Non concedis requiescere spiritum meum: & implet me amaritudinibus.

TAM graviter me afficit, ut respirare non possim. Septuaginta: Non sinit me respirare; nec quiescere, reducere spiritũ, reddere, atque trahere: non ergo decontendendo cum Deo, sed de extremo spiritu agendo cogitem; qui jam vix possum respirare.

Hanc autem difficultatem respirandi, non solum propter animi angustias, sed re ipsa propter morbum & pulmonis arterias obruratas dici volunt Philippus & Beda; ajunt enim affectum fuisse, astomathicõn, quem morbum dicunt in pulmonibus generari, quum aditus obturantur. quos Græci, itopiros; vocant. sic ergo contracti, & angustiores redditus angustias efficiunt in pulmonibus, ut reddere & recipere spiritum non sufficiant. addit etiam Philippus, quòd præ nimio dolore cum festinato suspirio repetitos, & quasi concisos flatus emittebat. sed tamen mēdote hoc loco legi, astomathicõn, pro asthmaticõs, tum in Phil. & Beda, tum etiam in Hieronymo, qui ferè ex Philip. descriptus est, res ipsa ostendit. de asthmaute autem & difficultate respirandi, qua Iobus laboravit, diximus cap. 2.

Et (fortè causa, aut expositio præcedentis) implet. satiatur, exsaturat; verba replendi frequenter de ingluvie dicuntur: ut 1. Regum 2. Repleti prius, pro panibus se locaverunt, & famelici saturati sunt. Et: Infernus & perditio nunquam implentur. Amaritudinibus; acerbissimis doloribus, & quidquid humano sensui injucundum existit. Sicut dulcedo omnia jucunda, & amica naturæ significat. Ierem. 6. Holocaustomata vestra non sunt accepta, & victima vestra non placebunt (Heb. Non dulcuerunt) mihi. & Hof. 9. Non libabunt Domino vinum, & non placebunt (Heb. non dulcescent, non erit vinũ jucundum, amarescet Deo vinum: nam fel draconum, vinum eorum) ei. Est autem huiusmodi locutio frequenter usurpata in sacris, ubi ingentes calamitates significantur. Psal. 87. Repleta est anima mea malis. & Thren. 3. Inebriavit me ab synthio. & iterum Saturabitur opprobriis. significat autem tam abũde mala & grummas epotas, exãtlatas, ut ampliùs capere animi ventriculus non

3 LXX.

Vnde in Iob difficultas, respirandi.

Philipp. Beda.

αστομαθικον

Σιμω

Ιωβ 19. 25

Philipp. Emendata Philippi & Hieronymi lectio

ασθματικον

Vid. in enumeratione morborum sect. 8.

4

Imp ere aut replere ad ingluviem. 1. Reg. 2. 5. Prov. 27. 20.

Amaritudo, omnia acerba natura. Ierem. 6. 20.

Hofe. 9. 4

Deut. 32. 12. Repleri & saturari de ingentibus calamitatibus. Psal. 84. 4. Thren. 3. 15. Verf. 30.

LXX

Conterere quid proprie. Psal. 138. 11.

שן

שן

R Mardoeb.

Verbum conteredi aliquid insidiarum affert. Genes. 3. 15.

2

כנה

LXX Multiplicare ad numerum & magnitudinem.

LXX Quid, sine causa.

Olympiod. Philipp.

Iob. 2. 3.

Philipp.

nunc etiam preces frequetes adhibeam, tamen cum severius, & acerbius accipiar à meo iudice, vix mihi persuadere possum, aut me ex auditum, aut illum benevolum atque propitium erga me esse. vel, ut perstet adhuc in illa prima sententia; Nolem cum potentissimo iudice cõterere, qui pro sua maiestate, etiam si mihi propitius sit, mecum ager severius, atque irati instar turbine immisso, coactaq; tempestate aut interrogationum, atq; rationum, quas à me exigat, aut ærumnarũ corporis, & animi, quibus me afficiat. Septuag. caligine; caliginoso turbine, obscura procella, conteret, conquassabit, conculcabit, percutiet, obruet me. unde dicitur Psal. 238. Tenebrae conculcabit me. Hieronymus. Operient me. Nescio an tam verbũ (Saph) quod subest hoc loco, quàm (nasaph) quod est affine, & ejusdem significationis, ut asserit Mardochai, habeant aliquid occultarum insidiarum; nam præterquam quòd utrumque de tenebris dicitur, atque caligine, in illo loco Gen. 3. bis habetur & vertitur conterere, postea vero insidiari. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo ejus. igit ait Iob, quasi occultas mihi parans insidias, turbine & tenebris alicujus tetra tempestatis me involvet.

Et multiplicabit, multis me, pscindet vulneribus; tum etiam, magnificabit, ingentibus vulneribus me conficiet. vulnera, cõtusiones, percussiones. Septuaginta tribulationes; tũ animi tum corporis cruciatus. sine causa. Septuaginta in vanum, absq; eo, quòd mihi meorum malorũ causam reddat, aut explicet; aut sive nova causa quam ego præbuerim, vel, etiam quàmvis mihi iustus videar. Aut quidẽ, ut Olym. & Philipp. indicat, in eo sensu, quo cap. 2. dictum à Deo est: Commovisti me, ut affligerem eũ frustra. q. d. ut Olympiodori verbis utar: Nihil attinebat Deum his cruciatibus de me periculum facere, nam ante cruciamenta me præclarè noverat. ad eundẽ sensũ Chrysost. Illud (inquit) frustra nō eò pertinet, quòd aberraverit sed quòd ex illa pœna atque supplicio nihil majus est consequutum. quare acutè observat Philippus, hæc à Iobo dici, quòd intelligat se nō tam flagellari, quàm probari. animi profectò præclarè in Deum affecti, sed tamen, affecti doloribus.

Psal. 68. 2.

posse videatur. quare oportet animæ os naufragare, & moveri vomitum, & afflictionum aquas pervenire jam usque ad animam; id est usque ad intercludendam respirationis viam. Tum amaritudo, id est, amarissimi atque biliosi humoris copiam vehementer infestat animum, efficit tormina, & chardiargiã, & ea omnia in animo generare solet, quæ bilis in corpore ardorem præsertim quandam præcipit; & irarum impatientem, quem cholericum pati solent: eò enim pertinet id Habac. 1. Suscitabo Kaldæos gentem amaram, & velocem. videlicet sævos hostes, biliosos, iratos, ardentes; quos tû innata bilis atque sevitia, tum divina permixtio & ira, ardentiores & concitatores reddat. ait igitur Iob se pati biliosos quosdam atque molestissimos in corde motus, & stimulos ad vomendum multa; ad reddendas & abjiciendas ærumnas, & amarulenta ramenta. Iuxta quod leniter accipienda; & cum moderatione quadam interpretanda est Philipp. interpretatio: Repletur (inquit) fellis, & blasphemis amaritudine animæ, ita ut durum verbum & asperum os meum dicere compellatur.

Habac. 1. 6.

Philipp.

XIX. Si fortitudo queritur, Robustissimus est: si æquitas iudicii, nemo audeat pro me testimonium dicere.

1. Robustus quid proprie ex Hebræo.	3. Testificari verum, & multiplex in Hebræo. Variæ lectiones.
2. Iudicium ex propria ratione æquum, & incorruptum esse debet. Iudicia, mirabilia Dei opera explicatus Salomon.	4. Testimonium pro federe, unde dicebatur Arca testimonii. Audere verbum forense.

I

EX originali non potest bene dignosci ad quem fortitudo hæc referenda sit; potest enim vel in communi accipi, quasi diceret; Si de fortitudine agitur, vel de humana fortitudine; si fortitudo aliqua, in humanis queritur, quæ se illi opponat, quamcumque ille facillè superat. Sed Septuaginta, & quidè commodè, ad Deum referunt quasi præcedentis sententiæ causam, atque rationem; namque legunt. Implebit me amaritudine, quoniam scilicet valet potentia. & S. Augustinus sic legit: Et

LXX.

August.

enim qui potest, obrinet, & vincit. potest is quoque sensus videri non omnino incommodus; si se mihi tandem conspicuum præbere velit Deus, experiar protectò illum multò fortiozem, atque terribiliozem, quam cogitaveram. nam vox illa robustissimus excessum quandam asferre videtur supra fortitudinem; est enim proprie id quod prævalens, vincens, invicto quodam & obfirmato animo præditus. nam dici solet de eo, qui alio superior, & erectior est. ut Psalm. 17. Confortati sunt super. (robustiores fuerunt præ) me. quare idem locus Habetur in eodem Psalm. 2. Reg. 22. Liberavit me ab inimico meo potentissimo & ab his qui oderant me; quoniam robustiores me erant. & similiter ab eodem verbo dicitur Genes. 25. 23. Populus populum superabit. Onkelus. Regnum regno prævalebit. proprie; Populus præ populo robustior. & huc respexisse videtur. Pagnin. hic leges; Si ad potentiam venero, robustus est. in originali indifferens est, nam tantum habetur, Si ad potentiam, ut suppleri possit, venero, aut respexero, vel quid simile.

Si æquitas iudicii. id est, si jure & iudicio agendum est. hæc æquitas iudicii in originali non est aliud, quam iudicium; neque incommodè dictum est ab interprete, æquitas iudicii, cum debeat esse iudicium ex propria iudicii ratione æquissimum, & incorruptissimum. Septuag. Quis igitur iudicio ejus resistet? oportet me quidem in iudicio, si jure agendum sit, causa cadere. Olympiodorus indicat, iudiciu hoc loco non pro forensi & judiciali actione sumi debere, sed pro divinis operibus humanum captum excedentibus, præsertim illis, quæ cum vindicta, aut supplicio aliquo de homine sumpto, conjuncta sūt sic dicuntur: Iudicia Dei abyssus multa. Psalm. 35. & Exod. 6. In brachio extento & iudiciis magnis. & Prover. 19. Parata sunt derisoribus iudicia, & malei percutientes stultorum corporibus. Igitur videbitur attingere amicos, qui divinorum iudiciorum, atque suarum ærumnarum causam probè se nosse arbitrabantur, Iobi videlicet scelus aliquod, sed non valde coheret cum sequentibus.

Nemo audeat pro me testimonium dicere. Nemo volet pro me contra Deum testis esse in mea causa; quare etiam si Deum pro vocem, velitque ille mecum descendere in iudicium, nihil proficiam, ab illo enim stabunt omnes sive advocati, sive patroni.

Robust quid proprie.

YON

Psal. 17. 21.

2 Reg. 22. 18

Pagninus.

2

LXX.

Olympiod. Iudicia, mirabilia Dei opera.

Psal. 35. 7. Exod. 6. 6. Prover. 19. 29.

3

Sed

Testificari in Hebræo quid proprie.

TY

Lectiones varieg ex Hebræo

Regia

Psal. 47. 5.

Amos. 3. 3.

2 Reg. 24. 35.

Pagnin.

Isai. 40. 27.

4

Testimoniū pro federe.

Arca testimonii aut fedoris, cur sic dicta.

Advocat qui pro cliente testimoniu dicit.

Audendi verbum ad forū pertinere. 1 Cor. 6. 1.

Sed tamen in eo verbo testificandi, aut testimonium dicendi, dissensio est; nam verbum originale (jaghad) significat statuere fœdus, aut tempus præfinire, aut condicere locum, aut condicere tempore & loco convenire; & congregari. hinc lectiones varieg hujus loci. Regia; Quis venire faciet me? supple ad divinum iudicium. id est, quis mihi certum, & definitum locum constituet, in quo cum meo iudice ad illius tribunal agere possim? quasi dicat; non possum ad illius subsellia causam meam tueri; non enim ille certo aliquo & definito loco jus dicit. vel; Quis mihi aditum patefaceret ad illius tribunal, aut quis me animo & viribus confirmaret, ut auderem ad illius tribunal comparere? in hac significatione ab hac ipsa radice dictum est. Psalm. 47. Ecce reges terra congregati sunt. videlicet condicere loco fœdus percussuri. & Amos. 3. Numquid ambulabunt duo pariter, nisi convenerit eis?

Secundò, quia etiam de statuto tempore dicitur, ut 2. Regum. 24. A mane usque ad tempus statutum. Legit Pagnin. Quis dabit mihi tempus; videlicet, ut de mea causa agatur, & tandem aliquando mea hæc controversia dirimatur. sicut dicebat populus. Isai. 40. Abscondita est via mea à Domino, & à Deo meo iudicium meum transivit. id est prætermittit ille; quæ ad me attinent.

Sed idem verbum ad pactum, & fœdus vel ad testimoniū, pacti, & fœderis, quod inter aliquos intervenit, eleganter refertur, unde dicitur frequenter Arca testimonii, aut fœderis, aut Tabernaculum testimonii. id est publicæ fidei inter Deum & homines contestatæ, atque pacti & fœderis multorum testimonio atque præsentia stabiliti. quare sapienter hoc loco noster interpretes retulit ad pactum & testatam fidem, quæ in iudicio esse solet inter patronum & clientem; quare hæc testimonium dicere, præter quàm quòd affert pactum in itum & fidè datam reo ab advocato, nõ solum est testem esse, sed etiã causam pro reo dicere, atque tueri, & advocati officiu suscipere; Nemo (inquit) mihi patroni fidem præstare volet; nemo patrocinari; nam pugnabunt potius pro Deo adversum me omnia. Illud verò audendi verbum, quo Vulgatus utitur, videtur olere aliquid forentie, ticut & id I. Corinth. 6. Audeat aliquis vestrum negotium habens adversus alterum, iudicari apud iniquos,

& non apud sanctos? illud enim audere, periculū videtur asferre, quod advocato aut patrono, aut actori, reo ve ex iudicis adversa sententia imminere potest. Potest etiam ad summam Dei æquitatem humanamque impuritatem pertinere; Nullum habeo pro me satis firmum & grave testimonium meæ innocentie, atque virtutis, si summo Deo mecum jure agat.

Illud etiam facere huc potest, quòd qui advocatum non haberet, ab ipso Pre-tore accipiebat; cujus illa vox erat; Si ad vocatum non habet, ego dabo. igitur Deo mecum, aut me cum Deo disceptante, neq; mihi ille advocatum dabit; neque verò qui mihi jus in hoc iudicio suggerat, & præsentiam suam amicè & benevolè commodet, habere potero.

Ei qui advocatum nõ haberet, Prætor dabat.

XX. Si iustificare me volvero, os meum condemnabit me. si innocentem ostendero, pravum me comprobabit.

1. Iustificare quid. Laus furtiva, qua ore proprio frequenter usurpatur. explicati Ioannes, & Paulus.	2. Condemnare hoc loco ad culpam referendum. Pro-	3. Innoctus quis. quid pravum.
4. Iustificare quid. Laus furtiva, qua ore proprio frequenter usurpatur. explicati Ioannes, & Paulus.	5. Innoctus quis. quid pravum.	6. Iustificare quid. Laus furtiva, qua ore proprio frequenter usurpatur. explicati Ioannes, & Paulus.

QVOD si deficientibus patronis, advocatis, testibus, velim ego pro me causam dicere (id enim est iustificare, suas partes agere, se tueri in iudicio, atq; conari innocentem ostendero) os meum (meu testimonium, mea oratio) condemnabit me, videlicet me damnabit projectæ cujusdam audaciæ, qui tam liberè ausim pro me dicere; vel, mendacii, qui verissimo iudici, verissimoque iudicio repugnare, aut contradicere coner; vel, quòd propria laus, propriumque de sua innocentia testimonium non solum in proprio ore sordescat, sed etiam aut mendacii, aut suspectæ veritatis nomine, in iudicio locum non habeat, sed explodatur & exhibetur, sicut Ioan. 8. Christo Domino dictum à Pharisæis est; Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est veru. inter alia verò respondit ille; Si iudico ego, iudicium meū verum est; quia solus nõ sum,

I Iustificare quid.

Laus in ore proprio sordescit.

Ioan. 8. 13.

Verf. 16.

Sed

Laus illa fur-
tiva, quam ho-
mo ore pro-
prio frequen-
ter usurpat.

Philipp. 2.6.

Firmū, & gra-
ve testimoniū
quod ab aliis
præstatur.

2. Cor. 12. 11.

2

Condemnare
hoc loco ad
culpam refe-
rendum.

Innocentię ho-
minis duo tes-
tes, Deus, &
propria con-
scientia.

2. Cor. 5. 10.
* Que reficera
y diga.

1. Cor. 4. 4

1. Ioan. 3. 21.

3

Humana infir-
mitas, & pro-
clivitas ad ver-
borum lapsus.

Sed ego & qui misit me pater, namque laus illa, quam homo proprio frequenter ore usurpat, & alterius fidei atq; testimonio renuit committere, furtiva videtur esse, & non propria; quod enim furto raptum est, non permittitur liberè evagari per aliorum manus, ne redeat ad suum dominum. quare verissimam illā filii Dei majestatem vel hoc uno nomine Paulus explicat & commendat Philipp. 2. ait enim libenter illam dissimulasse, & quasi aliorum testimonio, & prædicationi permisisse; Non enim (inquit) rapinam arbitratus est, esse se aequalē Deo. illud igitur est verū vere virtutis testimonium, quod non ore proprio, sed alieno præstatur. igitur, Os proprium (inquit Iob) cōdemnabit me, exibo ex huius modi iudicio condemnatus, & oratio mea fiet in peccatum. vel etiam: Os meum cōdemnabit me in insipientiē. sic enim Paulus 2. Corinth. 12. cū se commēdaret, subdit, quasi præcastigans se; Inspiēs factus sum; vos me coegistis; ego enim debui a vobis commendari.

Observandum verò, quòd hoc loco verbum *condemmandi*, non tam pertinet ad pœnam, quàm ad culpam, cū homo cōvincitur damnaturque sceleris alicujus. Et quidem hominis absolutio, vel purgatio sceleris, cuius agitur reus, innocentia ve illius duobus minimū testibus constare debet, Deo videlicet atque cōscientia; quare nō repellitur quidem cōscientiæ testimonium in divino iudicio, dicente Paulus: *Oportet nos sisti ante tribunal Dei, ut referat unusquisque prout gessit*, id est ut testificetur. propriè juxta Græcū, ut ferat, portet, adducat, & quasi proponat in iudicio, proferatque ipse sua opera, quasi qui testimonium profert pro veritate. ergo si tibi videris habere bonū conscientie testimonium, bene quidem; sed divinum adhuc de tua innocentia expectandum est, ut faciebat Paulus dicens: *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sū, nam qui iudicat me Dominus est*. licet autem testimonium conscientie per se nō sufficiat, sed jubet tamē bene de nostra sententia, deque Dei iudicio sperare: ut Ioannes ait: *Si cor nostrum non reprehenderit nos fiduciam habemus, &c.*

Si verò quis velit hoc loco severitatē divini iudicii atque humanam infirmitatem explicari, quæ, etiam cū suam innocentiam tuetur, mille dabit verborum

& ignorantie lapsus, sensus iste conficietur; Etiam si mei defendendi jus atque locus in divino iudicio mihi tribuatur, tamen coram tāta majestate quibus verbis, aut qua dicendi formula me tueri de beam, prorsus ignoro; necesse igitur erit, me loquentem aberrare. hoc indicant Septuagint. legentes: *Quòd si etiam fuero justus, os meum impia loquetur*. Olympiod. *Quamvis factorum fortasse iustitiam fuero, consequutus, dictorum tamen condemnationem minimè vitaverim. Si enim justum esse me dicere audeam, id demum dicere puto esse impietatis*. idem ferè Polychron. non enim oportet ad amicos restringere huiusmodi sententiam cum Vatablo annotante huiusmodi sensum; *Si causa mea sit iusta, sermo meus efficiet, ut videar vobis improbus & pravus.*

Si innocentem ostendero. Non oportet hanc innocentiam cū quibusdā Latinis restringere ad Deū tantum, qui nemini noceat, nam propriè est, simplex, integer, perfectus. Septuagint. *Sine crimine*. alii Græci; *Irreprehensibilis*. *Pravum*, autem, *comprobare*, est simplex in originali verbum, de pravabit me, aut perversificabit me. sed eleganter illuminata est significatio ab interprete; estque antithesis ad innocentiam illam, & simplicitatem; hæc enim perversitas est, à qua quis dicitur *gradi viis perverfis*, aut *depravare vias suas*, aut *via incurvatæ*, & *cor pravum*. suppositum verò verbo *depravandi*, aut *pravum comprobandi*, Vulgatus videtur attribuisse ori, & ferè idem colligitur ex originali. Septuaginta sine supposito reddunt; *Pravus evadam*. quamquam Polychro. Deo tribuat; *Is* (inquit) *qui tanta est potestate, facile ostendit iniquos meos esse sermones*. sed præterea acutus est ille sensus, quem idem quoque Polychr. indicat; Cū Deus meæ vitæ, meorumque operum Dominus sit, cui semper placere studui à juventute mea, potestatem habet meos mores meamque vitam corrigendi, emendandi, accusandi; ergo nulla mihi via contendendi, aut summo jure cum Deo agendi mihi patet.

XXI. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tadebit me vitæ meæ.

LXX. Olympiod.

Polychron.

Vatab.

4

Innocēs quis.

ON

LXX.

UPY

Pravū cōpro-
bare quid p-
priè in Heb.

Prov. 18. 8.
2. Prov. 10. 9.
& c. 2. 15.
Isai. 59. 8.
Prov. 11. 20.
& cap 17. 20.

LXX. Polych.

1. Nostra gratia incertitudo. Deus nostra mentis explorator illustrata sapientia. Quid manifestare apud Paulum. Homo sibi ipsi obscurus. explicatus Ecclesiasticus. 2. Aliorū expositiones pa-

lo: præsertim ubi intar aqua limpida cor mundum, atque tranquillum sit, licet omnino clarè se non agnoscant.

I NOSTRÆ lectionis simplex sententia hæc videtur esse; Si ante actę vitæ conscientia, & innocentia me sustinere consolarique voluero, non omnino potero, cū id mihi certò, & clarè constare non possit, quare nihil mihi in vitæ reliquum esse videtur, quàm tediu vitæ; & mortis votum. Elegans sanè locus pro confirmando illo dogmate de incertitudine gratiæ. eam enim certam clarāque cognitionem nostræ sanctitatis sibi assumit divinus spiritus, Sapientię I. *Renū illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & lingua ejus auditor*. id est, quidquid cogitet, quidquid desideret, quidquid loquatur homo, sive illa interna cordis locutio sit, sive exterius ore prolata, perspectum Deo est; atque huius rationem subdit; *Quoniam spiritus Domini replevit orbem terrarum* (id est, testis oculus est, quòd ubique præsens sit) & hoc (Pneumã spiritus) *quod continet omnia* (id est, qui nō solum est in omnibus, sed in quo etiam omnia fiunt) *scientiam habet vocis*. id est sive corde loquamur, sive ore, nihil latere illum potest. homo verò plerumque neque omnino exploratas suas interdū cogitationes & internas locutiones habere potest. quare dixit Paulus. 2. Corinth. 5. *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi*. propriè ex Græco oportet pellucidos, & transparentes fieri, instar corporis diaphani, quod luci atque luminibus pervium est. & statim eadem voce ait, *Deo manifesti simus*. id est, cogniti, perspecti, quasi illius luminibus omnino pervij, ut indicaret Paulus nos ipsos in nostris oculis crassos, opacos, nimumque pingues, & cōcretos esse, obscuros propterea, & minimè cognitos; illa enim sui ipsius cognitio, atque exploratio, quam habere potest homo, cōjecturalis est, & minimè certa, de qua sapiens ait: *Quemadmodum in aquis respicendū vultus prospicientiū, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus*. nam hi se ipsos in suo corde contemplari, & examinare possunt tamq̃ in specu-

Porro hanc ignorationem Eugubinus post R. Abraham refert ad æruinarum causam ignoratā, quasi Iob dicat: si simplex, sanctusq; sum, planè ignoro quorsum Deus his me malis afficiat. sensus parum pius, parumque lenis, & potius cum sententia amicorū, quàm cum Iobi proposito congruens. Vatab. Tyg. cum aliis Hæbraizatibus, faciūt huius ignorationis appositum animam; videlicet, Ignoro, aut non cognosco animam meam. Tygur. *Animam meam perspectum non habeo*. sed nescio quam morbi, aut mortis circumlocutionem in eo Hæbraismo agnosco Vatab. ut perinde valeat, ac si dixisset: *Desicio, consumptus sum, nec novi animam meam, id est, non novi animā meam fungi muneribus suis*. Alii, Estō innocens sim, sed nunc de mea sanctitate non cogito, & quis sim, aut quis fuerim obliviscor, minimè curo, contēno. nam verbum *Ignorandi* aliquando ad contentum & curæ abjectionem pertinet, ut illud Cant. *Si ignoras te ò pulcherrima inter mulieres* (id est si tuam pulchritudinē non valde curas) *egredere, & abi* &c. & Iud Pauli: *Si quis ignorat, ignorabitur*. igitur dicit Iob; *Si simplex fuero non novi, nō mihi ea in re blādior, neque gratulor; nā illud tantū cogito me in extremis versari planēque jam deficere, atque vivendi mē tedere*. sed sensus videtur invitus, & repugnans. Septuag. *Si impiè egi, non novi animo, verumtamen ausortur vita mea*. cui lectioni; atque nostræ ille videtur germanus, atque communis sensus; sim sanctus sim innocens, nec ne, sub iudice & sub lite est, incertum adhuc & ignoratum; illud certissimum, atque exploratissimum tamen est, me in extremis ærumnis extremū jam spiritum agere; ut hinc eliciat se non contendere cum Deo de sua sanctitate, aut de illius providentia atque iudicio, sed tantum instante & compellente morte, atq; urgentibus cruciatibus tantam dolorum acerbitatem (quod humanum est) deprecari.

XXII. Unum est, quod loquutus sum, & innocentem, & impium ipse consumit.

2 Eugubinus R. Abraham.

Vatab. Tygur.

Vatab.

Aliorū exposicio parum lenis.

Cant. 1. 6.

Ignorare ad curam abjiciē dā pertinet. 1. Cor. 14. 38.

LXX

Germana exposicio.

3
Isidor Clar.

Iobi sententia pia & sapiens.

נמנ

שע
Impius quid proprie
Psalm. 1.1.

LXX.
Impius pro locuplete, & potentiore.
Olympiod.
Polychron.

כלה
Consumere quid.

Consumptio non solum de morte, sed etiam de rerum.

ISIDOR V.S. Clarius detetretur loci huius difficultate, qui illi videtur impietatem includere, quasi apud Iob unum & idem sit proborū, & impiorum iudicium, quodque Deus hæc inferiora non curat. proptereaque existimat Iobum hic, sicut in aliis quibusdā locis, loqui in persona hominis, qui sit absque gratia & cognitione Dei, sed difficultas nulla, neque impietas in sententia facili, & pietate atque sapientia plenissima. **L**icet (inquit) de me senserim semper submissus, deque divinis iudiciis, atque providentia magnificentius, hoc unum est, ibi videtur claudi sensus in originali, & deinde sequitur: *Ideo dixi innocentem & impium, &c.* id est hoc tantum asserui, repeto que libenter, hoc unum est meæ assertionis caput; Deum indiscriminatim impios, iustosve calamitatibus exercere. Verbum loquendi hoc loco asseverationem, libertatem quandam, & dictorum constantiam assert. *Innocentem*, perfectum, integrum, & *impium*, inquietum, per multas huius seculi, temporaliumque bonorum curas atque sollicitudines vagantem, cujus vocis proprietates indicat. Psalm. 1. *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum.* quasi huius modi inquietæ, & vagæ mentis homines non nisi multis, illisque iniquis consiliis captandis vacent. Septuaginta etiam indicant *impium* pro potente, & locuplete homine debere sumi, nam vertunt: *Magnam & potentem disperdit ira.* magnum autem interpretatur Olympiodorus eum, qui suam magnam & robustam esse iustitiam arbitratur. & Polychron. qui pietate insignis, & vita clarus extiterit.

Consumit. proprie delet, disperdit, frequenter ad extremum interitum, & consumptionem, vel consumptionem refertur; quod non tantum de morte, ut aliqui Latini indicant, sed de ærumnis quoque intelligendum est, quæ innocenti, perinde ac impio evenire solent.

1. *V*aria aliorum interpretationes. ultima lenissima. excusatus Iob ab ea, quæ videtur, orationis acerbitate.
2. *F*lagellum, de communi, & universali iudicio quid proprie ex Hebræo.
3. *Q*uid semel hoc in loco. Quæ Sagitta parvulorum apud David.
4. *I*mpii aliquando facili morte sublati. Diuturnitas supplicii ad exaggerationem pertinet.
5. *R*idere pro irridere. Quod dicitur Deus irridere hominem.
6. *E*xpenditur lectio. Sept. *P*erit, & tentatio unde dicitur.
7. *V*aria lectiones ex Heb.

NULLUM esse verbum hac sententia, atque illa, *Elegit suspendium anima mea, &c.* durius atque asperius, Philippus asserit; *Durè* (inquit) *hic satis locutus est contra Deum: in omni quidem libro hoc nullus est locus asperior isto, & altero superius posito. De quibus, ut puto duobus sermonibus ad Deum loquatur, vnum loquutus sum, quod utinam non dixissem, & alterum quibus ultra non addam.* itaque de duobus istis sententiis reprehensum esse à Deo, & à se ipso levitatis accusatum, cum ait: *Qui leviter locutus sum, &c.* sed neque ex sua interpretatione, neque ex vera horum verborum sententia, alia sermonis acerbitas colligi potest, quam illa suorum cruciatuum.

*S*i flagellat, suppositum huius verbi, demonem esse savissimum, carnificem atque tortorem mortalium Philippus & Cajetanus interpretantur. sed multo melius cohæret, ut supponatur Deus, ut in sententia præcedente. Duas autem huius sententiæ partes non ad idem referunt, Tyg. Vatab. Isidor. Clarius; hic enim sic interpretatur, ut videatur Iob velle præscribere modum tum flagellandi impios, tum renumerandi pios; Si punit improbos, quare non subito occidit? si remunerat justos, quare affligit eos, & ridet? sed cum gravissimum supplicium sit, non quod breve, sed quod diuturnum est, non videtur, illa Iobi expositulatio congruens. aptior quidem Tygurinæ sensus: *Si flagrum inferendo statim occidit, innocentium afflictionem sanis prosequetur.* quasi dicat; Oporteret quidem, ut si tam innocentem, quam impium ipse consumit, vel utrumque semel, subitoque occideret, vel utrumque productioni cruciatu divexaret: cum tamen impii supplicium brevissimum sit, piorum diuturnum atque longissimum. Vatab. in hanc sententiam; Si Deus tantam ob scelera hominem affligit, ut tu Baldad asseris, sequitur ut oppressionem innocentem statim vindicaturus sit; atque

Philipp.
Tob. 19. 38.
Iob. 29. 37.
Nulla verborum Iobi asperitas.
Philipp. Cajet.
Tygur. Vatab. Isido. Clar.
Tyg.
Vatab.

XXIII. Si flagellat, occidat semel, & non de poenis innocentium rideat.

piorum

Lenissima expositio.

2
שע

Flagellū quid proprie in Sacro sermone.

Isai 28. 15.

Hispanorum proverbium.

3
Quid semel hoc loco.

Prov. 6. 15.
* Sin sentia se vera perdidit. Psalm. 63. 8.

פיהם
פיהם פיהם

Quæ dicantur Sagittæ parvulorum.

4

piorum poenas non prorogaturus diutius, contra quam tu mihi suggeris; asseris enim impios subito periri, piis verò expectandum esse diutius, quod si ita res se haberet, acerbior esset poena piorum, riderique ab impiis possent. sed alii multo lenius; Si innocens etiam non debet esse poenarum expers, si flagellandus etiam ego innocens sum, illud supplex oro, ut nolit me *tota die mortificare*, sed semel peremptum non vexet diutius.

Flagellat. à circumeundo, vel circumdando, flagellum dicitur, quod videatur circumcingere hominem. inde pro supplicio, aut percussione, quæ transit circumquaque per orbem, aut terram circuit, & nulli non tabernaculo appropinquat, sed omnia pervagatur. sic videtur indicari, forte cum allusione ad hanc nominis Etymologiam. Isaiæ 28. *Flagellū inundans, cum transierit, eritis ei in concalcationem.* quasi dicat, Plaga pertransiens, circumciens, & omnes sine delectu involvens, & proculcans, sed fortè etiam dicitur flagellum à circumdando, quod circumdare videatur, & cingere illi latera, qui verbere pulsatur. Quare non de brevi sed bene longo flagello aut funiculo, quo quis verberatur, qui non solum cingere unica circumductione corpus possit, sed post unicum orbem evolutum restat etiam restis, & funiculibona pars, quæ iterum semicingat hominem. id Hispanorum vulgo jaclatum intelligendum est: *To os parare de buelta y media*: consentiente etiam voce originali (Sor) id est flagellum vel circuitus, cum, afo, vel acote.

Occidat semel. Quamquam quod semel fieri dicitur in Scriptura, efficacitatem quædam rei perficiendæ afferat; ita ut secunda vice opus non sit, sed tamen hoc loco proprie est subito, statim, ita ut non sentiat, donec res fiat, sicut Proverb. 6: per eandem vocem dicitur. ** Exemplo veniet et perditio sua.* sic Psalm dicitur: *Sagittæ parvulorum facta sunt plaga illorum.* ubi nominis Etymologia explicari videtur; nam à (petaim) quod est parvulus; aut infantia, qui inconsideratè, subito omnia agit, dicitur Pit hom. quare *Sagittæ parvulorum sunt*, Sagittæ repentinae, celeres, quæ non prius sentiuntur, quam hominem contigerint. ait igitur; Sine mora occidat me.

Et non de poenis innocentium rideat. Videtur antithesis ad breves impiorum ærumnas;

Commuet Deus manus; Innocentes subito auferat, impiū excarnificet diutius, neque sinat in puncto ad inferna descendere. ut dicitur enim Psalm. 72. *Non est respectus morti eorum* (adeo repens est mortis incurfus, ut ne videtur quidem locus, facultas vé sit. Iogè aliter ij, qui mortem ante oculos obversantem diutius contēplari coguntur, & cum illa sæpe diūque coluctari) & firmam etiam in plaga eorum. id est firmi, integri, robusti decedunt, non cōfecti diuturnis morbis atque doloribus. Theodoretus juxta Græcum; *Non est re-nutus*, aut repudium; Augustinus cū Sept. *Non est declinatio morti eorum.* non est quod mortem tam facilem accipere ultro renuant; illa autem prolongatio supplicii ad maximam acerbiteriam pertinet; atque eodem illa Ieremiæ lamentatio: *Major est facta est iniquitas* (iniquitatis poena) *populi mei peccato Sodomorum, quæ momento temporis subversa est, & non ceperunt in ea manus.* nam diuturnam captivitatem acerbiorē esse existimabat subita illa & inopinata conflagratione.

Ridere autem, id est irridere, & subsannare pertinet ad materiam subsannationis, & risus, quæ ab hostibus captari solet, cum eos, quos captivos detinet, diuturnis malis conficiunt. quare id ad æternitatem supplicii pertinere videtur; *Ego in interitu vestro ridebo, & subsannabo.* nisi fortè indicet Deum irridere & subsannare, vel potius se habere irridentis & subsannantis instar, cum contemnit orationem atque clamorē postulantis opem. quare *ridere* erit, inno centem in poenis & ærumnis jacentem, atque clamantem contemnere, & per jocum & risum illius orationem, atque obsecrationem accipere. sic indicatur Prov. 1. nam quasi pro ratione illius subsannationis subjungitur; *Invocabunt me, & non exaudiam; mane consurgent, & non invenient me.* Habet etiam hæc Iobi expositulatio multum non elegantiae solum, sed recōnditæ sapientiae; nam cum homo opera ridicula facit, tunc dicitur Deus ridere, id est irridēdos & subsannandos nos exponere; at cum homo orat, supplex & dolens opem postulat, nihil dignū irrisione facit, sed sapienter malis gravissimis remedium opportunum quærit; idque à Deo opportuno in tribulationibus adiutore; Quorsum itaque (inquit Iob) me seridè clamantem rideat Deus, aut quid contē-

Psalm 62. 4
Impiorum interdum mors facilis.
Theodor. August. LXX.
Diuturnitas supplicii.
Thren. 4. 5
5
Ridere, pro subsannare.
נחל
Prov. 1. 26.
Quid sit Deus ridere miserū hominem.
Psalm 12. 8.
Deus ridere dicitur, cum irridendū exponit hominē

nat

nat hominem in malis gravissimis jacen- tem? non solet ille neque suorum preces contemnere, neque illorum vocibus ta- quam ridiculis, vanisque clamoribus non statim respondere.

Sed ut no pretereamus hoc loco paul- lo diversam lectionem Septuaginta, illi certe integram sententiam ad suppliciu impiorum retulerunt; Nequam homines in magna morte erunt, sed iusti deridentur, cui perinde atque lectioni nostrae hic vide- tur posse respondere communis intelle- ctus; Occidat quidem impios Deus subi- to, semel, irreparabiliter; sic illorum im- probitas exigit, bene quidem. at si justos tentare atque explorare velit, non oportet diuturnos illis cruciatus inferre, sed semel probatos iterum illos majori qua antea faelicitate cumulare, atq; benevo- lentia complecti. secus irridere videbitur suos. & congruit vox paenarum, magath, quae dicitur ab elevando, & est proprie tentatio; nam cum nos tentat, & probat Deus, magna a nobis petit; a (naçaç) quod est elevare, aut exaltare. vel deducitur (a mag) quod est tributum, nam paenarum, & aërumnarum ingentium tributum pendimus mudo, & vitæ huic aërumnarum ex- actoribus.

Et non videat. Alii negationem auferunt & asseveranter legunt, de panis innocentum videt. Pagninus, Regia. Alii ablata nega- tione (nam hæc non est in Hebræo) cum interrogatione tamen efferunt, ut Tygurina, Eugubinus & alii. sed sensus idem, & a nostro interprete cum vehementia sententia & significationis redditus sapienter.

Rursus hoc loco suppositum verbi ri- dendu, dem onem faciunt, Philippus & Ca- jetanus, quod ille rideat, & gaudeat vi- dens hominem diuturnis malis confici; at verò post R. Levi & R. Abraham, Pagninus, Vatab. Eugub. quibus favent Gre- ci, referunt ad impium, qui dum videt ius- tum longioribus aërumnis, gravioribus- que malis implicitum, illum subfannat, atque existimat se justioré, ut qui mitius atque brevius puniatur. sed plerique La- tini, atque etiam R. Moyses sequuntur id, quod diximus, quod videlicet Deus ri- dere videatur, id est, complacere de- iustorum aërumnis; aut irridere & despiciere, cum illos non eripit malis.

XXIII. Terra data est in manus impii: vultum iudicum eius operit. quod si non ille est, quis ergo est?

1. Gravis obscuritas huius sententia. Prima expositio. Prava affectiones mente obnubilant. Deum ridere aërumnas quid. 2. Tres alie huius loci explanationes. Dæmonis po- testas in iniquos princi-

pus, & iudices impius Dæ- monis cognomen. Qui di- vina scrutetur, cæcitate. 3. Commodior explanatio. 4. Iudices operam habere faciem, quid. quid suscipere faciem.

N V N C, ubi sumus est lectionu He- bræe, Græcæ, Latinæ cōsensus, sum- ma est in sensu difficultas, & in interpre- tibus dissensio. & quidem primò D. Tho- cum præcedenti risu sic connectit; Si ri- det Deus, videri quidem posset, hominū aërumnas & calamitates per se ipsas con- sideratas illi placere, tuncque diceretur terra, mundusque universus traditus, atque permissus manibus & potestati impiissimi a- licujus, sævissimique tyranni, qui operam atque obnubilata ignorantia aut ali- cujus pravæ affectionis tenebris, mente, & ratione pravè & corruptè de rebus ju- dicaret: sevirèq; in bonos, & pios; quod si huiusmodi impius, atque tyrannus, qui mundum administrat, nemo est, quis tandè erit mudi rector & gubernator, nisi Deus?

Secundò, Eugub. & alii; Hæc, quæ in- discriminatim omnibus eveniunt mala, & præsertim quidem bonis, propterea accidunt, quia terra potestas. permessa est impiissimo Dæmoni, qui dicitur Mundi re- ctor, & tenebrarum harum potestas; qui etiam efficit, ut alii Reges, principes, & iudices, quasi obvelatos haberet oculos, cæcè at- que sine discrimine ullo de rebus judi- cent: & sic contingat frequenter, ut ma- lè accipiat viros bonos; idque Deus per- mittit petente, & procurante Dæmone; vel cum Cajetano; Deus operit vultum iudicum terra, id est Dæmonum, qui nobis invisibiles sunt.

Tertiò alii de impiorum prosperita- te & impunitate sententiam hanc accipi- unt; Qui superbit, & insolescit suscepta potestate, & regno, dum flagellatur, & u- ritur pauper, flagellatur vir innocens, & irridetur etiam; sed. quid miru, cum mun- di iudices corruptissimi sint. Tygurina; Terra gubernatio impio permittitur, qui faciem iudicum eius obvelat. si Deus hac non agit, cedo

I Maxima hu- jus sententia obscuritas. Prima expo- sitio. D. Thom- Deus ridens aërumnas, quid indicet. Affectio pra- va mentis oculos obnubilat

2 Secunda ex- positio. Eugub. Ephes. 6. 12. Dæmon ob- velat oculos iniquorum prin- cipum.

Cajet. Tertia inter- pretatio. Iudices cor- rupti.

Tygur.

ubi alius, qui agit? Vatablus autem. Qui om- nia impune facit conniventibus iudicibus, efficit ut iudices dissimulent. se videre ipsius flagitia, ne- que est, qui hoc negare audeat.

Polychron. Quattò, Polychronius ad Deum re- fert; Quia innocentes dati sunt in pote- statem dæmonis. Philip. Quia terra meæ carnis; meique corporis permessa est dæ- moni. (is enim antonomatice impius dicitur) quod inquam hoc à Deo fiat, oportet nobis obscurum esse, & minimè ex- ploratum; illorum igitur qui audaciùs di- vina iræ causas atque æquitatem perspi- cere, atque judicare conentur, facies atq; oculos cooperiri, id est, acri ejus rei cogi- tationi tenebras: profus offundi. nam hæc sunt sublimes Dei cogitationes, & ca- pitis illius arcana mortalibus ignorata. ideo enim sponsi caput nigerrimis capil- lis conveltutū dicitur. Comæ ejus nigra qua si corvus: videlicet, quod divina mentis ar- cana obscura nobis, & ignorata sint. non aliter cælestes ille mentes dum divinam sanctitatem laudant, prætentis aliis aut facies suas, aut Dei ipsius faciem obve- lant; tum quod Deus suæ mentis arcana occultet, & abscondat: tum quod ipsi an- geli non audeant oculos attollere ad di- vina sapientia occulta perscrutanda.

Qui divina scrutetur, cæ- citate.

Cant. 5. 11

Isa. 6. 2. 3.

Quarta senten- tia.

3 Commodior interpretatio

ferrentur) quod si Deus neque impius, neque cæcus est (omnino enim stulta illa vox est, Non considerat; Non vide- bit qui enim finxit oculum non considerabit, neque videbit? quis alius erit huius erga pios atque impios providentiæ rationis que agendi auctor? Augustinus; Quod si non facit Deus iudicium iusti vel impii, quis potest facere? Verissimè igitur (inquit Iob) à me dictum fuerit; Innocentem & impium ipse consumit, occulto quodam iudicio, & arcana suæ providentiæ ratione. Hæc vi- delicet iudicia sunt, quæ ego timeo, videli- cet alterum, quo impios diutius bonis frui permittis; alterum, quo probos, & nihil mali commertos diutius vexas, & longis aëritudinibus, atque insolitis sup- pliciiis excrucias. neq; valde refert, quod quidam illa ultima verba ad Baldad re- ferunt; Nemo hæc, quæ dico, negare au- debit, nisi tu, o Baldad, neges. nam prioris partis sensus idem constat.

Sed illud, quod ad operam iudicum fa- ciem pertinet, poterit sanè non solum ig- norantiæ symbolum esse, aut inertia cu- jusdam, & somnolentia (nam princeps atque iudex oculatissimus, pervigil- que esse debet) sed etiam innatæ cujus- dam inhumanitatis, atque sævitia, quæ nolit innocentem oppressum & afflictu respicere, ne ulla illius commiseratione tangatur. contra quam dictum est, Ab ino- pe ne avertas oculos tuos propter iram. ardent enim ira & furore divini oculi adversus eos, qui suis oculis, & humanitate paupe- res, & miseros non dignantur. ideo enim intra oculum pupilla est, ut intelligat ii, qui munus; & officium oculorum in rep- obeunt, debere in suis præcordiis pupil- lum, & miseros quosque complecti sum- ma benevolentia. sicut è contra respice- re aliquem, aut suscipere faciem alicujus misericordie, benevolentia, reverentia est. Tum etiam solebant iudices intra cortinas se continere, cum contra re- um capitis sententiam pronuntiabant. iudicum quoque illa imago est, mani- bus truncis, velatis oculis, ut incorruptè de rebus iudicaturi significarentur, non secundum visionem oculorum, sed ex re ipsa & veritate: poterit itaque per o- pertos oculos significari summum jus, summæque iudicii severitas, nulla cum misericordia, nulla cum humanitate, at- que facilitate conjuncta, aut temperata.

Iob. 22. 14. Ps. 93. 7. 9

August.

Ps. 118. 120

4

Eccles. 4. 5.

Respicere, aut suscipere faciem alicujus

Isa. 11. 3.

LXX

Quod verò Septuaginta legunt, *Facies iudicium eius operit*, licet ab Hebræo dissentiat, hunc sensum habere poterit; impium esse iudicare de rebus secundum faciem, & iudicium, ut ita loquar, cadere super faciem, id est, sistere in facie hominum dijudicanda; potius quàm in asserenda veritate. Augustini lectio longè aliena; *faciens iudicium eius operit*. Cujus non alium commentarium, quàm ipsius Augustini verba subijciam; *Faciens ipsius impii iudicium aut susti; in hoc enim tempore opertum est; aut certe hoc ipso facit iudicium eius, id est, i deo illum puni, quo occultat Deus providentiam suam ut est præ magnitudine ira sua non requirit. vel eo iustum vindicat. quo occultat ei.*

August.

XXV. Dies mei velociores fuerunt cursore; fugerunt. & non viderunt bonum.

1. Vita brevitatis ex triplici comparatione. Cursorem que simulare. solent illustrata sapientia ex Græco.
2. Levitas, & velocitas idem. Vita levis ut quæ vacua bonis aujugar.
3. Iusti non perinde ac impii erga vitam fugacitatem, & ut hac non eodem modo explicari in sacris soleat.
4. Quid non videre bonum, visus inter reliquos sensus velocissimus.
5. Cujusmodi sint nomina que impii temporalis felicitati imponunt; cuiusmodi illa, quibus sapientia explicat Temporalia vera bona non sunt.

I

Ergo (inquit Iob) quàmvis bene de Deo, de que divina providentia, atque æquitate sentiam; licebit mihi tum præsentibus ærumnas, atque malorum diurnitatem, tum præteritæ felicitatis brevitate atque inconstantia lamentari. Vita autem brevitate triplici similitudine explicat ducta ex iis, quæ in tribus elementis, terra, aere, mari, velocissima sunt, & dicto citius præterlabuntur, Cursor, Navi, Aquila. *Cursor*, qui festinat, nunquam consistit, quem timor alicujus periculi declinandi conjicit in fugam, vel aliqua alia causa quæ nullas moras patiatur stimulet ad currendum. sic quoque Sapientia, in comparationem adducitur, *Nuntius percurrens*. Licet enim in Græco potius sit nuntium, aut alicujus rei fama præter-

Vitæ brevitatis multiplici comparatione explicatur

Cursor que stimulare possunt.

Sap. 5.9

Αγγελος

currens, eleganter nolter reddit *Nuntius*, quem tanquam angelum quendam evangeliorum accipiendorum cupiditas pro læto & felici nuntio vehementer stimulet ad currendum, ne alius prior evangelia præoccupet, & famam deferat; quare eleganter Septuaginta. habent *Nuntius percurrens*. similiterque plurima exemplaria Vulgata. Non solum igitur cucurrerunt, sed velocissimè aujugerunt.

Velociiores. Licet levitas, atque velocitas tum ex Græco, tum ex Hebræo atque Latino pro eodem accipiatur, nam gravia minimè velocia sunt, levitas volucris est; & levis armaturæ milites celeriter subveniunt; tamen non inutiliter lectio Septuaginta, *Vita mea levior est cursore*; premi potest, ut non solum velocitatem, sed etiam levitatem illam consideremus, quæ nihil ex hujus vitæ bonis secum exportat, quo gravari possit; quæ vacua est omni pondere, & sarcina. non solum igitur fugisse dicit, sed nihil illis boni aut certè, levissimi detinuisse significat. Vanissimi, levissimi fuerunt, cum viderentur externa specie pleni divitiis, & jucundissimis voluptatibus, neque tam citò exhauriri evacuarique tantam felicitatem potuisse. præ summa igitur levitate fugerunt cum nihil boni secum exportarent, neque vidissent, id est experti fuissent.

Sed observat Div. Thomas non eodem modo justos, atque impios se habere ad res temporales; nam qui illis hærent, & in illis finem suum constituunt, non fugiunt illas; potius hujus mundi prosperitas fugit eos, cum illam amittunt at qui ad veram alterius vitæ felicitatem incitatis votis contendunt, hi fugiunt, & ut Div. Thomæ verbis utar, magis pertranseantur ab ea. argutè & piè: solidè quoque dictum fuisset, si perinde ac impiorum est illa vox Sapientia. cap. 5. *Transierunt omnia illa*. Iob similiter non dixisset non se, sed *dies suos*, id est prosperitatem etiam omnem aujuisse. & aliquando præcetur, ut *revertatur oculus suus, ut videat bona*.

Ergo quod ad rem attinet: vitæ brevitatis dupliciter explicari solet, aut per nostrum discessum, aut per rerum temporaliù fugacitatem atque recessum: cù enim illa separatio, quæ mors efficit utrinque, intercedat, idè omnino significatur, si dicas

LXX

2

Levitas & velocitas idem.

LXX

Cujusmodi sit vitæ levitas

3

Discrimen iusti & impii in fruenda vita

vita

Vitæ brevitatis quomodo explicari soleat
Eccles. 1.4.

vita me deseret; ac si dicas, abibo ego, deferamque vitam. certè Iob eadem, quæ Ecclesiastes, ratione hominem fugientem efficit. c. 1. *Generatio præterit, generatio advenit, terra autem in æternum stat*. id est cum res aliæ mundiales permaneant, & consistent, tamen solus homo rebus omnibus corruptibilibus vanior & corruptibilior est, ut qui prætereat, & fugiat velocissimè, terra, mundo, rebus aliis, bonis que temporalibus permanentibus. sic explicat eo loco Hieronymus. *Quid* (inquit) *vanius hac vanitate, ut aliis morientibus nascatur alii, & homo nunquam permaneant, cum terra, qua propter hominem facta est, in æternum stet?*

Hieronym.

4

D. Thom.

Quid non videre bonum

Cajetan.

Eccles. 1.8

Visus inter reliquos sensus velocissimus.
Ar. 1. Metap.

Et non viderunt bonum. Divus Thomas & alii Latini explicant; non viderunt illud bonum solidum, atque perfectum, in quod mens humana tendit, & quo homo beatus est. ut inde colligat, si justorum remuneratio in hac vitæ est, justus ego non sum, qui in hac vitæ infelix, & miser sum. Sed de hac interpretandi ratione sepe diximus. Cajetanus verò nomine boni perfugium aliquod intelligit, ad quod divertere, & confugere, qui fugit, possit. durè, & alienè. nam germana non videndi bonum sententia est, nullum, aut certè levissimum experimentum aut gustum percipere potuisse humanæ felicitatis, ut quæ non versata fuerit ante oculos diutius. eadem profectò sententia cum illa Ecclesi. 1. *Non satiatur oculus visis; nec auris auditu impletur*. vix posse hominem de rebus conspectis iudicare, aut gustum illarum aliquem capere, quas non nisi in celeri quodam decursu videre illi liceat, videlicet currenti; neque illarum auditione, & vocibus frui, nisi fugienti. Et latet quidem in illa locutione, *non videndi bonum* amplificatio quædam hujus brevitatis; nam visus est, ut philosophus dixit, qui facilius meliusque reliquis sensibus de rebus iudicare potest; auditus deinde, quasi dicat; Nō modò vitæ hujus bona apprehendere, attingereque, gustare, aut delibare non potui (nam hæc non omnino semper licent; & temporis spatium aliquod requirunt) sed neque, quod maxime facile, quod nemini non licet, quod nulla mora, nullo dispendio fieri solet, *videre*. videlicet, boni, & felicitatis conspectu aliquandiu frui, non est mihi permissum.

Sed dum Iob ait, *se non vidisse bonum*, non solum vitæ brevitatem statuit, sed nullius boni nomine præsentis vitæ felicitatem dignatur. id quod observatione dignissimum est. & quidem hæc est impiorum quædam pravi affectus, & voluntatis in bona creata detorsio, ut quantumvis in inferno dicant, *Erravimus à via veritatis*; sed prædicum illum errorem retineant, ut vitæ hujus bona brevissima quidem atque fugacia fateantur, sed boni tamen nomine semper explicent, & se ad huc illis inhærere significant. *Transferunt* (inquit) *omnia illa tanquam umbra* (Fugax hæc est, atque labilis, sed jucundissima esse solet, præsertim vbi perfugium est, vel in turbine & tempestate, vel in æstu & siti; sicut Isa. 32. dicitur; *Sicut qui absconditur à vento, & celat se à tempestate. sicut rivi aquarum in siti, & umbra petra prominentis in terra deserta. Servus quoque desiderat umbram*) & tanquam nuntius percurrens (nihil lætius letissimò nuntio; quàm vis primus ille lætitiæ flos brevi marcescat atque decidat.) & tanquam navis, quæ pertranseat fluventem aquam (onusta quidem mercibus pretiosissimis, quarum procul & de ultimis finibus sit pretium, quæ de longè portet panem suum, sed tamen brevissimè quoque prætervehitur) *cujus cum præterierit non est vestigium invenire, neque semitam carinæ illius in fluctibus; aut tanquam avis, quæ transvolat in aere* (liberè vagatur avis nulla cura aut solitudine parandi victus; nam neque serit, neque metit; & tamen pater celestis pascit illam. liberæ igitur soluteque omni molestia atque labore vivendi rationis symbolum est; cum etiam dictum ab Eliphaz sit, *Homo nascitur ad laborem*, & tamen tu, o Iob, quasi humanæ conditionis expers videris ad desidiam, & voluptatem natus, tanquam avis ad volatum. Brevissimè quoque prætervolat avis) & scindens per vim itineris aerem commotis alis transvolat; & post hoc nullum signum invenitur itineris illius aut tanquam emissæ sagitta in locum designatum (mirabilis est enim illa sagittariorum in collimando, & configendo scopo voluptas, mirabilis quoque impiorum cupiditas in attingendo suorum desideriorum scopò, aut in sumenda de suis hostibus vindicta, configendaque illorum potentia; sic enim inter ea, quæ summis votis expeti ab hominibus solènt, computatur ultio aut vindicta sumenda, de inimici-

5

Vitæ hujus bona, bona non sunt

Sap. 5.6
Impii temporalibus bonis tanquã perpetuis inhærere

Umbra fugax sed jucunda

Isa. 32.2

Iob. 7.2

Sap. 5.9.10

Navis quam affectat voluptatem

Prov. 31.14

Sap. 5.12

Math. 6.26

Avis symbolum libertatis
Iob. 5.7

Sap. 5.12

Voluptas in collimando & sagittando

3. Reg. 3. 11.

3. Regum. 3. Non petisti tibi dies multos. nec divitias, aut animas inimicorum tuorum.

& tamen sagittæ feliciter ex arcu emisit brevissimus jactus est. divisus enim aer continuè in se reclusus est. ut ignoretur transitus illius. sic & nos nati continuè desivimus esse, & virtutis quidem nullum signum valimus esse.

Sap. 5. 15

dere (vides hæc omnia nomina boni alicujus atque jucundi speciem præferre) talia dixerunt in inferno hi, qui peccaverunt. (sed Sapientia, illa ab impiis imposta tempora licet felicitati nomina, minimè probare, confirmare ve videtur; potius illa corrigit cõpellationibus alijs verioribus, quæ tum brevitatè, tum inutilitatem omnis boni atque jucundi expertem significant) quoniam (certè, asseverantis est, & superiora partim corrigentis, partim amplificatis).

Bona temporalia quibus nominibus explicetur à Sapientia.

Lanugo quid proprie.

lanugo quid proprie. X. V. O. U. S. Vitæ felicitas fumus.

Pro. 10. 26.

speciè impii tanquam lanugo est (proprie, pulvis levissimus, qui nulli rei aptus, oculis infestus esse solet) que à vento tollitur. & ita quam spuma gracilis, que à procella dispergitur (quæ præterquam quod vana, & inutilis sit, à procella excitatur, ab ipsaque dispergitur, & comminuitur, sic vitæ superbiam vitæ ipsius fastus efficit, cum vita quotque ipsa evanescit atque dispergitur) & tanquam fumus; (is lacrimas excutit, obnubilatque lumina, fumus enim oculis, sicut acetum dentibus.) qui à vento diffusus est; & tanquam memoria hospitis unius diei prætereuntis. (non quidem viatoris; nã is quiete & voluptate aliqua frui in hospitio potuit. sed tanquam memoria stabularii, atque cauponis, quem viatoris memoria levissima nihil omnino delectat. Igitur inquit Lob; Fugerunt dies, & non viderunt bonum, in quibus præter brevitate nihil boni jucundique inveniri potuit.

XXVI. Pertransierunt, quasi naves poma portantes: sicut aquila volans ad escam.

1. Pertransire quid proprie. 2. Unde dicantur naves poma portantes, varia. 3. Naves poma portantes cur velocissimæ, vitæ se-

licitas levissimum sugacissimum, immaturum pomum.

4. Aquila velocissima Vultur triduo ante prælagit cadavera.

Pertransierunt. Non solum dicit abitionem, & recessum, sed etiam mutationem quandam, consumptionem ve rei deficientis, atque evanescentis, atque hæc significationis vis inest Psalm. 89. Manè sicut herba transeat. id est deficit, marcescit, consumitur. & Canticorum. 2. Imber abiit & recessit. id est, defecit, evanuit: non aliter ergo pertransierunt, disparuerunt, evanuerunt ex oculis & memoria.

Quasi naves poma portantes. In originali, Naves, ebeh, de quo nomine controversia est. nam Rab. Salomon apud Pagnin. ipseque Pagnin. & Regia, Cajetan. Isidorus Clarius existimant Ebam, vel Ebeh, esse nomen rapidissimi fluminis in Arabia, qui secum sua rapiditate naves, licet ultro currentes impetu incredibili rapiat. Raverò David; Vatablus, & alii Hebraizantes vocem illam deducunt à radice, Abab, quod est velle, aut concupiscere; veruntque, Naves * voluntatis, aut, voluntarias. id est, ultro & voluntariè currentes, & navigantes. vel, ut voluntas ad nautas referatur, quarum videlicet nautæ vehementer desiderant celerem navigationem, vel ut tempestivè merces suas in portum invehant, vel distractis jam mercibus tempestivè solvant è portu; quæ pro illorum voluntate moventur velocissimè. Symmachus, Quasi naves festinantes. Septuaginta, Numquid est navibus vestigium viæ? quod ad vitæ brevitate, sicut & ille locus sapientie. 5. pertinet, & potest esse, vox eadem à radice ajab, quod est inimicari, id est inimicitias aut piraticam exercere, quasi dicat; Transierunt tanquam naves piratarum; aut cum navibus piratarum & hostium. nam cum istæ onerariæ non sint, sed tantum ad faciendam prædam comparatæ, & vel ad aggrediendum, vel fugiendum, levissimæ & expeditissimæ fiunt; tum etiam brevi, inopinatèque significare ergo poterit prædam suorum bonorum factam ab hostibus. Et quidem potest esse elegans ad cursorum allusio; atque etiam amplificatio; qui currit enim, sive pedes, sive eques fatigari solet, & in dies lassari. At navis, quæ ultro navigat, aut navigantes, tum

I תלך

Pertransire de fectione rei evanescentis affert. Pj. 89. 6. Cant. 2. 11.

2 אבה

R. Salomon Pagnin. Cajetan. Isid. Clar.

R. David Vatabl.

אבה

* Que navigant a placere cõvieto largo, como se podia deslizar.

Symmach. LXX Sap 5. 10

אבא

Piratarum naves velocissimæ.

Amplificatio fugacitatis vitæ.

multo

Thargum. Hieronym.

אבה

3

Vitæ felicitas pomum levissimum, & fugacissimum

Vitæ hujus fructus acerbi.

אבה

Aquila velocissima.

Isai. 40. 31 Vultur triduo ante prælagit cadavera.

Pl. lib. 10. c. 9

Plaut. in Truculento.

multo celerius atque concitatius feruntur, tum sine ulla aut lassitudine, aut quiescendi, sistendique cursum necessitate; comedentes, dormientes, quiescentes navigare possunt. non aliter abeunt dies, & fugiunt tempora edentibus nobis atque bibentibus, dormientibus, aut aliquid aliud facientibus. Alii verò, ut Thargum atque Hieronym. deducunt à radice abab, quod est crescere, aut fructificare, & ideo dixerunt, Naves fructum, aut, poma portantes. has enim velocissimas oportet esse vel propter levitatè mercium, quæ non magni poderis sint, vel propter periculum putrescèdi, si diuturnior navigatio sit. Licet autè hic possit attendi similitudo quædam omnium vitæ bonorum, atque voluptatum cum pomis levissimis, fructibusque, qui tenuissima quadam dulcedine, brevique gustu se nobis commendat, quamvis (inquam) non solum sine flore herba levissima, non solum caducus sine fructu flos, sed fructus tandem sint, certè ejusmodi poma fructus sunt nodum maturi, sed acerbi, & in prima quasi germinatione & procrenentia; hæc est enim propria significatio, abab, ut supra quoque diximus. quamvis autem non immaturus fructus, sed ad maturitatè jam perductum pomum sit, ejusmodi tamen est, quod nisi velocissima navi exportari non possit, id est, quod cito putrescat, atque putrescat; sunt enim hujusmodi vitæ bona fructus illi æstivi, quos medici fugaces appellant, atque salutis incommodi sunt. Sed hic tamen non tam cum pomis quam cum navibus poma portantibus similitudo sit.

Et sicut aquila volans ad escam. Aquilarum genus velocissimum est; sed ad pernicitatem accedit famis stimulus, qui multo velociorem volatum efficit, nunquam quoque volando deficere, indicat id Isaiæ 40. Assument pennas, ut aquila, current & non laborabunt, volabunt, & non deficient. Fortè autem de illo aquilarum genere loquitur, quod vulturem vocamus, de quo Plinius lib. 10. cap. 9. scribit, triduo ante aut biduo volare, ubi cadavera futura sunt. cum quo facit illud Plaut.

Vide ut iam, quasi vulturii, triduo Prius prædivinant, quo die esuri sunt. Quare significare poterit Iob seante tempus abripi, & convolasse ad illum mortem multo ante, quam naturaliter mori

debuisset, videlicet edentibus in illius corpore doloribus atque cruciatibus ingentem stragem; & jam cadaverinum illius corpus prælagientè, & subolfacientè vulturina morte. Ergo cum tam brevis vita hæc sit, tam fugax vitæ felicitas, illud tantum de illa dici verissimè potest, Fuit, & non est. nihil enim aliud post se relinquit, quam quoddam fuisse.

XXVI. Cum dixerò: Nequaquam ita loquar: commutò faciem meam, & dolore torqueor.

1. Varia interpretationes. 2. Quid sit commutare faciem: Totus homo in facie. In florum facies lata, impiorum exalta, & nigra. Explicatus Salomon. 3. Commutare faciem, dissimulans est. explicatus Samuel. Facies aut vultus pro ira. Illustratus Jeremias. 4. Hæbraizantium dissensio à Vnigato.

Quidam Latini, id quod indicat Philippus, sic explicant; Si mecum ipse agam, & statuum ab hujusmodi lamentis me continere, minimè possum, nam si verba supprimo, torqueor vehementer; cogorque statim externa dolentis signa commutata facie, & vultu præbere. non multo aliter Tygurina, atque Vatabl. Si quando dico, præcipioque mihi ipsi hujusmodi tristitiam querelarum oblivisci vultusque tristes deponere, commutareque faciem, rursus dolore torqueor, & recrudescit vulnus. D. Tho. aliter, & quidè paulò difficilius; Si dixerò, nequaquam ita loquar; videlicet me justum esse; sed me impium fateri; statim commuto faciem meam, id est, verto me ad aliã sollicitudinem mea peccata inquirendi, quæ me vehementer torquet. Sed præstat prior interpretatio, à qua Græcorum lectio atque sententia quamvis non nihil diversa sit, sed Hebræo proxima est, & elegantem habet sententiam. sic legunt Septuag. Si loquutus fuero, obliviscar, dum loquor; declinās in faciem ingenis mei. cujus primæ parti duplicè expositio nē adhibet Olymp. & Chryl. Si dixerò, id est, si me tueri oratione voluero, nequaquam

Apo. 17. 8

I Philippus

Tygurina Vatabl.

D. Thom.

Simplicior expositio.

LXX.

Olympiod. Chryost.

Olympiod.

2

Quid sit commutare faciem

Totus homo in facie. Isai. 3. 9.

Eccles. 19. 26. *El bido el mal a la cara sale.

Eccles. 8. 1. Sapietis frons ex porrecta, & lata.

Facies nigra ad tristitia. Isai. 13. 8. Nahum. 1. 10. Thron. 4. 8.

Quid proprie commutare.

ויב

3

Comutare faciem dissimulantis esse. 1. Reg. 21. 13.

ita loquar, id est, doloris acerbitas oblivio nem mihi dicendorum, & semel cepta orationis adducit, vel, quod acutè indicat Olympiodorus; Si dicere pro me velim, nimium ea oratio longa futura erit, nam faciendi finem statim obliviscor elatus studio conquerendi. Sed interpret sententiam fontis dilucidè & fideliter expressit; nam pro eo, quod est, Nequamquam ita loquar, subest in originali, Obliviscar sermonis mei, id est, hujusmodi querula orationis tedium, jam relinquam.

Eodem pertinet commutare faciem, id est, tristem, & lachrymabundam faciem cum serena fronte, & alacrioribus oculis commutare; cordis enim index vultus est; totusque homo est in facie, ut id quod de cordis pravitate dictum est Isai. 3. quod se vultu prodatur, Agnitio vultus eorum respondit eis, id est, facile ex vultu agnoscitur, & deprehenditur illorum pravitas; in universum dici possit de quolibet animi affectu, ut ait Ecclesiasticus, cap. 19. * Ex visu cognoscitur vir, & ab occursum faciei cognoscitur sensatus. Sic dicitur Ecclesiast. 8. Sapientia hominis lucet in vultu eius; & potentissimus faciem illius commutabit, id est, Sapientiae beneficio reddi hominis vultum serenum, hilarem; cum tamen stultorum atque impiorum facies combusta sint, sicut nigredo olla, id est, obscurae atque tristissimae, & potentissimus quisque, quamvis magna dignitate atque potentia praeditus sit, atque natura sua torvum habeat vultum, tristem, minacem, accedente sapientia emolliet vultum & faciem illius, id est, suum, atque benignum, facilem, gratiosum se praebebit omnibus, non aliter hic Iob cogitabat aliquando de deponenda, si fieri posset, tristitia vultus; & immutanda facie. & rectè cum hac sententia consentit verbum originale commutandi, quod hoc loco est, ghazab, & proprie significat dimittere, aut relinquere.

Possit etiam haec vultus commutatio esse quasi dissimulatio quaedam interni doloris, sicut, 1. Reg. 21. dicitur David imitasse os, vel, vultum suum coram Achis, quod dissimulantis fuit, & fingentis insaniam; rectèque in hunc locum conveniet; Cum statuo faciem meam commutare, iram, indignationem, dolorem, quae se vultu produnt, comprimere, & dissimulare &c. Vultus autem, aut facies pro indignatione & ira, aut vultu irato, & indignante frequens est in sacris, Psalm. 33. Vultus (indignabundus, minax) Domini super facientes mala, & Threnorum. 4. Facies (ira) Domini divisit (ablegavit, expulit) eos: non addet, ut respiciat (blandè, atque benigne) eos, illud autem commuto, & verba alia presentis temporis, mentis decretum afferre solent, id est, commutabo, aut statuo commutare; Chaldaeus; Dimittam iram meam.

Et dolore torqueor. Major est in hoc verbo Latino interpreti cum Hebraizantibus controversia: nam verbum balag, dicunt significare confortari, aut roborari, quare hoc loco cum Rab. Mardochei alii vertunt; Et confortabo, vel, roborabo me, & quidem eodem ferè modo vertitur Psalm. 38. Remitte mihi, ut refrigerer, id est, & confortabor, sed ad planctum noster interpret refert infra Iob. 10. Dimitte me, ut plangam, & ad dolorem Ieremi. 8. Dolor meus super dolorem, quare illam vocis originalis confortationem aut robor vulgatus ad vim doloris retulit, & ad acerbitatem cruciatuum, qui tunc vires fumebant majores, atque vehementius torquebant animum, qua etiam ratione videtur etiam legisse; Septuaginta, Commoveor omnibus membris.

XXVIII. Verebar omnia opera mea sciens, quod non parceres delinquenti.

1. Timor iste Iobi ad letalia mala referendus. 2. Quid proprie vereri. Opus de labore, & calamitate. Scientia de experimento. 3. Quid parcere in Hebraeo innocentem esse, aut relinqui à Deo, ad penam vel penam absolutionem. Explicat Moyses, & Samuel.

Cajetanus hoc etiam refert inter ea, quae apud se facere statuerat, videlicet cavere vel à suis querimoniis, vel ab aliis merentis dolentisque animi significationibus, ut aliqua ex parte morem amicis increpantibus gerere videretur. Latini alii ad timorè, religionèq; animi, nequid peccati unquam admitteret ex divinae maiestatis atq; iustitiè timore, sed Septua-

Vultus aut facies pro ira. Ps. 33. 17. Thren. 4. 16. Verba praesentis temporis mentis decretum afferunt.

4

Hebraizantium dissensio à Vulgato.

בגל

R. Mardochei.

Pf. 38. 14.

Ierem. 8. 18.

Vulgat.

I

Cajetan. Ad quid referendus sit iste Iobi timor. Latini

LXX

ginta

Chaldaeus

2

Chaldaeus LXX

ויב

Vereri quid proprie. Iob. 3. 25. Pf. 118. 39.

ויב

Opera quid proprie.

Genes. 6. 6. Isai. 62. 3. Prov. 10. 22. 2. Reg. 6. 8. 1. Par. 4. 10. Gen. 5. 29. Gen. 3. 17.

Scientia ad experientiam.

Genes. 22. 12.

Acf. 10. 34.

ginta, Chaldaeus, & Hebraizantes omnes ad calamitates & dolores, quos patitur hoc modo referunt; Licet mihi ipsi imperare velim, atque etiam coner, ut vel sileam omnino, vel mitius atque submissius ingemiscam, nihilo tamen mihi melius futurum existimo: namque ejusmodi sunt mea mala, ut graviter mihi ab illis timeam, tum quod letalia sint; tum quod vehementer suspicer non esse mihi à Deo remittenda, cum adhuc condonatis jam doloribus me apud vos innocentem non declaraverit; sed tanquam cum nocente perstat agere irrogando & promovendo supplicia, quae hujus sententiae expositio confirmabitur quidem enucleatione singularum vocum.

Verebar. Chaldaeus, Timeo. Septuaginta. Contremisco, & certè; Lagar, ferè semper timorem assert imminentes calamitatis, unde dictum est supra cap. 3. Quod verebar, mihi accidit, & Psalm. 118. Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum, pro quo Hieronymus dixit, quod reveritus sum. Opera autem hoc loco sunt à radice ghazab, quod est contristari, aut laborare, efficere vel aliquid cum labore & anxietate animi, quod Vulgatus explicat per dolorem cordis Gen. 6. & merorem spiritus. Isai. 61. & afflictionem Proverbio. 20. & Tristitiam. 2. Reg. 6. & oppressionem. 1. Paralipom. 4. quare hic opus, labor est, afflictio, dolor & quidem laborem diurnum appellare solemus, opus diei; & opera labores esse ex Genes. 3. constat; Iste consolabitur nos ab operibus nostris, & à laboribus manuum nostrarum, &c. Gen. 3. In laboribus comedes ex ea, cunctis diebus vitae tuae, quod antea dixerat; Maledicta terra in opere tuo, quod statim explicat verbo operandi; Emisit eum Deus de paradiso voluptatis, ut operaretur terram, ergo inquit Iob; Quocumque tandem remedio utar, timendum mihi est à laboriosissimis operibus, molestissimis laboribus, doloribus acerbissimis, quibus conficior, superant enim omnem remedium atque medicamentorum vires, & opem: Sciens ex meo sensu, meorum ærumnarum experientia certè mihi persuadens; nam haec cognitio non tam mentis est, quam sensus & experimenti; sicut & id; Nunc cognovi (reipla, & experimento) quod timeas Deum, quod videtur imitatus, atque verbis clarioribus interpretatus Petrus, cum ait, Nunc in veritate comperi, &c.

Quod non parceres delinquenti, in Hebraeo triplex verbum, non mundificabis me, non declarabis innocentem. Septuaginta proprie, & eleganter; Non innocentem me fines, interpres, ut illuminaret Hebraismum, mutavit formam; nam cum parceretur delinquenti, condonatur illi, remittiturque poena, ac liber dimittitur, mundus, innocens declaratur, & absolvitur, qui sensus atque sententia passim occurrit in sacro sermone. 3. Reg. 2. Noli pati eum esse innoxium. Hebraeus. Ne munda, ne absolvas eum, ne judices innocentem; Exodi. 20. Non habebit insontem Dominus eum, qui asumpserit nomen Domini Dei sui frustra, id est, ager cum illo tanquam cum fonte; non sine abire impune. Numeros. 14. Auferens iniquitatem & scelera, nullumque innoxium derelinquens, exigit enim sceleris poenas. Nahum. 1. Dominus patiens, & magnus fortitudinis, & mundans non faciet innocentem, tarda licet, sed advenit tamen numinis vindicta, ergo ait Iob; Non frustra mihi timeo ab istis meis suppliciis, ut qui intelligam numquam remittenda iri; neque te o Deus, mecum acturum unquam tanquam cum innocente, sed semper nova & exquisita supplicia à me repetiturum. Similis sententia. Psalm. 75. Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tunc ira tua, id est, ex quo semel irasci adversus aliquem coeperis, nemo tibi resistere poterit, nemo deprecari poenam: nam cum statuit punire, nisi fuerint Noe, Iob, & Daniel, atque amicissimi deprecaturi pro populo, Non erit (inquit) anima mea ad populum, ut illum ab exilio revocem, quare cum Sauli comminatur Samuel, regni amissionem, & suae domus excidium, ut de minis certissimis nihil ille dubitaret, subjunxit; Porro, triumphator in Israel non parceret; non enim est homo, ut agat penitentiam, triumphatorem appellat, qui rem, quam semel instituit, non dimittit, prius quam ad exitum perducatur, qui ita cum hostibus agit, ut moveat adversus illos bellum, conficiat, tandemque, triumphet. Cum me igitur tanquam hostem oppugnes (ita inquit Iob) non parces delinquenti, priusquam de mea vita triumphes.

3

קיי קיי קיי Quid parceret in Hebr. LXX

Innocentè reliqui, aut esse ad poenam.

3. Reg. 2. 9. Exod. 20. 7.

Numeros. 14. 18.

Nahum. 1. 3.

Pf. 75. 8.

Exech. 14. 14. & 20.

1. Reg. 15. 29.

XXIX. Si autē & sic impius sum, quare frustra laboravi?

1. Varia interpretaciones. indicatur comodissima. Notatus Vatablus. Ex- plicatus David. Humani ingenii. ad corporalia bona detorsio. 2. Varia lectiones. Laborare quid proprie iudex incorruptus. cuiusmodi esse debeat in audien- da cuiusque defensio- na

I Eugubini. Vatab.

Vatablus. hanc sententiam parū pia. D Thom.

Pf. 72. 13 Philip. Comodior interpretatio

Pf. 72. 13

Sap. 3. 15

Hum animum ingenii in ho- nis illa num- merat, quae corporis sūt

mitatem, & poena doloreque vacandum conferre potest.

Sed quoniam verbum laborandi, languo- rem quandam, & animi defectum afferre videtur, Iosue. 7. vertitur vexare, & Iob 20. luere. & 2. Reg. 23. deficere. Septuaginta ad eum laborem, & cruciatum, quem perfert, hac ratione retulerunt; Et quia sum iniquus, quare non sum mortuus? Aquila; Ad quid hoc frustra laboro? Augustinus con- iunxit utrumque. Quare non sum mortuus, & laboro? Cujus is mihi videtur. sensus esse; Si dignus poena & supplicio sum, propter impietatem, ut mei amici de me statuunt, si Deus me tanquam impium ac- cipit, non solum profectō aliis suppli- ciis, sed extremo vitę & capitis plecten- dus essem; id quod optabilius mihi at- que conducibilius foret. quorsum igitur laboro in vita hac ærumnosissima? cur non accedit poena mortis extrema, quae me expediat ē vitę laboribus? cur ve- xor? cur deficio? cur luere compellor, quę vel impiissimus accipere supplicia non solet? aliud detorquet Olympiodor. sententiam hanc, piē quidem, sed nescio an congruenter; Emori me præstabat, quam impietatis postulari, mortemque magis opto, quam tantis vexari convitiis, quasi divinas leges per- fregerim. Sapienter vero observat Philip- pus hæc verba minimē Deo displicuisse; nam iusti, & incorrupti iudices minimē adversus litigatoris indignatur, qui cum iustas habeant causas eosdem iustos iudi- ces ad tenorem ac normam legum iusti- tięque constringunt, quin potius summa benignitate, ac mansuetudine audire dig- nantur; & quæ pro se quisque affert, atten- tē & diligenter expendunt; præsertim cum pro æquitate & iustitia clamant; nō aliter Iob Dei equitatis, atque summæ iustitię manus & opem implorat; nam suæ vitę operumque merita proponit; debitam mercedem postulat; in- nocentiam suam tuetur; im- meritas penas de- precatur.

XXX. Si lotus fuero quasi aquis nivis, & fulserint velut mundissima manus mea.

2 Laborare quid.

VX

Iosue. 7. 3. Iob. 20. 18. 3. Reg. 23. 10. LXX Aquila. August.

Olympiod.

Philip. Iudices incor- rupti gaudēt ad iudicii, nor- mam & limi- tes cōstrin- gi.

I. Huius

Mand caput, bis, terque, & noctem in flumine purgas.

Et id quidem ad maximi sceleris ampli- ficationem adducebatur, tantum scelus ablui non posse. apud nostrates Bæticos in hanc ipsam rem vulgo jactatur, Nose lava- para desta con quanta aqua trae guadalquivir. Ovid. quoque.

Ab nimium faciles, qui tristia crimina cadis fluminea tolli posse putatis aqua.

Et illud Catulli de improbo quodam ad Gellium;

Suscipit, o Gelli, quantum non ultima Theris Nec genitor Lympharum abluat Oceanus.

Præsertim verò ablutio in marina aqua, purgationi religiosa erat. unde illud est Ciceronis, de poena parricidarū, quos in culleum vivos insui, atque ita in flumen deieci Romanorum lege jubebatur: No- luerunt nudos in flumen abjicere, ne cum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cetera que violata sunt, expiari putantur. Certē eō po- tuit allusio fieri Michæ. 7. pollicente Deo condonationem peccatorum; Mife- rebitur nostri; deponet iniquitates nostras; & projiciet in profundum maris omnia peccata nostra. In lege autem multæ erant purifi- cationes, quas Deus fortē instituit, ut po- pulum aliarum gentium cæremoniis af- suetum facilius ad mentis puritatem fe- standam adduceret; atq; tum Syris illis æthnicis, tum Israelitis hujusmodi ablu- tiones fuisse in usu indicat locus ille. 4. Reg. 5. Cum Eliseus leprosum jus- sit la- vari septies in Iordane; at ille eam rem contemptui, & contumeliæ ducens, re- spondit; Numquid non meliores sunt Abana, & Parphar fluvii Damasci omnibus aquis Is- rael, ut laver in eis & mūder? harum autē pu- rificationum æthnicis solemnium ante suam rem divinam, meminerūt etiā Ter- tullianus Arnobius

4. Reg. 5. 12. Tertullianus Arnobius

4. Sed illud tamen, & rectē quidem ad- ducit Chrysostomus in priscis moribus fuisse, ut cum probare vellent cuiuspiam sceleris societatem ad se non pertinere, manus lavarent, dicerentq; se innocentes esse. sic præcipitur Deut. 21. de occiden- da vitula & lavandis super eam manibus,

4. Chrysost.

Priscus mos ablundi ma- nus ad inno- centiam te- standam. Dent. 21. 6.

4

Chrysost.

Priscus mos ablundi ma- nus ad inno- centiam te- standam. Dent. 21. 6.

4

Chrysost.

Priscus mos ablundi ma- nus ad inno- centiam te- standam. Dent. 21. 6.

1. Huius versiculi atque se- quentis sententia. 2. Ablutio mūditiei sym- bolum. Prisci abluendi ri- tus, quibus putabatur pur- gari scelus. 3. Marina aqua ablutio quō- dam sacra. Legis purifica- tiones. Illustratus Mi- chæas. 4. Ablutio manuum ad in- nocentia contestationem. 5. Aqua fontana adhibita in sacris. 6. Quid Mūditiei. quid iulgere proprie quid car- dor, aut albor vestium in sacris. 7. Manuum ablutio an- te preces, explicatus Paul.

I Huius versiculi atque se- quentis sum- ma.

2 Ablutio mū- ditiei Symbo- lum. Lustratio ab- lutione facta.

Macrob. lib. 3.

Virg. & Aen.

Virg. 4. Aen.

Lib. 6. Aen.

Cicer. lib. 1. de Legib.

Terst. Saty. 2.

Q V A S I suis ipsius expostulationi- bus, & conquectionibus respondēs Iob, & quasi ex suis jam ærumnis, atque innocentia divinum ingenium, divinq- que providentiæ rationem in remunerā- dis iustis bene jam perspexerit; Scio (in- quit) quōd quantumvis diligentissimē vitæ candorem, & morum puritatem cō- parare studeā, tamē nō ideo poenarum at- que dolorum experis sim, sic enim Deus iustorum res, præmiāque disponit. hæc est huius versiculi atque sequentis sen- tentia breviter, & dilucidē proposita.

Si lotus fuero. non solum externæ, sed in- ternæ quoque mūditiei circumlocutio est, nam ferē apud nationes omnes anti- quissimum fuit uti. balneo, aut corporis ablutione ad detergendas animi sordes: & rectē ritęque sacrificandum. Rem hæc confirmat Macrob. quibusdam Virgili- testimoniis, qui accuratē diversos ritus sa- crificandi expresserit, nam Aeneidos. 2. violatum cum se nosset Aeneas, & multa cæde pollutum, ait:

Tu genitor cape sacra manu, patriosq; penates: Me bello è tanto digressum, & cæde recenti Atrectare nefas, donec me flumine vivo Abluero.

Et iterum lib. 4. Dido sacrificatura diis inferis.

Dic corpus propezet fluviali spargere limpha. Et iterum lib. 6.

Occupat Aeneas aditum, corpusque recenti Spargit aqua

Et iterum: Idem ter socios pura circumtulit unda, Spargens rore levi, & ramo salivis oliva: Lustravitque viros

Quare Tullius 1. de legibus dixit aquæ aspersione labem corporeā tolli, & præ- terea castimoniam præstari. Neq; solum detergendis peccatis, sed impetrandis etiam postulatis adhibebatur ablutio. de quo est illud Perstii.

Hæc sanctæ ut possas, Tyberino in gurgite mergis.

ubi cædis reus ignoratur. sic quoque dixit David: *Lavabo inter innocentes manus meas.* Et iterum: *Letabitur iustus, cum viderit vindictam, manus suas lavabit in sanguine* (à sanguine, vel propter sanguinem, ut qui nullam communionem cum illo habuerit. sic Theodoretus) *peccatoris.* sic Pilatus quoque suam innocentiam ablutione manuum in assertoris Christi Jesu nace indignissima testatam voluit. erit igitur sententia: *Quæcumque mea extiterit innocentia, & mea innocentia contestatio, & comprobatio, atque licet inter innocentes lavem manus, nulliusque sceleris societate me polluerim, &c.*

5 *A quis nris.* Cum non valde clarium sit, quid significet *aque nris*, aliquis non *nris*, sed *nivis*, legendum existimavit. ex illis est Marfilus Columna in sua Hydrogiologia. sect. 1. capit. 3. Cæterum *Nivem* tum Hebrei, tum Greci, & Latini omnes summo consensu agnoscunt & legunt. ergo vel intelligit per aquam nivalem, aquam purissimam, & limpidissimam, cuiusmodi illa esse solet, quæ ex liquecente defluit nive; vel forte respicit ad peculiarem aliquem ablutionis ritum, qui in prisco illius temporis more esset, non enim omnibus eadē aqua religiosa erat; aliis quidē pluvialis, marina aliis, vel fœtana, ut ex superius adductis colligi potest tum ex illo apud Euripidem, Iphigeniæ, cum duo illi hospites ab Iphigenia mactandi destinatur, deliberatq; cum Thoa. *Tho. Quid igitur agemus, dic, de istis hospitibus?*

Iph. *Ritum necessitas est constitutum colere.*
Tho. *Igitur in re ipsa sacra lotiones & gladius tuus.*

Iph. *Sæctis lavacris primum ipsos lavare volo.*
Tho. *Fontibus aquarum fluentium, aut marino rore?*

Iph. *Mare abluat omnia hominum peccata.*
Tho. *Sanctius igitur Dea ceciderint.*

Iph. *Et officium meum sic magis bene habuerit.*
Tho. *Itaque ad ipsum templum effluit fluctus.*

6 *Et fulserunt velut mundissima manus mea.* hinc manuum fulgor nihil aliud est, quam eximia quædam mundities, & puritas, fulgida & splendida. Quare Septuaginta dixerunt; *Si mundatus fuero mundis manibus.* & quidem propriè ex Hebræo legitur; *Si mundavero in puritate, & munditie manus meas.* nam tum vox illa, quæ videtur reddi ab interprete hoc loco, *mundissi-*

mū, videlicet (bor) redditur puritas. Pf. 17. *Secundum puritatem manuum mearum.* & coniungitur cum luce, & splendore quodam Pfalm. 18. *Præceptum Domini lucidum* (purum, mundum) *illuminans oculos.* Tum etiam verbum (*Zacah*) quod est fulgere, propriè est, mundare, aut purificare. sed ea etiam mundities conjuncta est cum candore quodam, atq; fulgore; unde dicitur Exo. 30. *Thus lucidissimum.* id est purissimum & defæcatissimum, pellucidum & cædicans, & Threnorum 4. dicuntur, *Cælidiores Nazarai nive.* quod non tam ad albedinem, aut colorem, quam ad candorem & fulgorem, quicumque tandem color illorum esset, referendum est. eo enim loco nitor tantum commendatur, ut patet ex sequentibus comparationibus. *Nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, Saphiro pulchriores.* Sic etiam, quod dici solet, vestis alba, aut candida ex proprietate Græcæ vocis est fulgens aut splendida. nam cum Christi Domini vestes albi coloris fuisse minimè existimandum sit, dicuntur tamen in trasfiguratione fuisse illius *vestimenta alba,* & albiora quidem. quam *fullo posset facere;* erant nimirum tota splendentia, & ingenti lumine quod à Christi Domini corpore, tamquam ex fulgentissimo sole proficiscebatur, tota perfusa. Quare verbis commodissimis explicatur à Marco: *Vestimenta eius facta sunt splendentia, & candida nimis velut nix, qualia fullo non potest super terram candida facere.* & similiter exponitur à Luca. *Vestitus ejus albus, & (id est) resurgens.* atque ejusmodi etiam fuisse albam vestem, qua Christus Dominus ab Herode per ludibrium indutus est; non tam albi coloris, quam candidam atque fulgentem ut Aule principibus gestare mos est, Græca etiam illius vox significat. & ut uno verbo dicam hæ sunt vestes albae, aut candidæ, id est splendentæ Actor. 1. Verf. 10. & Actor. 10. Verf. 31. Apoc. 3. Verf. 4. 5. 15. & cap. 4. Verf. 4. 6. & cap. 7. Verf. 9. 13. & cap. 15. Verf. 6. & cap. 19. Verf. 8. in his enim locis altera illarum Græcarum vocum, quæ splendorem significant, semper subest.

Rem totam hanc sapienter indicavit Vulgatus, cum hoc loco dixit: *Fulserunt velut mundissima, &c.* ut de eo tantum fulgore ageret, quem res mundæ habere solent; sicut infra cap. 15. cum deberet dicere: *Cæli non sunt lucidi, aut fulgentes, in-*

Pfalm. 17. 21.
כִּי
Pfal. 18. 9.
וְכִי
Fulgere quid propriè
Exod. 30. 34.
Thren. 4. 7.
Candor non tam de colore, quam de nitore.
λευκος
Vestris alba profulgida & splendida.
Math. 17. 2.
Marc. 9. 2.
Vestimenta Christi in trasfiguratione qualia.
V. 3.
Luc. 9. 29.
λαμψος

conspectu ejus. dixit: *Cæli non sunt mundi.* ut significaret munditiam cum fulgore & lumine conjunctam esse. Tum etiā illa particula, *veluti*, non minuit, sed potius statuit veritatem, ut de particula *Quasi*, aliquando etiam diximus.

7 *Manus in oratione ablu, & extendi.*

Pfalm. 16. 18.
Exod. 30. 19.
Ariste. li. de 70. interp. Phlo.
1. Tim. 2. 8.
Clem. lib. 8. constit. ca. 88. Tertul. cap. 11. de oratione. Chrysof.
Plutarchi in Mario.

Manus mea. Quod de totius corporis aut etiam sacrificiorum ablutione supra adduximus, peculiariter quidem ad manuum puritatem observabatur, ut rite, ac rectè perageretur oratio; tendebantur enim supplices ad Deum manus inter precandum, atque illæ quidē mundæ & lautæ. Sic infra cap. 16. ait: *Cum haberem mundas ad Deum preces,* id est, mundis manibus peractas; & præterquæ quod illa manu elevatio orantis, aut opem implorantis aliis locis sit, sed tamen, quod ad ablutionem pertinet, Sacerdotes ingredientes templum jubebantur lavare manus Exo. 30. atque eum morem in usu fuisse apud Iudæos omnes Aristæas tradit. de quo Vid. etiam Phil. li. de Som. cum de Sacerdotis purificatione per aquam & cinerem agit. qui mos in primitiva quoque Ecclesia perduravit, ut indicat Paulus 1. ad Timotheum 2. *Volo viros orare in omni loco, levantes puras manus.* quamvis enim puritatem illam ab omni turpitudine atque flagitio intelligere potissimum debeamus, sed tamen etiam externa illa ablutionis caritonia preparatas nihil intelligere obstat; nam illum ipsum morem testantur Clemens li. 8. constit. *Christianus lotus oret.* & Tertullianus de oratione ca. 10. Chrysof. in Ioan. Homil. 72. & in Mattheum Homil. 52. atque ex Prophanis idem ipsum fecisse Marium scribit Plutarchus: *Lavit (inquit) manus ante quam Heca tombas voveret.* igitur ait Iob; *Quamvis manes deprecaturus surgam lotis manibus, puram quoque habiturus orationem, omniâque pietatis ac religionis munia diligenter obeam, nihil tamen ad meam incolumitatem proficiam.*

★ ★ ★

XXXI. *Tamen sordibus intinges me: & abominabuntur me vestimenta mea.*

I *Sordes vel ad culpam vel ad peccatum.*

LXX. *Sordes in Hebræo quid, טִמְאָה*

T *AMEN sordibus intinges me.* Primò de peccati labe & sordibus Me reputabis peccatorem, vel, Mecum ages tamquam cum polluto & sordido; oculos avertes, ac si manus ad te tollerem cruentatas, & pollutas sanguine. Vel cum Philippo & Cajetano, ut ad supplicia pertineat; Quavis ego mundus sim à culpa, tamen peccatis atque dolorum & egritu dinum sordibus & squallore obsolescam; neq; magis mihi præbebis benignas, apertave aures, quam si sordidus orarem; sic quoq; Sept. *Satis in sordibus me tinxisti.* explicuit igitur interpretes, quod obscurum erat in Originali; *In foveam demerges me.* videlicet in locum interitus & corruptionis, atque putredinis, nam (*Sabbath*) interitus est, corruptio, sepulchrum; tum etiam macies, & deformitas, squalorve faciei, sic Pfalm. 15. *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.* & Pf. 93. *Donec fodiat peccatori fovea.* illas igitur sordes intelliget hoc loco interpretes, quis affert squallida mors, quæ cum corruptione, & vermibus putrescentis cadaveris aut conjuncte sunt, aut valde affines. igitur inquit; Quamvis ego studeam munditie, dum morior tamen tantum abest ut nitidus atque lautus fulgeam, ut potius videar in cœnosa aliqua & sordidissima fovea volutatus, atque tinctus; propriè demersus, infectus; Non fecus videbor sordidus, quam putre cadaver, saniosum scatens vermibus. Cum verò interpretes *Tingere* dixit, bene Latinè loquutus est, nã *Tingere* Latinis est, quod immergere. nam & poeta dixit: *Quid tantum Oceano properent se tingere soles?* Ergo usque ad verticem capitis se sordibus immersum deplorat.

Et abominabuntur me vestimenta mea. Hæc cum nuditate mortis atque cadaveris alii conjungunt; Mortem non evadam, nam me demerges in foveam sepulchri, nudumque dimittes; *Mortuum enim non decet vestimenta.* Hæc Vatab. sed alienè & abjectè. melius, quod Chrysof. dixit, tam sum squallidus, ut vestis me habeat odio, atque diffugiat; id est: *Non possum oblagarum acerbiter vestiri.* indicat quoq; vestis

Pfalm. 17. 21.
כִּי
Pfal. 18. 9.
וְכִי
Fulgere quid propriè
Exod. 30. 34.
Thren. 4. 7.
Candor non tam de colore, quam de nitore.
λευκος
Vestris alba profulgida & splendida.
Math. 17. 2.
Marc. 9. 2.
Vestimenta Christi in trasfiguratione qualia.
V. 3.
Luc. 9. 29.
λαμψος

Vestis nomine corpus, aut propinquus. Greg. lib. 9. cap. 19.

Expositio simplicissima.

Philipp.

Scripturae regula Luc. 19. 40. Genes. 4. 11.

Id. Deut. 32. 1. Isai. 1. 2. 3. Regum. 13. 2. Jerem. 2. 12.

Quid sit hypocritam abominatiōi esse suis vestimentis.

vestis nomine intelligi propinquos posse; *Qui me* (inquit) *pari, ac vestis corpus, propinquitate contingunt, oderunt me.* vel ut vestis nomine ipsum corpus intelligatur, id est: *Ipsam mihi corpus invisum, & execrandum evasit.* Quod Gregorius quoque eleganter docuit. Illud etiam addit, *More sacri eloquii vestimenta nostra nos abominari referunt, quia abominabiles reddunt. Sicut de Iuda dicitur possedit agrum, quia possidere fecit.* Sed hæc quoque non omnino leniter decurrunt. Illud simplicissimū; Tam turpiter fœdēque sordesco, ut ipsa me vestis abominetur, averfetur, quasi dedignetur. sordissimum corpus contingere. ingens profectō ægritudinis, atque sordium amplificatio, sicut cum rebus ipsis sensu carētibus indignissimæ alicujus rei aut sceleris ab homine perpetrati scelus tribuitur. sic observat hoc loco Philipp. quasi Scripturæ regulam tradens: *Vbi aliquarum rerum excessus est, dicuntur aliquando in Scripturis sentire insensibilia, ut est, si isti tacuerint, lapides clamabunt. & ; Maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, &c.* Cùm verò dicitur terra os aperuisse, ut Abelis innocentem sanguinem per summam iniquitatē profusum quodam doloris atq; pietatis sensu lamberet ipsa, atque exurgeret, summū parricidæ scelus, & immanitas significatur. Ejusmodi itaq; (ait Iob) ego sum, ut ea quibus nullus est sensus, tantum squalorem, putorēq; sentire & abominari videantur. atque eod pertinet affectus illi sine doloris, sine gaudii atque letitiæ, quibus dolent * Prophetæ, cùm insensibilia appellant, & rerum inanimatarum fidem atque sensum desiderant. Illa verò allegoria, quam veluti, primum sensum, hinc inveniunt quidam Latini, de externis operibus, quib; velut vestimentis amicitur, & cōtegatur homo; quæ, cùm illis nō subest interna sanctitas, abominari videntur hominem hypocritam, & invita atq; repugnantia illum ornant; sicut per se non est inelegans, ita in hunc locum non valde conveniens.

XXXII. *Neque enim viro, qui similis est mei, respondebo: nec qui mecum in iudicio ex æquo possit audiri.*

XXXIII. *Non est qui utrumque valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus.*

- | | |
|--|---|
| 1. Deus potest pœnas ab innocente exigere. Respondere verbum forense. | hi ponat manum in duobus. Explicatū semel, & iterum Paulus. |
| 2. Audire forense. Arguere quid. | 6. Mirabilis Iobi sapientia & pietas. |
| 3. Vt Iob inter se & Deum desideret mediatorē. | 7. Christus Iesus Mediator Dei, & hominum, illius cum natura humana nuptia data fide, & sanguine confirmata. Ipse patris dextera Prisci aliqui ritus. |
| 4. Manus ad potentiam, & ad sedus. Dextera amicitia symbolum Illustratum Isaias. | 8. Christus sequester, explicati Moyses, & Isai. |
| 5. Quis sequester, quis Arbitrator, quis Tertius, & ut | |

DEUS (inquit) mecū agit, & de meis rebus statuit, ut illi collibitū est, me neque disceptante, neque contradicente; neque quidquam postulantē; ille enim homo non est, perinde ac ego, cum quō pari ratione possim ego agere, & respondere postulatus. Septuaginta; *Nō enim homo sicut ego, cui contradicam.* neque homo quidem litem criminariam intendit homini, nisi alicujus sceleris illum accuset; neque iudex, nisi prius criminis cōvincat, atque condemnet pœnam statuit; at Deus pœnas ab innocente exigere pro sua voluntate potest; vos igitur revincam meis rationibus: sed Deo neque respondere, neque contradicere valeo. dixi supra *respondendiverbum forense & iudiciale esse, tum etiam viri nomē, cū in Hebræo subest (Is) ad iudicem, & magistratum pertinere.*

Nec qui mecum. idem repetit per expositionem; Non est vtriusq; æquale jus, neque par agendi ratio (Septuaginta. ex Heb. *Vt veniamus pariter in iudicium*) neque superior aliquis iudex, apud quem provocatio fit, qui utrumque audiat. *Audiendi verbum forense quoque est, & de auditore æquissimo, & incorruptissimo dicitur, aut de iudice, qui possit eum, qui æquitatem lædat, arguere, & increpare.* quare clarè reddidit interpret; *Qui mecū ex æquo possit audiri.* aut ut congruat cum eo, quod sequitur, *Nec qui utrumque valeat arguere.* In Hebræo est; Non est inter nos increpans, aut arguens. à verbo quod increpare, & arguere significat, & alteri se opponere, & contradicere; quod sæpe superioris atque iudicis est. ut Genes. 31. *Respexit Domi-*

I

LXX.

Deus potest pœnas ab innocente exigere.

Respondere quid propriè. Vid. super cap. 9. vers. 12.

2 LXX

Audire verbū forense.

Arguere quid Genes. 31. 24.

1 Para. 16. 21. 3 Polychron. Minus comoda interpretatio, & nexus.

Iob sequestrū & Mediatorē postulat.

LXX.

4 Manus pro potentia. Psalm. 88. 26. * Tendra mano y destreza en enfrenar mar y rios. Matih. 8. 27.

Ponere manū ad litis diremptionem.

Dextera in percutiendo fœdere.

1 br. 5. 6. Exod. 23. 1.

nus, & arguit te heri. &c. 1. Paralip. 6. *Increpavit pro eis Reges.*
Vtrumque. Polychronius hoc loco *amborum* nomine intelligit Iobum, & illius amicos; atque utramque horum partem & causam, Videlicet Iobi innocentiam, & amicorum accusationem. atque illum ex divinæ bonitatis, æquitatisque fiducia optare, qui utramque partem dijudicet; quāvis enim ad severitatem divini iudicii causam suam dirigere nolit, neque audeat cum Deo contendere, tamen certō sibi suadet, si Deus publicè, & apertè sententiam pronūciat, fore ut acriter coarguat amicorum falsitatem, arbitrantiū, ob flagitia irrogata esse illi supplicia. sed non cohærent hæc cum præcedente; neque consequente sententia. nā apertè inter se Deūque sequestrem, & interventorem planè desiderat, cui arbitro pareat uterq; qui etiam pro suo munere audiat, interroget, partem minis justam cōprimat, iustiori faveat, innocentē absolvat, & patefacta veritate controversiam totā sua sententia, atque iudicio dirimat; quæ omnia *arguendi* verbo continentur Sept. *eleganter; Vtinam esset nobis medians, & arguens, & disceptans inter utrumque.* sed de hoc plura statim.
Et ponere manū suam in ambobus. vel iuxta originale, *Super ambos nos.* ferè omnes interpretes *manum* hoc loco ad potentiam referunt; sicut & id, *Ponam * manum ejus in mari, & in fluminibus dexteram ejus.* Nam *vēti & mare obedient ei.* Nemo (inquit) superior iudex aut arbiter, qui possit Deo, atque homini pariter statuere, atque discernere quid agendum, quid tenendum sit in proposita controversia, & vi etiam adhibita efficere, ut executioni mandetur, quod æquissimum visum illi fuerit, atq; utramque partem intra certos juris, præscriptarūque legum fines continere. Verum quāvis *manus* potentia, vimque cōtineat in aliis locis, sed certè cum verbo *ponendi* juncta, multo mollior. mitiorq; hoc loco redditur. nam *ponere manum*, potiùs est litem componere, & controversiæ actores ad concordiam, fœdūque adducere. quare *manum* hoc loco pro dextera accipio, quæ alterius dexterae in fœdere, & amicitia stabiliendis iungebatur. Thren. 1. *Aegypto dedimus manum, ut saturaremur pane.* & Exod. 23. *Non junges manum tuam cum impio.* in Hebr. *Non. pones*

manum tuam cum impio. paullo clariùs Sept. *Non consenties cum injusto.* propriè. ex Grego; *Non disponens pactum, non coeant in fœdera dextræ.*
 Sed de dextrarum cōjunctione, cū sine medio aliquo interventore fiebat, illud tantūm adjiciam, dextram sicut fœderis, ita fidei symbolū fuisse. cujus cum alia, tum illud ex Tacito exemplum habemus libro. 1. ubi de Germanici morte agit, quā amici illi se ulturos præstita fide moribundo juraverunt. *Juravere* (inquit) *amici dextram morientis contingentes.* & Iustinus de Dario moribundo scribit: *Is enim Rex porrecta manu expiravit, quā unicūm pignus fidei regis dexteram se ferendam Alexandro dare dixit.* hinc quibus nulla fœderis servati fides, mendacem dextram habere dicuntur. Isaias quidē de his qui se vana fide & religione idolis obstrinxerāt, ait: *Cor insipiens adorabit illud, neque dicet, forte mendacium est in dextera mea.* id est, ea religio, qua me obstrinxi, inanisissima est, & mendacii, fraudisq; plenissima, nulla illi fides servandi fœderis, quod mortuum, & inanime lignum sit; hæc igitur cōjunctio dextræ mendax atque nugatoria. cui simillimum est id, quod in Antonium dixit Cicer. *Dextera, quæ fidei testes esse solebant, perfidia sunt & scelere violata.*
 Sed hæc, inquis, sine sequestre, sineque mediatore faciunt, qui ponat manum suam in ambobus. Sed age, ut rem hanc quoque ex antiquitate illustremus, producendum est Herodoti in Thalia, de Arabum dāda, accipiendāque fide testimonium. *Arabes* (inquit) *servant fidem inter homines, ut qui maxime, quam in hunc modum dant. Quoties fœdus inire volunt, alius quidam medius inter utrumq; stans, acuto lapide ferit volam juxta majores digitos ipsorum, qui fœdus ineam; deinde sumpto fœco ex utriusque vestimento inungit eo sanguine septem lapides in medio postos, inter inungendum invocans Dionysium & Vraniam. hoc acto idem, qui sit sequester fœderis inter inimicos contrahendi, vadatur hospitem aut fortè civem, si cum cipe res agitur.* Igitur ** Qui Manum in ambobus ponat,* desiderat Iob, nā summo jure cum Deo agere neque vult, neque potest. Vt id, quod in ** Hispanorū* proverbio est, Potiores esse iniquas pacis cōditiones optima iudicis sententiā, aut obtentā lite; videatur expetere. Arbitrum igitur aut sequestrem, qui iudex erat proculdubio, intelligere videtur; est enim arbiter

LXX.

Cornel. Tacit. lib. 1.

Insim. lib. 11.

Isai. 44. 20.

Cic. Phil. 11.

5

Herod.

Mos in eundi fœdus apud Arabes.

* No quiere con Dios pleytos, sino paz y concierto. * Mas vale mala avenencia, que buena sentencia. Iudex arbiter

arbitrator, quem iudicem compromittantur vocant, quasi ex compromisso à litigatoribus sumptus, cui prætor disceptandæ arbitrio suo cōtroversæ potestatem dedit, quare arbitri in iis potissimum iudiciis nominantur, quæ ex bona fide descendunt, idem quoque; *sequester est, apud quem (ut Modestinus ait) plures eandem rem, de qua controversa est, deposuerunt, dictus ab eo, quod occurrenti, aut quasi sequenti eos, qui contendant, committitur.* Gellius autem dictum putat, quod ejus fidem utraque pars sequatur. Isidorus autem utramque nominis rationem conjunxit. lib. 10. Etymol. *Sequester* (inquit) *qui certantibus mediis intervenit, qui apud Græcos (Mesos) dicitur, apud quem pignora deponi solent, à sequendo dictus, quod ejus fidem utraque pars sequatur.* Deum proculdubio hoc nomine, & muneris ratione appellavit Paulus, cum dixit: *Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem justus iudex.* Iudicem videlicet intelligit, apud quem bona fide pignus, de quo controversa est, servandum, reddendumque deponitur, res autem nostræ, dum in via sumus, sub iudice & lite sunt, contradicente, calumniantem, litem semper intendente adversario nostro, ad quam etiam depositi rationem respexit Tertul. libro de patient. dicens: *Adeo satis idoneus patientia sequester Deus, si injuriam deposueris penes eum, ultor est: si damnum, restitutor est: si dolorem, medicus est: si mortem, resuscitator est.* Sequestrem se quoque Moyses dicit Deut. 5. *Ego sequester, & medius fui illo tempore.* Septuagint. *Medius inter vos & Deum.* solebat enim sequester fœderis & pacis stabilindæ conditiones deferre: quare idem videtur esse, qui *Angelus* vel *inter nuntius testamenti*, & fœderis dicitur. Quia verò mediator & sequester unius tantum non est, sed inter utramque partem, stat medius, tertio dici solet. Is. 19. quod verò istè tagere *amborum manus* solet (hoc enim ad absolutam loci hujus explanationem considerari videtur) fortè indicatur illo Gal. 3. *Data est lex per Angelos in manu mediatoris.* licet enim eo loco manus ministerium, ut frequenter in Scriptura solet, significet, designetque mediatorem Moysen, cuius manu & ministerio accepta à Deo lex illa perducta est ad populum; tamen nihil obstat, quod ejusmodi ministerium intelligamus, quod manu quoque mediatoris tangetis ambas fœdera inuentium dex-

tras, obiri solet. quare hoc loco ponere est in originali (Soth) quod est proprie certatione & via disponere, & cōponere, cum attentione quadam, & studio, sicut imponuntur, & aptantur ornamenta capiti, aut de industria figuntur oculi in aliqua re, aut apponitur cor ad rem contemplandam. Quare hæc *manuum positio* significatur futura solers, diligens, attenta, nulla iniqua alicujus partis conditione, rectè & commodè in utramque partem disposita.

Sed duo hinc observanda; alterum, quod magis videtur Iob dolorum acerbitate extra se rapi, eò manifestius atque sapientius rem totam in divinam voluntate ab omni hominum iudicio revocat. secundum igitur verissimam Theologiam hæc fateretur, & profiteretur dogmata; Deus agit pro bona sua voluntate; Probare nos debemus, *Que sit Dei voluntas bona, & bene placens, atque perfecta.* Sola divina voluntas esse debet homini pro lege, atque ratione; Divinæ providentiæ arcanum, altius, & sublimius est, quam ut possit ab homine ratiocinatione, & intelligentia obtineri; Divinæ majestatis amplitudo debet hominem compescere ab stulta contentione, & liberiori querelarum jactatione; *Horrendum est incidere in manus Dei viventis.* & ejusmodi alia, quæ nullo negotio ex Iob verbis & oratione colliguntur.

Alterum, quod non solum desiderare, sed prophetare etiam hoc loco Iob videtur. *Mediatorem Dei, & hominum Christum Iesum, qui arbitrator est, ponitque manum suam in ambobus.* verissimus namque mediator est non solum munere & officio, sed etiam substantia ipsa atque natura; sic Augustinus. 9. decivit. *Quærendus* (inquit) *mediator est, qui non solum homo sit, sed & Deus.* Et cōtra Fælicianum arrianum. *Non est una substantia mediatoris, ne mediatoris dispensatione submotus, aut Dei tantum dicatur, aut hominis filius.* eandem disertis verbis mediationem ex conjunctione naturarum in Christo docent Hilarius, Leo, Cyrillus: *Mediator hac ratione intelligitur, quia ostendit in se ipso collatas ac unitas divinitatem, ac humanitatem.* Epiphanius, Ambrosius, Chrysostomus, Theophylactus, Oecum. 1. ad Thim. 2. & sane hac ratione sequester est, *ponitque manum in ambobus;* nam ipse dextera patris est, quam Deus notam nobis fecit. & quæ *mensa est calos;* & per quam Dominus jurat.

ΠΩ
Ponere in Heb. quid.

6
Iobi pietas cū sapietia

Theologica dogmata indicata à Iob.

7
Christus Iesus mediator.

Aug. 9. de Civ. cap. 15 & 17. & contra Fælician. c. 10.

Hil. 8. de Trinitate. Leo. epist. 28 & 11. ad Iul. Cyril. lib. 1. dialog. de Trinitate. Herm. & lib. 12. Theoph. cap. 10. Epiph. Ambros. Chrysost. Theop. Oecumenius.

& quam

Psal. 89. 12. ubi Hierony. Ang. Casiod. Isa. 48. 13. ubi explicat Aug. 20 de Civ. ca. 30. Amb. 2. de fide c. 4. Atha. lib. 3. de SS. Isa. 62. 8. ubi Hieron. Eccl. 36. 7. 4. Aengid. Dextera datur in nuptiis. Ovid. in epist. Nuptiarum Dei filii cum natura humana perpeccitas. Reges medio sanguine fœdera inire. Cor. Iacobi. 2. 8. Christus Iesus sequester fulgens. Malach. 3. 1. Heb. 9. 15. Exod. 20. 19.

& quam ipse magnificat. Tum etiam nobis dexteram dedit, cum humanam naturam sibi copulavit, illa enim in contrahendis nuptiis, & maritali fide promittenda datur. ut illud indicat Didonis connubia poscentis.

Nec te noster amor, nec te data dextera quondam
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?
Et illud Phillidis ad Demophontem.
Iura, fides ubi nunc, commissaque dextera dextra?

Nuptiarum autem Dei filii cum natura humana fides, & fœdus celebratarum perpetua & indissolubilia fuerunt, & non communi tantum aliorum more facta, sed firmiori alio & sanctiori vinculo stabilita, videlicet medio regali, eodemque purissimo Virginis sanctissime sanguine. certè apud Armenos, & Iberos Reges peculiare illud fuit, quod his verbis Facitus scribit: *Mos est* (inquit) *Regibus, quoties in societatem coeant, implicare dexteras, pollicesque inter se vincire, nodoque perstringere, mox ut sanguine in artus extremos se effuderit, levi ictu cruorem eliciunt, atque invicem labunt, id fœdus arcanum habetur quasi mutuo cruore sanctum.*

Sed præterea mediatoris atque sequestris munus optimè, & incorruptissime præstitisse, habuisseque omnes optimi mediatoris rationes, & proprietates, eleganter Fulgentius in libro de fide ad Pet. cap. 2. descripsit; atque plenè & cumulatè id munus obuisse multis sacris testimoniis testatum est. quid enim aliud Malachias promissit, quam *Angelum testamenti?* quem profecto interpretatus est Paulus Hebræ. 9. cum *Mediatorem novi testamenti* appellavit, videlicet, qui conditiones atque leges pacificè fœderis inter Deum & homines, denuntiat, & interpretatur, ut hic inter nuntius atque interventor commodissime dici possit Dei & hominum, & novi fœderis atque pacis interpres. quod cum illis congruit, quæ Exod. 2. & 24. & Deu. 5. & 12. tradita sunt: cum enim beneficio illo divini numinis descensu in montem Synai perterritus fuisset populus, dixerunt ad Moysen; *Loquere tu nobis, & audiemus; nõ loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* ubi manifestè divinæ voluntatis interpretet & interventorem ferendi pacti, mediatorumque feriendi pacti, mediatorumque postulationem displicuisse Deo, quod videret ad mediatorem respicere Dei & ho-

minum Christum Iesum. Deu. 18. explicatur, dicente Moyses: *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus; ipsum audies, ut petisti à Domino Deo tuo, in Horeb, quando contio congregata est, atque dixisti, Ultra non audiam vocem Domini Dei mei, & ignem hunc maximum amplius non videbo, ne moriar.* Et ait Dominus mihi, bene omnia sunt loquuti; quis det talem eos, habere mentem, ut timeant me, & custodiant omnia mandata mea. *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum tuorum similem tui.* quasi diceret Deus; Mediatorè cupiunt inter me & illos, pulchra quidem atque mihi pergrata postulatio; quàmvis longè illi absint mente & corde à mea voluntate implenda, quâ illis denunciabit medius interpres, sed quoniam nemo angelorum aut hominum mediatoris interpretisque munus cumulatè præstabit, Prophetam suscitabo eis de medio illorum: utriusque; naturæ partem, mei quoque confortè, qui in medio etiam se constituat, pacemque; denunciet, interficiatque inimicitias in semetipso; videlicet nõ peiungens, aut sacrificans illorum manus, quantum tangit, sed suas quidem, suosque; pedes corrigendos præbens. hic ille tertius, est quem pollicetur Isaias: *In die illa erit Israel tertius Aegypto & Assyrio, benedictio in medio terræ, cui benedixit Dominus exercituum.* non enim solum inter Aegyptios, & Assyrios erit firmum amicitiae fœdus, sed inter Deum etiam & homines, nam benedicet Deus Aegyptiis, & Assyriis. quare nos nõ solum sustentavit manu, potentia, viribus, operibus iusti sui, sed etiam in suam nos gratiam recepisse, media tanti mediatoris manu, illud indicat Isai. 41. *Suscepi te dextera iusti mei.* Igitur jam pariter ambulant Deus & homo, sequitur nimirum homo Deum factorem sum, quod amicitie & cōfirmati fœderis est; sicut Scriptum est: *Nam quid ambulabunt duo pariter nisi convenerit eis videlicet, in uno tertio mediatore, & sequestre, qui manum suam ponat in ambobus.* sed de hoc nõ plura.

★ ★ ★

XXIII. *Auferat à me virgam suam, & pavor eius non me terreat.*

Deut. 18. 15

Nemo angelorum aut hominum perfectus mediator.

Ioan. 14. 27. Ephes. 2. 16.

Isai. 19. 24.

Isai. 41. 10.

Amos. 3. 3.

1. De Deo nunc loqui lo-
bum, verior expositio.
2. Virga calanica, & sa-
gellum, virga & jugum
symbolum servitutis, ex-
plicatus Isaias.
3. Virga divina ira, aut
etiā benignitatis symbo-

lum. *Varia insignia Vir-
garum* priscis regibus, ex-
plicatus Isaias: *Que due*
virga apud Zachariam.
5. *Quid terror ex* Hebraeo.
qua virga sanguinea apud
Prophetas.
6. *Tobi constantia.*

bello fuit. hæ enim illæ sunt *duodecim vir-
ga*, scipiones vè *duodecim tribuum* Israel; nos
(*bastones*) vocamus; deinde in signe fuit
cujusque potestatis, sic Exod. 4. *Reversus*
est Moyses in Aegyptum portans virgam Dei in
manu sua, nimirum divinæ virtutis & po-
testatis in signe, sic dicitur Psalm. 109. *Vir-
ga virtutis*, potentie atq; majestatis in dex-
terâ, (inquit) Iob; *Deponat sceptrum*, tē-
peret majestatis suæ splendorem terrifi-
cum, quod sequentibus verbis exponit.

Sed observandum virga atque scepro
solere Deum tum justitiæ severitatem, at-
que acerbiter vindiçæ, tum benigni-
tatem atque mansuetudinem significare;
id quod solenne fuit Regibus, ut sceptris
Regiis aut terrores minasq; aut pieta-
tem significatas præferrent. Lydia quidē
Reges securim pro scepro ferebant; ut
Plutarchus scribit, similiterq; Labraddæus
Iupiter in Caria sceptri & fulminis loco
securim gestabat, eodem auctore eadē m-
que fuisse deorum Babyloniorum insig-
nia in sua illa Epistola Jeremias meminit:
*Sceptrum autem habet ut homo, sicut iudex re-
gionis, qui in se peccantem non interficit. Habet*
etiam in manu gladium & securim, & eò fortè
allusum fuerit a Davide Psalm. 2. Reges eos
in virga ferrea, id est, in scepro ferrum &
gladium præferente, atque mortè & san-
guinem minante, at nō dii, sed Reges Ba-
bylonii specie quidem multò clemetio-
res; nam, ut de illis Herodotus scribit, *Ge-
stant sceptrum affabre factum, cui superstat aut*
malum, aut rosa, aut lilium, aut aliud quippiam;
nam absque insigni gestare sceptrum ipsis nefas
est. Certè Tarquinius etiam Priscus, V.
Romanorum Rex inter alia regia insig-
nia quib⁹ Donat⁹ fuit ab Hetruscis, Sce-
ptrum accepit, gestavitq; eburneum in
summitate habes Aquilam, ut Romanæ hi-
storix Scriptores tradūt; jam igitur seve-
rissimus Deus gestat gladium, aut secu-
rim, videlicet virgam ferream, cum Scri-
ptum sit: *Regeos eos in virga ferrea*, jam verò
sceptrum cui superstat pomum, aut liliū,
aut rosa, ut disertis verbis tradidit Isai.
*Egredietur virga de radice Iese, & flos de ra-
dice* (id est de ipso trunco, & calamo) *ejus*
ascendet, ut malo quasi nos petens ad, amā-
dum alliciat, & flore atque rosa jucundif-
simam bonis omnibus sub tanto princi-
pe pacem atque vitam polliceatur. Hæc
sanè est illa duplex Zachariæ vatis pasto-
rè, agentis, virga, altera quam vocavit de-

Diodecim vir-
ga magistrat-
uum insignia
Exod. 4. 20.

Psalm. 109. 2.

4

Virga divinæ
vindiçæ Sym-
bolum, tū etiā
benignitatis.

Varii in ge-
stadiis sceptris
prætorum Re-
gum ritus.

Plutarchus
Proble. 1. 58.

Baruc. 6. 13.
14.

Psalm. 2. 9.

Herodot. lib. 1.

Dionys. lib. 3.
T. Liv. lib. 9.
Plut. in Rom.

Isai. 11. 1.

Zach. 11. 7.

corem.

I
Polychron.
De quo nunc
loquatur varia
expositio.

Latini.
Græci.

2

Virga, quid in-
dicet
Isai. 10. 5.
I Cor. 4. 21.
Isai. 9. 4.

Exod. 5. 14.

Nahum. 1. 13.

Orig. sup. Ps. 2.

Virgæ & jugū
ad servos re-
ferri.

3

Virga insigni
magistratus.

POLYCHRONIVS indicat hæc
posse referri ad illum arbitrum, quem
desiderat rerum suarum interventorem.
quasi dicat; Si semel liberè atque fidèter
loqui permittat, quicumque fuerit con-
troversia arbiter, pronuntiabit profè-
tèd me innocentem, atque absolvet his
malis gravissimis; *auferet à me virgam*, & de
cuffo timore bene me sperare jubebit.
Sed Latini omnes, aliq; Græci referūt
ad Deum, ut cum neque arbitrum habeat
Iob, nunc in aliud se desiderium verfet.
Vtinā (inquit) Deus me loqui permittat,
& *auferat à me virgam*, neque suæ majesta-
tis potentia que ingenti timore me per-
cellat, vel ut sit asserentis; Cum Deus mi-
hi potestatem fecerit liberè loquēdi, tūc
certè his me malis absolvet; nunc enim
per meos mihi dolores non licet. Quare
cum illi videbitur, auferat à me virgam
suam.

Auferat à me virgam suam. Per virgam ca-
lamitas atque flagella, quæ virga insi-
gebantur. Isai. 10. *Virga furoris*, quo etiā
modo Paulus loquitur. I. Corinth. 4. *Vul-
tis, ut in virga veniam ad vos*, simili ratione
quidam accipiunt id Isai. 9. *Jugum oneris*
*ejus, & virgam humeri ejus, & sceptrum exacto-
ris ejus superasti*, id est, Virgam exactoris,
& præfecti operum atque tributorū, qua
solebat exactor humeros & terga, servo-
rum præsertim, cedere; sicut dicitur E-
xod. 5. *Flagellati sunt, qui præerant operibus*
filiorum Israel, ab exactoribus Pharaonis, simi-
le id Nahum. 1. *Conteram virgam ejus de dor-
so tuo, & vincula tua disumpam*, & eleganter
Origen. dixit: *Indigent virga quotquot ex cre-
dētibus pecudum more vivūt*, utrumq; quidē
servitutis symbolum est, & verberatio vir-
garum, & jugum atque vincula, & favet ori-
ginale, quod propriè habet: *Auferat de su-
per me, q. d. Ne mihi impingat flagellum,*
ne me pulset, tundatque virga, neque im-
posito onere opprimat.

Sed fortè commodiùs hoc loco virga
pro Regio insigni Imperatoris, magistra-
tus, judicis; cujus primū quidem usus in

Quæ due vī-
gæ apud Za-
cha-

Esth. 2. 1.

Psalm. 22. 4.
Cantic. 2. 4.

5

LXX

Virgæ langu-
neæ.

Modest. l. vlti.
Dial. l. Pompe.
de de paric. Cic.
Pro Roscio. pl.
lib. 19. c. 10.

corem, altera, quam vocavit funiculum; per de-
corem, poma, flores, lilia, per funiculum, do-
lores, cruciatus, verbera, acerbitates om-
nes intellige, alteram igitur auferri à se vir-
gam petit Iob; terretur enim vel solo al-
pectu, timet securim; horret gladium; fu-
niculum fugit; amat verò decorem, po-
ma, flores, atque hujus ipsius summitatem
post tantis ærumnas exosculari admotis
ad os & nares pomis & rosis, quæ in vir-
gæ fastigio eminent, ardentè cupit, *Virga*
(inquit) *tua & baculus tuus, ipsa me jam tan-
dem consolentur*; languo enim, illam si au-
feras, hæc verò si admoveas, *fulcies me fiori-
bus, & stipabis me malis.*

Et pavor ejus non me terreat. Septuaginta;
Timor ejus non me transversum agat. Poterit
esse præcedentis expositio, ut pavor sit, pa-
venda, & horrida virga, & formidandū
sceptrū; nam ut ex dictis cōstare potest,
fuerit etiam scepra, & virgarum insignia
ad terrorem exquisita, & cōparata. Cujus
modi fuisse videntur virgæ illæ sangui-
neæ, aut potius cruentæ haustæ, quibus Fe-
ciales, nimirū sacerdotes, penes quos bel-
li, & pacis disciplina erat, bellum indictu-
ri utebantur, quasi atrox, & cruentum bel-
lum minaretur, & virgæ etiam sanguineæ,
quas lictores magistratibus præferbant,
& quibus jubentur cedi paricidæ, ut ter-
rori & horrore esset cruentus color. Vel si
non jam de virga terrifico loquatur, fortè
dicet ne pro sua absoluta, & libera ab om-

si lege ordinaria, potest, etiam in q; im-
perio secum agat, sed ex ordinario & cō-
suetudo suæ justitiæ, atque providentiæ præ-
scripto & lege, quasi dicat; Omnium legū
cōsuetudinem, & terminos prætere-
diuntur mea hæc supplicia, atque calami-
tates. Certè, quod Septuaginta dixerunt,
Timor ejus non me transversum agat, Olym-
piod. ex Græco (Strobilo) explicat. *Non me*
strangulet, circumagat, percellat, & certè ex
vi Hebrææ vocis ejusmodi terrore est, qui
hominem exagitat, & quasi extra se cōsti-
tuit; ab eadē enim radice dicitur. i. Reg.
16. *Exagitabat eum spiritus nequam*, ergo in-
quit Iob, *Pavor ejus non me exagitet*, loqui
enim aut dicere pro me non possum, qua-
re subdit.

XXXV. Loquar, & non timebo
*eum, neque enim possum metuens re-
spondere.*

IN secunda parte legunt Septuaginta;
Non enim sic conscius sum laborans anima,
quasi dicat; Nō sic deficio & concido a-
nimo, sicut me videtis corpore. sensus
contrarius potius elicitur ex Hebræo, nā
propriè dicas; *Nō sic ego mecū*. Vata. *Nō sum*
talis qualē me esse putatis, sed potius no-
ster per paraphrasim; *Nō possum metuens respondere*
sensu acerbissimo dolorum & divinis ter-
roribus vix mei sum, aut verborū cōpos.

Olympiod.

Strobilo


יָרָא

1. Reg. 16. 14

6

LXX
Tobi constan-
tia cum acer-
bissimo dolo-
re.
Vatabl.





NOTA
TIO RERVM
INSIGNIORVM
quae in com-
mentariis fu-
suis expli-
cantur.

PARAPHRASIS
CAPITIS PRAE-
CEDEN-
TIS. CAPUT
NONVM.



VDIVIT sanè Iob inter alia scelera, id quod gravissimū est, divini numinis contēptum sibi à Baldad attribui. Ergo constan-
ti, gravissimāq; respōsione, atq; minimè perturbatè ex argumentantium & respō-
dētū lege quibusdā annuit, quēdā verò ne-

gat. Valde (inquit) mihi, ó amice Baldad, exploratū est, id quod aūsim tibi a juramētō affirmare, firmā, fixāq; apud me semper extitisse, divine æquitatis & providētiae fidē; ac me ne cogitasse quidē de mea innocētia, & æquitatē insolētèr jactanda; sed præclaro meę cōsciētiae testimonio erectus, à corruptis & temerariis hominū judiciis ad incorruptissi-
mū judicē constātèr provocare audeo; quāvis satis scia corā illius supremę sanctitatis luce clarissima & fulgētissima omnē humanā justitiā velut tenuissimā lucernā obscurari.

Quod si imbecillus homo voluerit cum potētissimo, & sanctissimo iudice cōtendere verbis, interrogationibsq; & respōsionibus, nemo erit, neq; unus quidē inter mille, qui ad divina interrogata & quæsitā vel uni ex mille obje-
ctionibus satisfacere, vel à minima se parte tueri possit. Neq; verò Deus pro sua majestate dignabitur vilissimo homuncioni, quāvis mille interrogacionibus pulsanti illius aures, vel ad unam tantum respondere.

Quis enim sine ingēti temeritate cōgredi audeat cū Deo fortissimo, atq; sapientissimo? qui sicut viriū robore, ita sanè sapiētiae & argumētādi, atq; respōdēdi certamine infini-
tis partib⁹ omnē creatā vim superat. Verū enim verò nihil in magna illa vi, atq; supremo numine est, quod virtute & efficacitate plenū nō sit. * Quis igitur acerbū, aut rebellem se illi exhibuit, aut bellū illius voluntati & cōsiliis, indixit, qui tandē victoria potētus insolēsceret? nemo profectō, qui adversus Deum obduruit abiit, impunè.

Et ut ex infinitis pauca quēdā mea tenui oratione de il-
lius sapiētia atq; potēstatē enumerādo percenseā, solet ille in motibus firmissimis suarū viriū specimē aliquod præ-
bere; cū efficit, ut ex infinita illis naturę lege paulatim immi-
nuātur. Pōt etiā subito aliō trāsferre ex suis sedibus cōvul-
sos, aut jacto fulmine findere; & in fumū, favillāq; redige-
re; aut ingēti terræ cōmōtione hiatū & voraginē horrificā

1 Et respōdēns Iob ait:

2 Vere scio, quod ita sit, & quod non iusti-
ficetur homo composi-
tus Deo.

3 Si voluerit contende-
re cum eo, non poterit
ei respondere unum
pro mille.

4 Sapiens corde est, &
fortis robore.

* Quis restitit ei, &
pacem habuit?

5 Qui transtulit mon-
tes, & nescierunt hi
quos subvertit in fu-
rore suo.

efficere

a Particulā, Verè, esse ju-
randi, formulam. & quae
illius vis in sacro sermone,
quaedam ad Scripturarum
intelligentiam v. 2. n. 2.

b De Numeris, & de uni-
tate, & Millenario ex Sa-
cris & prophanis, tum ad
hujus loci, tum ad aliorū
expositonem, peculiaris
quaedam v. 3. n. 3.

c Ut insit sapientia sua vis
suaque fortitudo peculi-
ris observatio v. 4. n. 3.

d Quae sit haec montiū trā-
latio, & ut frequenter in
sacro sermone vsurpetur,
ubi de divina potentia in
excitantis tempestatibus
agitur, copiosius tractatur
v. 5. v. n. 2. usque ad 6.

6
Qui commovet terrā
de loco suo, & columna
eius concutuntur.

7
Qui praecipit soli, &
non oritur:
& stellas claudit qua-
si sub signaculo.

8
Qui extendit caelos
solus:

Et graditur super flu-
ctus maris.

9
Qui facit Arcturū
& Orionem:
& Hyadas:
& interiora austrum.

10
Qui facit magna, &
incomprehensibilia,
& mirabilia, quorū
non est numerus

11
Si venerit ad me, non
videbo enim: si abierit
non intelligam.

efficere, qua illos in ipsa occultissima abdat terrae viscera.
Sunt nimirū etiā mirabiles terrae alioqui firmissimae & stabilis, inexpectatę cōmōtiones, repētinq; tremores, quos ille pro sua potēstatē efficit: nā vel nutu Olympū tremefacit; saxa rupesq; discindit; terrificas tonitruorū voces edit; ipsas terrę partes infimas, & maximē stabiles, quae reliquū terrę pōdus impositū instar colūnarum sustinere videntur, quatit, & nutare facit. Quae omnia tū hominibus nihil tale suspiciatibus, motibus etiā firmissimis nullū imbecillitatis signū praeferētibus, subitō & inopinatō efficere solet, non hominibus solū, sed inanimis etiā rebus iratus & indignās.

Si velit, pōt sanè vicissitudinē etiam ortus & occasus tol-
lere, atque soli praecipere, ut in certa quadā regione cōmo-
retur; astra etiā obscurare, ut minimè luceant. Ut enim prae-
terea quotidianā oriētis, occidētisq; lucis vicissitudinem, certē jā se in vicina Aegypti regione, nō multō ante mirabi-
lē se praebuit vis divina, cū offusis impię illi nationi tridua-
nis tenebris, visus est soli pcepisse, ne ampli⁹ oriretur: Quid
quod se va tēpestate excitata, cū horrifico nubiu atre in-
terdiu solē obscurat, & sub crassissima caligine, lucētes stel-
las quasi inclusas asservat, suae potētiae, & majestatis s veluti
stēmate, signōq; munitas? Sed quid nō faciat, terrarū & cœ-
lorū suprem⁹ dominator, qui illorū immēsam capacitātē ex-
plicuit, solōq; verbo lōgē, latēq; diduxit; tū etiā aeris immē-
sitate, quae cōcipiendis nubibus atq; tēpestatibus valde op-
portuna regio esset, quoquo versus expandit, & instar mili-
tari tētorii cōstituit, in quo ipse potētissimus dux, atq; su-
premus imperator stationē suā figeret, exercitūq; produce-
ret inde cōsisturus cū hoste, atq; superbissimos terrigenas
compressurus. Nihil præterea nō subijcit suę dominationi:
nā superbiētis maris extollentiā proculcat, fluctuū elatio-
nē, tumorēque cōprimit, atque ita pro arbitrio suo mode-
ratur, ut nunc fluctus cōponat, nūc extollat & concitet.

Atque ad hos mirabiles ciendarū tēpestatum effectus, &
rapidissimas cōcitatisimāsque; vētorum eruptiones oppor-
tunis quibusdā ministris utitur, insitis videlicet quorūdā
syderū, & constellationū viribus, nimirū Vergiliarū, Pleja-
dū, Arcturi ve ortu; cū hæc non sine procelloso grandine
emergāt. Est tamē Arcturi vis major atq; divina, cujus evi-
tandę facultatē mortalibus ademit Deus. Neq; min⁹ mare
ac terras tēpestatibus perturbat turbulentus ille & incō-
stās Oriō, qui Nōvēbri furit. Nec non etiā Hyades, aut Suc-
culæ tristes & nimbose; & præterea, quae circa polū antarti-
cū sunt, mirabiles alię stellę & sydera, quae nobis sub altero
polo degentibus occultantur, atque occultis etiam virtuti-
bus pollēt ad australes, nimbososq; ventos immittēdos.

Et ut multa unico verbo cōplectar, plura alia magnificē-
tissima effecta, atq; humano captu lōgē superiora admira-
tionēq; dignissima methera edit, quae nullo oculorū sen-
suū ve iudicio investigari à mortalibus queūt. Multa enim
fiūt divina virtute ante oculos nostros, multa quoque fieri
desinūt, quorū supremū auctorem Deū, vel opus inchoatē,
vel ab opere cessantē, neq; observamus neq; agnoscimus.
Quid, quod cū iratus, benignusvè, aut beneficia cōfert, aut
supplicio afficit, cū illi grati sumus, aut infensi, cū variis de

e Qualis sit haec terra cō-
mōtio, & ut minimè ac-
cipi possit de motu aliquo
terra naturali, adversus
nostri temporis non nemi-
nem interpretem, d. sputa-
tur. v. 6. n. 1. 2.

f Quae sint terrae columna
pauilo accuratius exponi-
tur. v. 6. n. 3. 4.

g Ut stella, signa & libri
alicujus veluti caracte-
res sint, atque de hujus
translationis ratione non
nulla. v. 7. n. 2. 3.

h Tum de aliis constella-
tionibus, tum verò de Ar-
cturo, & de ea, quae apud
quosdam dicitur Vis ma-
jor, plura ex prophanis. v.
9. n. 2. de aliis verò. nu. 3
4. 5.

ⁱ *Vt fit varia interpretan-
di ratio hujus divini ac-
cessus, & recessus; & ut
hinc elici possit assertio
incertitudinis nostrae gra-
tie. v. 11. n. 2. 3.*

^k *Vt fit hoc Interrogā-
di verbum forense, & ju-
diciale, quadam ex sacris,
& prophanis. v. 12. n. 2. 3*

^l *Quorum nam circumlo-
quutio fit Portare orbē
paullo fustior, & accurat-
ior consideratio. v. 13. a
n. 3. vsque ad. 7.*

^m *Vt sancti velut colūna
firmissima reliquum popu-
lum sustineant, suarū po-
tissimum presidio precum
v. 13. nu. 4. De regibus
etiam, & principibus, qui
impositos subditos portare
videntur. n. 5.*

nis; rationibus ad nos accedit, aut recedit à nobis planè ig-
noramus. atq; vel ex ipsa ratione, cū illo depugnādū nobis
nō sit, quōd simplicissimū spiritū neq; nos ad orientē & ag-
redientē, neq; à nobis discedentē, & referentē pedē senti-
re possimus; & cūm iudex sapientissimus, solertissimūsq; sit,
ita de nostra causa, actionibūsq; inquirat, ut veniens, aut
abiens à nobis ignoretur.

Si pro sua igitur potestate abducere, diriperēq; velit, si
vastare & perdere, si vertere atq; invertere omnia, quis effi-
ciet, ut reducat, restituat, cōvertat? aut quis eū à proposito
revocabit? Si imparatū aliq; subita ^k interrogatiōe præ-
occupet, aut quēstione judiciali examinandū suscipiat, quis
poterit se innocētē ostēdere, aut satis se ab objectis crimini-
bus purgare? Præsertim cū nullū habeat superiorē iudicē,
qui latē pronuntiatē vē sententiæ rationem ab illo exigere
possit Quidquid ille de nobis statuat, patienter ferendum
est, atque sceleribus nostris tribuendum.

Cū enim indignationē adversus mortales cōcipit, nullius
metu increpatione vē irā remittet; nemō se illi opponere au-
debit: cū etiā humiles atq; supplices se illi præbeāt potētis-
simi quiq; & nisi ipse cōprimat suū furorē, proculcabit p-
culdubio omnē creatā ^l potentiā, sive angelorū, qui res in-
feriores administrāt & procurant; sive Dæmonū, qui tene-
brarū potestates sunt; ^m sive sanctorum etiā hominū, qui
se ante numen divinū prosternunt, & suis precibus impios
suis humeris sustētare vidētur; sive regū & principū, qui su-
pra se subditorū onus impositum gestāt; sive præstantissimo-
rū atque superbissimorum quorumvis hominū, qui cristas
erigunt, & ampullas projiciunt, & certissimam opem aliis
miseris laborantibus pollicentur.

Hæc cū mihi satis perspecta semper fuerint, nunquā sanē
meo animo finxi, ut vos mihi affingitis, meā Deo exiguita-
tē & imbecillitatē opponere, aut obstinatē cū illo cōtende-
re, & ex æquo illi respondere posse: cū neque satis dignā tan-
to numine deprecationē, benēq; accuratā & cōpositā ora-
tionē afferre possim. Quāvis enim iustus sim, summo mihi
jure cū divina maiestatem agendū non est, nam cū meū ipse
ius atq; innocentiam probare voluero, quasi nimium insolēs re-
pellar à Deo. Tantum igitur, nulla meę innocentiam habita ra-
tione supplicē me illi offerā, & ad illius gratuitā misericor-
diā rationes omnes meas revocabo. Et quidē meis precatio-
nibus non multū tribuo, cū nō pauca requiratur, ut perfe-
ctē & Deo gratē existāt, atq; efficacitatē impetrādi habeāt.
& quāvis Deus pro sua bonitate & clemētia me invocantē
& deprecantē exaudiat, tñ is sum ego, tāq; in deprecādo lā-
guidus, ut vix de me credere possim, exauditū iri. Tū etiā
cū post exauditas preces perinde habeā, atq; antea, illēq; p-
sua maiestate nō dignetur me ullo externo signo suę bene-
volētiam; certō mihi cōstare nō pōt, an exauditus fuerim.

Licet enim orandi atq; sacrificandi studiū mihi nunquā
defuerit, nūc quoq; frequētes preces adhibeā, non in deo nō
severē me cū ille agit, irati enim instar, turbine immisso; coa-
ctāq; tēpestas ex multis interrogationibus & ærūnis, qua-
si tonitruis, fulguribus, fulminibus me obruet, & opprimet
& quasi per occultas insidias, turbine & caligine tetrae ali-

12
*Si repentiē interroget
quis respondebit ei?
vel quis dicere potest,
Cur ita facis?*

13
*Cuius iræ nemo resi-
stere potest: & sub
quo curvantur, qui
portant orbem.*

14
*Quantus ergo sum
ego, ut respondeam ei,
& loquar verbis me-
is cum eo?*

15
*Qui, etiam si habue-
ro quidpiam iustum,
non respondebo:
Sed meum iudicē de-
precabor.*

16
*Et, cum invocantem
exaudierit me, non
credo, quod audierit
vocem meam.*

17
*In turbine enim cō-
teret me, & multipli-
cabit vulnera mea, et-
iam sine causa.*

cujus

18
*Non cōcedit requies-
cere spiritum meum:*

*& implet me amari-
tudinibus.*

19
*Si fortitudo quæri-
tur, robustissimus
est:
Si æquitas iudicii,
nemo audeat pro me
testimonium dicere.*

20
*Si iustificare me vo-
luero, os meum conde-
nabit me. Si innocen-
tem ostendero, pravū
me comprobabit.*

22
*Etiam si simplex fue-
ro, hoc ipsum ignora-
bit anima mea: &
tædebit me vita mea*

22
*Unū est, quod loquu-
tus sum, & innocen-
tem, & impium ipse
consumit.*

cujus tēpestatis me involvet; multūsq; perinde ac magnis
vulneribus me proscindet, atq; ingentibus animi dolorib;
excruciat, absq; eo, quōd ullā mihi meorū suppliciorum
causam ille exponat: cūq; nihil deniq; cōmeruerim, frustra
me affiget; nihil enim attinebat Deū his cruciatibus de me
periculū facere, nā ante cruciam ēta me præclarē noverat.

Nihilominus me tamē ille tā graviter afficit, ut respirare
nō possim; præter animi enim angustias, pulmonis & arte-
riarū aditus obturati & præclusi neq; reddere, neq; recipere
spiritum satis possunt, quem cū frequentia & repetitione
supplere conor, cōmoto & cōcitato pectore, & corde anhe-
lo. Cibatur igitur Deus ad satietatē & nausēā usq; acerbis-
simis doloribus, atq; omnis generis ærūnis, quæ humano
sensui acerbę & amarę existere possunt: quare, ut qui ama-
ritudinibus impletus sim, biliosos quosdam atque molestif-
simos animi motus sustineo, stimulorūque ad vomendum
multa, quæ dolens invitūque promo.

Potest verō ille de me statuere & decernere, quod libeat;
cū tanta potestate sit, & omnes creaturarū vires lōgissimē
superet. Quod si jure & iudicio cum illo agere velim, illius
æquitas incorruptissima me facillē reū peraget; ac nemo sa-
nē volet pro me cōtra Dei providentiā testis in mea causa
esse; quare etiā si ille vellet me cū in iudiciū descendere, ni-
hil proficerē; nemo etiā certū & definitū locū assignabit,
in quo meū iudicē cōvenire debeā, & ad illius subsellia cau-
sam meā tueri. Nemo tandem pro me causam dicere volet,
neque patronus esse: pugnabunt potius contra me om-
nia pro suo creatore.

Quod si deficientibus testibus, patronis, & advocatis, ve-
lim ego pro me causam dicere, meq; innocentē in iudicio
defendere, ipsum meū testimoniū incredibili audaciā & in-
solētiā tribuetur, qui tā liberē corā tāto numine loqui nō
dubitē; aut certē mēdaciū dānabor, ut qui verissimo & in-
corruptissimo iudici ulla ratione cōradicere, & me ipsum
sordido sanē præconio, meo ipso ore cōmendare videar.
mille itaq; dabo verborū & ignoratiā lapsus, quōd nesciā
quibus verbis, aut qua dicēdi formula me tueri debeā. Itaq;
cū meā vitæ atq; morū integritatē & perfectionē ostēde-
re aggrediar, aut ex ipsis meis verbis pravitatis alicujus ar-
guar, aut ipse Deus me redarguet, ut qui sanctissimus sit;
aut ille idē, qui mearum actionum Dominus est, multa de-
prehenderit, quæ sibi displiceant, quāvis ipsemet mihi
valde placuerim.

Tū si ante actæ vitæ cōscientia & innocentia me sustēta-
re, cōsolariq; velim, vix potero, cū ea res mihi clarē & certō
cōstare nō possit. quare nihil videtur mihi in vita reliquū
esse, quā ingēs diutius vivēdi tædiū, & ardens vehemensq;
mortis desiderii. Sed sim sanctus & innocēs; hoc sub iudice
& sub lite est, mihi incertū adhuc, & p ignoratū, soli Deo
perspectū. illud tamē certissimū, atq; exploratissimum, me
in extremis ærūnis, extremū jam spiritū agere. cū Deo igitur
de sanctitate & iustitia minimē contēdo; at quod huma-
num est, tantam dolorum acerbiter deprecor.

Et licet quidem de me semper senserim submissiūs
dēque divinis iudiciis & providentiā, magnificentius,

ⁿ *Qualis sit huius amari-
tudinis ad animi agridi-
nes translatio, & de reple-
tione & nausea animi,
quadam vers. 18. n. 4.*

^o *Vt laus in ore proprio
sordescat, & de cōscientia
testimonio, utilia ad mores
quadam. v. 20. n. 1. 2.*

^p *Vt homo sibi ipsi ignotus
& obscurus sit, at soli Deo
perspectus & exploratus
quadam utilia. v. 21. n. 1.*

⁹ *Vt calamitatis diuturnitas gravissima sit, & ad tolerandum difficillima, observatur x. 23. n. 4.*

hoc tamen, quod est meae assertio nis caput, libetèr inculcabo, supremum rerum moderatorem Deum in discriminatim & pios, & impios calamitatibus in hoc mundo exercere, atque tam integros perfectosque viros, quam tumultuantes divites, & per multas hujus saeculi curas vagantes disperdere atque delere. Quod si sive deus sit, sive torquedi administer alius, qui homines suppliciis afficit, videtur certè humanæ rationi convenientissimum, ut si tam innocentem, quam impium ipse consumit, vel utrumque semel, subitoque perimeret, vel utrumque longiori cruciatu divexaret. nam, quod acerbissimum est, solentiorum ærumnarum, ac rerum difficillimarum perpessio nes diuturnæ esse, at impiorum supplicium brevissimum. si innocens itaque; etiã poenarum expers futurus non sum, illud supplex oro, ne me diutius excruciet, sed semel impacto flagello penitus me cõficiat; ne si impii pios viderint cum diuturnis ærumnis conflictari, illos irrideant, & sannis prosequantur. aut verò (si libet) commutat Deus suppliciorum vices istas, & cum innocentem subito repenteque abstulerit, impios excarnificet diutius, omnemque pios irridendi occasionem præcidat. Sic me igitur vehementer clamantem, & opem implorantem ne me Deus rideat, contemnat: non enim solet ille spernere suorum preces, neque tanquam ridiculis vanisque clamoribus non statim respondere.

Secus videretur benignissimus Deus voluptati & lætitiæ habere justorum ærumnas, quasi mundum universum impius aliquis, servusque tyrannus administraret, qui mente obnubilata, & cæcæ alicujus pravæque affectionis tenebris corruptè de rebus judicaret, faveretque in bonos & sanctos. quod si impius atque tyrannus aliquis mundi gubernator non est, quis alius, nisi Deus est? Licet quidem negandum non sit plerumque permittere summum rerum gubernatorem Deum in discriminatim bonis æquè ac improbis evenire mala, quod tyranni iniquissimi rerum publicarum atque regnorum habenas moderentur, qui etiã ad divitum potentissimorum scelera vexantium pios & pauperes per summam iniquitatem, connivent; non aliter ac si oculos obvelatos haberent. ita cæci atque precipites in judicando feruntur, & cæca temerariæque cupiditate corripuntur. Accedit etiã, quod tenebrarum harum & caliginosi mundi iniquissimus Dæmone rector sit. His itaque omnibus de causis, qui divinorum judiciorum, & justorum calamitatum rationes perspicere conatur, non melius id præstabit, quam si opertos & clausos haberet oculos. Ideo mihi valde dolendum est, quod his, qui iudices æqui & integri esse in mea causa deberent, amicos dico meos, Dæmone injecerit velamen quoddam crassissimæ ignorantiae, ne æquis clarisque luminibus, meae causae equitatem perspicere possint. Sed cum universitatis hujus non alius profectò moderator, quam Deus sit, illius tandem divinæ providentiæ adscribenda omnia & committenda sunt.

Quamvis igitur bene de Deo, atque de illius providentiâ & æquitate sentiam, licebit sanè mihi tum præsentis ærumnas, totque malorum diuturnitatem, tum præteritæ felicitatis, atque humanæ vitæ brevitate & inconstantiam lamentari. Sunt enim hæc longè instabiliora atque velociora illis, quæ terra, mari, aere, velocissima esse videmus: cursore videlicet, cui

23
Si flagellat, occidat semel, & non de poenis innocentium rideat.

24
Terra data est in manus impij: vulvum iudicium eius operit.

Quod si ille non est, quis ergo est?

25
Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt, & non viderunt bonum.

vel

vel nuntium felicissimum, quod perferat, vel timor alicujus gravissimi discriminis, ratio vel alia, calcaria ad currendum adhibeat. Non secus sanè meae vitæ anni, cum nihil bonorum secum retinuerint, quæ mecum deferam hinc abiturus, levissimi & velocissimi dilabuntur, atque rapido & concitato cursu, ut neque facultatem præbuisse mihi visum fuerint, gustus alicujus ex hac vita prælibandi, & ne vel solo aspectu paullo quietiori de illis judicandi, nihil igitur vidisse, aut expertum me fuisse videor, quod merito boni & jucundi appellatione dignari debeam. sic enim integrè & incorruptè censeo de hujus vitæ felicitate, contra quam illi, qui summum bonum in vitæ hujus fallacibus bonis falsi atque delusi constituunt.

Neque non evanuit omnis vitæ vis, & felicitas, disparuitque dicto citius instar navium, quæ ad voluntatem votumque; nautarum celeritèr navigant, nulloque; magno onere retardantur: si cut naves piratarum, quæ cum onerariæ non sint, sed tantum ad faciendam prædam comparatæ, levissimæ & expeditissimæ sunt. sic igitur mihi contigit de prædatione atque ablatio mearum facultatum. & velut qui vehitur navi, nunquam non ad mortis portum concedo, sive dormiam, sive vigilem. cumque brevissima fuerint vitæ bona, atque amissioni, & corruptioni obnoxia, profectò instar navis portatis pomæ, fructusque; jam maturos, & nullam in deferendo moram patientes, vita mea præterlapsa est. Tandem Aquilæ, avium omnium perniciosissimæ per similes extitit avolandi celeritate, tum præsertim cum illam famem stimulat, nunquam enim volando lassescit, & sicut vultures, triduo, biduo velle cõvolare solent, ubi futura cadavera præfagiunt; sic sanè ad me cõvolavit nimum immatura mors, cadaverinum aliquid & sepulturæ proximum jam præfagiens.

Sed video sanè hæc mea omnia verba lugubria esse. deliberoque; mecum aliquando, ut ab hujusmodi lætibus me contineam. sed (quod ingenuè fateor) minimè possum: nam cum dolenti pectori vim asserere, verbaque; suppressere volo, & tristis vultus deponere, acerbibus tunc torqueor, & dolore stimulatè ad aliam me curam & animi ægritudinem deplorandam convertor. Quod profectò in causa est, ut cum semel loqui ceperim, dicendi ardore longius promovear, & vix in eadem sententiâ persistere possim: obliviscor enim, quod semel institui, dolore mentem aliorum avocante, & in longè mæstiorum lugubrioremque vultum me ipsum commutante.

Licet enim mihi imperare velim, atque etiam coner, vel si lentum, vel mitiora, submissioraque; suspiria, vix à meo dolore ejusmodi facultatem impetrare possum; nam & certissimè existimo letaliter me affectum esse, neque me ulla ratione melius habiturum, neque cruciatum, mihi à Deo unquam remittendum, cum adhuc ille id non præstiterit; neque meam innocentiam apud vos testatam ille effecerit. Omni igitur ex parte angor; nam & ut vobis, o amici, morè gerere videar, cavere velle à lætibus his, quæ vobis displicent at multo majori jure à letali veneno, quo uror (nam superat omnem remedium atque medicamentorum vires & opem) cavendum mihi video: timeo etiam vehementer, nequid ulla ratione peccati adversus nomen divinum admittam.

Quod si vitæ præteritæ laboribus, & assiduo pietatis studio justitiam & sanctitatem non comparavi, neque coram

⁵ *Vt presentis vitæ felicitas boni alicujus nomine digna non sit, at impii illam tanquam bonum maximū speciosis nominibus condecorent, utilis digressio siuncula. x. 25. n. 5.*

⁶ *De hujusmodi navibus accuratior ex Hebræo tractatio. x. 26. n. 2. 3. & ut sit humana vitæ æstivis, & fugacibus fructibus similis. n. 3. 4.*

Qua, qualis ve intelligenda sit hæc faciei commutatio ad scripturarum intelligentiam differitur. x. 27. n. 2. 3.

^{*} *De illa Scriptura loquutione, Parcere delinquenti, ex multis aliis locis fusior tractatio, & ut ad penas referri soleat. x. 28. n. 3.*

26
Pertransierunt quasi si naves poma portantes: sicut aquila volans ad escam.

27
Cum dixero nequam ita loquar, commuto faciem meam & dolore torqueor.

28
Verebar omnia opera mea. Sciens quod non parceres delinquenti.

29
Si autem & sic impius sum, quare frustra laboravi?

Deo iustus habeor, certe omnis ille labor atque sollicitudo inanes fuisse videntur. Tum si ille statuat mecum tanquam cum im pio agere, atque supplicio dignum censet, quorsum frustra laborem supprimendo gemitus & suspiria, & precibus contendendo poenarum relaxationem, quam nunquam obtenturus sim? praestaret sane non diutius vexari viventem, verum semel peris.

Scio enim satis, quamvis omni cura & studio vitae cando rem & morum puritatem comparare studeam, fore ut non ideo poenarum atque dolorum expers sim, omnes enim purificationes atque caeremonias sacrificiorum, atque externae internaeque munditiae ritibus, & quasi nivali purissimaeque aqua lautus, mundusque nitui, recte & rite ad peragendas preces, & omne pietatis officium perficiendum me nunquam tunc comparavi. Reputor nihilominus pollutus, & sordidus peccati faecibus, ita in ærumnarum & suppliciorum sordibus & squallore jaceo, ut cum moriar, propè videar in cenosa aliqua sordidissimaque fovea volutatus; neque minus turpis & fædus, quam sit turpe & saniosum cadaver. Videor enim jam omnibus vestimentis spoliatus, nudus in foveam dimitti, atque adeo tam squalidus, ut ipsa vestis me odio habeat, atque diffugiat: non enim possum ob plagarum acerbitate, amicis, & sordidissimum profecto corpusculum abominati & execrationi est ipsi meo vestimento.

Deus tandem mecum agit, & de meis rebus statuit, ut illi collibitum est, me non disceptante, nec contradicente; non enim homo est, perinde ac ego, cum quo pari ratione possim ego agere; nam homo neque litē intendit, neque supplicium statuit in aliquem nisi alicujus sceleris convictum: at Deus pro sua voluntate, potest ab innocente poenas exigere, nemine illi contradicente vel respondente. Utinam ergo a sequester & interventor inter me Deum; aliquis esset, cuius arbitrio uterque pareret & qui pro suo iudicis arbitri munere audiret & interrogaret, innocentem absolveret, & patefacta veritate controversiam totam sua sententia atque iudicio dirimeret, potestatemque haberet statuendi & decernendi, quae tui mihi, tui Deo in proposita li re agenda & servanda essent: tui etiam litem componeret, litigatorisque datis acceptisque dextris, ad concordiam fœdusque adduceret. Mediator igitur inter me Deum; desidero cuius ope & interventu meo pculdubio res melius habiturae essent.

Ille profecto, quem summis votis expeto, virgam flagellumque quo acerbè pulsor, longè a me pperceret, & decussio omni me tu, benè me sperare juberet. Sed cum mihi iudex arbiter nunc non adsit, illud mihi superest, ut Deum maximum, qui cum mihi res est: impensius orem, & obsecrè ut mihi loquedi facultatem faciat, illamque faciet, si remittat cruciatus, & suae majestatis, potestatisque; maxime terrore non me exagitet, neque transversum agat, neque summo imperio res meas decernat, praefereas ferreâ, horrificaque; virgam suam potestatis insignem; sed mitescat potius, atque ex consueto suae providentiae prescripto & lege meam controversiam absolvat. Hæc si ille fecerit, & licuerit mihi, pro me dicere, respondere, atque satisfacere paratus sum. nunc enim acerbissimo doloris sensu, divinisque terroribus vix apud me, verborum etiam vix compos ero.

De huiusmodi purificationibus & ablutionibus, & de aqua marina ad purificationem quondam adhibita, non pauca ex sacris, & prophetis. v. 30. n. 2. 3. 4. 5.

In sensibilibus sensum tribui ad rei, de qua agitur amplificationem, ex Scripturae regula, observatur. v. 31. n. 2.

Quem hoc loco desideret Iob inter se & Deum tertium, quis arbiter, quis sequester, & ut hic eorum, qui fœdus inirent, manus manu tangeret, ex sacris & prophetis non pauca. v. 33. n. 4. 5.

Ut hoc loco prophetet Iob, & mediatorem Christum Iesum predicat, rursusque de mediatoris officio, ratione, & nomine. v. 33. n. 7. 8.

Quid virga in sacro sermone, & ut sit potestatis insigne, & ut diversis insignibus ornata fuerint prescriptorum regum sceptrum, ex sacris, & prophetis peculiaris quaedam. v. 34. n. 2. 3. 4. 5.

30
Si lotus fuero quasi aquis nivis, & fuserint velut mundissima manus mea:

31
Tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea.

32
Neque enim viro, qui similis mei est, respondebo: nec qui mecum in iudicio ex aequo possit audiri.

33
Non est qui utrumque valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus.

34
Auferat a me virgam suam: & pavor eius non me terreat.

35
Loquar & non timebo: non enim pessimum metues respondere.

CAP. DECIMUM.

ARGUMENTUM CAPITIS.

Quamvis divina maiestate deterritum atque suis doloribus prepeditum, loqui se non posse dixerat, non posse tamen nunc non acerbis gemere proponit Iob: ampliat atque suas ærumnas; quam causam negat esse vel ex parte Dei ignorantem aut oblivionem aliquam suae innocentiae vel, quod ad se attinet, scelus ullum. Tandem repetit pristinae Dei erga se amoris & benevolentiae testimonia, mortis quoque instantis formidina.

I. Tædet animam meam vita mea: dimittam adversum me eloquium meum: loquar in amaritudine animae meae.

- 1. Quis sit optimus huius capitis nexus cum praecedentibus.
- 2. Quid Tædere, varia ex Hebraeo lectiones. Quid Dissicari. Anima, quae nasci, am concipit. Explicati David, & Lucas.
- 3. Dimittere ad plures sensus indifferens in sacro sermone.
- 4. Particula, Adversus, varius usus in sacris.
- 5. Eloquium proprie accipiendum pro ex terna oratione.

I
Nexus cum praecedentibus

D. Thom.

Iob. 9. 24.

Optima connectendi ratio



VPLEX, AVItriplex esse potest huius capitis nexus cum praecedente. Primus, quem indicat D. Thom. ut nunc velit quaestione superius institutam de iustorum calamitatibus persequi, videlicet illam: Terra data est in manus impiorum, sed videtur nexus hic longè petitus. Secundus, ut quasi obtenta & accepta facultate, ex divina bonitatis, atque suae etiam conscientiae innocentiaeque fiducia, omni formidine atque dubitatione deposita, liberè & constanter dicere coram suo iudice pro se incipiat, atque exordietur commovendo misericordiam ex magnitudine suarum ærumnarum. Sed tertius mihi optimus atque simplicissimus videtur, qui in argumento indicatur, & a Polychronio, Philippoque tangitur, ipsis quæ primis Iobi verbis, non obscure significatur.

mus videtur, qui in argumento indicatur, & a Polychronio, Philippoque tangitur, ipsis quæ primis Iobi verbis, non obscure significatur.

Tædet. Alii discedunt à Latino interprete, quod tædere dixerit, cum verbum (Kut) ex sententia R. David, & R. Mardochoi, significet excidere, aut succidere. Sic verunt Pag. Vatab. & Hebraeus apud Cajetanum: Excisa est anima mea in vita mea. ut sit sensus Tygurinae: Actum est de vita mea, en morior, vel, perinde verò ac si mortuè planè sim, id est, etiam dum vivo, videtur anima mea excisa & divulsa ab hoc factissimo, turpissimoque cadavere. Cajetanus verò hanc incisionem refert ad decurtationem, & praecisionem vitae, ea ratione, qua Ezechias dixit: Præcisa est velut à texente vita mea. id est; Amplius vivere non permittor; in brevissimas angustias redacta est vita mea. Sed aliud debere reddi hanc excisionem, mox dicemus. R. Moyses, quoniam cum aliis Hebraeis doctoribus (id, quod etiam indicat R. Mardochoi) exillimat propriam vocis significationem esse, litigare, aut contendere. hunc locum sic vertit; * Litigavit (aut contendit) anima mea in vita mea. ac si diceret; Litigarem, aut contenderem mecum ipse, si relinquerem sermonem meum intra cor meum, neque verbis remitterem habenas. Ideo loquar in amaritudine. & similiter explicat id Psalm. 94. Quadraginta annis proximus fui * (litigavi, contendi) generationi huic. Sed certè noster interpret ferè semper vertit verbum hoc, per tadium quoddam, & displicentiam, qua homo interius tabescat, & scindatur, atque dissecetur intimis praecordiis praedoloris sensu, unde dicitur Psalm. 119. Vidi praevaticantes, & tabescebam. vehementi quodam tadio discruciar, vehementer mihi displicebam. & Ezech. 36. Displicebunt vobis iniquitates vestrae. Psalm. 94. Proximus sui generationi huic. & Lucas Actu. 13. Per quadraginta annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto, quod videtur Christus Dominus aluisse Marc. 19. O generatio incredula, quandiu apud vos (proximus, litigans, insensus) ero, quandiu vos (vestri jam pertæsus, atque fastidians) patiar? quæ omnia loca planè afferunt infensionem, aut offensionem, tadium, molestiam, odium. Ergo rectè dicit interpres: Tædet animam meam vita mea. cum quo alii quoque faciunt. Regia, Per-

Polychron. Philipp.

2

Tædere, quid.

VP

R. David. R. Mardochoi. Pagnin. Vatab. Cajet. Tygur.

Cajet.

Isai. 38. 12.

R. Moys. R. Mard.

* Si cetero la boca, andare a pleyto con mi coraçon.

Ps. 49. 10.

* En quarenta años nunca tuve una hora de paz con esta gente.

Psal. 118. 158

Ezech. 36. 31.

Psal. 94. 10. Actu. 13. 18.

Marc. 9. 19.

Defensus Vulgatus. Regia.

LXX. *tygur.* *læsa est anima mea: Septuagint. Laborans anima mea. Thargum: Crudelis effecta est anima mea. videtur quippe sævire doloribus, & sævissime feræ instar ululare, & frendere. vel; quod videat homo, qui sibi ipsi mortem precatur, adversum se sævire & effrascere. Huc illa superior excisio pertinet, quasi dicat; Tabesco, exagitor, crucior, dissecor vitæ tædio. Sic Lucas excindendi, aut *dissecandi* verbo utitur Actuum. 7. *Dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus.* nam, *Diaprio*, est. proprie secare, aut terra præcidere. Alii dicunt: *Trendebant cordibus.* quare nescio, cur similem locum Actuum. 5. verterit Regia; *Turebant.* quod valdè alienum est à proprietate verbi. *Anima* autem cum tædio illo eleganter cõvenit; ea enim, est, quæ nauseam, quæ tædium concipit, quæ molestiã sentit; quare, quod Vatablus illam accipit pro viribus corporis, quasi diceret: *Plenus viribus morior;* alienum omnino.*

Dimittam adversum me. originale verbum (*Ghazab*) sicut & Latinum relinquedi, aut *dimittendi* indifferens est ad plura. & primò erit prætermittere. sicut Latine dimittere occasionem. sic ab hoc verbo dicitur Psalm. 36. *Relinque furorẽ.* & Psalm. 21. *Quare me dereliquisti?* Genes. 28. *Nec dimittam te, nisi complevero universa, que dixi:* quo etiam sensu videtur Polychro. hunc locum accipere: *Silentio egomet ingemiscam, cum prorsus habeam nullum, cui causam meam probare possim. Dimittam, prætermittam orationem in hac mea deserta lite; nihil est enim, quod me verbis tuear; unum tantum à Deo requiram, cur moriar?* Sed præterea verbum *dimittedi* potest afferre permissionem quandam liberæ quasi potestatis; uti dicimus, exercitum aut milites dimitti, facta cuique discedendi facultate. Exod. 9. *Dimisit servos suos & jumenta in agris.* videlicet, ut liberè spatiantur. Pf. 9. *Tibi derelictus est pauper.* id est tuæ volûtati, atque arbitrio cõcreditus, & commissus. Nehem. 3. *Dimiserunt Jerusalem usque ad murum platea latioris.* Ergo *dimittere eloquium* erit, remittere loquendi habenas, quæ prius adductæ erant, & contentum intra pectoris carceres sermonem liberè tandem emittere, quem sensum ferè omnes Latini, Græciq; sequuntur. eundemque videtur amasse Vulgatus, cum dixit *Adversum me:* nam in primo sensu dicere debuisset, Pro me, aut de me.

Adversum me. Eugubinus improprie dictum existimat *adversum*, pro eo, quod est *super me;* vel, *de meis rebus.* Nam particula (*Ghal*) proprie est, *super*, quo modo etiam redditur Genes. 1. *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* aliquando, cum, Exod. 15. *Viri cum mulieribus.* Sed esse etiam *adversus*, probat illud Genes. quartò; *Consurrexit Cain adversus fratrem suum.* licet enim proprie juxta Hebræum dixerint Septuagint. *Surrexerit Cain super fratrem suum;* sed illud *super*, valet *adversus.* quare ferè omnes Latini & Græci proprie accipiunt *adversum me*, ac si dixisset; *Nihil contra Deum, nihil contra illius providentiam loquar; in me tantum desæviam; quem sensum pluribus eleganter locupletat Polychron. paulò secus accipit Philippus; Videor adversus Deum loqui, & cum illo de meis cruciatibus expostulare, quod tamen *adversum me* esse intelligo; namque recidet in meum os, quod expuere in cælum coner. sed tamè amarissima dolorum acerbitas verba extorquet. Vel, ut sit cuiusdã quasi jacti jam cõsiliij significatio; *Quid tandem mihi eveniat, quàm vis mihi noceat, loquar tamen.* D. Tho. & alii Latini paulò languidiùs explicasse videtur; illud enim *adversum me*, dictum existimât, quod cõtra suam vitam esset votum mortis.*

Quod verò hîc est *eloquium*, licet possit ex pprietate fontis intelligi interna meditatio, & quasi soliloquium; quò respectu Tygur. *Permittam mihi musitationem;* & Polychr. *Silentio egomet ingemiscã & philosophabor.* sed tamen locus exigit, ut *eloquiũ*, sit conceptus sermo, verba profecta ex intimo sensu. Quare rectè Septuagint. dixerunt, *verba,* & Augustin. *Sermones;* sequitur enim, *loquar in amaritudine anime mee;* quasi diceret; *Non tam mea futura sunt verba; quàm meæ amaritudinis & calamitatis; hæc enim imperat, atque adeo extorquet orationem.* Vide, quæ de amaritudine diximus cap. 7. Verf. 11. inde enim petenda est hujus loci explanatio.

★ ★ ★

I. *Dicam Deo: Noli me condemnare: indica mihi, cur me ita indices.*

Eugub. Particula. Adversus, & proprietas.
 Genes. 1. 2. Genes. 4. 8.
 Latini. Græci;
 Polychron. Philipp.
 D Thom. Latini
 Eloquentia nō solum internum, sed etiam externum.
 Tygur. Polychron.
 LXX Aug.
 I. Deus

1. Deus, iudex. Expenditur Græcorum lectio, & interpretatio. in Iobi oratione Omnes perfecti exordii leges.

I Deus, Iudex. **DICAM** Deo. ad Deum, *Eloah*, iudicem, cum quo, non tam de recuperãdis fortunis, aut tuenda vita, quàm de defendenda innocetia disputo; ejus iudicii severitatem pertimesco. *Noli me condemnare.* verbum *condemnandi* ferè semper ad culpam pertinet; quare ferè omnes Latini sic accipiunt; *Noli me peragere reum*, aut *fontem pronunciare.* vel in hac vita, vel etiã post mortem, cum innocēs sim: his enim suppliciis gravissimis, videris me velut impiũ sceleratũq; palã traducere: permitto quidem rerum aliarum jacturam, & quidem neque dolens neque in vitus; sed non possum non dolere vehementer læsam meã sanctitatis, & innocentie existimationem. Græci paulò aliter, neque valde proximè ad Hebræum, sed neque in eleganter. nam cum Septuagint. legant. ** Noli me docere impium esse.* sic interpretatur; *Ne me despice languore confectum, ne forte graviore aliqua tristitia obrutus, impiam aliqua vocem emittam.* Sed consentire etiã cum nostra lectione potest, quasi dixisset; *Ne videaris occasionem quærere mei lapsus, aut mei condemnandi atque perdendi.* Sed multò elegantius atq; argutiùs, quod indicavit D. Tho. hæc verba esse hominis excusantis, & quasi præcastigantis liberiorẽ suam orationem; Si quippiam (inquit) liberius, aut in cõsideratiùs, quã par sit, fuero loquutus, oro atque obsecro meum iudicem, ne mihi vitio, aut impudetia vertat, ulliusvè temeritatis damnet: nam id, ut meam tãtũm tuear innocentiam, dixerim; non, quod præcellentem numinis majestatem vel minimum læsam velim. Hinc sanè omnes perfecti exordii leges, quò iudicem docilem, attentum, benevolum reddat, colligi possunt.

2 *Indica mihi.* Proprie ** Fac scire me, super quid mecum litiges.* *Iudicandi* verbum, hoc loco pertinet non tam ad sententiam latam in iudicio, quàm ad ipsam litigandij, iurgandi, & contendedi rationem, quod supra diximus esse *respondere*, aut contradicere in iudicio, quasi diceret; *Indica mihi, qua nam de re mecum litiges, quid ex-*

postules, qua nam tua lege, aut præcepto violato me interrogas? verba pfectò nullius sibi sceleris conscii. Licet quidẽ etiã congruere possit sensus Græcorum accipientium illam iudicii partem, qua pæna irrogat, & reus criminis plectitur; Indica mihi, cur me ita punias. Illa autem particula *cur*, quæ in originali duplex est, *super quid*, aut potest significare scelus aliquod; cui respondeat supplicium; vel ut accipiunt Olympiodor. & Philippus, finem, quem Deus in his pœnis irrogandis sibi proponat: illas enim ex arcano, sublimisquẽ divinæ providentiæ consilio, & eo quidem sublimiori omni humana sapientia proficisci, non dubitat. Sed in eo verbo *Indicandi*, aut cognoscendi, potest esse elegãs quædam sententiã, rerũque collusio, nam illa cognitio, non est speculativa, & à sensu remota, sed cum ipso sensu atque experimento conjuncta; vertitur enim aliquando, & rectè, verbo sentiendi, Prov. 23. *Traxerunt me, & non sensi.* & Proverb. 10. *Qui depravat vias suas, manifestus erit; Prop. * tentietur.* Septua. *Qui distortur vias suas, cognoscetur.* Alii active; ipse tandem, cognoscet, & experietur. Dicit igitur Iob; Dolores quidẽ, & cruciatus acerbissimi, quos sentio. experiõrque, omnibus notisunt, atque manifesti; at nullum à me cõmissum scelus, neque agnosco, neq; sentio, nemo præterea mortalium cognoscere, aut sentire potuit. oporteret igitur omnibus notam fieri causam mearũ ægritudinũ, nequis ex re manifesta, ad occultioreẽ aliam causam investigandam, temerè & inconsideranter dilaberetur.

III. *Numquid bonum tibi videretur, si calumneris me, & opprimas me opus manuum tuarum, & consiliũ impiorum adives?*

1. Deus odit calumnia, quid proprie calumniari ex Hebræo explicari Samuel, & Hoseas.
 2. Variã lectio.
 3. Bonum pro utili, aut suavir. Der bonitas. Interrogatio expostulatoria ex Charitate. explicari David, & Micheas.
 4. Quid calumniari apud ju-
 ris peritos. Illustratus I. saias.
 5. Calumniator qui non debuit petiri. Quis Sycophante apud Athenienses.
 6. Calumnia pro calliditate, aut sophismate.
 7. Opprimere quid. Quis dicitur in Iure oppressus, quis damnatus.
 8. Admiratio cum commiseratione.

Particula cur
 Olymp. Polychron.
 Scientia de experimento. Prov. 23. 35.
 Prov. 10. 9.
 * Qui en malos pasos anda, no puede dexar de ser sentido, y aun el lo scira en si mismo.

9. *Varia lectio. Lux pro favore illustrare pro adjuvare. Illustratus David.*
 10. *Impiorum de non deferta improbitate consilium Malachias explicatus.*
 11. *Impi adversus iustos consilium de bello inferendo inveniunt. Impiorum arma, quibus nocent, quae.*
 12. *Iusti consilium de pace*

servanda captant. horum arma quibus se tegant, quae explicatus David.
 13. *Deus no adjuvat in malum hostium sevitiarum. servat in supplicis modum. Quid baculus arundineus apud Ezechielum.*
 14. *An Iobi amici dicantur hoc loco impi.*
 15. *Demon, impius. Commodissima huius sententiae expositio.*

Iobi legat: *Aut bonum tibi, si inique egero? huc potest habere sensum, & commodè cum nostra lectione cõgruentem; Si me calumniaris, & innocetem alicujus criminis traducis, quid tibi inde, aut utilitatis, aut voluptatis accedere potest?*

Bonum autem, frequenter pro utili, aut jucundo sumitur, aut etiam pro honesto, & quod cum recto & equo sit conjunctum. Potest autem illud tibi, conjungi cum bono. sic Vatab. explicat: Numquid tibi proderit? juvaberis? aut verò cum Chryso. Tibi videtur, mihi bonum esse? Quod (inquit) hac calamitas mihi bonum pariat, non video. sed

fortè ex confidentia & charitate in Deum, expostulatoria vox est (Pareceos bien?) decore ne, & pulchrè agis? Quid si etiam ad clementiam & benignitatè Dei respiciat? hæc ne est tua clementia? tua lenitas? tua bonitas, optime & mitissime Deus? hoc ne bonum est, quòd tibi summo perè placere solet, & suave illud, mansuetum atque commiserans, quod in tuis operibus semper resplenduit? Bonitas, pro mansuetudine, clementia, suavitate, Psalm. 72. Quam bonus (suavis) Israel Deus. Psalm. 144. Memoriam abundantia suavitatis tua evocabunt. Hieronymus: Memoriam multa bonitatis tua loquentur. Micheæ. 7. Qui optimus (lenissimus, mitissimus, ex proprietate vocis originalis) est in eis, quasi paliurus, &

qui rectus (placens, gratus jucundus, placidus) quasi spina de sepe. Hæc ne igitur est mansuetissimum, optimumque tuum ingenium, o Deus, ad benè merèdum de tuis creaturis maximè propensum, calumniari, opprimere, divexare, confringere opera manuum tuarum? atqui Latini tu soles in operibus tuis conservandis atque tuendis. sicque universa complex tua munificentia, ut miserationes tuae sint super omnia opera tua, ita ut tuis beneficiis quasi exundantibus, & sursum ascendentibus, tuæ creaturæ demergantur, & innatent.

Sed ut rem hanc non avocemus a foro, certè non dissimile est, quod juris periti calumniam vocant. Nam, ut Nonius & Marcianus definiunt: Calumniari est, falsa crimina intendere; & qui per fraudem, & frustrationè alios vexant litibus, calumniari dicuntur. Ait igitur Iob: Numquid bonum, volupe, jucundum, pulchrum, honestum etiam tibi ducis; delectaris ne calumnia? atqui nihil illa tibi infensus. Nihil enim profectò Deo magis antiquum, quàm po-

tentiorum

3
Bonum pro utili aut jucundo.

טוב
Vatab.
Chryso.

Interrogatio
nis hujus ex
postulatoria
vis.

Bonum pro mansuetudo.

Psalm. 72. 1.
Psalm. 144. 7.
Hieronym.

Mich. 7. 4.

טוב
טיר

*El mas manso dellos faco fangre, y el mas blando pica.

Psalm. 103. 31.

Psalm. 145. 9.

4

Noni. & Mar. L. 1. D. ad S. C. Turp. L. si calumniatus. de verb. sign.

Isai. 38. 14.
Psalm. 71. 4.

LXX.

5
Calumniator apud I. C. quis

L. penult. D. ne quis eum, qui in Ius.

Sycophantæ unde dicti.

Festus.

Plaut. in Bacchid. & Trinum.

6

Cicer. lib. 2. de rep. Calumnia pro Sophismate.

tentiorum adversus infirmiores, aut operatos dolos, aut apertam vim, injuriamque dissolvere, atque propulsare; suo enim jure ad calumniarum vindicem Ezechias clamabat, Isaiæ. 38. Domine vim patior (Hebraicè; calumniam, aut fraudem) respõde pro me. q. d. Tu, qui prædam extorquere soles servissimis tyrannis: Qui humilias calumniatorem, & salvos facis filios pauperum, tu (inquã) calumniatricem mortem, quæ per vim atque insidias, annos mihi vitæ eripere tentat, comprime, meque tuere, & in fidem tuam recipe. Septuag. hoc. Isaiæ loco, Defecerunt oculi mei aspiciendo in excelsum cali, ad Dominum, qui eruit me, & abstulit à me dolorem animæ, Domine, de ipsa enim annuntiatum est tibi, & suscitasti spiritum meum, & consolationem accipiens vixi. Similiter Iob, vim se pati clamat, atque vexari tum morborum violentia, tum falsi criminis objectione atque iniqua suspitione superioris vitæ.

Solet etiã in jure appellari Calumniator. qui non debitum petit, aut, qui nullo jure, sed vexandi tantum alicujus gratia litem intendit. & qui de re minima litem criminalem orditur, calumniatorem etiã vocari posse, Alciatus observat, exemplo Atheniensium, qui hujusmodi homines Sycophantas vocabat; quòd propter subreptas ficus, minimãque; hujusmodi detrimenta, capitalem quæstionem excitarèt. Nam Festus refert Atticos quosdam juvenes in hortos irrumpere solitos, propterea que lege constitutum fuisse, ut qui cumque fecisset, capite plecteretur. inde Sycophantia dicta est calumnia, & sycophantari, a quod Plaut. Ergo, cum videat Iob à se repeti, quod nõ debet, & propter minutura peccata, capitali sententia, morbisque letalibus plecti, mirabundus clamat, Nũquid bonum tibi videtur, si calumniaris?

Est quoque calumnia calliditas, id est, Sophisma apud Marc. Tull. lib. 2. de rep. ut Marcellus refert. ait enim Carneadem sæpe optimas causas ingenii calumnia ludificare solitum. hujusmodi quoque sophistica agendi ratione, se graviter lesum conqueritur Iob, quòd videat Deus, quasi usus amicorum illius calumniis, cavillis, captiosisque argumentis, velle illum peccati & sceleris convincere; cujusmodi hæc argumentatio sit; Impii graviter puniri solent; tu quoque puniris graviter; oportet igitur te impium esse. Calumniam igitur hanc vocat Iob, & peccatum in ar-

gumentatione potius, quàm in se illum agnoscit. Quod si hæc calumnia jungatur cum parte sequente, vim habebit proculdubio majorem; Non solent artifices opera sua calumniari, neque defectus, si quos habeant, evulgare, sed potius abscondere; at tu in publico omnium conspectu videris meis calumniatoribus mille mihi vitia affingentibus, favere.

Et opprimas me. Ex ipso Deo creatore creaturarum omnium sui commiserationem conmovet. Opprimas, propriè, fastidio habeas, contempnas, projicias, reprobes, his enim modis, noster interpretes vertere solet verbum Masag. Rectè etiam nũc dixit opprimas; nam ex illo fastidio & contemptu sequi solet rei contemptæ oppressio quædam, aut abjectio. Sicut 4. Regum 17. indicatur; nam ab hac radice dicitur: Projecit Dominus omne semen Israel (deinde sequitur) & afflixit eos, & tradidit in manus diripientium, donec projiceret eos à facie sua. Quod si velis etiam hoc verbum ad rem forensam pertinere, judex quidè dicitur, reum opprimere, cum fastidit & reprobat orantem, & vix auribus pro se dicentem dignatur. Tum etiam aliqui Iuris periti observant, reũ dici oppressum ante sententiã; Damnatum verò post eam latam.

Opus manuum tuarum. Admirationem cum commiseratione conjungit; Cum misericors sis, atque tuarum creaturarum patres indulgentissimus, ita ne me opprimas, qui opus sim tuarum manuum? est verò hæc ratio efficacitate & acrimonia plena, quam statim repetit versiculo octavo, in quem locum, quæ ad luculentam rei hujus explicationem pertinet, conferemus. Nunc tantum, opus, propriè laborem & lassitudinem quandam in efficiendo opere afferre; ex quo rationis hujus vis amplificatur, ut indicato loco jam dicemus.

Et consilium impiorum adjuves. quod Hebraizantes dicunt; Consilium impiorum illustras. aut, super consilium impiorum irradias, & inclarescas. Ex proprietate verbi (Iaphagh) quod apparere, aut illustrare significat. Sed interpretes sapienter illustravit Hebraismum. Nam cum opem suam Deus præstat, præsentem se exhibere videtur, atque vultus sui lumine erigere & confirmare hominis animum, mentemque illuminare. Psalm. 79. Qui sedes super Cherubim, manifestare. propriè, Afulge, inclaresce, il-

7
DND

Opprimere quia propriè.
4 Reg 17. 20.

8
Admiratio cum commiseratione.

Opus quid in Hebræo.
וַיַּעַזְר

9
Pagnin. Regia. Targum. Capet
וַיַּעַזְר

Psalm. 79. 2.

Psal. 66. 2.

Psal. 17. 29.

IO

lumina vultum tuum super nos. id est, nos adjuva, & nostris cœptis fave. hinc lumen, aut lux vultus & faciei, pro ope & auxilio. Psal. 17. cum opem præstitam dixisset: Quoniam tu populum humilem salvum facies. idem sibi precatur, Tu illuminas lucernam meam Domine, (tui favoris lumine me comples, illustrem reddis, calamitatū tenebras disjicis) Deus meus illumina tenebras meas. Igitur impiorum consilia illustrare, est idem, quod adjuvare, & illorū cœptis atque conatibus favere.

Sed adhuc in explicanda sententia diversitas est, quod in assignandis impiis, de quibus sermo fit, dissentiant interpretes. Primò enim omnes in universum improbi indicari videntur, qui dum vident justos afflictos, se verò divites, atq; beatos, id improbi consilii capiunt, ut in flagitiosa vita, cujus felix fortuna comes sit, perseverent. Eadem impiorum sententia exprimitur Malach. 2. * Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris. id est, laborantem, lassum, defatigatum) & dixistis, In quo eum fecimus laborare in eo, quod dicitis, Omnis, qui facit malum, bonus est in conspectu Domini; & tales ei placent (his enim bona confert) aut certe, ubi est Deus iudicii? id est; Si non illi placet, injustus videtur, qui malis bona conferat. Idem repetitur infra cap. 21. Quid nobis prodest, si oraverimus illum? veruntamen, quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longè sit à me. Hoc igitur impiorum consilium juvari, foveri, promoveri sua innocentia afflicta Iob asserit. Hunc sensum indicavit Chrysostr. 2.

Malach 2. 17. * Hizistis a Dios cantado de favorecer a los suyos, y como t il les dava de mano.

Iob. 21. 15.

Chrysostr.

II

Yuy

cap. 2. 12. Psal. 34. 7. Psal. 63. 6.

Impiorum consilium de legendis iustis.

Piorum, atque impiorum arma diversa.

Secundò alii impios in universum intelligunt, qui cogitant, incuntque consilia & vocant frequenter ad concilium (vox enim originalis ad consilium & conciliū indifferēs est) adversus sanctos Dei, illorū que circumveniunt, quod contrarii sunt operibus eorum. & gratis abscondunt interitum laquei sui. Idq; à primo Caino, usque ad nefarios Deicidas. sanè duæ illæ civitates, filiorum Dei altera, altera Babyloniorū impiissimorum in assiduo perpetuòque bello, atque in armis sunt, & nullam pacis cogitationem sumunt: unū illudq; perpetuum consilium capiunt, repetunt, promovent, confirmant, & suæ factionis homines ad hoc consilium vocant, quo iustis noceant. utriusque verò factioni arma non eadem, sed planè diversa; improbis arma sunt, non quibus testi esse, sed

quibus nocere & provocare justos, seq; ulcisci possint. Arcus enim habet, ut sagittent in oculis reftos corde; Gladium, qui innocetem sanguinem profundat, & lingua eorum gladius acutus; Novaculam, quæ quasi ex insidiis, & minimo sensu, aut ferè nullo gravissimè lædat, nam: Sicut novacula acuta faciunt dolum; Laqueum, in quem justus imprudēs incidat, Abscondent quippe superbi laqueum; Fustem, quæ cædat, tundat, comminuat ossa; Virgam videlicet superbia, & sceptrum exactoris; Dentes acutissimos, qui mordeant atque dilacerent; nã est generatio, quæ commandit molaribus suis; Aculeos venenatos, quos altè defigut: Circumdederunt me sicut apes; Ignem, qui in iustorū tabernacula jaculatus, strages edat. Et exarserut sicut ignis in spinis. utuntur etiã violentis impulsionibus, & pugnorum atq; manuum pulsationibus: Impulsus everfus sum, ut caderem. & id genus alia. quàm enim nocendi artem illi non habeant, atque colant?

Psal. 103. Psal. 63. 5. Psal. 36. 14.

Psal. 15. 4.

Psal. 139. 6.

Prov. 14. 3. Isai. 9. 4.

Prov. 30. 14.

Psal. 117. 12.

Psa. 117. 13.

12

At filiorum Dei, & piorum cohors ad consilium etiam vocatur & convenit; consilium inquam, non belli, sed pacis, quo congregandum est cum hoste. arma quidem capit, sed quibus, se tegant, non quibus noceant; unico enim patientiæ clypeo se contegunt. Ita ex turribus civitatis Dei mille pendere clypeos; ex Babylonis verò mœniis, gladios mille videas. Hoc impiorum consilium atque ingenium notavit David Psal. 119. Habitavi cum habitantibus Cedar. Cedar autem Ismaelis filius, quasi hæreditatio jure habuit acceptum illud persequendi justos iniquum consilium & studiū. Quod verò sit iustorū ingenium declarat deinceps; Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus. propriè; Ego pax, id est, pacis amâtiſſimus; illi acerrimi pacis hostes, imò ipsum odium, bellum, inimicitia. Iob igitur, qui se gravissimè affectum, atque incredibiliter læsum videt, & à suis ipsiſ amicis vehementer insectatum, & per calumniã, vsmq; oppressum, sic ad Deum; An innocentem tu ô bone Deus, me lædas, & illorum consiliis faveas, partèsque sequaris, qui cogitant adversus sanctos tuos mala?

Cant. 4. 4. Iustorum arma patientia, & clypei. Psal. 119. 5.

13

D Thom.

Tertiò Divus Thomas ad impios illos refert, Chaldæos atque Sabæos, qui in Iobi pecora, familiamque irruerunt, quibus se videatur Deus etiam adungere, & eorum, quæ Iobo reliqua fuerat, direpro-

rem

Deus non adjuvat in malū hostium sevitiam. Psal. 68. 27.

Hostium sevitiam Deus odio habet. Zach. 1. 15.

Modum in puniendo servat Deus.

Qui conspirant adversus justos, Deus insectatur.

Psal. 28. 6. & deinceps.

Mirabilis Dei clementia. Ezech. 29. 6. & deinde.

* Per que le saltaste al me jor tiempo, y le quebraste la palabra.

Baculus arundineus.

4

rem & dissipatores: qui commentarius duriusculus licet, minimè est spernendus, sed quoad fieri possit, emolliendus, & illustrandus. Bona enim corporis, atque liberos, quæ illi non attigerant, abstulit Deus. quasi diceret; Eorum, quæ illi abstulerunt, residuū tu diripiisti. adjuvat igitur hac ratione illorum consilium Deus. Quod etiam agnoscit Iob alienum esse à Dei bonitate, cum ipse non adjuvet in malum, sed potius vehementer oderit eos, qui super dolorem vulnerum addunt, hoc enim nomine Divinæ videlicet æquitati valde inſenso accusat suos apud Deum hostes immaniſſimos David Psal. 68. Quem tu percussisti, persequuti sunt; & super dolorem vulnerum meorum addiderunt. & Zacharię. 1. Ira magna ego irascor super gentes opulentas, quia ego iratus sum parum, ipsi verò adjuverunt in malum. Non enim vult Deus clementissimus, ut modus in puniendo & affligendo excedatur, neque ullam opem ad puniendum requirit; quàmvis ipse punire decreverit, quicquid enim accipiat supplicii justus suus, satis multum esse reputat; atque vehementer illos insectatur, qui inito fœdere, & junctis copiis atque auxiliis adversus justos procedunt: Testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum, & Ismaelitæ: Moab, & Agareni, Gebal & Ammon, & Amalech, Alienigenæ, cum habitantibus Tyrum; etenim Assur venit cum illis, facti sunt in adiutorium filii Loth. Cum tamen singulas per se nationes, nunc Kaldæos, nunc Medos, nunc Aegyptios, adversus populum suum ipse non semel adduxerit. & quod summæ admirationis est, adversus Pharaonem indignatur Ezech. 29. quod, quàmvis ipse decrevisset populū suum Chaldæis vexandum, puniendūque tradere, tamen ille opem promissam Hebræis adversus Chaldæos non attulerit, quam imploraverant. * Pro eo quod fuisti baculus arundineus domui Israel, quando apprehenderunt te manu (indicat in initum fœdus dextrarum conjunctione & fide mutua confirmatū, ferèdi opportunè auxilii) & confractus es, & lacerasti omnem humerum eorum: Ecce ego adducam super te gladium meum, & interficiam de te hominem & jumentum. Nunquam igitur tibi (inquit Iob) bonum videtur, consilium impiorum adjuvare: at nunc, quem illi persequuti sunt, tu percutis, atque persequeris.

Quartò, Alii referunt ad ipsos illos Iob

bi amicos, quos impios appellet, quod iniquè & temerè sinistram de Iobi sanctitate & innocentia opinionè concepissent; Si ita res habet, ut de me socii existimant, meque ut illi convitiis, ita tu quoq; cruciatibus vexas, illorum profectò consilio favere, videberis. Sic interpretatur Vatablus; docuerat etiam ante illum Philippus, sed non valde placet.

Quintò, Olympiodorus atque Philippus, Dæmones intelligi posse credunt, qui iniquiter impii sunt, & per antenotatam quidē Diabolus peccator dicitur. horum consilium jam diu præmeditatū atq; captatum perdendi Iobi, & quibus possent artibus vexandi, Deus juvisse & promovisse videri poterat, nam in illius etiã cruciatus conspirabat: in hanc rem Cajetanus ait revelatā jam à Deo fuisse Iob causam suarum calamitatū, & Satanæ criminationem expetentis Iobum ad supplicia, & certamē singulare; à quo non lōgè abest Olymp. dicens, sibi sensim persuadere Iobum se permissum esse Diabolo. Idem docet Gregorius, sed eò refert, ut dicat Iob his se calamitatibus tentari, & impelli, ut cadat in peccatum, quod erat dæmonis consilium. q. d. Scio id tibi consilii minimè placere, ut velis me in peccatum impellere; intentator enim malorum es, neque tētatoris nequissimi consilium tu adjuvas. quid ergo tandem consilii captaris; quam suppliciorum meorum habeas causam, profus ignoro, perspicerèq; vehementer cupio; distorquebor nisi exploratum habeam. is videtur lenis sensus. Quid si ille tādem lenissimus atque simplicissimus sit? Non tu calumniator, non oppressor tuarum creaturarum, non tu aliorum consilio quidpiam facis, neque ejusmodi es, ut si quis malitiosè & callidè pravum consilium suggerat, illi faveas opemq; præstes, uti Reges & iudices imprudentiam facere solent, ut has meas ærumnas in malignā alicujus suggestionem, non in tuam sapientiam, atque voluntatem revocare debeam. fortè

Impii au amici Iob dicantur.

Vatab. Philipp.

5 Olympiod. Philipp. Dæmones impii dicuntur. 1. Ioan. 2. 8. Eccies. 13. 32.

Diaboli consilium adversus sanctos. Cajet.

An Iob revelata fuerit Satanæ criminatione.

Olympiod. Greg.

Iacob. 1. 13.

Lenis imus & commedissimus sensus.

LXX.

Numquid oculi carni tibi sunt: aut sicut videt homo, & tu videbis?

1. Caro pro homine. Oculus, mentis iudicium. Videre, pro iudicare, aut alterius sensus cognitione.
 2. Princeps respicit oculus, & quare.
 3. Carneus oculus male audit concupiscentia oculorum. Caro, externus splendor.
 4. Deus à videndo dicitur.

cur caprea dicatur. insunt illi omnia ad clarè videndū necessaria explicati Iere. & David
 5. Germana expositio. Qui iudices habeat oculos carnos. Illustratus Isaias.
 6. Humani ingenii pravitas. Explicatus Samuel.
 7. Videre ad contemptum. miseris respicit Deus.

ut subditi illum portent humeris, velut debilem, aut delicatū; at ille viā duxit; mutat hic oculos, mutant illi pedes. qua ratione antiqui oculato scepro finxere Regem. Isaiæ. 29. *Claudet oculos vestros, Prophetas, principes, & duces.* Sed de hoc oculorū, & principum munere dicemus aliquando plura.

Alterum; in Scriptura non solum malè videre, sed etiam malè audire *Carneum oculum*, aut visum, iudicium ve hominis; illud enim *proximum* habet. Paul. vide etiā 1. Reg. 16. & Sap. 3. Nam cum humanus, & *carneus* oculus externam tantum faciem & speciem contempletur, secum frequenter rapit quoque mentis iudicium, ne ad interiora penetraret. quare illud petebat David obnixè; *Averte oculos meos, ne videam vanitatem.* id est, ne tantum externa rerum specie delecter, sed penetrem ad interiora, perspiciam que quid sub sit solidæ substantiæ, an externus splendor inanis sit. nā verbum *avertendi* est eo loco, propriè transire, aut pertransire, & transgredi. est enim eadem vox Psalm. 103. *Terminum posuisti, quem non transgredientur.* & Ierem. 23. *Quasi ebrius, & quasi homo madidus à vino, propriè; quem transit, vel, transgreditur vinum.* & in tertia conjugatione propriè est, *Transire*, vel, *pertransire fac oculos meos.* nempe, ad internam rerum substantiam, ne me decipiant externa specie; ne de rebus tantum iudicem secundum faciem. & id affert *carnis* nomen, id quod oculos pellicit, & detinet, quamvis vanissimum sit; quod splendet, & fulget, quamvis verum aurum non sit, dummodo videatur. Illa videlicet est *concupiscentia carnis*; aut si per expositionem accipere velis, *Concupiscentia oculorum*; aut si alio nomine significatam cupias, *Superbia vita.* iuxta id: *Omnis caro fenum, & omnis gloria eius quasi flos agri.* quod *carne* dixit; statim per gloriam explicuit. sic illud Isaiæ. 13. *Aegyptus homo, & non Deus, & equi eorum caro, & non spiritus.* externa species sine re, sine robore. Sic igitur sunt *oculi carnei*, secundum carnem iudicantes. Tum etiam *Caro* significat aliquid pingue, obtusum, crassum, concretum, minimè subtile, aut perspicax; Nam *caro & sanguis non revelant* sublimiora Dei arcana, neque; *sapiunt ea, quæ sunt spiritus Dei.* & illud ad insipientiam & errorem pertinet: *Quid nequius, quam quod excogitavit caro, & sanguis.*

Isai. 29. 10.

3 Carneus oculus malè videt, & malè audit.

1. Cor. 4. 3. 1. Reg. 16. 7. Sap. 3. 2.

Psalm. 118. 37.

אָפּוּר

Averttere quid

Psalm. 103. 9. Ierem. 23. 9.

* Vn hombre pasado del vino

Caro, quædo culis blanditur.

1. Ioa. 2. 16.

Isai. 40. 6.

Isai. 31. 3.

Math. 16. 17. Math. 16. 23.

Marc. 8. 33.

Ad

4

Deo, omnia Greg. Nyffe.

Cur Christus similis capree

Deo. insunt omnia ad clarè videndum requisita.

Eccles. 23. 28. Apocal. 1. 14. & cap. 2. 18. Daniel. 2. 22

Prov. 15. 3. Ier. m. 23. 24.

Psalm. 93. 9.

5 Germana expositio.

Cajeta.

At divini oculi à vidēdi perspicacitate semper cōmendantur; præter quàm enim, quòd ipsum Dei nomē Græcū hāc vidēdi efficacitatem præferat, *Theos*, ni mirum à *Theoma*, quod est spectare, dispicere, contēplari, ut observat Greg. Nyffe. oratione. 5. in cant. ideòque ait dici sponsum *similem Capree*, quod animal *dorcas*, dicitur à vi cernēdi, Deus enim de supernis cœlorum montibus despectat terrena cū cœta. tamen oculos suos commēdat Deus ab illis omnibus rebus, quæ necessaria sunt ad syn cerē, & sine errore ullo videndum, atque iudicandum. primò quidem à lumine; nam quàmvis res in tenebris plusquam cimeris demersa sit, habet tamen Deus insitū lumen, ut quasi per extramissionē radiorum, objectum luce perfunde re videatur, & videndo aptissimū reddat Ecclesia. 23. *Oculi eius lucidiores sole.* Apoc. 1. & 2. *Oculi eius tanquam flāma ignis.* & clariùs Daniel. 2. *Novit in tenebris constituta, & lux cum eo est.* Præterea non solū est proximus objecto, sed est intimè cū illo conjunctus, atque ea conjunctio; non solum non impedit divinā visionē, sed potius in causa est, ut res intimè cognoscatur. Prov. 15. *In omni loco oculi Domini.* Iere. 23. *Si occul tabitur vir in absconditis; & ego non videbo eū, dicit Dominus? cœlum & terram ego impleo.* id est, intimè adsum rebus omnibus, ut omnia videantur mea præsentia atque essentia non solū contineri, sed etiam impleri, si quid enim solidi habeant, à me habent. qui intimè illis adsum. Tandē divini oculi eminēter continēt omnes alias vidēdi facultates, atque rationes; atque aded oportet divinam vidēdi facultatem infinitā esse; Psalm. 93. *Qui finxit oculum, non considerat?* Heb. *non videt?*

Iam igitur dicere possit Iob: Minimè cū iudice homine ago, quæ oportet sæpè in iudicandis & discernēdis. litibus errare; si nō malitiose, & ex calumnia, atque delicto; certè per imprudentiā, & ignorantiam, & quasi ex delicto, ut loquuntur periti juris: sed cum Deo mihi res est, qui in cognoscenda atque discernēda veritate errare neque potest, neque meā innocentiam ignorare. Hic sensus germanus & simplicissimus est. licet Cajet. hanc humani intuitus aut lippitudinem, aut imbecillitatem referat ad experimentum, quod non semel, sed sensim atque per vices solet de re quapiam sumi, quasi diceret; Si

me explorare, probarēque velis, non indiges tam diutina probatione; nam vel primo intuitu penetras rei viscera, & quid quid latet, latere te non potest. vel; Cū homo soleat veritatē extorquere tormentis, at Deus his non indiget; quorsum igitur iudex, cui perspecta & explorata veritas est, me torqueat, atque exagitet quæstione judiciali? Fortè etiam respicit ad *carneis iudicum oculos*, qui ex speciei, & carnis splendore iudicāt, & personas, quas fulgere vident, in iudicio accipiunt; sortidos verò atque squalidos. contēnunt & neque audiunt, neque aspiciunt. At Deo non cōtemnit pauperem, sicut Scriptum est. Isaiæ. 11. *Non secundum visionem oculorum iudicabit* (Septuag. *non secundum gloriam iudicabit.*) *sed iudicabit in iustitia pauperes.* Nam cū ferè semper pauperes calumniā & injuriam per vim & iniquitatem à potētoribus illatam patiantur, qui illis faveat & patrocinetur, aut pro illis sententiam ferat, non tam ex gratia & benevolentia, quàm ex iustitia & legum præscripto fecisse censendus est.

Aut sicut homo videt, & tu videbis. Tū præcedentem partem, tum hanc, quidam interpretatur, de torvo & minaci vultu, quæ exhibere solet Iesus homo ei, qui se vnuquam læserit. Hunc sensum ex Iuliano & Polychronio in Catena elicio, quorum hic est commentarius, ut Iobus Deo dicat; *Improbitem hominum minimè imitaris, ut eorum, qui peccarunt, memineris, & severam rationem exposcas.* Hoc fortè sapientia Septuaginta. *Aut sicut mortalis videt, despectas?* Illud certè est humanum ingenium; cuius imaginem præbuit Saul. 1. Regum. 13. *Non rectis oculis Saul aspiciebat David.* Kald. *malo oculo aspiciebat.* Sed in Hebr. simplex est vox *Ghajan*; à verbo *Ghajan*, quod est oculare, aut observare oculis, quasi diceret; *Erat Saul * oculans Davidem.* Sed id à divina bonitate alienum; qui cū per summum scelus, alapis & sputis appetitur; *velatam faciem* & opertos oculos habuit. quod præsignificavit David. 2. Regum. 15. *cum ascendebat clivum olivarum, scandens & flens, nudis pedibus incēdens, & aperto capite.* non solum ne regem, quem in mediis erumnis atque discriminibus erecto semper & constanti animo esse oportet, nemo videret mollior lachrymantem, sed ut oculis opertis & quasi clausis luminibus nihil

Qui iudices habeant carneos oculos.

Isai. 11. 3.

LXX

6

* Soys vos hō bre g a quien una vez le enojo, si pre lo trae entre ojos?

Iulian. Polychron. Homo difficile remittit of fensam

LXX

1. Reg. 18. 9 Chald.

וַיִּבְרַח וַיִּבְרַח

* Trayale entre ojos, y andavale a la mi ra. Marc. 14. 65 Luc. 22. 64 2. Reg. 15. 30

Rex debet esse constanti animo.

Kk

ipse

Pfal. 34. 14

7

Videre ad cōtempnum pertinere.

תנן

Ezech. 18. 17.

Hierony. Theodor. Cant. 1. 6.

LXX

Pfal. 21. 18

Math. 27. 39.

Marc. 15. 29

Pfal. 26. 6.

Pfal. 2. 13.

Pfal. 112. 6.

תנן

Pfal. 112. 6.

Simpliciss. int. 1. e. ta. 10.

ipse videns, rem totam divinæ providentiæ atque oculis permitteret: quod notatur Psal. 34. Quasi lugens & contristatus (id est operio capite more lugentium) sic humiliabar.

Sed præterea illud, videre, potest indicare despectum pauperioris hominis, quem rogantem & supplicantem, ditiorum potentia & insolentia contemnat. quod potest colligi ex originali videndi verbo, Raab quod aliquando est despicere, & cernere cum contemptu. Ezech. 28. Ante faciem Regum dedi te, ut cernerent te. id est, ut despicerent. Hierony. ut dehonefarceris. Theodor. ut traducereris. Idem verbum Cant. 1. Noli te me considerare (Septuaginta. noli te aspicere me, prop. noli te me despicere) quod suscipi. simile id Psal. 21. Ipsi vero consideraverunt, & inspexerunt me. videlicet eo gestu, quo solet moveri caput, & dici, Vah. Hinc est illa apud Hispanos vox irrisionis & contemptus, miraldo. Dicit itaq; Job; Has meas erumnas non possum referre inævum & vindictæ cupidum, odique tentacem divinum animum; quem si aliquando pro meâ imbecillitate offenderim, sed ille pro sua bonitate jam averterit oculos à peccatis meis; & oblitus fuerit, nam ira in indignatione ejus, non enim nisi brevissimo tempore indignatur, ira enim brevis est. Tum etiam quod me clamantem, & causam meam calamitatum investigantem neque exaudire videatur, neque arcanum suæ providentiæ manifestare; non provenit ex insolenti dominatu; & torvo supercilio, pauperum vè contemptu; non enim ille sicut homo sordidus & humilia despectat. Sed est in illa hominis cum illa videndi desipientia nexio. pat. chra: nam hoc loco, est, Enos, miser, & humilissimus homo, is, quod extrema insolentia est, solet alios despicere, superbit enim pulvis & cinis, at Deus non despicit, sed respicit attentè & benevolè humilia in cælo & in terra. Tadem simplicissimus hujus partis sensus est, ut prioris sit: expositio, & illa disjunctio, aut, expositio accipiatur, & utrobique agatur de syncretitate divinæ scientiæ, atque corruptione humani iudicii: ut non a se ipso, sed a Deo.

U. Numquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui, sicut humana sunt tempora?

1. Dies hominis, ad ignorantiam & brevitate vite pertinere. prima expositio. Expliatus Paulus.

2. Homo vindictæ cupidus. Deus vindictæ opportunitatem facile prætermittit, & quare.

Primus hujus loci commentarius est ferè Latinorum omnium. Augusti. Gregor. D. Thom. Græcorum etiam, Julian. & Polychron: ut peritet Iob in excludenda ignorantia à Deo iudice. quare dies hominis & humana tempora, significabunt vitam brevissimam, quæ cum multa ignorantia conjuncta est. Sicut Hippocrates in sua illa vulgata sententia dixit, Vita brevis, ars vero longa. Quorum utrumque in causa est inscitia hominum, atque difficultatis in comparanda scientia, ut dixit cap. 8. Baladad; Interroga generationem pristinam: hesterni quippe sumus, & ignoramus, quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram. Propterea sapientes redimunt tempus, quoniam dies mali (curti, pauci) sunt, Ephel. 5. sicut, qui se Sapientia dederunt, omnibus curis dimissis, soli Sapientia vacant. Ergo dies & tempus scientiam adferunt homini, iudici præsertim, qui paulatim per interrogationes & quaestiones judiciales veritatem indagat & conjecturis utitur, & occulta crimina non nisi decursu temporis eruere è tenebris in lucem potest, detæto interim reo in vinculis & carcere. Deo vero nihil novi affert, crastina dies, qui præterita, præsentia, futura æque cognita sunt. Non igitur (inquit Iob) indiget Deus longiori examine, aut tempore, ut scire certò possit, quoniam nihil impium fecerim, ut statim subjicit.

At Polychron. refert ad vitæ initium, ante quod, qui nuper natus est, multa ignorare necesse est, quare ait; Nuper natura orta est, ut ad ea cognoscenda, ob quam me flagris, & plagis multasti, opus sit tibi inquisitione diuturna?

Secundus aliorum commentarius existimatiu nomine humanæ vitæ afferri. hoc loco mutatione, atque vicissitudine inconstantie & studiorum, atque voluntatis mortaliu; namque cum brevitate vitæ ea inconstantia jugitur inferius, Homo brevi vivens tempore, & nunquam in eodè statu permanet. quæ enim illa efficiunt brevissimam, potèria quoq; sunt ex suo statu dimovere: idq; præsertim in viris principibus videre est, quorum studiū atque voluntas mutatur in horas

I

Augusti. Grego. D. Thom. Julian. Polych.

Hypoc.

Iob. 8. 8

Dies mali qui.

Ephel. 5. 16

Polych.

2

Homini propria mutatio, inconstantia.

Iob. 14. 2.

Princeps facile mutatur.

omni

Eccles. 8. 1

Pf. 145. 3

Iacob. 1. 17

Iob. 4. 18

Deo fidendum & nitendum.

Pf. 72. 28 Hujus sententiæ paraphrasia.

3 Tertia expositio.

Philip. Beda

omni Protheo mutabilior; propterea que à Sapiente dictum est Ecclesiast. 8. Sapientia hominis lucet in vultu ejus, & potentissimus faciem illius commutabit. quam vis enim quis sapiens sit, si tamen principi ser vit, & ab illius nutu pedit, non potest non in horas mutari, & diversos sumere vultus; sicut mutatur umbra mutato corpore, à quo efficitur, & pendet. quare non fidendum, neque nitendum principibus, ut pote in constantissimis, rex sapientissimus præcipit; Nolite considerare in principibus. at Deus constans est, idemque semper; non commutatur, neque vicissitudinis umbram recipit; & ingentis apud illum criminis est; qui ei serviunt, non esse stabiles. cumque idem sepe, fixusque permaneat, aptissimus fanè est, cui nitatur imbecillitas & instabilitas humana, si quiescere aliquando velit, sicut ille, qui crebra jactatione huc illuc agitatus dicebat; Mihi adhaerere Deo banium est, ponere in Deo meo spem meam. in hoc igitur sensu novam aliam suarum miseriarum causam excludet Iob à Deo in hanc sententiam; Si non esset firma Dei voluntas atque benevolentia erga suos, sed innata illi esset inconstantia mentis, nihil mihi mirum videretur, quod me, quem quondam maxima benevolentia complexus est, ingentibusque beneficiis cumulavit, jam nunc neque amet, neque suis oculis atque familiaritate dignetur, odio etiam prosequatur, & acerbissimè insectetur. at non is Deus est, ex cuius gratia & benevolentia sola temporis diuturnitas & tædiū ex longa amicitia, & frequenti familiaritate, hominem dejicere possit.

Tertius; ut licet dies hominis, & humana tempora, vitæ brevitate aliàs afferant, tamen non propter ignorantiam sed propter vindictæ occasionem & cupiditatem nunc dicantur; nam si irato homini, & ultionis summè cupido res & tempus opportunam vindictæ occasionem præbeat, non illam sine è manibus elabi, timens tempore ac vitæ brevissimæ, quæ similem opportunitatem iterum non afferent. hanc expositionem indicantur Philipp. atque Beda his verbis; Non enim aternitatis tuæ dies aliquando, ut dies hominis finientur, ut summo studio requiras causas, quibus de me capias ultionem. ergo inquit Iob; Neque hæc est meæ cladis causa; nam neque vivus, neque mortuus possum Dei manus effugere, si ille decrevit pœnas à me exigere. tempus

illi non affert vindictæ opportunitatem, quam ille non possit cum liberit, semper habere paratam. at homo, cuius brevissima vita est, semel nactam vindictæ occasionem prætermittere non solet. cuius exemplum in militibus David cernere licet. i. Reg. 26. 5. cum David reperit Saulè Dormientem in tentorio, Dixitque Abisai ad David; Conclusit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas. hortans videlicet ad arripendam hujusmodi occasionem. & cap. 24. cum ingresso Saulè speluncam, dixerunt servi David; Ecce dies de qua locutus est Dominus ad te, Ego tradam tibi inimicum tuum, ut facias ei, sicut placuerit in oculis tuis. sic se ad nocendum incitat dæmon ex nacta opportunitate, & temporis brevitate, Apocalip. 12. Va terra & mari, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quia modicum tempus habet. at Deus non captat hujusmodi temporis opportunitates, sed quod, cum volet, punire nocentes possit, tardo solet gradu divina ira procedere, & tarditatem supplicii gravitate compensare. sic ille fortissimus Machabæus ad impiissimum tyrannum dixit. Flagitiosissime, noli frustra extolli vanis spebus in servos ejus instannatus: nondum enim omnipotentis Dei, & omnia insipientis iudicium effugisti. Hic commentarius mihi non displicet viderique alicui posset proprius, atque germanus, & cæteris præferendus.

Nunc pauca quædam de proprietate vocabulorum. Dies hominis. Enos, miseri, desperatæ infirmitatis, atque deploratæ ægritudinis. quantalacumque verò est ægroti, cuius jam sit desperata & deplorata salus, vitæ duratio brevissima quidè, & præpe nulla.

Humana tempora. Septuaginta ex Hebræo; Aut anni tui sunt viri? prop. Geber, fortis, masculi, à virtute & præstantia sexus. hoc autem loco emphasim habere contendit Cajetanus, atque eos viros notare existimat, qui præcipui sunt, videlicet philosophi, qui in capiendis rerum experimentis & scientiis comparandis vitæ ponunt. sed alienè. Certè si nomen viri peculiarem hoc loco vim habeat, amplificatio erit superioris partis, dies hominis, miseri, aut certè potentatus, valentioris viribus; cuius diuturnior vita sit, nam potentatibus, id est potentioribus, non tam opibus, quam valetudine, & viribus, octoginta annos

Homo vindictæ cupidus

1. Reg. 26. 5. & 7.

1. Reg. 24. 5

Apoc. 12. 12.

Tardo gradu divina procedit ira.

2. Mach. 7. 34.

4

Ægroti deplorati vita brevissima.

LXX

Cajeta. Viri nomen quid hoc loco indicet

Pfal. 89. 10

Humane vite breuitas.

præfinit David; plures videlicet, quam valetudinariis, quorum hominum est infinitus numerus. Illud etiam observandum annos tribui Deo, dies homini; quo illius æternitas, nostra vero mortalitas, vite que breuitas indicetur.

VI. Ut quæras iniquitatem meam, & peccatum meum scrutaberis?

1. Quære quid proprie quid Quære animam, Quære iniquitatem, aut peccatum. Quære mendacium. Explicat.	Samuel, David, Salomon.
2. Scrutari quid. Peccatum & iniquitas quo differant.	

Quære iniquitatem quid?

Quære e quid.

Id. Iob. 3. 4. n. 2.

שקט

Exod. 2. 15 Exod. 4. 19

1. Reg. 22. 23

Quære animam.

Philipp.

Psal. 110. 13

Ier. 51. 20

Pendet ex superiori, quare juxta primam illam Latinorum interpretationem accipiunt: quære iniquitatem, aut peccatum, pro eo quod est, inquirere in peccatorem per testes, & judicariam questionem. & licet quidem verbum quærendi, non semel in ea significatione usurpari soleat, ut supra diximus cap. 3. hoc tamen loco est ab alia radice, BiKes, quod significat non tam verbis & interrogatio, quam summo studio & diligentia, aliquid inquirere, aut procurare; & non raro in malum, pœnamque, & necem procurandam accipitur. Vtrumque aperte probant exemplum. Exod. 2. Quærebat occidere Moysen. & cap. 4. Mortui sunt omnes, qui quærebant animam meam. & 1. Regum. 22. Si quis quæserit animam meam, quæret & animam tuam, id est, Si quis per insidias mihi necem intenderit & procuraverit. quare hoc loco, quære iniquitatem, sapienter explicat Philippus; Summo studio quæras causas, quibus de me capias ultionem. Quare hic non videtur eo modo dictum, quære peccatum, sicut Psal. 10. Quæretur peccatum illius, & non inuenietur. hoc enim est, instituire questionem de alicujus improbitate, & sceleris: sed eo modo, quo accipitur Jeremi. 51. In diebus illis quæretur iniquitas Israel, & non erit. & peccatum Iuda, & non inuenietur, quoniam propitius ero eis. id est, Ita remittam offensam, & sanabo. vestigium, neque labe ulla, quamvis summo studio quæretur, inveniri possit, ad eum sensum

quo Paulus de iustitatis per Christum dixit; Nihil damnationis est iis, qui sunt in Christo Iesu. sic etiam Prov. 24. Ne insidieris, & quæras impietatem in domo iusti. septies enim cadet iustus, & resurget. id est, quamvis summo studio & diligentia inquiras in vitam, moresque iustorum, nihil grave aut magnum inuenies, ex quo sæpe & facile resurgere non possint. sic etiam Psal. 4. qui summo studio regnum Sauli, aut Absalonis procurabant, atque insidias parabant Davidi, mendacium, quære dicuntur Psal. 4. inhiabant videlicet in spes vanas, atque fallaces, igitur notat Iob summam quasi iudicis diligentiam in inquirendo iniquitatem, & causas ad infligendum supplicium.

Et peccatum meum scrutaberis? proprie, inquirens, sed à radice (duras) quod potest referri ad iudicalem questionem, & examinationem, quare Gregor. & alii Latini referunt ad questionem per tormenta, perque brevissima temporis spatia repetitam. Non magnam differentiam agnoscunt Septuaginta in his duobus verbis, sed ferè per expositionem accipiunt; Quoniam inquisivisti iniquitatem meam, & peccata mea investigasti?

Iniquitatem, & peccatum. Iulian. in Cate-na vult iniquitatem esse contra Dei pietatem, & cultum; at peccatum contra homines. D. Thom. peccatum refert ad opus iniquitatem verò ad cogitationem. sed hæc discrimina non sunt valde firma. nam ex vi originalis, hæc tantum differentia ellici potest, quod peccatum aferat errorem quendam; at vero iniquitas obliquitatem, & deviationem, vel curvitatem à recta lege & ratione. diximus de his vocabulis aliquando.

VII. Et scias, quia nihil impium fecerim: cum sit nemo, qui de manu tua possit eruere.

1. Varia interpretatio. Divini iudicii severitas.	Dens videtur in nostris flagellis dolere. Explicat Isai. Samuel, Ierem.
2. Deus ante infligenda supplicia deprecatores quaerit. Iustorum preces.	3. Deus quo potentior, eo benignior.

Rom. 8. 1

Prov. 24. 15

Psal. 43

2

Scrutari quid. גרור. Gregor.

LXX

3

Quid proprie iniquitas, & peccatum. Iulian.

עור

חטא

D. Thom.

4. Supre

4. Supremus iudex, & iustus. Supplicium iniquorum iudicium. Defensio pauperum. Illustratus.	Ecclesiasticus. 5. Probi oratio magnanimi, & bene de Deo sententiis. 6. Cajetani argutia.
---	---

I Varia interpretatio

Chryso- Olympod. Divini iudicii severitas. LXX

1. Corin. 4. 4

August.

2 Cómiseratione movet Iob

Dei benignitas. De? ante supplicia interventores iustos præmonet, & quaerit Gen. 18. 17

Iusti deprecatores in alio rû supplicii.

Isai. 64. 7

Facis ne hæc, ut scias, an peccaverim, necne; & cum liberè quodcumque velis, de me possis statuere, me mille modis exploras, & verfas, vertis, invertis? Alii; Hæc ne facis, ut scias, an peccaverim? sed hæc, nimium agis acerbè, qui me tam graviter excrucias, ut apud te nullius preces locum habeant, neque adduci possis, ut me manu mittas. Alii tamen, Chryso. & Olymp. severitatem divini iudicii in his verbis agnoscunt juxta lectionem Septuaginta; Scis me non egisse impiè; sed quis est, qui de manibus tuis eripiat? quasi dicat; Nihil mihi conscius sum; tamen in hoc justificatus non sum. scio, scis tu quoque me innocentem esse; quamvis nemo apud te innocens omnino videri debeat; nemòque possit innocentem de manu tua eruere, si illius innocentiam affligere & probare de creveris. Paullò secus Augustinus; Scis me nihil impiè fecisse quantum ad homines: sed quis est qui de manu tui iudicantis eripiatur?

Sed potest quidem hæc secunda pars eleganter referri ad movendam commiserationem. Acerbius (inquit) atque vehementius tecum agis, cum sit nemo qui prece aut pretio me juvare possit, atque compescere tuum flagellum. nam aut indulgentissimus pater, aut benevolentior iudex ad puniendum ferendumque sententiam insigni quadam severitatis & indignantis animi specie solent accedere, certi non defuturos, qui subito supplicii gravitatem deprecaturi accurrant amici atque patroni. non aliter quidem Deus suos amicos prius admonet ante infligendum supplicium, ut locum patefaciat, & viam præmuniat suis illorum precibus & intercessionibus. huc illud benignissimi Dei pertinet Gen. 18. Numquid celare poterò Abraham, qua gesturus sum? similisque est admonitio, atque revelatio facta prophetis, cum de suo populo, aut puniendo aut intentatis minis deterrendo à peccatis statuit. quod si deprecatores, & interventores citò non adsint, meritò conqueritur indulgentissimus pater, benignissimisque iudex, atque ex illius nomine Isai. c. 64. in insigni illa populi clade dolens ait; Non est qui invocet nomen tuum (quasi dicat; Non est qui te invocando, tuamque

clementiam tibi quasi in memoriam revocando, te revocet à supplicio; non est qui clamet; Deus optime, ne stringas gladium, ne strictum jam atque splendentem extendas in populum tuum) non est qui cõfurgat, & teneat te. quod videtur colludere cum illo Abrahami gesto Gen. 22. quasi per antithesim. Clamavit enim Angelus Domini dicens, Abraham, Abraham, non extendas manum tuam super puerum. at extendente Deo manum, & arripiente gladium, non est qui invocet illius nomen, & teneat illum. Tenebat porrò Moyses Deum Exod. 32. cù diceret; Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos. Moyses autem orabat Dominum Deum suum. hinc mansuetissimus rex ille juxta cor Dei valde opportunas Abigailis preces gratulatus est; Benedictus dominus Deus Israel, qui misit te hodie in occursum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, qua prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, & ulciscerer me manu mea. Quod si præter morem statuat nullius precibus acquiescere, dolens ipse indulgentissimus parens, ait; Ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio (Chaldæos videlicet, quorù morsus atque impetus, quod Deus sic de crevisset, nullius prece aut oratione comprimere, placari, aut debilitari possit) & mordebunt vos, ait Dominus. dolor meus super dolorem; in me cor meum mœrens super contritione filia populi mei; contritus sum, & contristatus stupor obtinuit me. ergo inquit Iob præclarè tum de suis ærumnis, tum de divina benignitate philosophatus; Nemo est, qui de manu tua possit me eruere; quorum igitur me tam acriter flagellas? nam si patroni, & interventores adessent, nihil mirum sevisissimum te mihi exhibuisse.

Ex divina quoque potètia potè cómiserationem excitare; quod enim potentior, & superior iudex est, eò etiam est benignior; Si is tu esses iudex, à cujus tribunali, ad superiorem iudicem provocatio esset, nihil mirum, quod timens ne quis superior iudex me tibi meamque controversiam è tua potestate atque iudicio erueret, & ad se advocaret, velles nullas in me iudicando, torquendo, examinando, sententiam ferendo, denique plectendo extremo supplicio, trahere moras; at cum sit nemo, qui de manu tua possit eruere, cur me tam acriter vexas, nulla respirandi, aut interquiescendi potestate permessa, spatio ve ullo temporis concessio?

Gen. 22. 12.

Exod. 32. 10

1. Reg. 25. 32

Ier. 8. 17

Videtur Deus dolere in nostris supplicii. 7. 21.

3 Dei potentia lenissima.

4

Supremus iudex acquissimus.

Eccles. 5. 7. *Si el juez me agravió, por ello bié q ay a quié a pefat, Rey, y Dios q hará justicia. Prov. 22. 22. & 23. Pauperi in iudicio favendum

Suppliciu iniquorum iudicium Eccles. 35. 22. *C6 ter Dios tan sufrido y reportado, pa rece q le le a gota la pacié cia c6 los malos juzces

v. 3. *Quitales la vara, y dales con ella de palos y quiete braçela en la cabeça.

5

Verba magnanimi peccatoris

Mirari etiam potest suam innocetiam afflictam à Deo, cum nemo sit iudex superior, qui de manu illius possit eruere; nam quod corruptissimorum iudiciorum humanorum iudicum admirationem tollere debet, est divini æquitas iudicii, & ad illud provocatio, qui de manu hominum possit innocentem eruere, ut Sapiens ait. Ecclesiastæ. 5. *Si videris calumnias egenorū, & violenta iudicia, et perverti iustitiam in provintia, ne mireris super hoc; quia excelsus, excelsior est alius, & super hos quoque eminentiores sunt alii, & insuper universa terra rex imperat servienti. sicut Scriptum est Prov. 22. Nō facias violentiam pauperi, quia pauper est. (id est, ne te illius imbecillitas & impotentia ad repellendam injuriam, te violentum, & in humanum reddat) neque conteras egenum in porta (id est, in humano iudicio & tribunali) quia iudicabit dominus (supremus iudex) causam ejus. sic solet Deus ab iniquis iudicibus sceptrum, virgāque iudicariam auferre, & illa ipsos iniquos iudices tūdere, & verberare, verberandōque illorū capita virgāque confringere. quod gravissimis verbis dixit Eccles. c. 35. Dominus iudicabit iustos, & fortissimus (longanimis) non habebit in illis patientiā (quasi diceret; quāvis in aliorū peccatorū iudicio & examine propitium atque patientem se præbeat, sed in eruēdis de illorum manibus innocētibus severissimum agit iudicem) vt contribulet dorsum ipsorum, donec tollat plenitudinem superborum, & scepra iniquorum contribulet. Ait igitur Iob; Siquis superior iudex de manu tua posset eruere, nihil mirarer, si tuo iudicio opprimerer. sed cum sit nemo qui de manu tua possit eruere, illud tādē mirabile est, iudicio tuo me innocētē contemni, & opprimi.

Tandem illud mihi nō displicet, quod placere alicui meritō possit, hæc esse verba magnanimi cuiusdam, atque invicti peccatoris; Scias, scito, experientia ipsa cōperitum profectō tibi atque exploratum erit me nihil habere sceleris; quāvis nemo me de manu tua possit eruere, neque è tantis cruciatibus eripere. vel ut sint verba cōfidentis de Dei veritate, & illius testimonium exposcentis quasi cum iuramento; Quorsum alios vitæ meæ testes inquiris? quorsum uteris cruciatib? quorsum ego patronum alium, & interventorem requiram? te ipsum testem invoco innocentie meæ; tu scis quā innocenter vixerim, &

ut nihil impium fecerim. Quod si etiam bene cohereret cū antecedentibus & subsequētib, contemnendum non esset, quod argutē Cajetan. indicat, hīc sermonem non tam esse de inquirendo aliquo superioris vitæ scelere, quā de probando & explorādo an afflictus tandem Iob aliquando peccaverit, quasi fagiens illud dictum Satana. Tange os ejus & carnem, nisi in faciem benedixerit tibi. quasi diceret; Cum probè perspexeris me numquam in tantis corporis & animi acerbitatibus ad verum te peccasse, quorsum me amplius probatum cupis?

VIII. Manus tuæ fecerunt me, & plasmarunt me totum in circuitu: & sic repente precipitatus me?

- 1. Huius sententia scopus & nexus quaeritur. Particula, Et, causalis. Dei creatoris in suam creaturam potestas.
- 2. Nexus optimus. Pristinū beneficii commemoratio valet ad alia denuo impetranda Isaias, & Samuel, et illustrati. Quid invenire, cor in sacris.
- 3. Quid intersit inter Facere, & Plasmare. Facere molestiam, & laborem affert.
- 4. Plasmare ex Hebræo, facere, & perpolire. Explicati Samuel, & David.
- 5. Manichæi error.
- 6. Philonis error, & cōfutatio. An Angeli aliquod ministeriū præstiterint in hominis creatione, an præstabunt etiam in resurrectione.
- 7. Circuitus quid hoc loco, varia expositiones. Illustratus Paulus.
- 8. Circuitus, ad totum hominem, & ad studium, et benevolentiam referri; tum etiā ad externa omnia bona.
- 9. Quæ discantur Dei manus. Explicatus semel, & iterum David.
- 10. Peculiare aliquid per Dei manus intelligendū in hominis creatione.
- 11. Deū suis manibus hominis corpus, non bestiarū plasmasse, quomodo sit intelligendum. Verbum antiquis patribus loquentum.
- 12. Precipitare ex Hebræo & Græco pro perdere, de vorare, obruere. Explicati Samuel, David, Paulus.
- 13. Primi hominis creationē ad nos referri.

Iud primò in controversia est, quis sit huius sententiæ scopus, atque cum præcedentibus nexus. nam Cajetanus cū hæc sine interrogatione legat, quam etiam Septuaginta expunxerunt, existimat nunc Iob causam reddere eorum, de quibus Deum rogaverat, cur videlicet opprimeret opus manuum suarum; Iam (inquit) teneo huius rei causam; cū enim manus illius me fecerint, iure

6

Cajet. arguit

Iob. 2. 5

I

Huius sententiæ scopus & nexus. Cajet. LXX

Deus iure creatoris potest suam creaturā destruere

fu o

Gen. 3. 20. Exod. 5. 23. 24. Particula, et, reddit causā.

LXX

Cyp. Cister.

2

Optimus nexus, & sententia germana.

Commemoratio pristinorum beneficiorum movet divinam misericordiam Isai. 63. 7

v. 15

David memoria pristini beneficii se erigit ad alia efflagitanda

2. Reg. 7. 27

*En las mercedes recibidas hallo animo y atrevimiento para mas pedir. Invenire cor, quid

suo potest Deus destruere; & sic, id est propter hanc rationem, ideo, me precipitat. licet enim in Originali non sit illa particula sic, sed tantum copulativa, et, hæc quidem aliquando causam aut rationem reddere solet, & valet, ideo. vt Gen. 3. Pulvis es, & (ideo) in pulverem reverteris. Exod. 15. Nec poterant bibere aquas de Mara & (ideo) murmurabat populus. similiter ergo hoc loco. hoc indicant Septuagint. Manus tuæ plasmarunt me, & fecerunt me, postea mutans percussisti me. sed non valde cohæret.

Alii, ut Cyprianus Cisterciens. existimant perstare adhuc in amplificanda divina cognitione, cui homo apertus, patēs que sit, ut qui illius manibus formatus sit & conditus. sed non congruit cum sequētibus.

Ergo illud optimum est, pariter ac cōmunissimum Græcis atque Latinis, ut ex sua conditione, & formatione, sui opificis misericordiam moveat, & ex commemorato pristino beneficio, alia denuo efflagitandi ansam arripiat. id quod multū valet ad optimum & benignissimum Deum placandum & leniendum. sic Isaias cap. 63. excitaturus divinam misericordiam, textit, repetitque divinorum beneficiorum catalogum; Miserationum (inquit) Domini recordabor; laudem Domini super omnibus, quæ reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum domui Israel, quæ largitus est eis, secundum indulgentiam suam, & secundam multitudinem misericordiarum suarum. post loquam tandem enumerationem quasi Deo jam reddito mitiori, subjicit; Vbi est zelus tuus & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorū & miserationum tuarum? super me continuerunt se? quasi dicat; Cū ex tuo charitatis & misericordiæ infinito pelago præclara semper ad nos beneficia redundarint, nunc præter consuetudinem, præterque naturam videris tantam misericordiæ vim ultro fluentem ad mortalium vitam tuendam, resque humanas promovendas, erga tuū populum continuisse, & cōpresisse, atque pristinum illum cursum divertisse, atque mutasse? simili sensu se erigebat David. 2. Regum. 7. cū post multa commemorata beneficia, ait; Propterea invenit servus tuus cor suum, ut oraret te oratione hac. Invenire autem cor, est, non solum fidenter & audacter petere, sed in spem certissimā impetrandi erigi. Huius verò rei illa ratio est, quod cū beneficia proficiantur ex cō-

ferentis gratuita benevolentia & charitate, qui illa collata & accepta commemorat, pristinum etiam amorem renovare, & redintegrare videtur: propterea ad excitandam quoque divinæ potentie atque roboris vim illam acerrimam, & hostium ultricem, pristina etiam fortitudinis facinora memoria repetunt prophetæ; Sicut in die Madian; Sicut in die Aegypti. sic quoque nunc divinæ charitatis & providentiæ effecta proponuntur.

Fecerunt, & plasmarunt. Non prius integram sententiæ intelligentiā habebimus, quā vocum proprietatem indagaverimus. Hæc duo verba cum discrimine accipiūt ex Græcis Didymus, ex Latinis Philippus Beda, D. Thom. & facere quidem referunt ad animi creationem; plasmare verò ad formationem corporis. id quod nititur Philippus confirmare, ex Gen. 1. ubi dicitur factus homo ad imaginem & similitudinem Dei, quod potissimum consistit in anima; sicut & quod accepto spiraculo vitæ, id est anima, factus sit homo in animam viventem. de corpore verò dictum est, Formavit Deus hominem de limo terræ. idem discrimen, contraria licet ratione, observavit Greg. nam facere retulit ad corpus, plasmare verò ad animam: neque mirum; nam quod nos facere & plasmare dicimus, Septuagint. invertunt, plasmarunt, & fecerunt me. & quidem discrimen in rebus ipsis inest; cæterum in istis vocibus non continetur, sed potius studium quoddam, & peculiaris cura in homine condendo, & quasi assidua & vehemens ad formandum hominem intentio, & magna cum voluntate occupatio. Facere enim est à radice ghat (ab, quod proprie est elaborare; quod opificū est summo labore & diligentia enitētium, & elucubrantium in alicujus operis perfectione. quare opus perfectum suis omnibus partibus solemus appellare, cosa muy trabada. proptereaque hoc verbum in sua prima significatione affert molestiam quandam, dolorem & afflictionem in laborando; ut indicatur Ecclesiast. 10. Qui transfert lapides, affligetur (Hebraicè, faciet, laborabit) in eis. Septuaginta; dolebit in eis. de quo statim plura.

Verbū autē plasmandi, ghasab, est aliquid facere, sed ornatè & politè. q. d. perficere, & præparare, vel rem omnibus modis paratam atque perfectam efficere. & frequenter verti solet verbo faciendi. Gen. 1.

Quare beneficii recordatio grata sit ei qui contulit

Isai. 9. 4

3 Quid interfacere & plasmare interfit

Didym. Philop. Beda D. Thom. Gen. 1. 26

Gen. 2. 7

Greg.]

LXX

Facere quid in Hebræo עָבַב

Facere, molestiā & laborem affert Eccles. 10. 9. *Qui ē enitē de en mudar piedras, bien viene que hazer

LXX

4

Plasmare quid in Hebræo

2 Reg. 19. 16. Facere pro ore, & perpo lire.

LXX

Genes. 1. 26.

Philip.

Pf. 118. 73.

Ambros.

Hylarius

5 Manichæus damnatur.

Niceph. August. Theodor. Epiph. Clem.

6 Philonis lib. de opere sex dierum error. August. An angeli in hominis creatione aliquid ministerium obierint.

D Thom. 1. p. 9. 91. 4. 2. Quale minist

vidit (se cum voluptate ad videndum convertit) Deus cuncta, qua fecerat (id est ornate, subtiliter, ingeniose, eleganter effecerat, perfecerat, & ad absolutionem perduxerat) & (namque) erat valde bona (aspectu jucundissima, & ad omnem usum & utilitatem comparata) Et. 2. Reg. 19. Descendit in occursum regis illotis pedibus, & intonsa barba Hebraicè; Non fecit pedes suos, & non fecit barbam suam, id est, non præparaverat, neque ornaverat barbam suam; neque ornaverat se. integer Hæbraismus est, cui ex altera tantum parte Hispanismus respondet, no llevaya hech. la barba. eleganter illuminarunt Septuag. dicentes, Non curaverat pedes suos, neque fecerat ungues, neque fecerat labrum suum. id est, non aptaverat neque concinnaverat; quod enim de labio dicitur, non tam pertinere videtur ad id, quod mystaces, vel mostachos, vulgo dicimus, quam ad labri superioris abrasionem, qui in prisco usu fuit. quare cū idē verbum sit Genes. 1. cū dicitur; Faciamus hominē ad imaginem & similitudinem nostram, non est illa Philippi observatio valde solida: atque adeo, quod hīc est Plasmare, Pf. 118. vertitur facere in eadē sententia; Manus tua fecerunt me, & plasmaverunt me. imō hūc Iobi locum in versis vocibus ibi legit Ambros. Manus tua plasmaverunt me, & fecerunt me. de hoc quoque statim plura, Quāvis illū Psalmi locum sic legat; Manus tua fecerunt me & paraverunt me. Hylari. & præparaverunt me. & aliis codicibus legi; & sinxerunt me; ibidem docet.

Totum in circuitu. Gregorius, & cū illo alii Latini hinc damnant Manichæū asserentem hominis corpus à malo principio, malòq; Deo esse fabricatum, id est à principe, quem Seuciam, vel Saclam, nominat. Nicephor. lib. 6. c. 31. Augusti. de hæresibus. c. 46. Theodor. Epiph. Clem. 2. stro matū. sed hoc alterius negotii, & loci est. Damnatur præterea hoc loco Philo. cū aliis hereticis existimantibus humanum corpus productum fuisse ab angelis. quāquam August. lib. 9. super Gen. ad lit. c. 15. potuisse fieri doceat, ut in primi hominis corporis formatione aliquid ministerium adhibuerint angeli, quod etiam: D. Tho. 1. p. amplecti videtur; atque ejus modi ministerium fuisse explicat, quale iidē angeli præstabant in ultima resurrectione, pulveres videlicet colligēdo. indicat itaq; angelos pulverē collegisse, & in li-

num cōpegisse, ex quo formatus fuerit Adā. Sed id non tam angelorum, quam Dei manibus factum fuisse jam confirmabimus. 7. 10. & 11.

Illud verò, in circuitu, quidam pertinere existimant, alluderēq; ad figuli rotam, cujus circuitu, id est circumvolutione, ex politur, & perficitur vas figulinum, ad quam similitudinē homo ex luto factus à Deo, & factus est.

D. Tho. & Cajet. de corpore accipiunt quod dicatur in circuitu fieri, quod videatur animus & cor circumdari, & circumvestiri corpore: qua ratione ad Hebr. 5. homo dicitur, circumdatus infirmitate, id est fragili corpore, & carne infirma; vel, ut est in originali Syriaco, indutus, vel obrutus. & ad Hebræos. 12. corpus pravè affectum dicitur Circumstans nos peccatum.

Sed existimari tamen his duabus vocibus totum, & in circuitu, idem dici: Totum id est, corpus & animam. sicut & Christus Dominus. Ioannis, 7. dicit, Totum hominem salvum feci. & Luc. 11. Stulti nonne qui fecit, quod de foris est, etiam, id quod de intus est, fecit? hoc idem est, in circuitu; id est circumquaq; quod Latinus dicit, intus & extra, intus & in cute, à capite ad pedes. & quod Hyero. in expositione illius versiculi. Pf. 138. Tu formasti me; explicuit; Retrorsum, & ante fecisti me. potest etiam pertinere hic circuitus ad studiosam atq; benevolā Dei providentiam, qua creatum hominem valavit, & cinxit, & ab omni hostiū impetu munivit quasi circumjecto muro, & fossa. quod etiam referri potest ad angelorum custodiam, quod angeli dicuntur castrametari in circuitu timentium eum. Nisi fortè per circuitum, omnia etiā illa intelligamus quæ hominē cingunt, comitantur, ornāt, facultates, liberos, familiā universam; qua ratione dicuntur filii esse in circuitu. & externa omnia dicuntur esse vestis, quæ hominem circumdat, & cingit. quasi diceret; Quidquid ego sum, quidquid habui, tuarum manuum largitate & munificētia accēpi; Dominus videlicet dedit, quæ idem ab stultis. Vid. quæ diximus cap. 1. ad id, Nōne tu vallasti eum &c.

Manus tua. Nunc jam explicandę manus Dei, quarū opera & industria elaboratus homo, atque perfectus est. Augustin. 12. de civit. c. 23. & Pfal. 118, nihil peculiare significari hoc loco existimat, quā quod Gen. 1. dicitur, Faciamus hominem; nam que

steriū angeli in rebus creatione.

7

D. Thom. Cajet. Corpus circumdatur animum Hebr. 5. 2

* Cubierto d. pies a cabeza Hebr. 12. 2

8

Ioan. 7. 23 Luc. 11. 40

Hieronym. Pfal. 138. 5

Pfal. 33. 8

Pfal. 127. 3

Iob. 1. 21

9

Quæ dicantur Dei manus August.

hoc

Pfal. 101. 16.

Pfal. 49. 5.

Isai. 48. 13.

Hieronym.

Ephef. 1. 21. D. Thom. Cajet.

IO

Peculiaris manuum Dei operatio in hominis creatione.

Basilus. Theod. Ambros.

Etiam Deum dixisse ut fieret homo.

Augustin. Ioan. 1. 3.

II

Deum manibus suis hominem plasmalle, ut oporteat intelligi.

Augustinus.

hoc loco additur manuum elaboratio, & operatio; aliarum etiam rerum creationi tribui solet. ut Psal. 101. Opera manuum tuarum sunt cali. & Psal. 49. Aridam fundaverūt manus ejus. & Isai. 48. Manus Domini fundavit terram, & dextera Domini tetendit calos. quare Augustinus manuum nomine intelligit sapientiam, atque potentiam, quibus tamquam manibus cūcta fecit Deus.

Alii potentiā tantum, quæ Deo utriusque manus loco est. Sic Hieronym. epist. 15. de his quæ Deo tribuuntur; vel multiplicem Dei operationē, videlicet corporis, & animæ productionem. Scholastici intelligunt Dei intellectum, & voluntatem, quam dicunt executivā Dei potentiam; nam, ut Paulus ait Ephes. 1. Operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Cajet. & D. Tho. ad inferiores causas referūt, quibus tamquam manibus, & instrumentis Deus utitur ad productionem effectuum sublunarium. Sed quidem hæc omnia homini atq; aliis etiam rebus communia sunt.

Ego aliquid præterea in hominis creatione & intervenisse, & significari existimo, id quod docent Basilus, Theodor. Ambros. Psal. 118. & frequens sanctorum Patrum commentarius Gen. 1. intelligere igitur cum Ambros. licet Filiū atque Spiritum sanctū, qui cum patre creaverunt hominem, iidemq; collapsum restituerunt; vel Dei verbum atque spiraculum, halitūque illum, quibus constitisse visa est hominis vita; licet enim in Genesi scriptū non sit à Moysē dixisse Deū, ut homo fieret, intelligendum tamē est, dixisse; id est, verbo etiam suo illum creasse, ut observat Augustinus Psal. citat. Omnia enim per ipsum verbum facta sunt; spiraculum etiam vitæ adhibuisse, id est, halitum illum, quo factus est homo in animam viventem. id est, in corpus vivens, & animatum.

Tandem alii contendunt simpliciter intelligi debere, quod simpliciter dictū est, Deum videlicet manibus suis finxisse hominem. Cū enim creator omnium Deus humanā figuram accepisset, in qua ab Adamo videri, audiri, & colloqui cum illo externa specie posset, manibus quoq; suis illius corpus effinxit. Scio Augustinum lib. 6. de Genes. ad lit. sic scribere: Quod manibus corporalibus Deus de limo sinxerit hominem, nimium puerilis cogitatio est, ita

ut si hoc Scriptura dixisset, magis eam, qui scripsit, translato verbo usum credere deberemus, quam Deum talibus membrorum delineamentis determinatum, qualia videmus in corporibus nostris. hoc, inquam, verissimū est; est enim Deus spiritus simplicissimus. at vel Angelum vel Deum figuram & speciem humanam sumsisse neque impossibile, neq; sine ratione asseri potest, quam interpretandi, atque sentiendi rationem & viam, cur quidam fastidiant, & averfentur, præsertim cum asperè nimium atq; peregrinè sonet auribus Deum fecisse suis manibus bestias; at jucundissimè, & suavissimè Deum fecisse suis manibus hominē? simile profectò, cū ipsum Dei verbum factus homo, exspuit in terram, & fecit lutum ex spuo, & suis ipsis manibus univit lutū super oculos cæci nati, quod, ob id factum est, ut se ostenderet auctorem & conditorē totius hominis in circuitu, qui de luto formatus fuerat, ut explicant Iringus lib. 5. cap. 15. eleganter in hæc verba: Ei qui cæcus fuerat à nativitate jam non per sermonem, sed per operationē præstitit visum. ut ostenderet manum Dei, eam quæ ab initio plasmavit hominem, ut manifestarentur opera Dei. Opera autē Dei plasmatio est hominis. Vid. ad eandem rem Ambr. epist. septuagesima quinta, sed potissimum Psal. 118. Me (inquit) tuis manibus fecisti; me tuis manibus figurasti; hoc est, non figurasti bestias manibus tuis, non reptilia, non volatilia. eadem quidē & locupletioria etiam habet eodem loco Hila. Egrediū (inquit) & præclarū in homine est, quia ceteris dignitate operationis excipitur. idem apertè, & luculenter Basl. quoq; docet homil. 11 Hexam. & Nissen. orat. 2. atque huic interpretationi favere omnes ii cēfendi sunt, qui asserunt non Angelum, sed verbum ipsum Deum sub specie visibili antiquis patribus apparuisse. Hi sunt Tertull. Iustin. Athanas. Ambros. Augustin. Hylari & quidam alii. planè igitur atque simpliciter intelligo locum illum Psal. 138. Tu formasti me, & posuisti super me manū tuā. confirmabuntur porrò hæc omnia cū de luti formatione, & lactis coagulatione dixerimus paullo inferiùs.

Et sic repente præcipitas me? supra indicati à Septuaginta, & quibusdam aliis, Vatab. & Bibliis Guarini, sine interrogatione legi. Sed licet sensus non multum diversus sit, interrogatio tamen orationem reddit valdè acrem, & incitatā; & ut vim

Ioan. 9. 5. 6

Irinaus.

Hilarius super Psal. 118.

Verbum sub specie visibili loquutū antiquis patribus.

Tertul. cont. Iud. & lib. 3. cont. Marc Iustin. contra Tryphon. Athanas. ser. 3. con. Arria. Ambros. lib. in Lucam de appar. Aug. Zachar. Aug. in Ioa. 1. & epist. 112. cap. 5. & 6 Hilar. 5. de Trin.

* Hic iste sermo de vultu fra mano, y pulistes las ambas en la massa y barro de mi hechura

12

Iob. 7. 18

בלע

Præcipitare quid.

psalm 5. 10.

Præcipitare devorare, destrucere.

Galat. 5. 15.

Psalm. 5. 6.

Hierony. Isa. 25. 8.

1. Cor. 15. 54.

Matth. 23. 14.

2. Cor. 5. 4. 2. Cor. 2. 7.

Matth. 23. 14.

Hofe. 13. 14.

ps. 11. 10. & Act. 2. 27.

non tam adderet, quam ut latentem exprimeret, interpres. sapienter addidit, illud, *Repente*. præsertim cum ea de re superioris conquestus Iob fuerit, quod diluculo visitaretur, atque probaretur subito. ille igitur repentinus casus & subitus interitus asferri videtur illo præcipitandi verbo. *Præcipitare* autem in fonte est (*balagh*) proprieque significat, devorare, deglutire, absorbere, dejicere & præcipitare ex gutture, faucibusve in inimum ventriculū, qui est velut præcipitium, & locus perditionis, interitus, consumptionis; idem est quod perdere, & destrucere. sic Psalm. 5. dicitur; *Sepulchrū patens est guttur*. id est præcipitiū quod fiat allusio ad ventriculum, qui est velut perditionis, absorptionis, atque interitus locus, sepulchri instar, cujus janua & aditus est ipsū os; illud etiam significatur, cum loquuturi aperiunt os, mordere, comedere, devorare, consumere. sic enim Paulus de detractoribus loquitur; *Si invicem mordetis, & comeditis, videte, ne invicem consumamini.* dilucidior tamen res hæc fit Psalm. 5. 1. *Dilexisti omnia verba præcipitationis, lingua dolosa.* O petulantissima lingua, alieni honoris gurgis, & vorago quam tibi dulcis est alieni honoris, & vitæ absorptio, & deglutitio. *præcipitatio*, interitus, absorptio, devoratio. Hierony. *Dilexisti omnia verba ad devorandum.* quare cum Isaias ca. 25. dixisset: *Præcipitabit mortem in sempiternum;* Paulus eodem verbo, clariori aliquantō oratione dixit; *Absorpta est mors in victoriam.* *Præcipitatio* enim illa absorptio est, absorptio, atque destructio. Nam eodem verbo dicitur 2. Cor. 5. *ut absorbeat* (destruatur) *mortale hoc.* & 2. Cor. 2. 7. *Ne forte abundantiori tristitia absorbeat*, (pereat, obruatur.) atque eadem metaphora dictum est Matth. 23. 14. *Vobis scribae, & Pharisei, Hypocritæ; quia comeditis* (comedendo, & largè potando absumitis, & perditis) *domos viduarum.* Illud vero *in sempiternum*, idem est, quod *in finem* vel *in victoriam* (hæc velle elcabo) vel in finē temporis, perpetuò, non erit rediviva mors iterum; loquitur enim cum morte Dei filius; *Quamvis morsus tuus fuero, o mors, quamvis me momorderis, & in præcipitium, id est in tuum ventriculū, terræ videlicet viscera, id est sepulchrū trajeceris, sed nō consumes, nō corrupes, non decoques; sicut Scriptum est; Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.* ego

verò te invicem mordebo, comedam, devorabo, in locum interitus dejiciam, perdam, & funditus destruciam. ergo *præcipitare* destructionem & consumptionem asfert. quod etiam adjuncto *demoliendi* verbo explicari solet; uti mulier illa Abelina dixit ad Iob. 2. Reg. 2c. *Quare præcipitas hereditatem Domini? & respondens Iob ait; Absit, absit hoc à me, non præcipito, neque demolior.* Septuagint. *Ut quid demergis hereditatem Domini? & respondit Iob, & dixit; Propitius mihi sit Deus, si demergam, & si corrumpam.* *Præcipitari* igitur hominem, erit absumi, corrumpi, perdi, demergi, & obrui malorū turbine, & pelago.

13 Me. Cum emphasi videtur dictū. & quidem Augustinus loco indicato dubitat an de peculiari sui formatione, an verò de creatione primi hominis loquatur. Didymus de utròque videtur intelligere: Eugubinus, & Cypria. Cisterc. primā hæc partem accipiunt de creatione Adami, sequentem verò, ubi se *lacti & caseo* comparat, de peculiari hominis generatione. Sed cum Augustino existimo de peculiari hominis generatione, atque adeo de sui formatione loqui ea ratione qua Adami particeps est; nam sicut in illo tanquam in capite & origine fuisse dicimur, ita etiam illius origo ad nos pertinet, & cum illo formati quoque deluto divinis manibus censemur: non est enim alterum ab altero sejungendum. Conjunxit certè utrumque Machabeorum mater, suorū videlicet filiorum conceptionis, & natiuitatis primordia, cum prima creatione. *Nescio* (inquit) *quomodo in utero meo apparuistis, nec enim ego spiritum & animam donavi vobis, & vitam & singulorum membra non ego compegi, sed est mundi creator, qui formavit hominem, quique omnium invenit originem.*

Accuratum præcedentis sententia examen, & pondus.

13. Hominis creatio laboriosa & molesta, verū carterarū facilis. Quid portare ex Græco, & Syriaco. Illustratus Paulus.

14. Figulinum opus laboriosum.

15. Iob cum Deo argumentū in modo & figura Hederae Ionæ per allegoria

2. Reg. 02. 19

LXX.

13 August. An de Adami creatione nūc sit sermo. Didy. Eugub. Cyprian.

Adami conditione ad nos referri.

2. Mach. 7. 23

ad

ad Iobrelata. Deus adversus Iobam argumentatus 16. Iob argumentandi methodo utitur Deus. Explicatus Isaias.

17. In creatione hominis Dei studium, & charitas. Artificer amat suū opus.

18. Manus Dei ad charitatem, & studium. Deus respicit, benefacit, quid respirare, quod spiritū continere. Illustrati Isai. & David.

19. Subtilitas humani operis ex qua Iob commovet divinam misericordiam Adami historia per allegoriam ad Iob relata.

20. Deus creavit hominē ut haberet cui benefaceret. Atheniensis Minerva effigies.

13

Ambro. super psalm. 118.

Genes. 1. 3. & deinceps. & psalm. 32. 6. Genes. 1. 26.

Hominis creatio laboriosa

Heb. 1. 3. Portare quid.

Q. E. P. 2. Pet. 1. 21.

HIS jam positis, totius sententiæ vis, sensusque mirabilis colligendus, premeudusque est paulò diligentius. Primum igitur significari diximus hominis creationem, quasi cum quadam creatoris molestia, & lassitudine laborandi; sic quoque docuit Ambros. Psalm. 118. *Speciali* (inquit) *quidam Dei accessit hortatus, ut tamquam laborantis Dei in huius munere creatura significaretur operatus.* Deus quidē expers laboris est, sed tamen scriptura verba quid aliud nisi studiosam tui ob gratiam operationem ejus ostendunt? Ergo si Deus majore quodā studio te creavit, cur ipse tui studium derelinquis? Si Deus in te laboravit, qui laborare non novit, cur ipse fugitans sis laboris? Igitur argumento ab operis labore, nititur Iob Deum adducere ad misericordiam. rursus Ambrosius eo loco pulchra quædam, & ad Iobi mētem; *Opus tuum Domine, ne deseras, nō derelinquas. Te auctorem cōvenio, te teneo conditorem. aliena præsidia non quero. In adjumentum accingere, qui accintus es, ut creares.* operam igitur & impensam ne perdat Deus, contēdit Iob. Sanè cum cætera solo verbo cōdiderit, sed hominis creationē dixit ipse, & fecit idem. dicere enim in hanc rem nūc possemus, quod de re quapiam laboriosa atque difficili vulgo dici solet, *mādad y hazeldo vos.* ne tu servos nactus sis in duftros, si quod jubes, ipse feceris? non aliter in homine moderando & regendo laborare, efficerēque ad illum pertinet, cum tamen vel verbo res cæteras condiderit, & moderetur. sicut de Christo Iesu Dei filio Paulus dixit, ad Hebræos 1. *Portans omnia verbo virtutis sue.* Græcè, agēs, & moderans. fortè tamquam habenis & fræno; ut dicitur homo æquum agere. quæ etiam moderari, & regere est. quo etiam verbo dixit Petrus 2. cap. 1. *Spiritu sancto inspirati* (acti, gubernati, impulsi, potius deducti arbitrato divino) *Loquuti sancti Dei homines.* Aliis namque rebus habenas la-

xat, calcariæque addit; alias sponte adcursum incitatas adductis habenis cōtinet. Chrysoftomus explicat: *Gubernans, qua cadunt, continet. Non est enim* (inquit) *minùs cōtinere, quam mundum fecisse. Sed & si mirabile aliquid oportet dicere, est etiā maj.* Rursus explicat: *Continere ne recedat, & inter se disidentia conjungere.* Deinde etiam verbum *portandi* ad facilitatem pertinere docet, metaphora sumpta ab his, qui digito solum modo aliquid movent, & efficiunt ut circumferatur. tum præterea significatur id fieri citra laborem, cum ait *verbo*. proprie, ex Syriaco. *Continet universum vi verbi sui.* vides facilè à Deo universum creari, cōservari, gubernari, & quoquo velit agi, & commoveri, atque intra limites certos, officiumque contineri? Cum verò ad res humanas ventum est, subjunxit Paulus: *Purgationem peccatorum faciens.* vide faciendi laborem, atque molestiam. id quod Syriacum exemplar exprimit clariùs: *Ipse per se se, fecit purgationem peccatorum.* q. d. suo ipse labore, non alterius labore, & operatus, *faciens purgationem peccatorum*, videlicet, dum fit ipse tamquam purgamentum mundi, atque chatarma, factus videlicet *pro nobis peccatum, & maledictum.*

Sed ut ad fingēdi ex luto laborem redeamus, cum figulinas operas laboriosissimas esse probè nosset, sui populi ingemiscētis propter opera luti & lateris, cōmiseratione tactus est Deus Exo. 2. *Ascēdit enim clamor eorum ad Deum ab operibus; & respexit Dominus filios Israel, & cognovit eos.* videlicet non solum agnovit clamantes, sed etiam ingētem figularum operarum laborem.

Sed ne argumenti huius consequentiā, quo nititur Iob probare ad Deum creatorem pertinere, opus suum cum labore & industria factū minimè perdere; sed potiùs continere, atque tueri, negare quis possit, argumentationem in modo & figura constituamus; sub illa videlicet figura, & allegoria hederæ Ionæ prophetæ, fælicem igitur Iobi statum collocemus in illa hederæ letissima viriditate; firmā Iobi valetudinē compara cum facultate germinandi, atque crescendi; liberos, famulos, familiamque universam cum foliis, germinibusque; recentibus. deinde cōsiderare etiam in arescente hederæ licet hominem marcescētē, squallidum, excessum vermibus; filiis & famulis, omnique

Chrysoft.

Portare ad facilitatē operis referri.

Syriaca lectio

Hebr. 1. 3.

Galat. 3. 13.

14 Figulinū opus laboriosum.

Exod. 2. 23.

* Reconoscio la gente y el trabajo del oficio.

15 Qualis sit argumenti, quod Iob conficit, consequutio.

Iobi argumentum in modo & figura

Ion. 4. 6.

Ionæ hederæ allegoricè ad Iob relata.

ni que

nsque honore spoliatum; vehementissimi illius venti inclementia perflantis à regione deserti, vrentis, calidi, infestissimi rebus omnibus, concussum; sæviente etiam desuper à Domino igne, æstivæque cælesti, sic enim scriptum est: *Paravit Dominus vermẽ ascensu diluculi, & percussit hederam, & exaruit, & præcepit Dominus vento calido, & utenti, &c.* hac sanè repentina rerum, hederæque commutatione gravissimè affectus est Ionas, & mortifero quodam mœrore, atq; animi ægitudine correptus, usque ad mortem. ergo ad hominem indignandum hujus modi argumentum cõficat Deus, quod statim in ipsum Deum ex persona Iobi retorquebimus; *Tu doles super hederam, in qua non laborasti* (ecce laboriosum illud manuũ opus) *neque fecisti ut cresceret* (faciendi verbum nũc iterum laborem affert; tuo labore rigandi, & excolendi non cœpit illa incrementum ullum) *que sub una nocte nata est, & sub una nocte perit* (id est, nõ valde diuturna illius familiaritas, & conspectus, & cõsuetudo te commovere potest. sequitur deinde conclusio.) *Et ego non parcam Ninive civitati magna, in qua sunt plus quam cõtum viginti millia hominũ* ? q. d. multò majori mihi jure dolendum fuerit de hominis interitu, quem velut arborem fevi, plantavi, excolui his ipsis manibus.

I6 Et certè videtur Deus hoc argumento usus, q̃ efficacissimũ quõdam sibi visum fuisset ad comprimendam vel durissimi pectoris indignationẽ adversus hominũ genus, cum illud sibi à Iobo proponeretur; In me faciẽdo laborasti; tua industria, & manuũ labore, excolendiq̃ solitudine incrementa accepisti; fecisti enim ut crescerem modis omnibus; tua familiaritate, & consuetudine usus sum, quando mecum eras secreto in tabernaculo meo, id que diutissimè; & mihi tandem nõ parces? ita ne me præcipitabis? arefcere, confumi, corrodì, putrescere patieris? ita ne mihi paras vermes ascensu diluculi, cum visitas me diluculo, & subito me probas, repenteq̃que precipitas? Hujus argumenti vim atq; usum observarunt deinde Prophetæ ad Deum placandum, *Isaiæ 46. Nunc Domine pater noster es tu; nos verò lutum; & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. ne irascaris Domine satis, & ne ultra memineris iniquitatis nostræ. Ecce respice, populus tuus omnes nos. & Sap. 11. Misereris omnium, quia om-*

nia potes, & dissimulas peccata hominum propter penitentiam, diligis enim omnia qua sunt, & nihil odisti eorum, que fecisti. Quare hac tandem ratione & argumento quasi revinctus Deus ait *Isai. 46. Ego * feci, ego feram.*

Secundò amplificatur vis, & acrimonia sententiæ ex illo verbo *Plasmandi*, propter studium & amorem, quem indicat in artifice faciente, & quem supra adductus Ambros. sapienter observavit; Quis cum homine exoptulat: *Si Deus majori quodam studio te creavit, cur ipse tu studium derelinquis?* Hanc igitur manuũ operationem ad creatoris charitatem pertinere, Basi. quoq; & Theo. illo Psa. loco docuerunt; intelligunt enim per *manus* affectũ, atq; adeo cum utramque Deus manum adhibuit, totum etiam suum affectum in hominis creationem videtur contulisse, nõ cum fixisset in homine cor suum, eò manus quoq; contulit. atque is amor ex labore illo faciendi crescit. ut enim Philosophus docuit. 9. *Ethi. Quæ cum labore facta sunt, magis diligunt omnes; beneficium autem accipere sine labore esse constat, cõferre verò beneficiũ est difficile.* inde fit ut beneficia qui contulit, amet posita in eo, cui præstita sunt; ipse verò qui accipit, frequenter sua ipsius bona contemnat. docet præterea idem Philosophus: *Quoniam unusquisque proprium opus amat, fit consequens, ut ipse artifex multò ardentius amet suum opificiũ, quam ab ipso opere amaretur, si opus esset sensus, & intelligentia particeps.* adde etiam ex eodem Philosopho naturale esse: *Vt sicut in mutuis, illi qui debent, eos non esse volunt, quibus debent: qui verò mutuarunt de salute debitorum curam etiam habent. Sic sanè & qui beneficium contulerunt, volunt illos esse quibus contulerunt.* at in hominis creatione nõ solum quibusdam Deus hominem beneficiis afficit, sed totus ipse homo, quid quid est, Dei opus atque beneficium est. quare dum homo in sua conditione beneficium dicitur accepisse à Deo, non aliud, quàm se ipsum totum in circuitu accipit; non potest igitur Deus odisse ea, quæ sunt, & quæ ille fecit, cum quidquid sunt Dei opus, & beneficiũ sint. perinde enim apud Sapiẽtem est, *diligere ea qua sunt, aut nihil odisse eorum qua fecit.* Hoc in faciendo homine studium, operam, & sedulitatem cecinit David *Psal. 138. Non est occultatũ os meum à te, quod fecisti in occulto* (id est, *oc-*

Isai. 46. 4.
* Yo lo sufriré y sobre llevaré, pues q̃ yo lo hize.

I7
Plasmare studium, & amorem affect.

Ambros. supra Basilium. Theodor. Manus Dei, quid.

Aristot. lib. 9. Ethic. cap. 7.
Beneficia plus diligit qui contulit, quã qui accipit.

Propriũ opus quisque diligit magis quã artifex à suo opere amaretur.

Sap. 10. 25. & 11. 25.

Sap. 10. 25.
Studii & sedulitas in cõdendo homine.

Psal. 138. 14.

nitate, omniumque partium, carnis, cutis, facultatumque aliarũ constitutione ornasti, & composuisti. ideo subjungit statim) *Et substantia mea in inferioribus terra.* Hieronymus juxta Heb. *Imaginatus in novissimis terra.* quasi acu pictus in recõdita, & ab omnium conspectu abscondita naturæ officina. id est, in materna alvo. nam hæc appellat *Inferiora terra*, ut aliquando diximus.

Sed tamen in ipsis Dei manibus, quibus homo formatus est, videtur ea creatoris charitas relucere & ardere. nõ cum ut superius diximus, liceat per *manus* intelligere Dei verbum atque præceptum suæ voluntatis, & amoris indicem; tum etiam *spiraculum vitæ*, id est ardentem illũ spiritum, & flatum ex inflammato pectore emissũ (his enim duobus verbo, & spiraculo constitit hominis creatio, & vita) certè perinde erit dicere: *Manus tua fecerunt me.* ac si diceret, summa charitate, & studio accensus me creasti. Pro hujus verò eluciadtione observandum est, sua bonitate & bene de suis creaturis merendi studio impulsum Deum creasse omnia, & oris sui spiritu illis vitam substantiamque restitisse; quare cum *Emittit spiritum, creatur omnia, terra, & facies innovatur.* cum igitur benefacit creaturis, respirat Deus, & trahit spiritũ aperto ore. conjungit enim cũ nostro bono suam respirationẽ, quod perinde illi per jucundum est, ac creaturis necessarium, & utile. cum verò Deus hominem creavit, immisso in illius faciem suo illo spiraculo vivifico, se profectò recreasse visus est; respiravit enim tunc & acquievit. quare licet illa Dei respiratio, quasi laborem afferat & lassitudinem, ut quæ conjuncta sit cum operandi labore illo, quem supra diximus, sed quia in hominis bonum cedit, nõ tam labor & molestia, quàm recreatio quædam, & laboris operisque relaxatio censenda est. Neque id alienum est à Dei natura; nam non raro dicitur Deus *log. animis* aut *patien*, quod in Hebræo est, (*erec apaim*) id est, magnus latiusque naribus; quæ à natura dantur, ut magnam spiritus copiam inspirantes, & expirantes, cordi calido & æstivanti subvenire cõmodè possint. illum autem Dei præcordiorum pectorisque ardorem non solum ex latitudine natium colligere licet, sed ex illustri etiam *Isaiæ 63.* testimonio; *Vbi est multitudo viscerum tuorum, & mi-*

*serationũ tuarũ? super me continuerunt se? viscerum autem nomine periti cum Galeno medici, cor, pulmones, præcordia, vitalia omnia comprehendunt, quæ sedes affectuum, & misericordiæ præsertim sunt magnam igitur pectus, latæque præcordia cum corde quõdam æstivante, & ardente conjuncta sunt, cui necesse sit recreationis & refrigerationis gratia non solum magna copia reciproci spiritus, sed etiam magna frequentia respirationis. cum autem respirat Deus, emittitq; spiritum, ingenti homini bona confert. frequenter igitur & assidue homini benefacere naturale Deo est, jucundum etiam, perinde atque viventibus respirare. At, è contrario si Deus cohibeat spiritum, & intermittat respirationem, abibunt profectò in nihilum cuncta, quæ non nisi beneficio & munere spiritus illius consistebant, & sustinebantur. Hinc illud est; *Auferes spiritum tuum, & deficiet, & in pulverem suum revertetur.* Spiritus enim, quo creaturæ vivit, nomen habet ex sua causa efficiente & inspirante; dicitur etiam *spiritus Dei.* & *Isaiæ. 53. Non in sempiternum litigabo, neque isque ad finem irascar, quia spiritus à facie mea egredietur* (id est, abibit, discedet, non cõparebit in meo ore spiritus vivificans res inferiores; id est, non inspirabo) & *statu ego faciam.* id est, meo spiritu sustineo, atque vivifico res omnes vitam, & spiritũ habentes. q. d. *Ego occidam, & ego vivere faciam.* cũ quo facit illud *Iob. 34. Si direxerit ad eum cor suum* (indignantis est adversus aliquem) *spiritum illius & flatum ad se trahet.* id est, non emittet spiritum, non respirabit; cohibebit pectore animam) *deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem revertetur.* hoc itaque posito, ferè eadem est *Iobi querimonia, atque sententia, quæ Isaiæ: Vbi est multitudo viscerum tuorum? super me continuerunt se? cùm me spiritu tuo feceris in animam viventem, & quasi respiras cum summa animi jucunditate jucundissimam mihi vitam contuleris, nunc continere vis animam, & intercludere spiritũ tuum, ut spiritu ego & vita intercludar? certè id facere non poteris sine ingenti pectoris dolore & æstu; nam interclusa respiratione cor & præcordia natura sua ardentia exurentur. sic sanè evenisse *Gen. 6. Scribitur; cùm enim deleturus esset hominem, quem formaverat, à facie terre, dicitur Deus: Tactus dolore cordis. quasi***

Isa. 36. 15. Galen.

Deus respiras benefacit mortalibus.

Deum cohibere spiritum in malum.

Isa. 75. 16.

Deut. 32. 39. Iob. 34. 14. 51.

Isa. 63. 15.

Gen. 6. 6.

19 Subtilitas in opificio, tertia ratio movenda commiserationis.

Gene. 1. 11. 24.

Verf. 20.

Casus, & ætate Adam, ad Iobi calamitatem per quandam allegoriam accommodatio.

Gene. 1. 26.

Verf. 28.

Psal. 8. 7.

Gene. 3. 23.

Iob. 2. 8.

Psal. 8. 7.

20

Qua ratio exoranda divina, miseracionis Greg. Nyssen.

ex inflammatione & ardore proveniente. Tertio, ex operis arte, & singulari, subtilitate crescit vis & acrimonia interrogationis; nam si non propter aliud, at certe propter mirificam subtilissimi operis tenuissimi que artificii rationem, videbatur homo immortalitate dignus. Sic sane cum aliarum rerum productionem causis inferioribus demandasset Deus, videlicet arbores & bestias terræ; quasi res minoris artis, Dixit enim Deus; Producat terra herbam, & lignum, & animam viventem; Pisces vero & aves, aquæ, cum dixit; Producant aque reptile & volatile. at hominis formationem suis ipse obivit manibus; instar perfectissimi pictoris, qui, quod vocant; campum, arbores, bestias in exercitatis interdum picturæ tyronibus permittere solent; sed os, vultumque imaginis atque reliquas nudi corporis partes, quod summa industria & arte depingunt, suis ipse manibus elaborat. ita Iob ait: Manus tua fecerunt me. Quod summa arte à te elaboratum est, propterea que immortalitate postulare videbatur, tam subito deles atque destruis? tu etiam; Quod in primo homine subtilissime aptissimeque à te dispositum est, in me infectum esse vis; atque perturbatum? illum enim Regem constituisti, ut præfesset; eunctis; sobolis promissione crexisti; Crescite & multiplicamini; bonis omnibus cumulasti: Omnia subieci sub pedibus eius. at in me mearumque rerum perturbatione incredibili videre profecto licet, hominè à tanta felicitate repente præcipitatum; ejectum è paradiso voluptatis; confidentem è regione illius, & quasi extra muros sue civitatis jacentem in sterquilinio, & terra obfita spinis, atque tribulis; affectum morbis gravissimis, & jam ad mortem certissimam destinatum; nudum; ipsis etiã brutis animantibus invisum. cum me igitur, tam studiose prosequutus fueris bonis omnibus statim à mea creatione, cum mihi subjeceris oves, & boves, atque imperium tradideris longè augustissimum, nullius tui præcepti vel incuria, vel transgressione me innocentem plectis, exulare cogis, & comminata morte in incredibilium ærunarum baratrum agis præcipitem?

Tandem hujus sententiæ vis crescere posset ex consideratione finis, quem sibi proposuit Deus in creando homine; nam ut argutè differit Gregorius Nyssenus de hominis opificio, creavit Deus hominè,

ut haberet, cui faceret bene, & de quo affiduis muneribus præclare mereretur. tu etiam ex ratione imaginis divinæ, quæ insculpta est in homine, tam subtili artificio, ut pereunte homine, divina etiã imago dissolvatur; instar illius Atheniensis Minervæ, in cuius medio clypeo suam ipsius imaginem constituit Phidias tanta arte, ut non prius Phidiam, quàm Minervam destrueres. Sed ne longior hujus loci commentarius ad præclara multa contententes nos remoretur, hic non ulterius hærendum.

IX. Memento, queso, quod sicut lutum feceris me, & in pulverem reduces me.

Table with 2 columns: 1. Beneficium creationis. Memoria beneficii collati jucundior, quam accepti. 2. Deum oblivisci, in malis, Recordari in bonum. 3. Quod alius limus, ex quo formatus homo est. 4. Hominis corpus formatum esse ex pulvere, & aqua temperatis. 5. Variarum partium testimonia. Cæci nati illuminationis similis prima hominis conditionis. 6. Subtilitas humani corporis opificii. Illustratus Isaias. Quid vasa samia. 6. Fragilitas humani fragmenti. Lutum, quod vile & immundum. 7. Deus singularis, aut statuarius altarum etiam rerum præter hominem. Membra humani corporis, fragmenta. Illustratus Zacharias. 8. Mors hominis consumpto humido. Pulvis symbolum feceritatis. Quomodo homo pulveri similis.

INTER V M beneficium creationis revocat in memoriam; confirmatque se Dei opus esse firmo quodam argumento, ne dissimulare ulla ratione Deus velle videatur, se illius esse auctorem. Ego (inquit) lutum sum; ergo me ipsum egomet fingere aut formare non potui. Lutum enim figulo, & formatore indiget; juxta id Isai. 45. Numquid dicit lutum figulo suo: Quid facis, & opus tuum absque manibus est? id est, ut quidam explicant; Minimè dicere poterit; Ego sine manibus formatum evasi, neque tua opera & arte indigui. ergo inquit; Si tuam operam, & impensam in me condendo oblitus es, at ce rtememinisse debes me lutum esse, neque alterius quàm tuis manibus effingi & formari potuisse. Tum etiam ut Deo flagellanti occurrat jucundissima memoria beneficii pristini. licet enim beneficii meminisse debet qui accepit, oblivisci qui contulit, tamen sapienter Arist. docuit multò jucundiorè existere beneficii memoriam conferenti,

Deus creavit hominem, ut haberet cui beneficeret. Genes. 1. 27.

Atheniensis Minervæ effigies.

I Beneficiū creationis.

Isai. 45. 9.

Jucundissima memoria beneficii collati Arist. 7. Ethic. cap. 7.

quam

Formula Dei placandi.

Exod. 32. 13. Deut. 9. 27. Iai. 13. 29. Ibre. 3. 18. Exod. 32. 12.

2 Quando dicatur Deus oblivisci, quoad Recordari.

Psal. 9. 19.

I Reg. 1. 11.

3 Gene. 2. 3.

LXX.

August.

Tertull.

quam accipiet; sicut memoria boni honesti multò jucundior est, quam accepta quondam utilitatis; cōferre autem beneficium, honestum est; accipere, utile. hoc cum probè nosset sanctissimi viri, ea deprecandi, & Deum placandi formula, & conceptis verbis utuntur; Recordare Domine, &c. Rem expressam in Exodo, videas cap. 32. Cum enim ad divinam indignationem mitigandam sic deprecaretur Moyses; Recordare Abraham, Isaac, & Israel: subjungitur deinceps; Placatus Dominus est, ne faceret malum, quod locutus fuerat adversus populum suum.

Memento queso. Post longam oblivionem recordare tandem. Tunc dicitur oblivisci Deus, cum hominem permittit ærumnis, & morbis vexandum; tunc vero meminisse, cum eripit, & sublevat, quasi meminisse Deus, quæ illius benignitas est, minimè possit, quin statim homini propitius fauceat. Pla. 9. Quoniam in finem (non perpetuo) oblivio erit pauperis; patientia pauperum, non peribit in finem. quasi precetur, ut meminere aliquando Deus; sic divinæ recordationi & memorie rerum mortalium tribuuntur accepta beneficia. i. Regum. 1. Recordatus est Dominus Anna, & concepit. exemplaria multa passim occurrunt.

Sicut lutum feceris me. hinc videtur sumptisse vulgatus interpres quod Genes. 2. dicitur: Formavit Deus hominem de limo terræ. nam limus, est lutum aut cœnum mollius. eo autem loco in Hebræo, & Septuaginta tantum est: Formavit Deus hominem pulverem de terra. quam etiam lectionem Augustinus retinet, 6. & 7. de Genes. ad litteram. cap. 1. quàmquam 2. de Gen. contra Manichæum, limum illum agnoscat; & legat. Formavit Deus hominem de limo terræ. Tertullianus libro de resurrectione carnis; Limum de terra. Irenæus lib. 5. caq. 14. Limum de terra accipiens Dominus, plasnavit hominem: sapienter redditus est limus, nam indicatur illo Gen. loco formatum fuisse hominè depulvere temperato & permisto aqua, ex quibus fit lutum. postquam enim scripsit Moyses: Fons ascendebat irrigans universam superficiem terræ. continuo adjunctum, formavit igitur Deus hominem de limo terræ. si ve enim fons ille verè fuerit è terra scaturiens, atque exudans; si ve vapores excitati è terra, aut leviores nubeculæ in nocturnum rorem concreverint, quibus terra perfunderetur, ex terra certe made-

facta. Deus finxit hominem. quod ergo non omnino claris disertisque verbis in Gene. dictum est, aperte & explicatè docet Iob. Et cū ad creationis opus manifestè respexerit Christus, cum Cæcum narum illuminavit, ut ex Augusti. Cyril. Chrysof. Ambros. superius adduximus, fit consequens, ut lutum ex sputo & terra; referat lutum illud primum ex pulvere, & aqua temperatis.

Sed quid res hæc non omnino certa videbitur alicui. & quidem Toletus Cardinalis in annotatione 7. ad cap. 9. Ioan. scribit, huic luto, id est terræ & aquæ cōmixtionem repugnare vocabulum Hebræum (Ghaphar) quod pulvere significat, & inde verbum (Ghiphar) id est, pulverem spargentem quo lectio Hebræica; & Græca consentit. Ergo existimat totum hominè dici, ut lutum, quia ex corpore & anima conficitur; sicut lutum ex aqua & terra, at materiam, ex qua homo fit; esse terram, non lutum. quare & ad hunc locum nostrum, & ad similes alios, in quibus cum luto cōparamur, respondere possit; integrum hominem luto esse simile; at corpus, & materiam soli terræ. Verum lutum ad corpus solum referri debere, vox illa limus non obscurè ostendit. limus enim, non est sola terra. terra autem est præcipua & abundantior pars limi, & luti, ideo limus, nunc pulvis, nunc terra dicitur. Sic Aug. 7. de Gen. ad Lit. Corporis materia, hoc est humida quædam terra, quæ in carnis versa est qualitate. Sic quoque Chrysof. Homil. 56. in Ioan. dixit lutum, quod ex aqua aut saliva fit; nè lutum pro sicco pulvere accipias. Athanas. in Regula de virgin. servanda. Sic legit locum illum Gen. Finxit Deus hominem: lutum de terra. Basil. Homil. 11 Hexa. Cum verbum Formandi, aut plasmandi ad corpus refert, ait: Congruè ad canum sive lutum plasmatio, aut signentium refertur. & Nyssen. 2. orat. 2. Formare congruit luto. Quamobrem formata est caro. Sic Nazian. oratione 51. corpus appellat Lutum, qua ratione ab anima secernitur. sunt hujusmodi sextæta, quæ ex patribus possent congeri. Sed, illud in præsentiarum addendum hanc limi expositionem, id est cōmixtionem ex aqua & pulvere constitui à Theologis tanquam indubitam. cum D. Thom. 1. part. q. 91. atque illam variis rationibus confirmant, quas dilucidè, eque ac breviter explicat noster Gregorius de Valètia

9

Toletus Card.

עפר

עפר

Augustin. Chrysof. Athanas. Basil. Nyssen. Nazian.

D. Thom. Gregorius de Valètia.

in

in suis Theologicis disputationibus. sed de voce Græca, atque de re tota iterum verf. 10.

Rem hanc primamque ex luto, & limo hominis originem sepe respicit uirpāt- que sermo facer, cum Deū vocat *figulum*; nos verò *lutum*, aut vasa testea. cum quo etiam congruit illud *formandi* verbū Gen. 2. quod in fonte est (*Iatsar*) quod est formare, fingere, aut aliquid efficere opere figlino. hujus rei meminerunt Isai. ca. 45. & 64. Jeremia. 18. Paulus Rom. 9.

Ex hoc verò luto & figlino opere potest Iob rursus quasi admonere Deum admirandę illius subtilitatis in formando humano corpore; nam cū quædā ex sola terra produxerit, arbores, & bestias; quædam ex sola aqua, ut pisces & aves; hominē; qui summa quædam est reliquorum animantium, ex terra & aqua temperatis produxit. Facit etiam ad hęc artificij subtilitatem, quod Philo scribit: *Non ex quavis terra parte sumpta humo videtur Deus hanc humana specie statuam formare voluisse, sed selecta undequaque optima, ex pura materia purissimum excolasse accuratē, quod maximē ad hoc opus aptum erat.* tum etiam illud, quod à Cypriano, & Augusti traditur his ferē verbis; Hebraicum Adam in Latino interpretatur caro facta, eò quòd ex quatuor cardinibus orbis terrarum pugno comprehendit, sicut scriptum est: *Palmomenus sum calum, & pugna comprehendit terrā, & formari hominem ex omni limo terra.* Vel quidem poterit admonere eundem providentię, & curę, quam luteum vas caducum, & fragile suo jure à suo auctore & figulo postulare potest. in quam rem est ille Isai. locus ca. 45. atque ea ratione congruētissimus cum nostro instituto, quòd de populi erumnis à Deo nō nisi paterna benevolentia immisisis, & procuratis, ab homine verò patienter tolerandis totus sit. *Va qui contra dicit factori suo.* (dixi non semel illud *contradicendi* verbum forense, & ut ita dicā, cōtroversariū esse, de testat itaque homunctionis audaciā, & temeritatē adversus suum conditorem.) *Testa de Samiis terra.* quāvis enim ex tenuissimoluto summa arte & industria elaboratum sit, luteum tandem vas est. Fortē enim ad vasa Samia, quæ aliquando preciosissima & laudatissima fuerunt, respicit noster interpres. de hujusmodi enim figlino opere scribens Plinius lib. 35. ca.

12. ait: *Inter vasa terrena Samia in esculentis laudari.* hęc ex creta in Samio Thracię in sula egregiē fabricabantur, & propter tenuitatem frangebantur multò quā alia facilius, uti illud indicat Plaut.

Scis tu, ut confringi vas cirò Samium solet? Cum quo facere potest leſtio Septuag. *Quid melius feci, quā lutum figuli?* Cyril. & Procop. legunt * *faciens meliorem, composui lutum.* Sed quoniam in Hebræ. tātūm est. *Testa de testis terræ.* profectò videtur interpretes Samium non tam pro precioso vase, sed pro vilissimo quocumque accepisse, ut Samium appellativum nomen sit, non proprium. Sic enim Nonnius Marcellus *Samiū*, p̄ testa sumit ex auctoritate Lucil. Saty. 14.

Et non pauper uti Samio, certòque catino. Et Plaut. *Batiolis bibunt; nos nostro Samiolo poterio. Tamen vivimus.* Ait igitur: *Testa de testis*, aut *Samiis*, nihil peculiarius habens, quā alia testæ. addit verò Isai. Numquid dicit lutum figulo suo, *Quid facis?* (q. d. Ita ne fictile vas figuli artem vituperet, & figulum accuset, contemnēsq̄ue dicat. Qualem mihi formam inducis? nam rudis & impolita figura satis ostendit me nullius boni artificis, sed inepti cujuspian compactum manibus; & opus tuum absque manibus est) id est, rude ac impolatum me efficias, ut sine manibus factum videar, vel sine ansis & solito ornatu vasorum; ærumnis videlicet affectus populus divinam providentiam criminabatur) *Va qui dicit patri, Quid generas? & matri, Quid parturis* (idē, videlicet est esse factorem, aut fictorem & formatorem luti, ac esse parentem) *Hac dicit Dominus sanctus Israel, plastes ejus; Ventura interrogate me* (ironicòs accipe, vestrum scilicet est, me de meo officio cōmonere, & quid de meo opere statuenēdum à me sit interrogare) *Super filios meos; & super opus manuum mearum mandate mihi.* q. d. satis per se mihi: curę sunt opera manuum mearū.

Præterea hoc dum dicit Iob, poterit etiam admonere Deū suę imbecillitatis, quę tot tamque graves ictus. tolerare minimē possit, quin penitus cōteratur. Leniūs igitur atque benigniūs secum agendū. Psal. 102. *Quomodo miseretur pater filiorum, miseretur est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognovit figmentum nostrum: recordatus est; quoniam pulvis sumus.* q. d. dissimu-

Plant. in Barchid.

* Al mejor de llos lo hize de barro.

Procopius Cyril.

Noni. Marcel.

Lucil. Saty. 14.

Plan. in Stich.

Isa. 45. 9.

Ps. 10.

Ps. 11.

6

Lutei hominis imbecillitas.

Pf. 101. 14.

lat certe, & connivet Deus ad plerāque peccata propter penitentiam; neque miratur; ut qui noverit fragilem, levem, luteam nostram, immundāque originem. id enim *lutum* significat, quod leve, vile atque immundum est. uti ille dixit.

Neque perjurior, neque peior alter vsquam est gentium, Quā herus meus est, neque tam luteus, neq̄ tam cæno collitus.

7 Sed observandum est, cū Deus dicitur *Figulus* formans è luto hominem, perinde esse, ac si diceretur, Statuarius. nam cū homo dicitur *vas luteum*, non est intelligendum esse vas ad aquam, vel vinum infundendum, sed esse rem, aut artificij luteum (*una pieca de barro*) cujus modi etiam est statua lutea. Quare quòd dictum est de *Agro figuli* empto in sepulturam peregrinorum *triginta argenteis*, quibus Christus Dominus venditus fuerat Zach. 11. *Appenderrunt mercedem meam triginta argenteos, & dixit Dominus ad me; Projice illos ad statuarium.* qui idem est eo loco, qui figulus; nō qui ex ære statuas cōstat; sed qui ex luto; hūc in quā locum de Deo ipso Hierony. atq; Rupertus interpretantur; id est, Projice argenteos in domo figuli, id est in tēplo Dei, qui est figulus & statuarius formans ex luto hominem. ille enim qui te finxit, qui tui animi & corporis dignitatem, & pretium probè novit, judicabit indignissimum esse, tam vili te pretio divendi. eadem etiam translationis ratione hominis membra dicuntur *Figmenta*, ex luto videlicet. ut infra, cap. 17. *Membra mea* (Hebræ. *Figmenta mea*) *in nihilum redacta sunt* Psal. 32. *Qui finxit sigillatim corda eorū.* & ab operis perfectissimi creatione, aliarum etiam rerum dicitur Deus figulus, aut fictor, aut plastes, ab eadem radice, *Iatsar*, Amos. 7. *Fictor locustæ.* Psal. 94. *Siccā manus ejus formaverunt.* & Psal. 103. *Draco iste, quē formasti.* & Psal. 138. *Dies formabuntur.*

Cur Deus dicitur figulus, aut statuarius?

Matth. 27. 7. 10.

Zech. 11. 12.

Hier. Rupertus

Membra humana corporis figmenta. Iob. 17. 7.

Psal. 32. 15. Deus aliarum rerum, præter hominem, figulus.

7

Amos. 7. 1. Psal. 94. 5. Psal. 103. 2. Pf. 138. 76.

8

Et in pulverem reduces me. Ut iterum de mulcere possit suum judicem, revo care videtur in memoriam interminationem illam mortis homini factam, *In pulverem revertaris.* imò cū Iob prius scripserit suum librum, quā Moyſes quinque lib. legis, illā etiam mortis sententiā Iob non sumpsit ex Genesi. potuit autem Moyſes in Iobo legisse; erit ergo sententiā; Non deprecor mortem; scio enim statutū semel, & irrevocabiliter esse moriturum

hominem; sed ne tam citò moriar illud tandem precor.

In pulverem. Fortē alludit ad naturam luti, quod, si humorem habeat, facile compingitur, & subigitur; ut enim philosophi dicunt, humiditas corpora continuat & unit, siccitas separat, & dissolvit. quare cū cōsumpto humore exiccatur lutū, abit & solvitur in pulverē. pulvis enim siccitatis symbolū est; unde ad sterilitatis & siccitatis aplificationē dictū est Deu. 28. *Det Dominus imbrem terra tua pulverem; & de cælo descendat super te cinis.* utrumque siccissimū: id est; Non solum non perfundet Deus terrā tuā imbre, rore vè cælesti, verū etiam mirabiliter augebit inlità terræ ariditatem. ita Iob inquit; Sapienter, & industriē me contēperasti ex terra & aqua, ut cōpingi & formari possem; nūc autē areo exuctus totus, atq; confectus, & insito illo nativòque humore penē destitutus ab eo sanè in pulverē, dissolvor que totus. Hic autem pulvis est, *aphar*, levissima, supremāque terræ pars; quæ duo indicat. Alterum; vilissimā esse humani corporis originē ex levissimo pulvere, qui omniū pedibus teritur, & frequenti conculatione atteritur, & attenuatur, *quem projicit ventus à facie terra,* & ludibrio habet; nunc huc, nunc illuc jacatur; omnibus mutationibus expositus; qui levissimò negotio separatur à terra, & dispergitur; non enim intimè illū terra continet; sic sanè homo non adhæret terræ radicatus, sed sustinetur solum à terra, quasi imposititiū onus, depositura quidē, & dimissura facile. Alterū, ut tenuitas etiā humani corporis significetur, nā aliarū bestiarū corpora crassiora sunt, & carnes longè duriores & cōpactiores, ut quæ nō de minutissimo & tenuissimo pulvere, sed de crassiori & duriori terrę parte formatæ fuerint.

Humiditas corpora unit, siccitas dissolvit.

Pulvis symbolū siccitatis

Deut. 28. 24

7

Hominem esse pulverem, quid indicet.

Pf. 1. 4.

X. Nonne sicut lac mulisti me, & sicut caseum me coagulasti?

1. An de prima hominis conditione, à verò de naturali propagatione accipi hac sententiā debeat.

Formare pro cōprimere. 2. Mulgere in Hebræo quid. 3. Quid Fermentata humus, ex qua Adam dicitur à Iosepho formatus. 4. Quid coagulare ex sacris & prophanis. Illustrati Moyses, & David.

2. Diverse interpretandi rationes. indicatur optima Hominis prima creatio similis formationi casei.

I De quana ho-
minis procre-
atione accep-
debeat ista se-
tentia

Augustin. su-
per Ps. 118

Act. 17. 29
Ier. 1. 2
Psal. 138. 15
Psal. 21. 11

10
*Naci en vue-
stras manos,
vellas me pu-
sero cala bo-
ca el pecho d-
mi madre.

2
Africanica,
Cypri. Cister.

Olymp.

Optima in-
terpretatio &
ratio mulgen-
di.

Scripturarū
sanctas &
mundities

Hominis for-
matio similis
casei forma-
tioni.

Ere interpretes omnes tā Græci, quā Latini hanc cum aliis sequentibus senti-
entis ad naturalem hominis propaga-
tionem, & generationem interpretantur;
quæ etiam Dei opus & beneficium est, si-
cut prima hominis formatio. & rectè; nā
ut Augustinus ait, *Nihil de genitoribus, aut
de seminibus nascitur si ea non operetur Deus.*
sic ergo naturalis hominis generatio ip-
si auctori naturæ tribuitur in sacris lit-
teris, juxta id Act. 17. *Dei genus sumus;*
in ipso enim vivimus, movemur, & sumus. & Ier.
1. *Prius quā te formarem in utero.* & Pl. 138.
*Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in
occulto.* & iterum. *De ventre matris meæ Deus
meus es tu.* & nativitas etiam infantis simi-
li ratione eidem tribuitur. *Tu es, qui extra-
xisti me de ventre, spes mea ab uberibus matris
meæ, in te projectus sum ex utero.*
Iuxta hunc sensum aliqui nimis emul-
gent hæc verba; volunt enim propter de-
fensionē seminis paterni ex omnibus cor-
poris partibus dici corpus humanum mul-
geri, quasi lac; propter constipationem &
congelationem materiæ, quam mater sub-
ministrat, dici *coagulari, sicut caseum.* sed
certè in hac interpretandi ratione non
potest teneri unius translationis cursus
unus; nam sperma paternum non tam ha-
bet similitudinem lactis, & materiæ con-
densandæ, quàm coaguli, quod densat
sanguinem maternum; quare cum liberè
permittat Olympio. in Catena hanc sen-
tentiam accipi vel ob eam corporis hu-
mani formationē, quæ in utero fit, & ob
spermatricam rationem, vel obtenuissimā
portionem sumptam è terra, quæ quasi
coagulo in prima formatione densata, &
coagmenrata fuerit; hanc partem cæso
elegantè cum antecedentibus cohærere
& pulchrè respondere primæ Adami ex-
luto formationi; tum nequid immūdi vi-
deatur apertis, & sine circumlocutione
verbis dici in Scriptura sancta, atque pu-
rissima; tum quia nihil similius casei for-
mationi & compressioni, quàm luti & ar-
gillæ subactio, dum statua lutea tracta-
tur manibus atque effingitur. Premitur e-
nim etiam caseus manu, exprimitur serū,
figuratur, comprimitur, apprimitur etiam
ingenti manuum & brachiorum nisu ca-
seali. Non aliter *limus* aut *lutum*, ut forma-
ri & effingi in statuam possit, exprimitur
comprimitur, subgitur manibus: Illa au-
tem prima *lactis coagulatio*, ex qua alii trā-

lacionem duci vole-
ant, tantum abest, ut
manuum operam desideret; ut potiùs ma-
nibus omnino attingenda non sit. præte-
rea ipsum verbum fingendi & formandi
luti, significat consequenter arctare, com-
primere, angustari, quia luti formatio fit
compressione quadam. à quo verbo dici-
tur Iudic. 2. *Vehementer afflicti sunt;* arctati.
& Psal. 117. *De tribulatione* (angustiis, & cō-
pressioni) *invocavi Dominum.* Sic ergo præ-
clare in hunc sensum conspirant verba
mulgendi, & coagulandi: nam *mulgere*, quod
in fonte est, *nathac*, significat stillare, fun-
dere, conflare, rigare, & in hoc tantum lo-
co redditum est ab interprete *mulgere*:
quo significare voluit idem, quod emolli-
re, vel fusile, aut fluidum aliquid facere,
aut quasi fusile aliquid conflare, *hazer v-
na cosa blanda, corriente como de fundicion.* vi-
delicet rem aridam & duram rigando,
vel perfundendo, aut alia ratione liquefa-
ciendo emollire. Quare cum Iosephus pri-
mam humani corporis formationem des-
cribit, ait factam *ex humo fermentata.* licet
autem apud Latinos *Fermentare terram*,
non oporteat, ut fiat perfusione, aut com-
mitione aquæ, sed, quacumque ratione
mollior, & velut inflata, & tumida redda-
tur, dicatur fermentata; tamen verbum
Græcum, quo utitur Iosephus *Phyro*, vel
Phyrao, proprie significat, terram aque mis-
cere, perfundere, rigare. unde dicitur *Phy-
rama*, massa farinæ subactæ, & aqua macera-
tæ ad panificium. qua etiam voce, atque
eadem significatione ait Paulus Roma. 9.
Massam figuli. & similiter Roma. 11. & 1.
Corint. 5. & Galat. 5. Exod. 9. 3. & quidem
vox etiam illa Græca *conia*, idem signifi-
cat, videlicet non solum ficcum, & va-
gum pulverem, aut calcem, antequam ex-
tinguatur, verum etiam calcem subactam
opus tectorium jam præparatum, & ma-
ceratū. idēque est, *Chus*, qua voce in Gen-
vūtur Sept. sententia igitur Iob hæc erit;
Tu primū madefecisti lutum, macera-
sti & emollivisti argillam, ex qua me for-
mares. est enim idem verbum Exodi. 9.
Nec ultra stillavit pluvia super terram. & 4.
Regum. 22. *Conflaverunt* (fuderunt) *servi
tui pecuniam.* Non aliter igitur; Ego for-
matus sum, quasi ex coagulato lacte mol-
lissimo mollis caseus. vel ut respiciat ad
primam illam luti compressionem, quæ
manibus fit, cum humor exprimitur
res omnino simillima coagulationi lactis

Formare in
Hebræ. quid

Ind. 2. 15
*Vieröse en
grāde aprie-
to

Psal. 117. 15

3
Mulgere
quid in He-
bræo.

303

Ioseph. 1. ant.
c. 2.

Puzo
buzao

Rom. 9. 31. c. 1.
1 Cor. 1. Chor.
5. Gal. 5. 8

1001 a

2005

Exod. 9. 33
Reg. 22. 9.

Nam

4
Coagulare
quid

Exod. 15. 8
Sopho. 1. 12
*Detuvieröse
las olas y ela-
ronse

*Cō vuestras
manos amafa-
stes el barro,
esprimistes el
agua, y en-
ellas me dexa-
stes quaxar, y
elaz.
Gellius lib. 12.
cap. 1.

Puzo
buzao

Rom. 9. 31. c. 1.
1 Cor. 1. Chor.
5. Gal. 5. 8

1001 a

2005

Exod. 9. 33
Reg. 22. 9.

Primi homi-
nis formatio
minuatim de-
scribitur.

Nam cum lac primò densatū agitur,
tunc certè bona feri parte expressa ad ul-
teriore deinde compressionē, quæ ma-
nibus fit, preparatur. igitur *mulgeri lac*, erit
non solum materiam reddidisse mollem,
sed etiam expressisse atque extraxisse co-
piam superflui humoris, ut ex uberibus
mulgendo elicitur.

Verbum autem *coagulandi* est, *Kapha* &
& hoc tantum loco redditur ab interpre-
te *coagulare*; cum tamen ab ea radice dixe-
rit Exodi. 15. *Congregata sunt abyssi in me-
dio mari.* quasi stupefactæ conglaciarent.
& Sophonia. 2. *Visitabo super viros defixos*
(coagulatos, concretescentes, hærentes) *in
facibus suis.* ita etiam *caseus* post compres-
sionem manuum, & acceptam figuram du-
rescit, concretescit, atque firmam & constā-
tem formam retinet; quam etiam induref-
cendi rem Hispanus verbo *coagulandi* sig-
nificare solet, atque etiam unionem & cō-
positionem partium Latini coagulationē
appellant. uti Gellius lib. 12. c. 1. dixit. *Vin-
culum illud; coagulūque animi & corporis.* igitur
Iob res omnes minutissimas, quæ in
hominis formatione intervenerunt, revo-
cāt in memoriam, quo omnem oblivio-
nis suspensionē auferat. eritque multò ap-
tior similitudo cum eiusmodi casei for-
matione, qui non fit in caseali, sed tantū
manibus, cuiusmodi illi caseoli fiunt, qui
affando sunt.

XI. Pelle, & carnis vestisti me: os-
sibus & nervis compegesti me.

1. Humani corporis prima formatio minutatim ex- pressa.	2. Partes humani corporis quo discrimine à Deo.	3. Miracula attemperata e- tiam rerum naturis.	4. Quid vestire, quid cōpin- gere.
---	--	---	---------------------------------------

Alii in primo illo sensu, quem supra
indicavimus, ajunt sigillatim hęc des-
cribi embryonis formationem in matris
utero; nam paulatim succrescit caro, den-
satur pellis, in durefcunt ossa, distinguitur
nervi, & arteriæ, atque iūter primā femi-
nis officia, ut ait Albertus, est circumdu-
cere totam materiam formadi foetus. pel-
le & cute, ne evaporentur tenuiores spiri-
tusioresq; partes. Sed in altero illo, quæ
præposuimus, sensu indicatur ita esse per-
actam humani corporis formationem, ut
lutea illa hominis statua nō solū haberet

externā humani corporis formā, atque fi-
gurā, sed omnium etiā mēbrorum, interna-
rūque partiū distinctionem, concinnita-
tē, constitutionem, quā postea vivens ho-
mo habiturus esset. mollior itaque fuit
pars illa luti cōvertenda in carnē; dērior,
& durior, quæ in ossa; terrior, & levior, quæ
in cutē; flexibilior, quæ in nervos: mollis-
sima, quæ in medullas; reliquarū denique
partiū organizatio in corpore luteo præ-
celsit, ut deinde cōmodissimè ac oppor-
tunè induceretur in materiā preparatā ra-
tionalis anima, quæ verissimè esset, *Actus
corporis, physici, organici, potentia vitæ habentis.*
in quā rem egregiè facit, quod à Galeno
in descriptione partiū corporis humani
scriptū est, ubi ex eo cōmendat artificii
naturę in humano corpore, quod nō so-
lū externū sit, ut illud Polycleti opus, sed
internū; & in profundo; videlicet non so-
lū expoliēs externas partes, sed etiā inter-
nas oēs, abditissimas corporis, & animę
officinas: nā illud tadē ultimū est & ma-
ximè internū, quod statuarius facere pōt,
linguā, non viscera, ut indicatur Baruc. 6.
Lingua ipsorū polita à fabro. & deinde va-
cua omnique artificio interioribus destituun-
tur, ut eodē loco dicitur; *Corda eorū dicun-
tur elingere serpētes, qui de terra sunt, dū come-
dunt eos.* D. Hilarius super id Ps. 118. *Manus
tua fecerūt me.* sic ait; *Itā sumitur pulvis, & ter-
rena materies formatur in hominē, vel prepara-
tur, & ex alio in aliud opere. ac studio artificis
expeditur.*

Sed ne rem hanc sine sacro alio aucto-
re dicamus, certè elegatè atque disertè
re ipsam cecinit D. Alchymus lib. 1. d. pri-
morū parentum creatione. ex quo nō nul-
la depromemus, que rem hanc elucidēt,
atque cōfirmant. sic illo inter alia;

*Temperat humentem, consperso pulvere limū,
Moliturque novū dives sapientia corpus.
Non aliter quā opifex dicitur urno exercitus usū
Flectere laxatas per cūctā sequacia ceras,
Et vultus cōplere rudēs, aut corpora gypso
Fingere; vel segni speciem cōponere massa.
Sic pater omnipotens viciturū protinus arvum
Trahat, & in lento meditatū viscera ceno.
Dein arcem capitis sublimi in vertice signat;
Flexilis arctatur recavo: sic lingua palato;
Exim succiduum porrecto in corpore pectus
Spargit ramosas post brachia fortia palmas;
Succedit stomacho medius, qui tegmine molli
Intèr utrumque latus format vitalia, venter.
Incipit, & vastos compāgibus addere nervos*

Ar. 2. de Ani-
ma.
Galen.

Baruc. 6. 7

7. 19
Hylar in Psal.
118. 75

2
Alchy. lib. 1. c.
4. 5. 6. de primo
rum parentum
creatione.

Ll 2

Spina

Spina rigens, crebris inter commercia nodis;
 Diffundit duplicem costarum & ordine cratē.
 Pars interna novae vitae formatur ad usus;
 Vivificum primum cordi vitalia tegmen
 Naturale parant plagam ne sentiat ullam;
 Massas, congestis pendens absconditur extis,
 Additur & tenui pascendus ab aere pulmo.

Persequitur deinde omnes internas corporis partes pari elegantia. & praeculdu- bio de prima illa luti formatione, & praeparatione loquitur, antequam homo vivere inciperet, ut mox confirmabimus versic. sequente.

Itaque antiquum semper fuit auctori naturae, ut rem, quoad fieri possit, accomodatē ad ipsam naturam sine miraculorum multiplicatione, miraculose licet, efficiat. propterea enim terra, ex qua formatus homo est, rubra argilla erat, ut similior esset carni, & cuti, nec non sanguini, in qua statim convertenda esset; unde nomen habuit Adam, ab adama, id est, terra rubra, quasi dicas, argillosum, vel rubrum. rursus hanc terra appellationem habet à verbo Adam, quod est rubere, aut flavescere; quam etimologiam agnoscunt Iosephus lib. 1. Antiquitatum cap. 2. Hieron. de interpretatione nominum Hebraicorum, Gregor. lib. 13. moral. c. 30.

Quod autem dicit: *Vestisti*, proprie est operuisti, aut circumdediti; namque pelle & cute, vestis instar, vestiuntur & proteguntur interiora animalis, quae non videntur.

Compegisti. Septuagint. Vaticani; *Conseruisti*. Complutenses. *Conseruisti* q. d. innexuisti me nervis, & partes omnes colligasti. proprie ex Hebraeo, protexisti, compunxisti; non solum tegumentum externum, sed externa quoque munimenta, quibus totam copagem contineres, & fulcires, tribuisti: hoc enim verbum alibi vertitur ab interprete *Tegere, protegere, abscondere*; Quare illud videtur esse Psal. 138. *Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto*. quasi dicat, Non celarent quae sua natura latentia, & occulta sunt; vel; tuam providentiam, atque sapientiam non fugerunt ossa, neque ossium membra nulla, quae nullius oculis patent.

XII. *Uream & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodivit spiritum meum.*

1. Divina providentia in conservando humano situ. Vita pro anima. Explicatus David.
 2. Tribuere quid in Hebraeo. quomodo prima homini comunicata vitalis respiratio. Explicatus Moyses. Vita cur plurali nomine dicatur in Hebraeo.
 3. Quid misericordia, quid misericordiam facere, tribuere, dare.

4. Misericordia, largior beneficentia.
 5. Preponitur questio, an Adam corpus prius tempore formatum fuerit, quam anima infusa.
 6. Eligitur pars asserens, & variis testimoniis confirmatur.
 7. Satisfit objectionibus, & explicantur D. Tho. & Nyssenus.
 8. Quid visitatio
 9. Quid custodire. Deus custos, & pastor.

Procedit jam ad beneficium acceptae vitae & animae. Et quidem, qui de formatione foetus reliqua interpretatur, hoc quoque ad eandem sententiam pertinere existimant, ut Polychro. qui illud valde mirabile censet, quod in tanto humore fluitans, non intra uterum infans extinguatur; nam videtur profecto foetus in materni uteri angustiis, & tenebris, velut in sepulchro & mortis tenebris jacere. dicente David, dum de sua formatione loquitur, *Substantia mea in inferioribus* (locis caliginosis, & mortuorum statione) *terra*.

Sed nihilominus leniter procedit nunc quoque illa nostra expositio, de vivificatione illius luteae statuae. Quare vitam sumere videtur methonimicos pro anima, cujus illa est effectus; sicut è contra non raro anima accipitur pro vita, causa videlicet pro effectu.

Quod autem ait, *Tribuisti* in Hebraeo, proprie est; *fecisti, & concinnasti vitam, & misericordiam mecum*. ab illo superiori verbo faciendi ornatè & compositè. nam anima, aut forma, est materiae ornatus, species, & decor. Septua. *Vitam & misericordiam disposuisti apud me*. quasi; debito loco & ordine mihi vitam contulisti. affinius cum illò Genes. loco. *Formavit Deus hominem de limo terrae, & inspiravit in faciem ejus spiraculum vitae*. q. d. non solum animam rationalem creavit; sed etiam spiravit in nares ejus spiraculum aut halitum vitae; illa enim fuit aptissima & naturalis dispositio, ut cum nares sint instrumentum vivendi, id est respirandi, primum illud signum infundendae animae; & vivificandi hominem daretur insufflando in illius nares spiritum respirationis; quare juxta Hebraeos, Aquila, & Symmachus dixerunt, *In nasum ejus*. quare vita pluraliter

I
 Quid custodire.

Deus custos, & pastor.

Polychron.

Psal. 138. 15.

Vita pro anima.

2
 Tribuere quid in Heb.

LXX

Gen. 2. 7.

in He-

3
 Miracula respondentia naturae.

Etimologia nominis Adam.

אָדָם

אָדָם

Ioseph. 1. ant. cap. 2. Hieron. Greg.

4
 Vestire,

LXX. Vaticani. Complutens.

Quid compingere.

Psa. 138. 15.

חַיִּים

Cur in Hebraeo. Vita, nomen sit plurale.

3

D. Thomas. Misericordia quid.

1. Job. 31. 18.

Cajeta. Misericordiam tribuere, aut facere quid.

Mich. 7. 20.

Jer. 16. 13. LXX

Jer. 41. 12.

Psal. 88. 14. Criso. Olymp. Polychron.

Divina providentia in custodiendo humano foetu. Psal. 38. 13.

4

Misericordia, uberior beneficentia. Genes. 21. 23. Exod. 15. 13

Gen. 2. 15. v. 19. v. 18. v. 17.

in Hebraeo dicitur quasi secundum formam dualē, quod duobus nasi foraminibus quorum utroque recipitur anima, respirare debeat. quāvis alii nihil peculiariter illa forma plurali, quā vitam judicari existiment. illa ergo fuit apta dispositio, & subtilis, artificiosaque vivificatio.

Et misericordiam. D. Th. sic intelligit; Vir tutum quaedam seminaria mihi tribuisti, & praesertim misericordiam. quā sibi innatā ipse Job fatetur. c. 31. *Ab infantia crevit mecum misericordia: & de utero egressa est mecum*. cui posset favere proprietatis exemplaris; *Misericordiam fecisti mecum*. Cajetan. autem intelligit liberum arbitrium; alii alias animae sensitivae potētiās, & facultates. Sed quidē misericordiam homini tribui à Deo, est sanè misericorditer, benignè, benevolè cum illo agere; summa cura atque providentia illi consulere; est enim illa quae tribuitur homini, Dei largientis, & beneficientis misericordia; quod alia ratione dicitur *facere misericordiam cum aliquo*; aut mittere misericordiam ad aliquem. sed eleganter etiā dixit interpres, *Misericordiam tribuere*, vel dare, ex Scripturae consuetudine. Micheg. 7. *Dabis veritatem Jacob, misericordiam Abraham*. Ierem. 16. *Non dabunt vobis requiem*. Septuagint. ex Hebraeo. *Non dabunt vobis misericordiam, & c. 42. Dabo vobis misericordias, & miserebor vestri, & habitare faciam vos in terra vestra*. è contra verò dicitur *auferre misericordiam ab aliquo*. Psal. 88. Hanc autem Dei misericordiam. Chryf. Olymp. Polychr. considerat in custodiendo infante in clufo intra angustias alvi maternae. quod videtur etiā observasse David, cum dixit; *Suscipisti me* (liberasti quasi ex ingenti discrimine & vitae periculo) *de utero matris meae*. de quo paullo ante diximus.

Sed certè hinc, sicut & aliàs saepe misericordia est beneficentia uberior, & benevolentior beneficentia collatio; ut Gen. 21. *Iuxta misericordiam, quam feci tibi, facies mihi*. Exod. 15. *Dux fuisti in misericordia populo, quem redimisti*. summa adversus eum indulgentia usus fuisti, cum illum duceres. est igitur haec Iobi sententia; Non solum homini vitam dedisti, sed ingētibus beneficiis locuple tisti, cum luti bonis omnibus, quae ad vitam, honorem & rem vitam necessariā pertinebant. Postquā enim creavit Deus hominem extra paradysum, tulit eum, & posuit in paradiso; & adduxit ad eum caetera animalia; dedit adiutorium simile sibi; regem & princi-

pem universis aliis creaturis praeposuit; fructuum dulcissimorum, atque uberrimorum copiam ingentem concessit illi in cibum, una tantum excepta arbore; denique misericordiam illi tribuit.

Sed his, quae diximus, unum objicis; videri nos asseruisse corpus primi hominis prius fuisse ex luto formatum, & praeparatum quā in illud anima rationalis à Deo creata induceretur. quod sicut cum nostra hujus loci interpretatione mirifice cogruit ita repugnare videtur gravissimorum Theologorum sententiae, asserentium non prius corpus formatum fuisse, quā animam creatam, atque infusam corpori. sic docet D. Th. 1. par. q. 9. a. 4. Nyssenus de hominis opificio. c. 29. disertè scribit neque animum ante corpus, neque corpus ante animum conditum, ne secum ipse dissidere videatur homo, tanquam in diversas partes, ob temporis in harum ortu discrimen, divisus. tum etiam ne conditoris potestas non omnino videatur perfecta; propterea quod operi universo simul absolvido non suffecerit; ideoque operum quasi interruperit. idem tenent Chartus. Gen. 2. Dur. 2. d. 12. q. 2.

Verum non quidem omnino necessarium est ab hac sententia discedere, ut nostram tueamur; possumus enim cum Scriptura loqui humano modo, & ordine, quae vocant, non temporis, sed naturae; quae enim corporis sunt atque materiae, praeparationem quandam, praeviamque dispositionem ex propria ratione asserre videntur, quāvis re ipsa eodem temporis momento cum anima existendi principium habuerint, & ita praecessisse significatur.

Sed ne in angustias vllas comprimamur, non solum non respuo, sed lubens etiam admitto, atque amplector, quod in objectione proponitur; prius videlicet tempore formatum fuisse à Deo luteum Adae corpus, quā creatam aut infusam animam. in quam sententiam concors ferè est sanctorum Patrum chorus. sic docet Augustinus. 1. Retract. cap. 19. Chrysostom. hom. 2. & 12. in Genes. Cyrillus lib. 1. in Genes. cum ait, *Finxit statuam de limo, & subinde rationale animal illud fecit*. Hilarius Psal. 118. quem superius adduximus. clarissimè Cypri. epistola. 64. parum post medium *Ante* (inquit) *eum plasnavit, & eum insufflavit flatum vitae; sicut procedit baptismum, ante manuum impositionem*. Dio-

5
 An corpus prius hominis prius fuerit à Deo formatum, quam anima infusa

D. Thom. Grego. Nyss.

Durand. Chartus.

Prima respondendi ratio

6
 Corpus Adae prius fuisse formatum, quam creatam animam, quomodo intellegendum

August. Chryso. Cyril.

Hylar. Cypri.

Diod. Lypom. D. Bonav. Hugo. Prosp. D. Alsh.

Diodorus, quæ affert, atque sequitur Lypom. in Catena. Bonav. 2. d. 17. q. 3. hanc partem censet securiorē, & Scripturæ conformiorē. idem profectō sentiunt Hugo de sancto Victor. Dū ait corpori præparato Deū infundisse animā; & Prosp. par. 1. de prædict. c. 1. quod formato de terra homine Deus inspiravit &c. elegāter D. Alchimus Avitus. c. 6.

Postquam perfecta jacuit novitatis imago, Formatumque lutum speciē pervenit in omnū Vertitur in carnem limus, durat aque in ollis; Inferitur venis sanguis, vividoque calore Inficit ora rubor, toto tum corpore pallor Pellitur; & nives depingit purpura vultus.

Gennad. Abulen. Ferus Cathar. Huncal. Castr. Greg. Valen.

Eidem sententiæ subscribunt Gennad. Abul. Ferus, Cathar. & Huncala Gen. 2. Alphonfus de Castro libro. 2. contra Hæref. verbo Anima. Hæref. 3. neque lōgē ab est noster Gregorius de Valentia. 1. p. dif. pu. 7. q. 1. dum existimat minimē esse illum cogitationem absurdam, qui putant fieri potuisse, ut ex limo fieret hominis effigies in modum statuæ, ex qua Deus verū corpus humanum formaret, illam videlicet in hominem transformando. atq; si quid facere potest (potest autem non parum) illa statuę locutio, certē frequentissima est inter Patres Cyrill. Hil. Niss. Philo quoque sic appellat lib. de opificio. Deus humana speciē statuam formare voluit. Cū hoc quoque facere potest non omnino spernendum testimonium ex lib. 4. Esdr. c. 3. Dedisti Adam corpus mortuum, & ipsum figuratum opus manuum tuarum erat, & insuflasti in eum &c. accedit illud Sybillinum oraculum cū pater ad filium sic loquitur;

Nunc ego curabo manibus; tu denique nostrā Effigiem verbis, ut opus cōmune statuamus.

Et quidem cū rem hanc indicent ipsa verba Genesis, neque ulla sit in sensu absurditas, accipi oportet, ut sonant.

7 Objectio. Genes 2 7

Sed obstat (inquis) quod dicitur; Formavit Deus hominem de terra. atqui homo non est sine vero & vivente corpore, neq; vivens corpus sine anima, non prius igitur formatū corpus, quā homo viveret, & quā crearetur anima. Rectē; si homo non posset appellari ampla quadā dicendi ratione, illa ipsa lutea statuam transformada postea in verū & viventem hominem. sic explicat August. lib. 5. de civit. c. 23. exemplūque simillimum affert, ex corpore mortuo, quod homo dici solet.

August. Explicatur Greg. Nyss. & Thom.

At saltem D. Tho. & Gregori. Nyssenus

(quorū utriusq; nemo sapiētis studiosus debet esse nō studiosissimus) suæ sententiæ cōmodam explicationem postulant. sanē; atq; illa in prōptu est: disputat enim proculdubio adversus eos, qui vel animā ante corpus, vel corpus carneū & humanū ante animam præcessisse affirmabant: quorū utrumq; perabsurdū est; nam hæ partes invicē sibi respōdent, neque altera prius est, quā altera cōjuncta sit. at non ipsum perfectū & absolutū hominis corpus, sed informē, & rudē fœtum ante animā existere verissimū est, nedū nō absurdum. non aliter igitur, nihil habuit incōmodi, quod lutea statuam ante corporis ipsius humani ex vera carne verōq; sanguine constitutionē præcederet. Verā autē & non gratis excogitatum illorū Patrum sententiæ expositionē hanc esse constare poterit ex Damasc. lib. 1. de fide. c. 12. Neque verō imperfectio ulla creatoris est, quod non eodē momento effecerit universa, quæ ad hominē pertinebant; sicut quod mūdus sex diebus creatus fuerit, & cœlū & terra nō simul ornata, atq; cōposita, ut elegāter ostēdit Chry. citat. ho. 12

Et visitatio tua. Prop. præsentia tua, assistentia, cura, providētia. Philip. ait antiquos translatōres vertisse, inspectio: alii auxiliū, favor; eodē pertinent omnia. Nescio autē quare Hebræus apud Cajetan. legerit, Ordinatio tua; referēs hoc ad ordinationē divinę prædestinationis, quę servat hominē ab extremo damnationis malo. Et cū frequēter visitatio in malū sit; hoc loco in bonū est. de hoc quoq; dixim⁹ aliquādo.

Custodivit. Sūma solertia atq; diligētia prospexit, cavuit, observavit, ut solēt custodia, & excubiæ nocturnæ; tū etiā conservavit, & procuravit vitā, incolumitatē, ut solent gregū custodes, ne quid pereat, aut malē perdat, vel amittatur. Vt Gene. 2. Posuit eū in paradiso voluptatis, ut operaretur, & custodiret illum. & Ierem. 31. de pastortia cura & vigilantia adversus insidias luporū, Custodiet eū sicut pastor gregē suū. & simile est Luc. 11. Custodire verbū Dei; videlicet ne effluat, aut pereat oblivione, aut veniat diabolus, & tollat verbū de corde. cui refpōdet illud; Maria conservabat omnia verba cōferens in corde suo. videlicet tractās, & versans corde, & animo, ne per oblivionē, & incuriam effluerēt. Ergo inquit Iob; Tua misericordia, & vigilāntissima custodia nūquam me de seruit, custodivit diligētissimē

Damas. lib. 1. de fid. c. 12

8 חַדְשָׁה

Philip. Visitatio quid proprie Hebr. apud Cajetan.

9 Custodire quid proprie שמר

Genes 2. 15. *Que no lo perdieste, ni se lo quitas; sen por mal guardado Ierem. 31. 10 Luc. 11. 28

Luc. 8. 12

Luc. 2. 19

Gen. 4. 9

1. Reg. 28. 2

Deus pastor, & gregis custos Luc. 15. 5

Psal. 118. 176

nunquam à me oculos avertisti, in te mearum rerum rationem recipiens: hoc muneris nequaquam sibi demandari cupiebat Cain Gen. 4. Numquid custos fratris mei sum ego? & similiter. 1. Regum. 28. dixit Achis ad David; Custodiam capitis mei ponam te cunctis diebus. Regi ę videlicet custodia præfectū (Capitan dela guardia) Propterea, pro suo custodiendi munere ovem errantem quærat Deus, perditamq; postquam invenit, humeris impositam reducit ad caulas; quare suo ille jure postulabat; Erravi sicut ovis, quæ perit, quare servum tuum. mēque custodi.

XIII. Licet hæc celes in corde tuo, tamen scio, quia universorū meminervis.

1. Frequens Latinorum expositio. Quomodo Deus dissimulare videatur paternam indulgentiam in hominis supplicio. exempli, & figura ejus rei.

1. Peculiares aliorum lectio nes. & expositiones. 2. Cōmodissima interpretatio. Celare ad inimicitias dissimulatas referri.

I Latinorum expositio

Grego.

Iob in mediis supplicii sentit de Deo in bonitate.

Dei, cum se simular iratum, charitatis figura.

Gen. 42. 7

Universi Latini facillē sententiam hæc interpretantur; Videris certē benevolentiam hanc benignissimi animi, quā me prosequeris, nūc lōgē dissimilibus erga me operibus, severitate videlicet, & supplicii gravitate dissimulare voluisse; nō enim crediderim charitatem illam erga me pristinam extinctam esse, aut verō aliqua oblivione obrutam. Gregorius universa, non refert ad ea, quæ Iob cōmemoraverat, sed ad cunctos homines; Hęc cū ita sint, non potes non mei recordari, in quo creando, ornando, locupletando quondam tantū solertiæ & studii adhibueris. Vides Iobi eximiam pietatem, qui non potest in suū animum inducere, ab alienatum esse à se Deum, sed dissimulant tantū hæc ab illo fieri, quibus ipse tā graviter afficitur. Qua ratione se quondā erga fratres gessit Ioseph, qui cū esset fratrum amantissimus, & agnovisset eos, tamē quasi ad alienos durius loquebatur. quid, quod etiam finxit se adversus Benjamin, quem unicē diligebat, valde iratum? atq; illo amoris stratagemate capere & detinere conatus est puerum, cujus ipse plusquam fraterna charitate captus erat. Vide

re etiam licet representata paterna & indulgentissima Dei viscera, suppressa tamē, & quasi dissimulata, in Abrahamo stringente vibratēque gladium, filii sui unicē sibi chari jugulo imminentem. Sic ab illo verbo Celandi, justus dicitur celatus, vel absconditus, aut arcanus; quod celet Deus interim dum hęc vivitur, quātī illū faciat, & amet. Pl. 82. Et cogitaverunt adversus sanctos tuos. Hierony. ex Hebrę. Inierunt consilium adversus arcanum tuū. hinc dicitur iustus vitā abscondita cum Christo in Deo; Nō dum enim apparuit, quod erimus. Celat nimirum Deus, & dissimulat tantisper.

Qui ab ista frequētissima Latinorū interpretatione discedunt, inter se nō sentiunt. nam Cajetanus ad arcana sublimiæque Dei mysteria pertinere putat, quę Iobus hætenus cōmemoravit; quæ quavis apud Deū celata & recondita fuerint, tamen Iob dicat, sibi jam esse perspecta; nā ex Hebræo propriē legitur, Novi, quod hoc tecum. Tygur. de providentia interpretatur; Nec me fallit, quod hæc tuo nutu geratur. Ilid. Clar. de arcans judicis: Hęc sunt (inquit) arcana tua judicis. alii judicis illa intelligunt, cū Deus vult innocentē affligi.

Sed illud multō congruētius contextui totius hujus orationis, quod Eugubi. ex Hebræis profert, ut agat de celatis & in corde conceptis, dissimulatisq; inimicitiis cū Iobo, & nūc jam tā acerbis supplicii manifestatis & proditis. Vel; Siquid unquā admisi, quō tuę majestatis oculos offenderē, illius profectō te valde memorē exhibēs; nā vel multo elapso tēpore pristino quocūque errato pœnas repetis gravissimas. Celas interim patienter, suppressisq; conceptā adversus hominē vindictæ cupiditatē. Et certē verbū originale celandi, huic præsertim interpretationi favet; nūquam enim ad illā benevolentiam aut amoris dissimulationē accōmodatur. nō rarō verō ad inimicitias, & insidias occultas refertur. ut Prov. 1. Abscondimus te diculas. & ibidē; Moluntur fraudes. Cū hoc igitur rectē cohæret, quod sequitur; Si peccavi, & ad horā pepercisti mihi &c. sicut & cū præcedentibus facillē necitur lectio Septuag. quæ non parū ab Originali discrepat; Hoc cū habeas in te ipso scio, quia omnia potes, & nihil tibi evadit impossibile. q. d. Scio te creatorē esse ut qui omnipotēs sis, & scio te vitæ auctorem atq; opificem, conservatorem, & salvatorem, si velis.

Gen. 22. 10

Psal. 82. 4

Colos. 3. 3. 1. Ioan. 3. 2.

2

Cajeta.

Tygur.

Isid. Clar.

3

Interpretatio comm. dissimula. Eugubi.

*Antes muchos regalos, y me teniades guardado esto

Celare quid proprie

חַדְשָׁה

Prov. 1. 11

LXX

XIII. Si peccavi, & ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris?

1. Græci, & Hebraei dissen- sio à Latino. 2. Aliorum Hebraicantiu varia lectio & interpre- tatio. Severitas divina observationis Custodire quid Vnde inveterata o- dia Idumæorum ad ver- sus Israelitas. Illustratu- mus Iob.

Vulgari defensio cū Deus condonat peccatum, nos ab illo defendit tanquā ab hoste sævisimo. 4. Iniquitas pro pœna. Est etiam velut mē surasup- plicio implenda illustra- tus Nahum. 5. An hic de scrupulis lo- quatur Iob.

I Hebraicæ Vatabl. Pagnin. Cajet.

Dissentire videtur Latinus interpres ab Hebraeis, & Græcis propter partē illam, pepercisti, quæ in Hebræo est; Custodias me. Hebræi enim, quos citat Vatabl. & exprimit Pagnin, legunt; Si peccavi, in custodia ponas me. & ab iniquitate mea non mides me. Hebræus apud Cajeta. Custodias me, quasi dicat; Valde durum, nimiumque severum videtur, ut siquid peccaverim perpetuo me affligas, & carcere custodiāque arctissima detineas, neque unquam, peccati pœnas remittere velis. Possit etiā illa Hebraicantiu lectio quasi jurantis, & contestantis suam innocentiam, sententiā habere; Si peccavi, imprecor mihi durissimam custodiam, & nūquam mihi remissam iri offensam.

Aliorū varia lectio & expositio.

2 R. Abrah. Tygur. Regia. Eugubi. LXX Severitas divi- ne observatio- nis

Custodire. 727

Amos. 1. 11

Psal. 136. 7

tamē Iacob divina ordinatione servierit subripiēs benedictionē fratri Esau. neque verò unquā oblitus est Esau, ut futurum putaverat Rebecca Gen. 27. sed semper oderat. quare immortales fuerūt Idumæorum cum Israelitis inimicitie.

Vnde Idumæorum cū Israelitis inimicitia. Genes. 27. 41

Sed certē Vulgatus illud custodiendi verbum retulit ad protectionē, quā Deus hominē prosequitur, dū illi peccatū remittit. sicut enim superiori loco in bonū accēpit, cū dixit, Visitatio tua custodivit spiritū meum. ita & hoc loco accipiendū censuit, quasi Deus remittēs offensam custodiat hominē, defendatq; à peccato, hoste videlicet sævisimo. sic enim ab eadē radice dicitur Deut. 4. Custodi te ipsum. & 2. Reg. 22. * Custodivi me ab impietate mea. id est, Vitā meam servavi, atque defendi ab iniquitate mortifera. cū igitur homo in peccato est, morti, discrimibus omnib⁹ feris immanissimisq; hostibus expositus est; cū verò condonat illi Deus offensam protēgitur, defenditurq; adversum mortē, hostes, discrimina. ergo idē est dicere, Custodias me; vel, Pœnis mihi. his autē verbis præsentis tēporis, aliquando utitur Scriptura pro præterito; quare rectē interpret dicit, Pepercisti. cōmodē etiā explicatio- nis gratia addidit, ad horā; id est ad tēpus, exactā videlicet vitæ. non fuit condonatio delicti, nisi temporaria.

3 Vulgatus defensus, & illustratus Custodire ad divinam protectionē pertinere. Peccatum hostis sævus, à quo cū te mirritur, nos custodit Deus. Deut. 4. 9 2. Reg. 22. 24 * Guardeme de peccar como de u mortalcne migo

Cur ab iniquitate mea, id est, Cur non me cū agis tāquam cū innocētē à peccato; im- munē pœnāq; liberum cur nō declaras? hæc enim locutio ad supplicium & pœnā sæpē refertur. ut Nahū. 1. Dominus habēs furorē, & irascēs inimicis suis (id est, conceptā semel indignationē retinēs.) paties, & magnas fortitudine (videlicet, quāvis premat itā corde, & patieter interim expectet) & mundās non facit innocentē (illud mundare explicat per evacuare; Evacuās non facit innocentē. id est, implebit pœna & supplicio; non evacuabit debita cōmeritāque vindictā; est enim peccatū, quasi mensura pœnarū; sicut scriptū est; Pro mensura peccati erit plagarū modus. Et; Quāntū glorificavisse & in delictis fuit, date illi tormentū. sicut ē cōtra, virtutis & p̄teritis opus est mēsurā cumulanda p̄m̄io.) nullūque innoxiiu derelinquens. id est, nemini peccatori omnino pœnam condonat. alii explicant quāvis illi amicissimus & conjunctissimus, nemo est, qui alicujus pœnæ particeps non sit. vide etiam Exodi. 34. Est autem

4 Iniquitas pœna.

Nahum. 1. 2

3.

Peccatū, mēsurā implenda supplicio Deut. 25. 2. Apoc. 18. 7

Num. 14. 18

Exod. 34. 7

Iobi

Iobi querimonia ejusmodi, quæ ab homine tantum justo usurpari commodè possit, & minimè ab impio, quāvis tardè ad illius supplicium divina procedat ira. nam verbum pepercisti amplius aliquid afferre videtur, quā pœnæ dilationem: illud enim videtur dicere Iob; Si quid forte in adolescentia aberravi, sed tamen illud, quidquid fuerit, condonatum est jam, atque obliteratum, multis à te mihi amicitia; & benevolentia; signis exhibitis, sacrificiis oblati, frequenti venia; & indulgentia; deprecatione, multis ultrō citroque grati animi muneribus impensis. cur igitur nunc culpæ memoriā, pœnāque repetas?

Alii conantur rem hanc totam ad illos scrupulorum stimulos, de quibus supra egimus, revocare. q. d. Si peccavi, & peccati jam videor veniam, & animi tranquillitatem obtinuisse, cur nunc velis me iterum peccati conscientia & memoriā repetita quasi acutissimis aculeis. pungete atque exagitare; & quasi minimè condonati peccati reum peragere? sensum hūc indicavit Greg. qui ita explicat; Si culpam veniam abstulit, cur sanè & à memoria non detestis? Sed hic sensus, neque ab hoc loco postulatus est, neque omnino cohærens. vide quæ diximus cap. 3. ubi de Iobi scrupulis quæstionem instituimus.

5 An hoc referri possit ad scrupulorum ægritudinem.

Greg.

Iob. 3.

XV. Et si impius fuero, vae mihi est: & si iustus, non levabo caput, saturatus afflictione, & miseria.

1. Demissio capitis habitus penitentiam agentis. Illustrati Samuel, & Isaias. 2. Capitis elatio, ad superbiam. 3. Aliquando etiam ad vtoriam, explicatus David. 4. Capitis demissio ad erubescerentiam. 5. Capitis demissio ad gravitatem calamitatis referri. Illustrati David & Salomon. 6. Particula vae, quid significat in sacro sermone. 7. Saturitas ad animæ ventriculū refertur. 8. Quid afflictio. Ignis aut exustio, ad gravissimum quocumque cruciatū pertinent. & quare. Explicati Iosue, & Moyses. 9. Quid miseria.

I Iob. 9. 22.

VIDETVR suam innocentia tueri confirmando illam suam propositā sententiā: Et innocentem & impium consumit. Vt cumque (inquit) egero, etiam si me piissimis operibus exerceam, mala & ærumnas sustinere compellar. Sed non o-

mnino patet, unde nam illa levandi capitis trāslatio sumpta sit, aut quid propriè significet; quāvis in bonum debere accipi dubium non sit. est enim ex opposito depressio, aut demissio capitis symbolum hominis ingentem calamitatem sustinentis. Et primò quidem, habitus esse videtur hominis pœnitentiā agentis; cū enim demisso capite incederet Achab, dixit Dominus ad Eliam; Non ne vides Achab humiliatum? pro eo autem, quod habemus, Ambulavit demisso capite. Septuaginta habet; Et ivit. alii ex Hebræo; Incessit, aut Ambulavit sensum, aut pedetētim; instar lugentiū, & mœrentium. Kaldæus. Incessit nudis pedibus. qui omnes habitus sunt pœnitentium. sed Latinus interpres illum potissimum elegit, qui in capitis demissione consistit. in quo etiam alios contineri, aut intelligi significaret. vide etiam Isai. 58. Numquid tale est jejunium, quod elegi, &c. Contorque quasi circulū caput suū, & saccum & cinerem sternere? id est, deprimere, & incurvare caput, & in torquere cervicem instar hami recurvi. Sic enim in originali legitur. Et refertur etiam ad animi ægritudinem, atque mœrorem, qui cum facti pœnitentiā conjunctus est; ut Genes. 4. Cur cōcidit facies tua? poterit igitur dicere Iob; Quāvis nihil mihi conscius sum, at necesse est pœnitentiā agere, vel ignorati alicujus delicti, vel saltem humanam imbecillitatem peccatis obnoxiam profitendo. Sic etiam Iob de se dixit; Idcirco ago pœnitentiā in favilla & cinere. Nihil noceret pœnitentiā egisse, si peccaverim, sive innocenter vixerim.

Levandi capitis trāslatio, unde.

Demissio capitis ad pœnitentiā agentem pertinet.

2. Reg. 21. 27. & 27. LXX. P̄ Regia, Chalda.

Isai. 58. 5.

Quid contorque caput.

Circulus pro hano.

Genes. 4. 6.

Iob. 52. 6.

2 Capitis elatio ad superbiam

* Si malo, non me yre alabādo; y si bueno Dios me hara, que no levante cabeça.

3 Attollere caput vincētis. Psal. 26. 5. Psal. 109. 7.

Psal. 15.

4

Demissio capitis, erubescens. Luc. 18. 13. Eccl. 11. 1.

Iob. 11. 15.

5

Capitis demissio ad gravitatem ærumnarum referri.

Psal. 104. 18.

August.

Psal. 3. 4.

Luc. 21. 28.

Cent. 2. 6 & cap. 8. 3.

Gen. 4. 7. Psal. 37. 7.

6

Greg. Particula vae, quid importet.

Cajetan. Vae, an ad extremam damnationem referatur.

in iudicio resurgere, neque levare caput; cadam profecto mea causa, cum innocentiam meam tueri voluero.

Quartò. Demissio capitis ad erubescèntiam pudibûdi ac mœrentis hominis pertinet; sic enim ille alius, neque audebat oculos ad calum levare. & è contrario elevatio capitis, ad honorem pertinet. Ecclesiast. 11. Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum confedere illum faciet. Sic etiam infra cap. 11. Tunc levare poteris faciem. hoc quoque dicere potuit Iob; Etiam si justus sim, non ideo plus dignitatis, & honoris habebò apud homines, neque minus injuriis & ignominia obnoxius ero; cum me ad eam vitæ conditionem deductum videam, ut vix audeã oculos aut caput attollere.

Sed quintò tandem, & fortè magis comòdè in rem præsentem, hæc capitis demissio referri potest ad ærumnarum pondus, quæ caput atque cervices miserimi hominis opprimunt, atque deprimunt. cujusmodi Ioseph erat, dum in carcere vinculorum & ferri pondus gravissimum pertransiret animam ejus, id est, tam gravipondere pressus respirare non posset. similiter hoc loco legit Augustinus: Si justus fuero, non possum respirare. ideoque gravissimis ærumnis affectus David dicebat Psal. 3. Susceptor meus es tu, & exaltans caput meum. quasi erigens, & sustentans caput, ne gravissimæ calamitati succumbam. quare suos erigere etiam Christus Dominus volens in extremis illis novissimorum tēporum difficultatibus, ait, Levate capite vestra. & dū urgebatur laboribus sponsa, caput habebat sponsi læva sustentatum. Læva (inquit) ejus sub capite meo. ne concidam, sed erectos semper ad sydera tollam vultus. Ergo inquit Iob; Etiã si justus sim, incredibilis tamen meo capiti incûbit acerbissimum moles; erigere caput non possum; concidit mea facies; incurvatus & contristatus ingredior. & rectè sensus hic congruit cum eo, quod sequitur: saturatus afflictione.

Elegans sanè est hoc loco Gregorii observatio, Impius (inquit) va habet; justus miseriam; quia aeterna damnatio reprobis sequitur. Hinc Cajetanus docet illam interjectionem sonare in Scriptura malum æternæ damnationis. Sed certè id tantum ex consuetudine Sacri sermonis colligitur, pertinere ad minas gravissimas, & in-

gentia mala; neque quidem voci Latinae, semper respondet eadem in Hebræo particula, nam aliquando est quasi dolentis, aut certè abominantis vel admirantis rem, supra quàm credi potest, detestabilem. ut Isai. 1. Vae genti peccatrici! id est: O mirabilè gētis peccatricis perveraciam, & impudentiam! sed hoc tamè loco particula (Alelai) dolentis & ululantis esse videtur. unde videtur sumpta illa Hispanorum interjectio (ay) à radice Alal, quæ significat ejulare, vel lamentari, aut ululare. quare ejusmodi cladè aut imminentem, aut aliquãdo futuram significat, quæ ingentis doloris atque lamentationū acerbissimarum materia futura sit, & cuius timore percelli, pungi quæ impius (nisi sensus expertus sit) deberet, atque ita lamentari quasi de se actum jam esset. non aliter atque Philisthæi 1. Reg. 4. post lætissimam victoriam inclararunt gementes, Vae nobis; quis nos salvabit, &c. actum de nobis est, interitus certissimus, adiutor nullus.

Saturatus. Saturitas hæc respicit animæ ventriculum, id est, appetentiam, aut appetitum, qui magnam ærumnarum & acerbissimum copiam vix potest concoquere; nauseat igitur, & appetit evomere, atque se ærumnis atque laboribus exonerare.

Afflictio verò est, idem quod còbustio; à verbo (Kalab) quod propriè torrere significat. & inde affligere, nam inter omnia cruciatuum genera ustio acerbissima est, ignisque ad agendum potētissimū. quare quicumque alii cruciatus, ignis, aut exustionis nomine ad amplificationem significamus. Sic etiam Jeremia. 29. dicitur ab hac radice: Ponat te Dominus sicut Sedeciam, & sicut Achab, quos frigit res Babyloni in igne. hi tamen non dicuntur combusti, sed lapidati Danielis. 13. illa enim acerbitas supplicii lapidationis, quæ gravissima erat, ignis & combustionis nomine aptissimè significatur. Ex quo illius fortè difficultatis explicationem, quæ in Iosue. 7. c. occurrit, petere possumus. cum præcipitur à Deo, ut quicumque in illo facinore anathematis deprehensus fuisset, combureretur igne. deinde verò qui inventus est Achan, lapidatus est. videlicet quia præceptum combustionis de lapidatione accipi posse intellexit Iosue, ut Augustinus asserit, quæstionibus in Iosue. Fieri etiã potuit, ut cum Iudas nulum suam Thamar adul-

Isa. 1. 4.

Hebræi characteres

Particula Vae, dolentis.

1. Reg. 4. 8.

7

Saturitas ad ventriculum animæ refertur.

8

Hebræi characteres

Afflictio quid propriè significat. Ignis omnes cruciatus significat.

Ierem. 92. 22.

Ios. 7. 15.

Augustin.

terii

Gen. 38. 24.

Ios. 8. 4.

LXX.

Pagnin. Regia.

9

Miseria propriè quid.

Iob. 26. 15. Psal. 21. 22. Isai. 34. 11.

terii accusatam comburendam præcepit. Genes. 38. Producite (inquit) eam ut comburatur. non aliud illud supplicium fuerit, quàm quod postea lege statutum fuit, lapidationis, ut dicitur Iosue. 8. Hæc mulier modo deprehensa est in adulterio, in lege autem Moyses mandavit nobis hujusmodi lapidare. supplicii igitur aut cruciatus genus quodcumque gravissimum, & acerbissimum, combustionis, dici potest. Hujusmodi igitur est qua Iobus se affici profiteretur, afflictio, còbustio, animi ægritudo urens, inflammatus dolor, cruciatus perurens. Quia tamè quod torretur, exugitur, & leve redditur, inde significat illa eadem vox, levifacere aut vilipendere. quare Septuaginta, pro afflictione, Opprobrium reddiderunt. alii ignominiam, aut contemptionem; alii contumelias. utrumque si conjungas, dicere poteris, afflictionem plenam opprobrio, & contumelia.

Miseria autem est, propriè humiliatio, & oppressio, qualis miserimi, & pauperimi hominis esse solet. quare est miseria cum extrema paupertate conjuncta, aut paupertas miserima. quæ vertitur angustia pauperis, infra Iob. 36. & Humilitas. Psalm. 21. à qua etiam radice dicitur Isai. 34. Pau-percula (misera, afflictio) tempestate convulsa, absque ulla consolatione. Ergo se Iob, miserum, pauperulum, tempestate convulsum, & absque ulla consolatione lamentatur.

XVI. & propter superbiam quasi leonem capies me, reversusque mirabiliter me crucias.

- 1. Vae Hebraizantium lectio.
2. Leona cuius speciei animalis appellatio Deus cui leona comparatur atq; Iob.
3. Quid attendatur in ista cum leone comparatione. Leo imperiosum animal.
4. De leonum venatione ex sacris, & prophanis.
5. Quid sit Deum reverti, cum homo affligitur. Leo non revertitur ad præda reliquias, quas semel reliquit. Explicatus locus Regum.
6. Iustus afflictus, mirabilis.

I

Cum volo contestari meam innocentiam, quasi in ea cogitatione superbiam, pœnas statim pœdo. sentio enim me tanquam ferocientem, superbientemque leonem paratis à te laqueis & retibus ca-

pi, constringi, implicari, & acutissimis dorum jaculis configi.

Propter superbiam. Hebraizantes variant; nam quia verbum, Gaab, significat crescere, augeri, extolli, superbire, ideo Eugubinus superbiam interpretatur, ingentem cum mulum, tumorem, incrementum calamitatum. Pagnin. Vatabl. Regia, Tygurin. Biblia Guarini, ad eundem ferè sensum, sed optanter legunt; Vtinam multiplicetur, augetur, crescat, invalescat dolor meus, ut jam omnino videar à tua potentia captus, conficiarque penitus dolorum jaculis. sed sensus nostri interpretis bene coherens est.

Quasi leonem. Sachal, non tam esse leonæ scemina nomen, quàm Leoninæ alicujus speciei, quem leopardum aliqui dicunt, leonem alii, superius scripsimus, cum de de hac voce diximus supra cap. 4. Sed quod ad sententiam attinet, in aliquibus Latinæ editionis codicibus, leana in primo casu est: qua etiam ratione accipiunt omnes Hebraizantes nuper adducti, tum etiam Chaldæus & Hebræus apud Cajetanum, ita ut cum leana comparatur Deus propter supplicii, justitiæque severitatē, quod effugere nulla vis humana possit, nam si semel Deus capiat prædam, illiq; incubet, quasi leana, quis illum suscitare, atque à præda detertere audebit? neque ea si militudo est inaudita in sacro sermone, cum scriptum sit Hoseæ. 5. Ego quasi leana Ephraim, & quasi catulus leonis domus Iuda. Ego capiam &c. & cap. 13. Ero eis quasi leana, & sicut pardus in via Assyriorum, occurram eis quasi ursa raptis catulis. Sed quidem illa est multò verior, correctiorque lectio, quam Biblia Vaticana retinet, ut leana sit appositum verbo capiendi; quam sequuntur antiquiores Latini, Gregori. & Philippus, & Septuaginta cum omnibus Grecis, qui legunt; Et capior sicut leo. testaturque Polychron. ex Hebræo legi; Si robustus fuero sicut leo, capies & opprimes me. comparat se igitur leoni, quem Deus multis irretitum calamitatum laqueis, multis etiam configat jaculis dolorum.

Sed quid in hac similitudine potissimum attendatur, non valde perspicuum est. nam Olympiodorus, & Polychronius ajunt, leoni se comparasse, ob prioris status sclicitatem & gloriam. nam superbium, & imperiosum animal leo est; regniæque potentia symbolum, ut supra

Varia lectio

Hebræi characteres

Eugubi. Pagn. Vatabl. Regia. Tygur. Guarin.

2

Leana certæ speciei leoninæ nomen

Hebræi characteres

Iob. 4. 10.

Chald.

Cajeta. Deus cui leana cur còparatus.

Gen. 49. 9

Hose. 49. 9 & 14. 7

Vatic.

Greg.

Philip.

LXX

Polychron.

3

Vnde sumatur ista cù leone similitudo Olymp. Polychr. Leo regniæ potentia symbolum.

cap. 5.

LXX

cap. 5. indicavimus. sed quod ex nostra at que Septuaginta lectione, Capior sicut leo ad occasionem, elici potest, hoc est, ut indicet se peti à Deo ad mortem. sunt enim quædã feræ, quæ non nisi mortuæ, & multis cõfixæ jaculis capi possunt; hujusmodi sunt apri, aut leones, quos venatores minimè curant vivos capere, propter superbiam, id est propter belluinam illam innatãque sèvitiam; hæ ergo feræ ad occasionem quærentur; conqueritur ergo Iob, quodd velut belluam quandam immanissimam illum Deus ad mortem exposcat. Hujusmodi autem venationis cruentę rationem atque modum graphicè infra describit. c. 26.

Sed de venatione leonum sic scribit hoc loco Gregori⁹; *Leana, cum escam catulis exquirat, inhiante in foveam captiois ruit. sic enim ex quibusdam regionibus fertur, sit in ejus itinere fovea, in qua pecus deponitur, ut illic se ejus appetitu projicere leana provocetur; qua angusta simul, & alta preparatur, ut in eam ruere ambiendo valeat, sed hanc sciendo nullo modo evadat. alia quoque fovea, qua priori cohereat, effoditur, qua tamen ei, in qua pecus est, extrema partis apertione conjungatur, in qua nimirum cavea ponitur, ut leana currens, qua desuper terroribus urgetur, cum quasi in secretiori parte fovee occultare se appetit, caveam volens intret, cujus jam sèvitia nequaquam pertimescit, quia jam clausi in cavea levatur. sic nimirum humana mens capta est, dum nutrire desideria carnis appetit, atque in deceptionis sue foveam cecidit.* Hæc Gregor. Certè Oppianus inter alias leonum venationes, fovearum meminit. & Pollux, capi leonem adultum difficillimè, non laqueis, aut pedicis sed machinamentis & dolis. Plinius quoque libro. 8. cap. 16. Capere (inquit) *Leones ardui erat quondam operis, foveisque maximè. principatu Claudii casus rationem docuit, pudendam talis fera nomine pastoris Gatuli sago contra ingruentis impetum objecto &c.* Sed quidè hujusmodi venatio per dolos & machinamenta minimè videtur indicari a Iobo sed potius per manifestam vim, & sævissimam jaculorum vulnera, ut supra indicavimus.

Reversusque mirabiliter me crucias. Hanc reversionem Polichron. ad conversionem vel commutationem sui status retulisse videtur. quasi non legat *conversus*, sed convertens, & commutans. quomodo Septuaginta etiam legunt, *Iterum commutans sæpe*

me perdis. & ferè eodem etiam adduci potest Augustini lectio; *Commutatus sævissimè crucias me.* Aquila, & Theodoti. *Reversus*, nam ex nostri status cõmutatione Deus, qui illum commutat, & convertit, dici solet erga nos commutatus, aut conversus. cujus generis illud est; *Deus, tu conversus vivificabis nos.* sed Augustinus in illa conversione repentinum casum, & subjectã calamitatem videtur agnoscere, quæ tãto molestior esse solet, quanto inopinatio; quasi dicat; *Vix discedit Deus, cum subito redit ad me cruciandum; sæpe, subito revertitur, cum aliquod à malis otium mihi dari credo, tunc repentino impetu imparatum adoriris.* Alii verò simplicius referunt ad sæpius iterata & repetita flagella doloris que nunquam intermissos, quasi dicat; *Vix uno cruciatio & dolore remittente, Deus iterum novum dolorem apparat: quod indicant Septuaginta legentes, Commutans sæpe me perdis.* quam supplicii repetitionem, & Dei punientis quasi reversionem exprimit locus ille. 4. Reg. 21. *Delebo Ierusalem, sicut deleri solent tabule, delens vertam, & ducam sapius stilum super faciem ejus.* ducitur enim atque reducitur stilus, ut scriptura aliqua omnino deleri possit, cera videlicet deterfa, & ad æquabilitatem reducta. illæ enim tabule, de quibus loquitur, ex levisimo lapide Alabastrite fiebant, cera obductæ, & scribendo parabantur; si clegant Septuaginta Vatican. *Delebo, sicut deleri solet Alabastrum.* quamquã alii non pro Alabastrina tabula, sed pro pyxide, aut vasculo accipi velint, ex proprietate Græci & Hebræi; quare legunt, *Purgabitur Ierusalem, sicut purgari solet scutella, aut patellæ, & verti in faciem suam.* quod est iterum atque iterum extergi, nequid sordium remaneat, & postquam purgata est inversa reponitur in abaco. sic etiam sæpius revertente Deo ad puniendum, nequis impurissimorum civium Ierosolymis remaneret, evertenda erat civitas. Quod si etiam ad leonis ingenium allusum esse velimus, non inelegans erit hujus loci amplificatio, præsertim si cù leone cõparetur Deus; leo quidem cù ex capta præda, id quod sibi suisque catulis opus habet, abstulit, nunquam revertitur ad reliquias, ut superius diximus, indicaturque illo Hoseę. 5. *Ego quasi leana, & catulos leonis, capiam & vadam, vadens revertar ad locum meum.* at severissimus erga me Deus

Augusti. Aquil. Theodo.

Psal. 84 7 Augusti.

Cõmoda hujus reversionis expositio & sententia.

LXX

4. Reg. 21. 13

LXX. Vatican.

Leo non revertitur ad prædã reliquias, quas se mel reliquit.

Hoseę. 5. 4

sæpe

6

Iustus afflictus mirabilis. Aquil. Theodor.

sæpe revertitur, ut vitę reliquias omnes consumat, & cum velut leo me capiat; nõ sicut leo, sæpe revertitur.

Mirabiliter me crucias. Paraphrasi vsus est Vulgatus, nam in Hebræo tantum est, *Reversus, mirabilis es in me.* Aquila & Theodoti; *Mirificasti in me.* sed juxta subjectã materiam sapienter interpres de incredibilibus cruciatiõibus dictum voluit. mirificum videlicet spectaculum fit homo, qui tam dira patitur, tam constanti, tamque invicto animo. Vide quæ supra in præfatione diximus. c. 1. n. 4.

XVII. Instauras testes tuos contra me: & multiplicas iram tuam adversum me: & pœna militans in me.

1. Instaurare quid. 2. Testes quos intelligat Iob. Calumniantes & pœna videntur testes esse alicujus peccati. Testificari quid in Hebræo. 3. Iob cupit suam causam accelerari. Quid testis velox apud Malachiam. 4. Multiplicare ad numerum & ad magnitudinem. 5. Pœna in Hebræo unde dicitur. Vnde etiam culter. varia lectiones. 6. Militare quid: Dolores & morbi Dei super mi imperatoris milites sunt.

I Instaurare quid.

וְיָגִיד לְךָ לְךָ

Symmach.

2

Testes qui hoc loco intelligi debeant. post. D. Chom. Lyra.

Perstat in eadem amplificatione sui doloris nunquam remittentis. *Instauras, re novas, vel novos testes inquires, vel prioribus testibus vinctam novam adversum me testificandi conferens.* ad utrumque enim apta est originalis vox *instaurandi*; *Testes tuos.* Septuaginta, *Inquisitionem meam.* id est examinationem meam vitæ, turpiter testes conquisis, conducis, acceris, ad forum & iudicium videtur pertinere; sic quoque transtulit Symmachus, *Instauras testes tuos, contra me arguens.* semper de mea vitæ quæstionem habes acerrimam; sæpe jam meam causam dictam; tu, illa sæpius ampliata; meę sententię expectatione suspensum tenes, neque conquisendis examinandis ve adversum me testibus ullus est finis.

Sed qui nam hujusmodi testium appellatione intelligendi sint, non est eadem omnium mens. nam Philipp. intelligit demones, qui testabant fore, ut Iobus in mediis cruciatiõibus Deo convitiaretur. Div. Thom. Lyra, Dionysius intelligunt am-

cos, quorum orationes innovatę & instauratę per vices sibi succedebant adversus Iobum, & concordi testimonio, improbitatis illum accusabãt. Sed Augustinus dolores ipsos & cruciatus testes esse dicit, legit enim; *Instauras in me tormenta mea.* atque idem est commentarius Græcorum Olympiod. & Polychron. atque post Rab. Moyf. & R. Abrah. Vatabl. Cajetani, Eugubini, Isidor. Clarii, Hugonis. supplicia enim & pœnę sicut solent esse peccati commites, ita etiam indices atque testes alicujus. adversus hominem sceleris non in cõmodè dici possunt; in hanc igitur rem testimonium accipio; nam longius petita videtur translatio, si ideo ærumnas & calamitates dicas esse testes, quod divinam iram adversus hominem testentur. sicut dixit Vatabl. & Isidorus Clarius; aut quod si ærumnis & calamitatibus homo non reddatur melior, testimonium dicant contra illum, esse filium iræ. juxta id Hebræi. 12. *Si extra disciplinam estis, cujus participes facti sum omnes, ergo adulteri, & non filii estis.* sic dixit Hugo. sed præstat ratio primum allatã, quam eleganter locupletat Polychron. in hæc verba; *Ad questionem me assidue abripis peccatorum meorum, partim quidem plagis & verberibus, nunquam intermittentibus adhibitis: partim verò meorum calamitatum appositis accusatoribus, impietatem mihi exprobrantibus, pœnasque à me repentibus.* Quod vero Pagn. Vatabl. Hebræus apud Cajetanum pro *tribus plagam* vertunt, minus recte faciunt. melius Regia, & Tygur. quę habent etiã testes. nam *Ghavad*, testificari est; aliquando prædari, aut diripere; quare potius illi legerent, *instauras* de prædationem, aut dirptionem.

Hæc verò cù loquitur Iob, non tam videtur de instauracione plurium testium ex postulare, quàm de sententię ferendã dilatione & mora, quod hujusmodi testificationibus atque eriminationibus per calamitates nullus statuatür finis, quavis sententiã mortis ferenda sit. tardum igitur testimonium sibi esse infestum significat, tam propter delationem criminis, quã propter dilationem sententię; atque similem quandam testimonii ferendi celeritatem desiderat, qualis Malach. 3. dicitur; *Ero testis velox maleficis, & perjuriis.* non diu differam supplicium, sed certissimi sceleris convictos nulla mora, extrema sententia damnabo.

Augustin. Dolores & calamitates testes dici, & quare Polychr. Olymp. R. Moyf. R. Abrah. Vatabl. Cajeta. Eugubi. Isido Clar. Hugo.

Vatabl. Isid. Clar.

Hebr. 12. 8.

Hugo

Polychron.

Pagn. Vatabl. Cajet. Regia Tygur.

וְיָגִיד לְךָ לְךָ

Testificari quid in Hebræo.

3

Vt Iob suam causam accelerari & confici optet.

Malach. 3. 5 Quid sit testis velox

Et mul

4 Multiplicare ad magnitudinem eius pertinere.

מכר

LXX Olympiod.

5

אין

Pœna unde dicitur in Hebræo.

Vnde dicitur gladius.

אין

Tygunim.

Cajer.

Regia.

* Andan mis tormentos a remuda cana dos de verme bivo.

LXX

Olympiod.

Polychroni.

6

Militare quid Math. 22. 7.

Luc. 17. 8.

Dolores & re- gitudines Dei imperatoris milites.

Iob 6. 4.

Et multiplicas. Tum ad numerum tum ad magnitudinem suppliciorum hæc multiplicatio spectat, ex proprietate vocis originalis. Septuaginta multiplicatione illam ad magnitudinem tantum adstrinxerunt, legentes; *tra magna mihi usus es.* quod Olympiodorus explicat, supplicium vehementer illatum. & licet quidem nulla in Deo iræ perturbatio sit, frequenter tamẽ de Deo loquitur Scriptura humano modo.

Pœna autem hoc loco dicitur à radice, *Chalaph*, quod proprie significat, succidere contere, perforare. quare pœna erunt contritiones, succisiones, perforationes, aut transfixiones. intelligitur ergo pœna, & dolores, qui conterunt, scindunt, transigunt, atque in intima pœcordia penetrant. Inde dicitur culter, aut gladius. qua propter dixit Tygunim. *Tua indignationis gladii in me.* quia verò quod perforat, & scindit, pertransit & mutatur de loco in locum, idẽ idem verbum significat, pertransire, aut mutari. ex quo Hebræus apud Cajetanum, & Regia legunt, * *Mutationes.* per quas intelligunt diversitatem ærumnarum, atque dolorum sibi invicem succedentium, & non nisi cum gravioribus aliis vices suas commutatiũ. Septuaginta communiori voce hæc omnia complectuntur, *Induxisti* (inquieti) *super me tentationes tuas.* quod ex proprietate Græcæ vocis, *Pirateria*, quæ eo loco subest, Olympiodorus mala ipsa interpretatur, quæ in illum expeditionem, irruptionemque fecerunt. at Polychronius, cætus, & agmina hostium & adversariorum, quibus traditus sit, ad perpersionem malorum omnium, exponit.

Militant. Me undique obsident, & oppugnant. in Originali, *Exercitus mecum.* q. d. *Misit Rex adversum me exercitus suos, ut me tamquam homicidam perdant.* sicut enim ille alius centurio militibus suis, ita Deus morbis atque doloribus, & universarum ærumnarum cohorti præcipit, & dicit *Huius, vade, & nãdit, & alloveni, & venit.* vel; ut militia hæc non solum exercitus sit, sed ordo, & institutio militum ex militaris disciplina præscripto procedentiũ ad præliũ, & sibi invicem succedentium; Perpetuò (inquit) oppugnetur doloribus, & ærumnarum serie, nunquam intermissa. Vide quæ supra diximus, cap. 6. verf. 4. Habent verò hæc omnia, ut Olympiodorus notat;

precationem, religiosamque mentem, cum iusta quadam conquestione, fletuq; conjunctam.

XXVIII. Quare de vulva eduxisti me? qui utinam consumptus essem, ne oculus me videret.

1. Verfus. 18. dilucida Pharaphrafi illustratus.	5. Finitre quid ex Hebræo. Illustratus Isaias.
2. Abortivus censetur pro non nato. Octimestris partus. Suggrundaria apud Latinos quid.	6. Quid dimittere. Explicatus David.
3. Nexus cum superioribus	7. Lachryma refrigerant animum quid refrigerare in Hebræo. Dolor vehementer lachrymas supprimit.
4. Amplificatio brevitatis humana vite, & cur di-	

QUAM igitur ob causam, vel cuius nam boni adipiscendi gratia natiuitatem meam adjuvisti? tu enim es, qui ex traxisti me de utero matris meæ, & in tantis periculis constitutum intra uteri angustias me tutatus es. natus enim in hæc molestissimam tot molestiarum & calamitarum pugnam expositus sum. præstaret profectò numquam vitæ, lucis ve attigisse primordia, quàm tot mala experiri, & in tuæ amicitia violata, quod mihi longè molestissimum est, suspensionem venire. *Consumptus.* prop. cum Sept. *Mortuus;* expirasset, defecissem. *Ne oculus me videret.* ne in conspectum hominum, lucemq; venirem: similes sententiæ sunt pleræque c. 3. unde istius explanatio, & illustratio petenda est.

XXIX. Fuissetem, quasi non essem, de utero translatus ad tumultum.

DIVVS Thomas. Præstaret non nasci, aut statim expirasse, nã ex altera parte vixissem aliquando; atque fuissetem; q in bonis ponendum est; ex altera verò, vitæ malis caruissem. sed hoc argutius est; quàm ut tã graviter dolenti homini convenire posse videatur. Sententiam igitur dilucidè expressit Vulgatus; Quamvis conceptus fuissetem, felix tamen essem, si non natus fuissetem sospes & incolumnis, sed præfocaretur intra matris viscera; fuissetem sanè quasi non essem. nulla enim tunc mei

I Dilucida hujus sententiæ paraphrasis. Psal. 21. 10.

LXX

2

D. Thom.

ratio

Abortivus cẽsetur pro non nato.

L. 3. C. de posthu. hered. instituend. Paul L. Quis mortuus. de verb. signifi. Hippocras. Octimestris partus.

Iob 3. Suggrundaria quid apud Latinos.

Fulgens. Rutil. Gemen. Astyan.

3 Olymp. Nexus cum superioribus.

ratio haberetur, neque lucis, neque verò tenebrarum harum, quæ cum mœrore & ærumnis conjunctæ sunt, particeps fuissetem. Sic abortivus, pro non nato censetur in jure, neque talis partus dicitur revocare donationem, aut rumpere testamentum. & Paulus I. C. sapienter dixit: *Qui mortui nascuntur, neque nati neque procreati videntur, quia nunquam liberi appellari potuerunt.* hinc est illud Hippocratis, omnium ore celebratum, dum de abortu differtur; *Est, & non est octimestris partus.* accedit, quòd si statim obiit, aut parum vixit censetur etiam in jure nõ vixisse, præsertim si ante nominis impositionem decedat; idẽq; expectabatur primis illis octo aut novem post natiuitatem diebus, ut si vitalis partus esset, accepto nomine in celsum, numerumque hominum referretur, nam qui sine nomine est, est, quasi nõ sit. diximus etiam capite 3. ad hanc rem nõnulla, cum de abortivo ageremus, quo loco abortivis nullum peculiare sepulchrum extrui solere diximus. quamquam Fulgẽtius de prisco sermone, sic scribat: *Suggrundaria antiqui dicebant sepulchra infantium, qui nec dum XL. dies implessent, quæ nec jã busta dici poterant, quia ossa quæ comburentur non erant, nec tanta cadaveris immanitas, qua locus tum: sceret. unde Rutil. Geminus Astyan. ait, Melius suggrundarium quæretes, quàm sepulchrum.*

XX. Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum.

NEXVS cum superioribus is indicatur ab A Olympiodoro, ut Iob probare nitatur, non immerito à se optari non fuisse, neque vixisse, quòd vita brevissima cum multis atque perpetuis conjuncta malis amanda minimè sit. Sed is videtur elegantior, ut cum quasi accepto responso, quod illi mens bene in Deum animata suggerebat, perciperet sibi instillari, non ideo natum fuisse, ut perpetuis malis cruciaretur, oportere itaque, ut spẽ ad meliores vitæ rationes erigeret, statuturum videlicet Deum malis aliquando finem; nunc vicissim respondeat Iob; ad-

moneritque Deum, non esse diutius expectandum, cum ad extremum ferè vitæ spiritum perductus sit. quos enim Deus vivos & incolumes cupit, *velociter sanat,* ut Sapia cap. 16. testatur; *Miseriordia tua adveniẽs sanabat illos; & velociter sanabantur, ne in altam incidẽts oblivionem, non possent tuo uti adjutorio.* simul etiã illud efficit, si abortivus fuisset, nullius magnæ rei, aut longissimæ alicujus vitæ iacturam fecisset; nam brevissimum est illud, quidquid vitæ est.

Est verò vitæ brevitatis amplificatio hæc sensu atque efficacitate plena; nam tribus aut quatuor vocibus eandem rem significantibus constat; sed conjunctæ omnes altera alterius significationem auget, & exacuit. *paucitas,* à verbo (*maghar*) quod imminutionem, decrementumque significat. q. d. quod numquam crescit, sed semper decrescit, & imminuitur, & ad *paucitatem,* & angustias majores in dies redigitur quæ, quamdiu est, esse desinit, & in se ipsa perpetua consumptione evanescit. Hinc dicitur Pl. 168. *Fiant dies ejus, pauci* imminuantur, decrescant, non compleat præfinitum suæ naturæ numerum. Nomen etiam ipsum *paucitatis,* nescio quid majoris significantiæ affert, quàm si diceretur, *dies pauci;* nam abstracta hæc nomina & significationem & orationem incitant, & acuunt. Quòd autem Tygunim dixit, *Portio modica dierum meorum,* vim sententiæ enervavit; cum ea vox nihil imminutum, aut angustum afferat. Deinde ea *paucitas* non est annorum, sed *dierum;* non solum enim sunt anni, sed *dies pauci,* & mali. Præterea hæc *dierum paucitas finietur brevi.* de quo cum nemo dubitare possit, sed hoc ipsum dici & asseverari, quod clarissimum erat, vim significationi addit. & cum simplex geminatio vim orationis amplificet; quid faciet geminatio quadruplex? Est autem simplex in Hebræo vox (*Chadal*) quod est cessare, aut desinere, vel derelinquere, quod ex sua proprietate idem est, quod nos dicimus (*dexar*) cum ad finem, aut cessationem ab aliquo opere refertur. inde dicitur vita ipsa nostra, cessatio, vel quies; & vivens homo dicitur, *habitor quietis,* Isaiæ 38. pertinet etiã ad contemptum rei vilissimæ, quæ ab omnibus derelinquitur, atque rejicitur. sic dicitur Is. 53. *Despectum,* & (expositivè) *novissimum* (Prop. derelictum) *vivorum.*

Deus sanat velociter.

Sap. 16. 10.

4 Amplificatio brevitatis vitæ humanæ.

Quid proprie paucitas.

שׁוּבָה

Vita cur dicatur paucitas.

* Vna poquedad y corte- dad, quo tie- ne creces, y siempre va a menos.

Psalm. 108. 8.

Tygunim.

Genes. 47. 9.

5

שׁוּבָה

Finire in Hebræo quid.

Isai. 38. 3.

Isa. 38. 11.

Jai. 53. 6.

Dimitte

6
Iob. 7. 16
LXX
תו
Quid dimitte
re.
Pfal. 3. 7

Dimitte ergo me. idem quod supra ca. 7. Parce mihi. Septuaginta: Patere me requiescere. hic autem subest (Soth) quod est ponere, aut deponere, quare ad verbum est in Hebræo; Deponat à me. subaudi, flagellum, aut supplicium; cum enim appositum huius verbi subauditur, ad malum pertinet. ut Psalm. 3. Non timebo nullia populi circumdantis me. prop. in Hebræo; qui in circuitu posuerunt super me, obsidionem videlicet. ne me ille obsideat, neque sua potentia circumveniat: fortè ad misericordiæ affectum & benevolam providentiã pertinet; Ponat in me, vel erga me cor suum; nam ab hoc verbo dicitur apponere cor de quo non semel diximus.

7
Quid refrigerari, aut plangere.
Pfal. 38. 24
LXX
August.

Vt Plangam paululum. In fonte est; ut refrigerer paululum: sicut eadem voce dicitur Psalm. 38. Remitte mihi, ut refrigerer, prius quam abeam. Septuaginta. Patere me requiescere paululum. Augusti. Donec requiescam paululum. eleganter verò sententiam, atque Hebraismum illuminavit Vulgatus paulò longiori verborum circuitione; Vt plangam paululum dolorem meum. nam verbū fontis est (Balag) quod eiusmodi refrigeriū significat, quali reficitur, qui sitibundus è frigidissimo fonte bibit, & quale dolenti homini, atque æstuati præ dolore lachrymarum rivi refrigerium afferunt, cum vim ardoris restingunt; nam suis ipse lachrymis quasi potatus homo, refrigeratur & recreatur. Præteritorum itaque malorum recordatio, nunc vel maximè, cum mentis quies, & cogitandi spatium concessa sunt, lachrymas excitat, quas vehemens animi dolor, & mentis in subito casu perturbatio quædã, & stupor prohibere solet. Sapienter enim magnus Gregorius ait; Moderata afflictio lachrymas exprimit; immoderata subducit; quia mæror ipse quasi sine mærore sit, qui afflicti mærem devorans, sensum doloris tollit. adde etiam, quod ut Gregorius Nissen. oratione de Placilla ait: E cordis vulnerib' lachryma, tamq' sanguis profluit. sanguis autè non statim ex inflicto vulnere fluere solet; nam ictus & percussio vis sanguinè ad alias corporis partes dispellit; sed paulò post accurrit, & aperto orificio ubertim effluit. Igitur post tot ictus, & cordis vulnera accepta, aliquando temporis spatium ad plangendū desiderat. Nunc (inquit) tot; & tam crebris ictibus doleo & stupefco incredibiliter; sed si mihi qui escendi copiam feceris, refrigerabor; &

Cur lachryme refrigeriū dicantur.

Vehemēs animi dolor non statim lachrymas habet commites.
Greg. lib. 9. c. 37

Greg. Nyffe.

corde laceratus atque proscissus manabo sanguine, oculis verò lachrymis. Tum etiam inde crescit, orationis acrimonia; Postulo (inquit) temporis spatium; sed non risui, non voluptati postulo, sed lachrymis, sed mærori. eiusmodi enim sunt mære calamitates, ut remittetes jam, & à te mihi condonata suo jure diuturnas multorū dierum, uberèsq. lachrymas vel ex sola recordatione postulent.

XXI. Ante quàm vadam, & non revertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine.

XXII. Terram miseria, & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

1. Proponitur prima expositio de sepulchro. Scriptura regula, cum duo verba diversa significationis junguntur.
2. Mors inexorabilis.
3. Harum sententiarum ad sepulchrum accommodatio
4. Proponitur secunda expositio de inferno, & damnatorum supplicis, & carcere.

DVplex potest esse harum sententiarū commentarius. & primò mortis & status mortuorum circumlocutio esse potest. Vadam & non revertar, id est, abeam nō rediturus; sic enim ubi duo verba diversæ significationis ponuntur, commodè alterum in participiū resolvitur, vel in adverbium, antequam abeam irrevocabiliter, non reversurus ad similem vitam, & eūdem statum, quem antea habuerim; Nihil verò huiusmodi sententias fidem resurrectionis lædere diximus supra.

Indicatur etiam nullam esse in natura vim, cui pareat mors, & cui receptacula animarum obediant, redderèque cogantur animum, quem semel recipiunt, iuxta id Sapientie. 16. Cum exierit spiritus, non revertetur; neque revocabit animam, qua recepta est. Hæc illa est gravis æquè ac sapiens Davidis responsio ad illam suorum fervorū expostulationem, quòd vivente adhuc puero jejunasset, & flessset, mortuo tamen lavisset & unxisset se, atque comedisset. Nunc (inquit) quia mortuus est, quare jejuno? Nūquid potero revocare eum amplius? Ego vadā

Scripturæ regula.

Psal. 7. 9. n. 3. 4.

2

Mortem non parere naturæ legibus sap. 16. 14

2. Reg. 12. 21

magis

Prov. 30. 15
Isai. 5. 14

Hippocrat. in
Coacis prævisione.

Matth. 28. 2

Nicot.

3
An hæc sit periphraſis sepulchri

Polychron.
Lyra
Eugubi.

4
Hanc esse inferni circumlocutionem.

magis ad eum: ille verò non revertetur ad me. atque hæc est inferni, mortis, & sepulchri pertinacia, atque duritia, æque ac dilectionis; neutrum enim quod semel apprehendit & recipit, facile dimittit. sicut enim inter illa tria insaturabilia numeratur infernus, qui dilatat animam, & ventrem, ut multum deglutiat, & capiat, ita pari appetentia, quod semel devoravit, retinet. neque fieri (nisi ingenti miraculo) potest, ut quod semel devoravit, reddat, & evomat. Quod si aliquando vomitus faciendus est à terra, inferno, sepulchro, mirum ut torqueatur, & tremat. nam vomentibus tremores etiam, & convulsiones fieri, atque omnino id malum esse, medici docent. sic igitur cum vomuit sepulchrum. Christū Dominum propria virtute resurgentem; Terra motus factus est magnus. tremor autem iste & convulsio ex vomitu, inferno & terræ malum; mortalium generi bonum; ad spem immortalitatis, & gloriose resurrectionis accipiendam. Tandè observat rectè Catene auctor hinc cōfutari, qui fabulosam reversionem & transmigrationē animarum constituebant.

Terram tenebrosam. Quidam explicat de sepulchro, statūque mortuorum; quæ domus horridicis tenebris offusa est, atque miserie res plenissima; ubi nullus ordo cadaverum, sed confusa, & perturbata offusum congeries, nulla regis, pauper culivè homuncionis ratio, neque diversitas; nã equo gutture omnes sepulchrum devorat; pari super illos pede calcatur interitus; una dormitur nox omnibus. hoc idem significare voluit ille alius philosophus, qui cum frequenter ad sepulchra diverteret, atque diligenter incuberet in evolvendis, vertendis, atque contemplandis mortuorum ossibus. per se singulis, atque sapius operam hanc summa cura tacitus repeteret; rogatus, quid nam sibi vellet aut quorsum in re inutili operā poneret aut potius perderet? respondit, divitum se ossa quæritare; pauperum item atque miserorum, suis quæque notis distincta; sed invenire aut distinguere non potuit se. de morte igitur atque sepulchri conditione interpretantur ex Græcis Polychronius, & post Hæbreos Lyra, Eugubi. & recentiores alii.

Sed quoniam de pœnis & suppliciis agere videtur, fortè commodius tota hæc res ad infernum, id est subterraneam ani-

marum stationem, carcerem ve describendum referetur; sive tantum pro ea parte, quæ limbus dicitur, & qua sanctorum patrum animæ detinebantur; sive in universum pro toto inferno, & damnatorū ad æterna supplicia loco. qui huius loci commentarius placuit sanè Augustino, Olympiod. Philip. Bedæ. D. Thom. Cajeta. Et Philippus quidem ait nulli dubium esse, quin terram infernorum descriperit Augustin. Vult (inquit) requiescere, ante quàm eat in pœnas æternas. Olympiodor. Hæc (inquit) loquitur veritas, ne forte si cum cruciatibus, & tormentis vitam dimiserit, à divino aspectu sit abtegendus omnino, atque cum impiis in inferno numerandus. est quidem in hac exponendi ratione sententia hæc plena timoris, æque ac pietatis, quæ quasi ex posita quadam suæ damnationis formidine explicanda est, non aliis, quàm ipsius Augustini verbis. Vult requiescere, ante quàm eat in pœnas æternas, ad hoc utique ait non eat, quemadmodum si dicamus alicui, Corrige te, ante quàm damneris: non enim cū se correxerit; damnabitur.

Secundi harum sententiarum commentarii, qui est de inferno, partium singularum explanatio.

Ante quàm vadam, & non revertar.

5. Partem hæc pertinere ad aternitatem pœnarū
6. Illustratus Isaias de aternitate pœnarum.
7. Iterum de iisdem panis
8. Quid virga aut flagellum fundatum apud Isaiam.
9. Error Origenis.

IGitur in hanc inferni & æterni cruciatu damnatorum carceris descriptionem conveniunt singulæ huius sententiæ particulæ. & prima quidem pars ad aternitatem pœnarum spectat. sic enim legit Augustinus, Ante quàm eam in pœnas, unde reverti non licet. arctissimis enim tenebrarum vinculis constricti detinentur fontes, unde se expedire non poterunt. Sic enim Septuaginta ad carceris locum & rationem retulerunt; Ante quàm eam, unde non revertar. quare hæc

Augusti.
Philip. Bedæ.
D. Thom.
Olympiodor.

August.

5

Augusti.

LXX

Pfal. 10. 16

6

Ips. 24. 22

*Seran visita- dos a sus cie- pos cō priso- nes. Visitatio in malum

7

Ps. 20

Apoc. 18. 21

8

Iere. 51. 63. 64

inextricabilis supplicii vincula ex la- queorum multitudine exprimit David Pf. 10. Pluet super peccatores laqueos; novis enim subinde vinculis constringuntur; ne intelligamus diuturnitate, & æternitate attenuari, aut infringi posse. Atque in eandem sententiam Isaia: 24. dictum est; Congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum (mira enim damnatorum confusio, & permissio) & claudentur ibi in carcere, & post multos dies * visitabuntur. locus difficilis, sed hac explanatione aper- tus; ut visitatio in malum accipiatur, & suppliciorum acerbitas significetur hu- mano modo vincos & fontes continen- di. ut de augmento quodam pœnarum ad extremum iudicii diem reservato in- telligendum sit; quasi de novis suppliciis & pristinis nunquam intermittendis a- gatur, novisque vinculis adhibendis qua- re eadem ratione dictum fuerit; Ante- quam vadam, & non revertar; sicut ab eo- dem vate, de quæ eadem supplicii æterni- tate dictum est; Gravabit eam iniquitas sua, & corruet: & non adjiciet, ut resurgat. non, emerget non, supernabit. ad eam quoque rationem, qua Apocalip. 18. dicitur. Sustulit unus angelus fortis lapidem, quasi molarem magnum, & misit in mare dicens; Hoc impetu mittetur Babylon civitas illa magna, & ultra non invenietur. quod videtur ex Iere- mia: 51. desumptum, ubi clarius indica- tur, non solum supplicii, sed pronuntia- tæ etiam à iudice sententiæ numquam revocandæ firmitas; sic enim scribitur: Scripsit Ieremias omne malum, quod venturum erat super Babylonem in libro uno; & dixit Ie- remias ad Saraïam; Cùm compleveris legere librum istum, ligabis ad eum lapidem, & proji- cies eum in medium Euphraten, & dices; Sic submergetur Babilon, & non consurget à facie afflictionis, quam ego adduco super eam. Res hæc quidem apud eundem Isaiam vatem sub alia etiam translatione descripta est. cap. 30. Erat (inquit) transitus virga funda- tus, quam requiescere faciet Dominus super eum. nam verberatio, aut vapulatio funda- ta, est quidem supplicium firmum, con- stans, quod non facillè corruet, ut pote quod firmissimo fundamento nitatur. si- militer virga, & verber requiescet super damnatorum scapulas; in fidebit enim, ubi semel impingetur, de verme autem non morituro, & igne nunquam extinguendo, Vi- de Isai. 66. 24. & Matth. 15. 41. 46.

Sed tandem. ex hoc loco manifeste convincitur error Origines, quod Chri- stus suo descensu in infernum, dam- natorum animas liberaverit: cum enim quis illò vadit non revertitur. Sed de hoc hic nō plura.

Terram tenebrosam, & opertam mortis caligine.

10. Infernus, arx mortis nior tenebrosa. Augusti oculi splendi. 11 Tenebra, pro carcere. ap- plicati Lucas, & Judas. Apostolus. 12. Cur tenebra dicantur Carcer, & vincula. Quor- sum carcer institutus sit ex prophetis quadam.

Hæc est secunda descriptionis pars. Ad terram (regionem, plagam) tene- brosam (proprie, prohibitam; videlicet à lumine) & opertam mortis caligine. quod ali- bi dicitur, Umbra mortis; id est letalibus umbris, immedicabilibus tenebris. Sym- machus dixit, opertam morte; mors enim tetra est, & caliginosa, obscuris cæcisque luminibus omnem lucem averfatur. Poly- chron. refert ex Hebræo; In terram tene- brosam supra tenebras. Est autem infernus, & tenebrosus ille damnatorum carcer subterraneus, mortis sedes, & Regia, si- cut Sapientia: 1. dictum est; Non est infe- rorum regnum (id est, mortis regia) in terra. quasi dicat, supra terram; sed sub terra, in corde, penitusque reconditis terræ vis- ceribus; ergo sicut princeps, sicut sol in mundo, sui vultus splendore lucem af- fert regiæ domui, & iis qui coram illo sunt; & sicut planè regium, & illustrissi- mum est, Regem ita nitere, ut sua etiam luce alios perfundat, sicut Suetonius scribit. habuisse Octavium Augustum oculos claros ac nitidos, quibus e- tiam existimari volebat, inesse quid- dam divini vigoris, gaudebatque, si quis sibi acrius contuenti, quasi ad fulgorem solis vultum submitteret; ita sanè, Orcus, Mors, Interitus, quasi rex obscurissimus suam regiam, suosque omnes, quibus im- perat, obvolvitur, & perfundit tenebris densissimis, illamque suam regionem operit mortis caligine. ut jam dubitare nemo possit, quare dæmon dicatur po-

9

10

Symmach.

Polychron.

Infernus mor- tis Regia. Sap. 1. 14.

Princeps suos illustrat.

Suet. in Agu- sto. c. 79

Augusti oculo- rum splendor.

testas

II

Tenebræ pro carcere.

Matth. 22. 13. & 25. 30. & cap. 8. 12

Tenebræ ex- teriores.

Act. 12. 10.

* Puseron lo- a la sombra q- esta fuera de la ciudad de la luz. Epist. Iudæ. 7. 6.

2. Petr. 2. 4

Σειρας 30. 200

Sap. 17. 2

7. 18.

12

Cur tenebræ habeat ratio- nem carceris & vinculo- rum.

Sallust.

Liv. lib. 38. & lib. 6.

restas tenebrarum, & rector mundi caligi- nosi. Quod si etiam dum tenebrosa dicitur terra hæc, ad rationem carceris al- ludatur, & ad vincula, quibus damna- ti detinentur, rectè cohærebit; nam non solum apud Hebræos, sed apud Ro- manos, tenebrarum appellatione car- cer intelligebatur. Sic ille miser, Non habens vestem nuptialem, ligatis manibus & pedibus, iussus est conjici in carcerem tenebricosissimum, videlicet In tenebras exteriores; dicuntur autem exteriores, quòd fortè carcer extra urbem, aut extra mænia esset, ut colligitur ex Actuum. 12. nam eductus Petrus de carcere, an- gelumque ducem sequutus, tandem pervenit ad portam Ferream, qua ducit ad civitatem. Dicitur igitur illum conje- ctum fuisse in tenebras exteriores, id est, car- cerem exterioriorem. sic Iudas Apostolus Caliginem dixit carcerem dæmonum, aut verò vincula, quibus æternum detinebun- tur; Angelos, qui non servaverunt summi principatum, in iudicium magni diei, (tunc enim, qui nunc extra carcerem vagantur in æ- re, aut in terra, in infernum detrudentur numquam inde amplius egressuri) vincu- lis æternis sub caligine reservavit. Cujus simil- limus est locus. 2. Petr. 2. Deus angelis peccan- tibus non pepercit, sed rudentibus inferni detra- ctos, in tartarum tradidit cruciandos, pro ruden- tibus autem in Græco sunt; Catenæ cali- ginis, vel obscuritatis, id est Catenæ car- ceris obscurissimi, & tenebricosissimi. & Sapient. 17. non semel hæc à tenebris ad carcerem & vincula translatio duci- tur. Vinculis tenebrarum, & longa noctis compe- diti, inclusi sub tectis fugitivi, perpetua providen- tiæ jacuerunt. & inferius; Vna catena tenebra- rum omnes erant colligati. Translationis au- tem ratio est, quòd sicut qui in vinculis est, ita sanè qui in tenebris, se movere ne- quit; vel etiam quòd carcer esse soleat ob- scurus, & lugubris; cujusmodi fuit illa carceris pars altera, quæ à Servio Tullio, Robori (is primus carcer erat) addita fuit; illa enim sic describit Sallust. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur; ubi paulatim ascenderit ad levam, circiter duodecim pedes bumi depressus, eum muniunt undique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus jun- cta, sed inculca tenebris, odore foeda, atque ter- ribilis ejus facies est. sic quoque apud Li- vium, tenebrarum & carceris mentio fre-

quens est lib. 38. In carcere vir clarissimus in- ter fures, & latrones includatur; & in Robore ac tenebris expiret. & lib. 6. Eum pati vincula in carcere, in tenebris obnoxiam carnificis arbitrio ducere animam. Et quàmvis Vlpianus statuat carcerem ad continendos homines, non ad pu- niendos haberi debere; tamen stan- te quidem republica in carcerem, damna- ti conjiciebantur, ibique extremum de il- lis fumebatur supplicium. quare Cicero carcerem appellat vindicem nefariorum ac infestorum scelerum. non aliter, imò mul- to veriùs, tenebræ illæ sempiternæ vin- dices sunt scelerum, & locus extremi sup- plicii, & æternæ mortis. rectè igitur hac ratione tenebrosus locus & regio appellatur; potiùs tenebræ ipse.

Terram miseria, & tenebra- rum.

13. Quid miseria, obscuri- tas cum animis deliquio conjuncta. 2. Cur tenebræ calamitates significent. 13. Quadruplex rei ejusdè repetitio valde arget sig- nificationem. In inferno tanquam in proprio so- lo proveniunt tenebræ. illustrata Sapientia.

Terram miseria. Proprie laesitudinis, de- liquii, defectus, obscuritatis; cõjuncta enim hæc videntur; ut obscurari videatur cor homini deficienti; & lasso lumen quoque deficere oculorum; sicut dice- bat David Psalm. 37. Cor meum * conturba- turbatum est, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est me- cum. hæc etiam secum affert mentis ægri- tudo, & gravis aliqua calamitas. Sic ab il- la radice dictum est à David Psal. 87. Elongasti à me amicum, & proximum, & notos meos, à miseria. in Hebræo, propter caliginem, vel obscuritatem. id est, in his meis tenebris, & obscurissima ærumna- rum nocte, non video, qui mihi adfit; ref- picio in adjutorium hominum, & nō sunt; tempora si fuerint nubila, nullus erit. Re- ctè igitur ab interprete dictum est; Terram miseria.

L. aut damnus. 8. 8. solent. D. pœnis. Carcer quor- sum institu- tus sit. Cic. in Catil. 11.

13 777

* Tengo pal- pitació de co- raçon. defma yome y quita se me la vista delos ojos.

Mm 2

Hinc

14

Cur miseriae & calamitates tenebrarum appellatione significentur.

Hinc colligo, quamvis alias de tenebrarum ratione, & arcana in sacro sermone significatione non pauca disseruerimus verisimam tamen rationem ex hoc loco elici posse, quare miseriae & calamitates tenebrarum appellatione significantur. sicut enim extrema damnatorum miseria & interitus cum aeternis tenebris junguntur in inferno; sic quidquid miseriae & calamitatis apud nos est, alterum tantum tenebrarum admittum habet. sed dicemus quoque sequenti particula de tenebris.

15

Quadruplex ejusdem rei repetitio significacione auget In inferno tanquam in proprio solo proveniunt tenebrae.

Et tenebrarum: Iam quater repetita est caligo, neque tam ex peculiari significatione vocis, quam ex repetitione ejusdem rei omnibus vocabulis synonymis sententiae amplificatio, & tenebrarum obscuritas crescit, cum autem infernus dicitur terra tenebrarum indicatur profectio, ibi tanquam in nativo solo obscuritas provenire; sicut dicitur terra auri, aut argenti, ubi haec res proveniunt non aliter Scriptura de inferni tenebris loquitur, tanquam de quodam tenebrarum pelago, ex quo aliquando ad Aegyptios caligo & obscuritas exundavit. Sap. 17, Aegyptias tenebras vocat, impotentem verè noctem, & ab inferis, & ab altissimis inferis supervenientem. sicut voragines quaedam eructantes sulphureas flammæ, quos vulcanos, inferni ostia, & fenestras vocamus, quod inferorum flammæ & tenebræ excitatae pertingant, & favillas infestas tenebrasque expuant. ad quam similitudinem dicitur Apoc. 9. Aperuit puteum abyssi, & ascendit fumus putei. & quidem sicut quicquid lucis est in inferiori mundo, caeleste illud est, & descendens à patre luminum, & à civitate sancta quæ sole non indiget. sic sanè tenebrae, & obscuritas, illa praesertim, quæ homini inimica & infesta est, ab inferis ascendere ad nos intelligitur.

Ubi umbra mortis.

- 16. Umbra mortis pro horribilis spectris.
17. Explicata sapientia Quid etiam umbra apud profanos
18. Peculiare damnatorum supplicium, horrenda visa semper videre. Pulchra ex Chrysostomo similitudo.

Ac est quarta inferni damnatorum nota, Umbra mortis. Eadem, quæ supra dicta est mortis caligo. Philippus poenas intelligit, quæ cum morte conjunctæ sunt, illamque comitantur, atque sequuntur, sicut umbra corpus. D. autem Thomas; Umbra mortis, similitudinem mortis interpretatur, eò quod omnia, quæ illic geruntur mortis agoniam, & letales angustias representare & offerre videantur. Sed forsam iterum Umbra mortis repetitur, ut altera illa significatio, quam cap. 3. indicavimus, nunc accipiatur; non enim solum Umbra mortis caliginem significare potest, sed etiam horribila spectra, & umbras mortuorum. sunt enim tenebræ spectris & visis horrendis adjunctis, supra quam dici potest, infestæ & formidandæ. ex quo Aegyptiacæ tenebræ amplificatae sunt Sapient. 17. Persona tristes illis apparentes pavorem illis præstabant, & ignis quidem nulla vis poterat lumen illis præbere, nec syderum limpida flamma illuminare poterant illam noctem horrendam. Apparebat autem illis subitaneus ignis, timore plenus, & timore percussus illius, quæ non videbatur faciei, aestimabant deterrora esse, quæ videbantur. quicquid igitur inferni tenebris videtur horribilissimum est, terribilia, simulachra, & imagines mortis, tristissimæ defunctorum animæ, & ut poeta dixit;

Ubrarum hic locus est, somni, noctisque sopore.

Quæ videntur autem, non planè & clarè videntur, sed multa nebula & caligine offusa, vix interlucentia, ut ab Aenea in inferno visa describitur Dido;

Ut primum juxta stetit, agnovitque per umbram.

Obscuram, qualem primo quis surgere mensè.

Aut videt, aut vidisse putat per nubila lunam.

Spectra autem, & horribilus bestiarum visissimarum frequens aspectus obversabuntur semper ante damnatorum oculos, sicut scriptum est Isaiæ. 13. Requiescent ibi bestia, & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi struthiones, pilosi saltabunt ibi, & respondebunt ibi ulule in adibus ejus, & syrenes indelubris voluptatis. Adhuc teterrimum damnatorum conspectum spectat illa Chrysost. sententia longè gravissima. Si cum in carcerem quandam ingressi sumus, atque alios

Quid umbra mortis.

Umbra mortis pro horribilis visis.

Sap. 17.

Virg. 6. Aen.

Virg. 6. Aen.

17

Damnati cruciabatur horribilis spectris Isai. 13

Chrys. hom. 5. 2 in cap. 1. ad Corint.

squallore

squallore confectos, alios catenis vincos, ac fame laborantes, alios in tenebris clausos conspiciamus, animo commovemur, ac perhorrescimus, nihilque non facimus, ut ne in eum locum incidamus; cum ad ipsos gehenna equuleos obtorto collo trabemur, qui nam futuri sumus? Semel tantum in illis tenebris, & mortuorum umbris clarissimum lumen affulsit, quod damnatis non gloriae, & voluptati, sed timori fuit. Semel (inquit Cyprianus) Christus descendit ad inferos, ulterius non descendet, non ultra videbunt Deum in tenebris sigillati.

Ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

- 18. Quid indicet vox Hebraea numeri pluralis, Ordines.
19. In inferno nulla temporis vicissitudo.
20. Inferni tenebra junctæ cum multa confusione.

- 21. In damnatorum supplicii ordo, quid nutrimentum apud Isaiam.
22. Quid ordo rerum in inferno desideretur. Explicata sapientia.
23. In inferno novum supplicium ex timore.

18

Nullus ordo. Vox originalis, numeri pluralis est. in quo siquid notandum sit, illud tantum videtur, dici non esse ordinem, perinde esse, ac si in universum diceretur, nullus in ulla re ordo, omnia confusa & citra ordinem sunt. sicut enim vox singularis repetita distributionem plurium rerum significat in sacro sermone, ita vox pluralis, res omnes singulares per se sumédas admonet. Plerique vero latini huc ordinis defectum referunt ad perturbatas, & confusas damnatorum conscientias, & cogitationes numquam sibi constantes. quod ingentem esse damnatarum mentium cruciatum docet hoc loco Gregorius.

19

In inferno nulla naturae vicissitudo. Polychr.

Alii ut Polychron. Eugubinus, Isidorus referunt, ad temporum, dierumque & noctium ordinem, & vicissitudinem ex illa terra, & regione sublata. plura breviter complectitur commentarius Polychronii; Non est solis ordo, nullus syderum ceterorum, ubi nullum licet rerum humanarum statum intueri, nullam inquam, præclara lege atque ordine institutam poltiam. Favet lectio Septuaginta, Ubi non est lux neque est videre vitam hominum. quasi dicat; perpetua ibi nox

LXX

est, sicut è contrario, ubi perpetua lux est dicitur non esse Transmutatio, neque vicissitudinis obumbratio. id est umbra vicissitudinaria. sic ibi non est vicissitudinis illuminatione.

Sed existimo hic ex proprio quodam perpetuoque tenebrarum effectu amplificari illarum incommoda gravissima; sicut enim lucis propriè esse videtur ordo, distinctioque rerum; ita tenebrarum nullus ordo, sed multa jacentium rerum perturbatio & confusio, atque permixtio, sic reip. perturbationem expressit Cicero; Tamquam si offusa reip. sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris, omniaque miscebant.

At in quo (inquis) hic ordinis debiti defectus positus est? cum verisimum sit id, quod Gregorius objicit, Ipsa etiam supplicia, quæ ex lance divina justitia prodeunt, inordinata esse non posse, statuit enim Deus plagarum modum juxta criminis mensuram, & quantum Babylon glorificavit se, & in delitiis fuit, tantum præcipit Deo dari illi tormentum & luctum. Tum etiam zizania in fasciculos ligari & colligi ad comburendum, ordo quidam est, ut pares cum paribus pari poena constringantur; de qua re non Gregor. solum sed eleganter etiam S.

Ephrem differit libro de vera poenitentia. cap. 7. Atque est illud verisimè, à Sapiente dictum cap. 11. Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. ut suus cuique; improbitati cruciatus respondeat nam ille ignis, cum paratus dicitur Diabolo & angelis ejus, nescio quid cujusque sceleri ex æquo præparatum, atque conveniens significat; sicut & id Isaiæ. Parata est ab heri Thophet, a rege preparata; profunda & dilatata; nutrimenta ejus ignis & ligna multa. ubi vox nutrimenta struem feriemque lignorum significat, ordine quodam dispositorum, ut facile flammam concipere possint; vox eadem cum verbis componendi, aut recto ordine disponendi. jungitur Ezechii. 24. Compone struem ossium. (dicimus nos, armar el fuego, o la chimenea) quare eodem Ezechii. cap. ait, Deus, Va civitati sanguinum, cujus ego grandem faciam pyram. Videt igitur accuratum, & exquisitum in damnatorum supplicii ordinem? Sanè, sed ille ne videtur ordo omnino deesse, ut nihil ab illis ordinatè fiat? an ille alius, quod omnes incertis sedibus vagentur, & impares cum imparibus versentur

Mm 3

ut

Jacob. 1. 17

20

Cum tenebris inferni iuncta multa confusio.

Cicero pro Rosc.

21

Greg.

Damnatorum supplicia ordinata

Apoc. 18. 17. Math. 13. 30.

Greg. S. Ephrem.

Sap. 11. 17.

Math. 25. 41.

Isa. 30. 33

מְרוּרָה

שורת

Ezech. 24. 5

9.

22

Quis ordo ab sit in inferno.

Sap. 17. 18.

Apo. c. 19. 15.

Iob. 24. Isai. 33. 1.

Apo. c. 18. 8.

23

In inferno nō solum tristitia, sed etiam horror & timor.


LXX.

ut omnes sint pares cum imparibus in unum *facisculum colligati*; atque quasi una omnes catena colligati futuri sint, ita nullo inter illos dignitatis ordine servato crucientur? sic scribitur Sapien. 17. de Aegyptiis. *Vna catena tenebrarum omnes erant colligati*. sicut plures racemi calcantur in torculari confusi atque permisti. est enim infernus torcular ira Dei. An etiā naturalis rerum ordo ibi inversus esse videtur, cum ignis non luceat; & aqua nivium cum calore nivo; & cum sempiternis ardoribus stridor quoque dentium vires suas retineant? An verò tandem hæc ordinis experta confusio multitudinem tormentorum simul conglobatorum significat, ut procella quædam miseriarum omnium per petuū damnatorum capitibus incumbat? sicut Scriptum est. *In una die. venient. plaga ejus, mors, & luctus, & fames, & igne comburentur.*

sed sempiternus horror. Iterum eadem superior vox, quæ *tenebrarum*; tenebras autē per horrorem expressit in terpres; quod horride sint. & ipse addidit, *Sempiternus*, quod novam vim voci originali inesse credidit. imitatus Septuaginta, qui etiam dixerunt; *Terram tenebrarum aternarum*. ut

desperatissimas, & maximas significaret. quare hæc ex politio sexies eadem voce, aut re proposita, amplificatio est. planè poetica, & bona omnia abesse inde significat, quæ cum luce conjuncta sunt, quæ aliquādo proponemus, cū de luce agēdi locus erit; nunc tantum, si per horrorem, timoris perturbationem intelligamus, rectè congruet adjunctio illius vocis; *Sempiternus*; nam ex pœnarum æternitate efficitur, videtur non solum dolor, atque tristitia ex presenti malo, sed etiam timor. semper futuri; ut sapienter Gregorius hic docuit in hæc verba; *In hujus vitæ tormentis timor dolorem habet, dolor timorem non habet. quia nequaquam mentem metus cruciat, cum pati jam cœperit, quod metuebat. infernum enim & umbra mortis obscurat, & sempiternus horror inhabitat; quia & in supplicio dolorem sentiunt, & in doloris angustia, pulsante se semper pavore, feruntur, ut & quod timent tolerent, & rursus quod tolerant sine cessatione pertimescant.* Sed cum abunde Iob. Baldadi objectionibus satisfecerit, illò jam quasi superato, conticescente, ad aliud certamen, aliāque cum Sophar disputationem procedendum est statim, atque Baldadi orationem continēte filo innexerimus.

Gregor.



PARA



CAPUT DECIMUM

*

*Tædet animã meam vitæ meæ: *dimittam adversum me eloquiũ meũ: loquar in amaritudine animæ meæ.*

2

Dicã Deo, Noli me cõdemnare:

Indica mihi, cur me ita iudices.

PARAPHRASIS CAPITIS PRÆCEDENTIS.



Divinæ sanè majestatis terror vocem mihi adimit; at voces & gemitus extorquet acerbissimus doloris sensus; jam enim actum de meâ vita, planè video, atque intimis præcordiis dissecor, ut & vehementer mihi ipsum vivere displiceat, atque adversum me stomachari; & se vire cõpellar. quòd si clamores & suspiria suppressere conater, mecū ipse litigare, & contedere deberè. *Sed quid ego præstabit ne tacitū mecum ingemiscere, cū nullum habeã, cui causam meã probare possim? Prætermittã igitur has meas querimonias. nihil est enim, quòd me verbis & oratione tueri velim. sed cogor tamen laxare loquēdi habenas, & sermonē intra pectoris carceres contentū liberè dimittere; non quòd cõtra Deū aut cõtra illius providentiã quicquam loquar; in me tantū deserviam. quamvis quæ loquuturus sim, fore ut in meū caput recidant, certò mihi persuadeam.

Vnum igitur ad judicem meū dicam, cū quo non tã de recuperãdis fortunis amissis, aut tuenda vita, quã de defendenda mea innocētia disputo. Noli, ó judex æquissime, me innocentē, & omnis sceleris suspicione vacuū, reum peragere; improbitatis ve alicujus danare, vel in hac vita, vel etiã post mortem. At his suppliciis gravissimis videris me tanquam impiū & sceleratū palã traducere. tum ne me despice lãguote confectū; ne fortè graviori aliqua tristitia obrutus impiã aliquã vocem emittã. Quòd si quidpiã liberius aut inconsideratius, quã par sit, fuero loquutus, meū iudicē oro atque obsecro, ne mihi vitio, aut impudētiã vertat, id enim tantum dixerim, non ut tanti numinis majestati læsam velim, sed ut meã afflictam innocētiã tuear. Cognoscere igitur à te maximè cupio, quã nã dere mecū expostules litè vé intēdas; quã nã tua lege, aut præcepto violato me interroges; propter quod nã scelus me puniēdū præcipias; aut inquē finē hæc mea supplicia decernas?

Primū enim te cõmoere nō potuit, tui ingenii innata

BREVIS NOTATIO RERVM IN- insigniorum, quæ in commentariis fuffiº explicant.

*De multiplici verbi Tædendi significatione, tum ad hujus, & aliorum locorum intelligentiam, tum ad Vulgaris interpretis definitionem, differitur & . i. n. 1.

Mm. 4. ali-

b De calumnia, & calum-
niandi fignificatione ex fa-
cris & prophanis accura-
te differitur. v. 3. n. 1. 4.
5. 6.

c. Quod, quale ve fit impio-
rum confilium aduersus
sanctos; quod sanctoru ad-
uersus impios; qua utrius-
que factionis arma, quada
ad mores, opportuna. v. 3.
n. 9. 10. 11. 12. 13.

d. Vt Deus modum in pu-
nendo feruet, & hostium
sevitiam minime adiuuet
explicatur. v. 3. n. 13.

e. Quod carneus oculus
male audiat in Scripturis
& quod ad externam tan-
tam rerum speciem perti-
neat, quadam ad scriptu-
rarum intelligentiam, &
ad mores, v. 4. n. 3. vide
etiam. n. 5.

f. Vt divini oculi comendē-
tur ab illis omnibus, que
ad videndū necessaria sūt
digressiuncula. v. 4. nu. 4.
g. Vt terrens, aut superci-
liosus, & fastidiosus conf-
pectus sit proprius hominis
at Dei benignus, & latus
observatur. v. 4. n. 6. 7.

aliqua malitia, atque calumnia, quę cum violentia &
fraude insidias innocenti machinetur, & tuis creaturis
malum aliquod moliatur: execraris enim proculdubio
omnem calumniam, & innocentū oppressionem. Nūc
autem, quod ad meas ærumnas attinet, quam utilitatē,
voluptatem ve capies? hæc ne est tua clementia? hæc
tua lenitas, & bonitas Deus benignissime? hoc ne sua-
ve illud, mansuetum & commiserans, quod tuis creatu-
ris nunquam non exhibuisti? numquid volupe & pul-
chrum existimas, falsa crimina intendere misero homi-
ni, & per fraudem & frustrationem molestissima me li-
te vexare; & quæ non debeam, repetere; de rebus mini-
mis atque levissimis criminales litem ordiri; atque me
diis his amicorum captiosis cavillis, & elēchis falsi me
peccati & sceleris convincere? Ita ne, quę tuis ipse ma-
nibus elaboraveris, nunc fastidio habeas, abjicias, pro-
teras? & pro me dicentem vix tuis auribus digneris? vi-
deris profecto impiorum consilium juvare, & opem
tuæ præsentia lumine & splendore illorum conati-
bus afferre: nam dum vident pios afflictos, se verò bea-
tos atque fœlices, id consilii capiunt, ut in flagitiosa vi-
ta, cujus fœlix fortuna comes sit, firmiter perseverent.
Propterea eò suas omnes cogitationes intendunt, ut
pios & sanctos, etiam ipsi circumveniant, & quibus pos-
sunt rationibus divexent. sic sanè videris, o Deus fortif-
sime, Chaldeis atque Sabæis mearum facultatum direp-
toribus, te socium atque patronum adjunxisse. nā quæ
illi contingere non potuerunt, domum videlicet, libe-
ros, familiam, & meam ipsam corporis valetudinem, tu
abstulisti. At qui mirum id est: nam tu nō soles in ma-
lum, opem, viresque cuiquam conferre. quid dicam? fa-
ves ne horum meorum amicorum errori & delusioni?
an verò sevisisimorum Dæmonum nequitia & immani-
tati, in meos cruciatus conspirantium?

At minime etiam possum meæ innocentia afflictae
causam, in ignorantiam aliquam mei iudicis referre;
namque is non habet carnos oculos, neque instar
carnei hominis, de externa tantum rerum specie judi-
cat; ad intima profectō penetrat, & veritatem latentē
licet, atque in altissimo puteo demersam clarissimē in-
tuetur: terrare igitur neque malitiosē & ex calumnia; ne-
que per ignorantiam & errorem in discernendis liti-
bus, potest. & qui omnia cognoscat, non indiget certē,
ut humani iudices solent, cruciatibus & tormentis ad-
hibitis ad extorquendam veritatem. Quorsum igitur il-
le me torquet, & quæstione judiciali exagitat? ita ne
quem miserum videat, & sine ullo carnis splendore, des-
piciat? Aut etiam torvo & minaci vultu aspiciat, in-
stas hominis, qui injuriarum acceptarum oblivisci nef-
citat? horum hominum improbitatē minime tu, o De-
optime, imitaris, ut eorum, qui peccarunt memineris,
& severam rationem exposcas; neque tu instar superci-
liosorum & fastidiosorum divitum, humiles non dig-
naris tuo conspectu; neque obtusam & crassam habes
oculorum aciem, ut aliquid in humanis actionibus te

3
Numquid bonū tibi
videtur, si calūneris,

& opprimas me opus
manuum tuarum,
& consilium impio-
rum adiuves?

4
Numquid oculi car-
nei tibi sunt? aut si-
cut videt homo, & tu
videbis?

5
Numquid sicut dies
hominis, dies tui: &
anni tui, sicut huma-
na sunt tempora:

6
Ut quæras iniquita-
tem meam: & pecca-
tū meū scruteris?

7
Et scias, quia nihil
impium fecerim, cū
sit nemo, qui de manu
tua possit eruere.

8
Manus tua fecerunt
me, & plasnaverunt
me totū in circuitu:

Et sic repente praci-
pitas me?

prætereat. Præsertim verò hæc dixerim, quod nō tu
instar hominis, cujus vita est brevissima, paucissimarū
rerum experimentum colligere potueris, sed pro tua
æternitate omnia tanquam præsentia contempleris. At
me tibi infensum reddere nō potuit; ea quæ principi-
bus familiaris est, & studiorum, & voluntatis mutabi-
litas & vicissitudo? minimè verò; nam tu non is es, cu-
jus gratia & benevolentia erga hominem tēporis diu-
turnitate languescat, aut tædium & nauseam concipe-
re possit. Homines præterea semel oblatam, hostē per-
dendi occasionem arripiunt, timentēs ne non afferat
deinde vita hæc, quæ brevissima est, similem opportu-
nitatem. At tu qui æternus es; & quem ego, neq; mor-
tuus, neque vivus effugere possum, quorsum tam avidè
tamque studiosè causas, & opportunitates requiras,
quibus de me vindictam sumas? atque in omnem meam
vitam inquiras, per testes & judiciariam quæstionem;
ut vel levissima errata, si quæ sunt, in lucem publicū-
que proferas, atque pronunciata sententia, decretōque
supplicio plectenda jubeas?

Hæc ne facis; ut scias an peccaverim, necne? & cū
liberè de me statuere possis, quod voles, me mille mo-
dis exploras & versas. at nimium severè; ut apud quem,
nec præces, neque ullius interventus jam non valeant,
ut cruciatuum acerbiter mihi remittas, non enim,
quam vis, quis innocens sibi sit, ex tuo severissimo judi-
cio potens est se subducere. at cū tanta sit tua pote-
stas, ut nemo possit prædam ex tua manu extorquere,
neque sua ope juvare, quem semel flagellare decreve-
ris, oporteret sanè benignius, & mitius mecum agere.
Verum enim verò si tu iudex esses, à cujus tribunali ad
superiorem alium iudicem provocatio esset, nihil mi-
rum, quod & cruciatus, & sententiæ damnationisque
pronuntiationē accelerares: at cū sit nemo, qui de
manu tua possit me eruere, quorsum me tam acriter, tã
continenter vexas, nulla respirandi, neque paululum in-
terquiescendi copia facta? Sed honestè actæ vitæ con-
scientia erigor, & sustentor; quamvis enim supremus tu
iudex sis, non ideò me innocentem non absolves: præ-
sertim, cum jam tibi exploratum satis superque sit, me
neque fœlicem, neque ærumnosum à tua pietate & cul-
tu defecisse.

At cū opus sim manuum tuarum, perdere sanè cre-
atoris jure, pro tua voluntate potes; sed vel ex hac ipsa
mea, qui tuum opus sim, atque ex tua, qui creator es, cō-
ditione, tantas ærumnas jure meo deprecabor, atq; ex
pristino illo creationis beneficio commemorato, mul-
ta aliā à tua majestate postulandi, lata amplaque janua
mihi aperitur. Verum enim verò visus es sanè in me
elaborando & creando, tu, qui omnis laboris & defati-
gationis expers es, laborasse; & quæ ad hominē perti-
nent, cum quadam molestia & lassitudine perfecisse:
est enim cum figlinum opus, tum hominis moderatio
& perfectio, opus per se difficile; operam igitur & im-
pensam perdes, in me perdendo, & tuo opere in interi-

b. De propria illa & quasi
instita principum inconsi-
stia, & mutabilitate, & ut
Deo tantum fidendum sit
annotatur. v. 5. n. 2.

i. Vt Deus cū de suppli-
cio mortalium agit, inter-
ventores, & deprecatores
querere soleat pro sua le-
nitate, peculiariis conside-
ratio, v. 7. n. 2.
k. Vt ab aliis iudicibus ad
Deum, à Deo ad aliu non
sit provocatio, considera-
tio utilis v. 7. n. 4.

l. Vt pristini beneficii cō-
memoratio, divinam mise-
rationem excitare soleat,
utilia quadam, v. 8. n. 2.
m. Vt hominis creatio cū
quadā creatoris quasi mole-
stia & labore facta sig-
nificetur, v. 8. n. 3. 13. 14
15. 16. cū peculiari etiā
studio, & charitate. n. 4.
17.

ⁿ *Que dicatur Dei manus fusor disputatio. v. 8. n. 9. 10. 18. & ut ipsius Dei manibus homo formatus intel ligatur. n. 11. 18.*

^o *Qualis fuerit limus, ex quo homo formatus dicitur, an solus pulvis, an vero terra, & aqua contemperata, disputatur. v. 9. n. 3. 4. 5. vide etiā v. 10. P. Subtilitas humani opificii ex terra consideratur. v. 8. n. 4. 20. & v. 9. n. 5. & v. 10. Itemque imbecillitas, & fragilitas hominis, Dei autem cura, & providentia in homine tuēdo. v. 9. n. 5. 6.*

^{9.} *Vt Deus prius luteam quasi statuā finxerit, quā vitam, & animam cōferret; priusque in luto mediatatus fuerit subtilissimè omnium partium internarum, & externarū distinctionem, & quasi praviā dispositionem, fusius explicatur. v. 10. n. 1. 2.*

tum præcipitando? Quid, quod singulari studio, & amore me fabrè fecisti; atque utramque manum tui propensissimi affectus indicem, ad hominis creationem adhibuisti, atque subtilitate & artificio mirabili, universum hominem, & quæ ad illum pertinent, universa expolivisti & ornasti, tuæque providentia indulgētissimè munivisti, tuisque ipsis^a manibus, materiam, ex qua homo formatus est, acceptam, sapientia & potestate tua in eū finem perfecisti, ut haberēs, de quo benè mereri posses? Hæc igitur tot tamque præclara beneficia, quoniam tandem recidunt? in incredibilium sanè calamitatum & miserandæ mortis præcipitium.

Quod si, o hominum plasmator Deus, ullam eorum quæ dico, oblivionem simulare velis, rem à principio repetitam, & cunctas operis circumstantias minutatim in memoriā revocabo. Luteus ego sum. atqui lutum in animum & iners se ipsum fingere & figurare minimè potest; te igitur formatore & creatore mihi opus fuit: post longam igitur oblivionem, tui operis recordare tandem, formatum esse à te hominē de^o limo, ex aqua & terra singulari cura & arte contemperatis; p luteum itaque & fragile vas meritò à suo creatore, & figulo potulatur, ut pristinam iterum adhibeat artem & diligentiam, ad illud tuendum & conservandum. Quod si me permiseris exposuerisque discrimini, facile confringar & in minutissimum, tenuissimūque pulverem abibo. Sed cum tandem mortem, resolutionemque in vilissimam terram, quæ humano corpori formando materiā præbuit, homini interminaveris; oporteret nunc, paulò diuturnius vitæ spatium à te concedi.

Quid, quod diuturnitate dignissimū profectò opus fuit, cum tenuissimæ terræ portionem, quasi coagulo quodam densatam & compactam, tuis ipse manibus coagmentasti, & luteam statuam statim effinxisti? neque secus, quàm caseus, ingenti manuum & brachiorum nisu caseali apprimitur; ita tuis manibus, superfluum illū & aqueum humorem expressisti, cum primū inftar fluidi lacis terram irrigasses, & aqua temperasses, mollemque & quasi fusilem reddidisses, ut inde formari hu manum corpus opportunè posset: 9 omnesque corporis partes, non solum, quæ externæ sunt, sed etiam, quæ in intimis visceribus, ipsisque ossium cavitatibus recōditæ delitescunt, mira subtilitate & arte effinxisti & cōstituisti, ut externa cutis lævior & tenuior esset, caro mollior, ossa duriora & firmiora, nervi solidiores & flexibus opportuniore; reliqua denique suis munitis & officiis exequendis affabrè & commodè elaborata, & minutiores omnes partes convestitæ & coopertæ externæ cutis integumento munirentur.

Organicam denique materiam accipiendæ animæ præparasti, quam tua misericordia & munificencia illi statim contulisti; indidisti que multarum virtutum semina, humanitatis præsertim, atque misericordiæ. neque solū vitam dedisti, sed summa erga eum indulgentia usus, ingentibus beneficiis locupletasti, bonisque om-

nibus

⁹
Memēto quæso, quod sicut lutū feceris me.

Et in pulverē reduces me.

¹⁰
Nonne sicut lac multasti me: & sicut caseū me coagulasti?

¹¹
Pelle & carnibus vestisti me: ossibus & nervis cōpegisti me

¹²
Vitam & misericordiam tribuisti mihi: & visitatio tua custodivit spiritū meum.

^{r.} *Vt qui ardentè amant, charitatem dissimulare solent, Deus præsertim, observatur. v. 13. n. 1.*

nibus cumulasti, quæ ad victum, vel vitum honorisque & dignitatis gradum tuendum pertinerent. Neque verò solum hæc sunt primi hominis beneficia; nam ceteri omnes in sua generatione & constitutione similia accipiunt ex tua munificentia & liberalitate vitæ initium, universaque alia vitæ præsidia.

Ergo videris certè benevolentiam hanc, atque gratiam benignissimi animi, qua hominem, meque ipsum olim prosequeris, nunc longè dissimilibus operibus severitate videlicet & supplicii gravitate^r dissimulare voluisse: non enim crediderim charitatem illam erga me pristinam in tuo pectore extingui, aut oblivione aliqua obrui potuisse. Neque nunc quidem mei recordari non poteris, in quo creando, ornando, locupletando, tantum industriæ atque solertiæ impensum à te fuerit. Hæc quidem humani generis primordia, quæ in tuæ sapientiæ arcanis recondita videbantur, ut quæ fuerint tuæ erga humanum genus manifesta charitatis argumenta, mihi bene perspecta, memori frequentique mente repeto, atque vel ex eo, in longè majorem admirationem adducor, quod si quid unquam admisi, quo tuæ majestatis oculos offenderem, illius profectò te valde memorem exhibes: nam multo elapso tempore, de pristino quocumque errato, pœnas repetis gravissimas: interim patienter celas, atque suppressis conceptam adversus hominem iram, atque vindictæ cupiditatem. Sed illa quoque certa fide, firmaque cogitatione me sublevo, fore ut conservatoris vindictisque munus, quod nunc prætermisisse videris, placatus aliquando, propitiūque instaures.

Licet nunc sanè tam severè mecum agas, ut si quid peccavi, non aliter quàm perpetuo carcere & arctissima custodia punias, neque unquam pœnas peccato debitas remittere velis. Ego verò sic dejerare & mihi impre cari ausim, ut si quid peccavi, durissima custodia detinear, & nunquam abs te mihi offensā remittatur. Sed durum & asperum sanè est, haud latum unguem à recto bonoque discedendum, vel per oblivionem humanam, cum jam in tabulas redigis, & ad calculos severissimè revocas. At adolescentiæ errata jam condonata, & multis à te mihi amicitiae & benevolentiae argumentis exhibitis, oblitterata videbantur; cur igitur culpæ memoriam, nec non peccati pœnas repetis? Non enim vis mecum tanquam cum innocente & supplicii immerè te agere.

Vt cumque itaque egero, etiam si me piissimis operibus exerceam, mala & ærumnas sustinere compellar, atque habitum hominis sumere, pœnitentiam alicujus sceleris agentis, capitis^r demissione, animique submissione; non enim ex sanctitate ullus mihi insolescendi, & gloriandi locus erit; neque coram severissimo iudice consurgere, & atrollere caput in iudicio, & obtinere in mea causa & meæ innocentiae defensione unquam potero. justus enim licet sim, non plus propterea honoris atque dignitatis habebō apud homines, ne-

^r *Fusor de capitis aut demissione, aut elevatione tractatio, & quid in sacro sermone significare solet. v. 15. n. 1. 2. 3. 4. 5.*

¹³
Licet hæc celes incorde tuo:

tamen scio, quia universorum memineras.

¹⁴
Si peccavi & ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris?

¹⁵
Et si impius fuero, vae mihi est: & si iustus, non levaro caput:

que

* Saturatus afflictio-
ne, & miseria.

16

Et propter superbiam
quasi leonem capies
me:

reversusque mirabili-
ter me crucias.

17

Instauras testes tuos
contra me: & multi-
plicas iram tuam ad-
versum me.

& pœne militat in
me.

18

Quare de umbra edu-
xisti me? qui utinam
consumptus essem, ne
oculus me videret.

neque minus obnoxius injuriis, & ignominia ero, cum me ad eam conditionem deductum videam, ut vix audeam oculos, caput ve attollere. Neque mirum; cum gravissimum calamitatis pondus sustineam, tantumque deprimar, ut respirare vix valeam. * uror sanè totus, atque torreo ignea vi morbi grassante; & opeor angustiis, quæ animæ stomachum & appetentiâ acerbissimè commovent.

Illud verò longè molestissimum, quòd cum meam innocentiam contestari volo, quasi in ea cogitatione insolescerem, & superbirem, duplicatas statim pœnas pendere cogor: sentio enim me, tanquam ferocientem superbientemque leonem, aut superbissimum leopardum fortitudine & principatu inter reliquas feras gloriantem, ita quasi ob prioris vitæ felicitatem & gloriam insolescentem, paratis à te, laqueis, retibus, foveis, capi, constringi, implicari, & acutissimis dolorum jaculis configi. Atque utinam jam tadem calamitatis meæ atque doloris cumulus eò excreceret, & tantum invalesceret, ut jam omnino viderer à tua potentia captus, jaculisque penitus conficerer; nam nunc diurno longissimòque supplicio excrucior: cū enim aliquod à malis otium, mihi dari credo, tunc repentino impetu, imparatum adoriris, eademque flagella sæpius repets, nūquam intermittentibus doloribus, alios denuo cruciatus apparans; quos cum perfero, miserabile profectò spectaculum toti mundo exhibeo.

Tum etiam tu ipse testes conquiris, & accerfis etiâ; testibus prioribus novâ adversum me testificandi vim confers, semperque de mea vita quæstionē habes acerrimam, atque mea cusa sæpius dicta, tu me sententiæ expectatione suspensum tenes, neque conquirendis, exanimandis ve adversum me testibus ullus est finis. Et quidem adversariorum multorum testimoniis obruor. Nam isti mei amici concordis testimonio me accusant improbitatis, tradita sibi pervices accusandi & testificandi oratione: singuli præterea cruciatus atque supplicia testes esse videntur sceleris alicujus, tuæque adversus hominem iræ, exprobrare enim videntur impietatem, palamque sceleratæ vitæ rerum peragere. Quid, quòd mala omnia ingenti quodam quasi conflatò exercitu, expeditionem, irruptionemque in me faciunt, ac me undique obsident atque oppugnant; te interim, ô fortissime Deus, velut supremo imperatore ærumnas & dolores quasi milites moderante, & suo quemque loco & tempore ad nocendum maximè opportuno constituyente.

Quam igitur ob causam, cujus ve nam boni adipiscendi gratia, tu ipse auctor extitisti, ut in hanc lucem sospes & incolumis ederer? Quorsum in tantis periculis constitutum intra materni uteri angustias me tutatus es? cum enim continuò ac natus sum, in hanc molestiarum & calamitatum pugnam sim ingressus; præstaret profectò nunquam vitæ ac lucis primordia attigisse, quam tot mala expertum, in tuæ amicitia violatæ sus-

* Quòd hoc loco afflictio-
nis nomen aliquid igneū
sonet. & quod ignis symbo-
lum sit acerbissimorum cru-
ciatum, quædam ad scrip-
turarum intelligentiam.
v. 15. n. 8.

† De Leonum venatione op-
portuna quadam. v. 16. n.
3. 4.

picio-

19

Fuissem quasi non es-
sem, de utero transla-
tus ad tumulum.

20

Numquid non pauci-
ras dierum meorum fi-
nietur brevi?

* Dimitte ergo me,

ut plangam paululum
dolorem meum.

21

Ante quam vadam,
& non revertar, ad
terram tenebrosam
& opertam mortis cali-
gine.

2

Terram miseriæ, & te-
nebrarum: ubi umbra
mortis, & nullus or-
do: sed sempiternus ho-
ror inhabitat.

picionem venisse. Nam si intra materni uteri angustias præfocarer atque cõprimerer, nulla tunc mei ratio haberetur, & neque lucis, neque tenebrarum particeps essem: abortivus enim censerer pro non nato, ut qui ex matris utero ad terræ viscera, & uterum quasi iterum concipiendus traderer.

Vitâ vero qui amittere, non magnum bonum amittere; est enim brevissima, & paucitas ipsa, imminutio, & mera vanitas, in se ipsa deficiens, & evanescens; atque non tam in bonis & jucundis, quàm in malis & ærūnis constituenda. At (inquit) non ideo natus es, ô Iob, ut assiduis malis afflitareris; si id ita est, diutius sanè expectandum non est; cū ad extremum penè vitæ spiritum pervenerim. * Patere igitur, aliquantulum me quiescere, neque totum ob obsideas malis, neque tua me potentia circumveniat: interim reficiat non nihil, & vel lugens meo dolori paululum indulgebo; non enim, quas peto doloris & morbi inducias, voluptati, sed lachrymis, sed gemitibus, sed suspiriis postulo: nam quæ passus sum, tam gravia sunt, ut vel sola illorum recordatio, multorum dierum lachrymas, & luctum jurè suo exigere videantur.


Abibo tandem ex hac vita, non iterum ad eandem vitæ conditionem reversurus, concedamque in aliorum defunctorum subterraneam stationem, terram sanè horribis tenebris offusam, miseriæque plenissimam, ubi nullus cadaverum dignitatis ordo, sed confusa & perturbata ossium congregies, perpetuo omnia horrore, atque æterna caligine obvoluta. Timeo enim, si me ad mortem diligentius non cõparem, atque omnia vite errata pœnitentia deleam, ne fortè conjiar in æterna dånatorum supplicia, unde ad meliorem statum, nulla redendi facultas cõceditur: regionem, sanè, quàm nulla unquam complet lux; quam letales umbra, & immedicabiles tenebræ occupant; & in quibus obscura & cæca mors, caliginosusque orcus sedet, atque regiâ constitutâ habent, eundemque etiâ carcerem opportunum fontibus detinendis. Tetrâ videlicet, ubi simul cū tenebris & animi caligine, lassitudinè & defectu plane letalem, patiuntur fontes. Ibi profectò oritur sempiterna nox, unde proveniunt tenebræ, & ad alias regiones mortaliūque, sedes offundendas permanat. Ibi per obscurissimam lucem, & medias tenebras, horribica spectra; & letales manuum umbræ apparent, nihilque videtur quod non sit tristissimam mortis simulachrum, & mestissimam imago. Nullus præterea ulla in re ordo sed incredibilis confusio, quæ in ipsis dånatorum perturbatis membris potissimum cernitur. in tenebris enim maximis omnia misceri, confundi, perturbari necesse est; ut etiâ ignis, qui natura sua lucidus est, quasi perturbata natura, obscuritatem potius, quàm splendorem eo in loco afferat. denique omnia conglobata, nullo ordine, uno impetu suppliciorum genera in impios deserviunt. Tum verò ex præsentis tot malorum tristitia, non solum non tollitur, sed crescit potius miserrimæ illius eternitatis nunquam elapsuræ, timor sempiternus.

v. De vita brevitate, & nominibus, quæ illa explicat peculiariter quadam. v. 20. n.

u. Ut lachryma & fletus succensum pectus refrigerent. & ut vehemens dolor lachrymas suppressere soleat, observatur. v. 20. nu. 7.

* Secundus harum sententiarum commentarius, qui est de inferni supplicis, quæ minutatim exponuntur, præsertim quæ ad æternitatem tenebras, spectrorum horrorem, ordinis defectum, digressio utilis. v. 25. à n. 5. usque ad. 23.

CAP. XI.



IOANNIS DE PINEDA SOCIETATIS IESV COMMENTARIORVM IN IOB

LIBER QUINTVS. Qui est de quinto certamine, id est, prima IOB cum Sophar disputatione.

CAPVT XI.

ARGVMENTVM CAPITIS.

IOBI orationem, atque studium cognoscendi finem & causam, quia permotus Deus illum afflixerit, loquacitati, & animo insolenti tribuit Sophar; quod ea qua Dei sunt, supra humanum captum sunt, Felicitatem autem, qua viro iusto reposita est, respicienti IOB O pollicetur.

1. Respondens autem Sophar Naamathites, dixit:

- 1. Etymologia nominis Sophar-Naamath vrbs Histranae provinciae.
2. De Deo loquendum parca. Animalis homo non percipit orationem hominum spiritualium.
3. Respondere non solum ver-

IOBI VOBVS. SENIORIBVS, Eliphaz, & Baldad disputatione superatis Sophar ad redarguendum. Iobum procedit, sed extra chorum saltat & multa per contentionem effutit. nam re ipsa & ratione relicta ad contumelias, & probra convertitur. Praeter ea tamen, quae de his tribus amicis a nobis sunt superius dicta, illud tantum nunc addendum, quod ad nomen & cognomen attinet. Sophar apud Gregorium, & Philippum sonat idem quod Speculator, aut dissipatio speculae, vel Speculator dissipans; a verbo Tsapha quod est intueri, vel speculari. apud Olympiod. Scopus; apud alios Buccina; in vulgari nominum Hebraicorum interpretatione, Matutinus, aut Corona, aut Hedy

I

Vid. annotationem praeviam ad c. 4.

Gregor. Philipp. Olympiod. Etymon nominis Sophar

תפא

a ver bo

צפא
צפד
צפצפ
צפדצפ
נעם
Naamath vrbs quae.
Christianus Adrikom.

a verbo, Tsaphar, quod est manere confurgere; aut a Tsaphid, quod est hircus; vel a Tsaphsaph, quod est garrire; aut, Tsaphar deagh, quod est rana.

Naamath, sive, Naghamath verò pulchrum, aut iucundum Hebraicè sonat; a verbo, Nagham, est autem vrbs in terra Hus a qua originem, & cognomen duxit Sophar in qua etiam regnasse creditur. distat à Iobi pyramide. 18. miliaribus plus minusve; quod ex Fretelio affert Christianus Adrikom in suo terrae sanctae theatro.

2. II. Numquid qui multa loquitur, non & audiet? aut vir verbosus iustificabitur?

2 Iobi eloquentia.

Sab. 7. 15. Bene dicite Dei donum.

7. 16.

Bloquentia pars Sapietiae.

Cicer.

Qui multa loquitur. Eloquentiam Iobi, & cum summa gravitate & copia dicendi facultatem in vitis licet, nolensque, fateretur Baldad. atque illa ex eo mirabilior est; quod reconditos animi sensus, quos in se ipso aegre potest homo percipere, aut distinguere, cum summa verborum atque sententiarum ubertate & visic ille explicet, ut rebus & significationi parem orationem afferat. hoc autem Dei donum esse Sapiens testatur. cap. 7. suae Sapietiae. Mibi dedit dicere ex sententia (dicere quae vellem, quaeque sentirem, & mihi semper felices in dicendo conatus procedere. alii, sententiosè, & graviter.) & praesumere digna horum, quae mihi data sunt. quoniam ipse sapientia dux est. & sapientium emendator, (Deus ad veram sapientiam, & perfectam dicendi rationem magister & informator) in manu enim illius, & nos & sermones nostri, & omnis sapientia & operum scientia disciplina, quaecumque scientia, non rerum solum, verum & verborum à Deo in homines profunditur. Eloquentiam sapientiae partem esse Stoici senserunt, imò virtutem atque sapientiam esse dixerunt, ut Cicero in suo Oratore refert. Sed cum, eodem auctore, eloquentia, illi ipsi qui consecuti sunt, se valere dissimulant, propterea quod prudentia hominibus grata, lingua suspecta sit, non miratur eloquentem, sed multa suo iudicio loquentem reprehendit Sophar. Multitudo autem verborum non solum ad numerum, sed ad tumorem, & ampullas, & verba fescuipedalia pertinet.

net. est enim in originali; multitudo aut numero, aut mole, quae magnitudo dicitur. Vitiò autem tribuit, quod multa de Deo, deque divinis rebus temerè & incōsideranter pronuntiet; praecipit enim recta ratione Sapiens Ecclesiast. 5. Ne temerè quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo. (id est, de Deo ut eo loco Hieronym. & Nyssen. opusc. de beatitudinibus. c. 6. interpretantur; cum enim in caelo Deus sit, id est longissimè à nobis distet, plurima à nobis de divinis rebus ignorari necesse est; ideo subiungit) Deus enim in caelo, & tu super terram, idcirco sint pauci sermones tui. Septuaginta legunt; Ne festines in ore tuo. Chaldaeus; Ne acceleres super dictum tuum. nam oratio de Deo tardè potius, & sensim, quam cum linguae volubilitate habenda est. certè Moyses post divinam revelationem tardior in loquendo evasit, ut observavit Orige. Exodi. 4. Ex quo (inquit) loquutus es ad servum tuum, impeditioris, & tardioris lingua effectus sum. & Paul. ad Roman. 8. postquam divina beneficia per Christum accepta commemorasset, ait; Quid dicemus ad haec? quasi oratoris instar diceret; Tanta divinarum rerum maiestate à dicendo deterritus sum; quid itaque dicam, quod me veritatem nescio? quare Seneca lib. 7. naturalium quaestionum ex Aristotele adducit, nunquam nos verecundiores esse debere, quam cum de Deo loquimur. Si intramus (inquit) templum compositi, si ad sacrificium accessuri, vultum submittimus, rogam adducimus, si in omni argumentum modestia fingimur, quanto magis hoc facere debemus, cum de syderibus, de stellis, de Deorum natura disputamus, ne quid temerè, nequid impudenter aut ignorantes affirmemus, aut scientiamur? nec miremur tam tardè erui, quae tam arde jacent. Sed aliquando tamè sancti pleni ardente, & concitato spiritu ardenter & concitate de divinis loquuntur, varus etiam linguis; quem loquendi ardorem animalis homo, qui non percipit, quae sunt spiritus Dei, non spiritui, qui loquitur, sed ebrietati stultitiae, garrulitati tribuit. sic Marc. 3. Cum audissent sui Christum Iesum loquentem, exierunt tenere eum, dicebant enim; Quoniam in furorem versus est. & Ioannis. 10. Dissensio facta est inter Iudaeos propter sermones hos; dicebant autem multi ex ipsis; Demonium habet, & insanit, quid eum auditis? alii dicebant; Haec verba non sunt demonium habentis. Non dissimile Paulo cōtigit. act. 26. nam illo ardentius disputare

רבב

3 Eccles. 5. 1. Hieron. Nyssen.

De divinis par eè, & tardè loquendum.

LXX

Chald.

Orig. super. c. 4. Exod.

Rom. 8. 31.

Senec. lib. 7 cap. 30. 31. 32. Aristot.

Sanctorum oratio stulta videtur, animalis homini. 1. Cor. 1. 14 Act. 2. 4. 13 Marc. 3. 21. Ioan. 10. 19

Act. 25. 24

de divinis

de divinis, *Restus magna voce*, quati mirabū
dus, *dixit, In sapis, Paule, multa te littera ad in-*
saniam convertunt; invitus etiam & nolens
multas litteras, magnamque Sapientia
vim fatetur inesse Paulo, quod verò ipse
non intelligit, furori, & infania tribuit. si
cut illi, qui a postolos divino spiritu ple-
nos audiebant, multo madere reputabāt.
sic Sophar sapientissimum Iob multilo-
quii accusat.

Non & audiet. Verbum quod subest, res-
pōdere, significat, quam significationem
frequenter usurpat Vulgatus; hoc ergo
loco Pagnin. Hebræus apud Cajetanum,
& Regia vertunt; *Multitudini verborum non*
respondebitur? Symmach. *non respondeatur?*
sed quidem in originali activa vox & sig-
nificatio est; *non respondebit?* multoque ele-
gantior sensus. nam respondere, non solū
verbis fit, sed re ipsa, quacumque quis ra-
tione erga alterum segerat, respondere al-
teri dicitur. quare qui silentio audit, res-
pondet. eleganter itaque sensum illumina-
vit, & vim verbi expressit interpres, cū
dixit, *Non & audiet?* quod planè etiam ag-
noverunt Septuaginta legentes. *Qui multa*
dicat, & vicissim audiet. disputatio alternis lo-
quendi vicibus debet procedere. Repre-
hensionem verò præferret; Næ tu omnia
loqueris.

Vir verbosus. Hebraicè, Vir labiorū. Sep-
tuaginta, *Eloquens.* verbis potius, quam re,
& ratione valens. sic infra. cap. 12. *Commu-*
tans labium veracium, id est facundiam, &
loquendi peritiam auferens eloquentissi-
mis. & Psalm. 16. *Percepe orationem meam nō*
in labiis dolosis. id est, oratio mea sine multi-
loquio, & sine fraude est, pura, simplex, a-
perta, nullis vanis circuituionibus compo-
sita. & cum sermonis, & facundia symbo-
lum esse soleant, os, guttur, lingua; pecu-
liariter tamen labiis inest facundia, aut lo-
quacitatis nota; nam ex Physiognomorū
observatione, si labium valde diductum
sit, atque etiam tenue, loquacitatis & elo-
quentia signum est. sicut etiam crassiora
labia loquendi ineptiam, aut difficultatē
inducunt. ut Moyses dixit Exod. 6. *In circū-*
cisus labiis sum, quomodo audiet me Pharao.
quod aliqui explicant; Grossiora habeo
labia, quàm ut coram rege expedit, & fa-
cundè loqui possim: labeo sum; circumci-
sione, extenuatione, & expolitione la-
biorum indigeo. ergo *Virum labiorum,* ver-
bosum, garrulum, locutuleium appellat.

Iustificabitur. Videtur hæc referre ad vi-
tium multiloquii; Dum tua peccata excu-
sare conaris, & tuam innocentiam asserere,
& tueri, multa profundis temerè, &
imprudenter, unde oportet te novā mul-
tiloquii contrahere labem. quid iste ver-
borum strepitus tibi, si quam admisisti la-
bem, eluet? imò quod plus loqueris; plura
peccas. Sed simplicior sensus; Putas ne te
verborum tantum turba obrinere. posse
victoriam; aut persuadere nobis te justum
esse? quati verò nobis orationis tuæ pro-
fluentiam admirantibus, silentio seden-
dum sit. sic Græci. Tum etiam ut ad lōgiō-
rem orationem respiciat, quam habuit ad
Deum; Putas ne lōgiori oratione te Deo
probatum iri, aut multiloquio quicquam
ab illo obrinere posse? hanc esse athni-
corum delusorum ceremoniam multa in
oratione effluentium, docuit Christus
Matth. 5. *Orantes, nolite multum loqui, sicut*
athnici, putant enim quod in multiloquio suo ex-
audiantur. Deæ Syria cultores multa pha-
naticè effutire solitos scribit. Apulejus
lib. 8. & indicatur etiam. 3. Reg. 18. in vo-
cari solitum Baal multo clamore. nam cū
esset meridies, illudebat illis Elias dicens
Clamate voce maiore. clamabant ergo voce
magna, sed non *iustificabantur.*

III. Tibi soli tacebunt homines?
Et cum ceteros irriseris, a nullo cō-
futaberis?

1. <i>Varia lectio. Septuagin- ta dissensio à Vulgato.</i>	3. <i>Irridere quid proprie. Pauperis oratio contem- pta.</i>
2. <i>Hebraicæ varietas Expenditur Hebraea lec- tio. Vulgatus illustra- tus, & defensus.</i>	4. <i>Confutari quid proprie & quibus modis verta- tur a Vulgato.</i>

Septuaginta & Græci, tum etiam Au-
gusti. & Hebraizantes, Pagnin. Vatabl.
Tygurin. sine interrogatione legunt; sed
non in eodem sensu omnes; nam præter-
quam quod Septuaginta aliam partem le-
gerunt, quæ non extat, sic habent inte-
gram sententiam; *Benedictus natus mulieris*
brevis vita; ne multus sis in verbis, cum nemo sit
qui contradicat tibi. priorem partem in hæc
sententiam accipiunt Græci, ut ad Iobum
refellendum pertineat, mortem sibi op-
tantem, quasi dicat; Vtinam mortuus es-
ses, ne tibi peccandi, & iustitiæ laudem

6
Vitiū multiloquii.

Græci.

Matth. 5.7
Multiloquii
ethnicorū in
ter orandum
Apule. lib. 8
3. Reg. 18. 27.

I
LXX
Græci
Augusti.
Pagnin.
Vatabl.
Tygurin.
Septuaginta
dissensio à
Vulgato.

Act. 13.

4
LXX

Pagnin.
Cajet.
Regia.
Symmach.

Defensus
Vulgatus.

LXX

5
Labia ad elo-
que utiam.
LXX
Iob. 12. 20
Psalm. 16. 1.

In circūcisus
labiis quid.
Exod. 6. 12.

per insolentiam arrogandi, spatium ul-
lum concessum esset. Augustin. verò qua-
si recitari à Sophar hanc sententiam
prius à Iobo pronuntiatam; Tu inquis, o
Iob, benedictum esse eum, qui non diu vi-
xit; atqui hoc plus æquo, loqui censendū
est. & nimium projectè & temerè de iis
rebus statuere, quæ soli divinæ providen-
tiæ permittenda sunt.

2
Hebraicæ.
Chalde.
Pagnin.
Vatabl.
Regia

Hebraizantes verò ex verbo legunt,
cum Chaldæo, *Mēdacia tua*, aut, *Nuga tua ta-*
cebunt homines? id est, tacere facient? alii,
cogitationes. alii, *verbes tuos* tacebunt homi-
nes? id est, potentiam verborum tuorum?
quasi dicat. verbis nugatoriis atque men-
dacibus potentem, atque magnificum te
præbes; quibus, quod apertæ nugæ sint,
respondere nemo sanus debeat. ratio ve-
rò huius discriminis, & dissensionis à no-
stro interprete, est significatio vocis, *Bada*
quæ significat aliquid seorsum facere, ef-
fingere, machinari, cogitare, mentiri. R.
Mardoch. ait significare propriè, *Educere*
mendacium. ex corde, & cogitatione ad os, quod
est proferre mendacium. inde nomen dedu-
ctum, *Bad*, quod illis verbis, *tibi soli*, subest
significat quicquid per se aliquid facit,
aut sustinet, ut ramus, qui sustentat flores.
& fructum: aut magistratus, qui subje-
ctum populum portant, & sustinent; tum
etiam qui per se effingit, & cogitat men-
dacium è suo cerebro. & ita ab illa radi-
ce dicitur, Nehemi. 6. *De corde tuo componis*
hæc. & infra, cap. 41. ubi nos habemus, *Non*
parcam ei verbis potentibus. Hebræi legunt,
Non tacebo mendacia eius, audacter & mag-
nificè prolata. Hæc omnia cum vidisset
interpres illustri paraphrasi cum empha-
si usus est, vertens pronomen, *tibi soli*. qua-
si dicat; Tibi soli hæc asserenti, talia effu-
renti, ac etiam mentienti, atque nuganti
de divinis rebus, & providentia illud
etiam *soli*, indignantis est; & suam atque
sociorum suorum sapientiam pluris æquo
æstimantis; Nemini, inquit Sapientia lau-
dem unquam concessimus; nunc ergo ti-
bi soli cedendum, & ad tuas responsio-
nes tacendum? & sapientissimos magis-
tros te nolle audire? est alia verò Vul-
gati defensio simplicior, fortè etiam ve-
rior, vocem originalem *Bad*, deduxisse à
Badad, id est, solus vel solitarius; atque ex
verbo transtulisse, *Tibi soli*; tum etiam cum
interrogatione, quam sententia ista postu-
lante videbatur. Illud tantum in voce Ho-

LXX

R. Mardoc.

LXX

2 Esdr. 6. 5

Iob. 41. 3

Compluten.

Vulgatus illu-
stratus & de-
fensus.

LXX

mines, observandum, quæ hoc loco pecu-
liaris est; deducitur enim à verbo, *meth*,
quod est mori. quasi dicas, mortalis, aut
mortuus: sic enim Paulus corpus no-
strum, appellat, *corpus mortis*, id est mor-
tuum; quotidie enim morimur, & sancti
nunquam non mortem sibi ante oculos
proponunt, quam suo corpore pene iam
mortuo gestare intelligunt. ea etiam mor-
tui appellatio, ad calamitates & ærumnas
pertinet, quibus humana vita obnoxia
est; quare percussus & afflicus Pharao ali-
quando dixit. *Rogate Dominum Deum vestrum*
ut auferat à me mortem istam. sunt enim pœ-
næ istæ humanæ vitæ, quasi appēdix quæ
dā mortis, quā homo, propter peccatum
incurrit.

Et cum ceteros irriseris. Hanc etiam par-
tem asseveranter legunt Septuaginta. *Cum*
nemo sit qui contradicat tibi. quod in hanc
sententiam videtur accipere Olympiodi:
nugaris cum agere cum Deo postulas,
nam neque ille tibi respondere, neque
nos fas esse iudicamus. tanta videlicet est
insolentia tuæ orationis, & irridendi pro-
cacitas! sed, profectò acriorem reddit sen-
tentiam nostra interrogatio.

Irriseris. Doctè vulgatus supplet, *ceteros.*
Verbum autem *irridendi*, non solum
ad verborum fannas, & obliquas ac iro-
nicas loquutiones, sed etiam ad gestum
subsannatorium pertinet: hic autem ge-
stus simul cum verbis subsannatoriis ex-
plicatur. Psalm. 21. ab eadem radice, *Om-*
nes videntes me, deriserunt me, loquuti sunt la-
biis, & moverunt caput. Sicut & Christo as-
sertori in cruce pendenti, per sarchaf-
mum *movebant caput, & dicebant &c.* Indi-
cat ergo Sophar vehementem fuisse Io-
bi dicendi actionem, & fortè etiam ali-
quando visum fuisse ironicè loquutum.
Laborat quidem Cajetanus. hoc loco in
investigando, quonam verbo aut senten-
tia visus fuerit Iob irrisisse suos amicos.
Sed frustra laborat: nam integram Iobi
orationem ardentem, & concitatam, &
cum affectu gestūque dolentis pronun-
ciatam, potuit Sophar existimare ad sui
& amicorum contemptum & irrisionem
pertinuisse; egrè enim ferre possunt divi-
tes, ut pauperes apertè & liberè coram
loquātur, secūs illos suæ majestatis, atque
potentia læsæ agunt. quò illud sapiē-
tis Ecclesiast. 13. spectat, *Pauper loquutus*
est sensatè, & non est datus illi locus, & dicunt,

מרת
Rom. 7. 24

Exod. 10. 17

LXX
Olympiod.

LXX
Irridere quid
proprie
Psalm. 21. 8

Cajetanus.

Pauperis ora-
tio contēpta.

Eccles. 13. 27.

Quis est hic? id est, tantam ne tibi, o miter, innatam audaciam, ut me presente dicere audeas.

Ipse à nullo confutaberis? In Hebræ. tantum; Et non confunderis, aut, pudefies? Pagninus; Et non fuit, qui te pudore afficeret? alii. & non pudefaciens. supple te. Tygurina. Et te sanonem agentem nemo suffundat pudore? Et quidem ea est proprietates

verbi, calam; à quo dicitur Numerorum. 12. Nonne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi. sed illa confusio, & erubescencia variis vocibus solet exprimi à Vulgato, ut subjecta materiè melius quadra re videt. Isai. 50. dicitur, Increpanti. Faciem meam non averti ab increpantibus (proprietates à confundentibus) & conspuentibus in me. Septuaginta eleganter; à confusione sputorum. proprium enim est. erubescencium, avertere faciem, & se abscondere. intellexit increpationes ignominiosas: & Psalm. 39. vertitur revereri. * Reverentur (pudefiant) qui volunt mihi (qui illis benefecerim) mala. vel injice illis meam reverentiam, ita ut erubescant me tangere. & 1. Regum. 25. dicitur molestare; Numquam eis molesti fuimus. videlicet nullam illis injuriam, aut erubescendi, confusionis ve causam attulimus, quo illis molesti fuimus. Hoc verò loco quoniam disputatoria res erat, confutare dixit; à nullo confunderis, confutando tuam audaciam, refellendo dicta, dissolvendo rationes, convellendo destruendòque universos tuæ orationis conatus? Augustinus intelligit non solum Iobi orationi præteritæ confutatorum desiderari à Sophar, sed etiã ne ultra audeat tam liberè loqui. sic enim explicat.

Quando dicebat, nemo ei contradixit, quasi dicat, oportuisset quidem, ut loqui gestienti non deesset, qui os obstrueret.

III. Dixisti enim, Purus est sermo meus, & mundus sum in conspectu tuo.

- 1. Lectiois varietas. Sermo quid proprie.
- 2. Mundum, quid proprie.
- 3. An Sophar per calumniam, & mendacium Iobum criminatur. An Iob quoque huic criminationi ansam præbuit.
- 4. Gregorii, & Chrysostomi sententia explicata. Narratio syncere faciendæ. Explicatio. Iob. Mat. Salomon. Variè lectio loqui & aperire labia quo differant.

Purus est sermo. Id est, doctrina mea; quæ pronuntio de Deo; deque divina providentia, de justorum grumnis, de impiorum, fœlicitate, clara, lucida, sine ulla mendacii labe. Sermo ex vi originis est ejusmodi gravissima sententia, aut oratio, quæ servari, & suscipi debeat; ut lex consilium vè, aut preciosa alia res, quam complectimur; à verbo, la Kach, quod est accipere. Vocis proprietates indicatur Proverbior. 4. Donum bonum tribuam vobis. (id est, doctrinam, aut consilium, quod suscipere, complecti que toto animo debetis. cujusmodi autem donum sit, statim explicat.) legem meam ne derelinquatis. & Deuteronom. 32. Concresecat in pluviam. (quam ebibit, suscipitque avidè terra) doctrina mea. Notat ergo Iobum, quòd tantum suæ sapientiæ, atque doctrinæ fideret, ut quæ de divinis rebus pronuntiarer, ab omnibus sine ulla hæsitacione suscipienda esse decerneret, neque tam respondere objectionibus propositis, quam suos amicos docere velle videretur. quare nõ debuit Hebræus apud Cajæ. pro Sermonem, aut doctrina, legè vertere, & invertere sensum. neque video cur Septuaginta legerint, non sermonem, aut doctrinam, sed opera; Mundus sum operibus. nisi fortè purum sermonem intellexerint, quo suorum operum puritatem & munditiem tueretur. aut purè & candidè loqui, sicut purum, & candidum decet hominem: uti est in Proverbio, A puro pura defluit aqua. atque hæc etiã ratio videri potest, cur Vatablus dixerit; Puri sunt mores mei, quàmvis enim legè, aliquando sonet vox originalis, sed illa non tam, ut in opere relucet, quàm in edicto, & præscripto sermone, atque præcepto accipienda.

Mundus sum. proprie electus præ aliis, segregatus à peccatoribus; non sum sicut cateris; expurgatus, purus, sine labe. Septuaginta Irreprehensibilis. sed lectio nra significatior est. In conspectu tuo; te, o Deus, iudice, & teste; te bene cõscio, mea sanctitas, & vitæ cãdor, moruq; mundities benetibi nota est

atq; per

I
כך
Sermo quam vim habeat in Hebræo.

נקל
Prov. 4. 2
Deut. 32. 2

Lectiois varietas. Cajæ.
LXX

Vatab.

2
Heb. 7. 26
Luc. 8. 11
LXX

4
Pagninus.
Cõfutori quid proprie.
Tygurina
קלם
No. 12. 14.

Isai. 50. 6
* Hic rostrum u mis afratas.

LXX

Psal. 39. 15
* Tenga verguença y empacho de hazer mala qui en les hazebien.
1. Reg. 25. 9

Augusti.

perfecta. sicut & Psalm. 17. Secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum ejus.

Cæterum illud questionem habet, an verè hoc tribuat Iobo. Sophar. Gregorius enim asserit, nunquam Iobum can sententiam protulisse, sed per calumniã & mendacium illi affingi à Sophar, atque ex pravitate, & contumacia, cum se correptum videret, atque multò inferiorem Iobi oratione, falsò nunc & mendaciter criminari. Quomodo enim (inquit) se justum dicere potuit, qui ait, Si iustificare me volueros, os meum condemnabit me? Sed habet hoc pravorum malitia, ut cum vera in se fere mala renuit, fingat aliena. idem sentiunt Chrysostom. in Catena. Philippus, Isidor. Clarus.

Sed certè viro sapienti, & pietatis cultori, atque sola ignorantia, & indiscreto zelo nunc peccanti, non videntur facillè debere tribui tam aperta calumnia, tamque manifestum mendacium. Ceteri itaque interpretes existimant potuisse ex Iobi oratione ejusmodi sententiam colligere: Sophar; pro disputantium enim, & litigantium morè paulò severius accipit, quæ Iobus dixit, aliquanto etiã promovit, studio illum redarguendi. Ergo huic criminationi ansam præbuit, quòd supra dixit, Non invenietis in lingua mea iniquitatem. & cap. præcedenti, Indica mihi cur me ita iudices. quasi mundus esset in Dei conspectu. Tum etiã irridere, subannare vè videri potuit amicos, cum dixit, Ad increpandum tantum eloquia concinnatis. Et, Quare detraxistis sermonibus veritatis? neque mirum hæc colligi potuisse ex Iobi oratione, cum in decursu disputationis disertis verbis asserat, Si in manibus meis adhaesit macula. Et; Cum haberem mundas ad Deum preces. Et; Non reprehendit me cor meum in omni vita mea. ab his enim se sceleribus, quæ amici objiciebant, semper se purgare nititur Iob, & mundum immunitatemque ostendere; ab aliis verò levioribus, & quæ homo non intelligit, occultis videlicet, semper sibi timet, cum dicat, Nemo mundus à sordè. Et; Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Et; Si iustificare me volueros, os meum condemnabit me.

Sed illud fortè Gregorius, atque Chrysostomus voluerunt, eum, qui non omnino syncerè, sed amplificando, aut exte

nuando, aliquid narrat, mendacii tene-ri. præsertim ubi alicujus honoris, & sanctitatis existimatio agitur. res quidem ab Evangelista Ioanne quasi indicata & ob-servata. cum enim Christus Dominus Petro roganti; Hic autem quid? Respondisset, Sic eum volo manere, donec veniam. facillè fuit inde colligere, quòd discipulus ille non moritur; exiit igitur sermo iste inter fratres. sed ut veritatem omnino puram, atque synceram Ioannes proponeret. ait, Non dixit Iesus, non moritur; sed sic eum volo manere, donec veniam. facillè igitur ex verborum permutatione; aut amplificatione potuit falsitas aliqua in discipulorum animos irreperere. Falsi etiam illi testes à Matthæo scribuntur, qui dixerunt. Hic dixit; Possum destruere templum Dei, & in triduo readificare illud. Cum tamen Christus Iesus non illis verbis, sed his tantum dixerit, Solvite templum hoc; & in tribus diebus excitabo illud. uno enim tantum mutato verbo, totius sententiæ sensus invertitur. quare à Sapiente graviter inuritur, Qui altero sermone repetit. Proverbior. 7. videlicet non nihil re mutata, aut malignè interpretata. aut depravata. quare in ipsa repetitione, sicut multum interdum periclitatur veritas, ita ne lædatur, curæ multam, & studii ponendum est: non tantum ut altero, id est ferè simili, sed ut omnino eodem sermone eisdemque verbis narratio fiat.

U. Atque utinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi.

Cum ausus fueris cum Deo colloqui, optarem sanè, ut Deus vicissim sua te responsione dignaretur. ille enim te multum loquentem facillè com-pesceret; nos enim, quos mentis recessus latent, te revincere planè non possumus. Div. Thomas curiosè distinguit loqui, & aperire labia. Loquitur enim Deus perse ipsum; aperit verò labia sua, cum vel hominum, vel aliarum rerum opera tanquam instrumèto utitur ad aliquid manifestan-

atq; per

Pal. 17. 15
3
An Sophar per caluniã & mendaciũ nũc loquatur.
Gregorius.

Iob. 9. 20
Chrysostom.
Philipp.
Isidor. Clar.

Solutio dubitationis veterior.

An Iob præbuit ansam criminationi Sophar.
Iob. 6. 30.

Iob. 10. 5. 2

Iob. 6. 26

Iob. 31. 7
Iob. 16. 7

Iob. 14. 5. 4
juxta Græc.
Iob. 9. 20

4
Gregorius, & Chrysost. expli-cantur

Ut mendaciũ facillè in narrationibus admittatur.
Iob. 21. 22

Matth. 26. 61

Ut sit repetendum, aut narrandũ syncerè.
Prov. 17. 9

5
D. Thom.

Loqui & aperire labia, quo differant.

LXX Schol. Græc.

Philip.

Pleonasmus

dū. Vtinā Deus vel per se, vel per aliū tibi loqueretur. Illud fortē indicat quod lectio Septuaginta; Sed quomodo Deus loquetur ad te? Schol. Græcanica; Vtinam detur aliquo vtiq̄ modo. Sed non cohæret; nam Sophar non ab alio, quā ab ipso Deo rejiciendum, & disputatione superandum putat Iobum. Philip. quoque per aperta labia, intelligentiam divinæ vocis interpretatur, quasi dicat; Vtinam loqueretur Deus, loquentēque intelligeres. sed certē eadem est utriusque partis sententia, & altera quidem exponit alterā cuiusmodi Pleonasmus frequens est in sacris.

U. Ut ostenderet tibi secreta sapientia: & quod multiplex esset lex eius: & intelligeres quod multo minora exigaris ab eo, quam meretur iniquitas tua.

1. Ostendere, pro docere. 2. Sex hujus multiplicis expositiones ex Græco, & Hebræo. 3. Grammatica sacra. Exigere quid. Deus scenerator & exactor quomodo. re duas leges. Regula Lesbia.

I LXX

D. Thom. Lyranus Burgenf. Dionys.

Philip.

Ostendat. Propriè, doceret, explicaret. Secreta sapientia. arcana sapientissima, suæ providentiæ occultas rationes, quibus agit cum mortalibus. Septuaginta. Virtutem sapientia. Vim, efficacitatem, rationem suę sapientię, quæ suæ legi, & dispositioni, quasi pro anima est. Et quod multiplex esset lex eius. Multiplex est quoque hujus particulę commentarius, atque tot sententię interpretum, quot capita. fecerimus itaque operę pretium, si brevi potiores enumeremus. Primò D. Thom. Lyra, Burgenf. Dionys. divinæ legis multipliciter in eo constituunt, quod ad minima quæque se extendat, neque possit homo, vel minimo verbo labi, quin à divina & æterna lege deviet. nihil ergo actionum humanarū non subest legi divinæ. Secundò Philip. Multiplex, id est, Cordis

ejus abdita, & remota iudicia, in quibus lex eius multiplex & imperscrutabilis est; Sed quid per legem intelligat, planè non exponit, nisi divinorum iudiciorum viam, atque rationem intelligat.

Tertiò Vatab. Tygurin. & Cyprianus Cisterciensis, multiplicem esse Dei legem propter duo genera iudiciorum divinorum; alia enim sunt aperta, occulta alia. illa, cum improbos publicorum facinorosos manifestis afficit suppliciis; hæc vero, cum aut innocentes, aut ii, qui occultis sceleribus hominibus se probant, eisdem pœnis plectuntur. Huc pertinet etiam commentarius Rab. Moysis; Vt ostenderet (inquit) occultam sapientiam esse in scriptis suis; quia quidquid est in mundo, duplex est, & partim est manifestum, partim occultum.

Quartò Titelmanus, Ferus, & recentiores alii, quod multiplex sit, ad eam rationē, qua Osee. 8. dicitur, Scribam eis multiplices leges meas. quasi dicat; Plurima cum sint divina præcepta, si pauca tibi observanda proposuisti, oportet ut in multis offenderis; Tum etiam multiplex lex, quod multa exigat, eaque omni cura servanda præcipiat.

Quintò Olympiodor. & Polychron. lectionem Septuaginta; Quia duplex erit ad ea, quæ circa te. vel ut in Catena legitur; Duplex erit ei, qui est sicut tu. in hanc sententiam accipiunt, quod ei, qui quemadmodum tu, suam jactat sapientiam, atque justitiam, multis Deus partibus antecellit. quare & sapienter, & justè te pœna afficit; & tū fuisses paulò modestior, si divinæ sapientiæ, & potestatis magnitudine animadversa, dignas te tuis flagellis suscepisse pœnas faterere.

Sextò; Paulò aliter Hebraizantes post Rab. Abraham, Quod multiplicata esset tibi lex eius. id est, pœna lege statuta; in quem sensum legit Pagnin. Quare meruisti duplicia secundum legem. Hebræus apud Cajetan. Quod duplicia ad statutum. quia Deus secundum occultas rationes scientiæ suę excedit omne statutum, quo Iob metitur pœnam suam, relatam ad peccatum suum. Regia; Duplicia in essentia. Atque his omnibus comentariis anam præbuit lectio Hebræa, quæ ad verbū habet: Duplicia ad Thusiam. Thusia autem ut capite. 5. diximus, est lex, statutū, sapiētia, subsistētia, p̄ multiplici autē, est duplex numerus videlicet finitus, pro infinito; quæ re

Vatab. Tygur. Cyp. Cister.

R. Moys.

Titelm. Ferns. Recentiores Osee. 8. 12

Iacob. 3. 2.

Olympiod. Polychron.

Hebraizantes R. Abrah.

Pagnin. Cajet.

Regia

תושית

Vid. Iob. 5. 7. 12. n. 5

facere

2 Dilucida; & germana huius sententię paraphrasis.

Quando dicitur iudex habere duas leges.

Prov. 20. 10

Ijai. 10. 1

Arist. lib. 5. moral.

Regula Lesbia.

facere explicuit replica ad Burgenfem. Sed si in tantam sententiarum multipliciter nostram, etiam conferre licet; hanc ego proponam: Si Deus tibi suę sapientiæ arcana patefaceret, ut tum illius paterna erga mortales viscera, tum errata tua cognosceres, intelligeres planè quā leniter atque benignè ille tecum agat, & quod sit multiplex lex eius. id est, quod te non una illa, severissimāque lege & summo imperfractōque justitię suę jure te puniat, quo peccatores alios tui similes plectere solet; sed mitiori, & equiori alio, pro sua bonitate, jure, & supplicio, multò enim minora à te exigat, quàm ab aliis, cum enim iudex non una eademque ratione, & lege cum omnibus agit, duas leges habere dicitur, duòque pondera, cujusmodi est illud Proverbiorum, 20. Pondus & pondus, mēsurā & mensurā, utriusque est abominatio apud Dominum. id est, duo pondera, duæque mensuræ, quibus non semper utatur quis, sed altera, qua sua & quæ amicorum sunt; altera, qua pauperū & peregrinorum res metiatur. qui etiam Itai. 10. notantur, quod non unum & idē jus populo dicerent, sed viduis & orphanis, atque pauperibus peculiare quoddam summum, severissimum, glossematis, anagnostatiunculis, additiunculis, interpretatiunculis, jus, quod unum esse debet, in multiplicibus leges pro diversis hominum conditionibus dividerent. Vt qui condunt leges iniquas, & scribentes injustitias scripserunt, ut opprimerent in iudicio pauperes; hi sanè sunt veluti regula illa Lesbia, cujus meminit Arist. quæ cum plumbea esset, ad duriores illos lapides Lesbios sese applicabat, totque figuras mutabat, quot lapidibus inerant; siquid tamen mollius mensurandum esset, illud ad suam figuram accommodabat. cum itaque regula illa multas figuras sumeret, non una sed multiplex profectò erat. Sed est in hac legis multiplicitate discriminē; si lex firma & infracta servetur, cum divites & potentiores iudicatur, at verò lentescat, & inflectatur ad misericordiam, ut minora exigat à paupere; quàm mereatur, duplex sane lex erit, sed cujus duplicitas non sit iniquitas, nec curvitas, sed humanitas, & benignitas, misericordia, equitas, & divinitatis quoddam symbolum; cujus, ut hic ait Sophar, multiplex est lex. nam citra condignum punit, aliquando enim summum jus, summa in-

juria est. Et multò minora exigaris ab eo. Multiplices sunt leges, & canones Grammaticæ Scripturarum interpreti; non enim astringendus est Donati regulis; ineleganti igitur Grammatica, eleganter interpres sensum expressit. Sed in hoc quoque est diffusio; nam verbum misah, aliquando significat oblivisci. unde Tharg. & Pagnin. vertunt; Et quod oblitus sit Deus propter iniquitatem tuam, cujus sensus ille esse potest, quem indicat Tygurin. Deus pœnam iniquitati tuę debitam distulit, qui enim obliviscitur, differt; quod tandem recordatus, facit, quasi dicat, ad eandem rationem, quæ dicitur Deus dissimulare peccata, & despiciere ignorantia tempora, Vatabl. autem & Regia oblivionem referunt ad ipsum Iobum. Latere te fecit Deus aliquid de iniquitate tua. id est, permisit, ut te aliquid tuum scelus lateat. habes multa occulta, quorum tu oblitus sis; hinc tuæ hæc innocentia atque sanctitatis persuasio. Quia tamen idem verbum significat scenerari, aut mutare, vel exigere debitum more exactoris & sceneratoris, Hebræus apud Cajetan. dixit; Mutuavit tibi Deus plus iniquitate tua, qui enim mutuam dat, creditor est; qui accipit debitor. iniquitas autem aliquando est pœna peccati. igitur ait; Mutuavit Deus tibi plus hac pœna, quam exolvisti; plus illi debes, plus à te repetere potest. Alii, quod etiam indicat Vatabl. Remisit tibi partem iniquitatis, aut pœnarum peccatis tuis debitam, mutuavit, condonavit. Sed hanc eandem scenerandi & mutandi translationem, multò pulchrius, atque dilucidius expressit noster, dicens. Multò minora exigaris ab eo; id est, multò minus pœnarum à te repetat, quàm pro peccatis tuis debeas. est enim illud exigere exactorum, & sceneratorum, qui asperiores, & inhumaniores esse solent in debitores ut indicatur Psalm. 54. Veniat mors super illos. in Hebræo, Exigat mors super illos, vel sceneratoris, & exactoris instar; irruat in eos bona diripiat omnia, & vivos comprehendat, conjiciatque in carcerem, & descendat in infernum viventes. Et certè in hac Iobi calamitate videtur exactoris & creditoris personam Deus ipse sustinuisse, qui scrutatus fuerit universam Iobi substantiam, sicut id; Scrutetur scenerator. propriè, illaqueet & occupet, filios etiam Deus abstulit, sicut ille alius creditor de

3 Grammaticæ sacre regulæ non cadē, quæ Donati.

Variā lectio Tharg. Pagn.

Tygur.

Sap. 12. 24. Act. 17. 30. Vatabl. Regia

Cajet.

Deus scenerator & exactor Vatabl.

Exactorum in humanitas.

Psalm. 54. 16.

Psalm. 107. 11

Nn 3

quo

† Reg. 4. 1 quo conquerebatur vidua apud Elifaium
 Eccē creditor venit ut vellat duos filios meos.
 Math. 18. 25 & sicut Rex ille Matthæ. 18. qui voluit
 rationem ponere cum servis suis, & debitorem
 iussit remitti. & uxorem & filios, & omnia
 quæ habebat. & sicut ille alius creditor, qui
 Tenens suffocabat debitorem dicens, Redde
 quod debes. ita Deus inmissa gravissima e-
 gritudine anginiæ, & asthmatis, quasi com-
 prehensum tenebat, & intercludebat spi-
 ritum. Tandem misit in carcerē, sic enim
 Iob conqueritur. Quia circumdisti me car-
 cere. Et. Posuisti in nervo pedem meum. Den-
 que sicut creditor solet jus exigendi de-
 bitum in aliū transfere, ita videtur Deus
 jus agendi, & debitum exigendi permisit
 se Satanæ exactori severissimo, qui in Iob
 bum irruit per summam sevritiam & inhu-
 manitatem. Sic in gravissimis illis populi
 ærumnis dicebat Deus: Isai. 50. Quis est
 creditor meus, cui vendidi vos? conquerimini
 videlicet, quod dominis alienis serviatis;
 sanè. sed non ideo mancipia estis; quod
 ego gentibus exteris obstrictus sim, ut re-
 data pecunia ex vobis dividitis credi-
 toribus meis satisfaciam. imo potius in
 peccatis vestris (propter peccata vestra) ven-
 didi estis. Quare asserit quidem Sophar tē-
 porales calamitates pro debitis satisfacere;
 solitumque Deum illas pro peccatis
 exigere. Cum vero citra condignum exi-
 git, clementem esse. præterea, peccata ef-
 se debita, atque debitores nos constituere
 Deum verò creditorem, qui nos possit
 severissimis exactoribus tradere. tum etiā
 peccata esse, usuræ instar, quæ cum suo
 tempore non solvitur, debitum in se ipsam
 duplicato fenore refectitur, sicut Scrip-
 tum est: Ex usuris, & iniquitate redimet ani-
 mas eorum. Sed de his plura
 aliquando.

¶ VII. Forsitan vestigia Dei com-
 prehendes, & usque ad perfectum
 Omnipotentem reperies?

1. Dei vestigium quid.
 2. Perfectum, pro fine. Sa-
 dai, quid.
 3. Principium, & finis, aut
 caput, & pedes in Deo
 quomodo.

¶ VIII. Divinæ providentiæ atque iusti-
 tiæ, tum tuorum suppliciorum ratio

perfecte à nobis comprehendi non po-
 test, quamvis multam coneris; Proprie in
 fonte, Numquid investigando Deum invenies?
 aut, investigatione, & inquisitione, id est,
 quamvis multum diuque inquiras, & in-
 vestiges; Dei; Eloab, id est, tui iudicis pro-
 videntiam, & rationem agendi atque ju-
 dicandi, resque universas administrandi.
 Noster interpret illam investigationem
 Vestigia Dei, reddidit, sicut & Septuagint.
 Vestigium Domini invenies? Cajetan. minus
 congruenter, illam investigationem ex
 parte Dei esse intelligit, cum ex iudicis
 officio de nostris sceleribus per occultam
 inquisitionem, veritatem investigat.
 quasi diceret; Nō potest tibi esse perspe-
 cta occulta tuorum scelerum investigatio,
 quæ à Deo fit. Sed primus sensus præ-
 stat; quem etiam amplectuntur Græci, ut
 vestigia Dei sint, viæ & rationes divinæ
 providentiæ, quibus ille ad nostrarum re-
 rum administrationem procedit, aut qui-
 bus ad nos venit; quod aliquando visitan-
 tis, & punientis est.
 Usque ad perfectum. id est, usque ad finem
 & consummationem. Septuaginta. Adulti-
 ma pervenisti, quæ facit Omnipotens? Sadaï; qui
 ita potest omnia, ut vincat scientiam nostram.
 Reperies, proprie, assequeris, venies, perva-
 nies ad rationes nostrorum suppliciorum.
 vel fortè in universum; Non poteris cog-
 noscere à principio usque ad finem, divi-
 næ providentiæ rationes, longè latè que
 patentes.
 Sed si jungamus vestigia, cum perfec-
 to, & fine, D. Thom. cum aliis Latinis tē-
 rum universitatem intelligit; creaturæ
 enim omnes sunt quasi Dei vestigia, divi-
 næ tamen rationes sunt, quasi finis, & per-
 fectum. ut eadem sententia sit, quæ Sa-
 pientiæ. 9. Quæ in terra sunt, & quæ in prospe-
 ctu, invenimus cum labore, quæ autem in celo
 sunt, quis investigabit? Græci intelligunt
 Dei consilia effecta, fines. Polychronius
 intelligit, per vestigia, principium; per
 perfectum autem vel consummationem
 & finem; rursus per principium & fi-
 nem, ipsa opera effecta à Deo, operum-
 que principium atque exitum; quibus
 ipse non solum exordium, & institutio-
 nem, sed progressionem, & absolutio-
 nem tribuit.
 Sed fortè melius, atque cum sequenti-
 bus coherentius, ut de Deo, humano mo-
 re loquatur, & vestigium Dei, atq; perfectum,

Quid Dei ve-
 stigium.

LXX
 Anq̄ le pro-
 cures facar de
 rastro nūca le
 aras alcæce
 Caiet.

Græci

2
 LXX
 177
 Lb. 36. 26
 Omnipotens
 Dei nomen
 quid.

3
 D. Thom.
 Latini

Sap. 9. 16
 Græci
 Polychro.
 Principium, &
 finis in Deo
 quid sint.

vel principium, & finis, sit idem, quod pe-
 des & caput. consideratur enim divina
 majestas & amplitudo, sub quadam molis
 & immensitatis partium, atque membro-
 rum ratione, dicaturque divina magnitu-
 do non posse esse homini perspecta, imò
 neque Seraphinis; nam velatum habet
 Deus caput, & quasi pars suprema, illud
 æternum divinæ mentis consilium, in il-
 la divinarum Sapientiæ & Scientiæ Dei altitu-
 dine consistens. Deinde vero providentiæ
 lex, & ratio, qua res externas administrat,
 dirigitque in suos fines; qua ad nos Deus
 descendit, contingitque imo pede res
 omnes inferiores, dicuntur Dei vestigia.
 Sed hæc de Dei capite, atque vestigiis
 sententia, confirmabitur sequente versu-
 culo.

¶ VIII. Excelsior celo est: & quid
 facies? profundior inferno: & unde
 cognoscet?

- | | |
|---|---|
| 1. Varia lectio. Dei celsitu-
tudo. | dentia quomodo conside-
rande. |
| 2. Deus extra cælum. | 5. Divina potentia, quam
nemo potest effugere. |
| 3. Nihil ipsi creaturis ma-
gis intimum, quam Deus
Infernus quid. | 6. Subvertere quid in He-
breo. |
| 4. Mensura quid in He-
breo. Dimensiones divi-
næ Sapientiæ, & provi- | 7. Coarctare quid.
8. Quid contradicere. |

Septuaginta, & Græci, Vatabl. Pagni-
 nus, Regia sine comparatione senten-
 tiam hanc proponunt. Quid facies in altitu-
 dine cælorum? id est, Cum cælorum al-
 titudinem cognoscere non possis, divi-
 næ Sapientiæ celsitudinem minus pote-
 ris. Sed multò elegantius noster, laten-
 tem cæli cum divina celsitudine compa-
 rationem illuminavit; cohæretque opti-
 mè cum sequentibus; Tu, inquam, neque
 oculis, neque cogitatione penetrare lon-
 gius, altiusque poteris, quam in terræ vis-
 cera, & subterraneas omnes cavitates; at
 Deus suis pedibus longè inferiora & pro-
 fundiora terit, & premit. Neque poteris
 altius ascendere, quam ad supremam cæ-
 lorum superficiem, at ille universo orbi
 eminent, ab humero, & supra. Propterea nam
 que dicitur sedere in celo, Isai. 66. ut to-

1 Reg. 9. 2 &
 10. 23
 Isa. 66. 1.

to pectore suæ sedi eminere significetur.
 & Amos. 9. Aedificat in celo ascensionem suā.
 id est, in cœlesti area, erigit sublimem
 suam arcem; atque ad eò suprema cœli fa-
 cies infimum est arcis divinæ fundamen-
 tum; neque enim Cæli cælorum, id est, su-
 premum cælum, possunt illius majestatem
 capere. 3. Reg. 8.
 Ex hac verò Sophar assertionē, facile
 potest colligi illa sapiētissimorum Theo-
 logorum (non omnium quidem, sed plu-
 rimorum) sententia, Deum nimirum, nō
 solum in rebus creatis esse, sed extra cœ-
 lum per suæ essentiæ immensitatem; non
 solum veris corporibus, sed cui cum-
 que, quod mens sua imaginatione fingere
 potest, loco & spatio præsentem. quan-
 rem Augusti. docuit. 11. de civitate cap.
 5. Hieronym. ad id Isai. 66. Cælum mihi se-
 des est. Damascen. lib. 2. de fide cap. 6. Sed
 res hæc scholarum, & disputationum lon-
 giorum est.

Præterea cum profundior terra, atque in-
 ferno dicitur Deus, planè significatur, ni-
 hil esse posse magis intimum, magisque
 familiare creaturarū universitati, & cuius
 que rei visceribus; cum vero dicitur, esse
 excelsior celo, nihil posse esse minus inclu-
 sum, minus ve contentum, minūque cir-
 cumscriptum intra tetminos universi or-
 bis. Hoc illud est, quod sapienter, dum
 de creaturarum universitate disserit Hila-
 rius. 1. de Trinitate; Deus (inquit) est in-
 tra, & extra; Supereminens, & infernus; circū-
 fusus, & infusus in omnia. Vide Hieronym.
 superius adductum, & Bernardum, sermo-
 ne de triplici cohærentia.

Tandem hinc licet colligere, id quod
 supra cap. 7. pluribus confirmavimus, In-
 fernum, proprie significare, subterraneam
 animarum stationem in imis terræ visce-
 ribus, quæ longissimè à celo distat; ni-
 hil enim profundius ab homine cognos-
 ci hoc loco asseritur. Atque illud e-
 tiam extremæ ruinæ, vltimæ-
 que dejectionis est, Isai. 57. 9.
 53. Humiliata es vsq̄
 ad inferos.
 *

¶ IX. Longior terra mensura eius:
 & latior mari.

Amos. 9. 6.
 Dei celsitudo

3 Reg. 8. 27

2
 Deus extra
 cælum.

Augusti. 11.
 Civit. c. 5.
 Hiero. in c. 66.
 Isai.
 Damasc. de fid.
 lib. 2. c. 6.

3

Nihil magis
 intimum rebus
 quam Deus.

Hylar. lib. 1.
 de Trinit.

Hier. supra
 D. Bernard.

Iob. cap. 7. 9.

Infernus quid

Isai. 57. 9

4
מדה
Mensura quid in Hebræo.
LXX
Dimensiones diuine sapientie & providentia.
Ephes. 3. 18.
Gregor. Profunditas inferni, & suppliciorum.
Psal. 139. 18.
Isai. 30. 32.
* Dexalos a sus anchuras. Hoje. 4. 16.
sap. 136. 8

Vox originalis mensura, hgnificat etiam staturam; nam statura est, mēsurā humani corporis. Sed interpret ne, si staturam verteret, iterum proceritatem & celsitudinem intelligeremus, sapienti consilio, mensuram, dixit, imitatus Septuaginta qui dixerunt; Nonne longiora, quā mensura terræ? vox etiam mensura propriè est in originali middah, quod simili voce nos dicimus (medida.) fit autem comparatio cum longitudine terræ, & latitudine maris, nā hæc nobis longissima, latissimaque videtur. Ergo in divina Sapientia, vel divina providentia, quasdam sine mensura, & termino dimensiones constituit; sicut etiam Ephes. 3. in divina charitate Paulus designavit longitudinem, latitudinem, sublimitatem, atque profundum. erit ergo sublimitas, & celsitudo diuine providentię, consiliū & cogitatio diuinę præordinationis supra omnem humanum captum, quæ ille mortalibus, aut bona, aut supplicia cōstituit, Profunditas autem erit, peculiaris finis, quem pro sua gloria, atque hominis bono, in inferendis pœnis proponit sibi Deus. Gregor. Profunditatem dixit, æternitatem illius inextinguibilis ignis, in cuius consideratione deficit humana mēs; est enim sine fundo profunditas, ut verisimè dici de damnatis possit; In miseriis nō subsistunt, penitus videlicet demersi & abditati in altissimum pelagus æternarum miseriarum. Tum etiam incredibilis supplicii acerbitas, per profunditatem significari potest, non enim adeo sunt leuia, ut extimam tantum pellem attingant; sed quę intimis sæviant visceribus. Sicut Isaiæ. 30. dictum est; Erit transitus virga fundatus, quam requiescere faciet dominus super eum. id est, virga & flagellum profunda corporis & intima omnia pervadet, & velut fundamentum, quod profundum esse solet, ita altè demergetur in illorum corpore, cordèque supplicium. Hujus autem providentię latitudo, erit illa providentię pars, qua quosdam impios permittit Deus quasi agnum * in latitudine, ut Hoseas ait, liberè nimirum vagari, & pro libito agere. Longitudo autem erit, illa Dei longanimitas, qua ante inferendum supplicium, dissimulat Deus peccata hominum propter pœnitentiā vel, longitudo hæc ad brachia, id est, ad Dei potentiam referri potest, qua continet in se, quidquid terra, marique continetur, nemoque illus potentiam fugere po-

test, quin eo divina manus pertingat, dicente David; Si ascendero in celum, tu illic es; si descendero in infernum, ades. Si sumsero pœnas meas diluculo, & habitavero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dexter a tua. longior itaque terra est & latior maris. quare qui vel sub terra repat, vel per aerem volitet, hominum manus eludet, non vero Dei. cum quo facere videtur id, quod Clemens lib. 5. Strom. scribit his verbis; Ajunt Idanthuram Scythiarū regem, ut refert Pherecides Syrus, Dario, qui Istrum trajecerat, bellum minantem symbolum misisse pro literis, ranam, avem, jaculum aratro. Cum autem de his, ut erat consentaneū exorta esset dubitatio, Orontopagas quidam tribunus militum, dicebat eos tradituros imperium, conjectans ex mire quidem habitationes: ex rana autem, aquas: ex ave verò, aerem: ex jaculo autem, arma: ex aratro verò, regionem. Xiphrodes autem cōtra est interpretatus. Dicebat enim nisi tanquam aves evolaverimus, aut tanquam mures terram, aut tanquam rana aquam subierimus, illorum tela non effugerimus. Homo sanè neque profundior terra, neque latior mari, neque aerenedum cœlo excelsior.

Hinc existimavit Philip. Sophar fuisse in illo Antropomorphitarum errore, qui Deo humana membra tribuerunt. sed quidem tam crassus error, viro sapienti tribui non debet. neque mirum humano illum modo locutum, Scripturis quoque familiari.

X. Si subverterit omnia, vel in vanum coarctaverit, quis contradicet ei?

Non solum pro sua Sapientia, sed pro sua etiam potentia & voluntate res Deus humanas gubernat. hæc est hujus versiculi sententia. Si subverterit. Hebraizantes verbum chalaph legunt, succidere, concidere, excidere omnia, sed multò elegantius Latinus interpret cum Septuaginta subvertere. nam illud verbum illam mutationem, & transitum significat, quam efficit gladius dividendo, vel scindendo, vel quam res ipsa patitur, quæ mutatur, illam igitur mutationem, quam Deus potest efficere in rebus creatis, variè illas versando, ut sibi collibitum fuerit, aptissi-

5
Psal. 136. 8.
Clem. Alex. lib. 5. Strom. & Hieron. in Melpom.
Clem. Alex. lib. 5. Strom. & Hieron. in Melpom.
6
חלף
Subvertere quid.
LXX

7
Coarctare quid in Hebræo
Philip.
Genes. 1. 7. v. 9.
8
שבח
Contradicere LXX
I
Vanitas qui d hoc loco

mè subversionis nomine significatur. si subverterit, everterit, delere voluerit. si succidere, dividere, & separare, quę suapte natura jungi & uniri nata sunt, Vel in unum coarctaverit. In Hebræo duobus verbis dicitur; Si cluserit & congregaverit. vel, si claudere & congregare fecerit. id est, si perturbato hujus universitatis ordine omnia misceat, redigatque in unum chaos, ut rursum efficiatur rudis indigestaque moles, & omnium nō bene junctarum rerum semina permisceantur. Philip. indicat, allusionem fieri ad diluvium, cū terræ facies aquis obducta fuit, confusa & deleta omnia. sed multò melius respiciet locus hic ad illum primum rerū statum, & distinctionem, divideretque aquas ab aquis, separaretque aquas ab arida.

Quis contradicet? Propriè, quis respondebit ei; vel, quis convertetur ad illum, tantæ videlicet potestati repugnaturus, re aut verbis. quare commodè legerunt Septuaginta. Quis dicit illi, Quid fecisti? quæ ideo à Sophar dicuntur, ut argumentatione hac Iobum redarguat; si Deo rerum omnium statum commutanti, atque subvertenti, contradicere, aut repugnare ausit nemo; quid tu in unius tantum domus, atque in unius tantum familiæ tuæ everfione temerè atque impudenter illi obloqueris?

VII. Ipse enim novit hominum vanitatem: & videns iniquitatem, nonne considerat?

1. Vanitas quid in Hebræo
2. Vanitas pro dolo, & mendacio. Explicatus David.
3. Iniquitas quid propriè.
4. Considerare, quid propriè.
Quod Deus punit, videre dicitur. Illustratus David.

Quidam sic connectunt; Novit Deus suæ Sapientię & providentię arcana, neminem nisi vanissimum hominē tentaturum aut conaturum excutere & perferutari. sed frustra tamen id tentabit; nam præterquam, quòd illa assequi nō poterit, illius ausum & temeritatem & considerat, & punit Deus. cum quo sensu facere potest, quòd originale nomen vanitatis, significat hoc loco, præcipitantiam

& temeritatem, similem misericordiæ & præcipiti ruinæ; & consequenter significat, id, quod clamore, fragore, sonitūque fit, quasi dicas, Raydo y estruendo; ut alludat ad Iobi verbositatem, & dicendi contentionem. sed non admodum leniter hæc coherant.

Alii verò sic interpretantur; Potest quidem Deus pro suo arbitrio, subvertere hominem. sed quidem cū de supplicio afficiendis hominibus agitur, nō tam ille pro sua potestate agit, quā quòd sic exigant nostra mèrita; ipse enim novit hominum vanitatem, id est, novit non esse tales, quales foris apparent, fulgentes tantum externa quadam sanctitatis specie; solida verò pietate vacuos, vanosque. nam plerumque sub ovina pelle lupinos mores, rapinam; iniquitatem latentem ille considerat.

Sed dicerem hoc loco vanitatis nomine, dolo, mēdacia, iniquitatem erga proximum significari. placetque Pagnini lectio; ipse novit Dominus mēdaces; Hebræus a pud Cajetanum; Homines falsitatis; Vatabl. Novit quā vani, & nequam sint homines. & quidem vanitas, pro mendacio, & fraude contra proximum, familiaris est in facto sermone. Exod. 20. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. id est, mendaciter. Eccles. 20. Fabula vana, id est mendax & falsa. & ideo sæpe in Scripturæ idola dicuntur vana, aut vanitates, id est, dii mendaces, nomine tantum dii, sed falsa numina. & ferè eodem mendacii nomine humana vanitas exponitur Psalm. 61. Vani filii hominum, mendaces in frateris, ut decipiant ipsi de vanitate. id est, mendaciores & fallaciores inveniuntur præ vanitate. Hinc ferè peccata omnia, quæ contra proximum sunt, per vanitatem significari solent; id est, dolum, fraudem, mendacium, juramentū falsum, quod in contractibus & litibus utuntur. Psalm. 11. Vana (mēdacia) loquuti sunt, unusquisque ad proximum suum (deinde exponitur) labia dolosa in corde, & corde (id est, duplici corde. nos dicimus, bifrontes, & duplipsis faciei homines) loquuti sunt. Psalm. 23. Innocens manibus, & mundo corde (id est, qui neque corde machinatur malum adversus proximum suum, neque illum opere lædit) qui non accepit in vano animam suam (Chaldaeus, Qui non jurat falso ad damnationem animæ suæ. id est, qui neque verbo mendacii, aut juramento falso proximo nocet. & sic statim

Aliorū interpretatio.
Vanitas pro dolo & mendacio.
Cajet. Vatabl.
Exod. 20. 7
Eccles. 20. 21.
Psal. 61. 10
Psal. 115. 12
Psal. 11. 3
Psal. 23. 4.
Chald.

Pfal. 25. 4.

exponitur) Nec juravit in dolo proximo suo. Psalm. 25. Non sedi cum concilio vanitatis (& statim exponitur) & cum iniqua gerentibus non introibo. proprie, cum concilio dolofo rum, & iniqua adversus proximum machinantium, simulatorum, & proditorum. & sic Chaldeus; Cam occultantibus se ad nocendum non veniam. ait itaque Sophar, Deus novit hominum vanitatem. rapinam, fraudes, violentiam efferatam, superbiam, fremitu. hæc enim omnia & amici tribuebant Iobo, & nomen vanitatis universa complectitur. sic sanè Septuaginta Complutenses hanc vanitatem, ad improbitatem retulerunt; nam legunt; Ipse novit opera impiorum. eandemque lectionem sequuti sunt Græci in Catena. quamquam Vaticanus legat; Nescit opera iniquorum. quod ad condemnationem pertinet; ea enim, quæ Deo non probantur, ignorari ab illo, & nesciri dicuntur.

Chald.

LXX

Græci.

3 Iniquitas quid.

Infra. 7. 14

Dolor activ. ve. Psal. 107.

Infra. 7. 14 Psal. 118. 123 Psal. 111. 10.

Pfal. 139. 9 Hæro.

4 Considerare quid in Hebræo.

Et videns iniquitatem. Partis præcedentis expositio est. pro iniquitate autem proprie est, dolor, aut concupiscentia, semper in malum, & ad nocendum proclivis. est autem dolor activè, qui aliis infertur: sicut dicitur Psalm. 19. Sub lingua ejus labor, & dolor. id est, occultè agit de inferendo aliis dolore, & molestia; dulcescit illi nocumentum, & dolor proximi, & ideo illud versat, & continet sub lingua, tanquam rem suavissimam. Eiusmodi autem concupiscentia, quæ semper agit & impellitur in proximi damnum; Latinus interpres sæpe vertit iniquitatem. ut hoc loco, & verf. 14. & Psalm. 118. Non dominetur mei omnis injustitia. sunt enim desideria injusta, & iniqua; ut indicatur Psal. 111. Desiderium peccatorum peribit. videlicet, cupiditas illa nocendi nunquam optatum finem consequetur, suos justos protegere Deo ab impiorum conatibus. Psalm. 139. Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori (Hieronymus. ex Hebræo; Ne des Domine desideria impii. ne illum facias voti compotem; ne me permittas illius libidini, & potestati, & ideo subditur) cogitaverunt contra me, ne derelinquas me. hujusmodi itaque desideria nocendi, iniquitas, injuria facta proximo, non potest latere divinos oculos, considerat, attentè meditatur. ex vi enim Originis, est hæc consideratio attentæ quædam, diligens, prudens, & quasi consiliatrix meditatio, qua unum ab alio discernitur: id enim proprie significat verbum;

Bin, à qua radice dicitur Levit. 10. Ut habeatis scientiam discernendi inter sanctum & prophanum. latenter igitur Iobum vellicat; Nemo (inquit) hypocrita imponet Deo; nam ille videt intimè vanitatem, & poterat opera. est enim spirituum ponderator; facile igitur deprehendit quæ vana sunt, quæ nihil, quæ nullius momenti: neque solum expendit, sed subtiliter etiam contemplatur, discernitque bonum à malo; umbratile, & ad speciem fulgens, à vero, & solido. Alii interpretes hanc Dei considerationem pertinere ad supplicium inferendum existimant; non enim impunita relinquet, quæ considerat scelera. Quæ non statim punit, dicuntur non videri. quare cum vindictam de hostibus expectant sancti, illis verbis utuntur; Considera Domine, & vide. eò fortè respexerunt Septuaginta legentes; Videns absurda non despicit. Complutenses; Videns indecentia, non desimulabit. consonat cum illo Psalm. 9. Videns, quoniam tu laborem, & dolorem consideras, ut tradas eos in manus tuas. id est, Quia videns iniquitatem, consideras etiam optimam, & maximè opportunam supplicii & laboris, atque doloris inferendi rationem. & Psal. 33. Vultus Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.

בין

Levit. 10. 10

Prov. 16. 2

Videre Deum ad supplicium inferendum pertinere.

Thren. 1. 11 LXX

Complutenses Psal. 9. 14

Psal. 33. 17

XII. Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat.

1. Vanum quid proprie. Leve, quod vile est. Quid Rachæ apud Mattheum Explicati Isaias & Luc. 2. Varia lectio. Cor ad superbiam refertur. Explicatus Moyses. 3. Pullus quid in Hebræo. Pulli asinorum non tantum parvi aselli. Illustratus Moyses, & Isaias Onager aut stoliditatis, aut jeroicia & superbia symbolum.

I נבוכ

Vanum quid proprie. Exod. 27. 8

Leve quod vile est.

Isai. 9. 1

Luc. 1. 53

Math. 5. 22. August. lib. 1. de Serm. Domini in monte. c. 19

קרי

קרי

4. Reg. 4. 3 Isai. 29. 8 Jerem. 51. 34

2

Varia lectio.

Vatabl.

LXX

August.

Cor ad superbiam refertur

est; ut illud indicat Isai. 9. Primo tempore alleviata est terra Zabul, & terra Nephtalin. (id est, levis habita est, nihili habita) novissimè verò aggravata est, quasi sapientia, divitiisque omnibus referta juxta id Luc. 1. Esurientes implevit bonis: (vides illos pauperes, & bonis exhaustos, bonis impleri, ut non concavi, inanes, sed solidi, & pleni sint) & divites dimisit inanes. id est, eos, qui sapientie opinione, & divitiarum copia pleni videbantur, exhausti; evacuavit. huc illud facit, Qui dixerit fratri suo Rachæ. non est enim ea vox interjectio. ut existimavit Augustinus, edoctus, ut ipse ait, à quodam Hebræo, sed nomen deductum à radice RaKa, vel RaKaK, quod est effudere, vel evacuare; est enim ea vox. 4. Reg. Pete à visivis: vis vasa vacua. & Isaiæ. 29. Vacua est anima ejus. & Jerem. 51. Reddidit me vas inane. qui ergo dicit fratri suo RaKa, appellat. illud vanum, vacuum, non solum intellectu, & scientia, ne coincidat cum fatuo, sed etiam bonis omnibus exhaustum, levissimum, nullius precii, neque momenti. Hujusmodi igitur nomine per contumeliã, & ignominiam Sophar Iobum appellat, RaKa, vanum, vacuum; qui cum habeat nihil, de quo merito gloriari possit, in superbiam erigitur. In superbiam erigitur. In Hebræo simplex vox, cordificabitur; aut intelliget; aut accipiet cor; vel scientiam. quod quidam sic explicant; Vir vanus, & vacuus scientia, his tandem flagellis erudietur. Vatabl. Vanus reddetur cordatus, & quamvis excors, & excors scientiarum omnium nascatur, ut pullus onagri, tamen per Dei gratiam redditur intelligens sed non video, quo cum hoc cohæreat. commodius quidem ad rem præsentem Septuaginta retulerunt, ad verborumque quam initio capitis Sophar Iobo objecerat; nam legunt, Homo frustra natus sermonibus. videlicet frustra conatur trajicere verborum tantum administratio, & argumentationum velis, ac remis immensum divinorum, arcanorumque judiciorum pelagus. Augusti. habet: Frustra nutat verbis. dum (inquit) videtur jam illi placere Deus, jam displicere. atque ita Iob, jam videbatur vehementius cum Deo expostulare; jam se illi supplicem præbere. sed sapienter noster interpres. illud quiddam cordis in Hebræo est, ad superbiam, & elationem animi retulit, ut cum sequenti onagri similitudine aptius consentiret. nam cor, iræ

excandescentiæ, insolentiæ, & tumoris fedes est. Deuterono. 19. Ne forte propinquos ejus, cujus effusus est sanguis dolore stimulatns persequatur. in Hebræo. Ne persequatur propinquus, cum incaluerit cor ejus. Septuaginta. Quoniam incaluit corde. 2. Paralip. 25. Erigetur cor tuum in superbiam, quasi dicat vanè & sine causa assumis cor, & animu, & frustra erigis adversus Deum cristas. quid superbis vane, & bonis omnibus vacuè, & exhauste atque cum inanissimis, multum loqueris, & sermonis tinnitu, sonituque verborum aperte prodis vacuum te & inaniem esse sapientia, vera pietate, veròque de divinis rebus sensu, atque verissima illa tui cognitione, qua opus erat, ut tibi videreres. Ex quasi pullum onagri. Idem, quod filius onagri, quod nomen nihil aliud significat, quam onagram, sicut filius hominis, idem proprius est, quod homo, & ita Septuaginta, Onagram reddiderunt; Natus mulieris, tãquam onager solitarius. licet quidem vocem ghir, quæ hic vertitur pullus, à R. Mardochai dicatur significare parvum asinum, ante quam creverit, & ferè semper vertatur à Latino interprete; pullus, sed tamen, esse ejusmodi, qui oneribus vehendis, & agrariæ culturæ aptus sit, constat ex Iudi. 10. Sedentes super triginta pullos asinarum. & Genes. 49. Ligans ad vitem pullum suum. id est, onerans asinum oneratumque ligans; jumentorum enim onera super injecto & astricto vinculo confirmantur. quod vulgo dicunt, echarle la veata. & Isai. 30. Portantes super humeros jumentorum (proprie pullorum) divitias suas. & ibidem, Pulli asinorum, qui operantur terram. Cum autem pullus, asinû & onagram significet, pro eo quod est, pherè, interpres dicit onagram, quod proprie sonat, pullum ferum, aut fil vestrem. Septuaginta dixerunt, solitarium. sed de hac voce, tum etiam & de onagri natura cap. 6. plura diximus. Se liberum natum putat. In Hebræo tantum; Nascitur ut onager. paraphrasi ergo sensum, illuminavit interpres. Hanc autem eum onagro comparationem Vatabl. & alii ad vecordiam, & asininam stoliditatem, nunquam eruditam referunt, hoc etiã indicant Græci, Didymus, Olympiod. Polychron. declarari videlicet hac comparatione hominum tarditatem in divinarum rerum cognitione; & cum asino solitario præsertim comparari, quod sicut is,

Deut. 19. 6

LXX

2. Bar. 25. 19

3

Pullus quid in Hebræo

קרי

LXX

R. Mardoch.

Pullus non sed per parvum a sellum significat.

Genes. 49. 11

Isa. 30. 24

קרי

LXX

Iob. 6. 5

5

Stoliditas asinina.

Vatabl.

Didim. Olympiod. Polychron.

nullius

nullius certæ viæ exitum tenet, nam ambulat loca non perna, neque potest solitudinis terminum invenire; ita homines in divinis rebus tractandis volutatur; nec quid animo suo dignū Deo informant. Sed Vulgatus commodissimè rem hanc totam ad superbiam, & licenti osam vitæ libertatem retulit; superbit (inquit) homo, & jugum detrectat, onus repellit, vocem exactoris audire recusat, tractari, domarique renuit, virgam non patitur: ut alludat ad id, quod Iob cap. 9. dixerat; *Miserat à me virgam suam*. igitur insolescens & indomitus homo revertitur, ut sit absque jugo; id est avertit cervicem, convertit terga, ne se præbeat jugo, & vinculis obsequentem, ut Hoseas cap. 7. ait. *se liberum* itaque natum putat; cum liber & solitarius natus sit, neque sub cura & disciplina creverit, putat eam vivendi impunitatem & libertatem sibi perpetuò concedendam: sed hinnulus aut pullus sylvestris asini, quamvis aliquandiu liberè, & impunè vagetur; aliquando tamen captus, domatur, in chamo & frano constringitur; atque si se rebellè & contumacem ostendit, tunditur virga; ita sanè agit cū homine Deo, sian se effè rata cujusdam & indomitæ superbix, & contumaciæ documenta præbeat, aliquando tandem non permittet impunè & liberè vagari, & ferocire, comprehendit, domat, constringit, tūdit; subicitque exactori, & arctiori disciplina continet.

XIII. Tu autem firmasti cor tuum, & expandisti ad eum manus tuas.

1. Prima expositio, qua hæc sententiam in malum interpretatur. Internū meū sacrificium, & obsequium conjungendū cū externo. Illustratus David.

Cujus modi essent anti-qua volumina; Firmas cordis pro insensibilitate. Expansio manuum pro insensibilitate. Secunda expositio, qua firmare cor, & expandere manus in bonum accipit. Quid dirigere aut præparare cor.

Grego. Phil. Thom. Lyra.

Gregor. Philipp. D. Thom. Lyra, hæc in malum dicta intelligūt, ut Sophar Iobum notet contumacis & obstinatæ

mentis, atque nequiter orantis, itaque firmare cor intelligunt idem esse, quod indurare; Obdurasti (inquit) adversus Deum, & obstinata nequitia accessisti ad offerenda sacrificia, quasi nō ille prius, potiusque vellet atque respiciat orantis cor, atque animum, quam externam orantis habitum: & pietatem potius. *Hosiamque viventem rationabilis obsequii, quam externam victimam, & mortua pecudum sacrificia.* Commentarius quidem hic probabilis est, & præclarum Sopharis dogma de rectè orando, & sacrificio prius mentis; deinde externi cultus offerendo. idem cum illo, *sacrificium & oblationem voluisti* (non elegisti. est enim verbum volendi; jejunio, ut ad potiora pertineat, quæ præ aliis amantur; ratiōnem finis, non tanquam mediā. quasi dicitur; Non est potissima sacrificii pars vitæ, & oblatio) *aures autem perfecisti mihi*; hoc inquam vis tanquam potissimum, dum à me exigis sacrificia, alii, *Aures perforasti mihi*, sive perforasti, aut fodisti. ut etiam legit Hierony. Non tam acceptasti externa sacrificia, quam me, qui cum illa oblatione tuam servitatem profitebar, & me totum tuæ voluntati consecrabam. acquiristi igitur, ut me servum tuum perforata dextera auricula perpetuæ servituti maci pares. Quamvis (vt hoc quoque obiter dicamus) hanc allusionem ad cæremoniam illam servorum, ego hoc loco non agnosco. non enim Paulus illam abstulisset, loquutus præsertim cum Hebræis suæ legis peritissimis; præsertim cum nō ambæ aures, sed *dextera tantum perforaretur* servo, ait ergo, ut explicat Paulus, *Corpus aptasti mihi*. id est; me composuisti, corpus meum ita aptasti mihi, ut ipso gestu, & capitis conversione, attentione oculorum erectione aurium ostenderem me ex verbo tuo, & præcepto pendere, & ad nihil aliud incumbere, quam ut tua dicta audiam & excipiam. igitur perforasti, *perfecisti que meas aures*, nam dū sacrificia exigis, meā promptissimi animi obedientiam exigis; exercere me vis obedientiæ, & pietatis operibus; perforatas, apertas, attentas, bene audientes aures à me exigis; revelas meas aurículas; cor facile, molle, obsequens postulas, ne obfirmem, neque indurem cor meum, sed audiens dicto & facile obsequens sim. Idem sanè cum illo. 1. Reg. 15. expositulantis Samuelis cum Saule; *Quare non audisti vocem Domini, Jea*

Firmare cor in malum

Rom. 12. 1.

Internum mentis obsequium cū externo conjugendum.

Yon

Psal. 39. 7.

Pagni. Vatabl. Regia. Tygurin. Hieronym.

Exod. 21. 6. Hebr. 10. 5.

2

1. Reg. 15. 19

versus

versus ad prædam est? & ait Saul; Imò audiui vocem domini, tulit autem de præda. *populus oves & boves, & primitias eorum, quæ casa sunt, ut imolet domino Deo suo.* & ait; *Vult dominus holo causta, & victimas, & non potius, ut obediat voci domini? melior est obedientia, quam victima & auscultare magis, quam offerre adipem arietum: quoniam quasi peccatum ariolandi est. repugnare, & quasi scelus idolatria nolle acquiescere.* id est, idolis mortuis, sensuque carentibus, mortua & sine mente offeruntur sacrificia, at Deo viventi non debent sine mente, & sine rationabili obsequio offerri victimæ. Sancti igitur; ut iterum ait David, Psalm. 49. *Ordinant testamentum ejus super sacrificia.* id est, primo loco divinam voluntatem, & obedientiam divinæ legi constituunt, deinde externos ritus & cæremonias, super, plusquam sacrificia, vel, præ sacrificiis, quare tandem subdit, *In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam Deus meus voluit, & legem tuam in medio cordis mei.* In capite, in recapitulatione, in summa, libri, juxta originale, in volumine libri, quo etiam modo Aquila, & Symmachus legerūt; id est, in involuto libro, cōvoluebatur enim charta pergamenæ, in qua Scripturæ sacræ erant. *librum*, autem nō tā omniū prophetarū scripta, ut Theodoretus, & Nicephorus voluerunt; neque librum Psalmorum, cum Augustino; neque librum Genesis, cum Hieronymo; neque Evāgelium, & proemium cujuslibet evangelici libri, cum Chrysostom. neque universam scripturam sacram, cum Eusebio, & Didymo. sed *librum legis*; id est, Pètatheucum, ubi cæremonie, & leges sacrificiorum tradebantur, cum Athanasio intelligo, uti etiam Chaldeus in hæc verba legens; *Quando studuero in volumine libri legis, quod propter me scriptum est, facere voluntatem tuam Deus meus desidero.* id est, quod potissimum in legalibus sacrificiis mihi faciendū proponitur, est animi pietas, & divinæ legis obsequium, ideo subditur statim eandem sententiam; *Et legem tuam in medio cordis mei*; quibus verbis indicatur, externas illas leges & cæremonias potissimum ad cor, & interiorem mentem transferendas, sitque bella quædam allusio ad volumen legis; volumina enim, aut libri, non apud Hebræos solum, sed apud alias etiam nationes hac ratione conficiebantur, sindebant medium paxillum, cedrinum, aut arūdinem mediā, in cujus fisu

ram plura folia, aut membranas scriptas inferebant, & religabant, aut verò extremitatem unius tantum folii; deinde verò convolvebant ad ipsum paxillum vel arundinem, quod ex foliis pendeat, ait ergo David; *Legem tuam*, piæque cæremonias, non ego tantum, in medio paxilli, vel arundinis constrictas & convolutas servo, sed emollivi cor meum, ut findi facile posset, atque in illius fisuram inserui volumen tuæ legis, sic habeo in medio cordis mei; & *lex tua* (inquit Chaldeus) involuta est in medio viscerum meorum. at Sophar, tam durum, tamque lapideum cor tribuit Iobo, ut findi non possit, neque interius accipere pietatem, & divini numinis verissimum cultum, quasi contentus ille sit sola externa sacrificiorum oblatione.

Addit præterea Gregorius, hanc *cordis firmitatem* non esse virtutem, sed insensibilitatem quandam, quæ neque divinis flagellis comovetur, neque ictibus aut sagittis cedit, quemadmodum *Induratum est cor Pharaonis*, & hujusmodi etiam est *cor illud lapideum*, cujus meminit Ezechiel. c. 11. & 36. Sed quidem immeritò piissimo viro tantā cordis duritiem tribui, illa ipsius verba testantur. c. 23. *A facie ejus turbatus sum, & considerans eum, timore sollicitor. Deus mollivit cor meum, et omnipotens conturbavit me.*

Et expandisti &c. Gregorius & Philippus observant, *expandere ad Deum manus*, esse quasi opera pietatis ostentare, & vaniloquentia dilatare, & amplificare; tum etiam existimat Philippus, *manuum expansionem* posse pertinere ad habitum insultantis, & furentis, ut objiciat Sophar, Iobum expansione & dilatione manuum in cælum, cordis blasphemiam, & impudentiā demonstrare.

Cæterum alii plerique hæc sententiam in bonum accipiunt, atque existimant esse exhortationem ad resipiscentiam, & debitam orandi formulam. *Firma si*, id est si firmaveris. Pagnin. *si præparaveris cor tuum*. Tygurin. *Si cor tuum rectè compones*. in quo sensu conveniunt ferè Hebraizantes omnes, & plerique ex recentioribus, tum etiam Septuagintā legentes; *Si tu mundum posuisti cor tuum*. itaque ipse nostræ lectionis sensus est, ut dicat; Cū firmiter apud te statueris Deo supplicare, oportebit etiam te ante actū vitæ pœnitere.

Chalde.

3

Grego. Phil. Cordis insensibilitas.

Exod. 7. 13.

Ezech. 11. 19 & 26. 26.

Iob. 23. 15

Grego. Phil.

Expandere manus quid sit.

4

Pagnin. Tygurin. LXX

Vel

Rom. 12. 1

Psal. 49. 5

Psal. 39. 8. Quod sit caput libri apud David.

Theodor. et. August. Hebr.

Chalde.

Volumina apud antiquos quomodo fierent.

Vel ut sit sensus quasi ex data hypothesi; Demus, ponamus hoc, te jam firmiter apud te statuisse supplices apud Deum preces fundere, perge ulterius. quæ formula tacitæ cuiusdam hypothesi, & conditionis, frequens est in sacro sermone. Psalm. 67. *Pluviam voluntariam segregabis Deus hereditari tue, & infirmata est, (id est si infirmata est,) tu perfecisti eam;* vel, dato quod aliquando infirmata fuerit, tu roborabis eam. Psalm. 4. *Trascimini, & nolite peccare.* Id est, si aliquando irasci contigerit, non occidat Sol super iracundiam vestram. Et quidem hæc phrasis, *firmam di cor,* semper accipitur in bonum. nam verbum, *Can,* significat præparare, confirmare, perficere. 1. Reg. 7. *Præparate cor da vestra Domino.* 2. Paralipom. 12. *Non præparavit cor suum.* Aesdræ. 1. *Paravit cor suum ut investigaret legem.* id est, statuit, decrevit, firmavit. quod alia phrasi, ab eadem tamen radice, dicitur, * *Dirigere vias suas.* quod decretum mentis rectè verbo illo *firmandi,* explicatur, qua etiam ratione videtur dixisse. Paulus. 2. Thesal. 3. *Dominus dirigat corda vestra in charitate Dei, & patientia Christi.* id est, confirmet, & stabiles faciat in Deo perseveranter diligendo, & patienter expectando Christi adventu. antea enim dixerat, *Fidelis Deus, qui confirmabit vos.* sic etiam. Genes. 41. ab hac radice dicitur. *Quod vidisti secundò, ad eandem rem pertinens somnium, * firmitatis indicium est, eo quod fiat sermo Dei, & velocius impleatur.* sic etiam Lucæ. 9. *Ipsè faciem suam firmavit, ut iret in Ierusalem.* Vides hæc omnia semper in bonum accipi, atque argumento esse hoc quoque loco in bonum debere accipi. Præsertim cum secunda pars, vide licet, *expandere manus,* aut extendere, levare, tollere, habitus orantis sit. ait itaque Sophar; Cùm jam cæperis, firmaverisque faciem, atq; cor tuum direxeris, & præparaveris Deo, ejusque legi custodiendæ & statueris Deum orare, causamque tuam apud illum agere, perge in bono proposito.

XIII. Si iniquitatem, quæ est in manu tua, abstuleris à te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia.

1. Iniquitas manus cruentæ. Malè paria hærent raptoris manibus. 2. Quid auferre. Longè recedendū ab iniquitate. 3. Quid discrimen, atque proprietas iniquitatis, & iniustitia.

I Iniquitatem, inquam, quæ in manibus tuis hæret, quæ velut turpis macula, illas inficit, atque cruëtat, reddítque Deo invisas; avertit enim Deus oculos, cùm proximorum sanguine tinctæ manus ad illum tenduntur. Fortè iniquitatem intelligit, rapinam alienorum bonorum, facultates malè partas. hoc enim frequenter obijcitur Iobo à suis amicis; id est, Si statueris deinceps nihil per vim rapere. dicit autem Sophar iniquitatem, & rapinam, esse, & hære in manu; nam mirum est, quæ hæreant divitum avarorum, atque raptorum manibus, quæ vi, furtoque ablata sunt; ut facilius sit bona sua dividere, quàm malè parta suo possessori reddere agglutinata enim est hujusmodi iniquitas & iniustitia picatis manibus.

Abstuleris. Propriè, elongaveris, longè à te projeceris, & ablegaveris. indicat autè, longè latèque fugiendum peccatum, declinandisque omnes peccati occasiones, & opportunitates, longèque recedendum ab impietate. & tabernaculis hominum impiorum. Vel indicatur, quæ malè paraveris citò ad suos dominos mitti oportere, & longius projicienda, tanquam nobis, & rei familiari nociva. quod etiam indicat sequens particula.

Et non manserit. (id est, non habitaverit, neque diu demorata fuerit iniquitas) in tabernaculo tuo, id est, in tuo animo, vel pectore; vel in domo tua, & in omnibus, quæ ad te pertinent; si filios, famulos vè atque universam familiam piè & sanctè institueris; si nihil iniustum, neque in te, neque in universa domo tua habitare permiseris. eleganter Septuagint. *Si iniquum quid est in manu tua, longè facito illud à te, & iniquitas in domo tua non maneat.* finem itaq; peccandi jam facito.

Iniustitia. Est in hoc loco discrimen inter iniquitatem, & iniustitiam; nam iniquitas est *aven,* estq; propriè concupiscentia prava, qua quis afficitur, ut aliis dolorem & malum inferat. sic iniquitas hæc tribuitur cordi, quòd in eo gignatur concupiscentia pravam) si aspexi (si versavi, & tractavi) in corde meo, non exaudiet Dominus. & si

I Iniquitas dicitur manū cruentare. Isa. 1. 15

Furto ablata hærent manibus.

2 פני דעמ. 16. 26.

3 פני דעמ.

LXX

פני דעמ.

Phrasis scripturæ.

Ps 67. 10 Ps 14. 5

Ephes. 4. 25

110

2. Reg. 7. 3. Par 12. 14. 1. Esd. 7. 10.

Quid præparare aut dirigere cor.

*Determinare se de echarpor algun camino

2. Par. 27. 6. Thes 3. 4

Genes 41. 32

*El auter Dios segundado có el sueño, es a ver lo confirmado en revista, y mandado q luego se execute. Luc 9. 51.

militer dicitur Psalm. 37. *Iniquitatem meditatatus est in cubili suo.* est enim prava concupiscentia animo concepta, & tractata. *Injustitia est Ghavela,* quæ in genere significat omne malum, quod est contra proximum, sed quod in corde primum machinatur, & molitur, & deinde è corde exit ad opus, ut dicitur Matthe. 15. *De corde exeunt cogitationes mala, homicidia, adulteria, fornicationes &c.* & sic videtur proprietas vocabuli exprimi Psalm. 75. *In corde iniquitates operamini.* est autem hæc hujus nominis ratio, & significatio; quòd *Ghaval,* significat lactare, videlicet cùm animans ex uberibus lac præbet factur. & per contrariam significationem, cùm ex pectore, non lac, sed venenum, & iniquitas exit, eadem voce significatur. Ergo semper Iobum notant hypocritas, & quod in corde iniquitates operatus fuerit.

XV. Tunc levare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & non timebis.

1. Levare faciem, cujus nã habitus sit. Explicatus Moyses. 2. Faciei macula, pro culpa aut pro pena. 3. Stabilitas pietatis comes. Inconstantia, impietatis Illustratus Salomon, & Jeremi. 4. Stabilis, & sine timore sollicitas, quæ perfecta est.

I Levare faciem quid. Vid. supra c. 10. v. 15. a. v. 1. v. 5. 2. Reg. 2. 22. *No tẽdre rostro para mirarle a la cara. Iob. 22. 26. LXX

Sic inquam, audebis ad Deum accedere, & fidenter deprecaberis. Vide quæ supra diximus de capitis humilitatione, aut elevatione. Sed hoc loco *levare faciem,* erecti animi esse potest, & confidentis, aut nihil erubescens. 2. Regum. *Ne compellar confundere te in terram, & * levare non potero faciem meam ad Iobab, fratrem tuum.* Animi etiam lætabundi & gestientis habitus est, ut indicatur infra cap. 22. *Super Omnipotentem delitit affluens, & elevabis ad Deum faciem tuam.* quòd videntur hoc loco respexisse Septuaginta legentes; *Fulgebit facies tua, tanquam aqua pura.* Elevare igitur faciem erit, vultum erectum ad sydera tollere; cælum hriter contueri; non habere jam faciem

squalidam, mœrentem, demissam, non frontem obscuram, tristem, turbidam, sollicitam; sed nitidam, hilarem, serenam, erectam. Fortè etiam orantis habitus est, & Deum suppliciter reverentis; ut sicut manus inter orandum tolluntur ad Deum, ita etiam facies erigatur, & excelsum numen sublimis illa suspiciat & adoret. sic Deuteronom. 28. *Gentem procaissimam, qua non deferat seni.* in Hebræo. *Qua non elevet faciem ad senem,* neque illum reverenter suscipiat. Septuaginta. *Non mirabitur faciem senis.* Ergo ait Sophar; Tunc verecunda, composita, & modesta facie, ut par est, numen deprecaturus accedes.

Absque macula. id est, nihil erit, propter quod debeas pudore suffundi, aut faciem demittere. Aliqui, ut Div. Thom. & Eugubin. ad culpæ maculam referunt; sic, inquam, habebis faciem mundam, quæ levare ad Deum, simul cum mente poteris. est enim oratio, mētis in Deum elevatione. Faciē autem sicut culpæ labes detur pat, ita penitentia expurgat, atque detergit. fortè id intellexerunt. Septuaginta; *Fulgebit facies tua tanquam aqua pura, exues aures sordem.* Alii, inter quos Græci, & Cajetan. referunt ad penam, atque ad ærumnarum sordes, & squallorem, ut alludat ad id, quod supra dixit; *si fulserint velut mundissima manus mee, tamen sordibus intinges me;* utrumque cōmentarium admittunt Græci, sed præferunt secundum. Istas (inquit Polychronius, & Olympiodor.) sordes, istam ærumnosam conditionem abjicies, & velut aqua turbida, quæ postquam resederit pristino nitore restituitur. nihil igitur in te turbidi, nihil squalidi remanebit.

Et eris stabilis. Plerique Latini hoc referunt, ad sanctitatem, & divinam gratiam, qua (ut Apostolus ait) *stabilis cor.* hæc enim reddit hominem constantem, firmum, securè & constanter agentem, minimè præsumptentem sava, sicut præsumere solet perturbata conscientia, sed in semel suscepto proposito permanentem; est enim mentis instabilitas, germana peccati. sicut scriptum est; *Impius facit opus instabile.* nam *inconstantia concupiscentia,* ut Sapientia ait, *transvertit sensum,* propriè ex Græcis, *Circumrotatio concupiscentia;* cùm enim terrena omnia satiare non possint appetitum humanæ mentis, cogitur im-

Deut. 28. 50

2 D. Thom. Eugubin. Quæ dicitur faciei macula.

Faciem culpæ deturpat.

LXX Græci. Cajeta.

Jacob. 9. 30.

Polychron.

3 Hebr. 13. 9

Sap. 17. 11

Inconstantia peccati comes Prov 10. 18

Sap. 4. 12

Ephes. 3. 17
* Que no an-
de al passo de
su inconstate
desico.

Ierem. 41. 22
O. 23.

Ephes. 3. 17
Prov. 10. 25

4

Stabilitas ad
felicitatis fir-
mitate

Perfecta felici-
tatis absque
timore
Soph. 3. 13

prios per diversa vagari. hoc expressit Paul. dum Ephesos obsecrat, ut iam non ambulēt sicut & gentes ambulat in vanitate sensus sui. id est, cum summa mentis & appetitus instabilitate, & inconstantia. hoc ipsum admonebat Ieremi. Quousque delitius dissolveris, filia vaga? & iterum. Cursor levis explicans vias suas. populum enim, qui in dies aliam atque aliam falsorum numinum religionem complectebatur, comparat cū cursore, sive, ut ex Hebræo legitur, cum dromedaria. explicans autem vias suas, est propriè, iterans, replicans, cū summa inconstantia, atque levitate, mutans vias suas, numquam unam, & eadem usque ad finem insistens viam. Non potest esse igitur impius firmus & constans, nisi in charitate & pietate defixis hæreat radicibus; atque radicetur, quasi fundamentum sempiternum. Promittit igitur Iobo Sophar, si pietatem colat, mentis constantiā & stabilitatem cordis.

Sed hæc licet aliena non sint, commo- dius tamen atque cohærentius Græci interpretantur, de firmitate & constantia. felicitioris status; Non eris obnoxius fortunæ instabili; firma, constanti, perpetua felicitate poteris. quod statim exponitur.

Et non timebis. Perfectam felicitatem. ex omni timoris expulsionem, significare solet Scriptura, ut Sophoniæ .5. Non erit, qui exterreat. & non timebis malum ultra. vel quod nulla deinceps mala futura fuerint; vel quod ab illorum impetu, & incursione timendum non sit, propter summam felicitatis constantiam & firmitatem.

XVI. Miseria quoque oblivisceris, & quasi aquarum, que præterierunt, recordaberis.

1. Quid miseria propriè. Oblivio calamitatis præteritarum ad amplificationem præsentis felicitatis. Explicatus semel, & iterum Moyses.
2. Somnus iustorum, quis. Illustratus David.
3. Aquæ pro turbine, aut pro flumine; rursus hæc pro tribulationibus in sacro sermone.

Miseria, propriè ex Hebræo, Septuaginta; Laborem oblivisceris, molestiam assitudinem. Oblivio autem significat, nullum remanentem vestigium, aut signum accepti vulneris; Toleratq; miseriæ. nullam sui memoriam relinquēt. id est, omnino felix eris; nullaque ratione miser. qua etiam phrasi dictum est. Genesis. 41. Septem boves macilentæ, devoratis prioribus nullum saturitatis dedere vestigium. quod Ioseph deinde exponit; Septem alii anni erunt tanta sterilitatis, ut oblivioni tradatur cuncta retrò abundantia. sic cum rem penitus deletam, absumptamque significamus, dicere solemus. No quedo de ella rastro ni memoria. Tum etiam felicitatis ingentis est, ita sui præsentia & voluptate complere animum, ut neque præterita meminisse sinat. sicut Ioseph post varios casus, incredibili rerum omnium felicitate potitus, imposuit primogenito suo nomen Manasses, dicens; Oblivisci me fecit Deus omnium laborum meorum. frustra que post mortem parentis Iacob timuerunt fratres illius mutuo colloquentes; Ne forte memor sit in iuria, quam passus est; quibus ille respondit; Noli te timere. non solum enim, ut nihil tibi mali timeret, iussit, sed illud quoque asseverasse visus est, quidquid injuriæ aliquando sustinuit, penitus ex sua memoria deletum esse. Quam laborum, atque ærumnarum oblivionem afferre videtur sopor ille suavissimus, quo post laborem & lassitudinem, solet suos Deus reficere; Cum dederit dilectis suis somnum. sic illi post reditum ex captivitate felicissimi canebant Psalm. 125. In convertendo dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati. Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. instar consolatorum se gaudere profitentur, quasi in perpetuo gaudio & felicitate vixissent, nulliusque rei, aut toleratæ calamitatis consolationem accepissent: nam magnitudo lætitiæ omnem præteritæ calamitatis memoriam abstulerat. Hieronym. ex Hebræo; Facti sumus sicut somniantes. Chaldæus, Similes sumus iis, qui evigilant à somnis suis. quasi diceret; Videmur nobis per somnium mala pertulisse; ægrè ac vix meminisse possumus. quasi non vera mala, sed ficta & cogitata fuissent. simile id, quod de Iacobo quoque dicitur Genes. 45. cum audito nuntio felicissimo viventis atque felicissimi Ioseph, Quasi de gravi somno evigilans, tamen non credebatur. præ-

I
LXX
424

Quid propriè
miseria.
Quid oblivio
indictet
Gen. 41. 19

Genes. 41. 51

Genes. 50. 15

2
Sopor iustorum
oblivionem af-
fert calamita-
tum.

Pf. 126. 3.

Pf. 125. 2

Hiero.

Chald.

Genes. 45. 26

ritum

Ioan. 16. 21

Eccles. 11. 27

Ysa. 65. 17
Eccles. 11. 29

3

Acumenq; tur-
bo & procella

Nah. 1. 8.

Aquæ pro flu-
mine

מים

גשמים

Flumen exun-
dans, tribula-
tiones

Isa. 8. 7

Psal. 17. 17

Pf. 31. 9

LXX

ritum merorem, per somnium pertulisse sibi videbatur, & præsens quoque gaudiū præ magnitudine incredibile. eodè pertinet illa ingentis gaudii amplificatio Ioannis. 16. Mulier cum parit tristitiam habet. cū autem peperit, iam non meminit pressura propter gaudium.

Hinc ergo colligo neque mala, neque bona vitæ huius ejusmodi esse, quæ totū hominis animum occupare debeant, & ad se convertere; nō enim apta sunt oblivionem afferre alterius status. nam jubemur, ut in die bonorum memores simus malorum. & in die malorum non immemores simus bonorum; Futura verò gaudia illa certè efficiēt ut in memoria nō sint propria; futura etiā mala. oblivionem faciet luxuria multa.

Et quasi aquarum, que præterierunt. Quidā existimant, ærumnosam vitam comparari cum turbine aut procella citò transeunte, atque evanescente; Frueris tandem se reno cælo, difugiētibus nubibus, atque elapso turbine. qua translatione videtur Nahum usus. c. 1. Bonus dominus, & confortans in die tribulationis, & in diluvio prætereunte consummationem faciet. id est, Faciet, ut diluvium, aut procella brevi prætereat, & finiatur. Verūm cum ista procellæ recordatio. non videatur mihi omnino suaviter coherere, cum illa miseria oblivione. quam supra dixerat, probarem potius hanc expositionem, ut aquarum prætereuntium nomine, non tam intelligat turbine aut procellam, quàm fluminis aut torrentis alicuius inundantiam, qui raptim solet transire in convallibus, & cum præterierit, nullum æstate adveniente relinquit vestigium. nomen enim aquarum hoc loco, neque convenit turbine, neque verò illud diluvium Nahum est cathachlismus; sed ex proprietate originis est exundatio fluminis, quo sæpè, tribulationes significantur in sacro sermone. ut Isaia. 8. Ecco dominus adducet super eos aquas fluminis, fortes & multas, Regem Assyriorum & omnem gloriam ejus, & ascendet super omnes rivos ejus, & fluet super omnes ripas ejus, & ibit per Iudam inundans, & transiens, usque ad collum ejus, & Psal. 17. Assumpsit me de aquis multis. & per eandem vocem, qua utitur Nahum, Psal. 31. In diluvio (exundatione fluminis) aquarum multarum ad eum non appropinquabunt. id est, ad sanctum non pervenient exundantes tribulationes. sic etiam Septuag. hinc legunt Laborem oblivisceris, sicut fluctum prætereuntem.

hic igitur sensus rectè convenit cum parte superiori; nam si juxta Græcos, fluctus legatur, postquam præterivit, superbiæ & fragoris nullum relinquitur in mari vestigium; abit enim & evanescit sicut ex conspectu, ita ex memoria; tum etiam nunquam iterum redit; non aliter semel elapsa calamitas oblivione sempiterna obruetur. vel cum nostra lectione aquarum nomine aut torrentem, aut quamcūque aquam intelligere licet, quæ cum effusa est, ita exugitur, & absorbetur à terra, ut neque maculam, neque ullum sui vestigium relinquat.

XVII. Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam: & cum te consumptum putaveris, orietur ut Lucifer.

1. Quid vespera astus, & Auster ad ærumnosam. 2. Consumi, quid in Hebræo. 3. Lucifer quid. Vtriusque fornice symbolum.

Originali est comparatio, Plusquam meridies, vel, Præmeridie. in Vespera autem dissensio est, propter vocem Chelad, quam hoc tantum loco Latinus interpret, vesperam vertit. tamen Psalm. 38. & 88. vertit substantiam humanæ vitæ, & Hieronym. ex Hebræo. vitam, cum dicitur; Substantia mea tanquam nihilum ante te. inde pro tempore. vitæ, aut absolutè pro tempore. Pagnin. Vatabl. & Hebraizantes accipiunt, quare legunt; Plusquam meridies, consurget tibi tempus. & Tygurina per paraphrasim; Totum tempus vitæ perstabit serenius, quàm meridies. Septuaginta. De meridie orietur tibi vita. Cum autem in meridie duo significari possint, aut vehementior estus imminentis solis aerem & subjecta quæque perurentis; aut verò lux clarissima, quæ omnes umbras disjicit, primum quidam significari existimant, id est, estum. per estum aut è calamitates. id est, illi ad futuram divinā opem in

I
Quid vespera

ליל

Psal 38. 6. 8
Pf. 88. 6. 8
Hieronym.

Pagnin.
Vatabl.
Hebraizantes.
Tygurin.

LXX

Austus, cala-
mitates.

Oo

sua

Auster ad a-
rumanas

Pf. 125. 4

Vespera po-
sterior vita
pars

Iob. 1. 19

2

Consumi quid
in Hebræo
Pagninus
Vatablus
Cajet.

977

R. Abrah.
R. Moyses
Pagninus
Vatablus
Cajet.
LXX
R. David
Chaldaus
Tygurina
Regia
LXX
Psal. 33. 6

Lucifer quid

sua calamitatis: non autem Australem illam meridionalem vè terram siccam, atque squalidam, ad significationem calamitatum, in quibus versantes iustos Deus reficiat. ceteri lesti imbre, proponit David. Pf. 125. *Converte Domine captivitatem nostram, sicut torrens in austro.* at vero non tam regionem ipsam plagamque terrae australem, quam coelestis unde sol meridianus fulget, noster interpretes observari voluit, cum dixit, quasi *meridianus fulgor*. est enim lux illa clarissima, atque jucundissima, tum etiam, nullam gignit umbram. non aliter felicitatem pollicetur nulla adversarum rerum umbra, nullaque infelicitatis timore labefactanda. Eleganter autem interpretes dixit, *Vesperam* illam vitam humanam partem, quae posterior est, quasi diceret, Quod tibi vita reliquum est, felicissimum erit, atque splendidissimum, multoque feliciter pristina illa prioris vitae felicitate. Tum etiam elegans allusio potest esse ad Australem plagam Arabiae desertae, unde exurrexerit inclementissimus ille ventus, qui domum filiorum prostravit, & unde Sabaei & Arabes excursions fecerunt in Iobi agros; pollicetur itaque fore, ut ab Austro nihil deinde mali timeat, sed unde tot damna accepit, ulteriora inde lucra reportet.

Et cum te consumptum putaveris. Illuminavit interpretes, quod in Hebraeo paulo obscurius est, nam ex verbo legitur, *Obscuraberis*, vel, *tenebresces*, & sicut mane eris. vel, *Obscurabitur tibi* erit, ut Lucifer matutinus, alii legunt *illustraberis*. huius autem contrarietatis in legendo ratio est, quod verbum originale (id quod saepe in Hebraeo contingit) duo contraria significat. videlicet volare, aut coruscare, aut erigere pennas, & ex opposito, deficere, lassari, obscurari, tenebrescere. prima igitur significationem sequuntur, R. Abraham, R. Moyses, Pagninus, Eugubini. Hebraeus apud Cajet. at secundam R. David, Chaldaeus, Tygurina, Regia, atque idem profecto intellexit Vulgatus, cum dixit, *Consumptus*, videlicet, obscuratum, extinctum, deficientem. Quare autem Septuaginta ad orationem retulerint, legentes, *Oratio tua rursus quam Lucifer erit*, non video; nisi illam coruscationem matutinam, ideo orationem dixerint, quod matutino tempore soleat homo accedere ad Deum, & illuminari.

Orietur. Proprie, Eris, & elegantius dicitur, *oriaris*, ut subitam spem adolis expectat

etati jucunditatem & fulgorem significet. *Ut Lucifer*, proprie, ut mane, ut diluculum, ut aurora gratissima, quae semper, cum iustus illuminatur procedit, & crescit usque ad perfectam diem. Incipies vitam vivere felicissimam, meridiana luce illustriorem. Sed initia huius clarissimae felicitatis erant velut matutina lux, quae nova semper incrementa capit. meridianus ille fulgor nunquam declinabit, neque deficiet, imò potius crescit; initia tuae felicitatis erunt tanta, quam quae maxima, atque progressionem, & fines omnium mortalium fortunam superabunt: atque haec ipsa per *Luciferum* significare interpretes voluit, intellexit enim matutinum *Luciferum*, videlicet quam stellam Veneris vocant, aut Dianam Luciferam, quae a poetis dicitur Diem ducere, & Pulsare auroram. de Lucifero autem sic scribit Philippus. *Per occultas cursus sui metas polum circumiens, post biennium in ipsius aurora rutilo dicitur apparere.* Sed quidem cum haec ipsa stella sit, quae cum solem occidentem subsequitur, Hesperus & vesper, vel vespurgonomiatur, cum vero Orientem transcurrit, Lucifer; certe videtur commodè Symbolum esse ejusdem hominis, qui nunc in tenebris sit, deinde vero è tenebris emergat, & caput undis exerat, & in quoliceat conspiciere utriusque imaginem fortunae, tum nigrae, & adversae: tum albæ, & candidae. Ergo felicem ex misero statu in felicitatem commutationem; qualem representat Lucifer, pollicetur; & quale elegantè cecinit Boetius.

Et qui prima tempore noctis. Agit argentes Hesperus horas, Solitas virum matut habenas Phoebe pallens Lucifer ortu. Sed dicemus iterum de Lucifero. c. 36. Rursusque deduce, quae felicitatis symbolum est.

XVIII. Et habebis fiduciam proposita tibi spe, & defessus securus dormies.

In forma fiducia, & securitas in medijs asseri manibus. Explicatus Paulus ex Graeco. Parasitum mensa accumbere se curiatis simulatum. Sex huius disputationis interpretaciones, & 74. vs. significaciones proponuntur.

Prov. 4. 18

Cic. 2. de Nat. Deorum

Philip.

Boetius.

Explicat

I

LXX

Prov 28. 1

2. Corin. 12. 9

Επιστολη

Iudith. 14. 10

Nu. 23. 21.

Psal 25. 4

Pf. 22 per totum & Pf. 45. Prov. 2. 7. 12. c. 28. 1. 18

2

Philip.

Cajetanus.

Vatabl.

Eugubin. Folsio, percrucatio, & negotiatio

Explicat quod de aurora & Lucifero dixit; In dies meliora sperabis; non solum sustentaberis bono presenti; sed melioris spe confirmaberis. alii referunt ad spem nunquam in periculis abjiciendam; Nunquam concides animo, aut spe, etiam si in discrimina incidas. Septuaginta; *Confidens eris, quia es tibi spes.* Hanc iusti in medijs discriminibus securitatem saepe sacrae litterae commendant. Iustus enim tanquam leo, non fugit turpiter, & ignobiliter, sed neque temere in medios hostes se conjicit. ita sane iustus neque se conjicit temere in discrimina, neque timet aut fugit ignobiliter, si quae incidant. sed quid timeat, quem divina virtus communit, & roborat? *Inhabitare in se virtutem Christi* Paulus optat. ex Graeco, tanquam in tentorio morari. sed quam sit securum fortissimi ducis tentorium, illud indicat Iudith. 14. *Nullus audebat cubiculum virtutis Asyriorum pulsando, aut intrando aperire.* Haec certissima victoriae spes adversus presentissima pericula adest iusto. uti ille dixit Numer. 28. *Dominus Deus eius cum ipso est, & clangor victoriae regis in illo.* hanc spem & periculorum, hostiumque contemptum, quae sepe David expertus fuerat, triumphas canit; *Parasti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me.* ita nihil ab hostibus timeo, ut in conspectu hostium securè & per otium mensè accumbam. parata mensa otium affert, & nihil cum festinatione, metu végerendum. habet igitur iustus fiduciam proposita sibi spe. vid. Prov. 2. & 28. Pf. 22. & 45.

Et defessus securus dormies. Variant hoc loco interpretes. nam ad verbum in Hebraeo est; *Et fodies.* unde manifestè patet, Philippi lectionem mendosam esse, qui legit; *Defessus.* quamquam sensus non sit à vera lectione alienus, ut statim dicemus. Illam ergo fodiedi operam ad rem agrariam referunt Cajetanus, & nonnulli recentiores in hanc sententiam; Poterunt jam tui agricolae, & servi securè colere terram, fodere, arare nullo metu praedonum. Vatabl. *Si fodiendo remaneas in agro procul à tentorijs tuis: tamen in illis summa fiducia dormies.* sensus valde humilis.

Secundò Eugubini. per *fossionem* intelligit scrutationem quandam rerum gerendarum, & quasi negotiationem; Quodcumque (inquit) animum verteris, quidquid scruteris, quidquid excogites. securè, &

felicitè efficies; *omnia quaecumque facies, prosperabuntur.* sensus coactus. quamquam si milis videatur sententia Proverb. 16. *Vir impius fodit malum, perscrutatur, inquirit, ut qui fodiendo querit thesaurum.* verbumque originale, *fodiendi*, explorare, scrutari contemplari significat.

Tertio, Opera pietatis, & laborem in divinae legis observatione impensum, per fossionem intelligi, ex illo. c. 7. videri potest; *Sicut mercenarii dies ejus; & sicut mercenarias expectat finem operis sui.* itaque *defessus* id est, defodiens, id est, si laboraveris, & operam & impensam feceris in pietate, consequeris post hunc vitae laborem tranquillam & pacatam mortem, securè & in pace morieris. quomodo quidam volunt dictum id Ecclesiastic. 5. *Dulcis est somnus operanti.* ut sit similitudo; sicut qui in defodiendo agro laborat, securus postea & suaviter dormit, ita si te in pietate exercueris, securus morieris. huc respexit illa Philippi lectio, *Defessus securus dormies.* addit ille; *Securus dormies,* concepta resurrectionis spe. & quamvis ad infernum descendas, tamen ibi non te torquebunt, neque contingent tortores demones. Sed haec tropologiam sapiunt.

Quarto, Vtramque partem ad sepulchrum, & mortem pertinere. D. Thom. Nicolaus, Dionysius, Titelm. existimant; *Defessus*, sepulchrum quod jacebis securus; ne mo sepulchrum tuum violare audebit; ne mo ossa tua effodiet. est enim sepulchrum sanctum, & nunquam violandum. non perveniet ad sepulchrum tuum impudens praedo, neque avarus miles, qui tètet recludere sarcophagum, & pretiosam suppellectilem cum cadavere conditam diripere. sed certè non videtur bene cum sequentibus necesse, quae potius de vita, quam de morte loquuntur.

Quinto, ad vitam securitatem hac ratione pertinere posse videtur; Tam securè ages, quam si vallo, fossaque munitus es; nullus tibi metus somnum eripiet, sed *in pace in id ipsum dormies & requiesces.* id est alto somno sepultus dormies. quod summa securitatis est. Tyguri. *Iacabis securus, velut fossa circumducta.* sensus ab Hebraeis adductus, ut affirmant Complutenses. neque omnino displicet.

Sextò, Tandem R. David explicat, *Defodies per te ipsum in circuitu adificiorum tuorum, & non erit opus ut in circuitu facias murum, neque elevas ea.* Nullaque alia custodia, neque

Pf. 1. 3. Prov. 16. 27

727

Iob. 7. 1. 2. 14. 6.

Eccle. 5. 11

Philip.

D. Thom. Nicolaus Dionys. Titelm.

Psal. 4. 9

Tyguri. Compluten.

R. David

sepimeto adhibito securus dormire, poteris, linea tantu circūducta & indicata nemo erit, qui inrem tuam pedē mittat. Ex his eligat lector, vel meliora afferat.

XIX. *Requiesces, & non erit qui exterreat: & deprecabuntur faciem tuam plurimi.*

1. Iustorum somnus placidissimus. Divitiæ, & saturitas somnum eripiunt. Illustratus Lucas semel & iterum
2. An aliquando damnatorum cruciatus mitigentur. Eligitur pars negans Explicatur Isaias.
3. Deprecari faciem, quid sit in sacro sermone. Sophar prophetat.

I

Lyran. Psal. lxxi. 7

LXX

Germanior interpretatio

Iustorum somnus placidissimus.

Prover. 3. 24. Divitiæ somnum eripiunt.

Isai. 57. 20

Luc. 12. 15

vitii, nisi sciat ille abundare. deinde verò proponit parabolam avari divitis, qui per noctem secum colloquebatur, nimium laborabat in somnia, nam abundantia illa vigiliam afferebat; suæ ipsi animæ adblandiens, & ad captandos somnos, si qua posset ratione, pelliciens dicebat; Anima mea requiesce, comade, bibe, epulare. atque hæc illa saturitas erat, quæ non sinebat divitem dormire.

Deprecabuntur. Philippus locum hunc in hæc verba interpretatur. *Securus dormies, & requiesces in inferno, & non erit illic unus inimicus, qui te exterreat, ut tibi penas infernales infligat; sed potius quicumque sunt illuc, preces tibi supplices fundent, ut eis tartarei cruciatus tuis orationibus temperentur. quod in evangelio nos inter divitem & pauperem factum legimus. eadem habet Beda ad verbum descripta. & commentarii, qui inter Hieronymi opera referuntur, illud tantum demunt, quod ex Evangelio, de divite & Lazaro, Philippus & Beda addūt. & quidem licet tantum videatur à Philippo passi ita existimasse Sophar fieri posse, ut damnatorum cruciatus sanctorum orationibus aliquando lenirentur, atque idem divitem illum deceptum existimasse: sed proculdubio, Philippus ex sua interpretatione et sententia significat, rem illam non repugnare. Sed quid ego eade re sentiam, facile dicam; falsam utique esse, neque enim evenire unquam damnatis poterit aliquid sævisimarum cruciatuum allevamentum. ut indicatur illo Isaiæ, cujus partē priorem præcedenti cap. exposuimus. *Erit transitus virga fundatus, quam requiescere faciet Dominus super eum.* nam verbera, quæ apud nos infliguntur, quamvis acerbissima, & sævisissima, ex flagelli, & virgarum depressione, & elevatione cōstāt, ut ad singula verbera brevissimū respirandi spatium concedatur; at semper hærebit damnatorum tergo semel impactum flagellum. Alii ut Dionysii. Ita explicant; Sanctitatis existimatione in omniū animis cōcepta, te de functum prosequuntur magnis honoribus, & ad te preces fundent. quasi dicat, hac ratione sanctus evades, & dignus coram quo precari, & orare possimus. Sed melius ut ad honorem viventi, delatum referatur; illum enim faciei nomen indicare videtur presentiam, & conspectum hominis apud nos versantis.*

Philipp. 4. 12

Luc. 12. 19.

Eccles. 5. 11.

2

Philipp.

An aliquando cruciatus damnatorum leniantur.

Luc. 16. 20

Beda Hieronym.

Philipp.

Supplicia inferni nunquam mitiganda.

Isa. 30. 32

Dionys.

3 Deprecari faciem

LXX

תלה

psal. 44. 13
*Los mas ricos y poderosos han de tener necesidad de vos
3. Reg. 13. 6
1. Reg. 13. 12.

Isa. 11. 10

שרת

Sophar nefcius, propheta.

Deprecari autem alicujus faciem, est suppliciter ante illum procumbere, errati & injuriæ veniam postulare; Te reverentur precabundi, & suspicient, qui nunc despiciunt. Septuaginta, *Transmutati mul ti rogabunt te.* Sed quoniam verbum originale, *chalab*, significat aliquem infirmum vel egentem alterius opem suppliciter, & enixè implorare, ut patet Psalm. 44. * *Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis.* id est, potentissimi quique tua ope indigebunt. & 3. Reg. 13. *Deprecare faciem domini Dei tui.* id est, impetra mihi à Deo faminitatem, & auxilium. & 1. Regum. 13. *Faciem Domini non placavi.* id est, non consului, neq; oblatio sacrificio illius opem imploravi. res eadem ab alia licet radice, dicitur Isai. 11. *Ipsam gentes deprecabuntur.* sententia igitur hæc erit; Is tu, o Iob, eris, cujus opem omnes implorent, & omnes divites plebis vultum tuum deprecantur; qui nemine indigeas, cujus ope, & consilio omnes indigeant. tum etiam, qui nunc tibi misero, & ærumoso insultant, postea in summum honorem, atque felicitatem restituto supplicabunt. quod dum dicit Sophar, nefcius quid dicat, tamen rem ipsam sibi, suisque amicis eventuram prædicit: divino namque oraculo commoiti supplices se Iobo præbuerunt, atque illius faciem deprecari sunt, cui honorem quoque Deus ipse detulit, cum. c. 42. ait. *Ite ad servum meum Iob. Iob autem servus meus orabit pro vobis; faciem ejus suscipiam ut non vobis imputetur stultitia.*

XX. *Oculi autem impiorum deficient: & effugium peribit ab eis: & spes illorum abominatio animæ.*

1. Oculi deficientes, ad tristitiam, vel iridiam.
2. Impii homines Iobum exagitant.
3. Effugium aut viam perire quid.
4. Abominatio, quid proprie ex Hebræo. Afflicti suspirant. Illustrati Salam. Ierem. Malach.

I

Impii autem (atque tu etiam, nisi respicias) frustra divinam opem expectabunt; circumspectent enim, & non erit auxiliator. vel, Cum te felicissimum contēplati fuerint, teque nunc in summa miseria jacere, præ invidia contrahēt dolorem oculorum, & videndo atque invidendo, ob

languerent, vel, ut ad Iobum respiciat propius; Tu si in tuo sensu pertinaciter hæreas, ad tristissimum tuarum ærumnarum aspectum, & ad novi casus imminenti timorem contabescas, atque deficies; ille enim fixus, & intentus obrutus, & oculi deficientes, habitus est hominis aut præmerore obstupescens, & defixi in præsentia & consideratione mali alicujus; aut verò expectantis, timentis vè alicūde.

Ex lectione Septu. quæ hujusmodi est; *Salus autem eos deseret; spes enim eorum perditio, & oculi impiorum tabescent.* elicit auctor Catenæ. quosdam à diabolo immisos esse homines, qui tibi calamitates riderēt, & exagitant, quos nunc dicat Sophar fore, ut Iobi res prosperas intuentes, extabescerent, & ærumnis ipsi implicati ad illius opem confugerent. sed fortè non solum de his, sed de aliis etiam impiis in universum pronuntiat fore, ut hi quoque de felicitate sua moveantur, & quæ ab illis abstulerit Deus, ad Iobum transferantur. Ita (inquit) illis in deterius abeuntibus, tu o Iob, commutaberis in melius.

Effugium peribit ab eis. Id est, neq; præsentia, neque imminenti mala poterunt declinare. sicut Psalm. 141. *Perit fuga à me.* & Amos. 2. *Perit fuga à veloce.* & in universum, *perire* aliquid ab aliquo, est deficere, aut deesse. ut Ps. 2. *Et pereatis de via justa.* id est, ad invitū deducamini. * *Effugiū igitur peribit;* id est, quod effugere nō poterunt.

Et spes illorum abominatio animæ. D. Th. sic; Quod de impio sperari deinceps potest, est abominanda quædam & extrema mors, & cruciatus. Sed melius; *Spes illorum* ut pote inanes atque fallaces, vel consequendi felicitatem, vel declinandi ærumnas, nihil afferent, nisi dolorem & tristitiam. sic enim vocem originalē reddunt Pagnin. *dolorem;* Hebræ. apud Cajeta. *tristitiam;* Vatabl. *afflictionem.* Sed quidem vox originalis à radice *naphach*, quod est insulfare, vel inspirare, proprie reddi potest. exufflatio aut expiratio. & inde etiā pro afflictione accipitur, aut animi defectus, & liquefcentia; quoniam afflicti suspirare solent; ut Ieremiæ. 15. *Defecit anima ejus,* id est, suspiravit, vel, expiravit. & infra. c. 31. *Animam agricolarum afflixit.* id est, crebrò suspirare coegi. igitur * *spes illorum* suspiriū est, *animæ* afflictio, vel insufflatio. juxta id; *Spes, quæ differtur, affligit animā;* videlicet nō solū ipsum animū, verū etiā ipsā

Oculi deficientes, quid indicent.

2

LXX

Nicetas Impii Iobum exagitant.

3

Perire effugiū quid. Ps. 141. 5
Amos. 2. 14
Ps. 2. 12
*No avra por dode huyr

4

D. Thom.

Pagnin. Cajeta. Vatabl.

תלה

Afflicti suspirant.

Ier. 15. 9
Iob. 31. 39.
* Esperanças no cumplidas suspiros del alma son.
Prov. 13. 12

Eccles. 4. 16.

Jerem. 14. 6


Malac. 1. 13.

respirandi, aut suspirandi facultatem, quæ nomine *anime* interdum significatur. ac si diceret; Omnia quibus impii inhiant, *vanitas* sunt, & *afflictio spiritus*, id est lassitudo, & defatigatio desiderantis, & suspirantis animæ. ut in impios, illud quadret, Ieremiæ. 14. *Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones* (est enim ruditus ille, qui fit attractione venti, quasi suspirium animæ) & *defecerunt oculi eorum quia non erat herba*. vel ut consentiat cum nostro. Vulgato. *spes illorum*. id est, res speratæ, dignæ sunt, quæ exhibentur, exufflentur, quas anima, spiritus, oris flatus abominetur, repellat, longè projiciat. sicut & Malachie. 5. *Dixistis; Ecce de labore; & exufflastis illud*. id est, pecus, quod offerebatis, quasi de labore vestro, tale est, ut feceritis illud dignum exufflatione meâ, ut abominarer, & projicerem illud.


ita Hieronym. Septuagin. *Exufflavi ea*. vel, adeo debile est, ut quasi *exufflari*. id est, levi flatu moveri, & projici possit. qui autem afferebant, fingeant præ pinguedine nimium grave esse, & cû summo labore portari, utroque igitur modo accipi potest. *spes illorum abominatione*, & exufflatione dignæ: tum etiam adeo inanes, & leves, ut facile flatu dispergi, & dissipari possent. juxta id Sapientiæ, *Spes impii tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur*, Septuaginta. expirationem hanc, mortem & interitum videntur intellexisse, nam legunt *spes eorum perditio*. sui, videlicet, rerumque suarum; fieri enim nõ potest, ut impii unquam *sapiant, & intelligant*, ne suis ipsi consiliis atque conatibus interitum, & perditionem sibi parent.

Hierony. LXX

Sap. 5. 21



PARA



CAPUT UNDECIMUM.

*

PARAPHRASIS CAPITIS PRÆCEDENTIS.

*

BREVIS NOTATIO RERVM insigniorum, quæ in commentariis suffragantur.



Um tanto gravissimæ orationis pondere superatus Baldad conticeret; Sophar quidem, qui ex sui nominis ratione & etymologia nescio quid buccinans, aut instar vocalis ranæ coaxans sonat, pulchrè, ut sibi videbatur, respondens, per contumelias & insolentiam verborum garrire in hunc modum cœpit.

1 Respondens autè Sophar Naamathites dixit:

2 Numquid qui multa loquitur, non & audiet? aut vir verbosus iustificabitur?

3 Tibi soli tacebunt homines? & cum ceteros irriseris, à nullo confutaberis?

4 Dixisti enim: Purus est sermo meus, & mundus sum in conspectu tuo.

Multa sanè, O Iob, multa cum verborum potius, quàm sensuum atque sententiarum ubertate profundis quare vereor, nedum de Deo liberiùs, quàm par est, disputas, temeritatis & impudentiæ notam incurras. Sed ne tibi sapiens videaris, tibi ego non difficilè respõdebo; audies igitur ex me quæ noles, cû illa dixeris, quæ voluisti; verbis enim potius, quàm re, & ratione vales; & dū tua peccata excusare conaris, multa temerè & imprudenter profundis; unde oportet novū multiloquii vitii te cõtrahere; atq; dū verborū tantū turba vincere posse credis, minimè nobis te justum esse persuadebis.

Ita ne mēdacia ista tua, merasque nugas nos stupētes atque silentes admirabimur? atqui nemini unquam sapientiæ laudē concessimus, in cujus verba, atque dogmata juraremus. Nugaris verò planè nõsque audientes irrides, dum agere cum Deo postulas; nam nec illum tibi respondere, neque ut ille respondeat, nos fas esse judicamus. Atque hæc pro tui animi insolentissimi occulta quadam calliditate, subsannatorio gestu, & nictantibus oculis profers intoleranda profecto audacia. & te sannionem agētem nemo suffundat pudore; nemo increpet; nemo planè confutet, & gestie ti loqui nemo adfit, qui os obstruat?

Liberè enim & palam pronuntiaſti, verissima atque gravissima esse tua dogmata, lucèque ipsa clariora,

Ut sit de Deo tardè, & parcè loquendum, & ut sanctorum oratio animali homini stulta videatur, cum tamen, & sapiens, & facunda sit, digressiuncula opportuna. 2. n. 2. 3. 4.

puriorque, sine ulla mendacii labe; illa videlicet, de Deo, atque de divina providentia; de justorum ærumnis; de impiorum fœlicitate; neque minùs mundum & candidum operibus, & vitæ actionibus, & moribus quàm verbis & doctrina te præstare, longèq; aliis superiorem te esse apud supremum judicem, cujus oculos nemo elludere, aut fallere potest.

Sed cum ausus fueris cum Deo colloqui, optare sanè ut vicissim te Deus sua te responsione dignaretur, nã ille te multa loquentem facile cõpesceret. Nos enim quos humanæ mentis recessus, & latebræ obscurissimè latent, te revincere planè non possumus.

Quod si Deum loquentem intelligeres, planè agnosceres illius providentiæ judicia, quæ tu assequi conaris, longè esse ab humano sensu remota: neque eadè semper ratione ærumnas & supplicia piorum atque impiorum discernere; tum etiam longè plurima in ejus lege & præceptis latere, longèque majori cura & sollicitudine illorum observationem ab homine exigere, quàm tu tibi persuaseris. Sic igitur tuam sapientiam multis ille partibus antecellit; longèque superior est illa, quàm tu tibi præscribis, tuorum suppliciorum lege. Demum si suæ sapientiæ arcana tibi patefaceret, ut tum illius paterna erga homines viscera, tum errata tua agnosceres, jam tunc exploratum tibi esset, quàm leniter atque benignè ille tecum agat, & quod te non una illa, & severissima justitiæ lege, qua peccatores alios tui similes plectere solet, puniendum constituerit; sed mitiori & æquiori alia, quæ sua est bonitas, & mansuetudo; ex qua profectò comeritum supplicium, quasi per oblivionem huc usque distulit, permisitque, ut cum multa haberes occulta scelera, illorum tu inscius oblitusque esses. Hinc tua ista innocentia, & sanctitatis opinio, atque altè animo insidens puritatis morum persuasio; potuit ille multò graviora supplicia a te exigere; qui enim peccat debitor est; Deus, creditor & fenerator. sed condonavit gratuitus.

Hæc cum ita sint, credis ne fieri posse ut divinæ justitiæ arcana, atque tuarum ærumnarum causas, rationesque investigare, & consequi valeas; aut occultas omnes vias teneas, quibus ille in tuæ vitæ actiones omnes instat severissimi judicis inquirat, atque divinæ providentiæ fines exitusque omnes consequaris? neque solum vestigia & initia, sed perfectam omnium illius operum absolutionem teneas?

Hinc cum cœlorum altitudinem cognoscere non possis, multò minùs poteris divinæ sapientiæ longè majorem celsitudinem consequi; Neque verò tu longius, profundius: vè oculis aut cogitatione penetrare poteris, quàm in terræ viscera, & subterraneas omnes cavitates; at Deus suis pedibus longè inferiora & profundiora terit, & premit. Cum enim minimè sit in his rebus creatis inclusus, sed rerum universitati supereminens, est tamen rebus omnibus intimus, & quasi infusus; ut omnia in ipso; ipse in omnibus sit. Tum in illius sapientia & providentia sunt dimensiones quædam

5
Atq. utinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi.

6
Ut ostenderet tibi secreta sapientiæ: & quod multiplex esset lex eius: & intelligeres quod multò minora exigeris ab eo, quàm meretur iniquitas tua.

7
Forsitan vestigia Dei comprehendes, & usque ad perfectum Omnipotentem reperies?

8
Excelsior cælo est, & quid facies? Profundior inferno, & unde cognosces?

9
Longior terra est mensura eius, & latior mari.

multo

Qua. & in quo ponenda sit hæc divine legis multiplicitas, & ut judices aliquando eandem legem in duas dividant, observatio ad mores. v. 6. n. 1. 2.

Ut Deus creditor, Fenerator, & exactor sit, impius verò debitor, ingenti suppliciorum quasi ere alieno oppressus, digressio. v. 6. n. 3.

De his divine sapientiæ, & providentiæ dimensionibus, & qua ratione considerari debeant, quadam. v. 8. n. 4. & 5.

multò quàm mare & terra longiores, atque latiores; nã altitudo illius, id est, sapientiæ consiliique profunditas, potestatis immensitas, qua omnia complectitur, denique rationes omnes, quas in discernendis vel præmiis, vel suppliciis servat, omnem humani captus mensuram, modumque excedunt.

Verum enim verò non solum pro mirifica sua sapientia, sed etiam pro sua potentia & voluntate res omnes humanas moderatur, nam rerum universitatem vertere & invertere potest, variisque modis versare: tum naturæ serie, ordinèque perturbato omnia miscere, & in rudem indigestaque molè rursus redigere, nemine aut viribus, aut verbis illi repugnante.

Quamvis bene noverit sapientissimus Deus fore, ut nemo hominum nisi vanissimus & stultissimus sit, illius sapientiæ arcana excutere, & perscrutari tentet; qui verò id conetur, suæ quidem temeritatis pœnas daturum. Quamvis quidem cum de hominum supplicio agitur, accuratè cujusque merita expendat, & quos externa sanctitatis specie fulgere videt, vera solidaque pietate vacuos, & nunquam non suis proximis per summam iniquitatem fraudes & dolos machinantes, hos acerbè punit; non enim semper dissimulat, neque conivert ad tantam improbitatem.

Videris igitur, o Iob, an vanus, tumensque sis, omnique sapientia omnibusque bonis vacuus, proptereaque levissimus, nulliusque ponderis atque momenti; indignum enim est ut tantos animos sumas, tamque sis projectus, & audax in loquendo; vanè enim & sine causa erigis adversus Deum cristas, id quod asininae cujusdam stoliditatis est, atque incredibilis tarditatis in divinarum rerum cognitione: neque non indomitæ, ferinæque insolentiæ, & procacitatis est; nam tentat vilissimus homuncio omne à se jugum excutere, atque omnino vivè di licentiam & impunitatem sibi promittere. Sed permittit Deus diu impunè vagari & ferocire, ut tandem instar Onagri, captum domet, constringat, tundat.

Hæc dixerim, O Iob, quod tu obstinatae mentis homo, nequiter oraveris, & externa tantum pietatis specie ad sacrificia offerenda accesseris, cum prius oportet animum, quàm pecudum oblationes præparare: & nunc quidem illam etiam ipsam mentis pertinacissimè duritiam retines, nam neque divinis correptionibus, & flagellis cedere, molliri vè nosti; quin potius gloriose & jactabundè manuum opera, pietatis speciem præferentia, jactas, & ostentas. Præstaret sanè cor tuum firmiter, & constanter præparare ad rectè & ritè orandum.

Opportunè verò id facies, si iniquitatem, quæ velut macula turpissima tuis manibus hæret, pœnitentiæ elueris, & malè ablata omnia suis dominis reddere statueris, si unquam tibi facultas fuerit; & longè lateque à te projeceris omnes peccatorum occasiones, atque incitamenta. quod si contingat aliquando præ humana fragilitate labi, minimè demorari in te peccatum patia

10
Si subverterit omnia vel in unum coarctaverit, quis contradicet ei?

11
Ipse enim novit hominum vanitatem: & videns iniquitatem nonne considerat?

12
Vir vanus in superbiam erigitur: & tamquam pullum Onagri se liberum natum putat.

13
Tu autem firmasti cor tuum, & expandisti ad eum manus tuas.

14
Si iniquitatem, quæ est in manu tua, abstuleris à te: & non manerit in tabernaculo tuo iniquitas.

O s ris

De cordis duritia, & insensibilitate, & ut potissima orationis, & sacrificantis pars, sit interna cordis preparatio, & mundities, deinde externus pietatis ritus, disseritur ad mores. v. 13. n. 1. 2. 3.

ris, neque verò in ullo ex tuis familiaribus. Finem itaque peccandi jam tandem facito.

Sic sanè audebis constanter ad Deum accedere, illumque cum magna impetrandi fiducia, erecto animo, lætæque facie, atque serena fronte deprecari; nihil enim tunc in animo delitescet, propter quod pudore suffundi, aut faciem & oculos demittere coram eo, qui cordis inspector est, cogaris: cumque ab his omnibus, calamitatibus liber evaseris, atque has omnes ærumnarum sordes, & squallorem deposueris, fiet ut felicissimam mentis tranquillitatem, & jucundissimam quandam nō jam instabilis, sed constantis, firmissimæque fortunæ, omnis vicissitudinis, timorisque expertem cōsequaris.

Præteriti autem laboris, atque tum mentis, tum corporis egritudinū, quibus oppidò defatigatus es, memoriam perpetua oblivio delebit, nullūque accepti vulneris vestigium remanebit, quo de tua felicitate vel minimū detrahatur. atque diffugientibus etiam nubibus, & elapso ingenti ærumnarum turbine, sereno frueris cælo: neque aliter præterita infortunia sui memoriam relinquent, quàm torrens, qui summa celeritate in valle aliqua declivi præterlapsus, auctusque incredibiliter hyemalibus pluviis, & nivibus, æstivo jam tempore omnino exarescit.

Reliquum igitur tuæ vitæ tempus serenius, atque præclarius ipso meridiano fulgore nancisceris, dumque in his ærumnis, quasi meridiano quodam æstu nūc torreris, repētē tibi divinū auxilium aderit, & ingēti lætitiæ splendore extremam hanc tuæ vitæ ætatem collustrabit; atque ex eadem Australis regionis plaga, gaudendi & exultandi seges tibi amplissima proveniet, unde tibi doloris & lachrymarum materia nuper accessit. Tuis igitur tenebris succedet gratissima felicitatis lux, & cum videaris nunc jam deficiens, penèque extinctus, subita splendoris nunquam expectati jucunditate fulgebis; atque velut aurora, lucifer vè matutinus, diem duces deinde felicissimum.

In dies autem meliora sperare poteris, nunquāque continget, ut animo cōcidas, etiam si in discrimina maxima incidas. * Tui verò agricolæ poterunt securè & pacificè terram colore nullo metu prædonum: quodcumque enim vel illi ad operandum, vel tu ad negotiandum diverteritis, feliciter omnia perficietis; & tã securè in mediis agris procul ab urbe agere poteris, quàm si fossa & vallo esses munitus. non enim tu, neque tua opera muro extructo indigebitis, neque alia custodias aut sæpimento, quàm defossa & indicata in circuitu linea. Nemo quippe erit, qui in res tuas audeat pedem inferre. Tandemque sepulchrum etiam tuum in media solitudine securum erit, neque te feliciter, & placidè dormientem audebit aliquis latro infestare, aperire vè sepulchrum, spoliolum, & pretiosarum vestium cupiditate impulsus. Imò potiùs eò confugient plurimi, honores tibi defuncto impensuri. Interim ti-

bi dein

15

*Tunc levare poteris
faciem tuam absque
macula: & eris stabili-
lis, & nō timebis.*

16

*Miseria quoque obli-
visceris: & quasi a-
quarum, quæ præteri-
erunt, recordaberis.*

17

*Et quasi meridianus
fulgor consurget tibi
ad vespèram: & cum
te consumptum putave-
ris, orioris ut Lucifer.*

18

*Et habebis fiduciam
proposita tibi spe* &
defossus securus dor-
mies.*

19

*Requiesces, & non e-
rit qui exerceat: &
deprecabuntur faciē
tuam plurimi.*

*¶ Ut sit peccati comes inco-
stātia & instabilitas, qua-
dam .i. 6. n. 3. 4.*


*¶ Quæ afferat Oblivio,
in sacro sermone, & ut ju-
stis post ærumnas videatur
obrepere jucūdisimus som-
nus, & placidissima quadā
malorum omnium oblivio,
¶ .i. 6. n. 1. 2.*

20

*Oculi autem impio-
rum deficient, & ef-
fugium peribit ab eis:
& spes illorum abo-
minatio animæ.*

bi deinceps spectra horrida per quietem nulla apparebunt, sed recuperata corporis valetudine, ad eum honoris & dignitatis gradum restitueris, cui omnes summaurum honorem deferant; qui nunc tibi insultant, supplices se tibi præbebunt, atque opem & auxilium implorabunt. Cumque te felicissimum contemplati fuerint, seque ipsos videant in extrema inopia jacere dolorem oculorum contrahent, & videndo atque invidendo animo deficient. Omnes autem impii (atque tu etiam, nisi respicias) frustra divinam opem in suis ætūnis implorabunt, & neque præsentia, neque futura mala declinabūt; nihilque aliud quàm miserandum omnino interitum, & omni execratione dignissimum sperare poterunt. in iis enim suas spes vanissimas constituerunt, quæ vel levissimo flatu dispergi, & dissipari necesse est. Igitur si in tuo isto sensu, O Iob, pertinaciter hæreas, non dubites futurum, quin ad tristissimū tuarum calamitatum aspectum, & ad novorum infortuniarum impendentium timorem contabescas, atque deficias.

¶





CAPVT XII.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Doctrinam Theologicam de qua videbatur, tanquam de re sibi peculiari, amici gloriari, Iob elevat, ut qua vulgo nota sit, & minimè exquisita, ipsèque verius, & magnificentius de creatore differit, atque de illius in mortaliū rebus componendis, aut evertendis potestate, interim suam innocentiam tuetur, & amicos vellicat.

I. Respondens autem Iob, dixit.

- 1. Huius capituli scopus. 2. Varia lectio. Hominis nomen, quid propriè in Hebræo, & in malum ab aliquibus accipi. 3. Hominis appellatio in bonum. 4. Vulgati interpretis defensio & illustratio. 5. Vera, & varia lectio. 6. Cor pro ausu, aut pro sapientia. 7. Cadere ab aliquo, Hebraismus. Lyptote, sive extenuatio, in sacro sermone, quid, illustratus Salomon & Vulgatus defensus.

I Quis sit huius capituli scopus.

Contentendunt nonnulli, hoc jam capite missam fecisse disputationem suam Iob, & suum illud propositum, quod probandum suscepit, quòd malè interdū bonis accidat, perinde ac malis; malisq; non rarò benè sit, atque in illo tantū nūc versari, ut amicorū fastum comprimat, in suis illis Theologicis dogmatis proponendis. Sed quidem fieri non potest, ut omnino Iob à disputatione abstinere, cū etiam nūc se tueatur ab amicorū calūniis. Respondet itaque procul dubio objectionibus, & orationi Sophar, licet hoc capite non tam disputare, quàm asserere & statuere verissima dogmata videatur.

II. Ergo vos estis soli homines, & vobiscum morietur sapientia?

2 Pagninus Vatablus Tygurina Cajetanus.

Asseveranter, & sine interrogatione legunt ferè Hebraizates omnes, Pagninus, Vatabl. Tygur. Hebræus apud Ca-

jetan. & ita particulam illativam vertunt profectò, verè, qua etiam ratione nonnunquam Latinus reddidit; est enim eadem ferè, quæ amen, quæ fidelitatem, veritatè, asseverationem affert. Appellationem autem hominis, in malum accipiunt, pro homine vulgaris iudicii, & parùm emunctæ naris, qui nihil sublime sapiat: nam originalis vox, Gham, populum significat; qua etiam ratione sæpè à Latino interprete redditur. Hinc Pagninus dixit; Video quòd estis populares. Regia; Verè quòd vos populus, vos numerus estis, quasi dicat, plebejos, quòd nihil nisi ignobili plebecula dignū afferrent, nihilque sublimiùs de divinis mysteriis exponerent, vulgi instar, qui in rebus clarissimis, & quarum ratio & causa sit in aperto; referre omnia ad occultam Dei sapientiam & providentiã solet, cuius est illa quoque frequēs vox in omni quæstione proposita, nolle se in profunditates, & discrimen conjici; Ita (inquit Iob) vos meas ærunas tantum refertis in ea, quæ ignoratis; videlicet, aut in abyssum, divinæ sapientiæ, aut in aliqua mea occulta scelera. cū tamen in promptu sit ratio divinæ gloriæ, quam Deus sibi proponat, atque eliciat ex meis ærunis. Qui sensus Rabbiorum ferè, atque Hebræorum est: vel in hunc sensum; Vulgi instar, de externis tantum iudicatis, atque ærunas cum impietate cōjungitis: cū tamen, si sapientes fuissetis, minimè iudicium atque sententiam ferre debuissetis secundum faciem.

Alii verò vocem hominis, in bonum accipiunt, pro homine, qui ratione polleat, & acri ad discernendum iudicio. quasi dicat, Vobis tantum cæli ac syderum conspectum, divinæque providentiæ cognitionè arrogatis, atque putatis vos solos erectos ad sydera tollere vultus. Quod, si per interrogationem legatur, per ironiam accipi debet. Hęc interpretatio est R. Moyfis, Chaldæi, Septuag. Græcorum, Philip. cæterorūque Latinorum.

Sed Vulgatus interpres sapienter interrogationem apposuit, imitatus Septuag. & cū res ipsa conjuncta sit cum præcedentibus, rectè particulam illativam adiunxit, quæ initio sententiæ eleganter ponitur, & idem valet quod, itaque; & cū interrogatione acutior & vehementior est, quam etiam retinent Septuaginta. licet autem in homine consideretur sapien-

Homini nomen in malum accipi.

oy

Pagnin. Regia.

Rabbim.

Homini appellatio in bonum.

R. Moyfes Chaldaus LXX Philip.

Vulgatus interpres illustratus LXX

Tygurina Vatablus

5 Gregor.

Dionys.

Aquil.

6

Cajeta. Græci.

2. Reg. 17. 10 Ier. 48. 41.

Cor pro sapientia.

7

Caj. et. Dionys. Græci. Latini.

tia, & cognitio; sed in hoc tamè loco, nō tam significat ex proprietate. vocis imperitum vulgus, quàm cæcum, congregationem, multitudinem, certis legibus & societate devinctam. quod interpres significare voluit, cū in plurali dixit, soli homines. quo J benè indicat Tygurina legēs Vos estis hominum universitas. & Vatabl. Putatis, quòd vos sitis specimen totius orbis? Et vobiscum morietur sapientia? Gregori. legit. Vobiscum oritur sapientia. Quòd vobis (inquam) tantum affulget veritatis radius sed mendum est in ea lectione; sicut & in ea, quam habet Dionysius. Vobiscum morietur sapientia. vera enim lectio est; morietur. Ita ne putatis non solum in vobis residere divinarum rerum cognitionem, sed ita vobis traditam, ut nisi per vestras manus atque doctrinam ad alios permanere nō possit: ita mihi importunè vestra dogmata obtruditis. Sapientia autem rerum sublimiorum intelligentia est. Aquila dixit, Perfectiones sapientia.

III. Et mihi est cor, sicut & vobis: nec inferior vestri sum. quis enim hæc, quæ nostis, ignorat?

Cordis nomine Cajetanus intelligit, animum, vigorem, & ausum, ad extollendum divina, & magnificè de Deo loquendum. huic sensui favent Græci; Non sum excors, neque cor perdidit. & quidem non semel cor significat illam pectoris actimoniam, & robur. 2. Regum. 17. Cujus cor est, quasi leonis. & Ieremiæ. 48. Cor fortium Moab, sicut cor mulieris parturientis. & cessabit Moab esse populus; quoniam contra dominum gloriatus est. Tum etiam sæpè, concidere corde, est, esse animo dejecto & remisso. Verum multò germanius est, ut, cor, hoc loco significet sapientiam, & intellectum, quæ usurpatio frequentior est in Scriptura, & congruentior huic loco. quasi dicat; Nō sum vecors, neque rationis & cōfilii inops.

Nec inferior vestri sum. Cajetanus ad opes & regnum refert, quibus nihilo se inferiorem amicis dicat. Dionysius ad sanctitatem. Sed germanè, & propriè cum ceteris interpretibus Græcis, & Latinis ad

sapientiam; Minimè vobis de divinarum rerum cognitione concedo. In Hebræo; Non cado à vobis, vel; præ vobis. Hebraismus est. Psalmo. 5. Decidant à cogitationibus suis, id est, excidant suis consiliis, nihilq; prudèter ab illis excogitatum sit. sed cū ad personam refertur, vinci & superari significat. Esther. 6. Si de semine Iudaorum est Mardocheus, ante quem cadere cœpisti, non poteris ei resistere, sed cades in cōspectu ejus. utrūque cōiunxit eleganter vulgatus, & Hebraismus, & elucidationem. Observat verò Philippus, hæc accipi ironicos, significat enim se multò esse sapientiorum. sed ea potiùs figura est Lyptote, vel extenuatio, cū plus significamus, quàm didicimus. contraria hyperboli; sicut & id Pauli. 1. Corinthi. 7. Puta, quòd & ego spiritum Christi habeam. & 2. Corinthi. 10. Si quis confidit sibi, Christi se esse: hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est, ita & nos. sic enim Paulus aliorum arrogantiam modestè atque sapienter comprimerebat. cū tamen aliquando etiam dicat se plus omnibus laborasse. Iob igitur satis fuit ad amicorum fastum comprimendum sapientiæ primas sibi arrogantium, parem se illis in sapientia cōstituisse, exigente quidem ex alia parte modestia viri sanctissimi, ne se omnino superiori illis iactaret, servavit igitur illud sapientiæ præceptum Proverbiorum. 26. Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. non enim convitiis agit, neque stultitiæ notam inurit. at responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi (solus) sapiens esse videatur. Interim observat Gregor. indicari hæc Iobi sententia, hinc discere debere eos, qui longè sunt impares, ut dum sponte inflectitur sapientia, quæ eminet, nequaquam se contra vires erigat scientia, quæ jacet.

Quis enim hæc quæ nosti &c. Propriè; Cū quo non sunt, sicut hæc? quis quantumvis è media plebe homuncio hæc ignoret? apud quem quantumvis barbarum, hæc non sint manifesta & explorata, Dei providentia, virtus, sapientia, humana imbecillitas atque impuritas?

III. Qui deridetur ab amico suo, sicut ego, invocabit Deum, & exaudiet eum: deridetur enim iusti simplicitas.

Ps. 5. 11 Cadere ab aliquo, Hebraismus

Eph. 6. 13

Philip. Lyptote, aut extenuatio 1. Cor. 7. 40

2. Cor. 10. 7

1. Cor. 15. 10

Prov. 26. 4

Grego.

- 1. Amicorum contumelia molestissima. Quibus rebus amicitia lædatur ex sapiente.
- 2. Deus per fugium in falsis amicis. Deus curat, quem nullus curat. Explicati David, & Salomon.
- 3. Invocare, implorantis opem etiam forensis. Deus verissimus amicus.
- 4. Exaudire pro respondere. non tam voce, quam re ipsa.
- 5. Simplicitas que animalis homo non percipit spiritualia.
- 7. Tobi atq; Pauli modestia.

I Amicorum contumeliæ molestissima.

CAeterum (inquit) tanquam divinarum rerum ignarus ego, atque à religione alienus, irrideor à vobis. proprie; Risus sum, irrisio, ludibrium vestrum: à vobis (inquam) amicis, sodalibus, ejusdem vitæ & conditionis, à quibus acceptæ contumeliæ aculeum habet molestissimum. nam extremum malorum omnium levamentum est atque per fugium amicitia; quæ si desideretur ab homine ærumnoso, non solum dolere poterit aliorum bonorum jacturam, sed, quod majus est, impensi amoris, creditorum consiliorum, spei, fiduciæ, quæ in amicis simulatis & minimè fidis malè collocaverat. Fortè verò iste amicorum disputationes non solum seridè ab amicis agebantur, sed aliquando etiam cum irrisione, & gestu subsannatorio; quod gravissimum erat dolenti homini. non enim tam grave, tamque molestum est, si ab amico, ferro aut fuste, pugno vé, quàm si probro & contumelia appetaris. Rem clarè docuit Ecclesiasticus. *Ad amicum si aperueris os triste, non timeas: est enim concordatio: excepto convitio, & improperio, & superbia, & mysterii revelatione, & plaga dolosa. in his omnibus effugiet amicus.* quod videlicet hæc videatur omnem aditum ad gratiam & recõciliationem præcludere; pugnant enim cum ipsissima veræ amicitia lege, atque ratione: quare dum perfectum amicum instituit Sapiens eodem capite, omnem contumeliæ & convitii speciem, amicitiam lædere docet; præcipit iraque, neque vel leviter, vel tenuiter pugnandum esse amicum; nam *Pungens (inquit) oculum deducit lachrymas, & qui pungit cor profert sensum.* sicut enim coereeri non possunt lachrymæ, puncto læsive oculo, parte videlicet hominis tenerrima, atque mollissima, sic sanè ira, commotio, effervescentia sanguinis coerceri, aut dissimulari non poterunt, læso & puncto corde, acutissimi alicujus scomatæ mordacitate & aculeo. tum etiam præcipimur nullo

ex insidiis, lapidis, taggitæ vé cõjectu petere amicos. nam ** mittens lapidem in volatilia cæli dejiciet illa, sic & qui convitiatur amico dissolvit amicitiam. & sicut noxius est, qui mittit sagittas & lanceas in mortem, ita vir, qui fraudulenter nocet amico suo; & cum fuerit deprehensus, dicit; Ludens feci.*
Invocabit Deum, & exaudiet eum. Is in quâ, cogetur confugere ad divinam opem, quæ sibi tantum reliqua esse poterit. Pulchrè autem unicum amicitia exemplum, suorumque amicorum per fugium proponit in tanta humanæ amicitia vanitate atque perfidia. succedit enim Deus, qui est ex animo amicus, verèque benevolus, hominum in fidelitati, & falsis fratribus. Quare suo jure divinam opem, divinique numinis gratiam conciliare conabatur, qui dicebat; *Quia unicus, & pauper sum ego.* adest enim ille solitatio, pauperi, & ab omni amicorum præsidio destituto, atque illius cura tangitur, cujus neminem cura tangit. Illud sanè divine benignitatis atque munificentia est, ut tum plantas omnes, tum præsertim *ligna campi* non riget solû, sed etiam ad satietatem largissimè perfundat imbrem cœlesti: *ligna* (inquam) *campi*, quæ nullius curæ, aut cultura demandata sunt, hæc quæ ab aliorum præsidio destituta sunt, curæ Deo sunt & quasi suo jure Deum advocent, ita illis adest cultor Deus, suoque nomine solitarias arbores insignit. *Saturabuntur ligna Dei.* sic ex fonte Hieronymus. neque verò minori incrementi lucro & fœnore; quas enim aut fortiores, & robustiores, proceriores vé, aut ad aspectum lætiores, ad umbram commodiores, ad opportunitates multas utiliores dicas esse, arbores hominum, an arbores Dei? certè Sponsa mirabili bonorum omnium ubertate florens, nulla se humana industria aut ope, sola divina benignitate, & cœli affluentia excoli, & curari gloriatur; *Ego stes campi, & liliam convallium.* Cum igitur amici alii facilè abeant, atque rupto amicitia vinculo discedant, præstat profectò illius, qui nunquam amicitia fœdus violabit, gratiam inire, & ei adherere, qui nunquam suo loco, & constituto fœdere movebitur; sicut bene expertus canebat David; *Mihi adherere Deo, bonum est, ponere in Domino Deo spem meam.* Itaque *qui irridetur ab amico suo, invocat suo jure Deum.* Deusque benignus exaudit, & præsto adest.

2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 20
 21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100

Eccles. 22. 27. Quibus rebus lædatur amicitia.

Ps. 24.

Can. 2. 1

Ps. 72. 28

Sec

- 3 Invocare, opem postulare.
- Deus judex.
- 4 Exaudire pro respondere.
- 5 Simplicitas que.
- 6 Animalis homo non percipit spiritualia.
- 7 Tobi atq; Pauli modestia.

Sed præterea, *Invocare Deum*, non solum est gratiam, in euntis, opemque postulantis, sed judicis officium atque jus implorantis. nam & hoc loco, Dei nomen, *Eloah*, judicis est, & *Invocare* est ad illius tribunal provocare, vel apud illum agere alicujus criminis. Quare hæc erit sententia; *Qui irridetur ab amico suo, Deum invocabit, & tantæ perfidia infideles amicos reos peraget.* Deus autem amicitia violatæ judex severissimus est, cuiusmodi esse non posset, si non ipse verissimus amicus homini existeret. atque veræ amicitia legum conditor, & observator. *Et exaudiet eum.* Proprie; Respondebit illi; aderit clamantis, sua ope, & præsentia ostendet clamorem exaudisse; annuet votis, & postulatis; quem alii abiciunt; suscipiet ipse, & in suam fidem recipiet, quem amicorum infidelitas prodidit. est enim *exauditio* hæc, & *respondendi formula*, quæ non verbis solum, sed multo verius re ipsa, atque auxilio præstito fit. *Deridetur enim justis simplicitas.* Proprie; integritas, perfectio, sanctitas minimè fucata, quidam casualiter accipiunt; Quia videt Deus sanctitatem, veramque pietatè irrideri, idè ipse tuetur, & exaudit. nihil melius homini, quàm irrideri, & injuriam pati; nam hæc illi mala Deum benevolû, & amicum conciliant. Chrysostr. hoc loco sanctitatem, simplicitatem vé accipit pro innocentia, quæ neminem lædat, lædatur tamen ab aliis. Quid, in quâ, Deo judice severissimo dignius, quàm cum quis irridetur, & læditur, qui neminem læferit? Sed forte accusatoris amicorum hæc formulam futuram exponit; ut dicat se delaturum apud Deum judicem, quod sui amici pietatem irrideant. *Duo hic observanda alterum cû Olympiodoro, nihil mirum si Tobi simplicitas ab amicis deridatur; cum proprium sit eorum, qui corporis illecebris delimiti sunt, eorum qui sanctitati & spiritui navat opem, stultam esse conditionem arbitramur. Animalis enim homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei.* Prophetas, qui spiritum Deragebantur, insanire putabant neptum vulgus, insanos etiam appellabat. amici Iehu discipulum, Elisei irrident, & insanire existimant. 4. Reg. 9. *Quid venit (inquiunt) insanus iste ad te? Qui ait eis; * Nostis hominem, & quid loquutus sit. At illi, responderunt;*

Falsum est, sed magis narra nobis. non aliter Iob, qui sublimia loquitur, quæ humanus amicorum suorum sensus non sapit, insanire putatur, & ludibrio habetur. Alterum cum Didymo; Cùm minor dicit Iobus, de se ipso loquitur, cùm ait; *Est mihi cor.* cùm verò majora loquitur, ut sanctitatem & justis perfectionem, in genere de justis agit, ne tam suæ justitiæ, quàm omnium justorum causam agere videatur. similem modestiam imitatus Paulus. 2. Corinth. 12. cùm alia de se dixisset; sed tamen illum raptum ad paradisum, non sibi aperte tribuit, sed *homini, quem ipse* nollet. *U. Lampas contempta apud cogitationes divitum, parata ad tempus statim.*
 1. Varia lectio Græcorum & Hebræizantium.
 2. Defensio vulgaris. Lampas quid.
 3. Cognatio quid proprie, & ut pura, & munda futura sit. Quid in impiorum oculis luceat, quid tenebre scat. Expli-
 4. Iustus statim tempore lucebit. Parare, quid proprie.
 5. Tempus statutum, quod dicatur.
 6. Tempus pro opportunitate. Iustus similis accessio carborum.
 I. Hebræizatiû, & Græcorum dissensio.
 784

7 Didymo.

Tobi modestia.

2. Corin. 12. 2

I. Hebræizatiû, & Græcorum dissensio.

784

nem

Pagnin. Cajetanus.

Vatabl.

Luc. 23. 31

2

750

757

Num. 9. 2. & infra. Exod. 13. 10. 1. Reg. 13. 11. 2. Reg. 20. 5

Lampas quid

757

Exod. 20. 18

112

3

180

Cogitationes puræ & lucidæ.

180

Can. 5. 14

LXX

nem, non ritum movere deberet. Sic enim Pagninus, Cajetanus, & alii legunt; Parata vel direpta ad nutationem pedis. aliter etiam Cajetanus exponit, videlicet justum esse lampadem contemptam, paratam ad offensionem, scandalum, casumque divitis. Duas alias interpretationes indicat Vatablus; primam, justam afflictum esse lucernam paratam nutantibus pede, ut qui pede nutant, & qui in impietate confirmati non sunt, dicant, si in viridi ligno hac sunt, in arido quid fiet. si justus perurit afflictionibus, non torrebatur impius? altera; quod justus sit velut lignum ardens, & paratus ad lapsum pedis: nam illum fugiunt felices, & pro re abjectissima, tum etiam pro re nociva, & infesta habent. sensus hi omnes non inutiles.

Sed non dubium quin Latinus interpret aliter, quam Hebraizantes legerit. non quidem Maghad, ut illi legunt, quod est vacillare, aut nutare. sed Taghad, quod est statuere, aut disponere, & ordinare certo tempore. unde dicitur in Scriptura Tempus suum. Num. 9. aut, Constitutum tempus. Exod. 13. & placitum (quod nos vocamus, plazo). 2. Reg. 20. Moratus est extra placitum, quod ei constituerat Rex. Hinc confurgit nostræ lectionis sententia, longè aliorum interpretatione elegantior. est enim justus, lampas (lappid) fax accensa, lucens, quod ardet, accenditur, lucet in ministerio domus. est etiam coruscatio, lux, ut Exod. 20. Cumque populus ridebat voces, & lampades. sed est lampas contempta, proprie; pro re vilissima & inutili habita, cui propter vilitatem, & abjectionem per summum contemptum detrahitur. hæc enim vocis originalis germana significatio est.

Apud cogitationes (judiciū), divitum proprie paccati, & tranquillii hominis, quem nulla instabilis fortunæ commotio exagitat. & est pulchra allusio inter lampadem & cogitationes. nam originalis vox cogitatio nis, affert etiam nitorem, splendorem, puritatem; quod cogitationes, puræ, nitidæ, lucidæ esse debeant, sine sordē & macula unde quod Cantic. 5. dicitur. Venter ejus eburneus, ex Hebræo ab hac radice dicitur Venter ejus candidus, nitidus, splendidus, sicut ebur, ubi indicatur, Venter, id est, pectoris, cordisque mundities, & puritas, cogitationum nitor & splendor. Vel ut Septuaginta legunt, Venter ejus pax

eburnea. debet enim esse pectus plenum unguentis suavissimis, non verò scæda & turpi hypocriti instar sepulchri dealbati, igitur cum cogitatio divitis lucem sonet eleganter dicitur justus lampas contempta apud cogitationes divitum. Divites enim, & mortales omnes lucem & splendorem confectantur, sed oculis divitum non splendet pietas, sed aurum, argētum, honores, quæ confectantur per suam oculorū concupiscentiam. Nam vanissimarum rerum objecto splendore, mentis aciem hebescere patiuntur, clarissimūque virtutis lumē nō modò nō vident, verum ut densissimas tenebras contemnant; illę sunt lucerna impiorum (ut sapiens ait) ad cuius splendorem gressus suos dirigunt; & ut Zachar, dixit, impietas est oculus eorum in universa terra. id est, in quam mortales intendunt defixis oculis, & immotis luminibus illam respiciunt, suspiciunt, venerantur, adorant. cum autem illud angelus exposuit Zachar. ostenderat sanè illi amphoram egredientem, quam impietatem, & oculum mortalium vocavit, quem locum versat eleganter Gregor. lib. 14. Moral. atque amphoram intelligit menturam, qua res bonæque temporalia mensurantur. eò enim spectant mortales, ut divitias & facultates comparent, & cumulent, atque mensuram bonam, & confertam, & cogitatem reportent ex mundo; in hoc uno oculati sunt, & perspicaces, in cæteris cæcutiunt; & justitiam atque pietatem tanquam re planè ignobilem atque obscuram avertantur, & sicut lucernam jam jam deficientem, aut etiam fumigantem, quam in remotissimum angulum conjicimus, illorū enim judicio non est justus lucerna accensa ut luceat omnibus, qui in domo sunt, sed ut sub modio sint. sed tamè parata est ad tempus statutum. Educet enim Dominus justis justitiam ex tenebris & caligine, & lumen tantitatis tanquam meridiem, tam clarā, tamque fulgentem, ut omnem invidiæ, & detractionis umbram tenebræque disjiciat, instar meridianæ lucis. At impiorum lucerna, lumen, oculus, evanescent, & extinguetur; deficiente illis oleo; nam quamvis multa temporalia bona comparaverint, nō duraturam lucem compararunt, neque suas lampades benè pararunt. At justis lampas, est parata lucerna, constante quadam, licet nunc latente, & mortalium oculis occulta luce prædita, quæ firmiter perpe-

Quid in impiorum oculis luceat.

Prov. 23. 4

Zach. 4. 6

Grego. lib. 14. Mor. cap. 16

Amphora pro mensura.

Math. 5. 15

4

Iustus suo tempore fulgebis Psal. 36. 6.

Prov. 24. 20. & c. 13. 19

Math. 25. 7

tuo

Dan. 12. 3 Patare quid proprie. 112

1. Reg. 13. 3 Ps. 102. 19 Prov. 19. 29

5 Quod dicatur tempus statutum. LXX Chaldee.

Math. 13. 42 & c. 2. 5. 41. 46.

Tempus pro die mortis

1. Cor. 4. 5

Tempus pro die judicii. Sup. 3. 6. 7 1. Petr. 2. 12

Ps. 96. 11. 1. Ioan. 3. 2

6 Tempus pro opportunitate.

Iustus similis carboni accenso.

tuò lucem retinebit, sicut sol, & sicut stella in perpetuas aternitatis. unde vox illa paradi, proprie est, ita aliquid instruere, disponere, & præparare, ut firmitatem & diurnitatem habere possit. qua ratione dicitur Præparatum regnū. 1. Reg. 13. confirmatum, & stabilitum. & Pl. 102. Dominus in celo paravit (fixit) sedem suam. & Proverb. 19. Parata (constituta, & decreta) sunt derisoribus judicia. Sexceta sunt hujusmodi. ita est quidem lux justis parata, cõstans, firma, parata à Deo, ut in æternum duret, & nunquam extinguatur.

Ad tempus statutum. Nō eadem apud omnes hujus constituti temporis intelligentiam Septuag. accipiunt de tempore misero, quod à Deo justo destinatum est, ad tolerantiam malorum. Chaldee idem tempus, sed rem totam de divite impio interpretatur, in hanc ferè sententiam; Torris, qui nunc contemnatur à Deo, neque omnino absumatur igne, est impius, qui tandem statuto tempore conjicietur in rogam, igneque æternum. Neque omnino hic sensus nostræ lectioni repugnaret; nā perinde est iet dicere, lampas apud cogitationes divitum; Lampadis rationem habent cogitationes divitum, vel, instar lampadis & c. Alii, idque frequētis, accipiunt in bonum, & accipiunt de morte justorū, vel de judicii tempore; hoc enim est, quod per antonomastiam, tempus, vel dies dicitur, ut. 1. Corin. 4. Nolite ante tempus judicare, quoad usque veniat Dominus. consonat igitur cū illo Sap. 3. In tempore (statuto) erit respectus illorum (id est, visitatio, & judicium. Sic enim Petrus appellat diæ visitationis. & mox sequitur) fulgebunt justis, & tanquam scintilla in arundinetis discurrent. id est, subito excitabunt flammam & coruscabunt. Quod enim contemptio nis, & lachrymarū in hac vita præcessit, fuit quidem parari, & præparari materiā, ut statuto tempore flamma se proderet, tunc enim lux oriatur justo, & restis corde latitia.

nunc nondum apparuit, quoad erunt, cū apparuerit autem similes ei (id est, soli fulgentissimo, & inaccessæ luci) erunt.

Nō incongruit tamen aliquod opportunū & privatum tempus captandæ alicujus utilitatis intelligi posse, ut hæc sit Iobi sententia; Contemnor à divitibus, & opulenti hominibus, abjectior, proteror, imò longius à me recedunt tanquam ab accenso carbone, à tæda, à face, nequa meorum arumnam, atque morbōrum scin-

tilla ad illos inuliat: sed tamen sapientissimus Deus jam constituit, ut ad hunc igniculum, quem modo vix lucentem despiciunt, aliquando tandem propius accedant, ut mea luce atque calore utantur prodero tandem iis, qui nunc mihi insultant, tanquā planè inutiles, & nihili homini. Quid si etiam hoc loco, tempus, occasionem significet captandam a Deo ad justis restitutionem? opportunissimo enim tempore adesse solet, ut enim ait Sapiens, Vfus in tempus sustinebit, id est, usque in opportunū tempus suæ restitutionis. & postea (tunc enim) redditio jucunditatis. Gravida est sacra littera multis valdeque appositis ad nostram eruditionem intelligentiis.

Abundant tabernacula prædomum, & audacter provocant Deum. cum ipse dederit omnia in manus eorum.

1. Contextus quoniam. 2. Abundant quid Divites ex præda, & rapina; illi stratus Josephi Facultas, quæstus Facultas quidlibet intendit. 3. Quid audacia in Hebræo Ex securitate audacia, et temeritas. 4. Divites erga Deum ingrati. Qui victoria laudem sibi arrogat, provocat Deum. Illustratus Habacuc. 5. Divites Deum provocant sibi divitiarum laudem arrogantes Hi rapinorū & prædonum similes.

Divis Tho. existimat sermonem fieri de divitibus illis & locupletissimis hominibus, qui eò demeritæ processerunt, ut Deo pro nihilo habito, beatitudinē in delitiis collocarent. sed cõtextus hic nō quadrat textui, & consequenti orationis. quare res ipsa postulat, ut cum de justis irrisione, & ærumnis dixerit, nunc de impiorum felicitate disputet.

Abundant. Locupletia sunt, quieta, pacifica, felicia, benè est illis; nam his modis omnibus interpret vertere solet vocē, Sælab Tabernacula, domus, familia, & quæ ad illos pertinet universa. Prædonū, vastatorū qui in res alienas irruunt, qui aliena bona per vim & iniquitatē diripiunt, ut ex hoc de prædādi scelere, flagitiosissimos quosque notet, vel, ut divites nolet, qui interdum ex præda ditescunt; aut etiam ex divitiis, vires & aulum assumunt ad prædandum, ita ut non solum egestas ad furandum compellat, ut Sapiens dicit, sed divitiæ etiam atque abundantia, prædones interdum efficiat. Hæc enim est illa apud

Ecc. 1. 29

I D. Thom.

2 Abundare quid

180 Prædones qui

Divites interdum ex rapina ditescere.

Pp

Hofe

Hose. 12. 8. *Hoseam. 12. cap. impiorum divitum vox; Veruntamen (egredere) dives effectus sum & quamcumque tandem ratione; gaudeo me divitem effectum. Eleganter Hieronymus. Non refert unde possideam., dummodo possideam.*

Iob. 10. 15. *de quo morbo scriptum est; Divitias, quas devoravit exomet; inveni idolum mihi. id est, Deus splendidus, cui serviam, mihi pro Deo aurum erit. hoc loco alii ex Hebræo legunt aliter; Tygurina, Facultates; Vatablus, Regia. Robur; dices proprie, fortitudinem, virtutem, dolorem. id est, vim, vigiliantiam, quæ aliis dolorem & molestiam infert, iniquitatem, quæ contra fas aliena diripit. Atque hoc sonat Latinum facultatum nomen; facilitas, quod facile omnia efficiant. ait igitur, Invenisse divitias, quibus potens reddatur vim afferre pauperibus, aliena rapere, & difficillima quæque aggredi, & conficere. Sed mirum quod cum ex abundantia prædam divites agere potentes reddantur, non solum impunè, sed etiam latentè & occultè se id agere posse. confidunt. subditur enim; Omnes labores mei non inveniunt mihi iniquitatem, quam peccavi. nemo me audebit appellare prædonem, aut raptorem, aut alienorum appetitorem. abundant itaque tabernacula prædonum, & in pace sunt omnia, quæ possident.*

LXX. *Sed peculiariter respicere ad Sabæos, & Chaldæos potuit, qui illa ex Iobi facultatibus facta præda, ditiores facti sunt. quod spectare videtur lectio Septuaginta. Paratus fuerat, ut caderet ab aliis, & domus eius, ut devastaretur ab iniquis. Chaldæus tamen alluvium existimat ad alias finitimas gentes Ismaelitas, Moabitas, Ammonitas qui fortè ex præda vivebant. Exemplum etiam in Pharaone subijcit, qui Deum provocavit, dedit tamen suæ temeritatis debitas penas.*

Chalda. *Audacter provocant. Supple prædones. nisi fortè suppositum aliud subaudiri debeat, in hunc sensum; Alii etiam projectissimi ad omnem audaciam, improbi, qui audacissimè & impudentissimè efferuntur adversus Deum. in Hebræo est nominativus pluralis numeri; Audacia; securitates vel confidentia provocantibus Deum. numerus pluralis abundantiam significat, quasi dicat, Magna securitas, ingens temeritas & audacia inest his, qui Deum lacessunt. Vox originalis, eam confidentiam, securitatem vè significat, quæ audaciam & te-*

meritatem parit; Nihil formidant, audent igitur, & impunè se peccaturos confidunt. Provocare autem, Ragaz, movere, commovere, lacessere, irritare ad iracundiam & indignationem; Deus est hoc loco, El, fortis, potensque; Provocant fortem, qui vel minimo digito, aut solo nutu prosterne re illos possit. Quanta temeritas! Quam stolida, quam infelix securitas!

4. *Cum ipse dederit. De impiis divitibus sermo est, qui divina beneficia convertunt in arma, quibus divinam beneficentiam & liberalitatem lacessant, & provocent; ingratisimi adversus largitorè bonorum omnium, qui bona atque fortunas dedit in manus eorum. id est, libere illorum potestati, atque dominio permiserit. Hi sunt, quibus gravissimè comminatur Deus Hoseæ. 13. iuxta pascha sua adimpleti sunt, & saturati sunt. & elevaverunt cor suum, & oblitiv sunt mei. & ego ero eis quasi leana &c. ex pacuis, enim, & acceptis feliciter vivendi muneribus, nihil nisi saturitatem, & voluptatem, atque Dei largitoris contemptum, & oblivionem retulerunt. Quid etiam ad furculos, Chaldæos, & Sabæos respiciat, qui ex parta præda atque victoria insolentes, dicantur Deum provocasse, quod sibi victoriam tribuant, suæque industriæ atque viribus comparatam prædam, quod divinam potentiam lacessit, sicut scriptum est; Ne forte superbirent hostes eorum, & dicerent; Manus nostra excelsa & non Dominus fecit hæc omnia. hæc sanè ratione provocavit Deum Nabuchodonosor, qui suæ potentie & industriæ militari partam de Israelitis victoriam tribuebat. Propterea (inquit Habac.) immolabit sine genere sua, & sacrificabit reti suo (Chaldæus, Aramis suis) quia in ipsis inexcussata est pars ejus, & cibus ejus electus. bonum piscatum suo reti & suæ industriæ, & fortitudini tribuebat. Numquid igitur (inquit Isaias) gloriabitur securis contra eum, qui fecit in ea? provocatus verò, lacessitusque Deus vehementius comminatur; V. a. Assur dixit enim; In fortitudine manus meæ feci, in sapientia mea intellexi, &c. sic ergo audacter provocant Deum, cum ipse dederit omnia in manus eorum.*

5. *Potest quoque hæc provocatio ad ipsos divites pertinere, qui suæ tantum industriæ suas divitias & facultates acceptas referant; tum Dominus dederit. Huc illud, quod paulò antea ex Hosea afferrebamus; Dives effectus sum. à quo effectus sit, tacet.*

127
4
Impiorum divitum ingratitude
Hoseæ. 13. 12.
Hostes gloriantes Deum provocant
Deut. 32. 27
Habac. 1. 16
Chald.
Isai. 10. 15
Divites Deum provocat cum suæ industriæ laudè attribuit divitiarum
Hose. 12. 8.

Sed

Sed quidem alii juxta Hebræum, relativum, ipse, non ad Deum referunt, sed ad impium, qui dicatur Deum adducere, vel portare, vel dare in manu sua. Ita Pagninus. Vatablus. Tygurina, Regia; ut sit periphrasis hominis idolorum factoris & cultoris, qui Deum facit venire in manus suas, portat, tractat, versat manibus: hujusmodi enim homines putates numen sibi adesse, verum Deum provocant, & irritant in vanitatibus suis; provocant in eo, qui non est Deus. efficit igitur illos audaces, quod cum sua manu forment idola, existimant se illa pro nutu regere, & moderari posse, atque adducere ad lucrum suarum cupiditatum. Sed vulgata constructio atque lectio multò lenior & congruentior est. Paraphrasim hoc loco subtexunt Septuaginta, aut potius addunt explicationis gratia, hujusmodi sententiam; Veruntamen nemo confidat, cum malignus sit futurum se in fontem, qui cumque irritant Dominum, tanquam inquisitio in eos non sit futura. Interim Iob suæ vitæ innocentiam tuetur. cuius cum tabernaculum bonis abundasset omnibus, minime numen divinum provocavit, neque ingratus extitit largitori bonorum: nam beneficium accipere, & à quo acceperis injuriis & contumeliis lacessere, hoc (inquit) prædonum & latronum est; qui, quos spoliant, si non morte, at certè contumeliis, & probris afficiunt, & onerant. at ego longè aliter: nam cum summa animi demissione Deum colui, accepta quoque illi referens univèrsa, quæ habui.

LXX. *Ingratitudo divitum, rapina.*

2. VII. *Nimirum interroga iumenta & docebunt te: & volatilia cæli, et indicabunt tibi.*

3. VIII. *Loquere terræ, & respondebit tibi: & narrabunt pisces maris.*

4. IX. *Quis ignorat, quod omnia hæc manus Domini fecerit.*

1. Quis sit harum sententiarum nexus. Creatura propter hominem.
2. Particula, nimirum, asseverat. Profopopeja. Methonymia Scripturæ regula, cum nomine plurali adjungitur verbum singulari.
3. Creaturarum mundaliū lassitudo quadam explicata Sapiētia, & Paganus.
4. Quid loqui ex Hebræo, quid Dei manus.
5. Anima quid Quid spiritus, & ut Deus illum vel neget, vel impertiat.
6. Deus universis creaturis mala aut bona dispensat.

Perique existimant hinc redire Iobum ad confirmandum & locupletandum, illam amicorum doctrinam de divina providentia, facilem fuisse, & minime exquisitam, ut quæ ex creaturis ipsis facile colligi possit; nam clamant omnia Deum providentem, atque moderantem universa. vel idèò vulgarem fuisse, quod nulla res creata sit, quæ suum effectorem non agnoscat. neque id esse homini duntaxat exploratum, sed brutis etiam animantibus, atque elementis ipsis sensus expertibus. sic Græci. Cajetanus verò existimat hinc probari illud Iobi propositum, bona & mala sine discrimine bonis perinde ac malis immitti à Deo, & non propter ulla creaturam merita. id quod testari possunt creaturæ sensu rationeque carentes, quæ suum bonum, ornatumque acceperunt ab auctore naturæ nullis suis meritis. Sed fortè coherentius, ut id quod paulò ante dixerat, Deum dedisse in manus hominis universa creata, nunc confirmet univèrsarum creaturarum testimonio, quæ sentire & agnoscere videntur non propter se, sui vè gratia, sed propter hominem conditas esse.

Nimirum. Verè, sanè licet interrogare jumenta. vel quod in Hebræo est, quæso, eja, age, obsecro, interroga jumenta. Septuaginta, quadrupedia, Hebræicè, Behemoth. bestias pecora campi, vel crassissima & efferata quæque animantia, nihil prudentiæ & familiaritatis cum homine habentia. & docebunt te; per Profopopejam, personam intelligentiæ participem illis tribuit. vel per Methonymiam; ipse rerum aspectus faciet te cognoscere; ex ipsis scies. in originali; Docebit te. id est, una quæque ex bestiis docebit. cum enim nomini plurali adjungitur verbum singularis numeri, distributio fit eorum, quæ nomine continentur. simile id Eccle. 10. Musca morientes perdunt suavitatem unguenti. in Hebræo; Musca perdit. id est, quælibet perdere sufficit. & Gen. 49. Filia discurrerunt super murum. in Hebræo

I
Quis sit harum sententiarum scopus & nexus
Græci. Cajeta.
Nexus coherentior
2
LXX
Profopopeja Methonymia
Scripturæ regula
Eccle. 10
Genes. 49. 22
Pp 2
bræo

LXX

Creaturæ alię
propter homi-
nem.

Genes. 2. 19

3

Ecl. 1. 8

Rom. 8. 20

Sap. 16. 24

LXX

4

נח
LXX

Psal. 8. 7

bræo, Filia discurre. ita est omnes fœmine
Aegyptiæ muros & fenestras ascende-
runt visuræ Iosephum. Septuaginta tro-
pum illuminarunt, *Si tibi respondeant.* id
est, interrogata, si respondendi sensus
illis inesset, prædicarent sanè non sibi,
sed homini nata esse, & præceptum illi
à Creatore, ut homini obsequantur; addu-
cta se esse ad Adamum animantia bruta
ab ipso Creatore testarétur, nominæque
in signum subjectionis ab homine acce-
pisse, obstringique à Creatore perpetua
servitute, dum homo vitam mortalem
hanc ducat. Non solùm verò id testa-
tur primigenia creaturarum conditio, sed
quotidianus quasi rerum mūdialium om-
nium labor, lassitudóque serviendi. sunt
enim, (ut Sapiens ait) *cuncta res difficiles.*
id est, lassatæ, & fatigatæ multo serviendi
labore atque molestia, supra quàm possit
homo explicare fermone. quod illud ip-
sum est Pauli ad Romanos. 8. *Vanitati enim
creatura subiecta est, non volens* (difficilis, mo-
rosa, ingemiscens, parturiens, sed obedit
tamen & servit homini) *propter eum, qui sub-
jecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur
à servitute corruptionis.* cum enim creatura
homini servit, potissimùm præcepto sui
creatoris deservit; sicut Sapientiæ. 16. di-
citur; *Creatura enim tibi factori deserviens
exarscit in tormentum adversus injustos: &
lenior sit ad benefaciendum pro his, qui in te con-
fidunt &c.* Igitur cuncta interrogata, nõ una
tantùm sed multiplici ratione responde-
bunt, hominis gratia, laborem & lassitu-
dinem serviendi imperatam sibi esse à
Deo.

Et volatilia cæli. Cœlestia, aerea, degen-
tia in aere, volantia per medium cœlum
Indicabunt; propriè Septuaginta ex He-
bræo; *Si tibi annuntiant;* annuntiabunt, co-
ram profitebuntur, atque palá exponēt.
Loquere terra. Propriè; conceptam apud
te dubitationem, si quam habes, tracta
cum terra. est enim *Sdach,* meditari, & lo-
qui, id est, meditationem proferre. Sep-
tuagint. *Enarra terra.* cum terra institue
hac de re colloquium. *Et respondebis tibi,*
hoc scilicet, operam, suosque fructuum
omnium proventus, Dei providentia at-
que decreto constitutos esse hominum
vitæ. *Pisces* etiam muti rem hanc apertè
& clarè pronuntiabunt, universa Deum
subiecisse sub pedibus hominis, & facta esse
propter hominem, & quòd omnia hæc manus

Domini fecerit. Sed pergendum ne immo-
remur in singulis; illo tamen indicato,
quod Hilarius & Ambrosius super id Pf.
118. *Manus tua fecerunt me,* observāt utraq;
Dei manu hominem factum, at verò quæ
minoris erant, altera tantum manu condi-
ta, imò & digito fabrè factos cœlos. Vide
quæ de manu Dei diximus c. 10. vbi quid
Dei manus significet.

*X. In cuius manu anima omnis
viventis, & spiritus universæ carnis
hominis.*

Nihil (inquit) mirum Deum largi-
tum esse alia bona hominibus, cum
vitam ipsam universis viventibus tribuat
continet igitur sua manu, id est, sua poten-
tia animam, qua vivunt, crescunt, aluntur,
spirant etiam aliqua viventia: habet præ-
terea spiritum: aliqui. animã spiritualem;
sed meliùs in communi, vitam, respiratio-
nem, respirandi facultatē, quam pro suo
arbitrio Deus, vel attrahit, & cohibet, at-
que denegat; vel laxat, & impertitur; au-
fert, aut elargitur. non solùm igitur spiri-
tum, & vitam cunctis impertitur pro sua
potestate, sed etiam gubernat & modera-
tur pro sua sapientia. simile est id Danie-
lis. 5. *Deum, qui habet statum tuum in manu
sua, & omnes vias tuas, non glorificasti.* id est,
qui non solùm vitam, sed singulas etiam
vitæ actiones moderatur pro suo arbi-
trio. Vide quæ supra diximus. cap. 10.
versiculo. 8. Adde verò hinc ostendi ex
creaturarum testimonio, non solùm bona,
quibus fruitur humana vita, proficisci
à Deo, sed etiam ea omnia, quæ aliis
animantibus, bona, aut mala contingunt,
pendere à divina providentia. quod et-
iam interrogata jumenta docebunt; *Catulos
videlicet leonum rapere, & querere à Deo es-
cam sibi,* Psalmo. 103. & *Deum producere
fœnum jumentis; daréque escam omni carni.*
Psal. 135. Volatilia verò interrogata
respondebunt, quàmvis *duo passerés asse-
venerant, sed ne unum quidem ex illis cadere in
terram sine patre cœlesti.* Matth. 10. & Luc.
12. & *pullos corvorum invocantes Deum,* di-
mensum suum accipere à Deo Iob. 39.
& Psalmo. 146. Si verò loquamur ter-
ræ, respondebit etiam ipsa, sibi à Deo

Hilar.
Ambros.

5
Anima quid

Spiritus quid.

Psa. 103. 29-30.
Ijob. 42. 5

Dan. 10. 8

Iob. 10. 8

6

Deus univer-
sis creaturis
mala aut bo-
na dispensat.

Psal. 103. 14

Pf. 135. 25

Matth. 10. 29
Luc. 12. 6
Psal. 146. 9
Iob. 39. 33

parari

Iob. 1. 19.

*parari pluviam, & de fructu divinatorum ope-
rum, id est, nubium satiari, saturari quoque
ligna campi.* Mala igitur atque bona dispē-
sat Deus rebus universis creatis. Cum igi-
tur aliquid ex his desideratur, vel pluvia
terræ, vel pascua pecudum, vel aliarum ar-
borum fructus, orandus Deus est, bonorū
omnium largitor. sicut faciebat Iob. c. 1.
*Ad te Domine clamabo, quia ignis comedit spe-
ciosam deserti. & flamma succendit omnia
ligna regionis; sed & Bestia agri,
quasi area sitiens imbrem, sus-
pexerunt ad te.*

*XI. Nonne auris verba diiudicat,
& fauces comedentis saporem?*

*XII. In antiquis est sapientia, &
in multo tempore prudentia.*

1. <i>Varia connectendi ra- tio.</i>	2. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i> quem locum sic Olympiodor. explicat; <i>In nobis tribus fuerit fortasse ali- quis, qui non solum te, verum etiam tuo patre sit atate provectior.</i> atque tunc oportet per ironiam accipere; Soli scilicet sapiat se- nes. & Astunica quidem existimat, cum Iob hæc diceret, non excessisse quadra- gesimum annum. Ego verò existimo, & longè provectoris ætatis fuisse Iobum, quàm suos amicos, & quàm illi Astunica concedat. sic existimat Didymus super id cap. 15. <i>Et senes & antiqui sunt in nobis.</i> nam ex illa Græcorum & Septuaginta supputatione, de qua agemus. cap. ultim. colligitur septuaginta fuisse annorum, an- tequam in ærumnas incideret, aut cum in illis fuit. nam scribunt vixisse post pla- gam annos centum septuaginta, omnes autem annos habuisse ducentos & qua- draginta. Alii aliter. Quæ ideò congesti ut rei magnam incertitudinem, & aucto- rum varietatem ostenderem.
2. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>	3. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>
3. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>	4. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>
4. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>	5. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>
5. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>	6. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>
6. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>	7. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>
7. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>	8. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>
8. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>	9. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>
9. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>	10. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>
10. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>	11. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>
11. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>	12. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>
12. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>	13. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>
13. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>	14. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>
14. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>	15. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>
15. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>	16. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>
16. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>	17. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>
17. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>	18. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>
18. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>	19. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>
19. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>	20. <i>Antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm patres tui.</i>

D. Thom.

Cajetan.

D. Thomas.
Alber. Dion.
Cajetanus.

sapientia, scientia, prudentia. ex quibus post-
quam multum emunxerunt, eliciunt il-
la discrimina, quæ Logici tradunt in li-
bro de posteriori resolutione. implent
itaq; hujus loci commentarium spinos-
is & aridis observationibus ex Peripate-
ticorum disputationibus petitis.

Chrysofomus. & Olympiodor. ali-
que Latini, ita interpretantur: Tam faci-
le percipi verissimam hanc de divina sa-
pientia, atque providentia doctrinam,
quàm facile auris verba diiudicat, & gustus sa-
porem. quæ enim est proportio rerum
sensibilium ad sensum, eadem est veri-
tatum intelligibilium ad intellectum.
Quòd verò deinde sequitur; *In antiquis
est sapientia* iterum Cajetanus refert ad
suam illam experimentalem scientiam.

Alii dicunt hinc latenter Iob commen-
dare suam sapientiam ex provectiori æta-
te: alii ex opposito asserunt Iob fuisse
suis amicis juniorem, id quod indicant
Olympiodor. & Polychron. initio. cap.
13. *Licet ætate (inquit) minor vobis videar,
sapientia autem nulla res sum inferior.* & idem
docet Chaldæus ad id capituli. 15. *Et senes
& antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quàm
patres tui.* quem locum sic Olympiodor.
explicat; *In nobis tribus fuerit fortasse ali-
quis, qui non solum te, verum etiam tuo patre sit
atate provectior.* atque tunc oportet per
ironiam accipere; Soli scilicet sapiat se-
nes. & Astunica quidem existimat, cum
Iob hæc diceret, non excessisse quadra-
gesimum annum. Ego verò existimo, &
longè provectoris ætatis fuisse Iobum,
quàm suos amicos, & quàm illi Astunica
concedat. sic existimat Didymus super
id cap. 15. *Et senes & antiqui sunt in nobis.*
nam ex illa Græcorum & Septuaginta
supputatione, de qua agemus. cap. ultim.
colligitur septuaginta fuisse annorum, an-
tequam in ærumnas incideret, aut cum
in illis fuit. nam scribunt vixisse post pla-
gam annos centum septuaginta, omnes
autem annos habuisse ducentos & qua-
draginta. Alii aliter. Quæ ideò congesti
ut rei magnam incertitudinem, & aucto-
rum varietatem ostenderem.

Ego, quod optimum mihi videbitur
adjungam. Cum Iob de divinis attributis
multo sublimiùs, atq; magnificentiùs, quàm
sui amici, loqui instituerit, ostēderitque
pro suo arbitrio omnia Deū bona aut ma-
la tū hominī, tū rebus universis conferre

Chrysofo.
Olympiod.

2

Cajetan.
An Iob fue-
rit senior su-
is amicis.

Olympio.
Polychron.
Chalda.

Astunica.

Didymus.

LXX
Iob. ætas

3

Contextus
germanus.

Deus gustatu discernit hominum actiones.

Isa. 7. 15

Argumentu a minori

Dani. 7. 9.

Psal. 93. 9.

4

אָז

Auris idem quod statera.

Iob. 6. 2.

אָז

5

Dei auris accerrima.

Prov 15. 3
Sap. 1. 10.

Auris zeli.

Cant. 2. 9.

nunc speciatim ad divina sapientiae commendationem descendit, asseritque Deum non minus ea percipere, & explorata habere, quae in mundo geruntur, quam *auris verba dijudicat*. ut quidquid agas, quicquid cogites tanquam verissimas quasdam & clarissimas voces tu ipse videaris divinis auribus instillare. meque minus illum cognoscere, probare aut reprobare hominum actiones, quam si gustatu contingeret, dulcescunt enim Dei palato, quae honeste aguntur; at ad amaritudinem provocant nostrae improbitates; & scit reprobare malum, & nauseare ad illud, atque eligere bonum. nec non *butyrum & mel comedere*. deinde ad juncta argumentatione a minori idem confirmat; *Sicut antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia, quid de antiquo dierum iudicari oportet? si auris verba dijudicat, qui plantavit aurem non audit?* Quare tandem concludit, *Apud ipsum est sapientia & fortitudo* nam haec duo ad rationem perfectae providentiae spectare videntur, ut statim explicabimus. sed jam ad singula veniendum.

Auris, Ozen, & in plurali idem est nomen staterae & lancium: sunt enim duae aures velut bilances, quibus expenduntur quae audimus. diximus non nihil hac de re. cap. 6. ad id, Utinam appenderentur verba mea in statera. congruit autem hoc loco cum verbo dijudicandi, quod alibi Vulgatus vertere solet, probare, & tentare. id est, explorare, penitus cognoscere, attentè & diligenter expendere.

Sicut autem aliis locis commendantur divini oculi contemplantes bonos & malos, ita hoc loco divinae aures, quas nihil praeterit eorum, quae agimus. vid. Sapient. 1. ubi dicitur Deus habere *Aurem Zeli*. id est, Zeloiam, videlicet accerrimam & acutissimam ad audiendum, indignabundam nihil praetermittentem per incuriam aut negligentiam, ad vivum omnia per auditum refecantem. vel etiam quodammodo cupidam audiendi. Haec enim omnia *Zelus* indicare potest. similem dicas aurem hominis zelotypi, qui suae sponsae verba cupidè audit, & ponderat, & stat post parietem, prospicitque, & audit per cancellos. *Auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationis non absconditur; sermo obscurus (id est occultus) in vacuum non ibit (non erit impunitus) in cogitationibus impii interrogatio*

erit, sermonum autem illius auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius. eleganter Augusti. lib. 6. de mendacio. cap. 16. hunc locum tractans ad cordis sermonem, & interna verba mentis refert, quae Deus acriter audit, atque examinat. Neque verò solum cogitationes sunt verba mentis, sed etiam ad Deum relata, caetera opera humana habent linguam & vocem, & sanguis effusus clamat, & clamor peccatorum *Sodomiticorum* ascendit in caelum; atque Scriptum est, *Lapis de pariete clamabit*. sed nequis diceret, haec quidem omnia voces suas, linguasque habere, at non oportere Deum scientem esse omnium generum linguarum, addit Sapientia; *Cordis illius scrutator est verus, & lingua ejus auditor. & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere, nec praeteriet illum corripens iudicium.*

Et fauces. idem quod alibi vertitur, Palatum, aut gustus. neque oportet curiosius hoc loco inquirere, an tesorium gustus constituere voluerit in *faucibus*, an verò sit in palato constituendum, aut in cuspidelinguæ, vel in nervo per totam linguam sparso, de quo philosophi disceptant. nam ad illam locutionem satis fuit communis loquendi & sentiendi modus, quo dicimus fauces, aut guttur aliquid gustare, praesertim cum re ipsa *fauces* valde delectentur tactu cibi & potus. unde Aristot. 3. Ethicorum cap. 10. quod est de temperantia refert Philoxenum voluptuarium hominem, & in temperantem precatum fuisse, ut longius sibi guttur, quam gravis fieret.

Sed quod attinet ad hanc divini gustatus allegoriam indicatam; certè non infrequens, neque inaudita est in sacro sermone, justos enim comedere, & gustare tanquam cibum suavissimum dicitur, cum ipse apertis verbis dixerit, *Cibus meus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus.* Haec nimirum illius refectio, justus & justificatio impii. Haec sunt *lilia*, quibus agnus pascitur; his fructibus oblectatur, cum pastor sit; ut ipse de se testatur, *Comedi favum cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo.* & iterum; *Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedet fructum pomorum suorum.* Tantam verò voluptatem ex hoc animarum sanctarum cibo percipit, ut pro hoc mellito convivio

Augusti.

Genes. 4. 10

Gen. 18. 20
Hab. 2. 11.

Sap. 1. 7
Deus scientiam habet vocis

6

Arist. lib. 3. ethicor. cap. 10

7

Joan. 4. 34

Cant. 6. 2

Cant. 5. 1

nt Plel

Psal. 52. 6

Psal. 13. 2
Regia.
Vatabl.

יד

אֵלֶּיךָ

8

אֵלֶּיךָ

ut pro hoc mellito convivio, ut Pselli verbis utar, quasi gratiam aliquam referret vicissim se ipsum suis fidelibus comedendum praebet; nam statim adjungit; *Comedite amici, & inebriamini charissimi.* at impios fastidit, & ad illorum memoriam nauseat, sicut scriptum est. *Quoniam Deus sprevit (cum fastidio, & nausea abjecit) eos.* & ad eos quidem, qui putarent Deum oblectari carniis, & sacrificiorum ni dore, aut esu, & non potius animorum, & cordium, dixit ipse Deus; *Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* Ergo impii, velut putres carnes, foetet Deo, sicut scriptum est, *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis; non est qui faciat bonum.* & iterum; *Omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt.* Pro quo ex Hebraeo alii legunt; *Omnis recessit, aut, deficit, videlicet, sicut vinum deficere solet, cum acescit, aut evanescit.* verbum enim originale eo loco significat eam pravitatem, quae in vino, aut in vinea inesse solet: à qua radice dictum est Ierem. 2. *Quomodo conversa es mihi in pravam vinea aliena?* Pro voce autem *inutiles*, dicas proprie, foetidi, putridi, abominabiles; à radice *Alach*. quare ejusmodi inutile videtur significare, quod comedendo non est, propter foetorem, & putredinem. unde alii verterunt, *Rancidi facti sunt.* sumpta metaphora a cibis foetidis, & rancidis, à quibus omnes abhorre solent. Cum verò illi cibi, quos semel comedit Deus, aut fringere, aut acere incipiunt, ait ipse nauseabundus; *Utinam frigidus, aut calidus esses. sed quia tepidus es, incipiam te vomere.* sic igitur Dei comedetis fauces iudicant saporem.

In antiquis. alii vertunt decrepitos, vox originalis proprie significat senem, longevum, qui diu vixit. *Sapientia* autem hic est proprie rerum divinarum atque humanarum scientia; scientia autem & prudentia non sunt accipiendae strictè, pro scientia rerum agendarum ex debitis circumstantiis: eandem enim vocem statim vertit interpres *intelligentiam*; proprie autem est acuta & acris quaedam cognitio, qua res quaeque intimè cognoscitur, cuiusmodi sit, & quantum ab alia differat, quae omnia in divinam cognitionem perfectissimè conveniunt.

XIII. Apud ipsum est sapientia, & fortitudo: ipse habet consilium & intelligentiam.

9

אֵלֶּיךָ

Isai. 32. 5
* El superior ni necio ni malicioso

Matth. 10. 15.

Eccles. 7. 6

Exod. 18. 21.

Vatic. LXX

Onch. L

אֵלֶּיךָ

EX sapientia, & fortitudine atque agendi efficacia conficit divinam providentiam esse omnibus partibus perfectam. Sapiens est enim Deus, videns procul, & usquequaque circumspiciens, & praeterea Fortis, princeps, praevaleus, robustus. haec enim omnia significat vox originalis. Quod autem omnia significat, aut principem, qui reipublice, aut universitati providet, haec duo commendat, *sapientia, & fortitudo*, aperte aliis Scripturae locis docemur. de *Sapientia*, Isaias loquitur cap. 32. *Non vocabitur ultra is, qui sapiens est, princeps; neque fraudulentus vocabitur major.* ut Deum imitetur, qui cum omnia cognoscat, nihil suspiciosè, malitiosè vé calumniatur. ut idem sit cum illo, *Prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae.* Et de robore, atque efficacia Ecclesiasti. *Noli querere fieri iudex, nisi virtute valeas irrumperé iniquitatem.* tum etiam Exod. 18. *Provide de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas.* utrumque requirit *potentiam, & veritatem*. quam esse veram lectionem Biblia Vaticana probant; tum etiam Septuaginta. qui, *potentes* legunt; *Onchelus, Fortes*: quamquam plerique alii vulgati codices habuerint, *Viros sapientes*. & quidem utrumque cadere potest in vocem originalem, *Chail*, quae ad robur corporis, ad virtutem animi, ad facultatum & divitiarum fortitudinem, ad exercitum, vel multitudinem populi pertinere potest: & ea omnia in viro principe, & magistratu requiruntur, ut corpore robustus sit, ad perferendos labores; & animo etiam valeat, sapientia videlicet, & peritia multarum rerum; & divitiis quoque polleat, ne adulari cogatur, & munera, aut potentiorum personas accipere; praeterea sit virtutis, id est, exercitus, qui dignus sit, ut exercitui, & multitudini praeficiatur, & quem exercitus integer timeat & reveratur, & potens quaecumque facienda judicaverit, quasi armata manu, & instructa, si opus fuerit, acie perficere.

& quidem sub persona fortissimi alicuius militis, aut strenui imperatoris Salomon descripsisse videtur optimum magistratum, de quo profecto loquitur cap. 10. Ecclesiastæ; *Qui fodit foveam, incidet in eam; & qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Qui transfert lapides, affligetur in eis; & qui scandit ligna, vulnerabitur ab eis.* quæ omnes translationes explicant, qualis futurus sit optimus magister, ad expugnandam impiorum, munitionem, in qua impietas habitat: diruat, dissipetque murum impiissimæ Babylonis: pietatis verò & honestatis terminos, & lapides transferat, dilatet, promoveat; & denique idem ipse princeps, & magistratus, sicut bonus agricola amputet arbores, quas colit, & præcidat inutiles ramos. ergo si militis, si imperatoris munus præstat, cavere sibi profecto debet à suis subditis, tanquam ab hostibus, ne per insidias, & dolos atque calumnias vicissim illi foveam, & laqueos struat; ne mordeant illum, sicut colubri; ne opprimant & defatigent, sicut molestissimi, & gravissimi lapides; ne denique vulneret, & configant, sicut assulæ lignorum, quæ ex securibus, aut falcibus dissilire solent. Ergo apud perfectum iudicem, & principem sint sapientia, & fortitudo.

Tum præterea Deus *habet consilium*. id est, rei gerendæ rationem rectam, & cogitationem firmam & constantem, qua mundum administrat; Cogitat (inquit) Deus sereno & constanter de recta atque commodissima mundi administratione; id est, Optima ratione res humanas gubernat. *Habet præterea intelligentiam*. id est, Acute intimè dispicit cuncta, & unum ab alio discernit, & suo quodque constituit loco. Hæc sanè etiam in perfecto iudice requiruntur, ne temerè & sine consilio aliquid faciat, ne *vé dicat bonum, malum, & malum, bonum*. sed aliquando de hoc plura.

XIII. *Si destruxerit, nemo est qui edificet: si incluserit hominem, nullus est, qui aperiat.*

1. *Destruere, quid proprie edificare non solum de aedificiis dicitur Explicatio David.*
2. *Germana interpretatio*
3. *Includere quid, aut cœlu*

dere, in sacro sermone. & ex H. breo. Claves, solum libera potestatis, & administrationis. Illustrat David, & Mattheus.

Hoc iam ad potentiam describendam, & explicandam peculiariter pertinet. *Si destruxerit*, Proprie, deleverit, dissipaverit, nemo poterit extruere, erigere, instaurare. est autem valde ampla, & valde vehemens illa significatio destruendi, ut etiam significet anathematizare, & devovere, & omnino è medio tollere. ergo affert rei exitiû, & interitum, aut etiam dicas excommunicationem. Ios. 10. *Ne sitis prævaricationis rei*. prop. ne anathematizemini. Eugubi. & Titelmanus intelligunt de alicujus urbis & provincie devastatione; & fortè ad Sodomiticam ruinam aliarumque civitatum destructionem referre. his verbis potuit, quorum supplicium, ruinamque sempiterna ignis inferni similitudinem representat, ut Iudas Apostolus dixit, *Facta sunt exemplum, æterni ignis pœnam sustinentes*. quod indicavit Sapiens. c. 10. dicens, *Fumigabunda constat deserta terra*. quas igitur Deus civitates, subvertit, nemo edificabit. Alii minùs fortasse commode, ad Babylonicam turrim, quam nulla humana vis, aut industria, potuit ad fastigium perducere, *destruente*, id est, prohibente aedificium Deo. Divus Thom. Cajetan. & ipsi ferè Græci de homine interpretantur, quem erectum & quasi aedificatum, præclarèque instructum bonis omnibus, facultatibus, liberis, familia, virum & corporis integritate, & robore, Deus destruit, dejicit, prosterit, illis omnibus rebus, & velut fulcris ablatis, quæ erecto animo illum sustentare possent. hujusmodi igitur hominem conceptum in infimâ conditionem, nemo erigere, aut edificare poterit. Et quidem utrumque verbum aedificandi & destruendi, tam de aedificiis & urbibus, quam de hominibus dici solet. Exod. 23. *Destrues illos*. nam honor, favor, amici, facultates, liberi, familia, sunt velut humanæ vitæ fundamenta, & constructio. sic enim dicebant quondam ad David Psalmo. 10. *Quoniam quæ perfecisti, destruxerunt*. tua, o David, officia in amicos, & in Regem Saulem, tua illa præsidia, & firmamenta, quæ jecerat in Saulis aula, &

I
דגן

Eugubi. Titelm.

Sap. 10.7

Genes. 11. 2. 4. ad 9. Thom. Cajet. Græci.

Aedificatio, & destruere non solum de aedificiis dicitur. Exod. 23. 24

Psal. 10. 3

quibus

Isa. 5. 20

Exod. 1. 21

2

Germanior expositio

Malach. 1. 4

3

דגן

Includere quid. Psal. 34. 3

1. Reg. 22. 8
2. Reg. 22. 46

Psal. 17. 6

Psal. 77. 55. 80.

Claves, solum liberæ administrationis. Matth. 16. 19

quibus nitebaris, jam sunt aedulorum, & tuorum inimicorum industria, labefacta, destructa, convulsa. Præterea *edificare domum*, ad familiam erigendam, ornandam, multiplicandam pertinet.

Sed certè melius quadrat, ut in communi dicatur, quicquid velit Deus quacumque ratione destruere, nemo, vel defendere, vel destruenti Deo resistere poterit. sicut Malachia. 1. dictum est, *Si dixerit Idumæa, Destructi sumus, sed revertentes reedificabimus, quæ destructa sunt; isti aedificabunt, & ego destruam, & vocabuntur termini impietatis, & populus, cui iratus est Dominus usque in æternum*. sic destruendi verbum longè patet ruinam illorum omnium, quæ magna cura & industria, parata, stabilita, & confirmata videbantur, affert.

Si incluserit hominem. verbum, *caçar*, ad viæ impedimentum, ad carcerem, ad vincula, angustias, in quas aliquis conjicitur, referri solet. Psal. 34. *Conclude adversus eos, qui persequuntur me*. id est, præclude illis viam, & aditum, ne possint me fugientem consequi. 1. Reg. 2. *Conclusit Deus inimicum tuum in manu tua*. id est, ad extremas angustias redactum, tuæ potestati permittit Deus Saulem, unde se explicare nulla ratione possit. ab hac ipsa radice dictum 2. Reg. 22. *Contrahentur in angustiis*, id est, constringentur in suis clausuris & carcere arctissimo tum errorum, tum pœnarum; loquitur enim de impiis, & perfidis Iudæis, & sic eundem locum Psal. 17. ubi Septuaginta legerunt; *Claudicaverunt à semitis suis*; D. Hieronym. dixit; *Contrahentur in angustiis suis*. ad mortis quoque & gladii angustias pertinet. ut Psal. 77. *Lumenta eorum in morte conclusit*. & iterum. *Conclusit in gladio populum suum*. Ergo (inquit) Si Deus properanti, & currenti homini ad finem optatum, præcludat aditum, si viæ impedimenta objiciat, si implicet coniectis vinculis, si detineat in extremis malis, si redigat ad extremas angustias, si conjiciat in tenebrosissimum carcerem, si conclusum hominem feris clavibusque obstrinxerit, *Nemo erit, qui aperiat*; dissolvat dolorum funes, & grumarum vincula, nemo infringet carceris muros, aut disjiciet vestes, & seras. Fortè hæc *concludendi & aperiendi* ratio supremæ potestatis, & liberæ rerum omnium administrationis solum est. ut illud Matth. 16. *Tibi dabo claves regni cælorum, & quodcumque ligave*

ris &c. quod aliqui idem esse intelligunt ac si dixisset, quodcumque claueris, vel aperueris. & Isaia: 22. *Dabo clavem David super humerum ejus, & aperiet, & nemo erit qui claudat*. Longè verò digreditur Cajetanus dum hanc hominis inclusionem refert ad nescio quam imperuasibilitatem humane mentis, dum permittit Deus, ut homo ratione interdum aliqua apparente omnino decipiatur, & persuadeatur: nos dicimus; *errarise de campiña*, montibus objectis suæ menti persuasioni viam obstruere. Sed certè illud, quod Cajetanus inouere, & adducere potuit ad hunc sensum, lectio videlicet originalis, *Claudet super hominem*, non est, illius mentem ratione, aut argumento aliquo religare, sed quod dicimus, sub clave asservare, & occludere. & Septuaginta clarius; *Si cluserit contra hominem*.

XV. *Si continuerit aquas, omnia siccabuntur: & si emisit eas, subvertet terram.*

1. *Continere quid proprie. Arefactio fontium & fluminum ad sterilitatis, aut divini potentia commendationem. Pluvia & alia creatura natura sua proclives ad be*

nefaciendum hominibus. 2. Emitti nuntiorum esse. Creatura serviens in impios: explicata sapientia. 3. Subvertere quid. Illustrat Salomon.

Si continuerit, Aquarum videlicet impetum conantium se se effundere, lateque per terram vagari. si prohibuerit, si cessare fecerit. nam hæc omnia significat verbum *Ghasar*. *Omnia siccabuntur*, quoniam in Hebræo tantum est, *siccabuntur*. Cajetan. refert ad arefactionem ipsarum aquarum; id quod indicat etiam Pagnini lectio, atque Tygurina; *Prohibebit aquas, & arefcent*. quod videlicet possit Deus uberrimos fontes, fluxusque perennes arefacere. quod aut in maximæ sterilitatis significationem, aut in divine potestatis commendationem proponi solet. 3. Reg. 17. *Siccatus est terra*. Joelis. 1. *Quoniam exsiccati sunt fontes aquarum*. Nahum. 1. *Increpans mare, & exsiccans illud*. Zachariæ. 10. *Confundentur (siccabuntur, fordescent squallore, & ariditate) omnia profunda* (limpidissimæ, & perennes scaturigines) *fluminis*. Sed multò

Isa. 22. 12. Cajeta.

LXX

I
Quid proprie continere

דגן
Cajetan.

Pagnin. Tygurina

Arefactio fontium & fluminum commendat divinam potentiam 3. Reg. 17. 7 Joel. 1. 20 Nab. 1. 4 Zach. 10. 5

P 5 commo

Germanio: commodius Latinus interpres hac a refa-
 expositio. ctionem ad terram retulit, & ad alia, quæ
 LXX in terra, cœlesti humore sustinentur & vi-
 rent. atque eodem modo Septuaginta le-
 gunt; *Siccabit terram.* & licet posterior hu-
 jus sententiæ pars de fontibus, flumini-
 bus, mari accipi possit; nam viderur sem-
 per mare impetum facere, velléque per
 terram excurrere, & cohibetur à Deo; ta-
 men commodius accipi poterit de plu-
 via & cataclysmo, cui etiam verbum *con-*
tinendi eleganter convenit: nam videtur
 ex auctoris naturæ statuta lege, & præcep-
 to cœlestis imber suis temporibus cogi,
 & generari, atque sua sponte pro tempo-
 rum ratione terrâ perfundere. fecit enim
 Deus cœlestia lumina, & sydera, ut essent
in tempora. id est, ut virtute sua efficerent
 vicissitudines & mutationes temporum,
 hybernos imbres, æstivos calores, vernâ
 temperiem &c. igitur sua sponte suoque
 pondere, atque propensione decidet in
 terram imber, & aqua. id est, uberes plu-
 viæ, nisi Deus *contineat*, & prohibeat, ut
 quæ per sese arida est, ad summam siccita-
 tē reducat, & ad impiorū suppliçiū in-
 vertat rerū naturalē ordinē, & ipsarū crea-
 turarū debitū nexum dissolvat.

Et si miserit. Propriè juxta verbum, *Sa-*
lach, si miserit aquas tanquā nūtiū defe-
 rétes, aut jussione & præceptū demergē-
 dæ & obruēdę terræ sibi demadatū perfe-
 cturas, vel, si prius clausas & cohibitas &
 divina potentia compressas, volentesque
 irruptionem facere in terram, resque om-
 nes mortalium Deus liberè dimittat, &
 quasi effrænes laxatis suæ providentiæ hæ-
 benis permiserit agere, & vagari pro libi-
 to. nam creatura, quæ propensior est, fer-
 tiorque quasi naturali lege & voluptate
 ad res humanas juvandas, & promoven-
 das, eadem ipsa incredibili impetū adver-
 sus impios concitatur, & nisi à Deo pro-
 hibetur, sæviet incredibiliter, sicut Sa-
 pientia. 16. dictum est. *Creatura tibi factori*
deserviens, exardescit in tormentum adversus in-
justos: & paulò ante; *Impii novis aquis, & gran-*
dinibus, & pluvii persequutionem passi, & per ignem
consummati.

Subvertent. Propriè involvent, obruent,
 perdent terram. tum etiam vertent & mu-
 tabunt terræ faciem, priori delēta, & ab-
 rasa. nam ab eadem radice dictū est Deus:
 23. *Vertit maledictionem ejus in benedictionem.*
 & Proverb. 12. *Vertere impios, & non erūt.* tunc

videlicet evertuntur, cū mutatur & inver-
 titur eorum fortuna, & vitæ conditio, ut
 præterita felicitas, neque sit, neque appa-
 reat. Indigent igitur omnia divina provi-
 dentia, divinæque sapientiæ moderatio-
 ne, quæ velut injecto fræno præcipi-
 tem rerum omnium impetum
 certa lege atque ratione
 moderetur.

*

**XVI. Apud ipsum est fortitudo,
 & sapientia: ipse novit & decipien-
 tem, & eum qui decipitur.**

<p>1. Divina providentia cir- ca hominum errores & fraudes Deo vindicta.</p> <p>2. Divina sapientia ex per- missione humana decep- tionis.</p> <p>3. Quid consilium, quid co-</p>	<p>filium ex Hebræo.</p> <p>4. <i>Varia lectio.</i> Divinae pro- videntia curus, & triū- phus. <i>Quis dicatur stul-</i> <i>tus finis.</i></p> <p>5. <i>Quid Pavor, qui iudices</i> <i>proprie. Iniquorum iudicium</i> <i>puna.</i></p>
---	--

Conclufit ex naturæ operibus confir-
 mationem divinæ providentiæ cum
 sapientia & fortitudine conjunctæ, nunc
 aggreditur idem ostendere ex humano-
 rum morum gubernatione. tam est enim
 sapiens, ut nulla illum fraus aut dolus la-
 tere possit, cujus rationem ille non ha-
 beat. alii ex Hebræo legunt; *Ei errans, & er-
 rare faciens.* cujus sensus is esse posset; *Qui*
proximum lædit, Deum offendit, ergo
qui læsus est, Deo vindictam relinquat.
 utrique enim cum Deo res agēda est, qua
 ratione David etiā dicebat, soli se Deo
 peccasse, cū Vriam occidere jussit. Sen-
 cū dō alii cū Philo. D. Tho. Lyran. & non-
 nulli ex recentioribus, inter quos etiam
 Vatablus; Permittit suo iudicio, ut quidā
 ab aliis decipiantur. in quam rem novit il-
 le probè, quis à quo facile, qua ve ratione
 decipi possit. cum quo potest facere Pag-
 nini ex fonte lectio, *Ejus est errans, & errare*
faciens: nam verbum originale, *Sagah,*
 non tam pertinet ad fraudem & decep-
 tionem, qua quis ab alio injustè fraudat-
 tur re aliqua, quàm ad errorem, ignorantiam,
 incogitantiam mentis. quasi dicat;
 Tum decepti hominis ignorantia, tum
 deceptorum & impostorum malitia, &
 calliditas, divinæ providentiæ deservit
 quasi illius administræ. Quod ostendi po-

Pluvia ut vi-
 deatur natu-
 ra sua procli-
 vis ad succun-
 dandā terrā

Genes. 1. 14

2

Emitti nūti-
 um est.

Creaturæ sæ-
 vientes in im-
 pios

Sep. 16. 24

3

Prover. 12. 7

I

Divina provi-
 dentia circa
 hominū cir-
 res.

Regia
 Tygurina

Psal. 50. 6.

Philip-
 D. Thom.
 Vatablus

Pagnin.

Deceptorum
 calūnias vin-
 dicabit Deus

potest ex deceptione Achab. Reg. 22. &
 Ezechielis. 14. *Ego Dominus decepi prophetā*
illum. Qui sensus sicut cum sequentibus
 facile cohæret, ita cum antecedentibus
 difficilè necitur; non enim videtur perti-
 nere ad amplificationem, explicationem
 que divinæ providentiæ, quam superius
 proposuerat, quod deceptiones & igno-
 rantias, errorésque Deus permittat. sed
 proculdubio ex harum rerum permissio-
 ne valde commendatur divina sapientia:
 nam, ut verissima Theologia docet, atq;
 Augustinus sæpe scribit; Deus non im-
 mittit per se ignorantiam aut errorem,
 sed tantum speciales illuminationes sæ-
 pè denegat, quibus ablatis facilis sit in er-
 rorem lapsus, & veritatis ignoratio. quare
 si hujus providentiæ ordini subjacent de-
 ceptiones & errores, quos per subtra-
 ctionem luminis Deus permittit, & ad cer-
 tum finem ordinat, profectò est Deus pa-
 ter fonsque luminis, & Sapientia, & pri-
 ma veritatis origo, atque apud ipsum est sa-
 pientia, nam qui superior est omni malitia
 & calliditate humana, atque providentiā
 habet deceptionum, atque errorum, non
 potest esse nisi infinite sapiens. sicut ne-
 penes alium potestas vitæ, & mortis esse
 potest; nisi penes illum, qui perfectus vi-
 tæ redemptor sit, vitæque ipsa. De divi-
 na autem fortitudine superius
 diximus.

**XVII. Adducit consiliarios in stul-
 tum finem: & iudices in stupo-
 rem.**

Consiliarios. Qui ineunt consilium, &
 sibi ipsis, vel aliis dant rationem agē-
 di, qui novas rationes negotia gerendi,
 opportunitates, propriæque commoda
 captandi adinveniunt, & excogitat. hæc
 enim omnia complectitur verbum. *Tagat*
 unde dicitur Psalm. 80. *Ibunt in adinventio-*
nibus suis. Ruent præcipientes impulsī a suis
 ipsis vanissimis consiliis.

In stultum finem. Hebræicè, *Spoliatus,* vel, si
 ne præda à radice *Salat,* quod est spoliare
 atque est eadem vox, quæ infra redditur
 inglorios. id est, tum honore, tum expecta-
 ta præda atque eventu spoliatus. Sed hæc
 tamen non solum ad honorem, sed etiam

ad scientiam, veræque providentiæ ino-
 niam referendum videtur, sic Rab. Moy-
 ses legit, & explicat; *Adducit sapientes in præ-*
dam scientia. id est, illorum scientiam qua-
 si prædam, & spolia diripit, atque scientia
 tandem spoliatos dimittit: in eum igitur
 finem deveniunt, ut stulti sint, & habeant
 tur. Symmachus, *Adducit eos, qui prudentia*
delibitant, in consilii inopiam, privat consi-
 lio. Septuaginta illam spoliationem ad
 captivitatem quandam, & quasi im-
 plicationem consilii referunt legentes,
Adducit consultores captivos. Tyguri. *Abducit*
ut prædam. quasi dicat; *illos comprehendit in*
sapientia sua, & constringit multis difficul-
tatum atque ignorantia tenebris, vincu-
lisque impeditos, videtur etiam captivos
ducere, palam triumphans illos, & ante
suæ providentiæ currum, quem trahunt
sapientia, & fortitudo, consilium; & intelligen-
tia, captivos ducit, atque traducit, univer-
sosque mundo spectandos, ridendosque
proponit. Alii in communi; Sapiētes quo-
 que, atque prudentes hujus sæculi optato
 sine dejicit, quale illi contingere po-
 test qui cū certam sibi victoriæ spem
 pollicitus fuisset, vincitur tamen atque
 capitur, captusque trahitur ante trium-
 phum, sic Deus divitem *adducit in stultum*
extremæ inopiæ finem; superbum & arro-
 ganter in extremam dejectionem &c.
 hic enim finis in illos convenit, qui ne-
 que sapiunt, neque intelligunt, & novissima
 non provident. atque hac ratione poterit al-
 ludio fieri ad id, quod superius de decipien-
 te, dixerat. Hæc igitur omnia noster inter-
 pres sapienter complexus est; cū quasi
 per paraphrasim dixit, *In stultum finem.* Est
 autem *finis stultus,* inopinatus, qui neque
 prævisus, neque provilus sit, qui non res-
 pondet votis, imò omnino est vatis, spēi
 que contrarius, & denique ubi humana
 stultitia, post multum cogitandi & deli-
 berandi laborem, publicè ridenda propo-
 nitur. Vide quæ supra diximus ad id. ca-
 pituli quinti; *Apprehendit sapientes in astutia*
eorum.

Et iudices. Qui secundum præscriptas le-
 ges judicant, legum peritos, rerum publi-
 carum administratores & proprietate vo-
 cis. *In stuporem.* Septuaginta, *in pavorem.* pro-
 priè, in conturbationem mentis, stultitiā,
 errorem, vel, in contemptum, quem affe-
 runt stultitia & error, errantes, stultescen-
 tesque exponit ludibrio, quasi dicat; In-

Ezech. 14. 9

2

Divinæ Sapiē-
 tiæ commen-
 datio

Augusti.

3

Consiliarii
 quid proprie.

4

Pagnin.
 Regia

R. Moys.

Symmach.
 LXX

Tygurina

Toel. 5. 13

Divinæ provi-
 dentie currus
 & triumphus

Stultus finis
 quis

Iob. 5. 13

5

LXX

Pavor, quid
 proprie.

Græci. Chrysoſtom.

Luce. 1. 5. Pſal. 81. 1.

terdum Conſultiſſimus. Iuris ſententiam pronuntiat, qualem neque ſtupidus, planeque ſtultus pronuntia- ret. Chryſoſto. & alii Græci in Catena legerunt ex proprietate Græcæ vocis, Iudices terra ſemovit; ablegavit, ſuo loco movit. quaſi diceret; Viſitat iudices, & deponit de ſede, quos improbos ſtultosque invenit. Deus enim ſupremus iudex Stetit in Synagoga. Deorum in medio autem Deos dijudicat, & verbis graviſſimis arguit; Uſquequo iudicatis iniquitatem &c. hanc autem pœnam graviſſimam explicarunt Vulgatus & Septuaginta legentes; Iudices in pavorem miſit. timendum enim hoc illis eſt a ſupremo iudice.

XVIII. Baltheum Regum diſſolvit, & præcingit fune renes eorum.

1. Baltheus quid proprie Regum, & militum ornamentum, cuiusmodi eſſet. 2. Cingere, & cinctus, voca- bula militaria. Baltheus etiam ſacerdotalis, illuſtratus David. 3. Fune præcingi ad calamitatem, & captivitatem.

I 70. Baltheus quid proprie

Pagm. Tygurin.

Parabluſ. Capetanus. Eugubiuſ.

Baltheus Regum, & militum ornamentum

Baltheus à radice, lacat, quod eſt conſtringere, aut ligare vinculo, aut quædamque alia ratione, ut inſtitutione aliqua, & arctiori diſciplina, quod nos dicitur, ponit enim prætinam; quare alii legunt vinculum. Tygurina autem; Qui ſolvit diſciplinam Regum, quod in hanc ſententiam ab aliis accipitur; Liberat Deus, ſolvitque vinculis eos, quos Reges, ac tyranni captivos detinent, viciffimque commutata ſorte ipſos Reges ac tyrannos in vincula conjicit, funibusque conſtringit. ſic ferè Hebraizantes, Vatabluſ, Capetanus, Eugubini, accipiunt enim vinculum activè, non quo Reges vinciantur, ſed quo illi alios captivos vinciant, atque detineant, quod duriusculum videtur. Quare ut melius cù ſecunda parte cohereret, accepit in oſter interpres pro Baltheo, regalique ornatum, cingulo honorifico, regio in ſigni, aut militari. & quidem fortè fuit aureus, aliquis aut bullatus Baltheus, in ſigne Regum, principumque virorum, poſterioribus autem ſæculis ornatus fuit æqueſtris ordinis, cla-

riſſimi alicujus magiſtratus, publici ve, atque honorifici muneris, ut patet Lege. C. de Metatis, & Epidemarcis. lib. 12. quare ſpoliari cingulo dicebantur, qui magiſtratu & dignitate pri- vabantur. Erat autem Baltheus, cingulum ex corio bullis diſtinctum ex quo pèdebat enſis; & ut colligitur ex Quintilian. lib. 11. oblique dicebatur ab humero dextro ad ſiniſtrum, apud noſ ſtrates quondam erat, dicebaturque Taheli tachonado. Hinc fortè cinctus, Cetegei. dicti ab Horatio; non tam propter arctè conſtringentem Zonam, quam propter frequentem Balthei uſum; cùm initio naſcētis urbis ab armis nunquam eſſe otium, Quare Latinus Cingi, accipit, pro eo quod eſt, militari ornamento ſe ornare. ut Plautus aliquando dixit

Cingitur: certè expedit ſe. Erat præterea Baltheus in ſigne militare, quod ſæpe dicitur. C. de teſtamento militari, atque frequens quoque mentio eſt apud Livium, aliſque prophanos ſcriptores, cinctus Gabini, quo præcingebatur Conſul iturus ad bellum. Certè Baltheus (ab alia tamen radice, ſed que etiam cingere ſignificat) ornatus eſt ſacerdotum, Levit. 8. Accinges eum Baltheo, atque militum & ducum; 3. Regum. 2. Poſuit crurem prælii in Baltheo ſuo; qui erat circa lumbos ejus; & in calceamento ſuo; quod erat in pedibus ejus. id eſt, militari apparatu ſe inſtruxit adverſus amicum. & 3. Reg. 20. Non gloriatur accinctus, aque ut diſcinctus. id eſt, dum adhuc in bello eſt, non capere triumphum ante victoriam; nondum depoſuiſti arma, neque militarem ornatum, nondum pace potiris. & fortè ad hunc Regum atque judicum balthei ornatum, alluſum eſt Pſal. 2. Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: apprehendite diſciplinam. eſt enim illa ſtrictior inſtitutio, qua præcinguntur, & conſtringuntur renes & laxiores a nimi affectus, velut vinculum; & cingulū ex proprietate vocis, quaſi dicat; hoc vobis ornamentum erit, multò quàm Regius & judiciarius baltheus, pulchrius atque magnificentiſſus. Ergo inquit Job; In ſignia regia aufert à regibus Deus; aureis ſpoliis ornamentis, illiſque ſeveriſſimus iudex verbis præcipit; Pone cydarim; tolle coroneam. nudosque, ut Nabuchodonofor contigit, agit in deſerta & inculta loca, ut rore cali infundantur. imperatoribus etiam, ducibusque fortiſſimis poteſtatē

L. C. de Meta. Epitem. lib. 12. L. 3. C. de domo. & protell. code. lib. Baltheus cuiusmodi eſſet Quintil. lib. 11.

2 Cingere, militare verbū

Horat. in art. Poet.

Plant. in Am. plur.

C. de teſtam. milit.

Livius Cinctus Gabini

וְיָצִי

Levit. 8. 7 3. Reg. 2. 5

2. Reg. 20. 11

Pſal. 2. 10

Exeob. 21. 26

Dan. 4. 22

mili-

3 Fune præcingi ad captivitatem & miſeriam. Iſa. 3. 24

3 Reg. 20. 32

Dan. 2. 21 Ecol. 10. 17

Sap. 6. 4

Dan. 4. 10. 11

militarem aufert, & exauthoratos dimittit, exercitus fortiſſimos, copiasque maximas diſſipat.

Et præcingit fune. Habitus eſt abjectiſſimi, ærumnoſiſſimique hominis, ut opponatur baltheo, qui Reges ornat. indicatur etiam conditio hominis captivi, Iſa. 3. Erit pro zona funiculus. & æquè miſerum eſt, renes, aut caput funiculo præcingi, ut ex 3. Reg. 20. conſtat; victi enim, & ſupplices ſervi Ben-adad accinxerunt ſaccis lumbos ſuos, & poſuerunt funiculos in capitibus ſuis. Hæc autem divino iudicio facta abjectio Regum, & imperatorum potentiſſimorum ad miſeram captivitatem, aut ad aliam calamitoſam conditionem, mille conſtat exemplis, atque veriſſimis historiis & ſacris, & prophanis. vide Daniel. 2. Ipſe transfert regna, atque conſtituit. & Eccleſiaſt. 10. Sedes Regum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis. eſt enim omnis poteſtas omniſque magiſtratus à Domino Deo. & quàmvis Rex in florentiſſimo regno ſit inſtar florentis virentiſque arboris, aliquando tamen Vigil, & Sanctus de cælo deſcendit, & fortiter clamat; Succidite arborem, & præcidite ramus ejus, excutite folia ejus, & diſpergite fructus ejus, fugiant beſtia, qua ſubter eam ſunt, & volucres de ramis illius.

XIX. Ducit Sacerdotes inglorios, & optimates ſupplantat.

1. Sacerdotis nomen an ſemper referatur ad ſacrum miniſterium. Explicatus Moyses, & Samuel. 2. Sacerdotis nomen proprie hoc loco ſumptum. Sacerdotes olim ſimul & Reges. 3. Sacerdotum captivitas in extrema calamitate. Sacerdotis veſtes ſpectoſæ, & glorioſæ. 4. Optimates qui proprie Quid Erhan apud David. Illuſtratus Moyses. 5. Quid ſupplantare. Deus luſtor.

I Sacerdotis nomen quous conſueſcit.

Sacerdotis Nomen, pro quocūque principis ſedibus ejectos in miſeram captivitatem abducit. Sic intellexerunt Septuaginta legentes. Emittit Sacerdotes captivos, Sacerdotum autem captivitas extrema calamitatis ſymbolum proponitur, cùm univerſa rei publicæ, religioſiſque ratio evertitur, & neque prophanis neque ſa-

102

Regis amiciffimus aliquando dicitur Sacerdos & quare.

4. Reg. 10. 11

Exod. 19. 6

Sacerdotis nomen proprie ſumptum.

Reges ſimul & Sacerdotes quondam.

Dionys. lib. 3. Plutarb. 113. problem.

Tib. Liv. dec. 1.

3 LXX Sacerdotum captivitas in extrema calamitate.

cris

Jerem. 14. 8. cris parcitur. Jeremi. 14. Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio: si introiero in civitatem, ecce attenuati fame. Propheta namque & sacerdos abierunt in terram, quam ignorabant. & Threnor. 2. Demolitus est tabernaculum suum, oblivioni tradidit Dominus in Sion festivitatem, & Sabbathum, & in opprobrium & indignationem furoris sui sacerdotem & regem. Vid. Isai. 22. ubi spoliationem & detractionem vestium sacerdotalium, tum etiam captivitatem cominatur Deus Sobe-nae praeposito templi, quare recte, sequitur. In glorios. Prop. spoliatos, non honore solum, sed honorificis etiam & pretiosis vestibus, quibus sacerdotes pro muneri dignitate semper fulserunt. atque aded eadem originalis vox quae significat sacerdotem esse, significat etiam decoratum & ornatum esse sacris vestibus, ut illud Isai. 61. Quasi sponsum decoratum corona. proprie dicas, quasi sponsum sacerdotatum corona; instar sacerdotis, sacro ornatu conspicuum. Nam scriptum est Exod. 28. Facies vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem. Sacerdos igitur vestibus sacerdotalibus spoliatus, inglorius erit, squalidus, fordidus. Non parcat igitur severissimus & potentissimus Deus sacerdotibus, sed, cum res exigat, illos suo loco & ministerio movet, & patrio solo, atque templo ejicit, detractis gloriosis ornamentis.

4. Et optimates supplantat. Quidam intelligunt consiliarios, quibus Deus consilia infatuat. Sed existimo non tam ad sapientiam, quam ad fortitudinem istud nomen pertinere. nam, *Ethan*, solet verti à Vulgato, robustus, fortis. à radice *Athab*, quae vox affert fortitudinem quandam, quae non permittit se tractari, & duritiam, quae pertinaciter resistit & minime cedit, vel id, quod nunquam cedit, sed pereaniter & pertinaciter durat. quam vocem, quod significantior esset, in sua origine retinere Septuaginta, Psalmo. 73. Tu siccasti fluvios *Ethan*. Hieronym. flumina fortia, aut fortitudinis; nam tunc temporis exundantem & indignantem Iordanem cõpescuit, & exsiccavit Deus ut dicitur Iosue. 3. Iordanis ripas alvei sui tempore messis impleverat. vel flumina *Ethan*, id est, pertinaciter, atque perennialiter fluentia; quae velocissimè decurrebant cõpescuit in medio cursu. similiter ab eadem radice dicitur Deuteronom. 21.

Ducunt eam ad vallem asperam, atque saxosam. Hebraicè, pro saxosa, est fortis, quia propter soli duritiam, & lapidum copiam, fortiter cultoribus resistit; & se tractari proscindique aratro non sinit. Similiter igitur hic intellige optimates; potentes viribus, facultatibus, honoribus, qui sibi perennè duraturos pollicentur, pertinaciter divinis monitis resistentes, intractabiles, insolentes, qui neminem cõgressu, aut colloquio dignantur; hos Deus supplantat, flectit, inflectit, mutat, dejicit, deturbat; nam haec omnia non sunt aliena à verbo originali, *calaph*. Septuaginta. dixerunt; *Dynastas terra evertit*. congruunt autem omnia cum illa, quam diximus, duritia, acerbitate, severitate, quam Deus adhibitis suppliciis emollit. Noster autem interpres videtur ad ignominiam retulisse, cum dixit, *supplantat*, ignominiosè, inopinatò deturbat. Id verò, quod Cajetanus dixit, facit ut illi, qui pollent animi virtute, deficiant aliquando, & languescant flexi aliqua temporis occasione & difficultate; hoc, inquam, non valde placet. Neque videtur omnino solidum, quod ait Philipp. verbo *supplantandi* indicari, Deum injustos & iniquos amovere, & digniores alios in illorum locum subrogare, ut in Esau & Iacob perspicitur. Iacob enim in primogeniti locum, & benedictionem se ininuans, *supplantator* fuit. Sed illud tamen verius, verbum *supplantandi* significare, Deum superbis resistere, quasi colluctatorem. mira igitur superbiorum temeritas, qui cum supplantatore Deo colluctari audeant!

XX. *Commutans labia veracium, & doctrinam senum auferens.*

1. Quid commutare; quid commutare labia. Veraces qui explicatus Moyses. 2. Doctrina quid. Accentus dicitur ab Hebrais gustus sententiae. explicatus Samuel. 3. Effundi, & effusio ad copiam pertinet. Cur dicitur Spiritus sanctus effusus. explicatus David & Ezechiel. 4. Princeps in Hebraeo, liberalis. 5. Varias lectio. Illustratus Vulgatus.

Supplantare. 5. 475. LXX. Symmachus Nicet. Cajet. Philip. Deus luctator. Gen. 27. 36. Deut. 21. 4.

Philip.

I. Commutare labia quid. Cummutare, quomodo alias reddatur. 770. Veraces qui. LXX. Symmachus Nicet. 770. Philippus; Comutat promissiones suas factas per veraces prophetas, illasque convertit in. comminationes certissimas, sic exigentibus peccatis mortalium. id est, efficit, ut qui laeta polliceri & nuntiare solent, nihil jam, nisi triste & acerbum praedicent. Alii intelligunt Deum pro sua sapientia atque potentia, auferre interdum eloquentiam ab eloquentibus, atque illos reddere. mutos & elingues. & certe verbum *commutandi*, *gur*, vertitur à Vulgato, verbo auferendi; *commutat* igitur, *labia*, auferit loquendi, & eloquendi facultatem. Sed quare *veracium* nomine intelligi debeant eloquentes non videtur praesertim cum, *veraces*, ex vi originalis, proprie sint *fideles*, uti etiam Septuaginta reddiderunt. Symmachus, *Non errantes* ait Etor. Catanz. *Qui digni sunt, quibus fides habeatur*, constantes in dictis atque promissis. est enim ejusdem radices, cum *veraces*. Amen, quae est constantia, fidelitas, stabilitas dictorum. Quare *veraces* erunt, qui solent de futuris. verè atque prudenter judicare, vel quorum muneri interest populum vera docere, vel sana consilia praebere, qui ideo *veraces* & constantes in dictis atque promissis habentur. horum *labia*, id est, dicta, *commutat* Deus, quasi in alium locum transfert, proprie, discedere facit, vel auferit. id est, à recto, & verò aberrare & discedere permittit, ut nihil verum dicant, nunquam eventura colliment, nihil quod è re futurum sit, populo suggerant. nam cum consilium, si rectum sit, à Deo esse oporteat, suo jure auferre Deus potest, cum illi placeat, ne qui in aliquo *veraces* existuerunt, semper à se veritatem stare intelligant. Tum etiam illud, *commutans*, id est, *labi*, & discedere permittens (*Hizo que se les vaya la lengua sin querer*) sicut Deutero. 16. dicitur. *Munera extorcant oculos sapientium, & mutant verba justorum*; quò loco Septuaginta etiam vertunt; *Anserunt verba justorum*, id est, videntur ipsa verba in ore iudicis vimunerum commutari; ut cum pronuntiare vult sententiam, pro eo iudicet, à quo munus accepit. Huc spectasse videtur, quòd ait Catanz. *audentur, in contrariam partem consilia inflectit, id quod in Balaam fecit*, cum dixit Balaam, *quid est hoc, quòd agis? ut malediceres inimicis meis vocavi te, & tu è contrario, benedixisti*

eis? Cur ille respondit; Num aliud possum loqui, nisi quòd iusserit Dominus? Et doctrinam senum. Hebraizantes de hac voce non sibi constant; Nam Septuaginta vertunt, *Intelligentia*. Rab. Moyses, *Probationem, vel argumentum*. Pagninus, *Consilium*. Tygurin. *Iudicium*. Regia *Discretionem*. Hebraeus apud Cajetanum, *Saporem* & quidem à radice, *Tagh*, quòd est gustare, cognoscere, experiri, iudicare, derivatur gustus, sapor, intelligentia, consilium, probatio, iudicium, doctrina, quae omnia eodem serè recidunt; quae significata & alia quaedam huius vocis, complexus est in suis concordantiis R. Mardochai, ait enim; *Nomen Thagam, id est, gustus, sapor, significat etiam consilium & ostensionem, id est, probationem ad oculum cordis, & dispositionem rei, rationem, argumentum, edictum, decretum; & in Grammatica accentum cuiuslibet dictionis, eò quòd dat ei bonum gustum, & sensum ad intelligendam sententiam* quam rem de accentu iisdem verbis Elias Levita. Thisbites, docet in suo Lexico, atque eandem rem latius explicat in libello *Iob tagham*, id est, Bonus sapor. Iuxta omnes has significationes Deus dicitur auferre doctrinam senum, reddit etiam eos, qui maxime sapere deberent, insipientes; inspidos; eorum decreta sententias, consilia; inania & inutilia; illorum argumenta & probationes, fuitiles, ludicras; illorum praedictiones fallaces; falsa tandem dicta & testimonia. Sed quia eadem vox aliquando accipitur pro docere, quòd consurgit in aliqua re aut persona, servatis circumstantiis temporis, loci, personae in agendo, vel loquendo; quòd Rab. Mardochai dixit, *Dispositio nem rei*, potest etiam hic sensus subesse; *Auferit sonibus debitam agendi, & loquendi rationem; ne decorum senectute dignum servent*. Nam. 1. Regum. 13. ab hac radice dicitur; *David immutavit os suum coram Aebis*; & in titulo Psal. 33. *Immutavit vultum suum*, id est, nullam suae personae, neque decori rationem duxit; nam collabebatur inter manus eorum, & impingebat in astra porta, defluebant quae saliva ejus in barbaram; ita hoc loco non solum doctrinam senum, sed etiam habitum, oris gravitatem, & decorum possumus intelligere; auferens; accipiens, tollens, quòd autem Septuaginta dixerunt, *Cognovit*, fortè etiam voluerunt, quòd Deus senes dicitur

2. LXX. R. Moys. Pagnin. Tygurin. Regia Cajetan. R. Mardochai.

R. Mardochai. 1. Reg. 21. 13. Psal. 33. 1. 1. Reg. 12. 13.

agnosce

agnoscere, ut illorum rationem habeat, neque dissimulet. illorum errata, impune ve relinquat, ac si non cognosceret. nemò itaque effugit illius manum; parcitur senibus; at Deus neque senibus parcit. Qua ratione autem hoc faciat Deus, explicare nititur Philippus ex illo *Isaia. 3. Auferet Dominus à Ierusalem, validum, & fortem, honorabilem vultu, & prophetam, & ariolum, & senem.* Sed certe hoc aliud est; nam *Isaias*, prædicit populum destitutum iri optimis iudicibus, & consiliariis, quorum opè & opera sustinetur respublica. At *Iob* ipis senibus infatuationem, & ignominiam comminatur.

XXI. Effundit despectionem super principes: & eos, qui oppressi fuerat relevans.

Solet effusio, magnam profusi liquoris copiam denotare. & cum dicitur Deus in nos effudisse Spiritum Sanctum, uberem celestis gratiæ copiam, & bonorum affluentiam significare Paulum, observat *Chrysostom.* ad illum locum, *Baptizabimini Spiritu Sancto.* ita etiam despectionis effusio, ingentem despectionem significat. sicut *Psalm. 41. Effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis.* id est, profuso gaudio lætor, liquefco totus, & diffuso gaudio. & *Psalm. 21. Sicut aqua effusus sum.* id est, præ ingenti timore, penè totus liquefco, & resolvor, in sudorem & aquam, illud etiam, ad incredibilem indignationem pertinet; *Vivo ego dicit Dominus Deus, quoniam in manu forti, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos.*

Super principes, Propriè, liberales, munificos; quòd liberalitas & munificentiæ virtutum principum, atque nobilissimorum propria sit, ita *David*, qui graviter læserat *Viam*, facti postea pœnitens, ait, *Spiritu principali* (propriè, munifico, liberali, ut omnibus bene velim, bene faciam, prolim gratus, necnon gratus omnibus) confirmame. Principes ergo, propter liberalitatem præsertim, solent ab omnibus observari, & coli, sed illos ad incredibi-

lem contempionem, & ignominiam adducit Deus.

Et eos, qui oppressi sunt, relevat. Cum in Hebræo è converso sit; *Fortitudinem fortium debilitat;* Noster interpret, ut primæ parti ex opposito posterior responderet, ad eos retulit, qui tyrannorum potentia oppressi, illa jam à Deo, debilitata & fracta, liberantur, elevantur, & eriguntur ad sublimes honores. imitatus quidem noster est *Septuaginta* legentes; *Humiles autem sanavit.* Sed quod ad illam lectionem Hebræam attinet, certè vox originalis, non solum fortitudinem, aut robur significat, sed cingulum, aut *Zonam*, quò etiam modo vertitur à *Vulgaro.* *Isai. 23. Non est cingulum ultra tibi,* id est vires, aut robur, quod in accintis renibus significatur, ideo fortè hoc loco Hebræorum lectio, *Cingulum fortium dissolvit;* hunc habet sensum. Milites fortissimos exauctoratos, & *balthæo* militari spoliatos infringit, & debilitat, ut ii, quos opprefferant, ex capti- vitate, & tyrannide respirare valeant.

XXII. Qui revelat profunda de tenebris, & producit in lucem umbram mortis.

1. Scriptura regula, cum aliena constructio capiam verbo tribuitur.	2. Virtus huius sententiæ intelligentia, Eligitur Q. <i>Wipia</i> & optima.	3. Multiplicatio rerum, di-	4. Subvertit, & scicare in Hebræo quid.	5. Restituere, quid. Deus dux imperis ignorat.
---	---	-----------------------------	---	--

Iam ad vim illam divinæ mentis, quæ cuncta penitus dispicit, explicandam accedere videtur. Revelare autem profunda de tenebris, est illustrare ea, quæ latebant in tenebris, educendo & extrahendo, de latebris in lucem; nam cum constructio unius verbi tribuitur alteri in sacro sermone, utriusque verbi significatio conjungenda præcipitur, sicut id *Isaiæ;* *Taceant ad me insula.* id est, tacentes convertantur ad me audiendum. nam constructio cum præpositione, ad, non convenit per se verbo *tacendi*, nisi ratio-

5
Pagnin.
Parabl.
Regie

LXX

1110

I
Scripturæ re-
gula.

Isa. 41. 4

ne

ne alterius verbi subintellecti, videlicet, convertendi, aut alterius similis. Sic etiã hoc loco, constructio cum præpositione, *ex, vel, de,* non convenit verbo *revelandi*, nisi ratione alterius verbi subintellecti, videlicet, educere, extrahere, aut alicujus similis.

Sensus verò hujus sententiæ multiplex esse potest. & primò quidem simplicissimus, quòd Deus lumen afferat per *revelationem*, aut alia ratione, rebus omnino à nobis ignoratis, atque tenebris plusquam *Cymeris* involutis.

Secundò, ut pertineat ad divinam sapientiam fraudes detegere, & illuminare abscondita tenebrarum, & manifestare consilia cordium, atque machinationes, & insidias alicui intentas in lucem proferre. nam aliquid mortis discrimen videtur significari per umbram mortis, ut aliquando diximus, sic sanè cum *Syriæ* Rex insidias poneret contra Regem *Israel*, revelabat Deus per *Eliseum* prophetam, & producebat in lucem umbram mortis. nam *Mittebat vir Dei ad Regem Israel dicens; Cave ne transias in illum locum, quia ibi Syrii in insidiis sunt.* quod cum non semel, neque bis accidisset, *Conturbatum est cor Regis Syriæ pro hac re: & convocatis servis suis, ait. Quare non indicatis mihi, quis proditor mei sit apud Regem Israel?*

Tertiò. Eos, qui in tenebris & in umbra mortis sedent, atque in manifestis discriminibus versantur suæ lucis præsentia & favore collustrat, atque in desperatissimis rebus adest propitius subita & inopinata luce: hoc indicantur *Græci*.

Quartò, sua ipsius Deus arcana cõsilia, quibus decrevit hominem conjicere in maxima pericula, & extremam aleam, quàmvis interdum dissimulet, & suo peccatore supprimat, sed aliquando tandem re ipsa profert & declarat.

Sed quintus reliquis simplicior & lenior, is est; *Omnia esse nuda & aperta* divinis oculis, neque quicquam esse posse tam profundum, tamque abditum, quod conculcare & involvere tenebræ possint. Nox enim Deo illuminatio est; id est, perinde apud illum nox, atque dies lucet; non minùs in tenebris, quàm in media luce videt; producit igitur in lucem, umbram mortis; nam quæ sub terra sunt, & in inferis delitescunt, perscrutatur in lucernis; ipsa etiam sepulchra, & subterraneas mor-

tuorum stationes suis luminibus perlustrat. nam ut ait *Sapiens; Infernus, & perditio coram eo, & nullum est operimentum perditioni.* licet enim cadavera, & mors operiri & involvi soleant sindone illa *Libitinarum*, sed Deo nihil est operum, cui omnia nuda sũt & aperta. Dixim⁹ verò aliquando latius de umbra mortis. tum etiam et de divini obtutus perspicacitate.

XXIII. Qui multiplicat gentes, & perdit eas, & subversas in integrum restituit.

Non solum Deus suæ potentiæ atque sapientiæ documenta præbet in his, quæ unius, vel alterius regis sunt, sed in universa aliqua multitudine et numerosissimo populo; est enim divinæ sapientiæ et potentiæ opus, hominum multiplicatio, & propagatio. rursus illorum interitus generali aliqua clade, atque iterum numerosior instauratio. & quidem non obscura videtur allusio hujus loci, ad multiplicationem generis humani ex primo parente, & deinde ad subversionem per diluvium, postea ad instaurationem & propagationem ex *Noe* & ejus filiis. Has divinæ potentiæ atque sapientiæ rationes multiplicandi res creatas, miraculosas vocat *Augustinus*, non in humanis solum, sed etiam in his, quæ sensu carent, ut in grano tritici, quod cum satis parvum sit, multum fructum affert. viderunt certè usu & consuetudine, aut potiùs desuetudine, & insolentia considerandi res omni consideratione dignissimas. esse autem opus exquisitæ inventionis hanc multiplicationem, eleganter dixit auctor libri *Machabæor. 2. cap. 7.* seu potiùs illa, quæ foemineæ cogitationi masculinum animum inferens, dixit ad filios; *Mundi creator, qui formavit hominis nativitatem, quique omnium invenit originem, & spiritum vobis iterum cum misericordia reddet, & vitam.* & quidem in hac re, divina hæc sunt; Vnum esse principum multitudinis; Multitudinem reduci ad unum; Plura in unum colligi, & uniri, rursusque unum dispergi in multa. res majori explicatione indigens, & aliquando à nobis fufius explicanda.

Prov. 15. 11
Iob. 26. 6

Vide cap. 3.
Ps. 5. n. 2. &
c. 10. Ps. 22.
n. 16.

3
Multiplicatio rerum ex uno principio. Dei opus.

August. tra.
24. in Ioan.

Ioan. 12. 24

2. Mach. 7. 23

2
Varia interpretatio.

1. Cor. 4. 5

4. Reg. 5. 9. 11

Luc. 1. 29

Græci

Interpretatio simplicissima
Heb. 4. 13

Ps. 138. 11

4 Pagnin. Regia Tygurin. Vatabl.

שׂוּר

Siccare, quid in Hebræo Num. 11. 32

Ezech. 26. 5

LXX

Hebraizantes

Gene. 1. 9

5

נָחַח

Et subvertas. In Hebræo ex verbo legitur; *Multiplicat gentes, & perdit eas, & extendit*, sive expandit, *gentibus*; Dubium igitur est, an illam expansionem explicuerit noster interpres, verbo restituendi, an *subvertendi*. nam utriusque rei ansam præbet originalis vox, *Sataht*, quæ significat expandere, vel extendere, sicut cum aliquid expanditur, ut exsiccat, ut patet Numer. 11. *Siccaverunt eas per gyrum castrorum*; Hebraicè, *extenderunt eas*; coturnices, videlicet ad exsiccandum. & Ezechielis. 26. *Siccatio sagenarum erit in medio maris*. Heb. *extensio, vel expansio*. nam retia solent extendi, ut siccentur. Nos dicimus *Tender*. atque eadem etiam voce utimur, cum interitum, & mortem significamus, *Daxolo tendido*. prostratum, videlicet, occisum, eversum. sic Septuaginta hoc loco legunt; *Sternens gentes*. quasi dicat; Prostrans, subvertens, humi prostratas conculcat, proterit. & hanc sanè significationem videtur elegisse Vulgatus, ut sententiam hanc conficeret ex partibus inter se oppositis, & eandem etiam Hebræi Complutenses probarunt, qui legerunt, *Expandēs, vel dispergens*. illam enim extensionem intelligunt, quæ est exulum dispersio, & expulsio ex patria. At Hebraizantes illam aliam expandendi, vel extendendi in bonum elegisse videntur, *expandit gentibus*. id est, multiplicatis gentibus locum latum, & spatio sam habitationem permittit, illud enim etiam summæ potentiæ opus fuit, congregare aquas in locum unum, ut *appareret arida*, & commoda habitatio multiplicandis hominibus, reliquisque animantibus relinqueretur.

In integrum restituit. Propriè redire facit, consolatur, redivos iterum restituit in vitam. Tum etiam, in locum suum re ducit, & in pristinis sedibus reponit; & qui exilii auctor fuerat, iterum est dux itineris & reductor ab exilio. nam *nachah* quod hic vertitur *restituere*, est propriè ducere, aut ducem itineris esse. unde dicitur. Exod. 13. *dux itineris*. & Psalmo. 22. *Deduxit me super semitas iustitiæ*. & Psalmo. 76. *Deduxisti sicut oves populum tuum*. Ergo reducit Deus ad felicitatem per locum melius, breviusque compendium, quàm sperare exul, & miser potuisset.

XXIII. Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos, ut frustra incedant per invium.

1. Cor pro voluntate & affectu in sacro sermone. Regum confirmata voluntas in semel suscepto consilio. explicatus semel & iterum salomon.
2. Cor pro animi virtute & robore. Mutare pro time re ex Hebræo.
3. Cor pro consilio.
4. Deceptio, pro via errore illustratus Isaias & Ho seas.
5. Invidium quid ex Hebræo.
6. Quomodo iustus incedat per invium, non eo modo quo impius explicati David, Isaias, Paulus.

Alia, in quæ principes se dant præcipientes, sine ullo felici exitu. cuius rei, ob id tantum dicatur esse Deus causa, quod illis non præferat peculiare lumen ad intuenda & prævidenda saniora consilia. Divus Thom. autem existimat, *cordis* nomen hoc loco pertinere potius ad voluntatem, quàm ad intellectum, ita ut propter denegatum etiam peculiare auxilium quo in officio & recto possent reges continere se; dicatur Deus, illorum *corda* affectus, voluntatem, præcèps agere in prae vos & infelices exitus. qua ratione Proverbior. 21. dictum à Sapiente est; *Sicut divisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini, quodcumque voluerit, inclinabit illud*. Septuaginta. *Sicut impetus aquæ, ita cor Regis in manu Dei*. sunt enim illæ *divisiones*, quæ ex flumine fiunt aqua divisa & derivata, vel propter impetum, vel alia ratione, in plures rivulos. igitur sicut impetu disfluere solet in varias partes flumen, ita Reges sæpè in varios affectus divisi, feruntur præcipientes. Deus autem regum *corda* & affectus quasi in manu continet, & vel cohibet & detinet; vel laxat, & permittit præcèps ferri. sic igitur *immutat cor principum*. Et quidem cum hæc immutatio voluntatis, aut consilii ab alio homine æqualis conditionis fieri possit, cū Rex parem non habeat, à Deo tantum immutari potest. Et verò premenda est illa particula, *quodcumque voluerit* **inclinabit illud*, quasi dicat; sive in bonum, sive in malum. quod non minus difficile videtur, quàm si ingens flumen extrahere quis extra alveum conaretur, & in plures rivos, aut *divisiones aquarum* derivare.

I

D. Thom.

Cor pro voluntate.

Prov. 21. 1.

LXX

Regū & principum obfirmata voluntas

Torcer la volūtat del principe. es sacat un rio de madre.

Ecl. 8. 1

Y. 2. 3. 4

Ioan. 19. 22

Senec. in Hippol. Act. 1.

*Hæc Dios, q̄ mudè parecer auq̄ mas dterminados esten.

2 Mutari ad timorem referatur.

סוּר

Cor, pro animi robore. Amos. 2. 15

Iosue. 7. 5.

Tantum verò ab est, ut Regis obfirmata voluntas humana vi aut ratione immutari possit, ut potius sicut umbra, quæ corpus sequitur, ita sapientissimus quisque suam voluntatem invertat & commutet, ut Regiam sequatur. quod benè in seipso expertus Salomon docuit Ecclesiastæ. 8. *Sapientia hominis lucet in vultu ejus, & potentissimus faciem illius commutabit*. quare Sapientiæ illa vox est, ut in licitis & honestis, neque latum unguem quis discedat à voluntate principis; *Ego os regis observo, & præcepta juramenti Dei* (est enim Rex velut quidam Deus) *Ne festines recedere à facie ejus, neque permanèas in opere malo; quia omne quod voluerit, faciet, & sermo illius potest te plenus est, nec dicere ei quisquã potest, Cur ita facis?* id est, Ne illi acquiescas, neque assistas in concilio, ubi de aliqua re injusta facienda initur consilium, nam si ille semel quidpiam decrevit, nemo poterit illi repugnare. Alii etiam de *immutatione* consilii hæc accipiunt, quod ferè eodem pertinet; nam si semel suscepto consilio princeps aliquid statuat, non poterit aliter, quàm divina potentia revocari; Principum enim virorum illa vox est; *Quod scripsi, scripsi*. id est, satis deliberato consilio, quo mutato opus non sit, res omnes aggredi se profitentur. eleganter in hæc rem Seneca.

Nec me fugit, quàm durus, & verè insolens Ad recta flecti Regius nolit tumor, Igitur divinæ potentiæ atque sapientiæ est, * *Immutare cor, & consilia principum*.

Sed fortè etiam locum in hac sententia habere potest commentarius Polychronii, qui hanc *immutationem* refert ad conceptum quendam pavorem, & animi consternationem, quam Deus injicit Regibus & Imperatoribus fortissimis, cum hostem aliquem fugiunt; & coguntur se abdere in latebias, & quærere ignotas vias, atque captare obviam quæque diverticula: & quadrat verbum originale *cur*, quod est auferre, remove, mutare quacumque ratione id fiat, quasi dicat; Deus aufert cor, aufert animi vim & robur; sicut & dicitur Amos. 2. *Robustus corde inter fortes nudus fugiet in die illa*. fortissimus (inquam) immutabitur corde, quod aliis locis dici solet tabescere, languere, dissolvi, lique fieri. cor. Iosue. 7. *Perterritus cor populi, & ad instar aquæ liquefactum*

est, quod fortè respicit sudorè algidū, quod timentes perfunduntur. & fortè hæc immutatio est illa, quam nictus efficere solet. nos dicimus, *demudarse*; quæ est propria nominis significatio. 3. Reg. 21. *Venit Achab in domum suam indignans*. Vatabl. dixit, *abalienatus*, vel mutatus, aut commotus corde. Regia. *Recedens*. quasi extra se ipsum positus, & quidem Rab. Mardochai inter alia significata illius radicis hæc assignat, *desse, deficere, declinare, divertere, recedere*. Pagninus, *tristis*. quo etiam modo Vulgatus, illam ipsam vocem eodem capite vertit, cum illi dixit Iezabel; *Vnde anima tua contristata est?* Illud tandem simplicissimum videtur ut sit eadem sententia, quæ supra cap. 5. *Consilium pravorum dissipat*. & *Reprobat consilia principum*. Septuaginta; *permutans*. quasi commutans. cum aliis sanioribus consiliis. id est, destruit consilia eorum, & sua ipsius Deus perficit. Aquila. *Removens*; Theodotio, *Transferens*; Symmachus. *Ever tens*: Quod verò Augusti. dixit; *Reconcilians corda Regum populi terræ*: ipse explicat *Reconcilians sibi*. Illud nimirum divinæ quæque potentiæ est, subicere sibi corda regum, & efficere ut spontè *munera offerant, & consurgant principes*, atque *adorent* supremū numen. Vtrumque verò impletum videas, cum Herodis Regis cor, & consilia immutavit Deus, & cum trium regū corda sibi reconciliavit.

Et decipit eos; errare eos facit; sequenti parte exponitur, *ut frustra incedant per invium*: hæc enim deceptio ad viam & itineris errorem pertinet, ut illud Psalms. 118. *Erravi, sicut ovis, quæ periiit*. & Isai. 30. dicitur Deus venturus contra Assyrios *ad auferendum frænum erroris, quod erat in maxillis populorum*. id est, ad auferendam Assyriorum potentiam, quæ velut injecto fræno gentes alias captivas huc illuc incedere pro suo libito cogebat, & errare atq; in extremis oris exulare faciebat. atque ita verbum *decipiendi*, hoc loco est, *Thaghah*, quod etiam est errare, aut ab errare. Inde præterea dicitur Genes. 37. *Invenit eum vir errantem in agro*. & Isai 3. hæc ipsa vox, *decipiendi*, ad viam errorem pertinet; *Qui te beatum dicunt, ipsi te decipiant, & viam gressuum tuorum dissipant*. id est, pravis itineribus te deducunt, vel potius errare faciunt. & Hof. 4. *Spiritus fornicationis decipit eos*. simile omnino

3. Reg. 21. 4 Pagnin. Vatabl.

* 5

3 Tob. 5. 13 Ps. 32. 10 LXX Aquila Theodotio

Symmach. Augusti.

Matth. 2 Isa. 49. 7

4 Deceptio ad invium referri. Ps. 118. 176 Isa. 30. 28

תַּחַח

Genes. 37. 15 Isa. 3. 11.

Genes. 37. 15 Isa. 3. 11.

cum illo Itai. 28. *Præ vino nescierūt.* id est eraverunt.

Vt frustra incedant per invium. Rectè explicuit interpres, quod in originali est. *Errare eos fecit in nihilo,* vel in inani; videlicet non solùm in invio, ubi nullus sit difficultatum exitus, sed etiam in obscuro, ubi nihil videre, invenire vè possint, quod illos ad optatum finem perducere, aut promovere valeat. hoc enim *invium* est, illa *via impiorum tenebrosa*, in qua *nesciunt ubi corruant.* Proverb. 24. & Ioannis. 12. *Qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat.* id est, quem exitum habiturus sit.

Sed nonne etiam (inquit) justus sui itineris exitum ignorat? cum de Abrahamo dictum ab apostolo Paulo sit, Hebræ. 12. *Fide, qui vocatur Abraham, obedivit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem: & exiit nesciens, quò iret.* Sed responsio in promptu est, vel ex ipsis Apostoli verbis: certus enim erat in hereditatem vocari, & in itineris exitum felicissimum duci, videlicet *in locum, quem accepturus erat.* nihilominus *Fide exiit,* quòd à nobis exigat Deus cæcam illam, quam Sancti vocant, obedientiam, & ut sinamus nos ab illo duci, quàmvis videamur *per invium* duci; dum enim ille dux nostri itineris fuerit, *nostros pedes diriget,* quàmvis nos viæ rationem non teneamus. sicut Psalm. 118. dictum est, *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* non tam (inquam) lumen oculis, quàm pedibus; recta enim (inquit) pergo, sed rectæ viæ rationem nondum planè assequor, neque video. quod idem cum illo videtur. 2. Corinthi. 5. *Dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino; per fidem enim ambulamus, non per speciem.* Quasi dicat, iter hoc & via, via fidei est, obscura, & cæca, non via aperta, & claræ visionis. quibus verbis fortè alludit Paulus ad locum Itai. 41. de Abrahamo; *Vocavit justum, ut sequeretur se,* trāsibit in pace, semita in pedibus ejus nō apparebit.* & neque vestigium calcati pulveris & emensæ viæ non poterit deprehendi in illius pedibus. quasi dicat ignota erit ipsa via homini viatori, & soli Deo cognita; is enim ea media & rationes, per quas hominem ad præstitutum finem perducere decrevit valde ab humana ratione semotas; intra arcane sue sapientiæ & providentiæ adiutus continet. sed impii tamen nesciunt

quò eant; quoniam cum foelicem sibi exitum promittant, infœlicissimo præcipitio & viam absolvent, & vitam concludunt. *& iter impiorum peribit quoniam in invium, in præceptis, & in exitum concludetur.*

XX. *U Palpabunt, quasi in tenebris, & non in luce: & errare eos faciet, quasi ebrios.*

1. Tenebra crassissima. Repetitio ejusdem rei augeat significationem.
2. Ebriorum error qualis. Fœdus ebriorum vomitus, quomodo ad errorem referendus. Explicatus Isaias.
3. Quæstionculæ in hunc locum incidentes de Dei veracitate, & permissione humani erroris.

His tenebris involventur in omni re gerenda, ut nihilo à cæcis differant; crassissimis tenebris immergentur, ut *palpare & atrectare* illas possint, sicut cæci dum atrectare & tentare manibus conantur, ne offendant, tenebras atrectant; id est, nihil apprehendent, cui niatntur. illa autem repetitio familiaris est in Scriptura, *in tenebris & non in luce,* id est, in tenebris obscurissimis: ut ejusdem repetitio significationem augeat.

Et errare eos faciet. Vertigine circūrotos, sicut ebrius, ut de reb⁹ judicet, aliter quàm sint; quæ consistunt, & hærent fixa, moveri videntur; quæ simplicia non eadem, sed duplicia; mirus in omnibus error! Tum præterea nullam recti & equi decori vè rationem ebrius ducit, & vel à pueris eam ob rem ludibrio habetur. simile est id Itai. 19. *Dominus miscuit in medio ejus spiritum vertiginis.* (id est, propinavit, non vinum, quo efficitur vertigo, sed ipsissimâ capitis vertiginem) *& errare faciunt Aegyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius, & vomens.* sicut enim ebrius fœdè se suâque omnia turpi vomitu contaminat, ita ii, quibus Deus ad suorum scelerum poenam, poculū turbulenti erroris porrexit, turpiter *vomit*, nā quicquid dicat, cogitèt, præcipiant, vomitus fœdissimus est

Psal. 1. 6.

I Tenebræ crassissimæ

Thren. 3. 2
Amos. 5. 18

2 Ebriorum error qualis.

Itai. 19. 14

*Es asco ver lo q haz y di zen, y les parreceres q daa

& non

Itai. 28. 7.

Pf. 143. 13

ppp


Hofe. 4. 12

& non solùm se ipsos, verùm etiam, qui propiùs accedunt vomitu conspergunt. Vide etiam Itai. 28. *Hi quoque præ vino nescierunt.* & subjungitur statim; *Ignoraverunt judicium.* quo loco est eadem vox, quæ Psalm. 143. *Eructantia ex hoc in illud.* quasi dicat; eructaverunt, vel profuderunt vomentes judicium. id est, cum loquerentur, vel consilium daturi, aut sententiam suam exposituri, nihil nisi fœdum, acidum, crudum, gravè olens, perturbatum, confusum, vomentium instar, pectore depromserunt. Tum etiam ebrietas hæc ad vehementiores animi passiones rectè referri poterit, cum Deus impios permittit effrenatæ suæ libidini, & præcipiti furori, qui spiritus etiam deceptionis dicitur Hofe. 4. *Spiritus fornicationis decept eos.* id est, vehemens præceptusque post ido

la ardor, insana libido, ebrietatis, & spiritus erroris simillima.

Hic autem se nobis etiam non vocata offerebat disputatio de Dei veracitate, in Deus decipere per se ipsum possit, an per medium deceptionis administrum, an sola permissio & subtractio divini auxilii (ut sapienter & verè Theologi docent) satis existimetur, ut Deus fallere ipse, aut decipere dici possit; an erroris, quæ ratione pœna est, non qua peccatum, possit Deus dici, re ipsa & veritate, causa. Sed hæc Theologicis argumentis relinquenda sunt; non enim tatum est ab re nostra otii nobis, hæc ut curare velimus.

3 Quæstionculæ de Dei veracitate.





BREVIS
NOTATIO
RERVM
insigniorum,
quæ in com-
mētariis fu-
si⁹ expli-
cant.

PARAPHRASIS
CAPITIS PRAE-
CEDEN-
TIS.

CAPUT
DVODECI-
MUM.



Imētem Sophari orationem
comprimere volens sapiētissi-
mus Iob, atque se ab omnibus
inimicorū suorū calūniis tue-
ri, in hæc verba respondit: Nō
possum non vos plebejos, atq;
vulgaris iudicii trutina omnia
examinātes existimare: instar
enim ignorātissimi vulgi me-
as vos ærūnas in ea tantū, quæ
ignoratis, referendas du-
citis, videlicet vel in occultam
Dei sapiētiam, vel in la-
tētia aliqua mea scelera, cū
tamen in prōptu ratio sit di-
vini honoris, & gloriæ, quam
illē sibi proponat atq; eli-
ciat ex mea calamitate, & cū
tam demisse & abjectē de
rebus iudicetis, vultis soli
sapiētes haberi, atq; in vestro
tantū cōtū & cōcilio univērsas
Theologicas difficultates
dirimi debere, vobis tantū
oriū & affulgere sapiētiæ
radiū, atq; illā vobiscū mori-
ētribus pariter occasurā.

Atqui, o amici, nō sum ego tā
excors, neque tā à vera sapi-
entia alienus, quā præclare de
Deo, perinde ac vos, sentiam,
atque multā etiā de illo magni-
ficē & constanter prædicare
possim, non enim ego de
sapiētia vobis unquam conce-
ssi, an longē superior sim,
alii iudicent, illud tantum
asserō, quæ vos de Deo atque
divinis, tanquam nimium
recondita, jactatis, nemini
vel è media plebe sumpto,
ignorata esse.

Cæterū tanquam divinarū
rerū ignarus, atq; à reli-
gione alienus à vobis ego, qui
pro^a amicitia & necessitudinis
lege honorificē accipi debere,
nūc irrideor; propterea cogor
sanē, ut qui nullū aliud habeā
perfugiū ad solā divinam opē
cōfugere, ex qua veræ amicitia
atq; benevolētiæ præsidium
polliceri mihi possim. Dei itā
que incorruptissimi iudicis æ-
quitate implorabo, qui veræ
amicitiæ & fidei violatores
reos peraget, atq; severissimo
supplicio afficiet. Ille verò
clamāti & invocāti proculdubio
aderit, atque ope certissima
se præsentē exhibebit, recipietq;
in suā fidē, quæ amicorū
infidelitas prodidit. Videt enim
ille, quod indignissimū est,

Respondens autē Iob
dixit:

1
Ergo vos estis soli ho-
mines: & vobiscū mo-
rietur sapiētia?

2
Et mihi est cor, sicut
& vobis, neque infe-
rior vestri sum: quis
enim hæc, quæ no-
stis, ignorat?

3
Qui deridetur ab a-
mico suo, sicut ego,

4
Invocabit Deum,
& exaudiet eū.

5
Deridetur enim in-
sti simplicitas.

5
Lampas contempta a
pud cogitationes divi-
tum, parata ad tēpus
statuum.

sancturatem & perfectionem vitæ minimè fucatam, lu-
dibrio haberi.

Hominum autem scilicet nunc agentium hæc est co-
gitatio atque iudicium, me quondā^b lampadis instar ful-
sisse, nunc verò extinctum esse atque omnium pedibus
pculari, sic exigente vel fatalis temporis necessitate, vel
divina iustitia, ad meorum scelerum vindictam. Neque ali-
ter profectò est opulentis hominibus viri iusti afflictus
pietas ludibrio, quàm cū carbo accensus, aut fax, vel te-
da de industria projicitur extra focum, paraturque ad sta-
tutum tempus, ut cū quis denuo ingreditur, in illum offen-
dens, risui atque ludibrio spectantibus sit: cū potius in-
usti pedis dolor, commiserationem, non risum movere a-
liis deberet, quid, quod etiā iustus est velut lignum ac-
censum, quæ alii omnes velut rem oppidò infensam, at-
que nocivā fugiunt, & cui propter summam abjectio-
nē omnes detrahunt: nam in rebus aliis ad speciem ful-
gentioribus, cogitationes omnes suas defigunt; pietatē
verò tanquam rem ignobilem & obscuram planè con-
temnūt. Sed tamē suo tempore, cū omnium vitæ & a-
ctiones in publicum proferentur, latētem nunc sancti-
tatem, lucē quoque proferet Deus in apertum publicū
que est enim iusti lampas bene paratā ad lucendum, &
opportuna olei copia abundans, ne ullas postea tene-
bras, lucis vè languorem atque defectū, cū semel ac-
censa fuerit, timere debeat. Me igitur, qui nunc ab opu-
lenti hominibus contemnor, & à quo velut ab accenso
carbone fugiūt, nequam earū ærumnarū atque morbo-
rū scintilla ad illos insiliat, me inquam paravit consti-
tuitque Deus, ut tanquam ad salutarem proficiūque ig-
nem aliquando, maximè opportuno ad meam salutē &
ad suam gloriā tempore, cæteri accedant, ut mea luce
atque calore utantur; proderoque tandem iis, qui mi-
hi nunc insultant, tanquā planè inutili, & nihili homini.
at impius quoque velut titio & torris erit, qui licet vi-
deatur nunc à Deo contemni, at parato tempore con-
jicietur in rogam, ignemque æternum.

6
Abundant tabernacu-
la prædonum, & au-
dacter provocāt Deū:
Cū ipse dederit om-
nia in manus eorum.

Fruantur licet nunc summa rerum omnium abundā-
tia, & bonorū copia prædones nequissimi, atq; ex præ-
da, & rapina pro sua cupiditate ditescant. cūque sint
ad omne scelus projectissimi, efferatū & insolescāt ad
versus numē, audeantque Deum sua impietate laceffe-
re, & fortissimo exercitū Domino bellum indicere;
cū ille vel solo nutu prosternerē suos hostes possit,
Ingratissimi profectò illi adversus bonorū omnium lar-
gitorē, qui cū amplissimas fortunas, & uberimam bo-
norum omnium copiam liberè illorū potestati & volū-
tati permiserit, ex tot ad feliciter vivendum acceptis
muneribus, nihil nisi ventris ingluviem, voluptates, at-
que Dei largitoris contemptū & oblivionem referūt;
sue enim industria, humanæque sapiētiæ adscribūt suā
felicitatē, atq; suæ potestati & libidini omnia permis-
sa esse arbitrantur: & cū sint à vera religione alieni,
& suis manibus falsa deorum numina efficiant, exi-
stimant divinam providentiam, atque sapiētiā

^b Varia & accurata hu-
jus lampadis tractatio, &
ut sanctitas non splendeat
in impiorum oculis, sed so-
la vanitas & impietas, et
de novissimo tempore, quo
prodet se iustitia lumen,
quædam ad mores. v. 5. n.
2. 3. 4. 5.

^a Quedam de amicitia le-
ge non violāda, & ut Deus
sit veræ amicitia exemplar
& infidorum amicorum ul-
tor & iudex. v. 4. n. 1. 2.
3. 4.

sua etiam manu & potestate claudi, & contineri. Minime verò ego ingratus extiti erga verum Deum, à quo multis beneficiis, quod ingenuè fatear, affectus sum; nam beneficium accipere, & eum, à quo acceperis, contumelias & injuriis lacessere, latronum atque grassatorum est.

Rem dico nulli non notam, ne vos existimetis vestram doctrinam valde exquisitam esse; cuncta enim, quæ homo habet, Dei beneficio, & munere accepta esse veri creaturæ testantur. clamant enim non propter se, aut suæ utilitatis gratia, sed propter hominem conditas esse. id quod vel ipse rerum omnium, & bestiarum etiam aspectus nos docebit. si enim illis vox, atque respondendi sensus & facultas à natura concessa essent, prædicarent profectò disertis vocibus non sibi sed homini natas; simulque accepisse à Creatore præceptum, ut homini obsequerentur. Neque terrestria solum verum etiam quæ in aere degunt, volatilia, rem prorsus eandem suis cantibus & modulationibus clarè & argutè exponunt.

Quòd si etiam conceptam apud vos hac de re dubitationem Terræ proponeretis, atque cum illa colloquium institueretis, responderet ingenuè, suam operam omniumque suorum fructuum proventus Dei providentia atque decreto ad hominum victum, vitamque conservandam esse constitutos.

Nihil verò mirum, Deum elargitum esse alia bona hominibus, cum idem vitam universis viventibus benignus tribuat. ille enim sua manu & potestate continet animam, qua vivunt, crescunt, aluntur, spirant; quæ pro suo arbitrio, aufert, aut benignus impertitur; nihil que boni aut mali universis accidit, quod divina providentia non decernatur.

Hæc autem divinæ providentiæ cognitio obtineri sanè ab hominibus potest tum aliorum sensuum, tum præcipuè auditus, & visus præsidio. neque multò magis difficilè, quàm auris verba, & sonitus dijudicat, & gustatus sapor. Et quidem non solum Deus potentissimus est, sed etiam sapientissimus: omnia enim non minus explorata ille habet, quàm auris sonitus; & gustandi sensus sapor omnes. quiquid enim agimus, voces quædam sunt, quasi divinis auribus instillatæ; neque minus ille cognoscit, & probat, reprobat vè hominum actiones, quàm si gustatu illas contingeret.

Tum etiam si ex antiquitate, & longissima ætate solet commendari sapientia, quid de illius sapientia, qui æternus est, cenferi oportet? cum igitur ille sapientiam habeat, atque rerum omnium agendarum rationem firmam, atque constantem, & quantum fieri potest acutissimè, intimèque cuncta dispiciat, atque hæc omnia cum summa potestate atque efficacia conjuncta sint, consequens profectò est, illius etiam providentiam omnibus suis partibus esse perfectam, & absolutam.

Hæc ille profectò manifestat, cum potentissimas & florentissimas vrbes ita destruit, & subvertit, ut nema-

7
Nimirum interroga
iumenta, & docebunt te.
& volatilia cæli, &
indicabunt tibi.

8
Loquere terræ, & re
spondebit tibi. & nar
rabunt pisces maris.

9
Quis ignorat, quòd
omnia hæc manus
Domini fecerit?

10
In cuius manu ani
ma omnis vivetis: &
spiritus universæ car
nis hominis.

11
None auris verba di
iudicat, & fauces co
medentis saporem?

12
In antiquis est sapiē
tia: & in multo tem
pore prudentia.

13
Apud ipsum est Sa
pientia & fortitudo:
ipse habet consiliū &
intelligentiam.

iterum

ut Deo aures, & gustatus tribuatur, ut omnia audiat, omnia gustatu aut probeat, aut reprobat, peculiaribus quædam, & opportuna ad mores, v. 11. nu. 3. 5. 7.

14
Si destruxerit, nemo
est, qui ædificet. si
incluserit hominē nul
lus est, qui aperiat.

15
Si continuerit aquas
omnia siccabuntur: et
si miserit eas, subver
tent terram.

16
Apud ipsum est for
titudo & sapientia: ip
se novit decipientes, &
eum, qui decipitur.

17
Adducit consiliarios
in stultum finem

& iudices in stuporem.

iterum illas erigere, & instaurare vel audeat vel, possit. neque non etiam cum hominem, quem primum fortunis, familiarique amplissima, & magnificentissima domo instar cuiusdam pulcherrimi ædificii erexerat, præclareque instruxerat, & mox destruit, dejicit, prosternit, atque illa vitæ omnia præsidia, & munimenta aufert, quæ illum erecto animo sustentare potuissent: & in eum miseriarum baratrum abjicit, ex quo nullæ humanæ vires atque facultates illum sublevare, & erigere possint. quidquid enim velit quacumque ratione destruere, nemo tueri, aut destruenti Deo repugnare poterit. Propterea si homini properanti, & currenti ad finem optatum, præcludat Deus aditum, viæque impedimenta obijciat, si coniectis malorum & ærumnarum vinculis detineat & implicet, atque in extremas angustias redactum & conclusum, quasi feris clavibusque obstrinxerit, nemo profectò erit, qui aperiat; nemo qui effringat carcerem, & injecta à Deo vincula dissolvat.

Quòd si ille etiam aquarum impetum sese conantium effundere ad irrigandam terram, continere voluerit, atque non solum pluviarum cælestium imbres, verum etiam omnium fontium fluminumque perennes scaturigines comprimere, & obturare, protinus atrescent cuncta, & ad summam sterilitatem, & squallorè redigentur. quòd si vice conversâ suæ providentiæ quasi laxatas habenas imbribus, fontibus, fluminibus permiserit, & velut demergendæ terræ præcepto accepto & injuncto illa liberè emiserit, incredibili sanè impetu irruptionem in terras facient, subvertentque & obruent omnium mortalium habitationem. Vna igitur divinæ providentiæ lex omnia in sua sede & munere continet, atque præcipitem creaturarum impetum moderatur.

Quòd si ex naturæ operibus, ad ea quæ ad humanarum actionum, atque morum providentiam, & gubernationem expectant, transeamus, certè eandem efficacitatis & sapientiæ rationem servat, dum permittit, ut alii ab aliis per dolos & fraudes miserè decipiantur; & cum probè ille noverit, quis qua ratione errare & decipi possit, tum deceptoris fraudem & dolos, tum ejus, qui deceptus est, error, & falsa opinio, ut suæ providentiæ inserviant, efficaciter, sapienterque perficit.

Neque aliter eos, qui consilia diligenter ineunt, & sibi ipsis, aliis vè certam agendam legem, rationemque prescribunt, atque novas vias, novasque opportunitates rerum gerendarum comminiscuntur, miserè spoliatos, & si ne ulla præda, ullius vè lucri spe ad inexpectatum, suamque stultitia dignum finem deduci permittit. Cum enim fortissimus ipse, atque potentissimus Deus de illorum sapientia & consilio prædā egerit, illos stultos & sine ulla sapientiæ laude & estimatione dimittit, multisque difficultatibus irritos, & consilii tandem, omnisque sapientiæ inopes cunctis ridendos, & despiciendos traducit. Tum illos magistrarus & iudices, legumque peritos, qui ex legum præscripto jus populis dicunt, & res publicas moderantur, labi permittit in manifestos erro-

Q q 5 res

e De Balthei, tum ex Hebraeo, tum ex Latino varia significatione, & usu, quaedam peculiaris, v. 18. n. 1. 2.

f. Quid significet sacerdotis nomen, & an aliquando non solum sacrum ministerium esset, sed praeerea honorem alium, dicitur ad scripturarum intelligentiam, v. 19. n. 1. 2.

res, ut eam sententiam interdum pronuntiaret, in dirimendis litibus gravissimis, & difficultatibus ingentibus, atque legibus decernendis, qualem neque stupidus, planèque stultus pronuntiaret, tum praeterea illos conjicit in quaedam metis conturbationem, ut planè stultescant, atque suae dignitatis & honoris sede moti, & ablegati, ludibrio ab omnibus habeantur.

Interim eos qui sub illorum Tyrannorum disciplina arctius, severiusque constringebantur, liberos solutosque dimittit, atque vicissim commutata sorte ipsos reges ac Tyrannos Baltheo regio, vel militari, atque honoris in signibus spoliatos, in vincula conjicit, funibusque velut fontes, aut captivos, abjectissimaeque fortis homines constringit.

Excellentissimos viros, illos praesertim, qui sacerdotali dignitate insigniti sunt, & in summo apud omnes honore, contemptui tradere solet, atque propriis sedibus ejectos in miseram captivitatem abducit, non solum suo honore & munere, sed gloriosis & splendidis, atque sacerdote dignis vestimentis spoliatos. Ad haec viribus & facultatibus potentes viros, qui sibi nescio quam vivendi perennitatem pollicebantur, quos propter morositatem & insolentiam nemo colloquio, atque congressu audebat provocare, facile Deus supplantat, flectit, deflectit, dejicit, terraeque dynastias evertit, atque subito & inopinatum ad summam ignominiam deturbat; dignum profecto tanta superbia, & audacia supplicium, quod congregati, atque collectari ausi fuerint cum supplantatore, & colluctatore Deo fortissimo.

Neque verò qui multum verbis, & eloquentiam valent, gloriari coram Deo poterunt; nam cum ipse honorum omnium largitor sit, aufert omnem facundiam & orationis vim ab eloquentibus, ut illi, quorum dictis atque decretis summa fides adhibebatur a populis, deinceps fidem nullam mereantur; ut quos prolabi permitteat in manifestos errores. Illos igitur, qui maxime sapere videbantur, desipientes & insulos reddit, ut nullo rerum decore servato tum loquantur, tum verò se gerant nulla suae senectutis atque personae habita ratione.

Super princeps autem, qui magnificentiam & liberalitate potius ad superbiam & gloriam, quam ad misericordiam utebantur, ingentem despectionis, extremamque abjectionis vim profundit; atque illorum potentiam & fortitudine debilitata & fracta, eos qui oppressi tenebantur, quasi ablato & projecto gravissimo onere relevat, erigitque.

Tanta autem est divinae mentis in penetrandis, & discernendis universis humanae mentis latebris efficacitas, ut ea quae in tenebris ignorata delitescunt, facile possit in lucem proferre, atque rebus omnino ignoratis lumen clarissimum afferre; occultas fraudes detegere; & in rebus desperatissimis, extremisque periculis, foelicet tandem; jucundissimumque exitum commostrare. Nihil enim potest esse tam profundè, atque in tenebris demersum, quod ille in mediam lucem dare, proponere

reque

18
Baltheum regum dissolvit, et praeceps funes renes eorum.

19
Ducit sacerdotes in gloriosos:

Et optimates supplantat.

20
Commutat labia veracium: & doctrinam senum auferens.

21
Effundit despectionem super principes: & eos qui oppressi sunt, relevans.

22
Qui revelat profunda de tenebris: & producit in lucem umbram mortis.

23
Qui multiplicat gentes & perdit eas: & subversas in integrum restituit.


24
Qui immutat cor principum populi terrae: & decipit eos, ut frustra incedant per invium.

25
Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce: & errare eos faciet, quasi ebrios.

reque non possit. Neque verò solum manifesta suae potentiae atque sapientiae documenta praebet Deus, in his quae ad singulos principes spectant, verum etiam in his, quae ad rerum publicarum, numerosis siniorumque populorum administrationem & conservationem attinent, nimirum cum mirabiliter hominum multitudinem auget, atque propagat; rursus aliqua generali clade penè confumit, & conficit; deinde iterum multiplicatos mirabiliter in pristinas sedes restituit, opportunumque & longè latum habitandi locum concedit, quod vel in illa generali terrarum orbis eluvione aperte conspicitur potuit. Sed in omnibus difficultatibus, quas Deus suae providentiae affert rebus humanis, illud quoque sapientiae atque potentiae opus est, quod patitur principes, qui periculis & discriminibus suorum subditorum opportunum consilium atque remedium quaerere tenebantur, precipites ruere in exitiosa consilia, & exitus infelicissimos; quod illorum regum corda, quae potissimum a supremo numine dirigi, & illuminari deberent, Deus suo peculiari lumine, & admonitione minimè dignetur; neque illorum obstinate mentis duritiam emollire velit. Interdum verò, cum illi placuit, & cordium, & animorum reuertium impetum comprimit, & a suo proprio sensu deflectit, solet enim regibus & imperatoribus fortissimis, pavorem incredibilem injicere, & vel in fugam, extremamque latebras conjicere, ut & corde trepident, & facie exalbescant, totisque artibus contremiscant, sic quae illi nequiter machinabantur, destruit Deus, & cum sanioribus aliis, magisque salutaribus, & opportunis reipublicae eventibus commutat; interim illos vagari & aberrare per summas rerum difficultates permittit, miserando praecipitio & vitam & viam concludentes, nam iis tenebris, crassissimis immergeantur, ut nihilo cecis meliores, tenebras atrectare manibus cogantur, multaque veritatis circumscripti, atque suae improbitatis ebrietate commotos, & furètes in aires intolerandos & mentis commotionem, omnibusque salutaris consilii ignorantiam dilabuntur.

g. Ut Regum impetus perse se indomiti sint, & ut domari, & cohiberi soleat divina potentia, digressiuncula, v. 24. n. 1.

h. Quod sit inter justos, impiosque discrimen, & cum justis ambulantes per fidem, videantur per invium, & ignotas obscurasque semitas ambulare, opportunè ad mores explicatur, v. 24. n. 5. 6.



CAPVT XIII.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Concludit Iob, quæ hæcenus dixerit, non fuisse ex ignorantia divina potentia aut sapientia, neque ex animi adversus Deum insolentia, sed potius ex bona conscientia, amicorum verò argumenta ex mendacio & simulatione.

1. Ecce omnia hæc vidit oculus meus, & audivit auris mea, & intellexi singula.

1. Audire, & videre hæc loco pro eodem. Auris aliquando, ad revelationem. 2. Particula, sed amen, hoc loco assertiva, Saddai. 3. Capere quid proprie. Iustus & urbani se coram Deo tuetur. Iusti diligunt adventum iudicis. Explicati Paulus, & Lucas. Bone conscientia testimonium fidentis.

Non oportet nimium posse, & morose ad philosophicam normam, ut plerique Latini faciunt, & ex Græcis Olymp. & Polychr.

verbum, videndi, de experimento, & verbu audiendi, de doctrina, quæ auditu percipitur, accipere, sed sensum accipere ingenue; Video sanè hæc, & cum de iis vos differeretur, planè intelligebam: nam neque sunt inaudita, neque à communi sapientum sensu & intelligentia remota, quare vidi, audivi, intellexi. asseveratione verò hæc voces continent, & amplificationem rei benè perspectæ, & exploratæ, ac si eadè res ter per eandem vocem aut synonymam repeteretur. Fortè etiam locu habere potest, quod indicat Philippus, auris nomine, revelationem sibi à Deo factam significari. Etiam (inquit) mihi loquu-

tus est Deus, & ostendit secreta sapientie suæ, ut alludat ad id, quod dixerat Sophar, Vtikam: Deus loqueretur tecum. de revelatione autem, vel aperiitione aurium, cum Deus loquitur, dicemus infra. c. 33. verf. 15. & 16. Quod autem ad lectionem attinet, in Hebræo in tertia persona legitur, Intellexit, ut referatur ad aurem. Lenior sensus, si in prima persona, ut etiam Septuag. legèrunt.

II. Secundum scientiam vestram, & ego novi: nec inferior vestri sum.

Eadem penè sententia, quæ cap. præcedenti versiculo. 3. quâquam & hic sensus potest subesse nostræ, atque Septuaginta lectioni; Novi quæcumque & vos scitis. Vos (inquam) benè nostis me scire, cum mea vobis sapientia multis argumentis testata sit.

III. Sed tamen ad Omnipotentem loquar: & disputare cum Deo cupio.

Sticula, quàm assertiva; & in sensu illationem habet & causam refert; Ideo, propterea; sanè, quod Dei potentiam atque sapientiam perspectam habeam, loqui cum illo cupio, apud illum dicere de meis rebus, non apud vos, qui iniquè de rebus iudicatis. Ille enim, ut est ipsa veritas, atque veritatis amator, benignus audiet, quæ pro veritate, & pro tuenda mea innocentia dicere & contestari velim; non me ille opprimeret per potentiam, nam est Omnipotens, Saddai, omnium optimarum rerum uberrimus, potesque non solù potestate, & viribus, sed etiam lenitate & clementia; tanto igitur, tamque incorrupto, tamque benigno iudice mihi opus est.

Disputare, iudicialiter agere, ratione & argumentis ultro citroque habitis veritatem inquirere, loqui, & vicissim respondere, & audire. Cum Deo; El, iudice incorruptissimo. non timeo iudicem qui innocens sum: imò illum desidero, qui innocens

LXX

LXX

2

3

h

centem pronuntiet, & meam causam adversus iniquos testes tueatur. cupio, vel ex hac unica re animi aliquam voluptatem capiam, ideo mihi placuit disputatio cum Deo. hanc voluntatis rationem aliquantò ab originali longius Septuaginta retulerunt, legentes; Si voluerit. piè, & urbanè; si illi accepta fuerit mea hæc disputandi, & loquendi voluntas, quod ab eadem voce originali, sed aliis verbis Latinus interpres reddidit Num. 14. Si propitius fuerit Dominus. & quoniam verbum illud, Caphats, cuiusdam voluptatis, dilectionis, & acceptationis est, rectè dicas, per placebit mihi, si illi placuerit.

Dum verò hæc dicit Iob, indicat sibi esse molestam disputationem cum hominibus contentiosis, & neque veræ amicitie cultoribus, neque veritatis amatoribus; Salutarior mihi erit Dei iudicis sententia, quàm vestra hæc disputandi & cõsolandi ratio. Iustorum profectò hoc desiderium est, ut Paul. 1. ad Thessal. 4. testatus est, sanctos diligere adventum iudicis, qui suis desiderii & votis videtur ravi obviam Christo in æra. videtur enim illis iudex propitius sit atque benignus; sic illis viris sanctissimis, Apostolis atque discipulis, qui Christi Domini ascendenti in cælum testes aderant, Angeli candidis vestibus induti, uti lætissimum nuntium deferentes decebat, Viri (inquiunt) Galilai, quid statis aspicientes in cælum? Hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet (ad iudicandum) quemadmodum vidistis eum euntem. vidi stis nimirum maximè benevolum, atque propitium; plusquàm charitate paterna suos complectentem. Sic observat in illum locum Chrysostom. Propterea Isai. 1. ex pietate & bona conscientia animos fieri iustis in divino iudicio Deus ipse testatur; Discite benè facere, & venite & arguite me. Non solum non reformidabitis divinum iudicium, sed etiam ad Omnipotentem loquimini, & disputare cum Deo cupietis.

IIII. Prius vos ostendens fabricatores mendacii, & cultores perversorum dogmatum.

1. Fabricator quid proprie. Illustratus David. 2. Iobi amicos non errasse in fide. 3. Medicus idoli, quis dicitur in Hebræo. 4. Idola inutilia. Explicata sapientia, & Paulus. 5. Prælati, medicus, aut Chirurgus. Illustratus Paulus ex Græco. 6. Incepta consolatio.

Paraphrasi illustravit interpres, & ad disputationis exordium reduxit, quod in originali, & Septuaginta simplex assertio est, Vos estis fabricatores &c. à radice, qaphal, quod est componere, concinnare, Tuasi dicat; Vos estis cõpositores, & quasi architecti mēdaciõrum. significat etiã, unum addere alteri, & imponere, vel unũ applicare ad aliud, uti fabricantes solent; Vos (inquit) verbis & oratione composita falsa crimina mihi affingitis, & imponitis, atque mendacia mēdaciõs additis. quo etiam sensu dixit David Psalm. 118. Multiplicata est super me iniquitas superborum. ubi Hieronym. hanc ipsam radicem sic reddidit; Applicaverunt mihi mendacium superbia. videlicet artificiosè & per calumniã con fingendo, & crimen crimini malitiosè cõnectendo. & Psalm. 49. Os tuum abundavit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. & Prov. 12. Testis repentinus concinnat linguam mendacii. id est, fucum, dolos, simulationem. nam veritas, quæ simplex est, fucum omnem, ascititiumque ornatum rejicit, atque simplici oratione se tuetur.

Cultores perversorum Dogmatum. Falsam doctrinam & errorem in fide circa providentiam & alteram vitam suis amicis à Iobo tribui, existimat Divus Thom. & indicat etiam Gregor. Sed de hac re superius jam disputavimus, atque statuimus minimè hos viros sapientissimos in illo Theologico dogmate, aut universali fidei propositione, & fundamento aberrasse. cum ipse Iob planè asserat, communem sibi cum illis esse hanc doctrinam de divinis attributis. quare quod vocat, Cultores perversorum dogmatum, non tam ad speculationem, quàm ad praxim referendum est qui neque rectam in admonendo, vel cõsolando rationem teneant, sed importunis & inutilibus consiliis atque orationibus utantur, atque suas illas universales propositiones Theologicas importunè & perversè applicent ad rem particularè. Si in aliquo Latino codice reperiretur, non cultores, sed curatores, lubens ego illa lectionem amplecterer, tanquam correctiorem, & Græcis atque Hebræis con-

LXX

h

Fabricator proprie.

Psal. 118. 69.

Hieronym.

Ps. 49. 19

Prov. 12. 19

2

D. Thom.

Grego.

Iobi amicos non errasse in fide.

Perversitas dogmatu ad praxim referenda.

Cõlere quid in Hebræo

I. An cum discrimine sint accipienda audire, & videre

Olympiad. Polychr.

Philipp. Auris nomine revelationem intelligi

Particula, sed tamen, assertiva.

Saddai

h

h

gruentiorem. nam præterquam quod facile potuit irrepere pro voce *curatores* vox, *cultores*, in Hebræo est medici, aut curatores, vel sanatores; qua etiam ratione Septuaginta legerunt, *Medici in iusti*. Lo co autem *perverforum dogmatum* subest in Hebræo, *Elil*, quod vanitatem aut falsitatem, aut idolum, quod vanum & falsum est, significat. quare propriè legetur; *Vos estis medici falsitatis*, vanitatis, aut idoli. id est, vanos, ineptos, atque imperitos medicos imitamini, qui cum neque de morbi natura, & gravitate judicare possint, utilia omnia negligunt pharmaca, & nociva omnia, atque acerbâ adhibent, atque ipsa vulnera amplificat, atque discerpunt. cum tamen medicus is sit, qui salutaria adhibere debeat. quod verò alii interpretantur, *medicos idoli*; id est, sicut medici, qui curant idolum, aut truncum vel stipitem qui quavis multa adhibeant. pharmaca & fomenta lapidi, lignovè, nihil efficiunt; sic (inquit) nihil mihi prodest vestra oratio. Hæc (inquam) interpretatio mihi non placet, coactior enim est. Potius ergo dici videntur, *Medici idoli*, id est, veluti idola mortua, & sine sensu, sine ope, sine auxilio, veluti lapideus quidam Appollo aut ligneus Aesculapius. nam cum homo homini non solum medicus, sed etiâ Deus quidam esse possit, vos tamen mihi idola estis, falsaque numina. cum enim solatium atque opem, & veræ amicitiae officium polliceri mihi videamini vestra presentia, *condixistis enim, ut pariter venientes ad me consolandum accederetis*; sed tamen nihil plus à vobis, quam ab inutili stipite sperare deo, quod neque petenti aut indigenti prodesse aliquid potest. Et quidem hanc (ut ita loquar) inutilitatem falforum numinum sæpè exprobrat sacra Scriptura idolorum cultoribus; Sapientia. 13. *Non erubescit loqui cum illo qui sine anima est; & pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium, inutile invocatur; & pro itinere peti ab eo qui ambulare non potest, & de acquirendo & de operando, & de omnium rerum eventu petit ab eo, qui in omnibus est inutilis.* certè Apostolus. 1. Corinth. 8. dicens, *Quia nihil est idolum in mundo*; ad ipsam notionem nominis respiciens (nam vanitatem, & nihil sonat) Docuit etiam nihil veritatis aut opis præstari à re inutili hominibus posse, nihilque præter nomen divinitatis habere.

atque ejusmodi se curando. gregi pastorem ille præbuit, cui dictum à Zacharia est; *O pastor, & idolum*, qui cum nullum commodum officium pecori impendas, pastoris tantum simulachrum videris. Hujusmodi igitur *medicos idoli*; id est, medicos, & idola Iob Vocat, a quibus nihil commodi accepisset. Septuaginta; *Vos autem estis medici in iusti, & curatores malorum omnes*. Symmachus, *Additi estis mendacio, & medici concinnatores mei apparantes absurda*. quare ad eandem rem medicam prior etiam pars referri potest, ita ut *fabricatores mendacii*, dicantur, qui minimè sanantia, sed falsa potius medicamenta adhiberent, atque dolori, vulneribusque nociva potius imponerent. Hi enim *in iusti medici* videntur, & absurda operantes (ut Polychronius ait) qui cum ad sanandum accessissent, suis sermonibus, quasi jaculis, ægrum fauciant.

Hinc discas à prælato & pastore verum, aut vanum & inutile officium suis subditis præstari. & Paulus quidem peritum chirurgum aut medicum vult esse eum, cuius sit alios corrigere, cum ait; *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis*. qui enim acerbè dolenti, acerbius remedium adhiberet, planè in iustus medicus esset. *instruere* autem ex proprietate Græcæ vocis ad chirurgum pertinet, qui membra luxata & suo loco mota, reponere conatur in propria sede, nos dicimus, *concertat unguis o miembro desconcertado*. quod quanta lenitate atque attentione indigeat, opus non est explicare.

U. Atque vicinam taceretis, ut patetaremini esse sapientes.

Cum nullum meis malis solatium afferat vestra oratio, sed me potius exulceret, certè in stultitiæ notam incidistis, à qua vos opportunum prudensque silentium liberasset. & fortè alludit ad silentium illud septem dierum, cum vehementer dolenti, silentes absidebant. quasi diceret; *Vtinam servassetis adhuc amicū illud, sapiensque silentium*. Illud autem parum consideratæ mentis fuit, hominum nosissimum tremendam Dei potentiam & severissimam iustitiam, ad tædium

Zach. 11. 17

Consolatores inepti, veluti idola inutilia LXX

Symmach,

Polychr.

5

Prælatus, medicus aut Chirurgus Gal. 6. 1

καταστρω

6

Iob. 2. 13

Inepta consolatior

usque

LXX

3

ליל

Medicus idoli in Hebræo quid

Iob. 2. 11.

4

Idola inutilia

Sap. 13. 18. 19

1. Cor. 8. 4

utq; suggerere, cum potius divinæ lenitatis memoria lenire illius dolorem debuissent.

VI. Audite ergo correptionem meam, & iudicium labiorum meorum attendite.

1. Corripere quid proprie. 2. Varia iudicii acceptio. loqui iudicium, quid in sacro sermone. Iudicium veritatem affert. 3. Princeps, & magistratus veritatis amator. Vulgatus illustratus, & defensus. 5. Quamque ex hac sententia colligenda ad doctrinam.

I

Correptio quid.

יכח

Philip. Thom. Augusti. Didymus. LXX

Ελεγχον

2

D. Thom. Dionysius. Polychron.

Post imperatum silentium, attentione etiam postulat suæ orationi, Correptio autem est à verbo, *Iachach*, quod est erudire, aut verbis corripere, aut disputare etiam in iudicio, aut extra iudicium. eadè vox quæ supra vertitur versu. 3, *disputare*. sed reprehensionem amicorum nunc parari a Iob non pauci interpretantur, Philip. Divus Thom. Augustin. qui legit, *Obiurgationem meam*. & ex Græcis Didymus, explicans, *Consulationem, reprehensionem, redargutionem*. atque eadem est apud Septuaginta vox Græca, *Elenchon*, id est, redargutionem, videlicet rationem vel argumentationem, qua vos convincam stultitiæ, & imperitiæ. quare quæ infra v. 7. sequuntur, reprehensionem continere videntur. Sed nihilominus lenius potest accipi *correptionis* nomen pro disputatione. & suæ causæ defensione, quasi diceret; Præstaret equidem, ut audientes vos atque consentientes meæ defensionem præberetis. qui sensus rectè coheret cum parte sequenti. Magnum autem silentium postulat, non solum ex præcedente illa particula optandi, sed etiam quod semel, & iterum silentiū petit, ut in Hebræo est, *Vtinam tacendo taceretis*. & idem significat lectio Septuaginta; *Sit vobis obmutescere, & evadet vobis sapientia*.

Iudicium labiorum meorum. Latini, Div. Thom. Dionysius, *iudicium* accipiunt pro sententia pronuntianda, qua amicos erroris & imprudentiæ reos damnet. Sed Polychronius eleganter interpretatur, verisimam suæ innocentie, causæque defensionem; est enim illa iudicii pars. & qui-

dem quadrat cum originali, non est enim. *Misphar*, id est iudicium, sed *Rub*, quod est in iudicio contendere, & se defendere, aut litigare. quare alii *litrem* vertunt. Tygurina, *contentionem*; Vatabl. *lites*, aut disceptationem, sic etiam Hebræus apud Cajetanum, *iudicium igitur labiorum* erit ipsa apologetica oratio, pro sua vita & innocentia. & nomine *iudicii* indicatur, futura oratio verisimilis, rectè & ritè & jure faciendâ. cuiusmodi futura oratio iusti scribitur; *Os enim iusti meditabitur sapientiâ, & lingua ejus loquitur iudicium*. Tum etiam Ieremi. 12. *Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecum; verum tamen iusta loquar ad te*. quam aliquando *Loqui iudicium*, ad ipsam sententiam pronuntiatam, vel ad verisimam accusationem, vel litè alicui intentam referri solet. ut. 4. Reg. 25. *Apprehensum regem duxerunt ad Regem Babylonis in Reblatha, qui loquutus est cum eo iudicium*. & Ieremiæ. 1. *Loquar iudicia mea cum eis* (id est, Pronuntiabo in illos sententiam, qua me ostendam iustum, illos autem impios) *super omnem malitiam eorum*.

VII. Numquid Deus indiget vestro mendacio, ut pro illo loquamini dolos?

Quod est in Hebræo, *Numquid Deo aut, coram Deo loquimini falsum*, aut, *mendacium*? Septuaginta & Græci, & nonnulli ex Latinis ad divinam cognitionem referunt, quam nulla fraus latere possit. mendacium ve nullum. ut videlicet ex Dei omnia intuentis præsentia, illos deterrere à falsa criminatione, & a temerario iudicio constituendo de hominis aliqujus occulta sanctitate, & innocentia. non enim *princeps* est Deus, qui *libenter audiat verba mendacii*; nam sic oporteret omnes ministros suos habere impios. imò quod instar Dei veracissimi atque potentissimi debeat esse veritatis amator potentissimus quisque vir, aut magistratus, dictum à Sapiente est Eccles. 4. 1. *Erubescite a presidente, & à potente de mendacio*. Ita ne (inquit Iob) Deo vidente & audiente, falsa in me crimina iactatis? Sed interpres tertium illum casum, pro dativo commodi accipit, ut, *loqui Deo*, sit, loqui ad Dei commodum,

משפט

רוב

Regia Græci. Vatabl. Tyguri.

Iudicium ad veritatem referri.

Psal. 36. 20. Ieremi. 12. 1. *Bien see que à vos os sobra razão, pero à mi no me falta.

4 Reg. 25. 6. Iere. 1. 16

3

LXX Græci.

Prov 69. 12

defen

defensionem, aut gratiam, quam ille hominis mendacio aut patrocinio indigeret, aut quasi illius iustitia & causa stare non posset, nisi fraudulentum alicujus patroni & advocati opera & industria. nunquid igitur, qui *bonorum* nostrorum non indiget, indigeat nostris malis? homo quidem conatur interdum, non solum ex bono, verum etiam ex malo & mendacio aliquid commodi captare. sensum eundem Theodotio sequutus videtur, tum etiam Hebraeus apud Olympiodorum. ut statim dicemus.

4 Videre verò hic licet viri sanctissimi mentem clarè expositam, qui contra Dei iustitiam & providentiam nihil in sua causa obtinere velit. existimat enim nulla in re se velle, aut posse Deo repugnare cum suæ innocentiae veritatisque defensio nihil divinæ iustitiæ causam lædere possit.

Secundò asseritur quidem à Iobo, veritatem nullam indigere mendacio ad sui defensionem, cum tamen mendacium omne aliqua veritate indigeat; verum enim est illud philosophorum axioma, Nul- lum verum fundari in falso, omne tamen falsum in nihilo alicui vero.

Quòd autem sincera debeat esse, atque verissima veritatis defensio, atque omnè mendaciorum opem respuat, dicitur. 3. Esdræ. 4. in illa veritatis cõmendatione; *Non est in iudicio eius iniquum.*

Tertiò observa, quàm merito expo- stulet Iob cum amicis, quòd velint divinam veritatem tueri desciscientes tum à vera Dei dilectione & charitate, tum ab officio verè amicitiae: cum tamen vera charitas *congaudeat veritati, & non gaudeat super iniquitatem.*

Quartò Gregor. lib. 8. Moral. extenuat illud peccati genus, quod ex zelo quodam & specie virtutis admittitur, atque facile dimittitur. *Nã si qualibet (inquit) culpa sequente solet pia operatione purgari, quãdò magis hoc facile abstergitur, quod mater boni operis ipsa pietas admittit.*

Tandem hic videntur notari advocatorum peccata, videlicet mendax & fraudulenta patrocinatio; acceptio personarum; oppressio pauperum; objectio falso- rum criminum; rei dubiæ, & cuius vel tenuissima conjectura sit, firma & cõ- stans asseveratio. sed de hoc aliàs.

Pf. 15. 1

Theodotio

Olympiod.

Iobi iustitia.

Veritas nõ indiget mendacio. sed mendacium eget veritate

3 Esdr. 4. 50

Amicitia vera cõgaudet veritati.

1. Cor. 13. 6

Greg. lib. 8 Moral. Peccatum ex zelo, facile dimitti.

Advocatorum peccata.

VIII. Num quid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini?

1. Iudiciaria potestas Dei propria. 2. Accipere faciem, quid. non una ratione dicitur neque una ratione redu-

tur à Vulgato. Illustratus Maichias. 3. Ut sit benigne de proximo iudicandum. Iudiciu hoc loco, quid.

Philippus presbyter existimavit, *Facie Dei accipere*, idem esse, quod personam Dei agere aut representare, & ejus vice & iudicandi munere fungi. Augustin. legit; *An * subtrahitis vos iudices fieri? Septuaginta. An subtrahetis vos? Vos autem ipsi iudices fitis.* non solù quòd qui iudicat, De- quidam sit, & iudicium Dei iudicare dicatur, & qui regnat aut imperat, *in folio Dei sedere (nam omnis potestas, à Domino Deo est)* sed quòd Dei causam, ipsius Dei, qui incorruptissimus iudex est, defendere & iudicare sit. est enim ille in sua causa iudex optimus. sicuti à David dictum est; *Surge Deus, iudica causam tuam.* Tum etiam quoniam de occultis, & quæ tantum divinis oculis patent, ferebant sententiam, quod proprium est *spirituum ponderatoris Dei.* Sed certè Hebraismus hoc loco cæteris omnibus interpretibus benè notus, expressus quoque est à Latino interprete; nam *faciem in iudicio accipere*, vel suscipere, sumere, cognoscere, revereri, honorare, ex frequenti Scripturæ consuetudine, pertinet ad acceptionem, gratiam, benevolentiam, quæ contra jus & æquitatem alicui personæ confertur, causæ, æquitate & iustitia minimè considerata, sed tantum personæ dignitate, quod vocant acceptionem personarum. De quo Theologi in scholis disputant. *Accipere autem personam* est à verbo, *Nasa*, quod propriè est elevare vel attollere; quasi dicas, efficere ut alius capite & animo erectus sit, ut audeat elevare faciem, aut efficere, ut alicujus faciem elevatam & conspicuam alii suspiciant & vereantur. Est autem hujus phrasos observanda triplex differentia in sacro sermone; nam cum de Deo dicitur, *Elevare faciem ad aliquem*, vel super aliquem, gratuitam Dei benevolentiam significat, qua hominem dignatur, benigneque respicit, atque complectitur. ut Numerorum. 6. *Convertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem*: in Hebræo, & Septuaginta; *Elevet fa-*

I Philip.

August LXX

* Quereysle hurrat a Dios la vata, y tomarle el officio?

Deu. 1. 17. & 2. Paral. 19. 6.

1. Par. 29. 23. Psal. 61. 12

Eccles. 10. 4. Iudiciaria potestas Dei propria.

Psal. 73. 22

2

Prov. 16. 2. Facie accipere, Hebraismus.

Acceptio personarum D. Thom. 2. 2. quest. 13. N. 2.

Facie accipere nõ una ratione dicitur.

Num. 6. 26

L. XX

Iob. 11. 15. 1.

Vulgatus variè reddere lolet Hebraismus

Gene. 30. 20. Lect. Hebr. LXX Schol. Græc. Deut. 28. 50 LXX. Prov. 6. 35

Malach. 2. 9.

Levit. 19. 15.

Iacob. 2. 11. Ep. s. Iud. 16.

Lyra Eugub.

faciem suam super te, & det tibi pacem. id est, te fortunet bonis omnibus. Si autè de homine dicatur, ausum, & præsumptionem animi significat, ut diximus. c. 11. ad id, *Tu levare poteris faciem tuam.* Si verò acivè dicatur quis *levare faciem alterius*, tunc idè est, quod gratia, favore, auxilio, aliquid sustinere, ne concidat, ne cadat causa in iudicio. quare quod nos dicimus *acceptio- nē personarum*, Hebræus vocat *elevationē facierū.* Quā propriam Hebraici sermonis loquutionē, non uno tantum modo reddere atque illuminare solet noster interpres Gen. 32. *Forfitā propitiabitur mihi.* Hebraic. *Forfitā elevabit faciem meam.* Septuag. *suscipiet,* Scholia Græca. *Reveretur.* Deut. 28. *Adducā gentē, procacissimā, quæ nõ deserat seni.* Hebræus. *Quæ nõ accipiat faciem senis.* Septuag. *Nõ mirabitur faciem senis.* Prov. 6. *Non acquiescet cuius quæ precibus.* Hebraicè. *Neque accipiet faciem cuiuscūque.* Trãsfertur etiam ad res inanimatas, ut cū quis rem aliquā revereri, & per magni æstimare videtur, nõ tam rei dignitate, quā peculiari aliqua ratione permotus, ut Malac. 2. *Non servastis vias meas, & accepistis faciem in lege.* id est, Non quòd ego præceperim, sed quòd id è re vestra sit, per moti lucris, & utilitatis spe, quædam præcepta reveremini, quædam nihili facitis. Tandè Levit. 19. explicatur hoc, quod est *Honorare faciem alterius, & cõsiderare vultum illius, & Iacob. 2. Intendere in aliquem, & Iudas in sua Canonica, Mirates personas.* At ergo Iob; *Quis vos cõstituit iudices arbitros, inter me & Deum; cū ego ad vos mini me provocaverim? sed esto, velitis sanè litè dirimere; at non iniquo iudicio.* De enim faciem accipitis, cū non attempta æquitate meæ causæ, sed tantum divini numinis majestatem, & sordido squalidoque meo cõspectu ducti, me læsæ divinæ majestatis reū pronuntiatistis sic dicentes; *Miserimus Deus propter improbitatē hunc puniet extremo supplicio.* ergo Deo blãdiri, atque adulari videmini, quasi ille non ex ratione & æquitate, sed tantum ex sua potestate mecum agat, neque aliter stare illius providentiæ, vestro iudicio possit, quā illius personam accipiēdo. Neque verò vi deo cui, debuerit Lyranus, qui hunc sensum indicat, reprehendi ab Eugubino; nõ licet accipere faciem sit aliquem honorare, sed id præcipuè in iudicio fieri intelli gendū est. quare non solū est sensus; Vos

putatis vestrū iudicium esse Deo honorari & gloriæ, sed sensus est ille, quem diximus. Huiusmodi autem non nulli sanè sunt, quos videas jactare se zelo. Dei unquam tamen ipsi humano tantum zelo & invidia ardentes, & inflammati proximos urant, & insectentur: non enim illi spiritum Dei habent, neque aguntur divinitus; sed immisericordia & pertinacissima sensus abundantia, corripiuntur, & adversus fratres furunt, in quos, eleganter conveniunt, atque dicentur, quæ Iobus in amicos.

Et pro Deo iudicare nitimini. Iterum Gregor. eandem interpretationem adhibet, quam superiori parti Philipp. adhibuerat, *Pro Deo (inquit) iudicare nititur, qui cum infirma quaque in altero reprehendit, apud se introitus per compassionem non infirmatur.* Nam cum Deus peccati particeps esse non possit, utique ejusdem iudicium certissimū est, atque strictissimū. homo verò cõsiderans se ipsum, ne & ipse tentetur, leniter debet de suo proximo iudicare. Cajeta. autè existimat, *pro Deo iudicare, esse, patrocinium Dei agere, & advocati munus suscipere.* at cū accipere faciem alicujus in iudicio ad iudicem referatur, profectò hæc pars videtur præcedentis expositio, quare *pro Deo iudicare, erit sententiam pro illo pronuntiare; Quasi ego (inquit Iob) Deum alicujus iniustitiæ accusarem, aut ullā iniquitatem illius providentiæ affingam, ita illum absolvitis, & me dånatis.* Licet quidè *iudicare* hoc loco, non tam ad iudicis officii sententiã ferentis, quàm ad litigantis cõ- tentionē, ex proprietate vocis originalis, pertinet, & ad litigantiū disputationē, & litis tractationem.

Rom. 8. 14

3 Grego Philipp.

Homo de proximo leniter iudicet

Gal. 6. 1. Cajet.

Iudiciu quid

77

IX. Aut placebit ei, quem celare nihil potest? aut decipietur, ut homo, vestris fraudulentis?

1. Aliorū cõsensu cū vulgato. Celare in Hebræo; quid. 2. Adulatores quæstus gratia. 3. Advocatorum vitium. principem & iudicem mi-

nistri sape decipiunt. explicatus Salomon. 4. Qui adulatione gaudet, se ipsum decipit. Illustratus Paulus & David, Deus odio habet adulatores.

NVM quid (inquit) bonū (ut ajūt, Hebræus & Græcus) id est jucundū, & placens Deo fuerit, sic cū illo, sic mecum agere? nõ

I Hebræa. Græca.

Rt sanè

sanè placebit ei hoc vestrum externū zeli & curæ divini honoris specimē, nā celare illū nihil potest. vel, ut Græca & Hebræa habent, *Explorat omnia*. Septuag. *Bonum si in vestiget vos*; inquiret, per vestigabit cordium arcana; videt ille non ex perfecta charitate, sed cōtentione, & temeritate, atque iudicii præcipitātia, malè vos in me animatos hæc loqui. Hæc videtur fuisse planè nostri interpretis mēs consentiētibus, etiam in eandē sententiā Græcis, Latinisq; interpretibus, & sic etiā exigēte voce originali. nā quod clara paraphrasi illustravit interpres, dicens, *Celare illū nihil potest*, in Originis est; *Quæret vos*. est autē *HbaKar*, quæret. id est, inquirere, investigare, scrutari. vox eadē, quæ infra. c. 29. *Causam, quā nesciebam, diligentissimè investigabā.* & Prov. 25. *Investigare sermonē.* & Deut. 13. *Quære sollicitè & diligenter.* & Pl. 138. *Domine probasti me.* ait igitur; Minimè probabit Deus vestrā hanc cōtentionē; quæret, inquiret diligēter, explorabit tum mea, tū vestra dicta, cordiū arcana perscrutabitur; Tūc tādē meā illi innocentia, & causam probabo. Quare ille alius Cajet. & Eugubin. cōmentarius, *Bonum, quod quæret vos.* id est, Numquid existimatis utile Deo futurum quæret & asciscere vos in suā causæ patronos & advocatos; coactior est, & minus benè cohæres. Quod si quidquā à præcedēte expositione diversum afferri debeat, dicerē etiam lectiōne Hebræā, quæ habet, *Nonne bonū.* & tamen nō exprimit, cui debeat bonū, ut levē existere, hanc sententiā habere; Nūquid hanc Deo adulari, & blandiendi rationem utilē vobis futurā existimatis? id quod accomodatē ad vitium, & ingenium adulatorum dicitur; *Miratur enim personas* (ut Iudas Apostolus dixit) *questus gratia.* (& ut Petrus ait) *in avaritia fictis verbis de vobis negotiabantur.* divitiibus igitur à quibus aliquid accipere possint, blandiuntur. Quod igitur (inquit Iob) præmiū vestræ adulationis vobis à Deo pollicemini? quem quæstum? *Aut decipietur, ut homo.* Refert hoc Cajet. ad aliud advocatorū vitium, qui suis clientibus imponere solent, suadentes illorū causam justā esse, quāvis iniqua sit, quod sibi lucro, clientibus autē dispendio esse solet. Sed potius videtur referendum vel ad corruptū Dei iudicium, quod de peccari, detorquerique à recto humana persuasionē, aut fraudulentia, non potest, ut

acutè Philip. indicavit, in hanc sententiā; Non poteritis illi persuadere, ut me condēnet; non ille decipitur humana persuasionē, neque advocatorū fraudulentia. quod verissimū est, iudicat. Aliquando sanè a facie principis egrediuntur quasi per errorē multa, ut Salomon ait; *Est malū, quod vidi sub sole, quasi per errorem egrediens a facie principis;* nam cū ipse per se experiri, & probare singula nō possit; cogitur aliorū fidei, & testimonii acquiescere & credere. plerūq; igitur decipiuntur principes falsis testimoniis, & infidelitate suorū ministrorum. At Deus nō his mendaciis subjacet, nō egreditur ex illius tabernaculo, & iudicio per errorē, vitæ meæ & innocentiæ cōdemnatio; non enim decipitur ut homo. Tum etiā illa est populi, vulgūq; familiaris deceptio; ut cum quis sceleris alicujus, capitis quoq; dānatur, quacūq; id ratione fiat iustè an secus, facinorosus utique omnino habeatur, qui dānatus est; iudex autem iustus. cōtinget autē aliquando ab iniquo iudice innocentē dānari. At, inquit Iob, iudiciū jam, sententiāque vos de mea vita tulistis? existimatis igitur eandē de me existimationē concepissem Deū, quam ineptum vulgus, quod vestrū de me iudiciū probatū habet? at non Deus decipit, ut homo, potest vestris fraudulentia. Potest quoq; ad adulatoriā quandā deceptiōē referri; Blandiri Deo videmini, dum illius causam agere vos profitemini, & me tanquam Dei hostem insectamini. Placebitis igitur illi, aut probatū habebit vestrū studiū, & sinet se adulatione decipi, uti ferè homines solēt; qui cū veritatē suā ignobilitatis, & imbecillitatis perspectā habeant, adulatorum lenociniis deliniti, mendaciō gaudent & fraudulentias amāt de his Apostolus dixisse videtur; *Qui se existimat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se se ducit.* facile enim adulatoribus aures præbet, & quos mendaces esse credit, in suā causa libentè audit, propterea & ab illis decipitur, & ipse seducit se. At non capitur Deus adulationē, neque decipitur, ut homo; cū scriptum de improbo sit; *Dolose egit* (Alii ex Hebræo, *Blanditur.* blandè agit. adulatoris hoc est) *in conspectu ejus* (Dei) *ut inveniatur iniquitas ejus ad odium.* cū Deus odio habeat impium, & impietatem ejus at peculiari quodam odio videtur profectū vitium adulationis; fastidio, & odio, Deo est, tum etiam hominibus. sed quoniam

Philip.
Principi & iudici ministrum imponunt. Eccles. 2.5.

Familiaris vulgi deceptio

4
Qui adulatione gaudet, se ipsos decipiunt

Gal. 6.3

Psal. 35.3

Deus odio habet adultores.

LXX.

Cōsensus aliorum cū Vulgato.

Celare quid in Hebræo.

תקן

Iob. 29. 61
Prov. 25. 2
Deut. 13. 14

Cajet. Eugubini.

2

Adultores, questu capti

Epist. Iud. 7. 16

2. Petr. 2. 3

3

Cajet. Advocatorū vitium

Decipere quid proprie. *חמץ*
niam verbū originale *decipiendi*, hoc loco est. *Hbatthal*, quod proprie est, illudere, mentiri, decipere, aut mentiri illudendo, vel illudere mētiendo; sensus etiā potest esse & verti ex Hebræo; *Sicut illuditis homini* (id est mihi) *illuditis ei?* ita ne putatis Deo mendaciis vestris impunè illudere posse, sicut & mihi?

X. Ipse vos arguet, quoniam in abscondito faciem eius accipitis.

- 1. *Varia hujus absconditi expositiones, varia quoque lectio. Insuper constantia.*
- 2. *Annunc Iob ad amicos loquatur, an vero ad impios in universum.*
- 3. *Cōmotio, & commoveret quid in Hebræo.*
- 4. *Elevare hominem ad superbiam. Elevare eum ad ostentationem majestatis. Nubes, ab elevando dicta. Illustratus Lucas & Paulus.*
- 5. *Turbare quid in Hebræo.*
- 6. *Irruere quid proprie. Deus de caelo dicitur aut supplicia, aut beneficia immittere.*

Arguet. Cōvincet iniquitatis, & iniquitatis; reos vos peraget, afficietq; supplicio. & videt quid his verbis prophetasse, arguit enim illos Deo temeritatis & stultitiæ c. ultimo. *In abscondito*. R. Abraham. & R. Levi apud Eugub. explicant, *in abscondito*. id est, dum absconditam & arcanam sapientiam illi tribuitis, Alii, dum mihi peccata occulta asingitis. Philip. in vestris cordibus & intentionibus occultis, vel in his rebus, quæ ad meum animum pertinent, & soli Deo cognite sunt, sic etiā *Vatib. in cogitatione vestra.* Tyguri. *Certissime vos arguet, si occultè in gratiam cuiusque descenditis a recto.* Alii; occulta quadam & simulata ratione disputandi. vel tandem, si absconditis rationibus, incertis criminatōnibus, certis mendaciis illum honorare, & meæ vitæ falsis accusationibus illius sapientia, atque potentiam defendere vultis. Septuag. in universum legerunt; *Si occultas personas mirati fueritis.* vel, *si occultè, ut legit Symmach. personam ejus vererundabimini.* id est, veremini contra Deū dicere, idcirco ad gratiam loquimini. id est, publice, palam, vos Deus puniet, quod stulto quodam & rustico pudore præpediti non audeis coram divina majestate dicere me innocentem ab illo affligi, meaque innocentiam defendere formidatis. Mira iusti constantia, & bonæ conscientia fiducia; mirabilis etiam virtus animi requiritur, ut quis audeat veritatem profiteri *in conspectu Regum, & non confundi.*

R. Abr. R. Levi, Eugub.

Tyguri. Vatib.

LXX Symmach. Olympod.

Bonæ conscientie constantia
Psa 118. 46

XI. Statim ut se commoverit, turbabit vos: & terror eius irruet super vos.

Titelmanus in annotationibus observat, videri quidem hæc a Iob in amicos dici; sed verè ad illos neque dici, neque dirigi, sed ad impios in universū, quorū proposito supplicio, & divini iudicii terrore conetur suos amicos in officio continere, ne quid cōtra se asserant, neque clamoribus, & cōtentione insolescāt; nā aliquādo inter disputādum. ex levissimis occasionibus atque verbis magnæ tragædiæ, magnæque rerū exaggerationes excitari solent. sed hæc annotatio coacta est. Quare leniter locus accipietur, si acerborerū suarū sensu stimulatus, & studio se defendendi, gravissimū suis amicis cōmittetur supplicium, si quidquā de sua innocentia per mendacia & calumnias statuere audeat. Tū etiā, ut D. Tho. indicat, illis obicit rerū adversarū impatiētia; semel enim correpti & castigati à Deo constantiam quam nunc sani, & fœlices habere videntur, amittent.

Statim ut se commoverit. Septuag. *Cōmotio ejus versabit vos.* Ista autē cōmotio ex vi suæ originis est levatio, & extollentia. quare alii legunt, *Excellētia ejus turbabit vos*, ita Pagn. Tyguri. alii; *celstudo.* Hebræ. apud Cajet. & Regia. Cōplur. *Elevatio ejus.* id est, cū se levaverit. & hoc sanè respexit Latinus intetpres. nā *elevare se*, idē videtur, quod *surgere*, & se ad puniendū cōparare. & accingere. *statim ut ille se commoverit*, si turrexerit, si ascēderit ad vindictā. nam cū puniet Deus, dicitur *surgere, egredi, moveri loco suo, descendere.* Potest etiam more humano Deo tribui cōmotio quædā, & exandescētia irati animi; *Si se commoverit*; id est, si irati animi & cōmoti ligna dederit; *Si infremuerit*, si turbaverit se metipsum; non ut aliquid pati, sed ut propati videatur. At Septuag. fortè cōmotiōne Dei intellexerūt, quā ille in animis hominū efficit. q. d. terror ab illo immisus. idē enim verbū elevādi, aliquādo significat cōtremiscere, quod tremor elevatione quadā & subfultatione fiat. ut Nah. 1. *Cōtremuit* (elevata est) *terra a facie ejus.* quāquā Olymp. in Catena, cōmotiōnem illā pro vertigine & vortice divini supplicii accipit, quo illorum fastus, & gloriofa existimatio obruēda sit. *Turbabit.* Septuag. *versabit*, circumaget, per terre faciet.

2
Titelm. Quibus cum nunc loquatur Iob.

D. Thom.

3
LXX

NVI
Pagn. Tyguri. Cajeta Regia. Complur.

* En meneau dose réblareys del.

Psa 81. 8.
Ier. 4. 4
Ise. 26. 21
Mich. 1. 3
Ioan. 9. 34

LXX

Nah. 1. 5

Olympio.

LXX.

4 Deum ostentat suam aetate dicitur eleva- ri. Hominē ele- vātis ad super- biam.

Iob. 20. 6. Num. 16. 3. *Por q̄ os le- vātis a ma- yores? Isai. 14. 13.

Altissim⁹, no- men Dei.

Psal. 7. 7.

Luc. 21. 27. Nubes dicitur ab elevatio- ne.

עֲלֵיָא

Iere. 10. 13. & 51. 9.

Philip. 2. 9.

Sed forte non alienē, & quidē ad verbi elevandi proprietatē accommodatē, hęc Dei cōmotio, vel elevatio, erit divinæ majestatis & amplitudinis magnifica quādā ostē- tatio; Statim ut suā majestatem & excēl- lentiā conspicuā dederit, turbabimini. ea autē celsitudo aut ascēsus, vel motus sur- sum tanquā divinę majestatis proprias, se- per Deo tribuitur. quare si de homine di- dicatur, aut creatura alia, frequēter super- biam, & animi elationē significat Iob. 20. Si ascenderit ad cælū superbia ejus. Hebraicē: Elevatio ejus. Num. 16. Cur * elevamini super populū Dñi? quare Isai. 14. de superbo Luci- fero dicitur; Quomodo cecidisti de cælo? cor- ruisti in terram, qui dicebas in corde tuo; In cælū conscendā, super astra Dei exaltabo solū meum, similis ero Altissimo. Hoc est enim propriū Dei nomē, aut perpetuū epithetum. ideo David hanc divinæ majestatis ostensio- nē ad suorū hostium terrorē postulabat. Ps. 7. Exaltate in sinibus inimicorum meorū. id est, te illis sublimē & altum conspicien- dū præbe, quō illos tuo splendore exani- mes, & prosternas. & statim subdit. Prop- ter hanc (populorum collectionē & eccle- siā tuam) in altū (celsissimum tuū judicis tribunal) regredere. Dominus, judicat populos. supremum enim judicem sublimia decēt subsellia. quare cū judicaturus accesserit, Veniet cū potestate magna & majesta et in nubi- b⁹. Nubes autē appellationē fortiuntur ab hac ipsa ratione elevandi, quasi dicas ele- vationes, aut elevatas. ad quā rem, & pro- prietatē vocis videtur Iere. alluisse. c. 10. Elevat nebulas, & iterū. c. 51. Qui levat nebulas ab extremo terræ. quavis enim tunc vērurus accessurusque sit ad nos, sed non dicitur descendere de cælo, veluti in primo ad- ventu: nā sedem suā tunc cōstituet, in ele- vatione, & ascensione nubiu, propositus & declaratus Deus, judexque supremus universis creaturis. ad quā divinæ maje- statis altitudinē & manifestationem, vide- tur respexisse Paulus ad Philip. 2. Exalta- vit illum (declaravit illius majestatem & di- vinitatē) & dedit illi nomē (videlicet nomē Dei altissimi, elevati supra creaturarū uni- versitatē) quod est super omne nomen. quoniam Dominus Iesus Christus in gloria (celsissimō supremæ majestatis solio) est Dei patris. Quid mirum igitur si statim ut se cōmo- verit atque elevaverit, cōmoveat contur- bē tque mortalium animos? Turbabit vos. Sic Psal. 46. dicitur divina

elevatio terrorē incutere; Domin⁹ excelsus, & terribilis. propter celsitudinē timendus Turbare verō est, à radice, Baghat. quam Vulgatus. 1. Reg. 16. reddidit, exagitari; Exagitabat eum spiritus nequam. & Obstupel- cere Eith. 7. Illico obstupuit. Isai. 11. Emar- cuit cor meū, tenebra stapesecerunt me. Ait er- go; Obstupescimini tantæ majestatis splē- dore. Et terror⁹ ejus irruet super vos. propriē, ca- det super vos, per stare viderur in eadem illa divinæ sublimitatis consideratione; Cœlitus descendet super vos, quasi jaculū, pavor, & terror. sic semper ex loco su- blimi pugnare adversus mortales dicitur Deus. ut dicere possimus, quod in Hispā- norum proverbio est, Ipsius & mons, & lapides sunt. Psalm. 57. Super cecidit ignis, & non viderūt solem. id est; dum cœlitus pluit Dominus à Domino ignem, de super fa- viente, & in homines irruente divina vin- dicta, impij solis hujus atque lucis usura- privati sunt. non enim ille est ignis illu- minans, sed qui lumen eripiar. Sic Paulus divinam vindictam atque iram explicat Romanos. 1. Revelatur enim ira Dei de cælo. & opem implorant divinam, qui clamāt, Hosanna (salva nos) in excelsis. sic tum sup- plicium, tum bonum omne de sursum est.

XII. Memoria vestra comparabi- tur cineri, & redigentur in lutum cervices vestrae.

- 1. Cinis aeterni supplicii sym- bolum. Ignis, & cinis, so- domiticus. 2. Cinis etiā memoria rei pe- ruentis. 3. Cinis, aeterni ignis repræ- sentatio, illustratus. Ma- lachias. 4. Anima ignis: corpus mor- tuum cinis. 5. Notatus Vatablus. 6. Indicatus Montanus, cer- vices ex Hebræo quid pro- prie, ad elationē referri.

Acti ergo divino supplicio, & fulmi- ne irę divinæ nihil de vestra gloria re- manebit, præter tenuissimū cinerem, qui vestri supplicii meritisissimi mortales sem- per moneat. est enim cinis supplicii sym- bolū atq; monumētū. ut d. Sodoma dictū est ab apostolo Petro, Civitates Sodomorū in- cinerem redigens. & a Iudā Apostolo; Facta sunt exemplum ignis aeterni pœnam sustinentes, de quibus etiam Sapientię. 10. dicitur; Nō tantum in hoc lapsi sunt, ut ignorarent bona, sed

Psal. 46. 3. Turbare qd.

בָּעַז

4 Reg. 16. 24. Eith. 7. 6. Isai. 21. 4.

6

עָלָה

Irruere quid

Deus de cæ- lo dimicat Psal. 57. 9

Rom. 1. 18. Matth. 21. 9. 15. Mar 11. 9. 10. Ioan. 12. 13

I

Cinis, suppli- cii symbolū.

2. Petr. 2. 6. Ind. 7. 7

Sap. 10. 8

etiam

Ioseph. lib. 1. de bello Iudæo. c. 5

Solin. c. 38.

Paul. Oros. lib. 1. cap. 5

2 Cinis, periculis memoria

Psa 9. 8. & 33. 17. & 108. 15. Sap. 4. 19. Eccles. 10. 21. Psa 111. 6. Prov. 10. 8. Eccl. 39. 13. & 49. 1. Exech. 28. 18. Amos. 2. 1

3

Cinis, eternū ignem repræ- sentat

Malach. 4. 3

etiam insipientia sua reliquerunt hominibus me- moriam, ut in iis qua peccaverunt, nequē latere potuissent. quare ignis vestigia in ea terra vi- suntur, fuligo, cineres, atque hunc cinerē non terræ solū, sed rebus etiam aliis cō- spersum esse ad memoriam supplicii fem- piternam, traditum est. Nam Ioseph. lib. 1. de bello. de fructibus, quos illa regio profert, sic scribit; Colore quidem esse eduli- bus similes; carpēcium verō manibus in fumū dis- solvi, & cinerem, & Solinus. c. 38. ait; De cælo tacta oppida humus nigra testatur, & in cinerē soluta; apud quā oppida pomum gignitur, quod licet habeat speciem maturitatis, mandā tamen nō potest, nam fuliginem intrinsecus favillacē am- bitio tantūm extrema cutis cohibet, quæ vel levi tactu pressa fumum exhalat, & fatiscit in vagum pulverem. unde eleganter Paulus Orosius dixit lib. 1. c. 5. Apparet forma regionis, sed in- venit Regio cineris. Huc igitur alludere po- tuit Iob comminans acerbissimum sup- plicii, & nunquam inter morituram sup- plicii memoriam, usurpato nomine cine- ris, qui & supplicium, & sup- plicii memo- riam sempiternam significat.

Aut certē memoria cum cinere compara- tio significabit omnino periturā memo- riam; dissipatur enim, dispergiturque ci- nis flatu levissimo. est verō hoc commeri- tum impiorū supplicium, ut pereat memo- ria eorum cum sonitu. & dispareat, perdaturque de terra. nam justī memoria permanet; & cū benedictione usurpatur. Nam quæ res in cinerē redigitur, perire potius & abole- ri videtur. Sic cōminatur Tyro Deus, E- zechiel. 28. Dabo te in cinerē. & de Moab Amos. 2. Eo quod incenderit ossa Regis Idumæe usque ad cinerem.

Fortē etiam extremū gehennę suppli- ciū cinis nomine proponitur; nam ignis in cinerem redigit, quę comburit. se verō integrum, in columēque remasurum Iob dicat, atque suis hostibus ita superiorē, ut possit illos tanquā vilissimum cinerem proculcare. similis est illa Malachiæ. 4. im- piis facta comminatio; Ecce dies veniet, qua si caminus, & erunt omnes superbi, & inflamma- bit eos dies veniēs, quæ nō derelinquet ex eis radi- cem & germen. Et orietur vobis timentibus no- men meum Sol iustitiæ, & sanitas in pennis ejus. Et calcabitur impius, cum fuerint cinis sub plāta pedum vestrorum. ubi vides ignem impiis proponi, qui non illuminet, sed exurat & destruat; at justis solem, qui non exurat,

sed illuminet & fanet. illis extrema mor- te dānatis, mortem & inutilem cinerem; his verō ad vitā resurgentibus, vitæ actio- nes, gressus, conculcandi proterendique facultatē. fulmina illis ignita; his verō ra- dios solis fulgentissimos, atq; jucūdis- simos.

Quodsi minū acerba sint hęc Iobi verba, nihil aliud hac cineris cōparatione significabit, quā ignobilem mortē, & mi- serū illorum interitū, impij enim dum de naturali corporis exanimatione, & morte loquūtur cū cinere se ipsos comparāt, Sap- ient. 2. Extinctus cinis erit corpus nostrum. cū j⁹ rei illa ratio est; quod anima cōparatur igni; corpus verō exanimatum, cineri igne jam extincto, sic enim dixerūt impij; Sermo scintilla afflatus est in naribus nostris. de quo plura dicemus super id cap. 30. Cōpa- ratus sum favilla & cineri.

Tandem Vatab. sequutus R. Abraham. sententiā hanc, & ex cinere ductā simili- tudinē, ad ipsas responsiones & argumen- ta amicorū refert; Memoria vestra sunt sermo- nes cineris, id est. Responsiones vestrae percunt, & collabuntur. sed nō video qua ratione hoc quadrare possit. licet enim veritas, Memo- ria vestra sermones, aut parabolæ cineris; nihil aliud significabit, quā nō aliter de il- lis usurpados sermones, quā de re jā com- busta, quæ nihil sui reliquerit præter vilis- sima quādā vestigia & inutiles cineres. Si- cut Isai. 33. dicitur, Erūt populi, quasi de incē- dio cinis. & sic rectē coheredit cū parte se- quēte, ut pro eodē accipiatur cinis & lutū.

Redigentur in lutū cervices vestrae. Prorsus ignoro, quare Hispalensis noster Montanus aliquādo in suo Apparatu hūc locū sic legerit; Redigētur in lutū cineres vestri. di- sentiētibus universis exēplaribus; atque voce etiā originali, Gab, quæ in ea signifi- catione à nemine usurpatur; sed pro Cor- pore, à Septua. Pagn. Tygur. Cajet. aut pro Tergorib⁹ & dorso, à Regia. & pro cervicibus à Vulgat. hoc tantū loco, & rectē. Nam pro- priē significat superiorem partem & pro- minentem, unde, vox Latina Gibbus cre- denda est fluxisse. & ita Rab. Mardo- chai ait, significare dorsum in animal; supercilium in oculo, vel potius extuberā- tem illam carunculam, in qua sunt super- cilia; & partem illam rotæ prominentē, in qua sunt canthi; & denique quidquid in aliqua re prominentius est, quoniā ve- rō in homine collum erectum, & exalta-

4 Lenior exposi- tio

Sap. 1. 3. Anima ig- nis.

Sap. 2. 2. Iob. 30. 19.

5 Vatabl. R. Abr.

Isa. 33. 12

6 Montanus in ar- cano sermone Cervices in Hebræo qd.

LXX Pagn. Tygur. Cajeta. Regia

R. Mardo- ch.

Cervices rigide ad sup biam.

LXX

Pfal. 17. 43.

Tygrina.

Cajet. August.

tum, aut rigidum & erectum caput, li du ris præsertim & rigentibus cervicibus. ni tatur, superbiam quandam, elationem, cõ tumaciam significat, ideo sapienter Vul gatus dixit, cervices; potius quàm caput, aut tergora. quod videtur Septuag. dixisse, Elationem. id est, Sublime illud arque excellentissimum, quo superbitis & info lescitis, tunc redigetur in vilissimam lu tum, quod ab omnibus proculcetur, sicut scriptum est; *Vt lutum platearum delebo eos.* Qui sensus commodior est; quàm qui ab aliis Hebraizantibus traditur, existimã tibus amicos hic admoneri atque deter reri proposito morte, & humani corpo ris imbecillitate; *Meminisse* (inquit Tygu ri.) oportebat vos similes esse cineri, & corpora vestra corporibus argillaceis. idem placuit Ca jerano, imò & Augustino, qui ait, *Corpus lu teum, ut fragilitatis saltem vestra consideratio ne timeatis.* Sed primus sensus quem dixi commodior est, & acrimoniæ prioris par tis convenientior.

XIII. Tacete paulisper, ut loquar, quodcumq. mihi mens suggererit.

- 1. Loqui in Hebræo, quid. Trāsire in Hebræo, ad ser monem, vel laborem im pensum refertur, explicatus David.
- 2. Tres præcipue interpreta tiones.
- 3. Verbum lacerandi, acre Humanas carnes lacera re, aut comedere sãd servitiam, vel ad calamitatē. Illust. David, & salomõ.
- 4. Pars, Portandi animã in manibus, expositio.

I

Originali propriè est, *Tacete à me,* nihil mihi loquamini amplius. vel, dem e; mea curare nolite. vel, quoniam videban tur duci desiderio salutis & re si pifcentiæ Iobi, ait; *Ista consilia missa facite.* ne illa mihi importunè obtrudatis (*callad y dex ad me*) quo sensu benè potest censeri id quod sequitur; *Quidquid ego loquar, nihil vestra interest.* quàmquam audientiã etiam facere videatur, & conciliare atten tionem suæ orationi: quod indicat lectio Septuag. *Obmute scite, ut loquar.*

LXX

*Oxadme ha blar, y vengalo q viniere, y passio lo q pallare. Vatabl Pagni. Tygrina

Vt loquar quodcumque mihi mens suggererit. Propriè, & ex verbo Vatab. *Loquar* & *trã seat super me quid vis.* addidit nõnihil Pagni nus; *Trãseat super me, quicquid voluerit trãssire.* quod aliqui accipiunt, quasi pro transitu alicujus pœnæ vel supplicii, ut Tyguri. paraphrasis explicuit; *Loquar meo*

periculo, quicquid tandem sit, mihi eventurum. & certè verbum *Ghabar*, propriè signifi cat, transire, transgredi, prætergredi, & ali quando de pœna dicitur, vel de re adver sa, quàm homo experitur. sic Psalm. 80. *Manus ejus in cophino servierunt.* propriè ex Hebræ. *Trãssierunt.* Passarõ por este traba jo. aliquando verò etiam ad verba, & ser monem refertur. Psalm. 16. *Non est inventa in me iniquitas, ut non loquatur os meum opera hominum.* Hebræ. * *Cogitavi; non transit os meum.* id est; neque pravam cogitationem concepi, neque ad os meum pravum ali quid permanavit. Hieronym. *Non invenisti cogitationes meas transire os meum.* Similiter ergo Vulgatus intellexisse videtur, de trã situ cogitationum, quod Latine dici so let, venire in mētem, aut quicquid in buc cam venerit. qui sensus cum altero Hebraizantium conjungi potest; Nihil vestra interest; nam nõ ego vestro sed meo damno loquar. proferam igitur, quocũ que supplicio verba mea luere cogar, nã dolori medicinam quæro, & verbis laborantem animum relevare conor. quod ex presserunt Septuaginta legentes, *Et requiescam ab ira.* sic (inquit) indulgebo cordi, si, quod concepi, ad os tranierit. Quam quam & illa etiam ad verbum originale accomodata intelligentia sit; Transeat, id est, recedat à me, abeat; si loquar, recedat à me dolor, transibit, mitefcet. est enim iste recessus, cum illo transitu conjũ ctus. Quo sēsu ab aliis accipitur, id quod nuper afferebamus, *Manus ejus in Cophino servierunt.* quod Hierony. legit; *Manus ejus à cophino recesserunt,* id est trãssierunt. quod dicere nos possumus; *passiose el servir.* nã ali quando hæc verba conlummationem, & finem important, *servierunt,* id est, servire desierunt. satis servitum est, & jam a serviendo cessatum.

עבד

Pfal. 80. 7.

Pfal. 16. 3.

*No me passio por la boca, ni per el pensamiento.

Hieronym.

LXX

Hieronym.

XIII. Quare lacerō carnes meas de tibus meis, & animam meam porto in manibus meis?

2

Quare. Duo aut tres potissimi sensus præter minutiores alios, quos statim indicabimus, initio proponedi sunt. Primò enim aliqui suspicantur nunc Iobum subita quadam mentis commotione, aut aliqua desperationis suggestione stimulatam, sermonem cum amicis abru-

pile

pisse, & secum capisse colloqui, ut respõ deat repugnētque hosti interiùs aliquid instillanti, & ad se dilacerandum stimu lanti. Quorsum (o inimice) ego me di lacerem, & mihi ipsi manus afferam? Sed quidem res ipsa petere videtur, ut jã nũc laxatis orationi habenis, illa proferre incipiat, quæ mens illi suggererat.

Secundus est plurimorum Latinorum interpretum, qui existimant causam inquirere, aut culpam, propter quam tãtam dolorum & calamitatum acerbiter perferre cogatur. *Quare;* ob quod meũ peccatum, *lacerō;* compellor me præ vi doloris lacerare, atque discerpere; & ferè eò adigor, ut mihi ipsi manus afferre velim. Quod cum aliqui tropicè & hyperbolicè dictum velint, at Philippus accipit, ut sonat. *Potuit* (inquit) *fieri, ut extor quentibus ei nimis cruciatibus, manus, sive labia sua dentibus laceraret, & se jam tormentis deficientem, animam exeuntem, velut efferendã portaret in manibus.*

Tertiùs Divus Tho. Cajetan. Lyrani; ut se excuset ab animi impatientis nota & crimine, quod illi objiciebant; Existimatis me, desperantis instar, mihi velle mortem consciscere manibus meis? at quorsum ego me lacerem, & mihi ipsi vi tam eripiam? priùs sanè vita, quàm spe, ca dam. interpretatio hæc mihi non displicet, cum consentiat optimè cum sequen tibus, & cum Iobi constantia & integrita te. Nunc ad singulas voces & minutiores alias exponendi rationes veniendum.

Verbum *lacerandi*, quod est *Naca*, est propriè tollere, aut levare, quasi dicat; *Quare tollo, vel levo dētibus meis carnes meas?* quod propter macilentiam dictum, non nulli arbitrantur. Ita (inquit) confectus sum, & exuctus, ut quantus ego sum, levari dentibus possim, & quasi uno bolo devorari, & absumi. Sed durior est hic sensus, & in rem præsentem non valde con veniens. Dionys. refert ad id quod. cap. 2. ex Græcorum notationibus attulimus, *testa sanicem rasisse,* ut acerbiorum sibi ipsi dolorem efficeret, suas carnes exulceratas dilaniãdo. Sed si hoc ibi valde nobis probatum fuisset, tamen huic loco non valde quadraret. Græci verò. Chryso. Olymp. Didymus explicant *lacerare,* vel apprehendere dentibus carnes, esse agere & loqui, de ærumnis sui corporis. nos dicimus, dum de re quapiam agitur, *tomar*

Philip.

D. Thom. Cajeta. Lyra.

3

נשא

Lacerare ad quid referatur.

Dionys. in id. Job. c. 24. y. 8.

Chryso. Olympod. Didym.

en la boca, de lo que se habla. & addit Chryso. *Vt qui in cruciatibus suas carnes mordent, alleviari se sentiunt.* sic ego dum hæc loquor. quod melius cum lectione Septuag. cohæret. *Requiescam ab ira apprehendens carnes meas dētibus meis, & animam meam ponã in manu.* Huc respexisse videtur R. Abraham existimans, hæc dici à Iobo ad minuẽdas plagas, ne eas sētiat. & fortè ansam sumpsisse ex originali verbo *levandi* potuit, quod ad levandũ dolorem, aliarumque calamitatu levamẽ pertinere potest; ut sit quod apud nos, *dar alivio a su cansado cuerpo con hablar.* sed neque hic sensus *dentibus* convenit; neque mordendi ratio levamẽ affert. commodius igitur eundem sensum amplexatus Didym. acrimoniam & mordacitatem quandam addit *dentibus* convenientem. *Dentibus* (inquit) *carnes meas arripiens, non vobis, sed mihi ipse irascar.* & idẽ ferè Aug. *Non mihi parcam, ut non solum vos arguam, sed etiam me.* & certè hæc mordedi & *lacerandi* dentibus, significatio mordacitatis & maledicentiæ frequens est in sacro sermone: est enim *Generatio, quæ com mandit molaribus suis.* & Paulus ait; *Si invicẽ mordetis, & comeditis, videte ne invicem consu mamini.* sed neque hic commentarius propositæ Iobi orationi convenire põt; non enim ille contra se, sed pro se, & pro sua innocentia tuenda dicere instituit. ergo propriè humanas carnes comedere, aut lacerare, sævitię cuiusdã & inhumanitatis est Ps. 26. *Dum appropriant super me nocentes, ut edant carnes meas.* & Jerem. 19. extremæ calamitatis est; *Cibabo eos carnibus filiorũ suorum, & filiarum suarum, & unusquisque carnem amici sui comedit in obsidione & in angustia.* si verò ad se ipsum referatur, furoris erit & irę, quæ sibi non parcat. Isai. 49. *Cibabo hostes tuos carnibus suis, & quasi musto sanguine suo inebriabuntur.* id est, Furorem, quem in te conceperant, in seipsos convertent. & Eccles. 4. de deside, & otio atque inertia diffuẽte homine dicitur, *Complicat manus suas, & comedit carnes suas.* id est, dũ otium sētatur, & laborem fugit, sibi ipsi crudelis est; nam inedia & fame se conficit. eadẽq; ratione de homine voluptuario, qui se in manus crudelissimi sortis dederit, se ipsum per summã crudelitatem, carnesque suas consumere scribitur, Prover. 5. *Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli; ne fortè gemas in novissimis, quando consumpseris carnes tuas, & corpus tuum.*

LXX

R. Abraham

Lacerare, acre verbum.

August.

Prov. 30. 14. Galat. 5. 11

Humanas carnes lacerare, ad sævitiã vel calamitatem. Psal. 26. 2.

Jeremi 19. 9.

Isa. 49. 26

Eccles. 4. 5

Prov. 5. 11.

Rr 4

Ergo

Ergo hic est commodissimus hujus sententiae sensus; Quorsum me existimatis me velle, desperantis instar, aut rabie aliqua & furore correpti, mihi ipsi mortem aliquam crudelissimam conciliare, aut me meis dentibus & unguibus dilaniare? Longe enim ab ea re abssum.

Et animam meam porto in manibus meis. Olympiodor. Animam in manibus portare, existimat esse idem, quod pignori opponere.

*Pignori (inquit) animam meam oppono ad poenam verborum meorum libenti animo sustinendam paratus, si non fuero vera loquutus. Augustin. promovet illum suum prioris particulae commentarium, ait; Animam meam in manu inspiciendam, ut nihil celem, sive ut computem peccata mea. sed nihil tamen in vita mea sceleris inveniri poterit. Eugubii existimat eandem esse praecedentis atque hujus partis sententiam, videlicet sui corporis dilacerationem, quae non solum dentibus & moribus, sed manibus & unguibus fit; praesertim cum anima, non solum vitam, aut eam partem, quae a corpore divisa est, significet, sed etiam ipsum aliquando corpus. sed certe germana intelligentia ex aliis Scripturae locis colligi facile potest, in quibus eadem phrasim usurpatur. Iudic. 12. 1. Reg. 23. & Psal. 118. quo loco licet Augusti. ingenuè fateatur nescire se, quid rei sit, animam portare in manibus; Hieronymus tamen epistola ad Suniam, ut qui probe Hebraicè noverat, docet Hebraismum esse, quo significatur vitam habere periculo expositam; quod enim manu portatur facile excidit, facile etiam diripi potest. Chaldaeus eum locum Psal. sic legit, ut vim hujus loquutionis exprimat; Anima mea periclitatur, ac si in superficie manus mea esset. Quod verò alii exponunt, Animam meam sollicitus custodio, non secus atque rem pretiosissimam, quam nusquam tutò deponere, nec ulli credere audeamus, sed semper in manibus circumferimus, alienum est. ait itaque Iob; Non eo sum animo, ut animam meam, vitamque ipsam, per impatientiam & melioris conditionis desperationem abjiciam, & voluntario discrimini, atque morti objiciam.

Anima aliquando pro corpore.

Iudic. 12. 3
4. Reg. 28. 15
Psal. 118. 219
Augusti.
Hieronym.

Chald.

Varlemus

XU. Etiam si occiderit me, in ipso sperabo: veruntamen vias meas in conspectu eius arguam.

1. Particula veruntamen. Variâ lectio, & dispunctio. De usus Vulgatus. illustratus locus Regum.

perantes. Germanior expositio. Explicatus Paulus. Iob non minus sperans quam Abraham.

Qvod in Hebræo est, Ecce occidet me, Latinus dicit, Etiam si. Septuaginta Licet. sed illud ex originali supplendum impendentis mortis periculum; Video sanè Deum mihi certissimam mortem infigere, sed non me mors ab illius charitate spèque dejiciet. Septuaginta, Licet opprimat me, qui potens est, in ipso sperabo. negativè & sine interrogatione, plerique Hebraizantes legunt; Non sperabo, Pagnin. Varabl. Tygurina, Regia, Biblia Guarini, ut sensus sit; Quàmvis ille me occidat, quàmvis nihil mihi melioris vitæ expectandum sit, non tacebo quæ in re meâ meaque innocentiae defensionem dicenda esse censeo. Paulò secus Tygurin. Si me occisurus esset, non expectarem. Vulgatus verò dupliciter legere potuit, vel negativer, sed cum interrogatione, ut idem valeat, quod affirmatio. quam lectionem servat Hebræus apud Cajetan. & alii, vel quidem particula, lo, quæ negationi servit, per pronomen vertit, in eo, vel, in ipso, quod facile fuit. & ne minutiora quædam de harum particularum apud Hebræos usu cum fastidio dicamus, satis fuerit indicasse Pagninum, qui de illis latè in suo Thesauro differit; & Marinum Brixianum, qui etiam peculiare locos, in quibus reperitur, enumerat. mutatis enim litteris mobilibus, vox eadem, aut, non, aut, ei, vel ipsi, sonat. & quidem. 4. Reg. 10. v. 8. Septuaginta, Hebraizantes, & Latinus interpreti pari consensu particulam, lo, quæ hîc subest, legunt per pronomen; cum dixit Heliseus ad Hazael; Vade, duc ei; Sanaberis, quàmquam alii existimaverint amphibologicam fuisse responsionem; nam vox eadem, sola scriptura diversa, significat, aut ei, aut, non.

In ipso sperabo. Sperandi verbu lachal, affert expectationem quandam, cum mora & longanimitate perseverantia. unde dicitur Genes. 18. Expectatis ultra septem diebus alius. quam spei longanimitatem, & sustinentiam perseverantiam non ipsa mors impendens illi poterat adimere. Hæc sanè

I Pagni. Regia.

LXX

Pagnin. Varabl. Tygurin. Regia. Bibl. Guarini.

Cajet. Tielm.

N 7 35

Pagnin. in thesauro. Marinus Brixianus in sua arca Noe. 4. Reg. 10. 8. LXX. Latin. Hebraizantes.

Amphibologicum responsum

2 77

Sperare quid proprie. Gene. 8. 10

Iudith. 8. 13

3 Varia expositio.

D. Thom.

Philip.

Iob. 27. 5

Iustorum nomine sperantes

Isa. 40. 31. vide 6. 14. 32. & 36. 3. & 2. Paral. 13. 18. Iudith. 13 17. Ps. 5. 10 & 16. 7. 31. & 30 25. & frequenter

4 Germanior expositio

Rom. 40. 20

in illorum animis desiderata fuit, quibus cum loquuta est Iudith. cap. 8. Posuistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum diem constituistis ei? &c. & ideo dicamus Domino, ut secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum citò misericordiam suam. id est, opis & salutis accelerationem non debemus nos constituere; sed ille pro bona voluntate sua; neque debemus nos cupere, aut velle, ut citò ille nobis orantibus adfit, sed hoc tantum orare, ut ille citò adesse velit. de qua etiam longanimitate exspectatione non semel loquitur Paulus, praesertim ad Hebræos. & nos aliquando plura.

Sed quid nam ex spectandum sibi nec proponat Iob, minimè constat inter interpretes. aliqui ad absolutionem sententiamque pronuntiandam de sua integritate, referunt; Occidat ille sanè, sed nunquam donationis propter scelus aliquod sententiam contra me feret; aperte & palam pronuntiabit, non mihi inflictam mortem propter scelus ullum, quod rectè videtur cum sequentibus necti, cum ait; Vias meas in conspectu eius arguam. Divus Thomas hanc spem esse dicit bonorum spiritualium, & futuræ beatitudinis, quam per cruciatum, & per acerbam mortem, se consequitur sperat. Philipp. paulò largius verbum sperandi accipit, ut idem sit quod, à Deo, & à vitæ sanctitate minimè recedere: nam existimat eandem esse inferiùs, cap. 27. sententiam, Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. justificationem meam, quam capere tenere, non deseram. Et quidem iustorum hæc est in sacro sermone compellatio; Qui sperant in Domino. quo illorum pietas & religio significatur, qui omnes suas vitæ rationes, atque spes in Deo locatas habeant.

Sed fortè præstabit hanc spem in universum accipere; pro expectatione auxiliii & remedii adversus mala omnia: fueritque sententia hæc quasi prædictio certissima melioris status, in quo commutationem accipiet malorum omnium cum incredibili bonorum omnium affluentia: Quàmvis de vita & incolumitate corporis potissimum accipi possit; ut in Iobu aptissimè quadret, quod de Abrahami fide dictum est ab Apostolo; In spem contra spem credidit, neque consideravit corpus suum. e mortuum in re promissione etiam Dei non habita vit diffidentia, sed confortatus est fide, dans glo-

riam Deo. nam hæc spes simul est humani corporis robor, & firmitas, est etiam Dei gloria, cultusque ab homine impensus, nam qui sic sperant, dant gloriam Deo. non aliter ergo Iob fide, atque spe certissima in rebus suis desperatissimis confortatus & erectus, non solum constituit se sperare, etiam si videat Dei gladium cervicibus suis impendentem, sicut quondam Abraham strinxerat in caput sui filii; sed cum se videat vulneribus jam mortiferis totum confossum, & sanguine sanieque manantem. Atque eò etiam Iobi pietas spesque procedit, ut etiam occisus sperare paratus sit. quod postea Christus Iesus ad suæ potestatis, bonitatisque majestatem & gloriam, atque opem certissimam in deploratissimis nostris calamitatibus à nobis exigit, cum Marthæ reformidanti conspectum fratris quadruidani mortui, atque foetentis cadaveris, dixit, Nonne dixi tibi, quia si credis, videbis gloriam Dei? rursus eodè loco docuit discipulos mortuum esse Lazarum propter illos, ut crederent atque de divina potestate, & bonitate spem certissimam conciperent.

Veruntamen. Rectè Latinus interpretis imitatus Septuaginta legentes, Tamen loquar, dixit, Veruntamen, ut Iobi constantiam, & spei magnitudinem declararet; Nihil mors meam spem, nihil defensionem meam innocentiae lædet.

Vias meas. Vitæ actiones, & consilia omnia, viven di institutum, & consuetudinè multis actionum & operum gressibus tram & calcatam. Arguam Philipp. Divus Thomas, Nicolaus cum aliis. Latinis exponunt, Reprehendam, castigabo; referuntque ad poenitentiam de vitæ erratis suscipiendam: ita ut quæ dixit, sint non quidem animi præsumptio, sed de Dei bonitate concepta fiducia. Si quid (inquit) in venero, quod correctione & poenitentia indigeat, corrigere & castigare paratus sum; ille verò poenitentiam agenti aderit propitius. Polychronius ad refellendos amicos pertinere existimavit. Didymus redargutionem dicit esse, rei demonstrationem, optareque divinæ providentiæ rationem, quam ipse perceptam haberet, illustrem etiam amicis suis facere. Vatabl. non tam ad exactæ vitæ poenitentiam, quàm ad sequentis puritatem, integritatemque servandam, ut castigare, vel argue re vias suas in conspectu Dei, sit dare operam

Iob non minus sperans, quam Abraham

Genes. 22. 10

Iob præstitit quod postea Christus Iesus à suis exigit

Ioh. 11. 40

5 LXX

Via quid

Philippus D. Thom. Lira Arguere quid

Polychr. Didymus

Vatabl.

ut innocenter vivat coram illo. Sed certe hoc loco arguere, est idem verbu, quod supra redditum est disputare. igitur hæc est sententia; Quamvis me occidat, nõ vitæ sed innocentia meæ illo iudice & vindice uti volo, & coram illo causam meam dicere. Quem sensum ferè sequuntur Græci.

XVI. Et ipse erit Salvator meus: non enim veniet in conspectu eius omnis hypocrita.

- 1. Non omnis, in sacro sermone, nullus hypocrita quid.
- 2. Aenigmata quid proprie.
- 3. Verbum iudicandi, ordinem & certam formam

afferre. Appropinquare verbum militare.

- 4. Iobis constantia.
- 5. Reorum silentium
- 6. Terror & metus mortis ex divino viso, explicatus Moyses, & Iſaias.

Proprie juxta Hebræum, & Græcum, Hoc mihi evadet in salutem. Chrysoſtom. Id mihi apud Dominum solatio erit, vera dicere, vosque mendacii arguere. bene mihi cedit hæc mea coram Deo disputatio; nõ enim mihi vertet temeritati aut stultitiæ, sed potius de illi⁹ veritate, & iudicio, & mea innocentiã cõceptã fiduciã. Sed elegãter noster interpres, ipse erit salvator, salutis, & absolutionis auctor, & salutaris sententiæ pronuntiator, iudexq; propitiu, qui me innocentẽ absolvat, vobis licet accusatoribus meis reclamantibus. quod verò alii explicant pro salvatore, fautorem; atque patronum, dum cum suis accusatoribus disputat, neque valde quadrat originali voci salutis, aut salvandi, neque rei. propositæ. dixerat enim, Disputare cum Deo cupio, & vias meas in conspectu eius arguam. interrim amicos obmutescere iussit.

Non enim veniet in conspectu eius omnis hypocrita. Non omnis in sacro sermone, sæpè valet nullus. ut Psalm. 48. Quia cum interierit, non sumet omnia. id est, nihil omnino secum deferet. sic non omnis hypocrita, id est, nullus hypocrita. Septuaginta; Coram Deo dolus non ingredietur. Vatabl, Flagitiosus, Pagnia. impius. sed quãmvís eodem omnia pertineant, multò meliùs atque simplicius, Vulgatus dixit hypocritam. de cuius vocis notione atque ratione, superius

diximus; est enim hypocrita, impius simulator, fallax, qui veteratorio & ficto ingenio loquitur, aut agit. ut obiter perstringat amicos, qui fraude potius & fucata oratione, captiosisque argumentationibus, quam veritate & orationis simplicitate agerent. Quod verò alii dicunt originale vocem significare, acceptatorẽ personarum, ut amicos etiam notaret, quos personam accipere, & Deo adulari superius dixerat, mihi non placet: nam licet eam vocis significationem agnoscere videatur. R. David in libro radicum, & R. Mardochai in suis Concordantiis, tamẽ nullum exemplum proferunt, neque proferre poterunt. Venire autem in conspectum Dei, est coram illo iudice stare, apparere, loqui, fiducia aliqua de suã causã æquite concepta.

XVII. Audite sermonem meum, & aenigmata percipite auribus vestris.

Ergo (inquit) mihi cum Deo disputati benevolas aures præbete. Acute observavit Chrysoſt. suã orationi atque redargutioni infensos amicorum animos animadvertisse, ideò benevolentiam & attentionem postulasse. Tum etiam geminationem verbi, audiendi, docet esse aut ægritudinis indicem, aut ad comparandã attentionem referri, quòd vel illi attendere nollent, vel quòd ea, quæ dicturus esset, multa attentione indigerent.

Aenigmata. Philippus ex proprietate Latini vocabuli, aenigmata interpretatur, illa ipsa mala, quæ Iob patiebatur, quæ cum non propter sua merita sustineret, sed essent (inquit) examinationis flagella; idcirco aenigmata voluit appellare: quoniam qui innocentes & iustos tribulari conspiciunt, velut aenigmata illis sunt, & obscura divina consilia. Divus Thom. autem aenigmata explicat obscurũ & difficilem sermonem, & qui aliud præ tendat in superficie, aliud verò interiùs significet. eodem ferè modo Hugo, sermonem sub figuris occultatum; ut indicet, non semper illud significare velle, quod verba sonant ut difficultate proposita attentiores reddat auditores. Sed certè vox originalis deducitur à radice,

Chava

Græci.

Chrysoſt.

Non omnis

in sacro sermone nullus. Pf. 48. 18

Quid hypocrita LXX Variabl.

קנין

R. David. R. Mardocho.

2

Chrysoſt.

Philipp.

Quid aenigmata

D. Thom.

Hugo.

קנין LXX

Regia Tygurb. Cajeta. Variabl. Pagnum

chava, quod est annuntiare, ostendere, indicare. quare Septuaginta, simpliciter dixerunt; Audite verba mea; narrabo enim vobis audientibus. & Hebraizantes omnes; indicationem meam; expositionem; annuntiationem; narrationem. quibus etiam modis verti solet aliis locis. à Vulgato, quæ significatione videtur omnino cõtraria enigmata. sicut &, interpretatio, quæ vertitur à Vulgato Dan. 2. cum dicitur, Et interpretationem ejus indicabimus. Sed fortè interpretatio consulto hoc loco aenigmata vertit, ut respiciat ad Iob orationem ab amicis, aut non intellectam, aut præve interpretatam & nunc cujusdam ironiæ admitione, suæ orationis simplicitatem atque claritatem, amicorum verò tarditatem in intelligendo significet. quare redditur multò elegantius, atque significantius per aenigmata, quàm per declarationem, aut annuntiationem, vel expositionem. Sententia igitur hæc; Nihil à me obscure aut fucata oratione dicitur, quo vobis præve intelligendi ansam ullam præbuisse videar. non aliis ego enigmatis utor, quàm ipsa totius rei dilucida expositione. scilicet; aenigmata vobis proponerem, qui simplicem & apertam veritatem semel & iterũ propofuerim.

XVIII. Si fuero iudicatus, scio, quòd iustus inveniar.

3

קנין

Verbum iudicandi.

LXX

Appropinquate verbu militate.

IN Hebræo; Si iudicium disposuero, aut præparavero, aut ordinavero. nam verbum, Gharac, significat quidquid certa ratione & ordine disponitur; ut agmen, acies, militia, unde etiam dicitur, Dirigere aciem. Tum etiam quidquid arte. & ratione præparatur. quare rectè etiam Septuaginta verterunt, Ecce ego appropinquo iudicio meo. verbum enim appropinquandi, non semel in Scriptura significat accessum exercitus ad cõgrediendũ cũ hoste, qui accessus, & congressus certa ratione & arte fit. ergo verbum iudicandi ordinem, & dispositionem certam affert, qualis in iudicio, & in litibus tractandis servari solet. ait igitur; si, rectè ritèque accedere permittat ad me tuendum, si ex ordine causam meam dixerò, si servata iudiciorum lege & cõsuetudine audiar, scio me iustificatum, et absolutum iri; atque fore, ut iustus inveniar,

pronuntier que. jam nunc dispono eorã rationem mei defendendi, atque meã coram Deo iudice causam tuendi, formam, ordinemque servandum mihi constituo. hic si mihi a vobis, si a Deo servabitur, non dubium, quin obtineam in causa.

XIX. Quis est, qui iudicetur mecum? veniat: quare tacens consumor?

Verba sunt exaggerati animi, constantiaque plenissima. iam (inquit) per me non stabit, quin meã vitæ atque innocentia controversia, iudicio & ratione peragatur. sed ne in dicta meis accusatoribus lite me videar defendere, illos expecto atque provooco. Quis enim est, qui iudicetur mecum? Septuaginta. Qui iudicium sit facturus mihi. proprie; Qui ligaturus sit mecum; qui litem & criminis alicujus accusationem intendentur; quisquis ille sit, prodeat. Polychron. & Olympiod. Quis iudicabitur mihi, quasi à me lesus injuria, qui peccatum aliquod meum, probare possit? Cajetanus verò interpretatio illa, ut hæc nõ sint verba inquiringis, aut provocantis adversarium, sed suspicientis Dei majestatem, cum quo disputaturus est, quasi dicat, Quis, quantus vè ille est, cum quo ego disputare cupio? illius enim amplitudine deterritus obmutescam, & priùs moriar, quàm verbum ullum ex meo ore coram illo excidat; Hæc inquam sententia, & interpretatio quadrare in rem præsentem nulla ratione potest.

Quare tacens consumor? Indicare videtur Reos, & eos qui sibi alicujus sceleris conscii essent, vel ex conscientia sceleris, vel ex consuetudine iudiciorum tacere solitos. Reorum (inquit) est malè sibi cõsciorum, atque iudiciariam litem, iudicis ve incorruptissimi sententiã reformidantiũ tacitos, pullatosque coram iudice sisti, & aliorum patronorum atque advocatorũ oratione uti. ego verò qui nihil mihi conscius sim, quorũ alio avvocato, aut patrono uti velim, quàm simplici mea oratione? quorũ vè finam me tacitum dånari? Græci, Polychron. Olympiod. hunc sensum indicant; Si verum aliquod crimẽ accusator aliquis objiciat, neque verbum

4 Sententia anmi excelsi.

LXX

Polychron. Olympio.

Cajetanus nõ probatur.

Reorum silentium.

1. Cor. 4. 4

Polychron. Olympiod.

ut

amplius, obmurefcam, moriar, vel cū aliis Quare moriar, consumarq̄ tacitus? qua si dicat; Non is me dolor cruciabit, quōd indicta causa moriar, & falsa criminatio- ne nondum propulsata. Indicarunt etiā hunc sensum Septuaginta; Quia nunc ob- murefcam & deficiam. id est, Nisi loquar, de- ficiam, & expirabo, vel, Si taceam, ab ami- cis indicta causa damnabor; obtinere igitur à me non potero, ut verissimam meę causę defensionem non suscipiam. Vel simplicius; Si statim non dixerō, & me o- ratione nō defendero, moriar cōfestim; oporteret igitur aduersarium, & litigato- rem statim prodire: nullas enim mihi cō- cedit inducias vis morbi. hoc ferē voluit Tygarina.

XX. Duo tantum ne facias mihi, & tunc à facie tua non abscondar.

XXI. Manum tuam longè fac à me, & formido tua non me ter- reat.

Cautioem videtur à Deo petere an- te disputationis congressum, ne du- plici hac ratione secum agere velit. qua- re licet idem sensus sit, sed melius tamen Vulgatus per negationem explicuit, quā Septuaginta per affirmationem; Duo mihi prabeas, videlicet, nemanū, id est, in ficti vul- neris acerbiter, quæ illi orationis fa- cultatem adimebat, exaceret, aut ampli- ficaret Deus, sed potius mitigaret, & ex- tenuaret, liberè loquendi facultate, spa- tiōque concessō; tum etiam temperato, atque occultato divini numinis splendo- re terrifico. Alii referre conantur hanc formidinem ad mortis metum, quem soli- tus erat concipere, qui divinam aliquam revelationem, aut visionem accepisset, juxta id Exodi. 33. Non videbit me homo, & vivet. quapropter dixit Manue ad uxorē suam, Judic. 13. Morte moriemur, quia vidimus Dominum. & Isai. 6. Va mihi, quia tacui, & Do- minum exercituum vidi oculis meis. id est, pe- rii, neque qui supernam visionem viderit permittetur amplius versari inter morta- les. igitur hujus mortis discriminis cau- sam, nimium terrorem esse ex divino vi-

fo, potuit hoc loco indicare Iob; atque tantam divini conspectus lucem, & for- midinem, ex qua denuo in mortiferam ægritudinem incidat, deprecatur. Sed pri- mus sensus simplicior est.

XXI. Voca me, & ego responde- bo tibi: aut certè loquar, & tu res- ponde mihi.

1 Verbum respondendi, fo- rensē, & iudiciale. & ad testimonium ferendū re- ferri. Illustrati Moyses, Isaias, & Ho seas. 2. Humane actiones testes sunt coram Deo iudi- dice. 3. Iob in hac sententia non peccasse.

D At Deo optionem sustinendi partes actoris, aut rei, vel potius exoptulan- tis, objicientisque; aut respondentis atq; satisfaciētis. nam quacumque ratione lis peragatur, æquitati atque veritati nititur. Verbum autem respondendi aliquando est forensē, & iudiciale; perindeque valet, atq; testificari, ut Exod. 20. Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium. Hebraicè; Non respondeas; vel, Ne testifice- ris, videlicet rogatus à iudice. Genes. 30. Respondebit mihi cras iustitia mea. id est, mea innocentia planè testificabitur me inno- centem. Isai. 59. Peccata nostra responderunt nobis. id est, testificata sunt contra nos, & quasi interrogata à Deo iudice, veritatem ipsam professi sunt; videlicet suos aucto- res accusant, & iniquitas adversus iniquū testis damnationis est. simile id Hose. 5. Rospondebit (testificabitur, clamabit, ac- cusabit) arrogancia Israel in facie ejus. (publi- cè, palam, nihil reverita suum auctorem) Ex quo observandum est tum pias & ho- nestas, tum improbas mortalium actio- nes testes esse, aut sanctitatis iustorum, aut improbitatis hominum flagitiosorū; publicèque & apertè suum testimonium dicere coram Deo iudice; atque si opus sit, sublato in cælum clamore. quōd enim graviora scelera sunt, eō majori clariori- que voce testantur improbitatem sui au- ctoris. Iam igitur dicere Iob possit; Tumi- hi, o iudex, diem horamque dicito, & ju- diciali quæstione examina; si velis etiam, ut jure jurando veritatem contester, effi- ciam lubēs, respondebo, testificabor, rem ip- sam atque veritatem profitebor. Verbum

I

Verbum res- pondendi fo- rensē

Exod. 20. 16

Gene. 30. 32

Isa. 59. 12

Hose. 5. 5.

2

Actiones ho- minu m testi- moniū ferre coram Deo ju- dice.

Gene. 4. 10. & c. 20. 21. Hab. 2. 11

כ"ג

3

Cajeta.

Astunica

Graci.

Philipp.

autem respondendi in secunda parte, ut quod ab alia radice sit, lenius & simpli- cius accipi debet.

In hac autem Iobi oratione, qua Deū ad disputationem provocat, Cajetanus ait, licet hæc non dicta sint à Iobo ex cō- temptu divinæ majestatis, verba tamen esse scandalosa, & arrogantia. Astunica cen- set peccasse Iob, quōd parum modestè & reverenter de Dei majestate loquatur. Cę- teri omnes illum excusant: & Graci ajūt hæc profectà fuisse ex familiari in Deū charitate, aut ex fiducia bonæ conscientię Philipp. ex admiratione ignoratę causę suarum calamitatum, Deniq; procedere possunt ex iis omnibus animi affectibus, quos in Iobi lamentationibus explicui- mus. c. 3.

XXIII. Quantas habeo iniquitates & peccata? scelera mea, & delicta mea ostende mihi.

1 N. eus, & simplex sensus hujus sententię. 2. Quantitas, ad numerum etiam refertur, ex Hebræo. 3. Quid inter iniquitatem, & peccatum intersit. 4. Verum discrimen elicitur ex proprietate vocū. Mul- tarum vocum similitum coacervatio quid indicet.

N On omnes eodem modo connectūt nam quibusdam videtur Iob ex- spectasse, ut Deus loquendi initium fa- ceret, ut cui priores loquendi vices debe- rentur. sed cum sua congressione & dis- putatione non dignaretur Iobum, is con- temni se arbitratus, in hæc verba conque- ritur; A deo ne flagitiosus ego, ut neque dignus habear, cui improbitatem expro- bres? saltem igitur scelera mea ostende mihi. & dein de sequitur; Cur faciem tuam abscon- dis &c. Ita ne, neque me dignaris collo- quio tuo, neque coram sententiam fers, sed indicta causa absentem hominem da- nas? Sed ferè interpretum concurs sentē- tiā in his verbis agnoscit suę defensionis exordium; sed quale convenire pos- sit dolenti & exulcerato pectori.

Quas habeo iniquitates? ut sibi suę con- troversię status exponatur, suo jure po- stulat. idque provenire potest, ex illo de- siderio cognoscendi, quā ob causam ad- tam acerbos cruciatus damnatus sit: ita Graci intellexisse videntur, atque Philip-

Graci Philippus

pus; Hujus animadversionē causam cog- noscere aveo; & quod iis qui in cruciatū & supplicium dantur, solatium esse solet, supplicii causam perspectam habere, reus licet atque damnatus postulare possum; obtinere etiam à iudice debeo. idem fe- rē Gregorius ait, optare ut si quæ habet occulta delicta, innotescant, ut deslere il- la atque corrigere possit. sed certè cum sibi proposuerit suam innocentiam defen- dere, paulò dolentiùs atque de sua con- scientia confidentius accipi hæc debent quasi diceret; Sceleris alicujus accusor, damnorq̄ ad pœnam; oportuisset verò jam illud esse in iudicio prolātū, mihiq; propositum.

Quantas. Quot quantasque. nam vox originalis ad utrumque pertinet, ad mul- titudinem videlicet, & magnitudinem at- que gravitatem. atque subest eadem origi- nalis vox Psalmo. 118. Quot sunt dies servi- tui?

Iniquitates, & peccata; scelera, & delicta. La- tini curiosius inter hæc quatuor discrimē constituere nituntur. Nam Gregor. ait. Quod licet inter iniquitatem atque peccatum di- stare nihil. Ioannes Apostolus perhibeat, cum ait; Iniquitas peccatum est. ipso tamen usu loquendi, plus iniquitatem, quàm peccatum sonare, cum- omnis homo facillè se peccatorem fateatur, ini- quum verò dicere nonnunquam erubescat. In- ter scelera verò & delicta hoc distabit, quod sce- lus, etiam pondus peccati transit; delictum verò pondus peccati non transit: quia & cum offerri sacrificium per legem iubetur, nimirum præcipi- tur sicut pro peccato, ita etiam pro delicto, & non- nunquam scelus in opere, delictum verò plerum- que in sola cogitatione; unde & per. Psalmistam, dicitur, Delicta quis intelligit? Hæc Gregor. Divus verò Thom. aliter distinguit, nam quæ cōtra proximum sunt, existimat pro- priè dici iniquitates: at ea, quibus homo in se ipso pravè disponitur, & deordinatur, ut gulam, & Luxuriam, peccata, quasi de or- dinationes: quæ verò contra Deum, sceler- ra; tandem omisiones, delicta. & Ambro- sius lib. de apologia. David docet latius patere iniquitatem, quàm peccatum, contra- ria ratione, quàm Gregorius. Alii ex ma- litia, aut ignorantia hæc distingunt.

Sed certè quæ nunc dicuntur iniquita- tes, aliquando peccata, aut scelera nomi- nantur. quæ nunc delicta, aliquando ini- quitates, aut peccata, ut nullum fixum cō- stansque discrimen assignari inter hæc

Greg.

2

Quantum ad numerū etiā referri Psal. 118. 84

3

Latini, Gregor. Quid intersit in er peccatū & scelus 1. Ioan. 3. 4

Levit. 6. 17

Ps. 18. 12

D. Thom.

Ambros. lib. de Apolog. Dav.

4

Quod discrimē exproprie- tate vocum eliciatur inter hæc quatuor,

possit

LXX

6

LXX

Exod. 33. 20 Judic. 13. 22 Isa. 6. 5

autem

לִי

נִשְׁבַּח

Exod. 31. 32

עֲשֵׂה

Gene. 31. 36

Pf. 51. 1

Prov. 10. 12

Coacervatio multarum similiarum vocum.

possit, Illud tantum ex proprietate vocu elicitor, *Iniquitatem* esse pravitatem quamdam, quæ à recto defectit, atque vox eadem infra redditur, *peccata adolescentia*. *Peccata* verò, propriè sunt errata; & propriè est aberratio & declinatio à via, quæ Exodi. 32, vertitur, *Noxa*. *Scelus* autem est, quasi transgressio, violatio pacti & constituti fœderis, & seditiosa adversus Deum rebellio; & Genesis. 31, vertitur *Culpa*. Psalm. 31, *Iniquitas*. Proverb. 10, *Delicta*. Tandem, *delicta*, ab eadè radice dicuntur, à qua superius *peccatum*, quare videntur omnia synonyma nomina gravissimorum peccatorum, estque coacervatio quædam artificio plena: nam sicut ejusdem vocis repetitio, ita etiam plurimarum eandem rem significantium acervatio vim solet adde re orationi, atque rem significatam amplificat. vel quidem his multis peccati nominibus significat cujuscumque generis peccatum, ut ab omni gravi scelere sive contra Deum, sive contra proximum se innocentem asserat. erit ergo sententia; *Quæ* nam ingentia mea scelera, ob quæ ad ingentes cruciatus damner? Inaudita videlicet oportet esse facinora, quibus in audita apud omnium mortalium memoriam supplicia rependantur. Neque verò sine arte & acrimonia dicendi illa quarta vox, *delicta*, repetitur; nam eadem est (ut diximus) quæ *peccata*; quasi videatur Iob quæsiisse undique nomina, quibus peccata exprimeret; & cum nova non invenisset, iterum usurpasse priora. doctè igitur hæc indicavit Philippus; ait enim his nominibus, *peccata, gravia, & prava* significari, quem locum corruptè legit Titelmanus, refert enim Philippum dixisse, significari peccata gravia, & levia; pro *pravis* parva fortè legit. Septuaginta igitur, cum nullum ferè inter illa discrimen agnoscerent, bis tantum usurparunt *peccata, & iniquitates*. Quòd autem ad locum Ioan. 1. c. 3, quem adducit Gregor. pertinet, verissimè ait *peccatum esse iniquitatem*. id est, esse contra Dei legem. nam *iniquitas* est Græcè, *Anomia*, quæ contra, *Nomos*, id est, legè est.

Offende mihi. Fac ut cognoscam; nã isti mei accusatores nihil certi & explorati afferunt: nihil præterea ego mihi cõsci sum. quòd si ego sceleris alicujus reus sim, tibi perspectum fuisse oportet.

XXIII. *Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum?*

1. Nexus cum præcedentibus.
2. Faciem abscondere, ad se veritatem, & indignationem.
3. Judicium præsa consuetudo ante ferendam sententiam.
4. Arbitrari, quid propriè. Judicium vultus benignus. Illustratus Isaias.

I N hac dolentis hominis oratione, non decet alium leniorem, aut coherentiorem decursum querere, quàm coacervationem quandam rationum ad eundem finem adductarum. quàmquam hanc etiã sententiam cum præcedenti Divus Thomas aptè, elegantèrque sic necat; Cùm à me rogatus, atque postulatus (o iudex supreme) ut si quæ apud te sunt condita & reposita mea scelera, proferre velis, taces omnino, sanè videris tuo isto silètio testari, nihil unquam in me reperisse, quo te graviter offenderim. Cur igitur mecùm tanquam cùm iniquo, atque inimico agis? *abscondis* enim, avertisque à me *faciem*; uti soles, cùm tibi vehementer displicet conspectus impiorum hominum. Cæterum cum hæc loquitur Iob, agere cum Deo, tanquam cum irato adversum se principe, aut verò tanquam cum severissimo iudice videtur: nam *faciem abscondere*, aut *avertere*, indignantis est, & supplicium inferentis; sicut è contra *faciem convertere*, aut *illustrare*, vel *illustrem*, & conspicuam exhibere, benevolentis, benèque facientis est. cujusmodi est id Hoseæ. 6. *Vivemus in conspectu ejus*, id est, illo nos inspiciente, curante, custodiente. cùm igitur *visitatio tua*, conspectusque longè benignissimus quondam *custodierit spiritum meum*, cur nunc peream miser, te faciem abscondente? Hæc est illa Caini vox querula Genes. 4. *Ecce ejicis me hodie à facie tua, & a facie tua abscondar; & ero vagus, & profugus in terra; omnis igitur, qui invenerit me, occidet me.*

At si cum Deo, tãquam cum iudice, agat, id quod sequentia quoque, quæ iudicis sunt exigere videntur, sensus is esse poterit; Damnor miser indicta causa, & lite jam confecta non permittor meum iudicem videre, neque deprecari; abscon-

Nexus est præcedentibus D. Thom.

2. Faciem abscondere ad severitatem, & indignationem.

3

dit

Philipp. Titelm.

LXX

1. Ioan. 3. 4

av omnia v. 1. 2. 3. 4

Iudices latenti sententiam abscondebat se.

Clem. Roma. lib. 2. const. c. 52. D. Basil. in epi. 5to. Theod. & Justin. Cod.

Capite damnatis obvelabatur caput Esther. 7. 8

4

Polychron.

Chryso.

LXX

Verbum arbitrari quid propriè.

הִבְרִי

Gene. 14. 16. Gen. 31. 1

dit enim ille se, & in separatam privatam que sententiã ferendã locum se recipit. cùm igitur te non videam; summe iudex, quid existimare de te, atque de me possim; quàm te jam in occulto extremã capitis sententiã contra me scribere? huc facere potest illa quorundã iudicum antiqua consuetudo, cujus meminit Clemens Romanus lib. 2. constit. Apostolic. & Divus Basil. epist. 79. sit etiam aliquando mentione in Theodosii & Iustiniani codice; cùm enim capitis sententiam laturi erant, obducebant cortinam, & interjecto velo se continebant; absconditi ergo mortis reos damnabant. opportunè tunc si quis innocens damnaretur, dicere ad iudicem æquifitum posset, *Cur faciem tuam abscondis?* Ad de etiam quòd capite damnatis, ne iudicem, Regemve videre possent obvelabatur facies, & caput, ut Hester. 7. scribitur; *Operuerunt faciem Aman*. Perinde igitur (ait Iob) ac si jam operto sim capite, & obvelata facie, meum iudicem, meumque Regem videre mihi non licet; *abscondit* enim ille *faciem* suam à me. scio benignissimum iudicem, si me ille incredibiliter affectum laborantemque aspiceret, non amplificaturum supplicia, sed temperatum atque mitigatum. sed heu me supra mortales omnes miserrimum, quem ille aspectu non dignatur.

Et arbitraris me inimicum tuum? Tum hæc, tum præcedentem partem retulisse Polychronius videtur ad illum timorem, què de suo hoste concipere aliquis solet, à quo sibi timet & cavet, & à quo se abscondit. Polychron. sententia hæc est; *Quomodo potes in animum inducere, ut me à folio nihil distantem hostem tibi esse suspicere? quasi verò ab homine per infirmo ullus tibi metus possit impendere.* id quod etiam indicavit Chryso., cùm perironiam sententiam hanc reddidit; *Scilicet meam, quam ignoras contemptam atque humilem naturæ conditionem, reformidas, cùm folium sim &c.* id quod etiam lectio Septuaginta indicat versiculo sequenti; *Numquid quasi folium, quod movetur à vento, vebereris?* & favere potest verbum *arbitrandi*, quod est, *Chasab*, existimare, reputare & si cut apud Latinos, ita etiam in sacro sermone significat in pretio habere. sicut Gene. 15. *Reputatum est ei ad iustitiam.* & Gene. 13. *Nonne sicut alienos reputavit nos.* id est, non pluris facit nos, quàm si extere, & peregrinæ essemus. ait itaque; *me arbitra-*

ris inimicum, me existimas, quem cavere debeas, & ita te in meum conspectum nunquam vis dare?

Sed lenius hæc pars jungetur cum præcedente, hac ratione; Abscondis & avertis faciem tuam, perinde atque ab hoste tibi infestissimo, cujus conspectum non possis ferre; quod si ad iudicem respiciat sic potest sententia confici; cùm apud te de mea innocentia dicere instituo, *abscondis faciem*, & aliò convertis oculos, planeque ostendis tibi me infestum esse longèque molestum. Id verò esse solet in iudice vitium, quod ab incorruptissimo iudice Christo Domino longè ab futurum prædixit Isai. c. 42. *Non eris tristis neque turbulentus*, ne videlicet vultu ipso, & tristi supercilio, atque averfa facie prius reum damnet, quàm pronuntiata sententia. Sed nihil mirum, quòd ex dolenti pectore, tãtam erga se sui iudicis severitatẽ tot viis atque rationibus amplificet Iob.

XXV. *Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris?*

1. Defensus Iob à censura Cajetan. illius oratio minime arrogans.
2. Ostendere potentiam quid in Hebræo, & ut varia reddatur à Vulgato.
3. Deus protector à turbine Demon turbo. & ventus inclemens. illustratus Isaias.
4. Foli caduci ad hominẽ.
translatio. Folium inconstans symbolum.
5. Stipula symbolum rei inutilis, & ignobilis. tum e. tiam & arida senecta.
6. Stipula unde dicatur in Hebræo rei levioris, & minoris symbolum.
7. Stipula aut ventus, aut ignis minatur.

I Cajetanus existimat, hac argumentatione Iobum probare apud Deum suam innocentiam; quòd nisi suarum rerum causam aliam proferat Deus, fiet inde, ut vel cum homine iusto tanquam cum inimico agat; vel Deus nihili omnino faciat Iobum, neque pluris quàm folium aridum, aut stipulam siccam. Censet præterea Cajetanus, hæc Iobi dicta arrogantis hominis esse, & existimantis sibi divinorum Dei consiliorum, atque providentiæ revelationẽ, rationeque reddi debere; sed sanè dum sæpè Cajetanus, potius Hebræus ille, quem ducem Cajetanum sequebatur, Iobi verba calumniatur, ab

Iudicioria frons data

Isai. 42. 4

Cajeta. An hæc sententia sit arrogantis hominis?

Hebr. apud Cajeta. notatis

amicis

amicis Iobi stare videtur, quibus Iobi oratio arrogans, & infolens videatur; cum tamen verba sint animi incredibiliter demissi, atque supplicis, & suam infirmitatem agnoscentis, excitatisque supremam divini numinis maiestatem ad sui commiserationem...

Ostendere autem potentiam, est in Hebraeo simplex verbum, Gharat, quod est conterere, confringere, aut verò roborare se aut potentiam & virtutem ostendere, & exercere in aliquo confringendo, & conterendo, aut timere & formidare eum, qui pro sua virtute & robore conterere, & confringere possit. unde dicitur Isai. 8. Ipse pavor vester, & ipse terror vester: quasi dicat; qui potest conterere, & confringere penitus. ut ad hoc videatur allusum Matth. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius time eum, qui postquam occiderit corpus, habet potestatem...

mittere in Gehennam. & Isai. 2. vertitur Percutere, & c. 10. Confringere. inde dicitur. Robustus Isai. 27. Violenti Iob. 27. Fortes Psal. 53. Crudelissimi, Ezechiel. 3. Ergo ait Iob; Ita ne vellis tuam potentiam, & vires ostendere, & exercere; te potentem, fortem, robustum præbere in conterendo & confringendo folio, quod vento rapitur; quod per se ipsum exacta ætate, in autumno sua sponte decidit ex arbore, vel incitatum vento levissimo avellitur; vel; Contra folium, cui avellendo atque raptando satis sit tenuissimus spiritus, & infurgere jubet vehementissimum ventum, qui me ex hujus vitæ arbore, veluti folium decutiat, & hinc illucque per fortunæ ludibrium, jactet atque propulset? Sed neq; hoc contentus, collapsum jam, & decusum folium tuæ potestatis manu conterere, comminere, confringere, & in minutissimos pulveres aridam stipulam redigere velis? atqui tu pro tua potestate, cum summa bonitate atque benignitate conjuncta, Factus es (esse soles) fortitudo pauperi in tribulatione (qui non permittis illum præ imbecillitate virium cadere, aut collapsi spes à turbine (umbra, protectio, refugium, adversus turbis impetum, & ventorum inclementiam) umbraculum ab æstu. (Hæc verò omnia præstari à Deo adversus iniquorum spirituum vim, qui raptare & exagitare miserum hominem suæ potestati permittunt, conantur, statim explicat) Spiritus enim robustorum (qui contem-

dunt potentia suæ nervos in conterendo & confringendo infirmo homine) quasi turbo impellens parietem. Ego verò (inquit Iob) agitor, raptor, impellor spiritu inclementissimorum impetu, cum neq; paries sim, neque constans fixa ve rupes; sed vel tenuissimus pulvis, vel levissimum folium. Tu verò etiam velis potentiam prætere tuam in me perdendo. ostendere? at qui alienum etiam est à tua natura & ingenio, quem homines persequuntur, te persequi; quin potius calamum quassatum (ab hominibus) non conteres, & linum fumigans (propè jam extinctum & impetum ventis) non extinguas.

Sed potest hæc Iobi sententia longius patere, si de communi omnium mortalium imbecillitate & inconstantia loquatur; Cum tu (inquam) recorderis, quonia pulvis sumus, & homo sicut fœnum dies ejus, tanquam flos agris, sic effloret; quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, & non cognoscat amplius locum suum; id est, ad levissimam aeris cõitationem decutiuntur exucti flores, & arida folia; & cum nõ eisdem ramis neque eodem loco fuerint, tamen ad radicem arboris sine ullo discrimine concidunt, omnia enim mors æquat. Hanc quoque deciduæ hominum gloriæ rationem & miserandum casum cum clamore & admiratione jussus est Isai. prædicare, cap. 40. Vox dicentis clama, & dixi. Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus, quasi flos agris, exsiccatum est fœnum, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflavit in eo. Sed tamen illa folii translationem apertius Ecclesiasticus usurpavit. c. 14. Omnis caro sicut fœnum veterascit, & sicut folium fructificans in arbore viridi, alia generantur, & alia dejiciuntur, sic generatio carnis, & sanguinis alia finitur, & alia nascitur. Considerari ergo in homine potest, non secus atque in folio arboris, summa inconstantia, atque instabilitas; sicut enim ventorum, commotionum aut aliarum temporis varietatum rationes, ex nutantibus arborum cacuminibus & foliorum commotione observare solemus; ita sanè omnis mutationis atque incõstantiæ materia, & symbolum hominis est; nullum enim est vel levissimum incõmodum, morbus, aut ærumna, quod in illo, quasi ventus in arboris folio, suam potentiam non ostendat. expositus est enim omnibus vitæ ærumnis, & temporis vicissitudinibus. sicut infirmum folium,

pullulat primùm, & gratissimo virore blauditur oculis; floret in adolescentia; veterascit tandem & collabatur exucto humore, & locum aliis foliis pullulantibus denudò concedit viridioribus atque tenerioribus. ergo ait Iob; Cum folium sim, quod vitæ incommodis omnibus obnoxium est, quod ventos omnes timet, & vel ad levissimam temporis mutationem tremis & commovetur, quod facillè convellitur & decutitur ex vitæ arbore; ne tu indignationis tuæ vehementi spiritu incitatus vim ventis, cadam etiam te non impellentem, neque contra me exerente potestatis tuæ nervos, atque vires.

Et stipulam siccam. Ferè eadem sententia, quæ præcedentis partis, nisi fortè stipula aliquid inutilius & ignobilius significet. Actum (inquit) agere videris; nam raptor velut arida stipula tempore adverso, etiam te non persequente, sed per cõtemptrum rei vilissimæ atq; ignobilissimæ mei oblitos. ita ne honorem ducis te te mihi opponere?

An gloria magna est, Insidias homini supposuisse Deum? Sensum hæc indicavit lectio Septuaginta. Numquid, quod si folium, quod movetur a vento, reverberis? aut quasi fœno, quod fertur ab spiritu, opposuisti te mihi? Poterit quoque his verbis ad adolescentiæ errata, quorum inferius meminit aridus, exuctus, propè confectus, atque ad stipulam siccam similitudinem redactus, me persequeris propter præteritæ virorem vitæ, & lascivientis adolescentiæ leve aliquod erratum? nam in presenti hac, quam nunc vivo vitam, nihil inveniis pœna atque supplicio puniendum. jam igitur alius sum, jam exarui; & quid quid vitiositatis ex florente ætate provenire poterat, absumptum est. tum etiam, si qua quodam uberrimorum fructuum fertilitate & copia velut prægnans spica florebam, virebam, gloriabar, & florenti fecunditate exultabam, jam exarui, jam letiferi morbi falce excisus decumbo, contoror, & calce laborum & ærumnarum gravissimarum pondere decussis granis, & bonis omnibus ablatis, nihil remaneo nisi stipula sicca, palea, gluma, pulvis, quem projicit ventus à facie terræ; quid ergo nunc à me repetis? quid exigis? quid me persequeris.

Sed ex stipula voce non nihil prætere-

licendum est. dicitur enim stipula Kas, à verbo, Kafas, quod est colligere, & congregare minutatim stipulas, aut ligna arida, quæ vel vento raptari solent, vel igne absumi. quare est sua elegantia & allusio rerum atque etiam vocum, Exodi. 5. Dispersus est populus in omnem terram Aegypti ad colligendas paleas. quæ enim dispersa erant non nisi à disperso populo colligi poterant minutatim; summòque labore. Inde hoc verbu significat increpare, & reprehendere de erratis etiã minutissimis. v. b. bayquib° R. Mardoch. hujus vocis proprietate describit, adscribenda duxi. Prætor stipulam, significatio illius est investigatio defectus, correctio, increpatio. hoc est, Kafas significat proprie investigare maculas, scrutari defectus; hoc est, probis afficere. sicut enim colligens ligna aut stipulas, colligit hinc inde, et pariter cõgregat, ita de qui probis afficit hominem, colligit maculas ejus hinc inde, & illa dicit ipsi. Igitur poterit Iob nunc suorum minutissimorum, levissimorumq; errorum veniã deprecari; Quorsum nunc minutatim paleas colligas, o Deus optime, quorsum minutissima errata, & meæ vitæ quisquillas summa veluti cura, & investigandi sollicitudine congreges? vel, minutatim colligere paleas, nõ tam ad leviam peccata, quã ad curam cõgregandi minutatim peccata referri poterit; Vndiq; colligis, quæ contra me facere possunt, si erit qui paleas siccas quarit, & vnde quicquid colligit.

Cum autem, ait persequeris, duo sibi impendere mala significat, quæ paleis minantur, aut turbinem & ventum, qui paleas & quisquillas raptare & impellere solent; aut verò ignem. Primum impiis, tanquam stipulis, sæpè comminantur sacræ litteræ; sed Sophonias præcipuè. cap. 2. cum ab hac ipsa radice congregandi minutatim paleas, aut ligna minuta, dicitur; Convenite, congregamini, gens non amabilis, prius quam pariat jussio, quasi pulverem transeuntem diem: antequam veniat super vos ira furoris Domini. id est, qui jam sicut siccissima & levissima palea & quisquillæ exaruitis, & expositi estis ventorum ludibrio, saltem congregamini in unum veluti palearum cumulum, & qui variis studiis vanissimisque cogitationibus divisi dispersique estis, nunc communibus saltem studiis eadèq; oēs animorum cõsensione, corde vno, redite ad verum, unicuq; perfugiu, &

2
Ostendere potentiam quid in Hebraeo.

Isai. 8. 13.

Matth. 10. 28
Luc. 12. 4. 5

Isa. 2. 19. 21
Isa. 10. 33
Isa. 25. 3
Iob. 27. 13
Psal. 35. 5
Psal. 85. 14
Ezech. 31. 12

3
Deus protector a turbine
Isa. 25. 4

Demò turbo, & ventus inclementis.

Psal. 68. 27.
Isa. 42. 3
Matth. 12. 20

4
Mortaliu imbecillitas Foli caduci per similes
Psal. 102. 15. 16

Isa. 40. 6

Eccle. 14. 18

Foili ad hominem translatio

Folium incõstantiæ symbolum

5
Stipula quæ mbo lum rei inutilis, & ignobilis.

Tibull.

LXX

Stipula sicca ad aridam fenec tam

6
Stipula quid

pullulat primùm, & gratissimo virore blauditur oculis; floret in adolescentia; veterascit tandem & collabatur exucto humore, & locum aliis foliis pullulantibus denudò concedit viridioribus atque tenerioribus. ergo ait Iob; Cum folium sim, quod vitæ incommodis omnibus obnoxium est, quod ventos omnes timet, & vel ad levissimam temporis mutationem tremis & commovetur, quod facillè convellitur & decutitur ex vitæ arbore; ne tu indignationis tuæ vehementi spiritu incitatus vim ventis, cadam etiam te non impellentem, neque contra me exerente potestatis tuæ nervos, atque vires.

Et stipulam siccam. Ferè eadem sententia, quæ præcedentis partis, nisi fortè stipula aliquid inutilius & ignobilius significet. Actum (inquit) agere videris; nam raptor velut arida stipula tempore adverso, etiam te non persequente, sed per cõtemptrum rei vilissimæ atq; ignobilissimæ mei oblitos. ita ne honorem ducis te te mihi opponere?

An gloria magna est, Insidias homini supposuisse Deum? Sensum hæc indicavit lectio Septuaginta. Numquid, quod si folium, quod movetur a vento, reverberis? aut quasi fœno, quod fertur ab spiritu, opposuisti te mihi? Poterit quoque his verbis ad adolescentiæ errata, quorum inferius meminit aridus, exuctus, propè confectus, atque ad stipulam siccam similitudinem redactus, me persequeris propter præteritæ virorem vitæ, & lascivientis adolescentiæ leve aliquod erratum? nam in presenti hac, quam nunc vivo vitam, nihil inveniis pœna atque supplicio puniendum. jam igitur alius sum, jam exarui; & quid quid vitiositatis ex florente ætate provenire poterat, absumptum est. tum etiam, si qua quodam uberrimorum fructuum fertilitate & copia velut prægnans spica florebam, virebam, gloriabar, & florenti fecunditate exultabam, jam exarui, jam letiferi morbi falce excisus decumbo, contoror, & calce laborum & ærumnarum gravissimarum pondere decussis granis, & bonis omnibus ablatis, nihil remaneo nisi stipula sicca, palea, gluma, pulvis, quem projicit ventus à facie terræ; quid ergo nunc à me repetis? quid exigis? quid me persequeris.

Sed ex stipula voce non nihil prætere-

licendum est. dicitur enim stipula Kas, à verbo, Kafas, quod est colligere, & congregare minutatim stipulas, aut ligna arida, quæ vel vento raptari solent, vel igne absumi. quare est sua elegantia & allusio rerum atque etiam vocum, Exodi. 5. Dispersus est populus in omnem terram Aegypti ad colligendas paleas. quæ enim dispersa erant non nisi à disperso populo colligi poterant minutatim; summòque labore. Inde hoc verbu significat increpare, & reprehendere de erratis etiã minutissimis. v. b. bayquib° R. Mardoch. hujus vocis proprietate describit, adscribenda duxi. Prætor stipulam, significatio illius est investigatio defectus, correctio, increpatio. hoc est, Kafas significat proprie investigare maculas, scrutari defectus; hoc est, probis afficere. sicut enim colligens ligna aut stipulas, colligit hinc inde, et pariter cõgregat, ita de qui probis afficit hominem, colligit maculas ejus hinc inde, & illa dicit ipsi. Igitur poterit Iob nunc suorum minutissimorum, levissimorumq; errorum veniã deprecari; Quorsum nunc minutatim paleas colligas, o Deus optime, quorsum minutissima errata, & meæ vitæ quisquillas summa veluti cura, & investigandi sollicitudine congreges? vel, minutatim colligere paleas, nõ tam ad leviam peccata, quã ad curam cõgregandi minutatim peccata referri poterit; Vndiq; colligis, quæ contra me facere possunt, si erit qui paleas siccas quarit, & vnde quicquid colligit.

Cum autem, ait persequeris, duo sibi impendere mala significat, quæ paleis minantur, aut turbinem & ventum, qui paleas & quisquillas raptare & impellere solent; aut verò ignem. Primum impiis, tanquam stipulis, sæpè comminantur sacræ litteræ; sed Sophonias præcipuè. cap. 2. cum ab hac ipsa radice congregandi minutatim paleas, aut ligna minuta, dicitur; Convenite, congregamini, gens non amabilis, prius quam pariat jussio, quasi pulverem transeuntem diem: antequam veniat super vos ira furoris Domini. id est, qui jam sicut siccissima & levissima palea & quisquillæ exaruitis, & expositi estis ventorum ludibrio, saltem congregamini in unum veluti palearum cumulum, & qui variis studiis vanissimisque cogitationibus divisi dispersique estis, nunc communibus saltem studiis eadèq; oēs animorum cõsensione, corde vno, redite ad verum, unicuq; perfugiu, &

wp

wsp

Exod. 5. 12

R. Mardoch.

7
Stipula, aut ventus, aut ignis minatur.

Soph. 2. 1

Deum deprecamini; impendet enim vobis vehemens turbo, & rapidissimus spiritus divinæ indignationis, qui vos veluti levissimum pulverē & glutinam agat, atque disperdat in remotissimas regiones. At verò ignem sæpè cōminatur stipulis. Mai. c. 9. v. 24. & c. 47. v. 14. Ioelis. 2. v. 5. Nahū. 1. v. 10. Abdię. 1. v. 10. Malachię. 3. v. 19. Quare fortè inextinguibilem illum ignem sibi timet, qui paleam se & stipulam vocat. sicut scriptū est Matth. 3. *Paleas autē comburet igne inextinguibili.* & Eccl. 21. *Strupa collecta synagoga peccantium, & consummatio eorum flamma ignis.*

XXVI. *Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ.*

- 1. Amaritudinis significatio longè patens. ad penas, & tristitia atque lugubria refertur.
- 2. Amaritudines peccata significant; & huius significationis ratio quæ peccatorum dulcedo in bile definit. Illustrati Moyses, Salomon, Isaias.
- 3. Amaritudo ad iram & indignationem. Amaritudo apud Aristotelem quæ dicitur.
- 4. Amaritudo pro morte. Amara venenosa, et mortifera exempla plurima. Illustratus Moyses, & Hoseas.
- 5. Scribere verbum forese.
- 6. Consumere quid in Hebraeo. Pena culpa filia. Illustrati Salomon & Hoseas.
- 7. Significatio consumendi, anceps.
- 8. Peccata adolescentiæ nõ referenda ad filios.
- 9. Adolescentia quid propriè.
- 10. Adolescentia pro ignorantia. Illustratus David.
- 11. Causa ad temperandam delicti penam est subsequenda vita honestas. De precatio apud Rhetores quid.

Matth. 3. 12
Luc. 3. 17
Eccl. 20. 10

I Amaritudinis significatio longè patens.

Amaritudo ad penam, & acerbitatem

CVm longè pateat significatio amaritudinis in sacro sermone, non est huius versiculi apud omnes una sententia. & qui dē frequētissime amaritudo refertur ad penam, & afflictionem, & quidquid potest vitā reddere acerbā atque molestam; exempla nõ quæ sita occurrunt. significationis autem ratio & analogia illa est, quòd cū inter sapes omnes amarissimus, sit etiā inimicissimus naturæ, atque palato; ita etiā amaror, illa omnia significat, quæ naturæ inimica & permolesta sunt. tum etiā cū ea, quæ amara sunt, ignea & calida sint, ut medici atque philosophi docēt, interdumque inflammata bile, inflamantur & estuat præcordia; sic sanè miseri homo ar-

det, uritur, æstuat. & sicut (teste Gal.) amara exsiccant, exuguntque corpus; ita etiā teste Sapiente, *Spiritus tristis exsiccatur ossa.* dicitur autem amaritudo, de re quacumque tristi, & lugubri; amara animam amarus fletus; amara lachrymæ. & Zacharię. 11. *Plangēt eum planctu, quasi super unigenitum.* Hebræi. *Amaricabunt se super eum, quasi amaricare super unigenitum.* & Ruth. 1. *Vestra angustia magis me premit.* Hebræi, & Septuaginta. *Amaritudo est mihi super vos, vel, præ vobis.* & inde dicitur, provocare, irritare, exacerbare a liquem; quod in originali est, *Amaricare.* in hoc ergo sensu, scribere amaritudines, erit, statuere pœnas gravissimas. & acerbissimas in aliquem, quæ illius animi palatum & sensum pungant, & mordeant.

Alii tamen amaritudines, peccata interpretantur, idque dupliciter: aut quia ad amaritudinem Deum provocet; aut quia ipsi homini amaritudinem pariant, & per acerbam tandem ipsi peccatori existant. Hoseę. 12. *Ad iracundiam me provocavit Ephraim in amaritudinibus suis.* Ieremię. 31. *Pone tibi speculam, constitue tibi amaritudines.* id est, constitue te in loco sublimi, unde videre & numerare possis colles, & excelsa lucosque omnes, in quibus idolis immolasti. Deute. 29. *Ne fortè sit inter vos vir, aut mulier, cuius cor sit separatam à Deo, ut vadat & serviat diis, & sit inter vos radix germinans fel & amaritudinem.* Qua etiam ratione Petrus dixit Actuum. 8. ad impium Simonem; *In felle amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse.* Neque mirum peccata, quæ primùm dulcia videtur, amaritudines vocari, cū dulcia omnia in amarorem & bilem facillè cōmutentur. quare hoc ipsum verbum, *Marar*, unde nostrum amarum fluxit, non solum amarefcere significat, sed etiam mutationem & transitum in amaritudinem. quò videtur respexisse Isaias. cap. 24. *Amara erit potio bibentibus eam.* id est, vertetur in amarorem. & Proverbiorum. 5. *Favus distillans labia meretricis.* & mox subditur; *Novissima autem amara quasi absinthium.* id est, novissimè illa dulcedo amarefcit. in universum autem Ieremias dixit. c. 2. *Vide quoniam malum & amarum est (id est, experimento disces amaritudinem tandem parere) reliquisse te Dominum Deum tuum.* Qua etiam rerum proportionem servata angelus Joāni præcepit Apocalypsis. 10. *Accipe librum, & devora illum & faciet amaricare ventrem tuum, sed in ore*

Galenus
Prov. 17. 22
Amaritudo ad tristitia, & lugubria.
Zach. 11. 10

Ruth. 1. 13
Hebræi.
LXX.

2
Amaritudo pro peccatis.

Hose. 12. 14
Ierem. 31. 21

Deut. 29. 18.

Act. 8. 23

Peccata, ut potest dulcia, in amaritudinem transire.

772

Isa. 24. 9
Prov. 5. 4

Ierem. 2. 19.

Apoc. 10. 9. 10

tuo erit dulce, tanquam mel. juxta hoc huius sententiæ sensus esse potest; Scribis contra me amaritudines: notas, observas, evolvis ea, quæ te amaricent, & adversum me exacerbent. Sicut è contra Reges aliquando observant, & scripto mandari volūt, quæ præmio & honore digna pro Rege quis fecerit. ut Esther. 6. cū Assuerus noctem traduxit in somnem, iussit sibi afferri historias & annales eorum temporum; cū que ventum esset ad illum locum, quomodo Mardocheus nuntiasset infidias, rex ait; *Quid pro hac fide honoris & præmii Mardocheus consequutus est?* dicat igitur Iob cū ea scribi, & in annales referri præcipias, quæ unquam ego gesserim, ita ne tantum scribi & notari amaritudines & peccata mea jubeas, non etiam fide & charitate obsequia plenissima, præmio fortasse atque honore non indigna? hæc frequentissima quidem invenias; ex illis nõ nisi unum, aut alterum, atque vix ullum. ita omni præmio atque honore spoliato pœnas & supplicia gravissima mihi constituis; & ita in memoria firma & constanter conservas mea peccata, ac si scripto, me ti ve insculpisses.

Sed tertio, quàmvis amaritudinis nomine peccata significari minimè intelligamus, certè amaritudo pertinet ad conceptam iram, & ardentem biliosamque indignantis animi commotionem. est enim inter humores amarissimus ignis & æstuus, & natura sua irasci & indignari, atque inflamari paratus, & amara ferè pro biliosis accipiunt medici: amara enim, omnia cibi præsertim & potus bilem augēt. atque cū etiam dulcia calida sint, sed hoc inter dulce & amarum interest, ut docuit Galen. quòd amarum efficitur à caloris excessu. *Verum dulce omne calidum est, nec immodicè calorem nostrum exuperat, sed inter limites se continet fundentis, lavigantis, mollientis.* ergo scribere amaritudinis, videri potest esse idem, quod aliquem indignantem & iratum scribere, & decernere alicujus mortem, & extremi supplicii sententiam. nos diceremus; *Ea señor, que son enojos y coleras las que estays escribiendo.* Hinc sæpè amaritudo pro iracundia. Ezechielis. 5. *Ad iracundiam (Hebraicè, ad amaritudinē) provocavimus.* Danie. 8. *Cum hircus appropinquasset prope arietē efferatus* Hebraicè; amaricatus est in eū. & c. 11. *Cōfortabitur (amaricabit se; enarrata en colera) Rex austri.* 1. Reg. 30. *Amar*

Esther. 6. 1

3

Hippocr. lib. 4 de morbis.

Galen. de simpl. Medic. facul. lib. 4.

Dan. 8. 7
c. 11. 5

1. Reg. 30. 6

erat anima uniuscujusque viri. Furēs et indignas qua etiam ratione Proverbiorum. 17. dicitur; *Semper jurgia quarit malus.* Hebraicè, *amaritudinem quarit.* Quod Aristot. etiam. 4. *Et hicorum attigit, dum de māsuetudine, & ejus extremis differit; quoddam enim genus biliosorum vocat amaros. amaros autem illos esse definit, qui cum difficultate placantur, & longo tempore sunt sub ira.* ejusmodique homines scribit esse sibi atque amicis permolestos, ut pote qui sine vindicta & pœna placari vix possint. juxta hoc quoque potuit Iob dicere, *scribi adversum se amaritudines,* præberèque se Deum amarum, atque difficilem; Conceptam (inquit) aliquando iram adversum me non reddidisti, neque cessasti, neque sine ingēti supplicio & pœna, ut in tuam gratiam redirem, passus es; difficillimum te mihi præbes, mihi inquam, quondam amicissimo; & cū gravissimas jam de me pœnas sumpseris, nondum deliniri te finis; iratum te quidem aliis præbere soles, sed iram statim reddis, et deponis, *in momento enim indignationis avertis faciem.* at verò contra me, non solum iratum, sed, quod diuturnius et gravius est, amarum.

Sed quarto tamen, quoniam huius sententiæ voces singulæ forenses, judiciales que videtur, videtur quoque vox amaritudinis pro morte, aut mortis sententia lata, ferenda vè accipi debere; atque id eò libentiùs asseram, quòd amaritudinis nomen frequenter videam in sacro sermone cum morte cōjungi, cuius rei illustria quædam exempla accipe. 4. Reg. 4. cū filii prophetarum gustassent colochintidas, clamaverunt, dicentes; *Mors in olla, vir Dei.* sunt autem cucumeres, aut cucurbitæ silvestres amarissimæ, propterea que à Persis appellatur, Fel terræ; atque ex medicorum sententia; si supra quatuor obolos sumatur, letales sunt. Hinc amarum, mortiferum est. Ps. 63. *Intenderunt arcum, rem amarum id est, mortiferam, letali veneno tinctam sagittam.* Deu. 32. *Devorabunt eos aves morsu amarissimo.* id est, letali atque mortifero. Isai. 38. *Ecce in pace amaritudo mea amarissima.* id est, jucundè et pacificè mihi agēti advenit inopinata mors. Ecclesiast. 7. *Inveni amariorē morte mulierē.* id est, magis letalē magisque mortiferā. et Num. 5. dicitur aqua amarissima, quæ adulteræ mortem afferbant. Hinc videas, perpetuò epiteto mortē dici amarum, et diē mortis, amarum quoque;

Prov. 17. 11
Arist. 4. Ethic.
cap. 5
Amari qui dicantur.

Isa. 54. 8

4
Amaritudo pro morte, aut mortis sententia.

4. Reg. 4. 40
Ps. 63

Ps. 63. 4

Deut. 32. 24

Isai. 38. 17

Ecclesiast. 7. 27.

Num. 5. 18.

Eccl. 4. 1. 2. Reg. 15. 32. Amos. 8. 10. Prov. 31. 6. Dies amarus quis Deut. 32. 33. Hofa. 10. 1. 5 Scribere verbum forense. Ioan. 18. Pf. 31. 49. 9. Dan. 6. 8. Scribere formulam. Chryfost. 6

diem. Ecclesia. 4. 1. O mors, quam amara est memoria tua! & .i. Regum. 15. Siccine separata amara mors. Amos. 8. Ponam novissima ejus, quasi diem amarum. & Proverb. 31. Date sicram merentibus, & vinum his, qui amaro sunt animo. id est, iis qui proferuntur ad extremum capitis supplicium. Hujus significationis analogia & ratio sumi videtur ex letalibus quibusdam venenis, quæ cum ignea & calidissima sint, amarissima etiã sunt, juxta id Deut. 32. Vva eorum, vva fellicis, & botrus amarissimus, fel draconum, vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. & Hofa. 10. Germinabit, quasi amaritudo, iudicium super sulcos agri. id est, iudicium, condemnatio, mors, pullabunt, atque operi & cultura eorum respondebunt. id est, mors & damnatio certissima vestris operibus debetur. Igitur scribere amaritudines, erit mortem decernere, & statuere, & capitis sententiam pronuntiare. Scribere etiam rectè cum hac interpretandi ratione congruit; nam forense videtur & iudiciale, & pertinere videtur ad firmum & irrevocabile iudicis decretum aut sententiam. sic Pilatus dixit Ioan. 18. Quod scripsi, scripsi. id est, quod semel decrevi, & statui, ratum & irrevocabile esto Pfalm. 149. Ut faciant in eis iudicium conscriptum. id est, prædefinitum, statutum jam. exequentur videlicet sancti sententiã contra impios, quam Deus tulit, statuit, & definivit. Sic etiam Danielis. 6. Rex confirmat sententiam, & scribe decretum ut non immutetur, quod statutum est à Medis & Persis. eandemque significationem in iure obtinet, verbum Scribendi; nam Scribere formulam dicebatur, qui in iudicio aliquem provocabat. atque hi sunt libelli iudiciales, quibus scripta actionis formula continetur. igitur hoc loco scribendi verbum ad iudicium, iudicemque pertinet; Capitalet mihi litem intendis; aut, capitis sententiã pronuntias. quod etiam agnovit hoc loco Chryfostom. docet enim translationẽ ductam esse à Regibus sententiam scripto mandantibus. Et consumere me vis. Verbum jaras, possidere, aut hæreditare significat. propterea que Vatablus & Hebræus apud Cajetanum, atque Regiã vertunt, Hæreditare, aut possidere me facis peccata adolescentia. id est, quali iure quodam hæreditario sustinere cogor pœnas debitas peccatis adolescentiã; successione enim quadam videntur

ad me devolutæ: nam pœna est, quati culpa prognata & filia, atque adeo ipse homo grandævus & senex succedit sibi ipsi puero & adolescenti: suo igitur iure & naturali quadam successione, vir atque senex, prioris ætatis peccatorum pœnas luere compellitur, ut merito dictum sit; Ossa ejus replebuntur vitiiis adolescentia. Ad quam hæreditandi, possidendi que rationem pertinet id Proverb. 3. Gloriam sapientes * possidebunt (Septuaginta Hæreditabunt. id est, hæreditario quati iure, ex adolescentiã studiis atque laboribus devolvitur in viros sapientes atque etate provectos, tãquam prioris ætatis fructus, & hæreditas, honor, & gloria) stultorum exaltatio, ignominia. id est, exaltant, levant que ignominia, tanquam hæreditatis partem; nihil enim ex turpi adolescentia, ad senectutem, aut virilem etatem devolvi aliud potest. trãslatione ducta à divisione hæreditatis inter plures hæredes; portionem enim aut partem suam quisque sibi levat, & assumit atque hanc debitã hæreditatis rationem explicuisse etiam videtur Hofeas. cap. 12. verbo restituendi; Sanguis ejus super eum veniet. (id est, hoc illius peccatum devolvetur ad illum vertente tẽpore: est enim propria illius hæreditas) & opprobrium ejus, restituet ei Dominus suus. ubi vides verbo restituendi, eandem hæreditatis, debitique rationem indicari. Sed tamen licet hæc verbi significatio vera atque congruens sit, Latinus tamen interpret originalẽ verbum accepit in omnino contraria significatione: quod sæpè in Hebraicis verbis invenimus; quare significat etiam pellere possessione, & hæreditate spoliare, quod unica voce expressit Vulgatus, consumere. id est, ad extremam consumptionem, inopiãque redigere, & bonis omnibus exturbare. sicut. i. Regum. 2. ab hac ipsa radice dicitur; Dominus pauperem facit (spoliat, exhæreditat.) Ergo inquit Iob; Propter peccata adolescentiã bonis me omnibus spoliast; & qui me quondam ditasti, nunc facis pauperem. Ergo vita, ac bonis omnibus * consumor. Peccatis adolescentiã. Id est, propter adolescentiã peccata. Quidam existimavit suã adolescentiã peccata vocare, que à filiis suis adolescentibus perpetrata fuissent, sibi que tribui, quod vel filios suos non continuisset in officio, vel

Pœna, quasi culpa filia. Iob. 20. 12. Prov. 3. 25. De los estudios y trabajos dela mocedad. se here da la hora en la vejez. Hofa. 12. 14. Consumere accipitur in vtramque partẽ in Hebræo. I. Reg. 1. 7. Condenayf amuerte, yperdimiento de bienes Peccata adolescentiã, non pertinere ad filios

LXX

Polychr.

Philip. Olympio.

9

Adolescentia quid proprie.

7

Consumere

I. Reg. 1. 7

Condenayf amuerte, yperdimiento de bienes

8

Peccata adolescentiã, non pertinere ad filios

LXX Polychr. Philip. Olympio. 9 Adolescentia quid proprie. Gen. 37. 2. Jerem. 32. 30. * Lo primero que hizieron en abriendo los ojos. Psal. 126. 4. Hieronym.

segniùs atque frigidius increpasset illorù adolescentiã errata. videri posset huic in terpretationi favere lectio Septuag. Imposuisti mihi peccata juventutis. sed alienus est commentarius à Iobi mente, planè que coactus, cum de se omnino loquatur, & suam adolescentiam fortè intelligat, ante quàm filios suscepisset. Polychron. præterea existimat Iobum non agnoscere ul la adolescentia peccata, sed hæc amicorum causa dicta esse, tributum illi aliquod aut præsentis, aut superioris vitæ scelus. sed hæc quoque sententia aliena est à Iobo, & à cæteris interpretibus, qui hoc ex loco (Philip. præsertim atque Olympio.) colligunt, eximiam viri sanctissimi integritatem, qui in etate jam confirmata, atque matura, nihil sibi consciret. Adolescentia. Est in adolescentiã voce, & proprietate, quod peccati rationem minuire & extenuare possit; dicitur enim à radice Naghar, quod est excutere, aut consurgere facere. atque inde, excussus, significat puerù, aut juvenem ejus ætatis, qua jam incipit è molliori parentum cura foras excuti, ad aliquid operis vel ministerii faciendum; qualis esse solet a duodecimo, vel decimo quarto anno, ut exemplis patet Genes. 37. Ioseph pascebat gregem cum fratribus suis, adhuc juvenis. Jerem. 32. Iugiter facies malum in oculis meis * ab adolescentia sua. id est, à prima etate, cum aliquid agere, aut gerere apti fuerunt. Quod affine est vulgato illi Hispanorù proverbio, El cardo que a de picar, luego nace con espinas. & sic Psal. 126. dicuntur; Sicut sagitta in manu potentis, ita filii excussorum. Hierony. filii juventutis. id est, ab adolescentia, à prima etate, qua ministrare possunt, & aliquid muneris & obsequii parentibus suis præstare. Nunc igitur Iob ex tenera illa etate nondum cõfirmata sic veniam errati præcatur; Quid mirum, si cum primas illas vitæ actiones obirem, erravi juvenis adhuc & non satis benè in operibus pietatis, neque in rectæ rationis lege & constitutione perfectè informatus, & eruditus? Habent igitur hæc verba conquestionem; nam adolescentia, ut quæ ex ignorantia & imbecillitate frequenter labatur, quodcumque videtur delictum condonandum. quare juvenis, aut puer idem sonat, quod rudis, & ignorans; & adolescentia, idem quod ignorantia. Jeremi. 1. Domine nescio loqui, quia puer ego sum. id est, rudis

ignorans, pueri instar. quem sensum habet illa Apostoli sententia. i. Corint. 14. Nolite parvuli effici sensibus. 3. Regu. 3. Ego autem sum puer parvulus, & ignorans ingressum introitum meum. & 2. Paralip. 13. Roboam erat rudis & corde pavido. Hebraicè, Erat juvenis. propterea cum Septuaginta. Psal. 24. legissent, Delicta juventutis mea. statim addiderunt, & ignorantias meas. cum tamen in Hebræo sit, Pravaricationes, aut scelera. uti legit Hieronym. idemque in epistola ad Cyprianum, qua exponit Psal. 99. ubi Septuagint. legunt; Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, seculum nostrum in illuminatione vultus tui. ipse pro seculo, juxta Hebræum & Symmachum legit, Negligentias nostras. & 5. editio interpretatur, adolescentiam: Aquila verò, errores, sive ignorantias. Et propterea (inquit Hieronym.) dictum esse alio loco, Ab alienis parce servo tuo: namque aliena videntur esse vitia, qua ignorantia, aut errore committimus. & tamen (inquit) cum non sit voluntas in crimine, error in culpa est. quare ignorantia solet excusare & minuire culpam, atque pœnam, ut Theologi cum Divo Thoma docent. 12. 25. jurisq; DD. variis locis, quos indicat Andreas Tiraquellus de pœnis temperandis. Accedit etiam quod antiqua delicta, multò leniùs puniuntur in iure. quare præteritã adolescentiã errata veniam merentur. benè que observat Olympiodor. hoc loco velle Iobum ostendere se etatis culpa fontem aliquando fuisse, ut etati veniam faciliùs impetret, ut ille dixit. Sed parcimus annis Donamusque nefas. In quam rem eleganter disserit Lactantius libro de ira Dei. cap. 22. Seneca lib. 3. de ira. Cicero oratione pro Cælio, quæ propter etatem conatur etiam defendere. Illud etiam præteriti delicti veniam impetrare facile solet, si is, qui quondam peccavit, postea benè honestèque vixerit; Nam inter præcipuas puniendi causas, ut docent Plato in Gorgia, & Seneca lib. 1. de clementia, est, ut qui peccavit, corrigatur: quæ in antiquo delicto nullam vim habet, præsertim cum multis sanctè honestèque factis, si quæ fuit præteritæ etatis macula, delera & obliterata fuit. Apud Rhetores autem dicitur hic Deprecationis locus. est autem Deprecatio (ut ait Cicero)

1. Cor. 14. 20. 3. Reg. 2. 7. 2. Paral. 13. 7. Ps. 14. 7. Hieron. epist. ad Cyprianum. Psal. 99. 8. I. XX. Text. Hebræ. Symmach. Quinta edit. Aquila Ps. 18. 4. D. Thom. 1. 2. q. 76. a. 3. 4. Tirag. de pœnis temp. c. 11. & 13. si duntur. D. de pen. Olympiod. Lactan. lib. de ira Dei. c. 22. Senec. lib. 3. de ira. Cicero pro Cælio. 10. II Causa ad temperandam pœnam delicti. Plato. Seneca

Cicero de invē. Deprecatio quid apud Re thores Herod. lib. 7 in qua non defensio facti, sed ignoscendi postula- tio continetur; videlicet cum petitur, ut propter egregia merita alia delicta condonetur. Igitur Iob multis pietatis facinoribus clarus cō queritur, nūc peccatis adolescentia consumi. deprecatur etiam, ex posterioribus obse- quis, vitę prioris errata. Deprecationis huius illustre est illud, & præsentis rei per simile exemplum, quod scribit lib. 7. He- rodot. de Sandoce quodam, errati cuius- piam veniam propter multa præclara ob- sequia deprecante, & demum in crucem à Dario sublato. quod præstabit in suo au- ctore legere, quàm describere.

XXVII. Posuisti in nervo pedē meū & observasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considera- sti.

- 1. Nervus ad imbecillitatē, vel robur ab aliis accipi Nervus vinculi genus quale.
2. Nervus in Hebræo quid
3. Quid nervus & vincula significet. ad dolores & calamitates referri.
4. Aegritudines, & calami- tates, custodia arctissi- ma. Descriptio carceris teterrimi ex Ieremia.
5. Varia lectio. Considerare
in Hebræo quid. exquisi- ta severissimi iudicis di- ligentia in inquirendo delicto. Illustratus locus Iudicum. Defensus Pul- gatus.
6. Vestigiorum considera- tio, ad diligentem crimi- nis investigationem. illu- stratus Daniel.
7. Radix quid in Hebræo, & ad qua transfera- tur.

I Nterim (inquit) dum tu scribis extremā mei capitis sententiam, pedes meos in ner- vo posuisti. quod miserię & cruciatus ampli- ficatio est. & non defunt quidem, qui de maxima imbecillitate & tenuitate pedū, totiusque corporis, dictum esse velint, ut nihil præter ossa & nervos habere videre- tur; & insuper (inquit) observas semitas meas, cum vix pedem figere firmas præ im- becillitate possim. Cæterum, neque sen- sus hic cohæret, & tum ab Hebræo, tum à Græco & Latino alienus est. namque potius Latinus nervum pro robore & viri- bus sumit, & imbecillitatem, enervem, vel enervatam appellat. consentiunt igitur omnes Nervum, hoc loco esse vinculi, aut compedis genus. in qua etiam signifi- catione, licet ab alia radice, interpretis ner- vo usus est. Ieremi. 29. Ut mittas eum in ner-

vum & in carcerem. quare sic legerunt Sep- tuaginta. Posuisti in impedimento pedem meum. Symmachus, in angustia & miseria. Aquila, Sicut de ligno carceris. quanquam Catenæ auctor dicat legisse Aquilam, Posuisti in cip- po pedem meum. S. Augusti. In compede. Sed cuiusmodi fuerit hoc vinculi genus. non dum certò constat. Nam Festus ait: Ner- vum appellari vinculum ferreum, quo pedes vel cervices impediuntur. quod ex Festo iisdem penè verbis descripsit Isidorus. Argolla y cadena, o pie de amigo. atque idem fortè est illa Augustini lectio, compede. atque ner- vum etiam, per compedes explicat Gel- lius lib. 11. in lepido illo Catonis dicto, Privatorem fures in nervo & compedibus ata- tem agunt; publici in auro & purpura visuntur. & Hebræus apud Cajetan. ait esse ferream catenam, qualis apponitur super pedes fervorum, ne liberum sit eis fugere. quævis (inquit) ex tex- tu tantum colligitur, quod per modum annuli cingebat infimam tibia partem.

Hebræi verò ferè existimant, vocem, cad, esse vinculi genus lignei, brevis, o ce- po. quare alii legunt cippum, vt Rab. Da- vid, Zamora in dictionario parvo, Com- plutenses, qui dicunt esse lignum perfor- ratum, quo pedes vincitorum continen- tur. Rab. Mardochai in suis concordan- tiis. & ait lingua vernacula vocari cepe- idem Regia & Tygurin. & idem viden- tur etiam agnovisse Septuaginta, dum hanc ipsam vocem infra. cap. 33. ubi hæc eadem sententia reperitur, lignum ver- tunt.

Sed quid vinculi & compedum trãsla- tione velit significare Iob? Divus Tho- mas, Lyra, Dionys. & Latini alii inter- pretantur, divinam videlicet legem, divino- rumque mandatorum vincula, quæ sunt alligatura salutis; quibus dicat Iob suos pedes (id est) animi affectiones detentas, & cohibitas fuisse, ne liberè per illicita vagarentur, aut aberrarent. atque ita hæc circumloquutione significat se innocen- tem esse, quasi dicat; Quasi aberrantem hominem, & à lege tua discedentem me damnas, cum me semper tu ipse conti- nueris intra tuæ legis vincula, & carce- res. Sed durè connectitur, & præter rem videtur hæc nunc allegoria, cum manife- stè per vincula, funes, compedes, carcerè soleant cruciatus & dolores intelligi, atq; debeat. in quibus detineri solèt capite dà- nati. fortè etiã respicit ad peculiarem ali-

LXX Symmach. Aquila Nicetas. August.

Fest Pomp.

Isidorus August. Gell. lib. 11. c. vi.

Cajeta.

2 70

R. David Zamorens. Complut. R. Mardoche. Regia Tyguri.

LXX.

3

D. Thom. Lyra Dionysus

Vincula & nervus quid significant Eccl. 6. 31.

quem

Fid. c. 2. in em- meratione mor- borum sect. 4. nu. 2.

4

Aegritudines & calamita- tes, custodia arctissima.

Thren. 3. 6 Descriptio carceris teter- rimi.

5

Pag. R. Levi Cajeta. Vatabl. Tyguri.

Clarius

תקן פקן

Iob. 19. 24 Ezech. 23. 14. & 4. 1. & 33. 22 Deut. 33. 21 Genes. 49. 10 Iud. 5. 15

quem furarum, pedūve morbū, atque tu- morē, quo proliberetur incedere nō mi- nūs, quàm si cōpedibus detineretur. ut fu- pra diximus cap. 2.

Et observasti omnes semitas meas. Amplifi- catio est arctissimæ custodiæ. Præterquã quòd in nervo & invinculis sum, omnes aditus viasque præcludis, ne ullum mihi pateat effugiū, ut si ex uno expediri mihi contingat, in aliud incidam. ita omnes mi- hi semitas alicujus solatiū liberè captadi intercludis, custodis, observas. & fortè translatio ducitur, nō tam ab hominibus custodientibus reos, quã ab ipsa arctissi- ma custodia, in qua quavis vincitū afferen- tur, nihilominus tamen in carcerē conji- ciuntur undique septū muris firmissimis ut omnes sint evadendi semitæ penitus interclusæ. qua ratione simillimus erit lo- cus Threno. 3. in tenebrosis collocavit me (in subterranea videlicet & obscurissima carceris parte) quasi mortuos sempiternos (vi- delicet, non hæc vivorum statio. non dà- natorum tantū, sed jam mortuorū atque sempiterna oblivione sepulcorū) & circum- edificavit adversum me, ut non egrediar (fortis- simos atque altissimos erexit muros, ut omnē fugiēdi spem mihi adimeret) aggra- vavit cōpedem meū (novis me quotidie vin- culis additis cōstringit) sed & cū clamavero & rogavero, exclusit orationem meā. Conclufit vias meas lapidibus quadris, & omnes vias meas subvertit. omnes videlicet meas cogitatio- nes, atque spem libertatis præclusis aditi- bus, interclusit ille.

Et vestigia pedum meorū considerasti. Lōgè discedūt Hebraizantes ab hac lectio- ne. Nā Pag. cū R. Levi legit, Super talos pedum meorū imprimetur. Hebræus apud Cajetan. Super radices pedum meorū sculpes. Vatabl. su- per radices pedum meorum excavatus est. Tygu. Radicibus pedum meorum vestigia imprimit. Isi- dor. Clar. Constringis talos pedum meorum. in huius varietatis causa est verbū consideran- di, ChaKah, quod Latinus interpres, nō v- no modo reddere solet. nam Iob. 14. ver- tit, exarare. Ezechielis. 23. exprimere imagi- nes. Ezechiel. 4. describere civitatem. Isa. 10. condere, vel statuere leges, & inde dicitur le- gifer. Deut. 33. doctor, Genes. 49. dux. Iudic. 5. & quidem propria significatio hæc ef- se videtur, formam alicujus rei, imaginē, aut effigiem statuere, vel exarare, impres- so signo aut nota, aut sculptura, scriptura vè, aut alia quapiam ratione. quare lex ab

hac radice dicitur, quasi scripta, vel exara- ta aut sculpta vitæ imago. & Elias Thisbi- tes ait, inde dici Impressores librorum, MeKa Kim, desumique ex illo Isa. 10. Vē quic scri- bunt decreta iniqua. Hebraizantes igitur suppositum huius verbi exarandi, aut im- primendi faciunt nervum, aut cōpedem. & ve- stigia, aut radicē pedum, inferiorē ve illam cruris partem apposuit. reddunt itaq; sen- tentiã hanc; *Nervus, aut com pes, aut vin- culum super pedes meos imprimetur; suã figurã in meis pedibus exarabit, descri- bet, inuret. Sed Vulgatus tamen illam sig- nificationē verbi exarandi, aut describen- di, & statuendī certam formã, & effigiem alicujus rei, ad attentã. considerationē re- tulit, quæ velut effigies quædam atque fi- gura imprimitur considerationi, & aspe- ctui, & quasi notatur, inuritur, insculpi- tur que in mente, aut in oculis; & cum idē verbū pertineat etiam ad judicē & legife- rū, tum etiam ad leges & statuta, videtur hoc loco ea consideratio debere intelli- gi, quã severissimus aliquis pariterq; so- lertissimus iudex adhibere solet, in inqui- rendo & investigando alicujus scelere, & conjecturis faciendis, observandisque mi- nutissimis quibuscumque rationibus, ver- bis, vestigiis: ita ut reus dicere possit, leve- rissimū iudicem suorum etiam pedum ve- stigia considerasse & observasse, notatque habere. Quò pertinet Augustini lectio. Radices pedū meorum contēplatus es. nos per amplificationē dicere possemus, quentame- las pasos, y hazeme cabeza de proceso de que pi- se el Sol, & quidē hanc significationem cō- siderandi, & observandi agnoscit inter præ- cipuas R. Mardoche. appellatque cogitatio- nem cordis, & conceptum anima. & ad hæc sig- nificationem adducere conatur locum il- lū. Iudic. 5. de Machir principes descenderunt. cū enim pro voce, Principes, aut legistato- res, sit MechoKim, ipse vertit, cogitationes. Magna cogitationes cordis. Cor enim (inquit) decernebat & cogitabat, quomodo non venerūt ad pralium.

Si velis etiam allusionem fieri ad illam significationem pingendi, vel describen- di formam aliquã aut effigiē, poterit qui- dē cum mentis consideratione aprè con- jungi in hanc sententiã; Super vestigiis pe- dum meorum imaginis. id est, cum in lo- co aliquo vetito cōspicis impressa vesti- gia, illa statim curas, præcipisque descri- bi, propriamque mensuram, atq; figuram

תקן תקן

* Los grillos se me entran por las carnes, y me de- guellá las gar- gantas de los pies.

Exquisita dili- gentia in in- quirendo de- licto.

August. lect.

R. Mardoche.

ut melius inquirere possis, an illa vestigi-
 gii forma meis pedibus coveniat; atque
 ita per exquisitam hanc vestigiorum obser-
 vationem me possis reum peragere via
 alicujus pravæ. qua vestigiorum observandorum
 arte, & occulta facinora perquirendi, fo-
 lertissimi aliquando judices utuntur; &
 non solum humani vestigii, sed etiam un-
 gularum equinarum formam & figuram
 describere solent, si quando impressas vi-
 deant juxta cadaver hominis interfecti.
 qua etiã observatione & arte usus est Da-
 niel ad detegendam occultam illam sa-
 cerdotum Belis nequitiam; notatis enim
 in pavimento consperso cinere, vestigiis
 Regem admonuit; *Animadvertite, cujus vesti-
 gia hæc sunt. & dixit Rex; Video vestigia viro-
 rum & mulierum, & infantum.* Ergo inquit
 Iob; Non contentus quod me in tam ar-
 ctam custodiam cõjeceris, vitæ præterea
 meæ rationes omnes minutissimas, su-
 præ quàm dici potest, accuratè disquiris,
 & ita vestigia observas, ut cum videas ali-
 cubi malè impressa vestigia in via iniqui-
 tatis, formam illicò vestigiorum transcri-
 bas, ut cum meis pedibus comparata, ali-
 cujus mei criminis testimonium esse pos-
 sit.

Quod autem de *Pedum radicibus* Hebrai-
 zantes legunt, tum etiam Septuag. ad *radi-
 ces pedum meorum pervenisti*; sicut certum est,
Sores, significare radicem, sic etiam dubium
 non est transferri posse ad significandam
 quamcumque rem aliam infimam, & cujus-
 que rei fundamentum. quare etiam accõ-
 modari ad *vestigia* potest, & sic etiã infra
 19. dicitur (ubi tamen videtur durior trã-
 slatio,) *Radicem verbi inveniamus contra eum.*
 & quidem eò meliùs huic loco quadra-
 bit, si *vestigium* sumatur, ut sæpe apud Lati-
 nos solet, non tantum pro impressione
 pedis, sed pro ima parte, id est, pro planta
 pedis, qua ratione illi proverbialiter di-
 cunt, *à vestigio ad verticem.* Ergo inquit; Non
 solum vestigia impressa consideras, sed
 etiam attentissimè dispicis, an aliquid pul-
 veris meis pedibus adhæserit, quem nunc
 ingenti supplicio à me excutias, quãvis
 ego jam pœnitentiæ lachrymis animi mei
 maculas eluerim; quãvis ita lotus sim, ut
 neque quidem fortè *indigeam, ut pedes lavè*
 ut sim *mundus totus*, sed tu tamen me repu-
 tas, quasi *for dibus intinctus* sim. cum quo e-
 tiam illa Septuag. lectio cõvenit, *Ad radi-
 ces pedum meorum pervenisti.* id est, me explo-

ralti à vertice ad pedes, ultimãque vesti-
 gia. Quid autem hac dicendi ratione sig-
 nificetur, eleganter exposuit Polychron.
*Nihil (inquit) est in meis actionibus, quod non
 curiosius persequeris, tum causas, tum initia, tum
 fibras eorum, quæ à me in vita aguntur, observas,
 & tenuissima quæque vineris mei vestigia inda-
 gas, ut me supplicio constringas.*

**XXVIII. Qui quasi putredo consu-
 mendus sum. & quasi vestimentum,
 quod comeditur à tinea.**

1. *Varia lectio.* lectio illustrata David.
 2. *Consumere quid. Abstractum pro concreto.* 3. *Humana imbecillitas in putredine, & vestimentum.*

Cum in Hebræo illius verbi *consumen-
 di* suppositum non aliud sit, quàm re-
 lativum, quod ad multa referenda indif-
 ferens est, Cajetanus ad *pedem* refert, le-
 gens; *Et ipse sicut putredo consumetur.* quam
 lectionem alii ferè Hebraizantes retinēt.
 id est, propter cõpedis angustias, pes cõ-
 putrescit, & totus jam manat sanie & san-
 guine. Vatablus multò longiùs conjugit
 cù folio illo arido nuper collapso, quod
 hoc loco asseratur vetustate consumen-
 dum. ita ut sententia integra hæc confi-
 ciatur; *Mirum est, quod totus sis in conterendo
 homine, qui similis est folio, quod vento rapitur,
 & sicut putredo consumitur.* sed multò & pro-
 pinquiùs & elegantius Latinus interpres
 pronomen illud cum ipso Iobo conjun-
 xit. sic legit August. *Qui veterasco.* & Pag-
 ninus; *Ipse homo in compedibus positus, ut lignum
 putridum veterascer.* atque Tygur. *Cum ipse,
 velut putrida res, vetustate consumendus sim.* ne-
 que obest, quod verbum in Hebræo sit
 in tertia persona, cum non raro, prima de
 se sub nomine tertiæ loquatur, ut supra
 observavimus ad initium. c. 7.

Quasi putredo. Hoc loco nomen abstra-
 ctum manifestè pro concreto vsurpatur,
 non enim cõsumitur putredo, sed res pu-
 trida. cujusmodi autem ea res intelligen-
 da sit, nonnulla est inter expositores va-
 rietas: nã Septuag. supponunt, *utrem; Ve-
 terascer* (inquiunt) *sicut uter.* similiter legit
 Augusti. & quidem videtur quadrare cù
 verbo originali consumendi, *Balah*, quod
 est senescere, aut vetustate consumi, ut

Polychron

I
Varia lectio.

Cajet.

Regia

Vatabl.

August.
Pagus
Tygur.

2
פב

Abstractum pro
concreto
LXX
Augusti.
Consumere
quid proprie:

fiat


fiat allusio ad illum locum Psalm. 118. *Fa-
 ctus sum, sicut uter in prima.* nam ejusmodi
 corium præ frigore & antiquitate riges-
 cens, corrugatum, contractum, & ad mul-
 tam duritiem redactum extendere non po-
 test, neque ulli usui idoneum est. cū quo
 facit id Threnorum. 3. *Verustam fecit pelle
 meam.* id est, planè consumptus, corruga-
 tus, contractus sum; sicut vetustissimus
 quidam uter. non aliter (inquit Iob) con-
 sumptus sum, & ad incredibilem rugarum
 contractionem redactus, instar utris. vel
 etiam in hæc sententiam; Quãvis nunc
 morbo, & ægitudine inflatus sim atque
 distentus, partem abest, quin jam aperto
 orificio expirem animam, atque instar utris
 exanimati jam atque consumpti, atque
 propter multam vetustatem inutilis for-
 tas projiciat. Hebraizantes verò, *lignum pu-
 tridum* intelligunt; neque sine exemplo
 nostri interpretis, qui infra. cap. 41. simili
 modo vocem originalem vertit, *Aestimabi-
 lit quasi lignum putridum es.* sed alii illam sig-
 nificationem *putredinis* libenter ample-
 ctuntur, ut Rab. Mardoch. & quidem vox
 abstracta acior, & significantior est, pos-

siutque in unam sententiam omnia cove-
 nire ait ergo; Cum mortalis ego sim, &
 corpus hoc corruptibile, & carnosum in-
 sitam putredinis & corruptionis origine
 habens, cumque veterascam; & consumar
 quasi putredo, quorsum me velis ad sum-
 mam vetustatem malorum gravissimorum
 diuturnitate redigere? consumar ego
 se atque veterascam etiam te non urgen-
 te, neque macerate hoc corruptibile cor-
 pus. Afferit sanè hujusmodi *putredo* summam
 imbecillitatem rei putrescentis, contem-
 ptum etiam, & ingenitum mortis initium
 in ipsa nostri corporis constitutione. A-
 lia dicemus inferius cap. 17. ad id, *Putredini
 dixi Pater meus tu es.*

Et quasi vestimentum, quod comeditur à tinea.
 Vel vilissimus, minimusque vermiculus
 me comedere & devorare potest. vilissi-
 mo omnino animalculo imbecillior ego,
 atque inferior, atque efica vermium. sen-
 tentia hæc frequenter usurpatur in sacris
 atque de illa non pauca dixi-
 mus supra capite
 quatto.

Putredo cuius
reife abolum.

Humana im-
becillitas





**BREVIS
NOTATIO
RERVM**
insigniorum,
quæ in com-
mētariis fu-
si^o expli-
cant.

**PARAPHRASIS
CAPITIS PRAE-
CEDEN-
TIS.**

**CAPUT
DECIMUM
TERTIVM.**



I AM igitur ex his, quæ dixi, facile vos perspicere potestis nulla me divinæ sapientiæ atque potentia ignoratione laborare, hæc enim nunc planè video, & cum vos de iisdem differeretis intelligebam; non enim sunt inaudita, neque à communi sensu, & intelligentia remota, neque ego unquam desideravi divinam visionem & revelationem, quæ de huiusmodi arcanis me instrueret. bene enim hæc mihi perspecta esse, mini me vos latere dubito. propterea itaque quod præclare de Deo sentiam, & de illius sapientia, & æquitate, apud illum dicere pro mea innocentia cupio; atque pro veritate asserenda, ratione & argumentis ultro citroque habitis cum illo agere: illius enim sententiã multò mihi magis salutarem, quam vestrum iudicium, proculdubio futuram existimo.

Vos quippe compositores estis, architectique medicorum; qui verborum affluentia pugnantes, falsa mihi crimina affingitis, atque mendacia mendacis imponitis; nam neque rectam in admonendo, consolando vè laborantis hominis animo, rationem tenetis; Nimirum ignoratis commoda, & opportuna remedia egritudini adhibere; atque ineptos sanè & imperitos medicos imitari, qui cum de morbi, & egritudinis natura, & gravitate iudicare minime possint, utilia omnia negligunt pharmaca, & omnia nociva atque acerbã adhibent, ipsaque vulnera amplificat, atque discerpunt; non secus quam si idolum, aut truncum vel stipitem curarent. sic sanè nihilo magis salutari est vestra admonitio, neque plus ego à vobis commodi spero, quam a medico ligneo aut lapideo.

Quare cum nullum meis malis solatiũ afferatis, imo potiùs meam egritudinem exulceretis, certè in stultitiæ notam incidistis, à qua vos opportunum silentium

liberasset

^a Et amici, consolatores, & pralati, medici aut chirurgi munus obire debent pauca quedam. 7. 4. n. 3. 4. 5.

6
Audite ergo correptionem meam, & iudicium laborum meorum atrendite.

7
Num quid Deus indiget vestro mēdacio, ut pro illo loquamini dolos?

8
Numquid faciẽ eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini?

1
Ecce omnia hæc vidit oculus meus, & audivit auris mea, et intellexi singula.

2
Secundum scientiam vestram ego novi: nec inferior vestri sum.

3
Sed tamẽ ad Omnipotentem loquar, & disputare cum Deo cupio:

4
Prius vos ostendens fabricatores mendacii, & cultores perversorum dogmatũ.

5
Atque vitam taceretis, ut putaremini esse sapientes.

liberasset, silentes igitur, atque attentos ad meam orationem vos desidero, quàm vis ex me audiatis, quæ vos pungere, vestramque orationem abundè refellere, atque erroris & imprudentiæ damnare; tum etiam meam innocentiam tueri & cõfirmare possint.

Dei verò omnia contuentis, præsentia & consideratio debent sanè vos à falsa criminatione, temerariòque iudicio deterrere; non enim ille delectatur impiis, mēdacibusque ministris, neque illius causa, & æquitas nunc periclitatur, ut vestro patrociniò atque defensione per mendacia, & meæ innocentia calumniam quæsitã, ille indigeat.

An illius gratiã inire posse vos arbitramini, si meæ causæ æquitate minime intenta, audita vè tantum divini numinis splendore & majestate, atque sordido & squalido meo conspectu ducti, me læsã divinæ majestatis reum pronuntiaveritis? firmiter enim, & constanter discernitis fieri non posse, quin miserrimus & sordidissimus homo, æquè improbus sim; neque nõ potētissimus Deus propter improbitatem, me tam acerbè puniat, quasi ille non ex ratione, & æquitate, sed tantum ex sua potestate mecum agere velit; neque aliter posset ille in mea causa victor evadere, quam vestro isto temerario contra meam vitæ innocentiam iudicio, quasi ego Deum ullius iniustitiæ accusarem, aut illius providentiæ aliquid iniquitatis affingere conarer. Sed quis nam, obsecro, vos constituit iudices? quis Dei patrociniũ vestræ curæ, sollicitudinique commisit? quis illius æquitatis defensionem vestræ orationi & disputationi demandavit?

Nunquid jucundum, gratumque Deo futurum existimatis, sic cum illo, sic quoque mecum agere? atqui minime illi placebit hoc vestrum externum tantum iusti zeli, & divini honoris curandi specimen; probè enim ille novit hæc à vobis dici non ex perfecta in illum charitate, sed ex contentione atque iudicii temeritate, & præcipitantia. scilicet, uti advocati & patroni solent, ita vos Deo tanquam clienti, verba dare poteritis, atque persuadere magnã ex meæ innocentiæ oppressione, & vitæ damnatione utilitatem, & laudem ad illum redundaturum.

Vos sanè ille, qui veritatis & æquitatis amatissimus est, stultitiæ & temeritatis reos peraget, quod de occulta mei animi aut innocentia, aut probitate temerè vos iudicare velitis; atque incertis occultisque meæ vitæ criminationibus, honores vobis quæritis, & stulto quodam, rusticòque pudore præpediti, formidetis liberè coram Deo pronuntiare, me innocentem affligi.

Vos itaque ingès Dei supplicium formidare jubeo; nam statim ut se ille comparaverit ad sumendam de impiis vindictam, atque suæ majestatis magnificentia & celsitatem conspicuam fecerit, ingentem vobis metum incutiet, & animo & corporeque contremescetis; cælitus enim jaculabitur in vos divinos terrores, & cõmo-

tionem

^b Paulò superior Elevandæ faciei, tractatio ad Scripturarum intelligentiã. 8. n. 1. 2.

^c Quæ sit hac Dei commotio, & ut cum Deus elevari dicitur, magnificentiam suam speciem præbeat, quedam ad scripturarum intelligentiam. 1. 1. n. 3. 4.

d. De Cinere, & cuiusna
rei symbolum fit, nonnulla
v. 1. 2. n. 1. 2. 3.

tiones; cadetque tandem in verticem, quæ jam imminet, severissima ultio.

Tactis igitur vobis divini supplicii fulmine, nihil pristinae gloriae remanebit, præter pulverem, ac cinerem vilissimum ac tenuissimum, qui sumpti de vobis supplicii æternum sit apud mortales, publicumque monumentum. & eorum omnium memoria, quæ honori, & præclaræ existimationi esse poterit, sempiterna oblivione delebitur, non fecus ac illa, quæ ab igne exusta, & in cineres redacta, omnino evanescunt, nihil profectò in aliorum animis, & opinione remanente, præter vilissima quædam supplicii de vobis sumpti vestigia, & inutiles quosdam cineres. Quidquid autem in vobis nunc eminet, & sublimius effertur, caput, cervices, videlicet ea omnia, de quibus nunc gloriamini, instar vilissimi luti ab omnibus proculcabitur, tum viventibus adhuc vobis, tum verò cum infelicissimo etiam exitu vitam clauseritis.

Quare nihil jam mihi amplius importunè suggeratis, neque aliena curare velitis; vobis enim etiam invitis & repugnantibus, nisi benevolas & attentas aures præbere statueritis, dicam sanè quidquid ex præmeditata diuque suppressa oratione, mihi nunc in buccam venerit. Neque verò vestra hoc interest; nam ego non vestro, sed meo damno loquar. meo enim dolori, medicinam quæro.

Sed quid ego malignæ suggestionis nunc sentio, ut ad lacerandum me meis dentibus, & ad mihi ipsi manus afferendas impelli videar? Minimè id ego; dolo re licèt acerbissimo torquear. Vos verò profectò sic existimare videmini, me velle desperantis instar, mortem mihi conciscere. sed id vobis persuasum sit, vita me prius, quàm spe casurum. quàmvis non immeritò nunc inquiram, quam nam ob culpam, ad eos acerbissimos cruciatus damner & compellar, ut me propè lacerare velim, & instantis jam mortis stimulos sentiam; tãque sim confectus & tabidus, ut quidquid in meo corpore carniæ est, dentibus, & uno quasi bolo attolli, & levare possit; neque de re alia cogitandi atque dicendi, quàm de meis ærumnis doloris acerbitas patiatur? Quod si quid acerbius dixerò, non vobis morsus infigetur, sed mihi ipsi; nimirum mihi, non aliis irascar. Neque verò is sum ego, qui rabie & furore correptus, crudelissima me morte conficere, inæque meis dentibus & unguibus dilaniare velim, neque vitam ipsam per impatientiam animi, & melioris conditionis desperationem abjiciam, & voluntario discrimini, ac morti objiciam. Vnum illud semper contendam, me innocentem torqueri; ausimque animam, vitamque ipsam pignori opponere ad pœnam meorum verborum libenter sustinendam, nisi vera loquar; nò enim aliud dicam, aliud corde simulem; perinde enim vivo, ac si animam & cor in manu gestarem omnibus conspicua.

Semper enim summa charitate Deum meum com-

12
Memoria vestra cõ-
parabitur cineri:

Et redigetur in lutum
cervices vestrae.

13
Tacete paulisper, ut
loquar, quodcumque
mihi mēs suggererit.

14
Quare lacerò carnes
meas dentibus meis,
& animam meam por-
to in manibus meis?

e. De hac duplici phrasi.
Lacerandi carnes suas
& portandi animam in
manibus, paulò fusior &
accuratior tractatio. v.
1. 2. 3. 4.

15
Etia si occiderit me,
in ipso sperabo: verum
tamen vias meas in
conspectu eius arguam.

16
Et ipse erit salvator
meus: nò enim veniet
in conspectu eius om-
nis hypocrita.

17
Audite sermonem
meum, & ænigmata
percipite auribus ve-
stris.

18
Si fuero iudicatus,
scio, quòd iustus inve-
niar.

19
Quis est, qui iudice-
tur mecum? veniat:
quare taceo scò sumor?

plexus sum; à qua neque mors ipsa me unquam dejicere poterit. quod cum ita sit, spem ego abjicere me? imò verò spes de Dei ope, de quæ meæ salute & meæ innocentia sententia concepta, perstabo sanè patiens & longanimis; non enim divina sapientia atque providentia tempus ego definiam, neque opis ferendæ rationem & opportunitatem præscribam. Interim si quid in me peccati, & culpe invenero, facti pœnitentia, atque mei ipsius reprehensione quadam castigabo; curabòque deinceps, quoad fieri possit, sanctè, castèque vivere. Ille verò pœnitentiam agenti proculdubio aderit propitius, atque utinam suæ providentiæ rationes, quas ego agnosco, meis adversariis patefaceret, id enim apud meos accusatores, salutare fore mihi non dubito.

Interim mihi solatio erit, neque ut spero malè cedit, mea hæc coram Deo disputatio; nam vera pro me dicentem, & iustam postulantem, auditurus ille erit, meque sua sententia innocentem pronuntiaturus. Impii verò & hypocritæ, qui maligno & veteratorio ingenio multa loquuntur, & machinantur, & non tam veritati, quàm calumniis nituntur, nullam possunt suæ causæ fiduciam concipere apud Deum iudicem; in cuius iudicio dolus & impietas stare, & comparere minimè audebunt.

Neque verò est, cur hæc quæ dixi, vestros animos commoveant; vera enim sunt; quare vos potius benignos, atque attentos velim, cum de rebus difficilimis nostra disputatio sit, de quæ obscurissimis ænigmatibus. sic enim vos existimatis de meis ærumnis; ut quarum causæ vobis sint obscure, & prorsus ignoratæ; quàmvis ego planè, disertèque de iustorum ærumnis, & mea calamitate philosophor; non enim ænigmata vobis loquor, sed simplicem & apertam veritatem semel, & iterum, proposui; nunc quoque mentem meam exponam.

Quod si rectè & rite accedere permittar ad meam causam dicendam, scio sanè me iustificatum, & absolutum iri. quare jam nunc meam coram Deo causam tuèdi, certam rationem, modumque servandum mihi constituo, quæ a vobis in respondendo quoque servari velim. fiet enim proculdubio, ut vel hac una re in mea causa obtineam,

Iam igitur per me non stabit, quin meæ vitæ controversia iudicio & ratione peragatur. sed ne indicta meis accusatoribus lite me videar defendere, illos expecto, atque provoco. Eia igitur quare nemo adest, qui mihi intendat litem criminis alicujus? quisquis volet, prodeat tandem. sed quid ego? si Deus, cuius amplitudo atque majestas suprema est, mecum certamen initurus sit? at qui non tacebo tunc tandem. nam qui sibi mali alicujus coascii sunt, hi iudiciariam litem, æquissimique iudicis sententiam reformidant, neque habent quid jure pro se dicant; quare patronos conducunt, ut illorū oratione & patrocinio juvari possint. at ego quorsum alio patrono, quàm mea ipsa simplici & aperta oratione uti

f. Ut iusti spem firmam de
Dei bonitate concipere in
suis ærumnis soleant, pau-
ca quadam ad doctrinam
v. 1. 2. 3. 4.

velim? quorsum ve finam me tacitum damnari? quod si verum aliquod crimen mihi adversarius objiciat, obmutescam; sicque tacitus cōsumar, & peribo; neque vero amplius is me dolor cruciabit, quod causa indicta & falsa criminatione nondum propulsata dānatus fuerim.

Illam autem cautionem ante disputationis congressum postulabo, duplici hac ratione contentam; primū ne doloris & ægritudinis acerbiter, quæ me malè habet, & orationis facultatem adimit, exacuat, amplificet vè Deus, sed potius nūc remittat, & extenuet. Deinde, ut suæ majestatis splendorem terrificum temperet, & dissimulet, ne mortem mihi tanti numinis terror & conspectus afferat. hæc si ille mihi concedat, optionē illi ego concedo sustinendi quamcunque partem volet, sive actoris, sive rei; vel potius exoptulantis, objicientisque, aut verò respondentis, & objectionibus satisfaciētis.

Quamvis igitur adhuc usque tanquam indignus flagitiosusque habitus sim, & quem Deus suo colloquio minimè dignaretur, sed jam nūc facta venia, inde exordiar, ut meæ causæ status mihi exponatur, quam nam ob causam ad tam acerbos cruciatus ego damnatus sim? licet enim reus meritò damner, jure meo postulo, damnationis mihi causas exponi, vt & si quæ sunt, lachrymis deprecari, aut verò si me omni crimine objecto purgavero, publicum habeam de mea innocentia testimonium. quod igitur, aut quanta sint scelera, semel & iterum, ter etiā & quater perspecta mihi esse cupio, & postulo; nam isti mei adversarii, nihil certi & explorati afferunt.

Atque cum à me rogatus & postulatus, o supreme iudex, nulla mea scelera, quæ apud te sint delata, proferre velis, sanè tuo isto silentio testari videris, nihil unquam in me repertum, quo te graviter offenderim. cur igitur, aut quod nam ob meritum meum, tanquam cum inimico mecum agis? abscondis enim, avertisque faciem; quod utique facere soles; cum vehementer tibi displicet impiorum hominum conspectus. damnor igitur miser indicta causa, & lite jam confecta non permittor meum iudicem videre, neque deprecari. Cum igitur tuo cōspectu frui nō liceat, timeo, ne jam pro iudicū consuetudine, in occulto capitis sententiam contra me scribas. at scio benignissimum iudicem, si me incredibiliter laborantem aspectu suo dignaretur, temperaturum mitigaturumque; tam immanes cruciatus. Sed quid meum ille conspectum fugiat? quasi ego hostis sim, quem fugere, & timere ille possit. scilicet meam imbecillitatem reformidet Deus. An verò avertit ille à me oculos, cum pro mea innocentia dicere instituo, instar iudicis, cui reus clamans, impius præsertim, infensus est valdeque molestus?

At si me audire non vis, neque respicere, jam nunc hominem nihilo pluris facere videris, quam vilissimas quisquilias. at tuæ immensæ potestatis non est, cōtra

20
Duo tantum ne facias mihi, & tunc à facie tua non abscondar.

21
Manum tuam longè fac à me: & formido tua non me terrat.

22
Voca me, & ego respondebo tibi, aut certe loquar, & tu responde mihi.

23
Quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea, & delicta mea ostende mihi.

24
Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum?

g. Quid sit faciem abscondere, quid etiam, cum ad iudicem, aut ad iudicium refertur in sacro sermone, disseritur. v. 24. n. 1. 2. 3.

25
Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris?

26
Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccati adolescentiæ meæ.

27
Posuisti in nervo pedem meum:

Et observasti omnes semitas meas.

Et vestigia pedum meorum considerasti.

folium, cui avellendo, & raptando aura tenuissima sufficit, aut contra levissimam paleam, quæ sua ipsius levitate agitur, & trepidat, tuas vires exerere. & exercere; atque te in conterendo & perdendo potius, quam intuendo & conservando virtutem tuam divinam contemere? Iam verò collapsum folium, quid velis confringere, & in munitissimos pulveres redigere? ita ne tu infidias homini supponere videaris, & rem vehementer imbecillam insecteris? Quod si ullum humanæ vitæ, florē rīque fortunæ virorem auferre decreveris, nō ille ego sum, qui quondam, omnino jam exarui, & quidquid virtutis ex flore, quondam ætate & statu provenire potuit, absumptum est. florebam quōdam velut prægnans spica; at nunc bonis omnibus decussis, & ne uno quidem grano relicto, inutilis palea jaceo. quid ergo à me repetis? quid persequeris? quid levissima omnia errata meæ vitæ, velut minutissimas paleas minutatim colligis, ut graviter me propter omnium lapsū meæ vitæ cumulum reprehendas? Palea ego cum sim, ne me tuæ indignationis spiritu transversum agas; ne me igni committas.

At qui jam k ægritudinis acerbitate & ardore peruror; constitutas enim à te pœnas gravissimas sustineo, quasi ego te exacerbarim ullo scelere, & tuo palato acerbis, & amarus unquā extiterim, ita observas, & repetis ea, quæ te amaricent, & adversum me exacerbent, atque conceptam iram, biliosamque indignationem profundere compellant. Scribis tandem, sententiāque tua manu & sigillo munis, ut acerbissima morte plectar non quidem ob ulla præsentis vitæ læsura, sed ob aliqua fortè prioris vitæ errata, quorum pœnæ atque supplicia in ultimam istam miseramque senectam meam devolvantur. atque si vel illa prima ætas suas culpas & peccata jure ignorantia, & innata imbecillitatis, quæ multorum lapsuum occasiones afferunt, veniam deprecetur, æquum profecto est, te parcere annis, & errata pristina rectè postea & honestè actis benignum compensare,

Sed me miserum; interim enim dum scribis extremā mei capitis sententiam, me imbecillum, & præ corporis macie & tenuitate pedibus consistere non valentē, inermem, & elumbem detines arctissimis compedibus omnibusque vinculorum generibus constructum. sed quid nunc obsecro, tanquam fugitivum, & erroneum servum coerces, & suppliciis constringis, cum me semper continueris intra tuæ legis perscripta? sane isti mei pedes plusquam compedibus, & ligneis, ferreisque vinculis compediti suo morbo atque dolore sunt, neque latum vnguam a loco mihi constituto discedent. observas præterea aditus omnes, atque vias præcludis, quibus mihi solatii alicujus vel tenuissimi effugium patere potuisset. cum tamen tam arctè & fortiter me mea vincula constringant, ac si impressa & immerfa essent ipsi pedibus. prætereaque observas & investigas, ubi unquam vestigia fixerim, ne quid sine supplicio prætereat

h. De folii in sacro sermone arcana significatione, tum etiam de humana imbecillitate, ex hac folii & arboris similitudine, v. 25. n. 4. & ut potius Deus sit protector à turbine. n. 3.

i. De stipula arcana significatione, pluscula, v. 35. n. 5. 6. 7.

k. De varia atque multiplici amaritudinis significatione, & usu in sacro sermone, fusior tractatio. v. 26. n. 1. 2. 3.

l. De significatione adolescentiæ, & ut cum ignorantia conjuncta sit, tū etiam ut ex adolescentiæ petatur deprecatio supplicii, quoad ex sacris & prophanis, v. 26. n. 9. 10. 11.

omniaque reverissimi, & solertissimi iudicis ad-
versus infignem aliquem impium, in mea causa præstas;
omnes enim meas actiones, atque illorum initia cau-
sas, fines, & vel tenuissimas fibras perscrutaris, ut inde
mihi capitalem criminationem ordiaris.


Sed quidquid tandem de me fiat, putresco jam to-
tus, sanie ac sanguine manū, terramque ipsam infundo,
atque in ipsis vinculis contabesco. atqui ad summā vi-
tæ vetustatem redigerer sanè mihi ego relictus, ut qui
infirmitatem habeam corruptionis, & putrescentiæ initium,
etiam te non urgente, neque meam interitum procu-
rante, senescerem itaque ego, planèque deficerem.

& instar vestimenti arrodere, & conficere
vermium ipse, & tinearum

est.

28

*Qui, quasi putredo,
consumendus sum: &
quasi vestimentum,
quod comeditur à ti-
nea.*



CAPVT XIII.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Persequitur humana vitæ ætumarum enar-
rationem, ex qua divinam commiserationem ex-
citet, & suis cruciatibus remedium aliquod atq;
levamen querat.

1. Homo natus de muliere, brevi vi-
vens tempore, repletur multis mise-
riis.

- 1. An Iob de se tantum lo-
quatur.
- 2. Hominis, & mulieris no-
mina appellativa. Mu-
lier imbecillitate sonat.
illustrati Paulus, & Ioa.
- 3. Mulier iniquitatis radix.
Lyciorum lex. Nativitas
ad conceptionem etiam
refertur.
- 4. Quid Breve, & Abbre-
viare ex Hebræo. expli-

- casus David; & Ecclē-
siasticus.
- 5. Repleri & satiari ad æ-
nams ventriculū trans-
lata. Miseria, & miser
proprie de homine. quid
in Hebræo.
- 6. Maria lectio; & miseria.
rum ratio.
- 7. Miseria cibus & potus
hominis. & qualem son-
nit, aut in somnia afferat.



Væ hoc loco
de hominis
imbecillitate
& ærumnis, di-
cunt, sicut ad
universos, qui
naturæ huma-
næ participes
sunt, pertine-
re certū est,
ita negandū

non est, Iobum de se potissimum loqui,
& quæ dicit universa de suæ vitæ misera
conditione velle intelligi, ut ex contex-
tu aperte colligitur, cum ait, *Recede paulu-
lum ab eo.* videnda omnino sunt quæ dixi-
mus initio. c. 7. in hanc rem ipsam.

Homo. Hic est Adam, appellativè sum-
ptum, & mulier est, *Isa,* quæ Genes. 2. dici-
tur, *Virago, quia de viro sumpta est.* atque cū
emphasi hoc loco dicitur. & Philipp. qui

dem vult allusionem fieri ad *Evam*, quæ
quodammodo fuit causa peccati, & ra-
dix, occasio vè, per quam serpens pecca-
tum homini propinavit, & immortalita-
tem eripuit, atque miseras innumeras in
mortalium genus inexit. rectè igitur A-
dami, & Viraginis mentio usurpatur, cum
de humanis ærumnis sermo fit. nam trans-
gressiois culpam, & omnium ærumna-
rum causam in mulierem rejecit non A-
damus solum, sed Paulus, cum. 1. ad Ti-
moth. 2. dixit; *Adam non est seductus, mulier
autem seducta in pravariatione fuit.* Sed qui-
dem hoc loco mulieris nomine incredibili-
s quædam imbecillitas, & miseriarum
tum humanæ naturæ & conditionis, tum
morum significatur. eandemque indicari
existimat August. et Theoph. cū Ioann.
1. cap. regenerationem spiritualem filio-
rum Dei, docet fieri, *Non ex sanguinibus, ne-
que ex voluntate carnis, id est, mulieris.* ideo
enim subjungitur, *neque ex voluntate viri.*
in cuius symbolum videtur accepisse A-
dam, mollem, & infirmam carnem, pro co-
sta, quam subministravit formandæ Evæ,
quali par pari compensaretur. quid enim
aliud formata Eva fuit, quàm mollis &
imbecilla caro? *Replevit igitur Deus carnem
pro ea.* atque eò etiam respexisse videtur
Paulus Galatas. 4. cū ait *Dei filium fa-
ctum ex muliere.* non solum propter myste-
rium, quod ex sola virgine sine viri opera
natus fuerit, sed ut significaret nasci vo-
luisse passibilem, mortalem, infirmum, ut
qui ex muliere nasceretur: & ut in Dei sa-
pientia, in qua nihil invalidum, & imbe-
cillū per se est, ex humana carne & mulie-
ri infirmitate, humanas ærumnas & imbe-
cillitatem verissimè fuisse fateretur;
contrario modo atque delusa antiquitas
fabulose suam sapientiam fortem, & ar-
matam constituebant;

*Hanc de patre ferunt, sine matris fœdere
natam.*

Hinc quidquid molle & infirmum est, mu-
lieris compellationem habet in sacro ser-
mone. Ierem. 51. *Devoratum est robur eorum,
facti sunt quasi mulieres.* Cū verò non so-
lum ad miseram naturæ conditionem,
sed etiam ad morum pravitatem locus
hic respiciat, commodè etiam mulieris me-
minit, quæ totius iniquitatis, scelerum,
mendaciorum inventrix, machinatrix, &
typus est. uti Zachar. c. 5. ostenditur. cū
enim vidisset mulierē sedisse in medio amphoræ

Nominahom-
nis & mulie-
ris, an appel-
lativa.

1 Tim. 2. 14

Mulier im-
becillitatis
symbolum.

August.
sheophil.
Ioan. 1. 13

Gen. 2. 21. 22.

Gal. 4.

Martianus in
Palladis hymno

Ierem. 51. 30

3
Mulier initiū
iniquitatis,

Zach. 5. 8

I
An Iob de se
nunc loqua-
tur.

2
D. N.
Philipp.
Genes. 2. 23

dictum illi ab Angelo est, *Hec est impietas* quasi femina iniquitas omnem scelerum modum atque mensuram, non solum implere, sed etiam cumulare, atque excedere videatur. sed de hoc aliquando plura. Mulieris præterea, et matris potius, quam viri & parentis meminit, tum quod plus mollioris, infirmiorisque substantiæ à matre habeamus, quam à patre; tum quod in materna alvo, tanquam in totius imbecillitatis, atque miseriarum officina formetur homo. atque hinc fortè Lyciorum illi populi, quos Xanthios appellat Plutarchus, lege caverunt, ut à matribus non à patribus filii generis nomen sortirentur. atque id in universum Lyciis legè confirmatum fuisse scribit Herod. lib. 1. *Quod si quis* (inquit) *hominem pepererit, quis nam sit, quæve familia ortus? à matribus, avisque proximus genus suum repetet*: atque hujus ratio illa esse videtur, quod plurima substantia eorum quibus constat, materna sit. quare miserimum & ærumnosissimum oportet esse mortalium genus, quod hac ratione originem suam ad mulierem referat, *matrem cum eorum viventium*. Cui verò natum dicit, non solum nativitate intelligere videtur, sed etiam quidquid in hominis conceptione & formatione præcedit. est enim vox, *jalad*, non solum parienti, & nascendi, sed etiam concipiendi & generandi. atque adeo etiã ipsa conceptio & generatio à philosophis, dicitur natura, quasi nascitura. cujusmodi igitur esse oporteat hominem, cujus principia & causa fiat putridum sperma, excrementitius sanguis, turpis & fœda voluptas, iners somnus, fastidia, & ægritudo matris, incredibiles parturienti dolores. in nativitate verò nuditas, lachrimæ, vagitus, & impotentia rerum omnium, & nuda duraque tellus, quæ nascenti ferat opem? de quo supra diximus. c. 3.

Brevi vivens tempore. in originali proprie, Brevis; cunctus ve dierum. nam *brevis*, hoc loco dicitur, à verbo *Katsar*, quod significat abbreviare, decurtare, abscindere; *corsar y acortar*. & aliquando etiã hanc abbreviatiorem, vel decurtationem Vulgatus refert ad angustias, vel compressionem spiritus, quos dicimus, parvi cordis. & hinc etiam dicitur. Ps. 88. *Minorasti* (in Hebræo, *decurcasti*. Hierony. *abbreviasti*) *dies temporis* (adolescentiæ) *ejus*. homo igitur brevis, decurtus, præcisus, angustus, compressusque dierum. quas angustias, compressionemque

vitæ, indicat illud Plal. *Mensurabiles posuisti dies meos*. quod ex originali legunt alii, *pugillares*. ea enim mensura intelligenda est, quæ pugillo fit; est enim pugillus mensura media inter palmum quatuor digitorum & spithamen, id est pædem duodecim digitorum; est enim longitudo, quanta manus clausa porrecto pollice per transversum. quod nos dicimus, *un coto*. vitæ nobis non longa manu, sed compressa & angusta nobis videtur dedisse Deus, vitam inquam *pugno* compressam & angustam. ex tanta igitur vitæ brevitate & angustis, suam mortem suosque dolores deprecatur Iob; hinc enim ad patienter expectandum & commiserandum excitatur Deus, ut Ecclesiasticus docuit. c. 18. *Quid est homo* (res nimirum vilissima) *natus de muliere & quæ est gratia* (Septuagint. *vsus*. id est, utilitas; ad nihilum aptus, & commodus videtur Deo præsertim, *cujus servi inutiles sumus*) *illius? & quid est bonum* (perpaucum videlicet) *aut quid nequam* (multis sanè repletur miseris) *illius? Numerus dierum hominum, ut multum, centum anni: quasi gutta aque maris deputari sunt; et sicut calculus arenae exigui* (perpauci) *anni in* (comparatione cum) *die avi* (æternitatis) *Propter hoc patiens est Deus in illis, & effudit super eos misericordiam suam*.

Repletur multis miseris. Proprium atque perpetuum hoc est hominis epithetum. nunquam enim non à prophanis scriptoribus appellatur mortales *miseri*, ut optima *quaque dies miseris mortalibus* non possit non esse misera. *Repletas* autem ad ventriculum, & appetentiam refertur; & est proprie satur, à radice *Sabagh*, quod est, replere, & satiare; & frequenter transfertur ad ærumnas, labores, amaritudines, quæ replent ventriculum cordis; & si multæ sint, faciunt stomachum, & movent nauleam molestissimam. quare illam multitudinem, quæ Vulgatus expressit; non est quidem in Hebræo, nec in Græco, sed tamen latet in verbo *replendi*, quod affert abundantiam, & multitudinem, quæ parit satietatem. Pro *miseris* autem, est vox deducta à radice, *ragaz*, quod est inquietari, commoveri, conturbari aliquo vehementi doloris affectu, aut tristitiæ, metus ve, aut iræ. ex qua vocis amplitudine & fecunditate oritur jucundissima quædam lectionum atque interpretationum varietas.

Ps. 38. 6. *Dionos la vida estrujada y corta, no à mano abierta, sino a mano cerrada y apretada. Eccl. 18. 7. 8. 9. LXX. Luc. 17. 10. Misere, hominis epithetum. Repleri, & saturari, ad cordis & animi ventriculum. 127

Plutare. lib. de Clar. mulie. c. 9. Lyciorum lex & consuetudo. Herodot. lib. 1. Genes. 3. 20. Nasci ad conceptionem etiã pertinere. Breve, & abbreviare quid proprie. Ps. 88. 46. Hieronym. *Aveysme he cho viejo antes de tiempo, y acordados dias de la vida

6 Et primò. quidem doctè Vulgatus. ad miseras retulit, & ærumnas, quibus como vetur humanus animus, & ad dolorem & animi mærorem concitatur. sicut ab hac radice dicitur Habac. 3. *Conturbatus est veter meus*. id est, doluit cor meum, & commota sunt viscera. Septuaginta. *Extremuit*. & Ezech. 12. ponitur pro commotione, & festinatione turbati, atque timidissimi animi. *Aquam tuam in festinatione, & mærore bibes*. non aliter miserum homo primo ipso suæ nativitatis die *repletur mærore*, doloribus, ærumnis. *in festinatione, & mærore*, vivit, & in conturbatione cordis. Secundò Septuag. illam commotionem retulerunt ad iram, & ita legunt; *Plenus iracundia*. similiter etiam Pagnin. Hebræus apud Cajetan, & quidem illam ipsam vocem sepe Vulgatus vertit *iram*, Genes. 45. *Ne irascimini in via*. Hebr. *Ne commoveamini*. & Plal. 4. *Irascimini, & nolite peccare*. hæc verò iram Cajeta. (id quod etiam indicat Polyc.) activè sumit, nempe pro malis, & pœnis, quæ inferuntur à divina ira, & vindicta; vel etiam pro peccatis, quæ Deum ad iracundiam provocant. Sed commodius sumetur passivè, pro indignatione, qua quis exan descit, & commovetur adversus sua ipsius mala & vitæ incòmoda. præterquam enim, quod ipsa vox significat eum affectum, quo quis interiùs animo commovetur, & inflamatur ira; sed aliquando etiã in illa significatione usurpatur, cum quis non adversus alium, sed quasi præ dolore sibi ipsi irascitur, Exodi. 15. *Ascenderunt populi, & irati sunt; dolores obtinuerunt habitatores Philisthim*. & illud; *Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea & veter meus* igitur homo dum vivit, multa *iracundia* ple vitæ còpellitur. Terriò, quoniam eadem vox sæpe timoris est, Regia vertit, *Satur tremore*, quasi dicat, nunquã non timet miser homo, natus de muliere; semper obversantur ante illius oculos impendentium malorum tristissimæ imagines, uti dixit Eccles. cap. 40. *Cogitationes eorum, & timores cordis, adventio expectationis, & dies finitionis*. ad alios enim vitæ timores, accedit non ultimus ultimi diei, id est, mortis metus gravissimus; & sic sententia hæc non tam erit intelligenda de presentibus vitæ incòmodis, quam de perpetuo illo vitæ comite ærumnarum & discriminum timore, quo

statim atque in lucem editus est infans, corripitur. in quam sententiam supra. c. 3. diem suæ nativitatis inculavit, quod *non abstulisset, ab oculis ejus mala*; si enim qui nascitur, rationis tunc atque intelligendi còpos esset, *arescere* profectò deberet, malorum & miseriarum *expectatione*, quæ evenient universæ suæ vitæ, atque suarum omnium actionum orbi & circulo. Tandem commotio hæc, potest omnè tranquillam animi pacem & quietem excludere. sic legit Aquila; *Plenus commotionis, & turbationis*. Vatablus; *Perturbationibus plenus*. alii, *tumultu*. Tygurina; *Affatim habes turbationum*; quæ omnia mirificè nostræ lectioni serviunt, atque illius sententiæ amplificant. nam *miseriarum* nomine, miser ille mæror, dolores miseri, animi dolentis misera acerbitas, miser timor, discrimina misera, turbæ tumultusque miserrimi, malorum denique omnium cumulus continentur. Sed illud tamen, non prætereundum, cum *miseris* dicitur, homo *plenus, & satur*, videri, in cibum & potum illi datas: tum etiam intimè mortalibus inesse; nam instar cibi, & potus in hominis substantiam convertuntur, & intimos omnes viscerum recessus pervagantur; atque sicut ex cibo vapores excitantur, qui efficiunt somnum, ita ex humanæ vitæ *miseris*, vaporum instar, excitantur tristissimæ imagines, quæ vel somnum eripiunt, vel tristissima insomnia efficiunt, ut ex loco superius indicato Ecclesiast. 40. (quo sæpe usus sumus) constat; *Modicum tanquam nihil in requie; & ab eo in somnis, quasi in die respectus conturbatus est in visu cordis sui*. Sapiens quoque Proverb. 4. usurpavit, cum de improbis hominibus loquitur; *Non dormiunt nisi cum malefecerint; & non rapitur somnus ab eis nisi supplantaverint; comedunt panem iniquitatis, & vinum iniquitatis bibunt*. ex pravis igitur operibus, aut excitari vapores, qui somnum efficiant, atque inde etiam insomnia efficiantur, ex quibus pravi cordis conjectura, non omnino mala, neque incerta, fieri potest. ut sapienter Plutarchus docuit.

II. *Qui, quasi flos egreditur, & conteritur: & fugit, velut umbra: & nunquam in eodem statu permanet.*

Habac. 3. 16. LXX. Ezech. 12. 18. *Dende q' sa-po tomar el pecho bive a hito de miserias. LXX. Pagnin. Cajeta Genes. 45. 24. Psal. 4. 5. Polychron. Exod. 15. 14. Psalm. 30. 10. *Vida enfado sa y llena de enojos. Regia. Eccle. 40. 2.

Aquila Vata. Tygurina. Ut miseriae sint cibus, & porus homini, & qualem somnum & insomnia concilient. Eccl. 40. 6. 7. Prov. 4. 16. Infomnia vitiosorum. Plutarch. lib. de virtute et vitio.

1. Flos adolescentie symbolum.	sapientia.
2. Flos de vita brevitate & fragilitate.	4. Umbra, vita brevis. Umbra noctis imago.
3. scripturae regula cui duo verba diversa significationis junguntur Flores carpit mori. Conterere quid proprie. illustrata	5. Deus prima lux; reliqua umbrae vicissitudinē habet. humana incōstantia pertinacia in malo
	6. Umbra fallax, locusta, vita humana. expl. Salomō

cerosum quoddam iis accidit detrimentum, ac denudatio indecora. At florum detractio vindemiae cuiusdam est similis; tantūq; a nocendo abest, ut in ultro marcescentes decidant, nisi tempestive demantur. non aliter igitur egreditur flos humanæ vitæ, id est nascitur, mundo visendus, atque in omnium oculos, lucēque producit; hæc est enim proprietas verbi egrediendi. Et conteritur, proprie, præciditur, conscinditur, concidit, excisus cadit, id est statim atque natus est, videtur excidi, & cadere è vita. quod acutè quidam nostræ ætatis poeta;

*Sic rosa vix lætæ calatibus pandebat honorem
Cum cadit, et rutile murice pingit humis.*

Frequenter enim in Scriptura, continēs duorum verborū collatio, & conjunctio, conjunctionem etiam, & continentē sub sequentiōe in re significata adfert. quam rem eleganter expresserunt Septuag. *Tāquam flos, efflorescens decidit.* id est, in ipsa efflorescentia, dū efflorescit. significat etiam in Hebræo ex verbo legitur, *Egressus est, et succisus est.* id est, statim atq; egressus, & natus est. nihil enim expectari videtur aliud, dum quis curat & colit plantulam aliquam, quā ut egrediatur flos, qui statim, ut apertus fuerit, decerpi possit, ne si diutius expectetur, deflorescat & langueat. Summa enim festinatione ex hujusmodi brevitate efflorescendi, se cohortantur illi, ad voluptates capiendas, & floculos vitæ carpēdos; *Vitamur creatura tanquam in juventute celeriter; & non prætereant nos flos temporis. coronemus nos rosis, antequam marcescant.* atque hi sanè, neque expectare volebant, ut egrederetur, & aperiret se, atque effloresceret Rosa, sed ipsos virides calices carpebant; quod existimarent, vix postquā aperti essent, vel momentum duraturos. sic igitur, ait Iob; *Quasi flos egreditur, & conteritur.* videtur vigilare & summo mane exurgere mors ad carpēdos flores; atque expectare etiam, ut statim atque se aliquis aperuerit, falce præcidat. tanta itaque est humanæ vitæ brevitatis, & instabilitatis, ut nos nati continuo deficere videamur. hūc illud videtur facere Cantic. c. 2. *Flores apparuerunt in terra nostra: tempus putationis advenit.* id est, cum jam apparuerint, egressique fuerint flores, nihil immorandum amplius, sed antequam marcescant, putandi, & carpēdi statim, atque in fasciculos religandi. sic putationē illam, interpretatur. Greg. Nyss. cū

24

3

Scripturæ regula.

LXX.

Sap. 2. 7. 8

Sap. 5. 13

Cant. 2. 12

Gregor. Nyss.

vero

470
Cōterere quid proprie.

Flos ad pulchritudinē refertur.

4

Vmbra vitæ brevis

1. Paral. 29. 15.
Sap. 2. 5

Vmbra noctis & vitæ mortis imago

5

LXX
Vmbre, & vitæ humanæ instabilitatis.

Jacob. 1. 17

verò noster verbum, *mol*, quod proprie est præcidere, aut succidere, vertit *conterere*, sapiēter fecit, ut significatius posset exprimere tenerrimi floris fragilitatem, atq; mollitiē, quem vel inclementia aeris vel casu prætereuntis pes, vel res aliæ levissimæ atterāt, vel manus ipsa, ejus qui velit decerpere, faciliē cōterat, & infringat. Nihil verò obstat cū hac decidui, brevissimiq; floris fragilitate, cōjunctam atque significatā simul esse humanæ vitæ pulchritudinē quandam, quæ interdū turgere videtur, atque in hujus vitæ cōvallibus vernare, & florere, sed hæc etiam est mollissima gloria, quæ faciliē aut morbo deflorescit, aut vetustate extinguitur.

Et fugit velut umbra. Potest hæc pars eadē habere sententiā cum præcedente, ut in utraque eadē vitæ instabilitas, & fugacitas significetur. quæ instabilitas, *umbra* propria & perpetua est, ut pote quam sol nunquā eandem efficiat, sed nūc majorē, nūc minorem. Sed is sensus particulæ sequentis proprius est. Quare illud melius, ut hæc umbra fugacitatem nūc in eo cōstituat, quod brevi abeat, & evanescat in nihilū, nullo vestigio relicto. nō aliter vita nostra, ut. 1. Par. 29. dicitur; *Dies nostri quasi umbra super terram, & nulla est mora.* Illud verò etiā in *umbra* considerari potest, quod sit quædam velut mortis imago; atque quod major, eō nocturnis tenebris propinquior, & similior sit. nō aliter vita hæc nostra mortis quædam similitudo est, & quod magis longæva, eō nocturnis mortis tenebris propinquior. quare sicut umbra dici potest, imperfecta quædam noxia sanè vita nostra mors quædam est. sed id habet peculiare, quod sicut *umbra* habet motum quendam, ita etiam vivens homo, quavis umbra mortis sit, movetur; nō itē cadaver.

Et nunquam in eodem statu permanet. Vnica vox in originali; *Non persistit; nō stat.* Septuag. *Et non stabit.* continuo labitur, senescit: dum vivit, moritur. elegāter a nostro dictū est; *Nunquam in eodem statu permanet.* Notandū verò in hac umbra, & vitæ humanæ consideratione, Deum esse primā supremāque lucem, apud quam non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. id est, quæ nullā lucis ac tenebrarum mutationē per suas vices patitur. obumbratio videlicet vicissitudinaria hæc est, ut nūc luceat, nunc obscuretur. quidquid verò a

prima luce deficit, quā dā lucis mutatio nē & obumbrationis vicissitudinē habet: nam secundò lucida, ut sol, luna, & ignis, aut extingui & interire, aut obumbrationē, eclipsum, defectū pati possunt. sic etiā in angelorū natura, quæ secunda lux appellari solet, est in venire suā transmutationē & vicissitudinē obumbrationis. deinde verò est *umbra*, quæ nō nihil habet luminis admittū, sive potius lux quæ dā immersa tenebris; hic est animus spiritualis immersus corpori. atque etiam homo, quē multo magis oportet esse mutationi, & instabilitati obnoxium; Tandē sunt & ipsæ tenebræ, & mors luci & vitæ oppositæ, in qua nō est lucis mutatio, sed firmitas quæ dā, atque cōstantia tenebrarū. Hæc verò hominis instabilitas, si ad corpus & naturalia referatur, manifesta est; subjacet enim cōtrariis impressiōibus, & vicissitudini tēporis, ætatis, & rerū aliarū; quæ cū ætate, & tēpore mutatur. si verò de spiritualibus agatur, nō est minus certa: mirū est enim, quā sit homo instabilis in bono claudicat enim in utraq; partem, & in duos pedes; nā nūc genuflecit Baal, nūc Deo; nunc procūbit pietati, nūc vitio. passim igitur studia, & actiones mutat. uti de illis dictū est. Ps. 105. *Crediderūt verbis ejus, & laudaverūt laudē ejus. cito fecerūt.* id est, cito perfecerūt divinas laudes, atque pietati & grati animi memorię nūntiū remittētes, oblitī sunt operū ejus. si verò contingat pertinaces esse in semel suscepto cōsilio, certè illud ad malū pertinet; juxta id Genes. 11. *Ecce unus est Populus, & unū est labiū omnibus* (summus videlicet animorū & suffragiorū cōsensus in malū) *Cæperuntq; hoc facere, nec desisterunt a cogitationibus suis, donec eas opere cōpleāt.* magna igitur humanę miserie ps in hujusmodi instabilitate posita est.

Sed illud etiā in *umbra* humanæ vitæ miserū est, quod fallax sit, & quod brevior est; eō longior videat, sicut vespertinę umbræ, eō propinquiores sunt nocti, & min⁹ diurnę. nā longissimę prope occasum solis abeunt in nocturnas tenebras; tunc enim cadūt majores altis de motibus umbræ. Sic cum umbris, quas effecit declinans, & occumbens sol, cōmparat dies suos David. Psalm. 105. *Dies mei sicut umbra declinaverunt.* & 108. *Sicut umbra, cū declinat, ablatas sum* (cū videlicet vidēret mihi duraturus vitam longissimam, & repentē video me totum evanescere, &

Quæ a prima luce deficit, mutationi obnoxia.

Humana instabilitatis

1. Reg. 18. 21
Psalm 17. 46.

Psalm 105. 1. 2

Hominiū pertinacia in malo.
Genes. 11. 6

6
Umbra fallax

Psalm 102. 12
Psalm 108. 23

Tt 3 interire

Locusta, (ymbolum brevitatis vitæ)

interire.) & excubus sum, sicut locusta. nã inquietum animalculum est, quod nunquã in eodem loco diu cõsistit, sed huc illuc saltitã, & oculos fallẽs, donec penitus è cõspectu se subducat, comodissimè Vitam humanã refert, quæ nunquã in eodem statu permanet. sensim igitur crescens umbra interitui appropinquat. quod videtur respexisse sapiẽs, cũ Ecclesiã. 7. dixit; Quid necesse est homini majora se querere, cũ ignoret, quid conducat sibi, numero dierũ peregrinationis suæ, & tẽpore, quod velut umbra præterit. Videtur enim homo majora se querere, cũ ex umbræ lõgitudine, quã sibi videtur efficere sua ipsius vita, colligit multũ sibi vitæ superesse, & plurimos annos sibi pollicetur, cui statim dicitur; Stulte, hac nocte repetent animam tuam. ille etiã majora se quæsiuisset videbatur, qui mortifero morbo correptus dicebat; In dimidio dierũ meorum vadã ad portas inferi. & rectè dimidiũ dixit, nã longam sibi vitã, duplõq; majorem, quã par esset, pollicebatur, septuaginta, videlicet, aut octoginta annorũ. nã cum hæc dicebat, ut ex accurata Regum chronologia & cõputatione annorũ colligi potest, habebat. 36. aut. 38. annos, qui duplicati, plures septuaginta efficiunt.

Eccles. 7. 1]

Luc. 12. 10

Isa. 38. 10

III. Et dignum ducis super huiusce modi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium?

1. Dei respectus quid indicet. ad providentiam ab aliis referri. 2. Deum respicere ad iudiciũ. Severitatem. expenditur. Hebraica lectio. Particula, Cur. explicatus Moses.

I

Dei respectus quid significet Didym.

Quid indicet hic. Dei respectus, nõ eadem ratione omnes interpretatur nã Didym. existimãt. Iobum tot, tantarũque vitæ miseriarũ cõsideratione mirabundũ, nõ casui, aut factõ, sed divinis oculis, & providentiæ tribuere, quod miserimus homo à Deo respiciatur, id est, in vita cõservetur. Alii ad Dei paternam, & indulgentissimã hominũ providentiã pertinere existimãt, ut sit idẽ, quod Psal. 143. Quid est homo, quod memor es ejus, aut filius hominis, quia reputas eũ? quod videtur intellexisse Septuag. legentes; Nũquid & hominis rationẽ fecisti? hunc sensum Dionys. & Ly-

Pf. 143. 3

LXX.

Lyra

ta, post D. Tho. sequuntur, qui hunc divinorũ oculorum conjectum in res humanas, in ea nunc potissimũ providentię parte cõstituit, quod vilissimo & miserimo homini vitæ leges, & præcepta præscripserit, & attente contèpletur, an ex lege & p̄scripto rectam teneat viã, tandemque in iudicium vocet, rationẽque exigat. hũc ferè cõmentariũ, ex aliorum interpretatione, Polychro. & Iulia. referunt, in hac sententiã; Cũ tã miser, & imbecillus homo sit, tũ tamẽ, ò Deus, illi rationẽ es impertitus, legẽque ac præcepta dedisti, & te facturũ iudiciũ recepisti; hac igitur mihi faciunt potestatem libera orationis, & hac tua bonitate adductus audeo liberè corã te dicere. non lõgè abest hinc Philip. Igitur quasi reflectendo mentẽ ad suã disputationẽ, dicere potuit; Quis ego sũ, ut tecum in disputationem descendere & in iudicio dicentem audire volueris?

D Thom.

Polychro. Iulian.

Philip.

2

Ceterũ contextus rerum antecedentiũ, & subsequentiũ exposcit, ut de severitate potiũs, divini iudicii loquatur; Nũquid (inquit) supremam tui numinis majestãtẽ decet, ad minutissimas quasque mortaliũ actiones, summo jure examinandas, & discutiẽdas tam accuratè & diligẽter se demittere, neque humanis erratis cõniverẽ? atque etiã adducere in iudiciũ? id est, vocare, & diem homini dicere, atque facere, ut veniat. Septuag. Et hunc fecisti venire in iudiciũ coram te? in disceptationẽ ad causæ cognitionẽ vocare, & litẽ homini de quibuscũque levissimis, & minutissimis debitis intendere? atque hunc sensum nõ obscurè indicavit ipse noster interpret, cũ dixit, & dignum ducis. cũ tamen in Originali tantũ sit particula, & aperuisti vel, etiã aperuisti oculos &c. & potest quidẽ ex proprietate hujus vocis is quõque sensus elici, à nostra lectione nõ alienus; ut ad amplificationem humanæ miserię pertineat. nam aph, quæ est indeclinabilis particula, peculiãrẽ animi affectum affert; & cũ est in sententię cõparatione, & similitudine, significat, quãtõ magis, vel, quãtõ minus, quãdo verò sine cõparatione est, frequẽter interrogationi jungitur cũ admiratione, & animi affectu, & valet, idem quod, etiã, abhuc, ampliũ. Gene. 18. Nũquid (Hebraicè, Etiam, aph) perdes justũ cum impio? quasi dicat, ita ne, fieri põt, ut etiã eodem supplicio justus cũ impio afficiatur? Genes. 3. Cur (Hebræ. etiã ne, ita ne? admirationem, & amplificationem

LXX

Acrimoniahuis orationis in Hebræo

Genes. 18. 25

Gene. 3. 1

sevctif

LXX.

Lev. 26. 16

* Y sobre sus duelos esto y mas. q. os poneys a mirar lo.

severissimi præcepti affert, Septua. Quid, quia dixit? que es esto, q̄ tal os aya mãdado? præcepit vobis Deus, ut nõ comederetis? Levit. 26. Ego quoque hæc faciam vobis. amplificationẽ suppliciorũ terribiliũ significat. ad hunc ergo sensum dixerit Iob; * Etiam aperuisti super eũ oculos tuos? & quẽ ipsa suã agitant ærũnã, tu tuo iudicio, & fixis in illũ oculis exagitas? Præterea noster interpret utraq; partẽ reddidit in tertia persona, sequutus etiã Septuag. cũ tamẽ in Hebræo sit, & adducere me in iudicium? ut vel hinc clarè pateat hanc humanæ miserię deplorationem, potissimũ ad seipsum referri voluisse.

III. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu qui solus es?

1. Mundities, aut immundities ad vitia, & virtutes, & ad peccata quotidiana ab aliis referri. 2. Germanior expõsito de peccato originali. illustratus David, & Ioãnes. 3. Varia lectio & consensio cum nostra. Peccatũ sordidum. 4. Verbi nativitas tum aterna, tum temporalis mundissima. explicatus Lucas, & Salomon. Sanctissima virginis propositũ firmissimũ servanda virginitatũ. Lilia munditæ symbolum. mundum de castitate dici. 5. Cõceptio immaculata virginis.

I

QVorsum me tam accuratè dispicias, resque meas omnes observes, cũ sit nẽmo, in quo limpidißimi tui oculi aliquid sordidum deprehendere nõ possint? Et quidẽ cũ certum esse videatur, de morum, & animi immunditie & sordibus præcipuè nũc loqui, simul etiã corporis miserias & pœnas involvit. Sed quæ sit integra horum verborum sententiã, nõ eodem modo assignatur. Nam D. Thom. quem Nicolaus, & ex parte Cajetanus, sequuntur, ad virtutes & peccata in universum referũt; Nisi virtutibus decoratus, mundiõrque, & pulchrior reddar, sordescã profectõ peccator ego, & impius in tuis oculis, atque his pœnis & suppliciis nunquã non dignus censebor. at poteris pro tua bonitate, ò Deus optime, virtutes mihi & animi candorem conferre, ut gratus tibi existam, & tantis suppliciis absolvat. sed longè, & coactè petitur iste cõtextus, atque sensus.

Ad quid nam mundities referenda.

D. Thom. Lyra. Cajeta.

Severus, Hieron. sup. Ezech. 18. 2.

Secundõ, Severus in catena, & Hieron. super id Ezechiel. 18. Patres comederũt avã

acerbam. sententiam hanc referre videtur ad peccata quotidiana, quæ in cõmuni convictu, & politia humanæ vitæ admittuntur, quorũ Deus exigit rationẽ, nõ quidẽ ab infante, sed ab illo, qui jam ratione utatur: nam ante rationis usum neminẽ dicitur Deus vocare in iudiciũ; sed postquam vitã humanã, id est, rationis, & libertatis arbitrii cõsortem vivere incipit puer, hæc expõsitiõ leniter cohæret. sed sola non sufficit.

Peccata quotidiana.

2

Tertiõ igitur hoc loco mẽtionem peculiãrẽ fieri peccati originalis frequẽs est Patrum cõmentariis. Olymp. Philip. hinc Origen. homi. 8. in Levit. Clemẽs Alexã. lib. 3. Strom. ad finẽ Cyril. hom. 12. in Levit. August. super id Ps. 50. In iniquitatibus cõceptus sum. & lib. 5. Hyppognost. c. 4. & lib. 2. in Iulian. c. 2. & lib. 20. de civit. c. 26 Basil. super Ps. 32. Diligit misericordiam & iudiciũ. & alii patres frequẽter. atque ex peccato originis, & ex infectione naturæ aliorũ peccatorũ gravitatem extenuet, & veniã deprecetur; Non me, inquit, debes propter peccati sordes abjicere; nã illas ex ipsa conceptione cõtraximus, videturque propterea intimis hæere medullis; cũ immũdo semine, ex quo progeniti sumus, videntur etiã malorũ, & sordidũ semina & proclivitas ad peccatũ nobis cõgenita. hæc verò vitare in peculiari cujusq; nostrũ volũtate positũ nõ est; tu tantũ qui naturæ auctor es, posses ab omni peccati sorde, & infectione naturã mundare. ex radice igitur peccati originis, si alia pullulẽt, nihil mirandũ fuerit. Hinc igitur sua peccata sapienter extenuat. atque eodẽ spectare videtur David Psal. 50. Ecce enim in iniquitatibus cõceptus sum. cũ enim in Hebræo sit, in iniquitate; ut singulare illud peccatũ originis significaretur. Septuag. tamẽ in iniquitatibus, dixerũt; nõ solum ut plura peccata, quę in peccato originis originatũ in Adamo fuerũt, videlicet superbia, gula, atq; inobediẽtia, significarẽtur sed ut aliorũ peccatorũ actualiũ, quorum originale origo, & radix in unoquoq; nostrũ sit, significatio nobis daretur. nã cõcupiscentia, quæ ex peccato originali orta est, velut peccatorum mater est, & ad peccatũ nos abstrahit, & illicit, ut Iacob. Apost. dixit; Cõcupiscentia, cũ conceperit, parit peccatũ. atq; eadem ratione cõcupiscentia appellatur à Paulo, peccatũ, Rom. 7. quod habitat in me peccatũ. ut Aug. explicat. Vocatur

Mundities, & immundities, ad peccatum originale. Olympiad. Philip.

Iob & David ex cõmemoratione peccati originalis veniam aliorum postulant. Psal. 50. 7. LXX

Iacob. 1. 5 Rom. 7. 17 August. lib. de nuptiis. & cõcupiscentia. c. 23

Tt 4 (inquit)

(inquit) peccatum, quia peccatum sit, vincit, facit; sicut vocatur frigus pigrum, quod pigrum facit. & statim repetit David, Et in peccatis

num. immundum, verò his omnibus cõtrarium, pollutum, contaminatum, sordidũ, prætereaque indignum divino cõspectu quæ omnia rectè vides convenire in peccati fordes, & maculam. Cũ verò aliis nominibus peccati scõditas explicari soleat, sed pulchra est illius turpitudinis & sordium hæc appellatio, in quam squallor quidam mœretis animi, & sordidatus habitus, cruoris, & turpissimi sanguinis maculæ, nubila, crassa omnia, turbida, immun dàque cadunt. nam ea omnia, illa vox cõprehendit.

Nonne tu qui solus es? In Hebræo propriè Non unus. & ita Septuaginta legerunt, aut nemo, supple, mundus erit. sed noster interpres partem etiam istam sanè illuminavit, dicens, Nonne tu qui solus es? atque hoc dupliciter. primò, ut dicat neminem esse mundum, præter unum Deum; ut divinã originem verbi Dei, ex patre, qui est divinitatis fons, respiciat; in qua nihil est immundum, aut sordidum, sed purissima omnia, atque splendida, sicut Scriptum est; In splendoribus sanctorum ex utero ante Luciferũ genui te. tum etiam, ut ad filii Dei tẽporalem nativitatem, per prophetiam respiciat, qui natus est sanctus, ut Lucæ. I. dicitur; Quod nascetur ex te sanctum (id est, quod cõcipietur, formabitur in utero) vocabitur (erit) filius Dei. id est, qui purissimam nascendi ratiõnem habet in mente & utero patris æterni, idem ipse sanctus, purus, immaculatus, divino cõspectu dignissimus, imo Deus ipse & homo, in tuo utero cõcipietur; nam nihil impuræ & sordidæ generationis in Dei filii generationem cadere potest. idèò virginis omni puritate purior uterus, ab ipso suo filio commendatur odoris suavitate, & candore incredibili; Venter tuus, sicut acervus tritici vallatus liliis. nam præter scõditatem per triticum, eximiam virginitatis munditiem, atque candorem per lilia significat; & quãvis nullum videatur firmum scõpimentũ ex teneris & mollibus liliis confici posse, tamen firmissimum fortissimũque vallum illud fuit, quod ex liliis, constructum fuit, videlicet firmissimum quoddam servandæ virginitatis propositum, quod illa ipsa virgo explicuit, cũ dixit; Virum non cognosco. verba enim præsentis temporis consuetudinem, legem, statutum fixum, firmum, nunquãque violandum significare solent. ut sapienter Origines, in id

Peccatum sordidum.

4 LXX Nativitas veri æterni, & tẽporalis munda

Luc. 1. 35.

Cant. 7. 2

Liliapuritatis & munditiei symbolum.

Luc. 1. 34

Scripturæ regule.

Ioan.

Hieronymus ex Hebræo.

August.

Ioan. 1. 29

Origenes homil. 14 Cypr. lib. 2. contra Iudeos. Chrysostomus homil. 16. in Ioan.

3 Varia lectio, & consensio cum nostra.

Theologi cum D. Thom. 1. 2 q. 81. art. 1.

Græci

תשוב

נשוא

Orig. in Ioan. cap. 1. v. 29 Chryso. homil. in Ioan.

Pf. 50. 12 Matth. 13. 19 Mar. 7. 21

August.

5 Secunda expositio.

Cõceptio purissima immaculatæ virginis

LXX.

Clemens Alex.

Ambrosius

Augustinus

Leo. Bernar.

Ioan. 1. Ecce qui tollit peccata mundi, & Chryso. hom. 17. in Ioan. docent. Nemo verò ignorat, munditiem, peculiari ratione ad castitatem tum corporis tum cordis pertinere; cũ David precetur post impuri amoris fordes & labem, Cor mundũ crea in me Deus (nam de corde, tanquam ex fonte, exeunt impudicitia, adulteria) & spiritũ rectum (vel, ut Hieronymus vertit; stabilem) innova in visceribus meis. nam majori firmitate & constantia, castitas, quã aliæ virtutes indigere videtur, ut potè quæ graviores sustineat, magisque assiduas hostium oppugnationes, & certamina. ut August. pluribus docet. lib. de honestate mulierum. c. 2.

Vel etiam poterit confici sententia, ut non tam tribuat illam munditiem Deo, aut filio Dei, quã illius potentia; Quis (inquam) dabit, vel facere potest, mundũ de immundo semine, nonne tu? id est, unica Dei potentia hoc efficere potest; quam præter ordinariam legem, in conceptione immaculatæ virginis exercuit. mirum est enim, quantum in illa splenduerit, divina bonitas, atque potentia. de qua re præstat nihil omnino, quã pauca dicitur. Quia verò Septuaginta initium versiculi sequentis, qui de humanæ vitæ brevitate est, cum hac sententia conjungunt, integrã, & quam antiquiores Patres frequenter usurpant sententiam huiusmodi reddiderunt; Quis enim mundus erit à sordibus? at nemo, & si unus dies sit vita ejus super terram. & quãvis non multum referat, sed in ea etiam lectione non nihil varietatis est; Nam Clemens Alexandrinus, sic legit lib. 3. Strom. Nullus est a sordibus mundus, nec si sit quidem una dies vite ejus. & idem lib. 4. Nec si sit quidem unius diei vita ejus. Ambrosius. 1. Luc. Nemo mundus à sordibus, nec si unius diei vita sit in terra. Augustinus. in Psal. 50. Nemo mundus in conspectu tuo, nec infans cujus est unius diei vita super terrã. Sic etiam Leo Pap. sermo. de nativitate. at Bernardus. sermo. 70. in Cant. Nec infans certè unius diei sine sordibus est super terram.

U. Breves dies hominis sunt, numerus mensuræ eius apud te est: cõstituiti sunt terminos eius, qui præteriri non poterunt.

1. Argumentatur Iob ex vita brevitate ad excitationem divinam commiserationis. Breves & abbreviati quid. explicati Isaias, & Ioc.

2. Quid vita terminus. quid præteriri. Quid statutum. & lex apud Paulum, & testamentum apud Ecclesiasticum. Quid semel, apud Paulum.

Conditionalem quandam argumentationem conficere nunc Iob videtur, cujus antecedens sit in hoc versiculo, & consequens in sequente. Si breves dies hominis sunt, recede, recedere debes paululũ ab eo, ut quiescat. & licet particula conditionalis exprimat in Hebræo, sed non inventust subicitur à Vulgato. Breves dies hominis. propriè, decurati, præcisi, definiti. nam verbũ Charats, significat acuer, præcindere, definire. vel acutè & præcisè aliquid facere, absolvere, statuere. unde dicitur Isai. 10. Consummationem & abbreviationem Dominus Deus exercituum faciet in medio terræ. id est, consumet Populũ, & præcisus, amputatisque inutilibus impiis, abbreviabit populum, & ad minutissimas justorum reliquias rediget. quã verbi proprietatem retinuit Vulgatus Ioc. 3. Populi in valle concisionis. id est, omnes populi congregandi sunt in valle abbreviationis, & præcisionis, nimirum in valle Iosaphat. atque est elegans anthithesis inter populorum omnium infinitam multitudinem & concisionem, sive abbreviationem; amputatis enim, præcisus, rejectisque impiis, quorum infinitus est numerus, eliciet tandem Deus & colliget brevem quandã summam justorum & numerum. Hic igitur dicuntur dies hominis breves, abbreviati, decurati, statuti, & præcisi, definiti, præscripti ad mensuram certã & angustã & numerum brevissimũ. hæc autem vitæ humanæ constitutio; & definitio mox exponitur. Si etiam hic dierũ, aut mensuræ numerus. apud te est. id est; si mihi nõ ostendis, (ut eò magis excrucier, quò mihi magis occultum est) quid mihi desit.

Constituiti terminos ejus. Si constituiti, propriè, fecisti, præparasti, disposuisti. Terminos. propriè, statuta, præcepta, decreta. hæc enim Dei statuta atque decreta de hominis vita, sunt velut termini & cancelli, intra quos homo continetur, & sunt certi fines, quos ultra citroque nequit cõsistere vita. eadem loquendi forma dicitur infra; Circumdedi illud terminis meis. id est, meis præceptis, & statutis. quod

I

DN

תשוב

Ioc. 3. 14

Eccles. 1. 15

Pf. 38. 4

2

תשוב

Terminus quid propriè.

Iob. 38. 5

Prav. 8. 29. Pfal. 103. 9
 LXX
 Proverb. 8. dicitur; Legem ponebat aquis, ne transirent fines suos. & Psalmo. 103. Terminum posuisti, quem non transgredientur. in eodem igitur sensu, sed clarius dixit interpres, terminos ejus. Septuaginta. autem tempus præfixum, & constitutum intelligentes, dixerunt; Ad tempus posuisti, & non transgredietur. id enim, tempus, absolute dictum significare solet, videlicet certum, & determinatum.

Quid præteriri
 re.
 P. 148. 6
 Matth. 5. 18
 24. 35
 Qui præteriri non poterunt. Verbum præteriri rectè quadrat legi & statuto. sicut etiam Psalmo. 148. Præceptum posuit, & non præteribit. id est, non erit vanum, aut irritum, sed perficietur, & observabitur. & Matth. 5. Apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. & 24. Verba mea non præteribunt. ergo hoc Dei decretum aut mortis aut vitæ, non erit irritum, neque vanum, fiet, servabitur: vel, non poterit homo constitutos terminos transilire; neque decreta & statuta prætergredi. Hinc Paulus hæc morien di necessitatem nomine legis, & statuti explicat. Statutum est (inquit) hominibus semel. id est, irrevocabiliter, firmiter, constanter. nam semel loquitur Deus, ut iterato præcepto opus non sit. Vtraque verò legis, & præfixi termini ratio conjungitur Act. 17. Deus fecit ex uno homine omne humanum genus inhabitare super universam faciem terræ, designans statuta tempora, & terminos habitationis eorum. & ferè eadem vis est Ecclesiastici. 14. cùm testamentum dicitur mors, id est, lex, statutum, dispositio Dei, & universalis lex de morte ab omnibus subeunda; Memor esto, quoniam mors non tardat, & testamentum inferorum, quod demonstratum est tibi; testamentum enim hujus mundi morte morietur. id est, hoc est Dei statutum & dispositio rerum humanarum, ut homo intra certos terminos vitæ consisteret, & certissima præfinitaque morte tandem deficeret. sive igitur terminos, sive legem, & statuta, sive testamentum dicas, semper dicitur aliquid firmum, & cõstans. quod præteriri non poterit.

Hebra. 9. 27
 P. 61. 12
 Act. 17. 23
 Eccle. 14. 12
 Hebra. 9. 27. P. 61. 12. Act. 17. 23. Eccle. 14. 12. cùm testamentum dicitur mors, id est, lex, statutum, dispositio Dei, & universalis lex de morte ab omnibus subeunda; Memor esto, quoniam mors non tardat, & testamentum inferorum, quod demonstratum est tibi; testamentum enim hujus mundi morte morietur. id est, hoc est Dei statutum & dispositio rerum humanarum, ut homo intra certos terminos vitæ consisteret, & certissima præfinitaque morte tandem deficeret. sive igitur terminos, sive legem, & statuta, sive testamentum dicas, semper dicitur aliquid firmum, & cõstans. quod præteriri non poterit.

VI. Recede paululum ab eo, ut quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarii dies eius.

1. Eligitur verior expositio. Recederes, quid propriè.
 2. Quiescere, pro finire, aut cessare.
 3. Optata dies apud Hebraizantes, dies mortis.
 4. Dies optata, dies iucundior, verior expositio. Particula, Donec, in sacro sermone consequutionem afferre solet.

I
 D. Thom.
 Illius consequentiæ, quam diximus, vim, & conclusionem sic conficit D. Thomas; Cùm meæ vitæ à te præfixi dies paucissimi sint, age, ne me diutius sustentem viventem, neque tua præsentia conserves, sed discede, meque morti permittes, ut mortis quiete & tranquillitate tandem fruatur, interim dum diem resurrectionis expecto, quo merces mihi, tanquam mercenario, pro meis laboribus reddetur. Sed quidem cùm mortem sæpe non tam precetur, quam deprecetur, non videtur hæc interpretatio coherere posse, neque cum antecedentibus, neque cum consequentibus. Communis igitur Græcorum, atque Latinorum commentarius hic est; Recede. recedere profectò debes. quod. c. 10. dixit, Dimitte ergo me. a verbo, Saghab. quod propriè est, respicere; & per antiphrasim, excæcari, aut caligare. ne me respicias, ne me tam accuratè, & attentè observes, sed instar heri permittentis servum aliquandiu sibi vivere, recede paululum, & simula te non videre. ita recede, ut videaris abiisse in regionem longinquam, ac tuos servos aliquandiu permisisse vivere suo arbitrio. inde etiam significat divertere, aut discedere; quoniam sicut qui spectatum admittitur, & videre aliquid cupiunt accedunt propè & convertuntur ad videndum, ita etiam qui videre nolunt, avertunt faciem, & oculos, atque discedunt. sic sanè etiam dixerunt Septuaginta; Recede ab eo. in Heb. propriè; desuper eo. exactiorem quandam, & observationem per molestem afferre solet, illud desuper. nos dicimus, no esteys siempre sobre el.

2
 577
 Quiescere finire aut cessare.
 Genes. 2. 2.
 Ut quiescat; ut quod superest vitæ possit quietus transigere. Quoniam verò verbum Chadal significat finire, cessare, seu quiescere ab actione, idè quies sumi solet pro ipso fine, & cessatione, quando dicitur Deus quiescisse, id est, cessasse ab opere creationis. in hac ergo significatione sumi possit in hoc loco; Tu mihi præfinitis vitam. sit sanè. sed me dimitte: nam quiescam ego, & cessabo, etiam te non urgente, neque propellente ad finem, &

Frequentior Latinorum & Græcorum expositio
 10b. 10. 20
 Recedere in Hebræo quid.

mortem

3
 Complut.
 Hebraizantes
 Optata dies, apud Hebraizantes, dies mortis
 Pagn.
 Tyguri.
 Vatabl.
 Clarius Eugubi.
 mortem: ego per me consumar, neque prætergredi ulla ratione potero terminos mihi præfixos. Sed in alia propria quiescendi significatione; & quidem opportuniùs ad antecedentia & consequentia, à Græcis & Latinis accipitur.

Donc optata veniat. Lectio Complutensis, & præterea Complutenses in dictione chadal, legerunt in plurali, Donec optata veniant. & quavis sensum nõ mutet, tamè verè & correctè lectio est in singulari. & Hebraizantes quidem interpretantur huc. Iobum petere, ut tandiu permittatur vivere quousque ipse sponte sua, senio jam confectus optet mortem; sicut mercenarius, post peractum diei laborem, ad solis occasum de nocturna quiete sibi ipsi blâdiri, & gratulari videtur. sic Pagnin. Recede ab eo, & desinet à malo suo, donec perficiat, sicut mercenarius diem suum. Tyg. Absiste ab eo, ut desinat, cùm jam grato animo excipiet diem fatalem, tamquam mercenarius. Vatabl. Donec perveniat ad senium, quo tempore tadebit illum vivere. idè què ex consensu omnium Hebræorum placuit etiam Isidorus Clario, & Eugubino, quasi dicat; Nunc vitæ desiderio & mortis metu excrucior: tantisper igitur mihi vivere permittes; scio enim fore, ut non multò post, fastidio mihi vita sit, & mors in votis. diem igitur optatam, diem mortis interpretantur. Sed non videtur coherere cum eo, quod dixerat, præfixum esse cuique tempus vitæ. neque omnes quidem ad ultimam senectutem perveniunt; quotus enim quisque est, qui ad nauseam usque, & tedium vitæ vivat?

4
 Optata dies, p die iucundiori.
 Particula donec
 Ergo is videtur proprius, atque germanus hujus loci sensus; Remitte mihi paululum doloris, & cruciatus acerbitem, ut aliquo saltem spatio temporis sine dolore, sine gemitu frui, & respirare liberè possim; quàmvis dolores & cruciatus in stauraturus postea sis, sicut mercenarius interponit suis interdum otium, & gaudiu laboribus & curis. videlicet, aut quiete nocturna, aut aliquo feriato die, repetiturus deinde suum laborem; vires enim & animum resumere oportet, & non habere tandiu cordis cordam intentam, quin aliquando remittat. & quidem particula donec, non semper significat determinatū aut indeterminatum tempus, quo finito aliquid amplius non est; aut quo incipere debeat, quod usque; ad illud nõquam extiterit. quam significationem agnovit

Hieronym. contra Elvidium; sed præterea significat consequutionem rerum, vel temporum, Psalmo. 70. Ne derelinquas me, donec annuntiem brachium tuum. id est, si me non derelinquas, annuntiabo invictam tuam potentiam. & illud; Sede à dextris meis, donec ponam. id est, cùm federis ponam; simili igitur ratione ait Iob; Si à me flagellando recesseris, optata mihi, atque lætior aliqua affulgebit dies, quam velim, quæ mihi placere possit. hunc sensum videntur quoque Septuaginta sequuti; Discende ab eo, ut requiescat, & bene velit vitam, sicut mercenarius. quæ eadem ferè lectio est, cū illa quam Chrysostom. refert; Recede à me ut requiescam, & complaceat mihi vita mea, sicut mercenarius. eadem ratione interpretantur Olymp. & Polychron. ut inquam saltem assequar mercenarii relaxationem; nam mali mei calamitas inducias nullas facit. Hæc igitur optata dies, non est dies mortis, ut Hebraizantes volebant, sed vita iucundior; & propterea etiam difficultatem redeundi ad vitam mox proponit. neque etiam est dies resurrectionis, & potiundæ beatitudinis; tunc enim non requiesceret paululum; cùm sempiternis gaudiis potiantur Beati.

VII. Lignum habet spem: si praci sum fuerit, rursus virefcit, & rami eius pullulant.

1. Varietas tendi. & interpretandi ratio Resurgētis hominis cum arbore revirescente comparatio.
 2. Nexus, & interpretatio optima. Dissimilis homo arbori.
 3. Lignum quid apud Latinos. item & apud Hebraeos illustratus David.
 4. Hebraizantes notati. Latine datus Vulgatus.
 5. Virescere quid in Hebraeo arborum morbi.
 6. Pullulare quid.

I
 Non eadem est apud omnes nectendi hunc versiculum cum aliis ratio. nam Lyranus existimat de resurrectionis spe nunc loqui, & ex arboris comparatione reviviscentis, & vices suas mutantis cū tempore probare, hominem, nisi deterioris conditionis futurus sit, resurgere debere. nam licet corpus humanum non repullulet, sicut arbor, at oportet esse in homine partem aliam immortalem, ratione cujus expectanda sit resurrectio. sed ut hanc philosophiam Lyranus nunc nõ om-

nino

Hieronym. contra Elvidium P. 70. 28

Psal. 109. 1

LXX

Christost.

Olympio. Polychron.

Lyra Resurrectio nis cū arbore revirescente comparatio.

August. Olympiod. D. Thom. Cajeta. Dionysius

nino ad vivum examinemus, certè Augu- sti. hunc ferè sensum indicavit; docet enim applicationem hujus similitudinis debere accipi per ironiam, quasi dicat; Scilicet homo non resurget, cum videatur resurgere arbor. Cæterùm hic sensus durior est, & non omnino facilis similitudo, & ironia difficilè agnosci potest. at Olympiod. D. Thom. Cajetanus, Dionysius, existimant redire iterum Iob ad humanæ miseræ deplorationem, & amplificationem, quòd videatur esse humana vita deterioris conditionis, quàm arbores; nam hæc sive abscessus, & avulsæ, sive senectus diuturnitate & tempore, at agriculturæ, & translationis, in sitionis, irrigationis beneficio juvenescunt et germinant; homo verò quacumque ratione à vita excindatur, redire iterum non poterit ad si- similem vivendi conditionem.

2 Nexus, & expositio optima. Polychron.

Sed omnium optimè atque simplicissimè Polychron. quem recentiores imitantur, existimat deprecationem hanc esse illius relaxationis assiduorum cruciatuù, ex dissimilitudine cum arbore; Nam non sum (inquit) sicut arbor, quæ abscissa licet, atq; vetustate confecta pullulare iterum, atque vivescere potest. sed si me finas vi doloris penitus nunc absumi, & interire, non erit deinceps Iob, cui benefacere inter mortales possis. Quæ sanè dissimilitudo hominis cum rebus aliis, quæ vices cum tempore mutant, cum arboribus & herbis præcipuè, familiaris etiam fuit scriptoribus prophanis; nã Lyricus cecinit;

Homo dissimilis arbori revirescenti.

Horat. lib. 4 Carm. Od. 7

Diffugere nives, redeunt jam gramina campis Arboribusque comæ. Mutat terra vices, Nos ubi decidimus Quod pius Aeneas, quòd Tullus dives, & Ancus, pulvis & umbra sumus. Non Torquate genus, non te facundia, non te restituet pietas.

Catull.

Huc illud Catulli; Soles occidere, & redire possunt, Nobis cum semel occidit brevis lux, Nox est perpetua una dormienda.

Theoch. Lambin

& Theochritus in illo Bionis epitaphio, quod Latinum reddidit Monstrolienfis; Eheu, cum semel inculto malva aruit horto, Aut vivax apium, foliumque virentis anethi. Vere reviviscunt, alium & nascuntur n annu. Nos autem magni, & sapientes, atque potentes, Ut semel occidimus sub terra lumine casti, Dormimus longu, immesum, aternuq; sopore.

Nunc de vocibus pauca. Lignum, apud Latinos dicitur, quod plantatum non est, sed jam convulsam, aut excisum, sive aridum, sive viride, quod colligatur ex terra; ideo enim lignum, à legendo dicitur, quàmquam aliquando, rarò licet, pro arbore usurpavit Poeta. 2. Georg.

3 Lignum apud Latinos, quid item & apud Hebræos.

Quid tibi odorato referam sudantia ligno Balsama? , , , , ,

Virg. 2. Georg.

At in sacro sermone cum alia sint propria virentium arborum, aut plantarum germinantium nomina, ut Siach, Genes. 2 Omne virgultum agri, & amir. Isai. 17. In summitate rami. tamen. Ghets, indiscriminatim pro ligno arido, aut pro arbore usurpatur, quare licet Septuaginta habeant arborum, similiterque reddiderint Pagninus, Vatablus, Cajetanus, sed eleganter Latinus interpres vim originalis vocis retinuit, ut quæ in præsentem locum conveniret; Lignum (inquit) etiam præcisum, & semiaridum, habet spem, & fortè etiam Pl. r. dictum est, Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum; quod fructum suum dabit in tempore suo, ut indicaret, eum qui arefcere cæpit, posse conferi iterum, & plantari, vivescere, fructumque ferre, secus decursus aquarum divinæ legis. quare homo nontam sit arbor, quæ plantata est semper; sed lignum, quod & aridum esse potest. Habere autem spem dicitur lignum, de quo nos bene sperare possumus, & polliceri nobis fructum uberem, & vitam, vioreremque diuturniorem.

טין אמיר לין Genes. 2. 5 Isai. 17. 6 LXX Pagni. Vatab. Cajeta

Psal. 1. 3

Si præcisum fuerit. Ignoro quare Regia cum lignum dixerit, præcisum in genere feminino legerit; nisi fortè ut genus femininum indicaret vocis Hebrææ, sed quo redderetur oratio solœca, & in concinna, planèq; obscura. cum Latine igitur loquitur Latinus noster, & Vulgatus interpres tanquam aberrans ab Hebraico deferitur ab Hebraizantibus; at cum ad regulas & leges Hebraici sermonis interpretatur, tanquam parum Latinus peracerbè ab iisdem carpitur. iniqui profectò judices.

4 Regia

Notari quidam Hebraizantes, & defensus Vulgatus

Rursum vivescit. Septuagint. Adhuc pullulabit propriè mutabitur, in itaurabitur, innovabitur. à verbo, Chalaph. aquo etiam inferius dicitur, Expecto, donec veniat immutatio mea. quasi dicat; Abcisus ramus vel surculus, secum virefcendi & pullulandi spem, initiumque defert. licet existimarem, esse sermonem non tam desurculo absciso

5 LXX גלן

Virescere quid Infra. y. 14

& carp

Arboribus etiam morbi

Pli. lib. 17. c. 4 Collum. Palad.

Plutar. lib. 3. Sym. 9. 1 LXX Tygus

22

* El renuevo quando esta en leche.

& carpto ex arbore, sed potius de ipsa arbore, quæ propter trunci, aut ramorum aliquid morbum vel ariditatem, ferè tota amputatur relicta tantum radicibus, & omni ramorum & foliorum honore nudatur, quæ ratione elegantior videtur comparatio, & humanis ærumnis, atque morbis convenientior: sunt enim etiam arboribus tum communes, tum privati morbi, & partium debilitas, dolor membrorum atque laborant fame, & cruditate, nimia etiam pinguitudine luxuriæ, aliisque vitiiis, quæ eleganter numerat Plin. lib. 17. c. 24. Collumela, & Palladius, & alii rei rusticæ scriptores. tum etiam (ut eleganter dixit Plutarch. foliis avulsis, veluti dolent, & mor dentur planta, & ulcerosum iis quoddam accidit detrimentum. Et rami ejus pullulant. propriè, & nutriet; vel, lactabit teneros ramos. sic Septuaginta e runt; Germen ejus non deficit. Tygurina Tenera propago; nam IanaK, proprie est, Lactare, seu nutrire. & inde dicitur tener surculus, aut germen pullulans, quasi* lactans; nam sicut infans ab vberibus fugit lac, ita ramus humorem a sua radice.

VIII. Si semuerit in terra radix eius, & in pulvere emortuus fuerit truncus illius.

XI. Ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quasi cum primò plantatum est.

1. Quid radix & truncus, & ut hac duo respondeant Pulveri, & terra. Seniu & mors in arboribus, cuiusmodi. 2. Hanc sententiam peculiariter convenire in laurum. Hujus radices vivaciores reliquis. 3. Odor in sacro sermone, quid. De Levi cuiusque rei contactu dictus. Explicatus locus Indicum, Danicis, & Isai. 4. Plantandi verbum novitatem quandam affert. 5. Varia lectio, Consumedi verbum ad mortem referri.

I

Radix quid proprie Iob. 5. 3

Sive cum superiori sententia neclatur versiculus octavus sive cum versiculo nono, sensus semper idem constat. Radix autem licet non rarò sumatur in Scriptura pro trunco, & ea arboris parte, quæ eminet è terra, ut supra diximus. cap. 5. ta-

men hoc loco pro radicibus ipsis, quæ sub terra sunt, accipi videtur, nam trunco opponitur, quare eodem modo videntur hoc loco radix, & truncus distingui, quod pulvis, & terra; nam ghabbar non est, ut putavit Eugubinus, terra humida, ubi radices diffunduntur, atque herent; sed est pulvis, superiòrque terræ pars, levissima, atque minutissima, & quæ facilè in limum transit perfusa aliquo humore, ut dictum est Genes. 2. Formavit Deus hominem de limo (Aphar, pulvere) terræ. & facilè etiam exarescit, & in tenuissima grana dissolvitur, uti Numer. 23. dicitur; Quis dinumerare possit pulverem Iacob? & ita truncus cum pulvere jungitur; nam est proximus primæ illi extremæ portioni terræ. Quare licet Septuaginta legerint pro pulvere; In petra intenerit truncus ejus, at Polychronius ait, Aquilam dixisse, pulverem, & in Hebræo haberi, cinerem. est enim propter ariditatem, tenuitatem, levitatem, cinis pulveri similis. Radix verò terra tribuitur; nam erets, terræ absolute significat, & eam quidem partem, quæ fructus profert; ut Iob. 28. dicitur Terra, de qua oriebatur panis. Radices igitur, si vetustate & senio sint cõfectæ &c. Sui seniu etiam arboribus esse (vivunt enim) certum est. suum etiam senectutis vitium & morbum. nam omnibus arboribus infenecta sit cortex rugosior, ut scribit Plinius. & quàmvis idem falsum existimet, quod aliqui prodidete, videlicet Radices arborum vetustate minui; sed tamen senescere nõ negat. neque negare potuit, quod verissimè à Theophrastro scriptum est lib. 1. de historia plantarum. cap. 11. Novellas & videntes arbores longius, & altius radices mittere, quàm vetustas; & marcescente arbore radice quoque minui, & velut unâ contabescere. Mortitur autem in pulvere truncus, cum caudex, & stipes arboris exarescit. non enim eadem ratione hic mortuus dicitur, sicut Ioannis. 12. Granum frumenti, si mortuum fuerit; nam illa mors putrefactio. quædam senilis, quæ multum fructum affert. hic verò mors trunci, est ariditas quædam, ex qua neque fructus, neque folia provenire possent, & quæ mille rimas ducat.

750 Eugubis

Gene. 2. 7

Numer. 23. 10

LXX

Polychr. Aquila

770

Iob. 28. 5

Seniu in arboribus

Plin. 16. ca. 31.

Theoph. lib. 1. hist. plant. c. 11

Ioan. 12. 24

2 Hæc sententiæ peculiariter convenire lauro.

re fed

Plin.

re, sed de illa, que semper sacrator. ceteris habita est. delauo inquā, de qua quod Plinius scribit, cum his Iobi verbis mirificè congruit. sic igitur dum de arboribus, & earum partibus loquitur, scribit ille, loco superius indicato; Quarundam radix vivacior superficie, ut Lauri. itaque cum truncus inaruit, recisa etiam latius fructificat. ut dicere de illa possis, si fenuerit in terra radix ejus, & mortuus fuerit trūcus illius, propter in sitam radicem vivacitatem ad odorem aquæ letior germinabit.

Lauri radices vivaciores, reliquis

3 Odor quid in facto sermone.

Ad odorem aquæ germinabit. id est, leviter etiam attracto humore; vel, statim atque irrigatæ fuerint radices, reflorescent, & germinabunt. dicuntur arbores quasi ad capiendum aquæ odorem, & ad humorè contingendum se suasque radices cōvertere. tum etiam & folia, & ramos in eam partem, quæ humidior sit, cōjicere, atque in eandē avidius se & radices diffundere. Olor autem metaphoricè levem rei aliquid cōtactum indicat. ut de tribus pueris dicitur Dan. 3. Quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & odor ignis nō trānsisset per eos. id est, neque leviter illos tetigisset, læsisset vā nisi fortè significetur hoc loco per odorem ignis, fumus, hunc enim olet ignis. & Iudic. 15. sicut solent ad odorem ignis ligna consumi, ita vincula, quibus ligatus erat, dispersa sunt. & iterum Iudic. 16 ad idē. Rapiat vincula, quomodo si rumpat quis filum de stupa tortum spūamine, cum odorem ignis ac cepit. id est cōtactū ignis. vel, cū ignem senserit. Forte autem odoris nomine, levis, & facilis cuiuspiam sensus actio indicatur, & quod de visu aliquando diximus, videlicet comprehendere & intelligi sub eo aliorum sensuum actiones, ita etiam de odore intelligendum. qua ratione quidam explicant illum Isaiæ locum. c. II. & replebit eum spiritus timoris Domini. quod ex Hebræo propriè legitur, Olfaciet in timore Domini. vel, olfacere ipsius erit in timore Domini. id est, parvo indicio agnoscat eū, qui justus fuerit, & pius. facilè sentiet; sagax erit in agnoscendis justis, & Deum timentibus hominibus. igitur ad odorem, & contactum aquæ. id est, irrigationis beneficio germinabit, & faciet comam. Septuagint. legerunt; Et faciet messem. Polychron. ex Hebræo. refert; faciet fructum. & quidē verbum Katsar, significat id quod præcidi-tur, demetitur, decerpitur. quod cū in-

Dan. 3. 94

differentis sit, vel ad fructum, qui ex arbore decerpitur; vel ad ramum & palmitem qui ex arbore rapitur; vel ad inutilia virgulta, quæ refecari solent; Vulgatus sapiēter elegit id, quod ad rem facere potissimum judicavit. & comam, dixit. ut significaret multitudinem germinum, ramorū, palmitum, ex quibus pulcherrima cōstat arboris coma. Verbo autem faciendi affertur ramorum quædam aptissima compositio, & à natura ipsa series, & ordo dispositus. est enim facere, aptè, & ordinatè disponere.

Iud. 15. 14 & 16. 9.

Sicut cū primò plantatum est. Eleganter Septuaginta; Sicut novella plantatio. simpliciū in Hebræo. sicut plantatio. lāguide autem accipit Tygurina vocem plantationis, nam non aliud reddidit, quā plantam. At tracto (inquit) humore aquo, iterum germinat exhibēt q3 fructus decerpandos, ut planta solent. nam licet nomen, Natagh, à plātando dicitur, ramen vox ipla plantandi, novitatē quandam affert; & ita sapiēter. Isai. 5. Germen reddidit; Viri Iuda germen ejus delectabile. & Ezechiel. 34. Suscitabo eis germen nominatum. id est, Christum novum hominem, tenerrimum virginis filium. eadem vox Psalm. 143. Quorum filii sicut novella plantationes in juventute sua. illuminatur igitur originalis vox dilucida paraphrasi, cū ait interpret; Sicut cū primò plantatum est.

Odoratus de levi contactu cuiuscumque sensus

Iscariot. Quomodo si recedant aqua de mari, & fluvius vacuefactus arefcatur.

Isai. 11. 3.

Iscariot. Quomodo si recedant aqua de mari, & fluvius vacuefactus arefcatur.

LXX. Polychr.

quod

שן

pres legisse, capbas, quod est nudare, aut mutare habitum; eodē tamen recidit; Nā homo, sive naturali morte intereat, sive, violento vulnere excidatur, ramis, bonisque omnibus decussis nudatur, & spoliatur, atque cōpellitur alium longè miserrimum habitum fumere.

D. Thom.

שן

Genes. 6. 17 & c. 7. 21 & c. 35. 29

LXX

Consumptus. Hoc D. Tho. refert ad cada veris consumptionē, cū tota oisū, compages solvitur. sed certè ex vi originalis, gawagh, consumptio hæc, est exspiratio, & defectus, aut mors. unde Genes. 6. dicitur Univerſa quæ in terra sunt, consumentur, & c. 7. Consumpta est omnis caro. & c. 35. Consumptus etate mortuus est. quare rectè Septuag. dixerunt, Vir cū mortuus fuerit. alii, obiit. Hic ergo erit coacervatio quædā pluriū vocum idem ferè significatium, quæ vim addant orationi, & significant hominem penitus jam mortuum.

Vbi, quæso, est id est, nullibi est, ut inde redire possit ad eandē vitam, quam semel reliquit; non enim, sicut arbor transplantatur, ut alio in loco renasci, & germinare possit.

2. XI. Quomodo si recedant aqua de mari, & fluvius vacuefactus arefcatur.

2. XII. Sic homo, cū dormierit, non resurget: donec atteratur cælū, nō evigilabit: nec cōsurget de somno suo.

- 1. Prima interpretandi ratio per dissimilitudinē hominis, cum mari, & fluvio.
2. Secunda expositio per similitudinē cum eisde rebz. Recedere, quid in Hebræo.
3. Particula donec, ad aternitatem refert.
4. Donec, aliquādo de deter-

quid abit in vapores, & a sole absumitur iterū concrefcētibus vaporibus, & in pluviā liquefcētibus, atq; decidentibus refarcitur; & si quid exugūt fontes & flumina, illud ipsa restitunt; nā omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat; ad locū unde exeūt, flumina revertuntur. similiter etiā fluvius, aut torrens jam siccatur, jā pleno in fluit alveo, atqve exūdat. in crēmēta igitur, aut decremēta per vices accipit. verū homo, cetera labētibus aquis similis, in hac unare dissimillimus est; nā semel extinctus & arefactus nō redibit iterū, neq; ullā habebit, in hoc mūdo vitæ vicissitudinē, donec atteratur cælū. ita explicat Chrysofost. & idē sensisse vidētur Septuag. legētes; Tēpore enim rarefit mare, & idem clariū sentit Aug. simul explicās atq; legēs; Tēpore minuetur mare, nā post impletur. & Polych. hujus exemplū subjicit, in fluxu Pōri. pro fluvio autē. Polychr. ait in Hebræo haberi, Torrentē. sed utriusq; eadē ratio est.

I

LXX

Duplex interpretandi ratio

Quoniam particula similitudinē in originali & in Septuag. subicitur, nō eodē modo exponitur sentētia hæc; nam alii per similitudinē, per dissimilitudinē alii accipiūt. Dissimilitudo autē hoc videtur mōdo posse confici, ut significetur homo, fugacioris vitæ, & irrevocabilioris quā mare, aut fluvius. nam licet mare in continua mutatione sit, per petuōque fluxu, nihilominus tamen, si quā aquæ partē de perdere videtur, recuperat statim; & si

Vulgatus tamē interpres similitudinē subesse intellexit, atq; exprefit, quā ple-riq; Latini sic interpretātur. ut dicat, resurrectionē ad similitudinē vitæ statū, esse naturā impossibilem, sicut mare aut fluvius ad summā siccitatē redacta reparari & restitui naturę viribus non possent. Et cōmodè vitā, quæ in humido consistit, cū humore cōparat, & mortem cū siccitate; nā cadaver exuctū, & confectū, humido vitali destituitur. quā sententiā rectè ex ipsis verbis Hebraicis, elicere potuit Vulgatus. nam verbū recedēdi, aut ab eūdi, quod in fonte est, azal, significat omnino abire, perire, deficere; & aliquando, Vulgatus ad mortē refert, sive ad vitam deficientē.

Donec atteratur cælū. Dupliciter pōt sumi, particula, donec. 1. ut significet æternitatem, seu pperuitatem. quare particula, ghad. vertitur aliquādo, in aternū, vel, in saculū saculū, Ps. 110. & III. & Isai. 7. Excelsus, & sublimis habitans aternitatē. q. d. usq; vivens. & propterea aliquādo vertitur negativè, & ita simpliciter & propriè hic legi possit, Donec non cælū. q. d. nunquā non erit cælū. nā secunda vox atterēdi, etiā in Originali pōt esse particula negativa, quare sumit argumentum ab impossibili, quod apud poetas frequens est; Tū etiam faciūt duo impossibilia equalia, aut ex duobus impossibilibus, unum magis esse impossibile, quā alterū. hujusmodi est illud; Cælū, & terra trāsibunt, verba autē mea nō præteribunt,

Ecclesiast. 1. 7

Chrysofost. LXX Augustinus Polychron.

2 Latinorū interpretatio.

Quid Recedere.

3 Particula donec, significat æternitatem.

Ps. 110. 9 Ps. 111. 6 Isai. 7. 15

Matth. 24. 35

quod

שן

4 LXX Tyguri.

שן

Plantandi verbum novitatem affert. Isai. 7 Ezech. 34. 29

Ps. 143. 12

5

Alteradissimilitudinē præcedētis pars.

Complut.

שן

Regia.

Ioel. 3. 10

pres

Cajeta

quod autem Hebræus apud Caj. particu-
lâ *atteredi* vertit, nisi, ut sit sensus, *donec nisi*
cælum, id est, donec nihil aliud remaneat
in mundo nisi cælum; valde frigidum
eficit sensum, & lectio ipsa inelegans
est.

Cælorum in-
corruptibili-
tas.

Huic loco posset aliquis, questionem
obtrudere de incorruptibilitate cælorû;
sed nõ nisi importunè. nã si argumentum
ducatur ab impossibili, tantû abest, ut *ca-*
lû atteri, aut corrupti posse hoc loco as-
feratur, ut potius oppositum affirmetur.
Quod si quis nimium pertinaciter con-
tendat, aliquando cælorum mutationem
colligi hinc posse, certè, non erit alia,
quam illa, quã Petrus asserit in sua Cano-
nica.

2. Petr. 3. 10.

4

Particula,
Donec, de
certo tem-
pore.

Potest ergo secundò particula *donec*
sumi cum certo termino temporis, vide-
licet, usque ad diem resurrectionis, &
universalis iudicii, cum *signa erunt* in cæ-
lo, *sole, luna, stellis*; quando tum superiora,
tum inferiora corpora mirabilem quan-
dam mutationem & innovationem subi-
bunt; propter quam potest dici, *cælum*
atterendum. Et quidem, *atterere*, in Origi-
li esse potest à radice *Balah*. quod est, se-
nescere, aut vetustate consumere, vel
consumi, aut atterere, vel conterere. &
hac ratione sæpe dicuntur Cæli amissuri
vetustatem pristinam, & recentioria,
pulchriorique forma innovandi. cuius-
modi est illud Apocalip. 21. *Vidi cælum no-
vum & terram novam*; primum enim cælum
& prima terra abierunt. atq; hujus vetu-
latis aut innovationis cælorum ratione
servata, defectus ille ultimus cû vetusta-
te, & attritione vestimenti cõparatur. Isa.
51. *Cæli sicut fumus liquecent, & terra sicut ve-*
stimentû veterascet. id est, sicut vestimentû
vetustû & detritû innovatur, & in melius
cõmutatur; sic etiã cæli, ad novû clarita-
tis & pulchritudinis habitum transibûnt.
quo loco Symmach. dixit, *Omnes sicut ve-*
stimentum senescent. ubi Theodoretus bre-
viter, æquè ac dilucidè; *Vestimentorum*
vetustatè imitabûntur. quãquam, nescio quid
demortalitatè & immortalitate cælorum
cû vera philosophia nõ omnino cõgruè-
tia subjûgit. Ergo tûc cæli videbûntur de-
ficere, quasi præ senectute, & caligare, vel
potius moribundi instar, lumina claudere,
virtutes cælorû movebuntur; (nãq; videbi-
tur illorû virtus languere) & *stella de ca-*
*lo * cadent*. id est, ut colligitur ex Græco,

Math. 24. 29.
Luc. 21. 25.
Marc. 13. 24.

בלה

Atterere.

Mundi vetu-
stas & inno-
vatio.

Apo. 12. 1.

Isa. 51. 6.

Symmach.
Theodoret.

5

Stellas de
cælo cade-
re quid.
Mat. 24. 29.
* Patet etiam

ita flaccida & languida apparebunt syde-
ra, ut præ debilitate nutare, & cælum mini-
tari videâtur; vel obnubilabûntur, & tene-
bris obducta densissimis extincta & mo-
tua dices, non aliter quàm si de cælo ce-
cidissent. prætereo aliam *cadendi* rationè,
cum cælum cometas stellarum instar ful-
gentes, in terras jaculabitur. Tum etiã, il-
la *attritio*, aut innovatio, quæ in cælo &
mundo futura est, quasi interitui & mor-
ti similis erit propter duo. Primò, quia
cæli influxus & pristinæ actiones, præfer-
tim motus, & quæ à motu pendent, cessa-
bunt; quæ agendi, vitaliûmque operatio-
num cessatio, cum morte conjuncta est.
tum etiam secundò, quia prima illa dispo-
sicio, & status cum alio commutandû
erit; sicut moribundus homo aliam e-
tiam induit figuram. sic Paulus ait. 1. Co-
rint. 7. *Præterit * figura hujus mundi*. donec
tandem quasi expirans, mortuusque pal-
lescat, & letalibus umbris obducatur. sed
deinde tamen cum resurgente homine,
quasi redivivum resurget cælum, multò
pulchrius, multòque splendidius; nam
pari passu cum homine aliæ quoque
creaturæ gradiuntur. sicut enim cum
homine novo, erit *cælum novum*, & *terra*
nova, ita etiam senescente natura huma-
na, jamque deficiente mortalium vita, ip-
se etiam mundus *antiquatur*, & *senescit*, &
prope interitum est. Hunc eundem sensum
indicarunt Septuaginta legentes; *Quoad*
cælum non sit confutum. & Chrysostom. ex-
plicat, *Quoadusque cælum inveteraverit, &*
mundus constituerit. in cælo autem, coag-
mentatio & harmonia potest explicari
illa consuèdi translatione. namque vide-
bitur tota mundi machina diffui, & dis-
solvi, dum non fuerit unus, ordinatûs-
que rerum omnium motus, sed plures
diversi, planèque perturbati. quales ne-
cesse est reperiri in multis corporibus
aut partibus disjunctis, & nullo nexu,
vinculòque obligatis. Orbis igitur, qui
nunc ex elementis & cælis uno ordine,
mutuâque dependentia, quasi ex diversis
frustris compactus, & confusus est, pe-
reunte jam tunc harmonia & ordine, dis-
fuetur. Indicat præterea Chrysol. verbum
illum *consuendi* ad hominis juncturas &
colligationes membrorum referri posse
in hanc sententiã; Donec cælû duraverit
nõ consuetur neq; coagmentabitur homo
nã illa osium cõpositio, & coagmentatio

de pura flac-
za se andã ca-
yendo, y se vi-
cnen a suelo

Πρωτο

Cælorum &
mundi attri-
tio.

1. Cor. 7. 31
* Que se va
desfigurando
y muriendo

Isa. 64. 17. &
cap. 66. 72

Hebra. 12. 13

6

LXX
Chrysol. hom.
Mundus vesti-
mèti cõluti, a
ut diffusi simi-
lis

commi

Iob. 10. 11

psal. 138. 15

Ezech. 37. 7.
10.

cõmissurarum, omniûque membrorû me-
di is nervis, vinculis, tendonibus colliga-
tio, est quasi quædã vestimèti consutio.
atque eandè translationè indicavit supe-
rius Iob, cû dixit, *osibus, & nervis compegisti*
me. quasi filo & acu ex multis frustris me
cõpegisti, & coagmentasti. & David; *Substã*
tia mea in inferioribus terra. in Hebræo, *acu*
picus, aut, *confusus*. cum quo facit Ezechi.
37. cû propheta jubetur ad ossa arida;
Et accesserit ossa ad ossa unumquodque ad jun-
cturã suã, (*guesso con guesso, y pieza con pieza.*)
deinde verò accesserunt nervi & caro, &
tandem, *Ingressus est in ea spiritus & vixerunt*,
non aliter atq; homo videtur subire suã
vestem, cum illam induit.

Hinc jam videas non esse opus ad illo-
rum interpretationè cõfugere, qui quòd
videretur Iob universalè resurrectionem
negasse, existimarunt loqui ex aliena sen-
tentia; nã præterquam quòd dũ de resur-
rectione loquitur, clarissimè atq; verissi-
mè vaticinatur, hoc sanè loco illud quo-
que verissimè asserit, mortuû naturæ viri-
bus & ordinaria auctoris naturæ lege irre-
vocabilè esse ad vitam, vitæque rationem
illam, quam semel deseruerit. res quidem
sæpe à nobis repetita.

XIII. Quis mihi hoc tribuat, ut in
inferno protegas me, & abscondas
me, donec pertransseat furor tuus, &
constituas mihi tẽpus, in quo recor-
deris mei?

1. Proponuntur quatuor hu-
jus loci expositiones. eli-
gitur quarta.
2. Formula optandi in sa-
cro sermone. Protegere
quid. Vt dicantur de jun-
cti asserati. Quid fasci-
culus viventiu apud Da-
vid.
3. Vt divina misericordia
nos abscondat, & subtra-
hat è conspectu divina
justitia. Propitiatorium

4. Quid furor, Quid pertrã-
sire. Quid nasus apud
Hebræos, & Latinos.
5. Qualis sit divinus furor.
& ut cum tranquilla-
te sit conjunctus. explica-
ta sapientia.
6. Defunctorum oblivisci-
mur. Quid quando & quorû
dicatur Deus meminisse.

I
Prima expo-
sitiõ.
Titelm.

Non est facilis, neq; unus apud inter-
pretes, sententiæ hujus nexus cû præ-
cedentibus. & quidè primò Titelmanus
existimat sermonem hoc loco fieri de ex-
tremo iudicio; cum enim mentionem
fecisset de Iudicio, Resurrectione, & som-
no, è quo mortui excitabuntur archange-

li, & Dei voce terrificã, quasi jam soni-
tus ille formidãdû & tubæ tinnitû in suis
auribus personaret, pavens totus atq; cõ-
territus, o utinam, inquit, latere mihi, atq;
delitescere tunc temporis liceat, ne ante
tremèdi, severissimique iudicis tribunal
fisterer; jacerem quidem in sepulchri te-
nebris lubens, quousque iudicis ira defer-
vesceret, & indignatio remitteret; resur-
recturus tamen, in lucèque proditurus ali-
quando. hæc exponendi ratio ut nõ mul-
tum cû præsentì instituto cõgruere vidè-
tur, ita neque aperta ratione potest rejici
tanquam omnino aliena; præsertim cum
hæc oratio sit hominis mille cogitationi-
bus exagitati, millèque tristissimarum re-
rû imaginibus, atque terroribus percussii.
quare à sua vita & resurrectione, ad ea
quæ ad universalè omniû resurrectionem
comitabûntur, facilè gradû facere potuit
Secundò, Catenæ auctor, ad id quod supe-
rius dixerat Iob, mortè videlicet à se me-
ritò expeti cõfirmandû, nũc orationè re-
flectere existimat; Optabilius mihi (in-
quit) mori, quã in tâ luctuosa vita cõmo-
rari. si optio igitur mihi daretur, eligerè
planè ad mortuos secedere, & in sepul-
chrû cõcedere, dũ hæc tua indignatio, o
Deus severissime, remittit; cõstituto ta-
mè mihi tẽpore, quo me benevolus & p-
pitius ad vitã revoces. nãq; incidere in ma-
nus Dei viventis, quã in mortis falcè, longè
magis horrendum est. hic commentarius ló-
gè petitur.

Tertiò, alii dicunt, dũ hæc loquitur Iob,
respicere ad tartareos cruciatus, propter
quos declinãdos vivere optet; Si moriar
(inquit) & in inferorû tenebras ruã, effu-
gere inde nõ potero. utinã itaq; hoc mi-
hi daretur, ut si moriar, protegar a divina
irá, quæ adversus dánatos in inferno exar-
descit, maneq; in sepulchro, hac quoq;
pacta & cõstituta lege, ut me jubeat ali-
quãdo Deus resurgere. illud verò tẽpus cõ-
stitutû indicari existimat, quo Christus Ie-
sus descēdit ad inferos, & ascendens eduxit se-
cũ vincos de lacu. hæc interpretatio est Greg.
Phil. Hug. Diony. sed leniter nõ coheret.

Quartò tandem facilè & coherèter sen-
sus assignabitur, ut cû de vita irreparabili
loquutus sit, nũc subjûgat, nõ futurã sibi
mortè tâ horrendã, neque tâ anxie illã de-
precaturû, si mortuus nõ multò post redi-
turus esset ad vitã, & nõ poti⁹ sempiterna
oblivione cõsepelièdus. cõstituto igitur

Secunda expo-
sitiõ.
Nictas.

Hebra. 10. 31

Tertia expo-
sitiõ.

Gregor.
Philip.
Hugo. Dionys.

Quarta expo-
sitiõ.

& præfixo certo aliquo tempore, quo vi-
tæ huic & corpori restitatur, fore ut li-
bentius mortem excipiat. In hac exponē
di ratione nihil est asperum, aut difficile,
nunc ad vocēs singulas,

2 *Quis mihi hoc tribuat.* Si mihi optio dar-
tur, hoc opto. Hebraismus est, & valet
idem, quod *utinam*. quamquam simul rei
optatæ, aut difficultatem, aut impossibilita-
tatem affert. exempla: occurrunt passim.

In inferno. In *Seol*. de hoc dixi supra. in
subterranea mortuorū statione, videlicet
& animum in limbo, & receptaculo iusto
rū; & corpus in sepulchro, vel indiscrimi-
natim, statū mortuorum intelligit. *Prote-
gas*. propriè abscondas. custodias, asserves
indicat limbum aut sepulchrū esse ve-
lut scrinium, aut capsam, in quam reponā-
tur & recondatur corpus, animus vè, edu-
cendi, & resumendi iterum in resurre-
ctione, cum ad aliū statū assumi & educi
oporteat. nam corpus terræ fidei credi-
tur, & aliquando etiam mari. quare nunc
terra inexorabilis est. *fortis enim est mors, &
durus infernus*. id est, nullius precibus addu-
ci potest, ut concreditū sibi pignus & de-
positū reddat, nisi præcepto cōpulsā au-
ctoris vitæ & mortis. illo autē jubente &
terra & mare dabunt mortuos suos, sicut
enim est *fasciculus viventium*, in quo Deus
quorū vitam conservat, & protegit, colli-
gatos habet, nequis pereat; alios autem,
quos peculiari cura, nō prosequitur; quasi
dissolutus relinquit, ut facile perdi, & pe-
rire possint; sic sanè etiā habet Deus *fasci-
culum iustorum*, defunctos nimirum,
colligatos, numeratos, asservatos in the-
sauro, & scrinio, ac receptaculo repositos,
qui etiā *fasciculus viventium* dici potest
Deus enim *non est Deus mortuorum, sed viven-
tium*. alios autem impios sive viuentes, sive
mortuos lōgius à se projicit, indignos e-
nim iudicat, qui asserventur, & protegantur.
utrūque indicavit Abigail. benè pre-
cata David. *1. Reg. 25. Si surrexerit aliquādo
homo persequēs te, vel quarens animam tuā, erit
anima Domini mei custodita, quasi in fasciculo
viventium, apud dominū Deum tuum; porro ini-
micorum tuorū anima rotabitur, quasi in impe-
tu, & circulo fundæ.* Septuag. illā etiam asser-
vandæ, & custodiendæ vitæ, aut animæ
rationē in hoc loco indicarunt; quōd cū
vita, aut anima sit res, quæ facillè amitta-
tur, & abeat, Deus vinculo quodam cōtin-
net, & divincit, quos vult; aliorum autem

vitam projicit in apertam cœli terræque
planiciem, ut aberrantes pereant. sic illi
legūt. *Erit anima Domini mei illigata in vincu-
lo vitæ.* Ergo aliqua ex his ratione, se prote-
gi, & asservari cupit Iob.

3 *Et abscondas me.* Mirū quod non postu-
let aliud perfugium, aut latibulū, quàm il-
lū ipsum, cuius furorem timet, & fugit, &
quē latere cupit; nimirū Deum timet, &
latere desiderat; & precatur, ut ipse Deus
illum abscondat. scit enim neminē alium
posse nos abscondere, & subtrahere divi-
næ iræ, nō cœlum, nō infernū, nō maris ex-
trema, nō tenebras ipsas. ergo quod de di-
vina charitate, dū nos flagellat, dixit Gre-
go. *Vna manu protegit, & sustentat, altera per-
cutit.* idē nūc dicendum, Vna manu prote-
git, & abscondit; alia irascitur, & quærit
quē percutiat, & prostrernat. Igitur miseri-
cordia nos divina divinæ iræ subtrahit,
& occultatos efficit. propterea enim in-
ter Cherubin Deus in propitiatorio sede-
bat, quōd erat arcæ operculū aureum, in
qua lex, & tabulæ, quæ in arca erant, tege-
bātur, & quasi occultabuntur; nā Deus al-
tera manu legē proponit omnibus servā-
dā, lumine ignēque vindictæ de trāsgres-
sionibus sumēdæ coruscātem, & fulgurā-
tem; *in dextera ejus ignea lex*. altera verò ma-
nu operit, & occultat legē & illius trās-
gressiones propiti⁹ dissimulat. quare bea-
tos illos prædicat David, *quorū remissa sunt
iniquitates & quorū tēta sunt peccata*. id est,
qui propitiationē, veniāque peccatorum
obtinēt à Deo, residēt in operculo arcæ,
quasi arcā ipsam tegente, & operiētē, &
legis trāsgressionem atque severitatē oc-
cultante, at quæ trāsgressores protegēte,
& abscondente ab ira sua; licēt enim pro
sua iustitia & sanctitate, impietati, & sce-
leri favere aut patrocinari, nulla ratione
possit, sed tamē, pro sua bonitate, & clemē-
tia, peccatores à sua ira & iustitię seve-
ritate abscondit, & nostra delicta pro pa-
terna sua in genus humanū charitate ope-
rit, & dissimulat peccata hominū. Eadē homi-
nis à divina ira & severitate protectio, & ab-
scōsio aliis etiā translationibus explicari
solet. Ezechie. 16. *Expādi amictū meū super
te, & operui ignominia tuam.* Isai. 38. *Projeci si-
post tergū tuum omnia peccata mea.* & quidē
his omnibus rationibus homo abscondi-
tur, & occultatur, nē divinæ severitati, at-
que iustitiæ pateat, deturque commertis
suppliciiis.

Hebraismus
& formula o-
ptandi.

שָׂרָא

Protegere

יָצַו

Infernus &
sepulchrum
custodia.

Cant. 8.6.

1. Reg. 25. 29.
Fasciculus vi-
ventiū quib.

Marc. 12. 27.
Luc. 20. 38.

1. Reg. 25. 29.

LXX

3

Pf. 138. 8.

Gregorius.

Propitiatori-
um quale.

Deu. 33. 2.

Pf. 31. 1.

Sap. 11. 24.

Ezech. 16. 3.

Isa. 38. 17.

4

*Hasta que se
os passalle el
enojo.

דָּוָה

Pfal. 6. 5
*No passey a
delante de el
enojo

Hieronym.
Isai. 12. 1

Nasus quid apud
Latinos
significet

Martial

Pf. 26. 6.
Chaid.

5

Dei furor est
tranquillitate
conjugatus

Donec *pertranscat furor tuus. Donec desat-
viat, donec deserveat indignatio. Septua-
Donec requiesceret ira. propriè ex fonte, do-
nec revertatur; vel convertatur. conversio, &
reditio à verbo, sub, commutationē quan-
dam affert furoris cum mansuetudinē, &
lenitate. ut Psal. 6. *Convertere Domine, &
eripe animam meam. id est, ne perfistas, in se-
mel cōcepto furore, desiste ab ira indigna-
tionis tuæ. quod ante dixerat; *Mitigasti om-
nem iram tuam.* Hierony. *Conversus es ab ira
furoris tui.* similiter etiam Isai. 12. *Conver-
sus est furor tuus, & consolatus es me.* ita etiam
hoc loco; *pertranscat*, redeat, avertatur, cō-
vertatur, revertatur. *Furor* in originali, *Na-
sus*. id est, indignatio, & ira, quæ tumente
& fumante naso manifestari solet. dixi-
mus de hoc aliquando; neq; est apud He-
bræos eadem, quæ apud Latinos, *nasi* sig-
nificatio; nam ex magnitudine nasi sub-
fannatorium hominis ingenium isti colli-
gunt, ut Martialis dixit;

*Nasus sis usque licet. sis denique nasus
Quantum noluerit ferre rogatus Athlas.*

At Hebræi ex magnitudine nasi, ingeniū
mite, & quod non facillè exæstuet cor; ex
brevitate autem, animum facillè excādes-
centem & pronum in iras, ut qui non ha-
beat satis aperta foramina, quibus irati ani-
mi spiritus inflammatos diffare possit
quōdli Deus, qui lōgus latūque naribus
dici solet, æstuet, & infletur naso, magnā
vim indignationis cōceptę indicabit. Ob-
servandum verò, cū Iob ait libenter se ex-
spectaturum, donec *pertranscat furor* divi-
nus, certò apud se statuere fore, ut aliqū-
do transeat, & remittat; agnoscit enim di-
vinū furorem esse iram; ira autē furor bre-
vis est, sicut scriptum est; *Ira in indignatio-
ne ejus*. vel ut Chaldæus ait, *momentum*. vi-
delicet instar flammæ stipulæ; quæ facillè
concipitur, & exurgit, facillè etiā languet
cit, & remittit.

Illud etiam observatione dignissimū
est, secūdum externam speciem vindictæ
se Deum habere, in mortalium sceleribus
punientis, irati hominis atque furētis in-
star, qui nulla rerum ratione ductus, quæ
obviam habet, omnia proculcat, atq; pro-
sternit, quem neque ratione propolita,
neque prece, aut pretio delinire & con-
vertere possis. cū tamen si ipsa per se
Dei viscera spectemus, nunquam videat-
ur à furore, & ut ita dicam, parum atten-
ta, parūque præmeditata ratione agen-

di minis abhorrens, quàm eum hominē
supplicio afficit; ut Sapientie. 12. præcla-
rè docemur; *Tu autem dominator virtutis* (id
est, qui compos es tui, tuæque potentie
sapientissimus moderator) *cum tranquilli-
tate iudicās* (vides animi tranquillitatem
in medio furore, & iræ commotione; &
magna cum reverētia (quasi nimium cautus,
nimiumque minutissimarum omniū cir-
cūstantiarum considerator & circūspe-
ctor) *disponis nos.* & infra; *Si inimicos servorū
tuorum, & debitos morti, cum tanta cruciasti at-
tentione,* (Septuagin. addunt, & parsimonia)
*dans tempus & locum, per quæ possent mutari à
malitia, cum quanta diligentia, iudicasti filios
tuos?*

6 *Et constituas mihi tempus.* Commodè illu-
minavit Vulgatus, quod in originali est.
& *constituas mihi legem, aut præceptum*. hac
inquam lege, hoc pacto, imitatus est in-
terpres Septuaginta, ut sæpè solet. *In quo
recorde, is mei.* oblivio nos defunctorum
capit, & oblivioni damus mortuos à corde. &
Deus meminisse dicitur illorum, quos ad
vitam revocat, & quibus vitæ bonorum
beneficia confert, atque requirit, & *vocat
ea quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt*, ut illis
vitæ, & existendi consortium impertiatur
sic Div. Thom. putat divinam *recordatio-
nem* sumi pro resurrectione & vita; Ne (in-
quit) sim ego, *sicut vulnerati dormientes in se-
pulchris, quorum non es memor amplius, & ipsi
de manu tua repulsi sunt.* Sed quidem quàm
vis hoc verissimum sit; sed nunc divina
memoria atque *recordatio*, paulò largius
accipi debet, pro divina beneficentia &
misericordia, iuxta materiam subiectam,
videlicet iuxta exigentiam miseri ho-
minis, cuius recordatur; quare cū. 1. Re-
gum. 1. dicitur Deus *recordatus* Annæ ster-
tilis; certè illi contulit & fecunditatem
& filium. cū Genes. 8. dicitur *Recordatus
Dominus Noe, cunctorumque animantium*; ex sic
cavit terram, præstititque commodam sta-
tionem; sic enim legimus; *Recordatus Deus
adduxit spiritum super terram.* & cū Genes
40. dixit Ioseph pincernæ Pharaonis, *Me-
mento mei, cum benè tibi fuerit, & facias me cū
misericordiam*; statim subiecit pro sua indi-
gentia & miseria, *ut suggeras Pharaoni, ut edu-
cat me de isto carcere.* ergo cū mortui re-
cordatur Deus, res ipsa divinam benefi-
centiam & misericordiam, quæ *recorda-
tionis* nomine significatur, quasi ad hęc
unam rem restringit, ut vitam conferat.

Sap. 12. 18

LXX

LXX

Oblivio defū-
ctorum
Pfal. 30. 13

Rom. 4. 17

D Thom.

Pf. 87. 6.

Quāda Deus
dicatur memi-
nisse

1. Reg. 19.

Genes. 8. 1

Gen. 40. 14

qua enim re alia mortuus, qua ratione mor- tuus est, indigere possit, quam vita & re- surrectione?

XIII. Putas ne mortuus homo rur- sum vivat? cunctis diebus quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea.

- 1. Quatuor exponendi ra- tiones minus commode, Interrogatio asserens negat. Negam asserit. Scriptura regula cui res certissima sub dubita- tione proponitur.
- 2. Quinta, & germanior expositio.
- 3. Immutatio resurrectio- nis, velut natiuitas, & regeneratio quadam, item & Christi Domini re- surrectio ad hanc alle-
- goriam adducta.
- 4. Immutatio resurrectionis ad meliorem statum. Va- ria exempla ex rebus na- turalibus. illustratus Paulus.
- 5. Quanta huius immuta- tionis gloria. Christi re- surrectio virtute divina Illustratus David.
- 6. Mutatio quid proprie. Re- surrectionis spes quam sit efficax ad confirman- dum hominem.

Difficultatem huius contextus magna interpretum varietas testatur; nam Chaldaeus indicat hic esse sermonem de beata vita, quam impij non assequuntur, ut pote filij aeternae mortis, legit enim; Si mortuus fuit vir impius, fieri ne potest ut vi- vat? qua etiam ratione videntur dici impij non resurrecturi in iudicio, Psalm. i. videlicet ad beatam vitam. Sed non leniter cohe- ret cum praecedentibus, & aliena videtur a tota hac Iobi oratione illa vitae usurpa- tio. at Philippus existimat sermonem esse de illa altera, resurgentium vita, atque interrogationem hanc, idem valere quod affirmationem; contra quam in alijs Scri- pturae locis accipi solet: nam interroga- tio asserens, negationi similis est; sicut in interrogatio negans, assertioni. sed notat Philipp. esse consuetudinem Scripturis familiarem, ut quae certissima script, sub quadam dubitationis specie aliquando proponantur. ut. i. Corinth. 7. Puto quod & ego spiritum Dei habeam. cum tamē ea de re certissimus sibi ipsi Paulus esset. & Chri- stus Dominus Luc. 18. Cum venerit filius hominis, putas ne inveniet fidem in terra? quan- quam in illo Pauli loco, Glossa dicat, no- esse illa verba Pauli dubitantis, sed incre- pantis.

Tertiò tamen Cajetan. conditionali-

ter videtur intelligere; namque in Orig- inalī est conditionalis particula, & conjū- git cum sequentibus; Si mortuus homo tur- sum viveret, mortem ego lubens exciperē, atque cunctis diebus, quibus nunc dolens, invi- tūque milito, expectarem avidus, donec veniret immutatio mea. & huic commenta- rio favere potest lectio Septuaginta; nam licet primam partem per affirmationem legant, secundam tamen partem per futu- rum exprimunt; Si mortuus fuerit homo, vi- vet cōsummatīs diebus vitae suae; sustinebo, donec rursus fiam. sed valdē dura, valdēque coar- cta videtur expositio.

Quartò loco alii interrogationem hanc per negationem juxta communem Scri- pturae consuetudinem interpretantur, ser- monemque fieri de rursus vivēdo vitam mortalem, quam neget ullo pacto resti- tuendam. sensus hic facilis est, benēque cōveniēns. licet non omnino satisfaciāt omnibus huius sententiā partibus.

Quare quintò tandem illud videtur commodissimum, ut in prima quidem parte loquatur, ut saepe diximus, de reditu ad vitam mortalem; in secunda autem de immortalī resurgentium regeneratio- ne, quasi dicat, Non potest fieri, ut mor- tuo mihi semel, iterum ad hanc vitam re- deundi facultas concedatur: quod cum ita sit, vitae illius immortalis spes me su- stentat, quamvis omnino videam hanc vi- tam mihi deferendam esse, vel, ut dubita- tionem ipse proponat de futura resurre- ctione; Dum nimium (inquit) formidare mortem videor, videri nolo de alterius vitae fide, dubius aut parum firmus, quare statui, sinistrē alicujus suspitioni occurre- re, meamque fidem palam profiteri, nihil enim aliud expecto, quam verissimam il- lam corporum resurrectionem, & reditū ad vitam immortalē.

Immutatio mea. Symmachus legit; Donec veniat sancta natiuitas mea. resurrectio enim natiuitatis & generationis nomen habe- re solet; renascitur enim, qui resurgit, & ingreditur in vitam novae curriculum, nun- quam omnino absolvendum. sic illud Psalm. 2. Ego hodie genui te, quod Paulus de resurrectione interpretatus est, & sic etiā Matth. 19. In regeneratione. & ad Colof- senses. i. Christus dicitur Primogenitus ex mortuis, quod primus fuit resurgentium. & propterea Ioannis. 16. resurrectionem suam natiuitati infantis similem esse di-

72

LXX

Quarta inter- pretatio

2

Commodior expositio.

3

Symmach. Resurrectio, ut sit regene- ratio, & nati- vitas

Ioan. 19. 21. 22

cit Christus Dominus; Mulier cum parit, tristi- tiam habet; & vos igitur nunc quidem tristitia habetis; iterum autem (videlicet, regenera- tus & renatus homo in mundum) videbo vos, & gaudebit cor vestrum. & ut brevi hu- jus appellationis, atque translationis ra- tionem indicemus; Terra quidem est ma- ter omnium; sepulchrum, & subterranea statio mortuorum aut animarum, est terra- nus, atque viscera, sicut. scriptum est, Nudus egressus sum de utero matris meae, & nudus revertar illuc. non statim atque concipit Terra mater intra se defunctos, illos excludit, regeneratos in novam vitam; nam sicut certo temporis spatio oportet conceptum mature scire edendum in vi- tam mortale, ita sane eum ad vitam immorta- lem excludendus homo est ex terra vis- ceribus, nullum huius conceptionis, & expectandae resurrectionis spatium valdē longum existimandum est. sicut autem mulier cum parit, tristitiam habet, & dolori- bus incredulibus torquetur, sic sane ge- mebunda contremiscet, dolebitque ter- ra ante resurrectionē universalem; erunt enim terrae motus, & sicut non semper vivus excluditur foetus; sed frequenter aborti- vum, quod non videt lucem, ita sane alij resur- gent in resurrectionem vitam, alij vero in resur- rectione iudicij. Videas haec omnia in Chri- sti Iesu resurrectione; nam in sepulchro terraeque visceribus concipitur primum corpus, mature scit tempus regeneratio- nis tribus diebus, contremiscit, doletque parturiens terra, ecce enim terrae motus fa- ctus est magnus, & ita illud Act. 13. Quem Deus suscitavit solvens dolores inferni; Chry- sostomus & Oecumenus. explicant ipsam in- fernum, aut sepulchrum, vel mortē Chri- stum Dominum in complexam doluisse; so- lvens (inquit) dolores mortis, quibus vasa mors tenebatur complexa. Christum solvitur- tur terra postquam natus est homo, & quali felicissimum partum gratulantes dicunt creaturae omnes, Brit. sepult huius ob- jus gloriosum, & beatus venter qui repandavit. nomen deitatis in regenerato, quasi recedens nato imponitur; Nam Deus ex alt. dixit illam, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, est igitur immutatio hanc, natiuitas, ut Sym- machus dicit, & regeneratio.

Iob. 1. 21

Matth. 24. 7
Mar. 13. 8
Luc. 21. 11

Ioan. 5. 29.

Christi Domini resurrectio velut natiuitas

Matth. 28. 21

Act. 2. 24
Chryso.
Oecumen.

2. Cor. 5. 10

Luc. 11. 10

Philipp. 2. 9

4

Resurrectio immutatio ad meliorem sta- tum

detur. i. Corinth. 15. Omnes quidem resur- reximus. sed non omnes immutabimur. tantum resurrectionem iustorum, quae ad vitam beatam est, immutationem appellas, ut Am- brosius eo loco docuit. quod urget sta- tim Paulus; Mortui omnes resurgent incorrup- ti, & nos (iusti) immutabimur. locus quon- dam antiquorum Patrum varia lectione, variaque interpunctione, atque multipli- ci expositione perplexus & impeditus, sed qui ad alia properantibus nunc non debeat nobis impedimento esse. Quare cum ad explicandam resurrectionem exempla ex rebus naturalibus afferuntur, illa certē commodissima sunt, quae illam commu- tationem in melius representant; ut granum, quod putrefactum vivificatur, virefcit, atque fructificat; Ioan. 12. & i. Corinth. 15. tum verò hanc, tum verò ar- borum; quibus hyemis loco mortis est, atque & flores atque viriditas loco vitae & resurrectionis, similitudinem Nyssen- perfequitur elegantem orationem; de re- surrectione Bombycem ex verme in avi- culam transmutato, exemplum proponit Basil. hom. 8. Exam. in haec verba. Quid di- citis vos, quae ego, qui divo Paulo non creditis, de ea mutatione, quam in resurrectione fore dicit? qui per seque videtis aeris animantes formas, permutare? qualia de verme quoque illo indico cornua protendente gemina, narrari solent: hic in erucam vertitur primum; sit deinde temporis progressu id quod bombyx appellatur; & neque in forma persistit, sed illis premollibus corniculis hinc hinc se sensim protrahit in ala- rum speciem; ita demum fit volucris. Augusti. Psalm. 103. Aquilam considerat in fene- strae producentem; & vetustatis plumas cum receptioribus alijs commutantem; & juvenescentem. Denique Phenicem, quae ex ipsa renouatur, & reviviscit, pro- fecunt Oecumenus lib. 1. c. 11. Apосто- cap. 8. Tertullia. de carne Christi, Lactanti- in peculiari hac de re epigrammate. Cy- ril. Ierosolymit. chat. 4. h. 18. Ambrosi- lib. 3. Exam. cap. 23. quae omnia sunt illius beatae immutationis exempla; quaedam Igitur ex bonae conscientiae fiducia, se- consolatur Iob, seque sustentat resurre- ctionis & immutationis spe; sicut enim illa in melius commutatio; iustis concedi- tur; ita solet negari impijs resurrectio, quod resurrecturi quidem sint, sed in il- lam infelicissimam vitam, quae mors secu- da appellatur. quare dicuntur surrecturi in

1. Cor. 5. 15

Ambrosius

Varia huius immutatio- nis exempla ex rebus na- turalibus

Ioan. 12. 24

1. Cor. 15. 27. 53

Nyssen. 3. de resurrect. Basil. hom. 8. Exam.

August. Ps. 102. 4

Clemen- Tertul. Lactan. Cyril. Ieros. Ambros

Apoc. 2. 11. & 20. 9. & 21. 8

Joan. 5. 28 resurrectionem judicii. id est condensationis. 2. Mach. 7. 14. Potius est ab hominibus morti datos spem resurrectionis expectare a Deo, ita ut ab ipso resuscitandos; tibi enim resurrectio ad vitam non erit. qua etiam ratione Paulus docet, qui se configuraverit morti Christi, configurandum esse vitam illius.

5 Quarta hujus immutationis gloria. LXX

Pf. 2. 7. Christi resurrectio virtute divina

7

Resurrectio similis creationi

Chald.

6 Mutatio quid proprie 977

1. Cor. 15. 32. Resurrectio nis spes incitat ad laborandum.

jungitur, tum in evangelio, tum apud Paulum. Rom. 4. 6. 8. & 1. Pet. 4. de Militia vero, & militandi tempore, satis multa dicta à nobis sunt cap. 7.

XV. Vocabis me, & ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram.

1. Dei vocatio, aut vox, imperium. Vocare pro imperare.	Resurgentium justorum alacritas.
2. Quales futura sit vox in ultima resurrectione, & tuba archangeli.	5. Varias lectio. Quidam Hebraei vocantes vocati. Dei suscitantis mortuos charitas.
3. Altorum expositiones non invidiosas.	6. Justorum resurgentium votum, & responsio ad vocem Dei excitantis.
4. Respondere, pro obedire.	

CVm semel de resurrectione dixerit videtur nunc modum etiam praedicere, quo peragenda est; & licet quidem ipse, Iob cum Christo domino resurrexisset deatur, ut. c. 19. confirmabimus, nunc tamen de se loquitur vel in sua persona reliquos homines resurrecturos intelligens, vel etiam de se peculiariter loquitur simul cum aliis, quod tempus & modus suae peculiaris resurrectionis, sibi nunc revelata non fuissent. Haec igitur Dei vocatio videtur esse illa Dei vox, & tuba Archangeli, de qua Paulus loquitur, 1. ad Thesalonicens. 4. & 1. Corinth. 15, & Matthaei. 23. Mittet angelos suos cum tuba & voce magna. ad rei hujus signum voce etiam, & clamore uteretur Christus Iesus excitaturus mortuos quosdam, ut Lazarum, & viduae filium, & eodem etiam allusio fit Matth. 25, Media nocte clamor factus est, exite obviam. & Pf. 49. Deus manifeste veniet, Deus noster, & non silebit. de quo ait Joannis. 5. Qui in monumentis sunt, audient vocem filii Dei, per quam vocem, qui dam intelligunt imperium divinum, atque potentiam supremi judicis, quod ad Thesalonicenses dicitur. Iussus Dei; nam similiter hoc loco, hominis responsum erit, obedientia & obsequium corporum resurgentium ad Dei praecceptionem. saepe enim in sacro sermone, vox, imperium praecceptum. ve. est, & vacare, praecipere, atque imperare. quod pertinet illud frequens apud Prophetas, Vocare famam, gladium, formidinem, aut quidvis aliud, id est praecipere & effi

I Ultime resurrectionis descriptio quaedam.

Dei vocatio quae

Thes. 1. 4. Matth. 24. 31. 1. Cor. 15. 52. Ioan. 5. 28. Luc. 7. 15

Matth. 25. 6. Psal. 49. 2

Ioan. 5. 28. Psal. 104. 16

Vox imperii

2 Vox Dei & Archangeli futura in ultima resurrectione

Vox & tuba Archangeli quae

Ioan. 11. 33.

Suar. 3. p. 956. Disput. 50. sectio. 4.

3

R. Moys.

Cajet.

Vatabl.

cere ut adsint; & audire vocem est, se audire tem & auscultantem praebere.

Ceterum multo convenientius est divinis litteris, ut haec Dei vox accipiatur, ut sonat, futuraque sit sensibilis, & articulata, qua jubeantur mortui resurgere, & si stante iudicis tribunal. An vero haec vox reddenda sit proxime & immediate ipsius Christi iudicis pectore & lingua, ita ut vox Archangeli, dicatur vox ipsius Dei jubentis & praecipientis, ut Archangelus divini iudicii minister, vocem praconis instar, quantum fieri potest, contemtam edat, ut mundus universus exaudiat; nihil certi constat. ego certe nihil indignum iudico, si ea vox emittatur a severissimo iudice, ad tam mirabilem effectum; nemo enim indignum iudicet, quod ad suscitandum Lazarum, Infremuerit spiritu, & clamaverit, Lazare, veni foras. atque; ejus deinde vocis sonitus quali Archangelo perstrepete & buccinante reddatur, & repetatur in universas terrae partes. Sed haec de re tota copiose atque sapienter multa alia in hac disputationem diserverit Pater Franciscus Suarez. 3. p. q. 56.

Is igitur hujus divinae vocationis sensus, atque significatio cum eleganter cononet cum aliis locis ex novo testamento adductis, caeteris praefendus videtur; quamquam alii hujus loci commentarii ab aliis interpretibus assignati omnino praetereundi, aut contemnendi non sint. nam R. Moyses existimat vocationem hanc referendam ad diem fatalem. Si me (inquit) voces, & ad te accersas, morique jubeas paratus sum, quod in spe erigar operi manum tuarum, & erigendo, & suscitando, & revocando ad vitam, tuam te dexteram aliquando porrecturum. Minus vero placet, quod Cajetan. per quandam conditionalem dicendi formulam, sententiam hanc accipiat; Si resurrectio (inquit) futura est possibilis, utinam jam me ad resurgendum vocares, utinam tibi vocanti jam ego responderem. Aliquantum longius, quod Vatabl. ad judicialem disputationem refert, vocationem hanc; Si me vocares ad iudicium, & mihi litem denuntiases, ut tibi responderem, hoc profecto tibi dicerem; Nunc opus manuum tuarum desideras perdere & contemtere? Tandem alii argute potius, quam solide, hujusmodi futurum, per imperativum explicant; cujus frequentia sunt in sacris exempla, quasi dicat; utinam me vo

ces, & ego tibi respondeam, utinam mihi liceret tecum verba ultro citroque facere, dicerem profecto tibi, operi manuum tuarum, Porriges dexteram. hoc etiam indicat Vatabl.

Et ego respondebo tibi. vel significat imperii divini, vocisque efficacitatem. ideo legunt Septuag. Vocabis, & ego obediam tibi. id est, fieri non poterit quin tibi vocanti praesto adsum; & quamvis altissimo sepultus somno, te clamantem audiam, conflagramque statim. vel significabit libenter se responsurum, neque moleste excepturum sonitum Divinae vocis, aliis terrificum, jucundissimum sibi. dormiens licet, statim ut audiero, exurgam; non traham in sepulchro, & lectulo moras; non erit opus iterum me vocare; nam semel vocatus ad ero. potest etiam connecti cum sequente parte, ut statim constabit.

Operi manum tuarum porriges dexteram. in Hebraeo proprie est; Ad opus manuum tuarum desiderabis, vel, concupisces. & quidem vox, cacaph, est desiderare, amare, concupiscere. quod Hebraizantes plerique, in malum accipiunt, pro desiderio & voluntate perdendi, & destruendi, quare cum in interrogatione legunt R. Levi in commentariis, Pagn. Vatabl. Bibl. Guarin. Nunquid perdere desiderabis? sed vocis germanam significationem isti ex suo cerebro perdunt, & destruunt, cum in origine tantum sit, amor, & concupiscentia. Caeteri enim omnes in bonum accipiunt, & sine interrogatione. ut R. Moyses, & R. Abraham apud Pagninum, Tygurina, & Cajetan. qui hanc Dei concupiscentiam ad opus suum referunt, & ad vitam, quam in resurrectione homini conferet, ut indicetur charitatem illam, qua per motus Deus, homini in prima creatione, vitam & spiritum contulit, nondum extinctam; nam amissum spiritum, atque vitam restituet tandem, rem eandem Septuagint. commoda paraphrasi elucidarunt; Opera manuum tuarum ne repellas. sed eleganter, Latinus interpretes; Porriges dexteram. quod singularis cujusdam amoris, atque benevolentiae signum est.

Potest autem hoc deprecante simul, & per prophetiam dici; Aliquando tandem, post multa saecula dexteram mihi ja centi in altissimo puteo, porriges; nam cujus asinus aut bos in puteum cadit, & non continuo extrahet illum; ego autem ovis

4 LXX Responderet pro obedire

Resurgentium alacritas

5 lect. Hebr.

903

R. Levi Pagnini Vatabl. Bibl. Guarin.

R. Moys. R. Abr. Tygur. Cajeta.

Dei Charitas suscitantis mortuos

LXX.

6 Luc. 14. 5

sum pascue tua, & ut iumentum factus sum apud te. vel ut hæc sit ipsa responsionis reddendæ formula; scio me tibi vocanti respondendum in hæc verba, Porrexisti tandem ô Deus, manum; vel, Ad opus manuum tuarum voluisti, aut desiderasti. id est, Quod me vocaveris, ex propenso in opus manuum tuarum tuendum atque conservandum, affectu, profectum est. vel, Cum me vocaveris, ad dexteram me constitue cum agnis, cum electis. licet jam hoc allegoriâ sapiat; nam potius videntur verba hominis jacētis, & ut erigere se possit, alterius opem & manum postulantis.

XVI. Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.

1. Varii nexi. Eliguntur optimus.	2. Gressus vite actiones. Dinumerare ad libellum rationum pertinere. explicatus Moyses, & David.
3. Varia lectio.	

I
Varii nexi, & interpretationes

VT hæc cohæreant cum præcedentibus, nihil certi habent interpretes. Primò enim potest hæc sententia confici; Exspecto sanè beatâ resurrectionem, & peccatorum veniam mihi præstadam, quamvis nunc in numerato habeas atque punias singula mea peccata. Secundò Potest hic sensus subesse; licet spes resurrectionis omnem mihi mortis acerbiteriam & amaritudinem abstergere possit, sed dum me tam acerbè crucias, tamque diligentè observas, non possum non mortiferos istos cruciatus deprecari, vitæque veniâ postulare. Tertio, sic necit D Thomas; Ex eo sanè, quod me ad vitam alterâ serves, proficisci videtur, quod singulas meas actiones numeres, & examines, de quibus postea rationem reddere compellar. immortalitatis igitur animi, vitæque futura, hæc indicia sunt; nam quem beatum postea velis efficere condonando illius errata, nunc numeras, observas, punis, minutissima quæque delicta; hæc enim ideo facis, ut parcere peccatis cõmodius, æquiusque videaris. Sed tandem mihi non displicet nexus hic, ut cum dixerit Deum suo officio subventurum, nunc ita subjungat, Tu verò, Deus, tantum ab esse videris, ut mihi operi tuo benignus favere videaris, ut potius omnia hominis,

Necessari ratio.

etia levissima, minutissimaque errata, particulatim colligas, & publicè palamque punire velis. sed jam tandem age, o severissime iudex, dissimula, connive, parce peccatis tui officii.

Gressus. Opera, studia, actiones singulas. quod via etiam solet dici, id est, vitæque gressus. Proverb. 5. *Respicit Dominus vias hominis, & omnes gressus ejus considerat. Dinumerasti.* ad supputationem minutissimarumque rationum libellum, verbum **numerandi**, pertinet. à verbo **capbar**, quod est numerare, & supputare, & inde deducitur volumen, aut libellus, quem memorie, aut quem supputatorium vocamus, sicut dicitur Genes. 5. *Hic est liber generationis Adæ,* & Exod. 17. *Scribe hoc ob monumentum in libro.* & ibidè; **Dele me de libro tuo.* à qua etiâ radice dicitur Psal. 55. *Vitam meam annuntiavi tibi.* id est, Minutatim tibi numeravi, & supputavi, quæ in animo meo sunt. *Eos dato cuenta por menudo de mi vida.* Hieronymus. *Secretiora mea numerasti, pone lachrymâ meâ in conspectu tuo.* & unde ducatur metaphora statim explicatur, sicut in promissione tua, Hebraicè; *nonne in libro tuo?* Hieronymus. *non in narratione tua?* id est, utique etiam meas lachrymas redigis in tuos libellos & ob-signatas tabulas, reponisque in rationario tuo. quare illud, *Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo,* ex Hebræo etiam legitur, *In laguncula,* aut, *In utro;* vel, *sacculo tuo.* id est, benè memori mente serves; non arefcunt tibi meæ lachrymæ, omnes gressus dinumeras, quidquid boni, quidquid mali egerim. *Scriptus profectò est liber monumenti corâ te.*

Sed parce peccatis meis. Sensum exprelsit Vulgatus, nam in fonte propriè est, Non custodias, vel, observes peccatum meum. quod per expositionem patris prioris acceperunt Septuag. legentes; *Non prateribit te illum peccatorum meorum.* Sed cum verbum **sumar**, significet etiam custodire, aut servare, alii, ut Pagnin. verbo differendi, aut reservandi in posterum, interpretantur, & peccatum accipiunt aut proculpa, aut verò pro pœna; Pagni. *Nò differas punitionem meâ* Hebræus apud Cajeta. *Non expectabis super peccato meo.* id est, statim à me exigis debiti solutionem, in lar, severissimi exactoris, & creditoris. Vel etiam ut precanter & optanter dicat, id quod postea August. dixit. *Domine hic seca, hic ure, ut in aeternum parcas.* Nihil nunc serves, quod à me postea exigas: luam ante mortem omnia.

2
Gressus vite actiones. Proverb. 5. Dinumerare, ad libellum supputatorium refertur.

790

Gen. 5. 1
Exod. 17. 14.
Eccl. 3. 2

* Borrardme del libro de quetas cõ los bivos.

Psal. 55. 9

Hieronymus.

* Puc teneys quenta cõmis pensamietos, recebid rabiẽ en queta mis lagimas.

Hieronymus.

Malach. 3. 16

3
Varia lectio

LXX

700

Pagni Cajeta.

Augustinus

Alii

Alii ad iram vel indignationem referunt; Non custodias, non serves indignationem; depone jam tandem atque remitte, siquid aliquando adversum me concepisti.

*No guardes enojos ni quentas para adelante, rematemos las lucas.

XVII. Signasti, quasi in sacculo delicta mea, sed curasti iniquitatem meam.

1. Theauri divina justitia, qui que item divitia divina bonitatis & misericordie illustratus Paulus.	2. Quid sacculus, quid pondera sacculi, quid asserunt in sacculo delicta.	Explicatus Moyses, & Salomon.	3. Varia lectio. Quid curare ex Hebræo.	4. Poena & supplicia dicuntur vulnera, interdum vero medicina peccatorum. illustrati Ieremias, & Hieronymus.
--	---	-------------------------------	---	--

I

Signare

Deut. 32. 34

Theauri divitie qui

Ephes. 2. 4

Rom. 2. 5

Iacob 5. 3

Dicis te obsignasse, & observasse in tuo rationario, & tabulis delicta mea; sit sanè. sed satis superque in me animadvertisti; satis à me pœnarum repetitum & exolutum est.

Signasti. Propriè; sigillo confirmasti, & munivisti. atque obsignasti, quæ postea nunc videlicet proferres, & in caput meum redderes. *Theaurizasti* nimirum iram, atque peccata. sic dicitur Deut. 32. *Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis.* *Quasi in sacculo,* in fasciculo colligata, ne ultum excidat. Dicuntur autem peccata, quasi Theauri divitie justitiæ & ire, quos Deus signare, & asserare videtur. at verò homo ipsi Deo thesaurizare, atque servandos, obsignandosque tradere divitiarum justitiæ. non enim videretur divina justitia per sese locuples & abundas, nisi nostra nos illi peccata, tanquam ingentes thesauros traderemus; dicitur enim Deus perfectum *dives*, sed in misericordia; illius namque bonis nos ditescimus; at è contrario divina justitia videtur ditescere nostris peccatis, debitisque peccatorum pœnis; *An inquit Paulus divitias bonitatis ejus contemnis? tu autem thesaurizas tibi iram.* ubi observata bonitatis divitias Dei proprias esse; nos autem nobis ipsis reponere atque recondere justitiæ & iræ divitias in illius thesauris. hæc etiâ ratione Iacobus Apostolus dixit; *Theaurizastis vobis iram, in novissimis diebus.* tunc enim Deus proferet, et

fundetque in vos, quam vobis metipsis thesaurizastis, atque recondidistis, avaritiarum atque scelerum copiam incredibilem.

Sed interpres sanè dum **sacculum** vertit videtur, respexisse ad **sacculum** sive marsupium, in quo solebant pondera servari, quæ quondam erant lapidea, sicut nunc ferrea aut ærea sunt; de quibus dicitur Deut. 25. *Non habebis in sacculo tuo diversa pondera.* & Proverb. 16. *Pondus & statera iudicia Domini sunt, & opera ejus omnes lapides sacculi.* & Mich. 6. *Numquid justificabo stateram impiam, & sacculi pondera dolosa?* hoc igitur loco **signare in sacculo delicta**, erit peccata accuratissimè expendere, & suo pondere unius cujusque gravitatem ponderare.

Sed curasti iniquitatem. Hebraizantes non legunt eodem modo, nam Tygurina & Vatabl. atque Regia, *Consues. vel, adfues aliquid iniquitati meæ.* at Pagnin, post R. Levi. & R. Abraham, & Thargum, *Addidisti penam.* ac si diceret, minutatim colligendo mea peccata, & unum alteri adjungendo & addendo, videris effecisse ingentem quædam cumulum peccatorum, quorum à me nunc pœnas repetas, pœnam similiter penæ addedo, & cruciatum cruciatui. quid quod etiâ videris graviores à me pœnas exigere, quam debeam? sic enim legunt Septuag. & annotasti siquid invitus erravi. & quidem verbum Originale *thaphal*, significat adjungere unum alteri, & componere unum super aliud. unde supra. c. 13. dictum est; *Fabricatores mendacii.* id est, compositores, & concinnatores, aut amplificatores mendacii. nam hæc omnia sunt componendo, & amplificando, aut addendo unum alteri. & Psal. 118. *Multiplicata est super me iniquitas superbiorum.* Hieronymus. *Applicaverunt mendacium mihi superbi.* quare hoc loco verti etiam potest; *Applicas, multiplicas, concinnas, cõponis super iniquitatem meam.* Hebræus autè apud Cajeta. valdè frigidè usus est hoc verbo, *adharebis*, vel *adjuges meis culpis puniendis.* sed tanè Latinus interpres acutè hujus verbi significationem retulit ad medicinam & curationem; quia *curatio* alicujus vulneris fit applicatione & impositione fomentorum, & emplastrorum, quæ frequenter ex glutinosa materia constant; quare dicit Rab. Mardochai significationem hujus verbi esse, *conglutinationem*; & ita in communi, conglutinare, imponere, adjungere, erit idè, quod *curare.* ait itaque Iob; *Quavis*

2

Deut. 25. 13
Prov. 16. 11
Mich. 6. 11

Vata. Regia
Pagn. R. Levi.
R. Abraham.

LXX

790
Iob. 13. 4

Psal. 118. 69.

Cajeta.

R. Mardochai.

ego met meis manibus me vulnerassem per summum furorē, quāvis totus proficillus essem & confossus *rhomphae* & *gladiis bis acutis* scelerū, quāvis totus sanie atque sanguine peccatorum manarē, sed jam satis pœnarum, tanquam Pharmacum apposuisti, ultiōnes, & sectiones adhibuisti, ne tantum malum serperet; circumligasti vulnera; cum homine igitur tam graviter dolente, tam severè castigato, tam bene curato, mitius jam agito; *curata iniquitate*, hæc jam molestissima tot ærumnarum pharmaca remove, & integræ sanitati restitutum benè me valere jube.

Hic vides pœnas atque calamitates appellari medicamēta, & pharmaca, quibus peccata, quæ sunt animi vulnera, ulcera vè curantur. licet enim aliquādo ipse ærūnæ, vulnera dicantur; atque fœlicitas sit animi contriti, & languentis sanitas, sicut dixit David. *Psal. 146. Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.* & iterum; *Ipse vulnerat, et medetur, percutit, & manus ejus sanabunt.* & *Obducam cicatricem tibi, & à vulneribus tuis sanabo te.* tamen nunc plagæ & vulnera ad animi morbos & peccata, Pharmaca verò & medicina, ad inflictas pœnas & supplicia referuntur. sicut & apud Ierem. 51. *Curavimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam.* & *Hosæ. 11. Ego quasi nutritus Ephraim, & portabam eos in brachiis meis, & nescierunt, quod curarem eos.* ubi Hieronymus; *Ignoraverunt, quod curarē eos, et vulnus idololatriæ quadraginta annorum spatio obducerem, et pristina redderem sanitati.* propterea additur, cujusmodi illa curatio esset; *In funiculis Adam traham eos.* funiculus autem pœnas & dolores significat, ut aliquando diximus. & quidem aliqua peccata ejusmodi sunt, ut non solùm cōmodè & breviter, sed necessariò etiā hac molestissima pœnarū, & acri suppliciorum medicina, non aliter curanda videantur. *Castigabo te* (inquit. Deus Ieremi. 30.) *& in iudicio, ut non tibi videaris innocuus. quia hæc dicit Dominus, Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua.* quasi dicat; Non aliter, quā severissimo iudicio, gravissimòque supplicio curari debet, aut potest. est verò tā efficax remedium hoc, ut desperatis proculdubio morbis subvenire possit; nō aliter atque fel illud, quod Tobia cecitati curationem, medicināque attulit. igitur qui non solùm morbos corporis timet, sed etiam severissimam Chirurgi operā,

à vulneribus & morbis animi caveat; nā scriptum est; *Qui delinquit in conspectu ejus, qui fecit eum, incidet in manus medicæ.*

Ecl. 38. 15

XVIII. Mons cadens defluit: & saxum transfertur de loco suo.

XIX. Lapidés excavant aqua: & alluvione paulatim terra consumitur: & hominem ergo similiter perdes?

1. Varius nexus, & interpretatio.
 2. Explicatur lectio Græcorum Terra, et Lapides, quorum symbolum.
 3. Desuere quid.
 4. Quid excavare & ut ad vulgare proverbium alluferit Vulgatus.
 5. Variæ lectio. Terra, pro terra, germinibus & plantis. Vulgati interpretis diligentia.
 6. Homo miser. Humana vita cum terra, & plantis comparatio

MIratur hoc loco Olympiodorus Iobum, qui in mediis ærumnis philosophatur, mēte non distracta doloribus; & tanquam sapiens, promit ænigmata, quòd plerāque enigmatis involuta ab amicis audisset. Non uno autem tantum modo necti potest hæc sententia cū præcedētibus. primò, ut deprecetur tam immanes cruciatus, in hanc sententiam; Fortissima quæque, ut montes, saxa, vetustate exeduntur, & mollissima aquæ gutta excavantur: à fortiori igitur oportet imbecillum hominem validissimè percussum, concidere, & interire. vel sit mortis votum; Moriar tandem; nam nihil tam forte, tamque firmum est, quod tempore & vetustate non labascet. Vel tandem, ut de resurrectione iterum agat; Aliquando mōtes ingenti terræ motu, cōcussi dissipatique sunt; immania saxa è suis sedibus excussa, atque aliò translata; & exundantibus aquis nemora, sylvæ, & edificia radicitus cōvulsa; simili igitur ratione videris profectò cum homine agere, ut quāvis fortissimus, & constātissimus à te percussus procumbat, & prosternatur; & dolorum morborūque fluctibus agitated, & impulsus corruat; atque cruciatuum sævissimorum æstu & vorticibus absorbeatur, nulla ampliùs vitæ & incolumitatis spe relicta.

Græci verò in ultima parte legūt, *Et pa-*

I

Olympio.

Varius nexus & interpretatio

2

Ecl. 38. 15

4
Pœnæ, & calamitates interdum vulnera. interdum vulnerum medicina

Pf 146. 3
Iob. 5. 18.

Ierem. 30. 17
& 36. 6

Ierem. 51. 9

Hos. 11. 3
Hieronym.

Ier. 30. 12

Iob. 11. 13

Olympiod.

ti etiā hominis perdidisti. quòd dupliciter ab Olymp. accipitur. primò, ut precetur Deū ne calamitates producat lōgius. Ne *miseri cordia* (inquit) aliqua ei tribuatur, & obtorpescat. quòd quidē sicut sensus, ita etiā patietia & toleratiæ vis remitti videatur. vel, si nulla fuerit malorū intermissio, in malorū perpersione animū dimittat; nā fortissima quæque continenter impulsā, cōminuuntur tandē, & abripiuntur. consonant omnia. Sed paulò durius quod Philip. metaphoricè hæc dicta existimat, ut per terrā, infirmiores intelligantur, qui nō sunt tolerādis tentationū discriminibus. & per lapides, impios illos, qui aquis inundatibus velut lapides & terra consumpti sunt. & per montes, superbi. per homines verò, spirituales viri; sicut scriptū est, *Homines & jumenta salvabis Domine.* miratur igitur, quòd se, hominem videlicet, eodem supplicio cū superbis & impiis afficiat, & involvat Deus. Nunc pauca quædam minutiora.

Phillip.

Terra, & lapides quorum symbolum.

Psal. 35. 8

3

Defluere.

לָרַחַק

LXX

LXX

4

Ovi d 4. de Pôr.

Ovid. lib. 1. de arte aman.

פָּרַח

Lucre. lib. 4

LXX

Mons cadens defluit. Id est, defluentibus glebis, aut lapidibus imminuitur. Rectè autē dixit Vulgatus, *defluit*; nam verbum *Nabal*. significat propriè, illū defluxū deciduorū foliorum ex arbore, cum marcescunt, & languescunt exusto humore, & omni firmitate. quare rectè etiā Septuag. dixerunt, *quidem mons cadens, decider.* q. d. diuturnitate tandē dissipatur ingens saxum; & frustratim decedit, collapsumque marcescere videtur, sicque *transfertur de loco suo.* propriè, avellitur, vel senescit, aut in veterascit. sic etiā Septuag. *Petra veterascit de loco suo.* id est, vetustate, exeditur.

Lapides excavant aqua. Eleganter *excavare*, dictum est, ut allusio fieret ad quotidianum illud,

Gutta cavat lapidem; consumitur annulus usu Et teritur pressa vomer aduncus humo.

& iterum;

Quid magis est durū saxo; quid mollius unda? Dura tamen molli saxa cavantur aqua.

Quamquā in origine proprie sit; lapides conterunt, cōminuunt aquæ. hinc enim dictum est Exod. 30. *Cum in tenuissimum pulverem universa contuderis.* & eodē tūndēdi, verbo usus Lucretius re eandē expressit.

Nā leniter quāvis quod crebro tūditur icū Vincitur in longo spatio tamē, atq; labascit.

Nonne vides etiā guttas in saxa cadentes Humoris, longo in spatio pertundere saxa?

Eleganter Septuag. dixerunt, *lavigaverunt aqua.* nam quod pertunditur, & cōminui-

tur, lavigatur aut levificatur; & in dies aliquid detrahendo ad minutissimum, levissimūque pulverem reducit.

Et alluvione paulatim terra consumitur. Terra nomine intelligi quidquid in terra germinat, Hebraizantes ferè omnes consentiunt. sic Pag. dixit, *germina.* Regia, spē nascentia. Vatabl. *que sponte fundit pulvis terra.* Complutenses; *Renascencia pulveris terra.* & quidē vox *cephiach*, Levi. 25. vertitur, *Qua spē gignit humus.* & R. David. atque Rab. Mardochai dicunt esse *germen perse* nascentis sine satione atque semente. ut manifeste colligitur ex. 4. Reg. 19. *Comede hoc anno, qua repereris: in secundo autē anno (cephiach) qua sponte nascuntur; porro in tertio anno seminare, & merite.* huc etiam respexerunt Septuag. qui hæc *terra sponte nascentia*, dixerunt, *cumulos terra.* Hebræus apud Cajeta. vertit, *germina*, aut *pullulationes aquæ*; vel, *casum*, id est, aquam deciduam. Sed quidem inter has varietates nemo satis mirabitur exquisitam nostri interpretis diligentiam; nam cū ex verbo legamus in Hebræo; *Inundabit*, vel, *alluet nascētia terra, pulverēq;* per Nascentia terræ, atque Pulverem, profectò, ut res ipsa exigebat, tum ea quæ è terra nascuntur, tum terram ipsam unico *terra* vocabulo comprehendit; & quod inundare, aut diluere est, *Alluvionem* reddidit; & additione illius particulæ *paulatim*, rem totam illuminavit; nam paulatim a qua corrodit, & exedit terram, & quidquid in terra prominet, sive cumulus, aut monticulus sit, sive aliquid nascens absumit. Eleganter etiam, quamquam paulò secus Septuagint. *Demerserunt aqua supina cumuli terra.* Rem quoque attigit R. David; *Aqua* (inquit) *venit, & defert secum pulverem terra, & ita illam consumit.*

Et hominem ergo similiter perdes? sive cum

interrogatione legatur, sive cum asseveratione, sensus idem in Hebræo est; *Hominis (enos) patientiam, aut expectationem perdidisti.* id est, sicut hæc, quæ sensus expertia sunt, omni spe amissa consumuntur, sic profectò videris hominē, *enos*, miserū, ærūnarū, & miseriarū alluvione immergere, penitusque cōvellere, & abripere. In quo sensu potest quædam esse humanæ vitæ, hominis ve cum monte & lapidibus comparatio, tum etiam cū iis, quæ sponte fundit tellus; cū enim homo bene valet, his similibus est; cū senescit verò & debilitatur sicut mōs collabatur, & sicut lapides, guttis

5
Terra quid significet, Pagni Regia Vata. Complut.

לָרַחַק
Levi. 25. 5
R. David
R. Mardochai
4. Reg. 19. 29.

LXX
Cajeta.

Latini interpretis diligentia.

LXX

R. David

6

Homo, grūno sus.
פָּרַח

Humanæ vitæ cum terra, & plantis comparatio.

ita

ita ipse capitis destillationibus alluitur, & consumitur; & sicut terrae germia alluvione, ita ipse convellitur & marcescit. Secundò ut pertineat ad desiderium mortis; Fortissima quæque levissimis impulsu in commodis dissipantur, ego verò gravissimis agitatus malis, non moriar & cõsumar tandem? vel, ut sibi timeat homini miserimo, ne deficiat, & tolerantiã amittat, qui carneus & mollis sit, non faxeus aut ferreus. Vide. c. 6. v. 12.

XX. Roborasti eum paululum, ut in perpetuum transiret. immutabis faciem eius, & emittes eum.

- 1. Brevitas humana vita. Perpetuum, aut finis, quid Illustratus Paulus.
- 2. Roborare activè, aut passivè. Quid ex Hebræo. Roborare, ad varia referri. Perpetuum, aut finis ad victoriam, & triumphum.
- 3. Moribundi facies altera immutari facie frequenter in malum. Illustratus Salomon. Facies Hippocratica.
- 4. Emittere quid sensibus, invisæ specula.

Nihil melius, aut diuturnius homini accidit, quàm rebus aliis corruptioni, & interitui obnoxio; nam sicut cætera, ita etiam homo postquã brevissimè vixit, statim interit; robur enim aliquod habere videtur, dum floret, dum adolescit, dum firma viget ætate; sed illud quid quid est, paululum est, atque brevissimum, quod cum illo carmine, quod de vitæ humanæ fragilitate & brevitate sub rose symbolo Aufonius edidit, eleganter expressit:

Mirabar celerem fugitiva atate rapinam, Et dum nascuntur, consensisse rosas. Tot species, tantosque ortus, variisque novatus Vna dies aperit, conficit una dies. Conquerimur, Natura, brevis quod gratia florum est.

Ostentata oculis illico dona rapis. Vel, ut de se loquatur; Quodã pollebam ego viribus, & dicebã in abundantia meã. Nõ movebor in aternũ. sed illa meã vitæ, meã rûq; fortunarum corroboratio ad speciem tantũ fuit, illãque brevissimam; ergo si tã brevi omni virtute atque robore spoliandus, dejiciendũsq; eram, quorsum mihi vires, vitamq; ad momentum duraturã tribuisti? Quadrat profectò conquestionis hujus forma in juvenẽ, aut virum, qui in di-

midio dierum suorum, apertur immatura morte. & sit non sine orationis vehemẽtia, cõparatio, oppositio ve quædã, inter brevissimã illam vitæ humanæ corroboratiõem & quasi confirmatiõem, atque mortis longissimam, diuturnãque imbecillitatem, atque defectũ; quod ad contemptum vitæ, pertinere videtur, quale nãq; vitæ robur est, quod certissima, brevissimãq; morte debilitatur; qualis firmitas, & constantia, quæ mortis pede pulsata, dicto citius profrenitur in perpetuũ interitũ? qualis in vitã ingressus, cui perpetuus transitus & abitus succedit? quod elegãter interpres illustravit addita ad antithesim illa particula, paululum, quæ ab alia sequente postulari videbatur; in perpetuũ. Septu. in finem; proprie; in sæculũ, vel in aternũ. quod enim in finem dicitur, eundẽ sensum habere videtur, quod sine fine, ut ex illo Threnor. 3. explicatur. Perit finis meus, & spes mea à Domino. id est, perit in finẽ, vel, sine fine. sic. 1. ad Thesaloniceas. 2. Pervenit ira Dei in illos usque in finẽ. id est, perpetuũ, sine fine; & habet quidẽ ejusmodi conquestio, ex postulatio ve, nescio quã futuræ resurrectionis significatiõem; non enim voluit Deus hominẽ vivere, ut hac tantũ vitã brevissima defunctus, perpetuo mortis somno cõsopiretur. igitur vitã hanc, brevissimã licet, futurã vitã nunquam intermoriturã quasi symbolũ quoddam, atq; præambulum est.

Ceterũ verbũ originale Thakaph, quod interpres noster activè usurpavit, & robor quod proprie significat tribuit homini à Deo collatũ, Septuag. etiã activè acceperunt, sed Deo robor attribuit; Impulisti eũ in finẽ, & abibit. alii, Urgebis eum perpetuũ, ut abeat. Hebraizantes neutraliter; Prævalentibus ei fortior illo eris. Hebræus apud Cajeta. Vicisti, quanquam idẽ existimet, nõ esse ullum verbũ Latinum; quod plene respondeat voci Hebrææ; & id quidẽ verbum videtur esse Chaldaicũ, quod sæpẽ in Danielis libro usurpatur. c. 2. 3. 4. 5. & 1. Esdræ. 4. sed his omnibus cõmunis est is sensus ex superiori pendens; Cũ mollissimæ & minutissimæ guttæ emolliant; atque demoliantur saxa, tu tamen, o Deus fortissime, omnes tuas vires colligis ad imbecillũ hominẽ dejiciendũ? te roboras, quasi adversus potentissimũ hostẽ, ut illũ superare possis; illum perpetuũ urges & à tergo pungis; atq; stimulas, ut in fugam

Perpetuũ, aut finis quid. LXX. Thren. 3. 16. 1. Thef. 2. 16

2. Roborare activè aut passivè

LXX. Heb. ar. antes. Cajeta.

Dan. 2. 37. Esdr. 4. 27. 1. Esdr. 4. 20

conj.

conicias? namque illud, in finem, aut perpetuũ, potest construi cum altero ex illis duobus verbis roborandi & prævalendi, aut pertransendi; Perpetuis ærumnis videris hominem urgere, & impellere, ut ex hac vita jam tandem in perpetuum abeat, nunquam ad eandẽ cõditionem rediturus. Alii per imperativum legi volũt, ut sit mortis quoddam desiderium; Robora te, & vince ac supera hominem imbecillum; prævale jam tandem; non collucteris mecum, sed me, nã potes, prosterne & dejice. ut sit illa sententia; Solvat manum suam & succidat me. Cũ quo consonat illud in perpetuum; quod triumphũ & victoriam aliquando significat. hic enim est finis belli. nam Natsach, quod est triumphare, aut vincere, idem est quod aliquid ad finem victoriosè, & triumphanter perducere. ut illud. 1. Reg. 15. Triumphator in Israel. id est, qui rem semel cõptam perficit (el que lleva lo que comiença hasta el cabo.) igitur ait; Vince me, roborate, ut me vincas, ut de me triumphum reportes, ut me penitus prosternas & proculces, victoris & triumphatoris instar. neque ab hoc sensu aliena sunt quæ sequuntur.

Immutabis faciem ejus. Olympiod. lectio nem Septuaginta, Adjecisti ei faciem. interpretatur, minacem, & torvum conspectũ, atque iratum vultum illi exhibuisti. sed melius de ipsius hominis facie, & vultu. Hęc autem immutatio faciei referri poterit ad varietatem affectuum & perturbationum, quibus obnoxia est humana vita: cogitur enim homo subinde varios sumere vultus; namque tot sunt mutationes vultus, quot cordis, & affectionum animi. ut Ecclesiasti. docet. c. 17. Cor hominis immutat faciem illius, sive in bonam, sive in malã ut scilicet pro varia cordis dispositione, & affectione, vultus ipse nunc hilaris, nunc tristis sit. quãquam subjungat Sapiens tristem vultum, constantiorem & frequentiore esse; nam frequentes hujus vitæ ærumnæ non permittunt cordi ullũ gaudendi locũ, spatium ve; Vestigium (inquit) cordis boni, & faciem bonã difficile invenies, & cum labore.

Præterea Faciei immutatio simpliciter dicta, aliquando in malum sumitur, & deteriori tristiorẽque habitũ, ut illud Eccles. 25. Nequitia mulieris immutat faciem ejus & oboccat vultum suum, tanquam usus, & quasi saccum ostendit. id est, mulier quæ à natura

Varia constructio.

Job. 6. 9. Perpetuũ, aut finẽ ad victoriam & triumphum referri.

צב

1. Reg. 15. 29.

3. Olympiod. LXX

Eccles. 17. 17. Immutare faciem in bonũ aut in malum

Eccle. 25. 24.

mollem, amicum, blandum vultum accipit, tamen propter pravitatem & malitiã, obscurum, tristem, torvum, inimicum, immanem fumit, instar vrsi, torvum intuentis, & sacci nigri, luctũque referẽtis. nõ enim hęc servatur discrimen illud, quod interfaciem, & vultum Latini constituũt, nam sic definit, & distinguit Nõnius; Vultus est voluntas, quæ pro motu animi in facie ostenditur. Facies, ipsa oris species. ergo facies & vultus in sacro sermone pro eodem. Nõ aliter itaq; hęc mutatio vultus ad malum & tristitiam pertinere videtur. Et quidẽ videtur de habitu defuncti, aut moribundi hominis sermo esse; videtur enim tota facies immutari, & ut Hippocrates docuit, in suo prænotionum libello, redditur sibi ipsi maxime contraria; acutus enim fit nasus, oculi cavi, tempora collapsa, aures contractæ, & aurium extremitates averse, cutis circa frontem dura, & circumtenta, ac arida, & color totius faciei pallidus, aut etiam niger, & lividus, aut plumbeus labra resoluta, pendentia, albicantia, ita ut nova quædam jam persona videatur, homini adjecta, ut Septuaginta indicantur * Adjecisti ei faciem. nam ut ille dixit;

Res est forma fugax, quis sapiens bono Confidat fragili? Momento rapitur, nullãque non dies Formosè spoliũ corporis abstulit. Non semel igitur in morte, sed in dies immutatur, humana facies. Hęc igitur cùm de se ipso dicat Iob, videtur instantem mortem deprecari, & intetum extremis mortis anxietatibus omnium aliarum rerum curam & cogitationem abjecisse, ut statim versiculo sequente dicet.

Et emittes eum. Olympiodor. sic interpretatur; A te illum alienum esse declarasti, & ablegasti. ex proprietate Originis nihil amplius affertur, quã, dimittere. aliquãdo etiam abjicere, vel ejicere. ab eadem enim radice dicitur Num. 5. Ejiciant de castris omnem leprosum. & Isai. 27. Cũ abjecta fuerit, judicabit eam. Emittes. proprie, abjicies, expelles è vita, & quasi mutata persona, naturalique habitu deposito, abire jubebis ad ignotam regionem. Hinc senes & anus, quasi dictante natura, specula longè projiciunt, ne si se in illis contemplari velint, immutatam faciem non agnoscant, & se alios esse atque videri lamentari cogantur. ad quod Lyricus respexit, dũ adversus Lygurinum cecinit;

Nõnius

Moribundus homo ut faciem novam sumere videatur.

Hippocr.

Facies Hippocratica

LXX

* Parece q lo desfigurays, quit adole la cara q le distes, y ponindole una malcara. Seneca in Hypolito

4

Olympiodor. Emittere quid

שח

Num. 5. 2. Isa. 27. 8.

Senes & anus abjiciunt specula.

Nunc

Horatib. 4.
Carm. Od. 10

Nunc & qui color est punicea flore prior rose,
Mutatus, Lygurinum, in faciem verterit his-
pidam,
Dices: Heus (quoties te in speculo videris alte-
rum)
Qua mens est hodie, cur eadem non puero
fuit?
Vel cur his animis incolumes non redeunt
gena?

Plato

Atque in hanc rem fertur illud Plato-
nis distichon, *Aevum fert omnia; longum tem-
pus novis mutare nomen, & formam, & naturā
& fortunam.*

XXI. Sive nobiles fuerint filii eius,
sive ignobiles, non intelliget.

XXII. Attamen caro eius, dum vi-
vet, dolebit: & anima illius, super se
met ipso lugebit.

1. Numerosam sobolem non
numerandam in maxi-
mis bonis filiorum erra-
ta excruciant suos pari-
rentes.
2. Moribundum hominem
suorum filiorum oblivij-
ci, ad suos dolores atten-
tum Christi Iesu erga
suos Caritas.
3. Nobilitatem ad diversa
refert, & ut proprie in
Hebraeo. Ignobiles dici
quasi diminutos, & par-
vulos.
4. Caro, aut anima, pro cor-
pore, aut pro toto homi-
ne.

I

Ecclesiast. 9. 10

Olympic.
Polychr.

Numerosa so-
boles non nu-
meranda in
maximis.

Missus homo, & expulsus ex vita hac
atque dimissus à Dei manu conserva-
trice viventium omnium, perget ad infe-
ros, ubi neque ratio, neque sapientia, neque sciē-
tia est; non enim cognoscunt, quid apud
nos agatur, neque curare possunt, quæ ad
suos pertinent. quæ ignoratio ingētis cu-
jusdam miseræ genus est. Tum etiam, ut
Olympiod. & Polychr. indicant, docere
videtur Iob, nullam miserum hominem
ex iis, quæ post eum futura sunt, utilitatē
capere; quæ enim & quanta post ejus in-
teritum, soboles & filiorum progressio
fuerit, & cujusmodi generis propagatio,
pulsilla, an ampla, ignorat; ut tacitè ad-
moneat, speciosam, numerosamque sobo-
lem non magnificari debere; nam morituro
homini, nihil istorum fructum aliquē
affert. similiter divitiæ, & nobilitas filio-

rum, anxium & metu mortis percussum
parentem nihil videtur juvare. Alii ad so-
latium quoddam, quod in morte est, refe-
rendum existimant; Non afferunt jam de
functis parentibus molestiam ullam filio-
rum res; nam mirum est, quantum paren-
tes excruciant, quantumque dolorem ef-
ficiant filiorum errata. uti Iacob gravissi-
mum (si unquam ullum) ex Rubeni pec-
cato dolorem accepisse, testatus est illis
verbis; *Ruben primogenitus meus, & principium
doloris mei.* Præterea vita hæc doloribus
& ærumnis plena nō amplius erit defun-
ctis molesta. Vel, ut his verbis exprimat
mors, & doloris acerbissimi affectus;
Moribundus homo ad suum dolorem at-
tentus, & impendētis mortis timore cor-
reptus, nihil aliud curare aut cogitare si-
nitur, non filios, non familiam, non res a-
lias externas; sic (inquit Iob) ego nihil a-
liud nunc ago, quam meos dolores & cru-
ciatus, meamque mortem, aut deprecari,
aut optare, & ærumnas meas omnes mente
repetere. Iobi sententiam hanc nō pos-
sum non moderatione quadam adhibita
restringere, & temperare; namque mori-
bundus homo, filiorum curā timore mor-
tis percussus abjicit quidem; nisi tanta sit
erga suos charitas, ut omnem mortis, cor-
porisque dolorem, & cruciatuum sensum
vincat; qualem Christi Iesu erga hominū
genus, apostolos præsertim, fuisse Ioan-
nes scripsit; Nam *sciens Iesus, quia venit hora
ejus, ut transeat ex hoc mundo ad patrem, cum
dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dile-
xit eos.* & non tam sui, quam suorum solli-
citus, ferculo sui corporis illos refecit. in
credibiliter etiam dolens, & in cruce
pendens, matris atque discipuli curā ges-
sit; & crucem bajulans, non solum super se
metipso anima illius non lugebat, verum &
pias illas fœminas suam ipsius mortem lu-
gere illis verbis dehortari visus sit; *Nolite fle-
re super me, sed super vos ipsas flete.*
Sive nobiles fuerint. Nobilitatem hanc
Septuagint. ad numerum retulerunt, legē-
tes; Et cum multi fuerint filii ejus, nescit. sin au-
tem pauci fuerint, ignorant. eod respexit Vata-
blus; *Multiplicabuntur (inquit) filii ejus, eo ig-
norante: aut diminuentur, & nō advertet ad eos.*
idem ferè Hebræus apud Cajeta. nam in-
ter ea, quæ parentes desiderant, illud vel
primum est, ut numerosam suscipiant
sobolem. alii ad divitias pertinere exi-
stimant; ita Pagninus, vertit enim; Di-

Filiorum erra-
tis excrucian-
tur parentes.

Genes. 48. 3

2

Moribundus
homo ad suos
tantum dolo-
res attentus.

Ioan. 13. 1
Christi Iesu
erga suos cari-
tas.

Ioan. 19. 26. 27

Luc. 23. 28

3

LXX.
Nobilitatē ad
diversa refer-
ri.
Vatabl.
Cajet. Hebra.

vites

Pagni
Tysur.

Regia. Compl.

727

Nobilitas
quid in He-
bræo

Ignobiles, in
Hebræo qua-
si diminuti

727

Iere. 30. 19

Iob. 8. 7

Philip.

divites, & pauperes. & Tygur. An filii ipsius in-
impla fortuna sint, & quum angustia premuntur.
alii ad honorē, ut Regia, vertens, inclitos,
& viles. & Complutenses, Honorantur filii
ejus, & minorantur, sive, diminuuntur. sed
sanè vox originalis, cabad, pondus, & gra-
vitatē, quam vulgo dicimus, significat.
sub quo honor, divitiæ, nobilitas conti-
nentur. tum etiā eleganter Latinus inter-
pres nobilitatem, reddidit, ut cui honor de-
beatur, & quam efficere interdum divi-
tiæ soleant. neque hoc loco tam intelli-
genda est generis & sanguinis nobilitas,
quam status & vitæ claritas quædam, atq;
fœlicitas. Ignobiles verò hoc loco dicū-
tur à radice, tsaghar, quod est diminui,
aut minorem & parvulum esse, quod ad
nobilitatem, & honorem pertinet. & ele-
ganter redditur eadem vox, attenuari, Ie-
remi. 30. *Glorificabo eos, & non attenuabuntur*
& Iob. 8. *Si priora tua fuerint parva, de ho-
nore, divitiis, & omnis generis claritate,
& excellentia dictum est. duriusculum ve-
rò est id, quod Philip. nobilitatem hanc ad*


mores, & animum transfert, in hanc sentē-
tiam; Ignoro an mei liberi morum nobili-
tate clari extiterint. nam hanc nobilitatē
prædicari frequenter in sacris litteris do-
cet, ex Paulo dicente; *Salutate Andronicum
& Iuliam, qui sunt nobiles in apostolis.* Itēque
Vos nobiles in Christo, nos autem ignobiles. &
Lucas de Beroensibus ait; *Hi erant nobilio-
res eorum, qui sunt Thesalonica, qui susceperunt
verbum cum omni aviditate:*
Attamen caro ejus. hominis moribundi,
corpus; vel, ut ipse totus homo, & qui in
animi doloribus, gemitibusq; spiritū du-
cit, non aliud dum vixerit, aget, quam at-
tentum ad suas ærumnas, & cruciatu, do-
lere corpore & animo, instar vulnerati
hominis, & gravissimè percussī.
Et anima. Ipsum dolens corpus; vel eū
nosa vita; vel totus ipse homo cum suis
doloribus assidue colluctabitur; et luge-
bit, mærebit, se moribundum cogetur lu-
gere. *Illorari se en vida.* uti de se dicebat Da-
vid. *Quasi lugens & contristatus
humiliabar.*

Rom. 16. 7
1. Cor. 5. 10
Act. 17. 11

4

Caro pro to-
to homine

Anima pro
corpore, aut
pro toto ho-
mine.
P. 34. 14.





BREVIS, NOTATIO RERVM insigniorum quæ in com- mētariis fu- si^o expli- cant.

^a Quædam de mulieris in sacro sermone appellati- one, significatione, imbecilli- tate, pravitate, v. 1. n. 1. 2.

^b Vt humana miseria tum ex proprietate vocabuli, tum ex re ipsa ad multa & va- ria referri possint. v. 1. n. 5. 6. 7.

^c Vt sit ista humana vitæ cum flore comparatio acci- pienda, & quid potissimum in flore considerari oporteat, explicatur accuratè, v. 2. n. 2.

^d De umbra, & ut illius si- militudo ad vitam refera- tur, et inconstantiam hu- manam. v. 2. n. 4. 5. 6.

PARAPHRASIS CAPITIS PRÆ- CEDEN- TIS.



OMO sanè malorum om- nium, & ærumnarum sum- ma & cumulus est; ut qui ex muliere, cui serpens pec- cati venenum propinavit, nascatur. quid enim boni habeat, qui ex omnis^a ini- quitatis seminario, & mē- daciorum, fraudumque officina prodit, atque in- ter ipsas sordes, quæ neque dici honestè possunt, pro- creatur? Ad hæc vitæ brevissimæ est; & incredibiles an- gustias perpetuò sustinet; non enim videtur vitam ab auctore naturæ accepisse largæ, & porrectæ manu, sed ni- miùm aëta, angusta, compressa. Quid autem miseriarum & acerbitatû non cogitur ærumnosissimus homo de vorare? certè ad nauseam usque oppletur^b malis, quæ & stomachum faciunt, & incredibili perturbatione do- lorisque sensu animæ ventriculum, atque ipsum cor af- ficiunt, & mordēt. Nulla igitur dicas re alia mortalium vitam sustineri atque nutrirî, quàm miseris & ærum- niis, multo timore & sollicitudine, gravissimisque peri- culis.

Quorum omnium pulcherrimi quidam^c flores te- stes sunt, quos cum in juventute vernarent, immatura mors carpsit, atque inopinatè ex vitæ arbore præcidit. neque verò cujusquam vita, quantumvis longissima, diuturnior censerî debet, quàm flosculi nimium fragi- lis; qui statim ut natus est, læguescit & concidit; aut cer- tè excisus, carptusq; statim marcescit, & arescit; ut præ- propera mors nihil aliud expectasse videatur, quàm ut rupto caliculo exoriretur, decerptura statim quod in lucem, conspectumque recens prodiret. Neque nõ fu- gacior est, atque inconstantior labili^d umbra, quæ nul- lo vestigio relicto brevissimè abit & evanescit: atque tunc vel maximè nos fallit, cum productior, longiusq;

CAPUT DECIMUM QVARTVM.



¹ Homo natus de mu- liere, brevi vivēs tem- pore:

Repletur multis mise- riis.

² Qui, quasi flos, egre- ditur & conteritur: et fugit velut umbra: & nunquam in eodē statu permanet.

videtur

³ Et dignū ducis su- per huiuscemodi ape- rire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium?

⁴ Quis potest facere mundum de immun- do conceptum semi- ne? nonne tu, qui so- luses?

⁵ Breves dies hominis sunt: numerus men- su eius apud te est: constituisti terminos eius, qui præteriri nõ possunt.

videtur, interitui enim, & perpetuis tenebris tunc pro- ximior est. sensim præterea labitur & nunquam eadem consistit. sic sanè homo dum vivit, senescit; imò potius moritur, continuisque decrementis, & mutationibus tum corporis, tum animi subjacet.

Et verò cum tam miser & imbecillus homo sit, tu ta- men, o Deus, illi rationem es impertitus, legemque ac præcepta dedisti, & te facturum humanarum actionum iudicium recepisti; illumque benignè respicis; & rem- per se caducam conservas & sustines? Hæc igitur mihi faciunt potestatem liberæ orationis, & hac tua bonita- te adductus, audeo liberè coram te dicere. Numquid su- premam tui numinis majestatem decet, ad minutissi- mas quasque mortalium actiones summo jure exami- nandas & discutiendas tam accuratè & diligenter te di- mittere? neque humanis erratis tantisper connivere? at- que diem homini dicere, ut iudicio se sistat, & litem de minutissimis quibuscumque erratis, & debitis illi intē- dere? & ad illius ærumnarum cumulum tuorum oculo- rum asiduam, terrificumque conspectum adjicere?

Quorsum verò me tam accuratè dispicias, measque omnes actiones observes, cum sit mortalium nemo, in quo clarissimi atque limpidissimi tui oculi aliquid sor- dium, & labis deprehendere non possint? itaque nisi virtutibus decoratus, mundiòrque reddar, sordescam profectò peccator, & impius ego in tuis oculis, nun- quàmque his supplicis, in quibus nunc jaceo, dignus non ero. at poteris pro tua bonitate, Deus sanctissimè, virtutum & animi candorem mihi conferre, ut gratus tibi existam, & tantis suppliciis absolvar. Quis verò sit, qui peccatis & lapsibus quotidianis non malè habeat? neque mirum; cum mortales nascantur infecti peccato- e originis unde etiam animi sordes ex ipsa, conceptione contraximus, & cum immundo semine, ex quo pro- geniti sumus, videntur etiam semina malorum, & pro- clivitas ad peccandum nobis congenita. hæc in sui cõ- ceptione vitare, in nullius peculiari voluntate, aut po- testate positum est. Tu tantum, qui naturæ auctor, & in- staurator es, posses quoque ab omni peccati sorde, & in- fectione naturam mundare. ex radice igitur peccati originis nihil profectò mirum si alia pullulēt, & nemo mundus, in contaminatus vè reperiatur; etiam si sit in- fans, cujus sit unius diei vita super terram. Deo enim, atque divini verbi eternæ generationi, illa supra quàm dici possit sanctitas & mundities propria est. omnia enim divina pura, mundaque sunt. Si tot igitur miseris sordibusque sit implicatus homo, in super est vitæ bre- vissimæ, & non nisi decurtato, præciso, definitoque dierum numero constantis (quæ temporis dierumq; mē- sura, quam brevissima, mihi perspecta non est, ut eò ma- gis excrucier, quò mihi magis occultum est, quod mi- hi vitæ desit; tu tantum apud te retines, minimèque pa- tefacis homini suæ vitæ certam & præfinitam duratio- nem, intra quam, velut intra certos terminos & cancel- los ex tuo decreto & præcepto humana vita contine-

^e Vt hoc loco respiciat Iob ad peccatum originis & ut ad divinam verbi, tum etiam & temporalē naturam; paulò accu- ratius explicatur v. 4. n. 2. 3. 4. 5.

tur, quos non poterit homo transilire; sicut neque tua mortis, vitæque decreta & præcepta prætergredi.

Hæc inquam, cum ita sint, age, o Deus, ne me diutiùs viventem conserves; sed me morti & quieti permittite, ut interim quiescam, dum beatæ resurrectionis tēpus exspecto, cum merces mihi tāquam mercenario reddetur: vel certè dimitte me, ne me respicias, neque me tam accuratè, & attentè observes; sed instar heri permittentis servum aliquandiu sibi vivere, recede a me paululū & dissimula te videre, ut quod vitæ reliquum est, possim paulò quietiùs transigere. Tu mihi vitam præfinis: sit sanè; sed me dimitte; nam quiescam ego, atque cessabo, etiam te non urgente, neque impellente ad interitum. moriar tandem ego, sed senio confectus; & mortem advenientem gratus excipiam; conficiamque, sicut mercenarius, diem meum; is enim de adventate vespera, & sine sui laboris blandiri sibi, & gratulari solet. Interim verò dum firmæ & cōstantis ætatis tempus nõ dum peregit, insitum est homini vitæ desideriu, & mortis formido, remitte itaq; mihi paululū ægritudinum & dolorum acerbitatem, ut aliquanto saltem spatio temporis sine cruciatu, & sine gemitu respirare liberè possim, licet postea instauraturus, atque repetiturus sis. flagella; nam & mercenarius etiam suis laboribus interponit otium & quietem, aut noctu, aut aliquo feriato die. sic itaque consequar mercenarii relaxationem; nam mali mei calamitas, inducias nullas facit.

Scio sanè resurrecturum hominem, cum etiam rebus sensus & cogitationis expertibus quedam redditæ vitæ species tributa videatur. non enim homo deterioris conditionis, quàm arbores, futurus est; nam hæc sive abscisse, & convulsæ, sive diuturnitate & tempore senescētes, agriculturæ, & translationis, insitionis, irrigationis beneficio juvenescunt, & quasi redivivæ rursus germinant. sed illud fortè in homine magis irrevocabile, quòd ad eandem vitæ conditionem redire nulla ratione poterit. non frustra igitur mortem & dolores deprecor; nam non sum sicut arbor, quæ abscissa & convulsa, & vetustate cōfecta, pullulare iterum atque virescere potest. & licet amputentur rami omnes, solæ tamen radices, & truncus relicta, licet multa vetustate cōfecta, ut in lauro perspicitur, letiora germina proferunt statim cum humorem vel leviter attigerunt. at longè dissimilis est hominis natura & conditio; nam excisus, & convulsus ex vita, atque ramis omnibus, foliisque decussis nullas habet radices, neque virtutē insitam, ut rursus in eadem vitæ rationem, quā semel amisit, feri, plātari, crescere, virere possit. neque ejus animus ibi est, unde ad hanc ipsam vitam facilis illi regressus pateat.

Et quidem humana vita multò inconstantior, fugaciorque est inconstante mari, flumine vè fluente. nam licet mare in perpetuo fluxu atque influxu sit, nihilominus tamen quæ partem deperdere videtur, recuperat statim; & si quid in vapores abit, & à sole absumitur, iterum concretescentibus vaporibus refarcitur; &

6

Recede paululum ab eo, ut quiescat: donec optata veniat, sicut mercenarii dies eius

7

Lignum habet spem si præsisi fuerit, rursum virebit, & rami eius pullulant.

8

Si senuerit in terra radix eius, & in pulvere mortuus fuerit truncus illius:

9

Ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quasi cum primò plantatu est:

11

Quomodo si recedat aqua de mari, & fluvius evanescit, & rescat:

fi

12

Sic homo, cum dormierit, non resurget: donec atteratur cælum non evigilabit, nec consurget de somno suo.

13

Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei?

14

Putas ne mortuus homo rursus vivat? cunctis diebus, quibus nunc milito, exspecto donec veniat immutatio mea.

liquid fontes ac flumina attrahunt, illud restituunt revertentia in mare. non aliter torrens jam exundat, jã sic cas, iterumque accipit incrementa. at homo, cætera labētibus aquis simillimus, semel extinctus, & arefactus nõ redibit ad hanc vitam iterum: non aliter quàm si mare, aut fluvius ad summam siccitatem redacta, & omni scaturigine obstructa reparari naturæ viribus minimè possent; neque illud magis erit possibile, quàm cælum, quod incorruptibile est, atteri, & corrumpi. non enim humana vita semel amissa, innovabitur prius, quàm cæli veterascentes, vetustatem pristinam deponant, & cū pulchriori alia, longèque lætiori specie commutent. id enim fiet, cum prius mundi hujus cōcentus dissolvatur & hujus universitatis facies, velut vestimentum quoddam, quod ex multis frustris compactum, & cōsutum erat, perturbato jam rerum omnium ordine dissuetur. licet tandem omnia instauranda in melius sint, tuncq; humani corporis compositio, & ofsium nervorumque colligatio, & commissurarum omnium cōcinnatio, quæ si vestimētum quoddam ex multis partibus opere quæ si sartorio conficietur.

Sed cū hæc dico terrificæ illius tubæ tinnitus videjã in auribus meis personare; ita vel sola judicii & novissimæ illius diei recordatione cōtremisco. atq; utinã tunc temporis latere, atque delitescere mihi liceat, non alio me operiente & protegente, quàm ipsa divina misericordia, quæ me à severitate suæ justitiæ quasi abscondat & subtrahat, ne ante judicis severissimi tribunal stare compellar; jacerem quidem in sepulchri tenebris lubens, quousque judicis ira deservesceret, & indignatio remitteret; in lucem tamen proditurus aliquādo. & quidem nunc quoque mortem impendentem non deprecarer tam anxie, si non multò post essem ad vitam rediturus; nam constituto mihi atque præfixo aliquo tempore, quo vitæ & luci huic restituerer, multò libentiùs mortem exciperem; neque tantū averfarer. quod enim ad hanc ærumnosissimam vitam attinet, si mihi optio daretur, eligerem sanè in sepulchrum concedere, ibiq; tanquam in scrinio quodam asservari, interim dū hæc tua indignatio remittit; ea lege & pacto, ut constitua tur mihi tempus, quo me benevolus & propitius ad vitam revoces; scio enim futurum, ut aliquādo deferbeat tua indignatio, ut qui natura mitissimus sis, non enim diu persistis in semel concepta indignatione.

At quidquid de me statuatur, beatè illius resurrectionis spes me sustentat; licet non possim nõ timere mortē, quam, si mortuus homo rursus ad hanc ipsam vitam rediret, lubēs exciperem, atq; cūctis diebus quibus nūc dolens in vitis que milito, expectarem avidus, donec veniret immutatio mea. Tamen cū neque semper vivere, neque mortuo ad hanc vitam redire concedatur, in illā futurā immortalēque vitā animo & cogitatione totus feror. Verū enim verò dum videor nihil formidare mortem, nemini videri velim de alterius vitæ fide dubius, parū vè firmus; nam nihil aliud avidus, cōstansq;

¶ Ut creatura omnes quamdam vetustatē pariantur; & ut humani corporis structura vestimenti cuiusdam similis sit, latè explicatur. ¶. 12. n. 6.

¶ Ut soleat divina misericordia fontes abscondere, & eripere ex severitate divina justitiæ, quædam ad mores. ¶. 13. n. 3. 4.

XV. 2. 3.

h Ut resurrectio sit, quaedam generatio, & nativitas, & ut in Christi Domini resurrectione, terra quasi parturiens doluerit, & tremerit, quadam peculiaris. v. 14. n. 3.

i Ut sit justorum resurrectio commutatio in melius non item resurrectio impiorum, & varia illius mutationis exempla. v. 14. n. 4. 5. 6.

l De Dei voce, & tuba novissima, qua qualisque futura sit, ad scripturarum intelligentiam fuse differitur. v. 15. n. 1. 2. 3.

m Qui sint divine misericordiae, qui item divine justitiae thesauri, pauca quaedam ad doctrinam. v. 17. n. 1.

expecto, quam cum me conceptum suis visceribus, excludet terra in lucem alteram, nova quadam regenerationis nativitatisque ratione; tunc sanè commutabor in locum meliorem statum, sceleriorumque vitam.

Porro, quanta fuerit resurrectionis justorum gloria, cum Deus magnificentissima voce & tuba archangeli, suoque imperio, & jussu omnes excitabit! audiam profectò, lubesque parebo, & meo iudici vocanti lætus occurrā; nunc quoque, si me, o iudex, voces, paratus sum mori, quod in spē erigar certissimam fore, ut operi manuum tuarum, erigendo, & revocando ad vitam, tuam dexteram porrecturus sis. atque utinam jam me ad resurgendum vocares. utinam jam tibi vocanti ego responderem; nunc quoque, si me ad iudicium, & responsum reddendam voces, hæc tibi supplex dicerē; Operi manuum tuarum porrige dexteram; diligis enim quæ fecisti, & propitius indulgesque tua opera tueberis. cum igitur mihi laboranti, certissimam opem attuleris, vitamque mortuo reddideris, gratus tibi sic respondebo; Operi tuo tandem, o bone Deus, sublevando benevolus propitiusque accuristi; apprehensaque dextera erexisti.

Sed nunc sanè non dolere non possum, cum videam te in numerato habere, severissimèque punire singula mea peccata; accuratissimèque examinare omnes meæ vitæ actiones. & quidē licet beatæ resurrectionis spes omnem mortis acerbicem, & amaritudinē retundere possit, sed dum me viventem tam acerbè crucias, tamque diligenter observas, non possum non mortiferos istos cruciatus deprecari, vitæque veniam postulare. licet quidē non me fugiat, ideo minutissima quæque errata te nunc punire velle, quod parcere peccatis meis, & beatum me efficere constitueris. Nisi fortè tam longè absis, ut mihi operi tuo benignus favere velis, ut potius hæc omnia minutatim supputes, colligas, palamque vindices, quod jam adversum me conceptam iram manifestes. Sed jam tandem, o iudex optime, connive, parceque peccatis tui officii, neque tãdiu indignationem retineas. Quod si fortè quippiam poenarum luiturus sum, præstat sanè, ut in hac vita statim luam, neque differas punitionem meam.

Quod si dicas te signasse, & observasse in tuo ratiario, & tabulis delicta mea; esto sanè. sed satis superque in me animadvertisti, & ne quidem erratum ullum te præterii; omnia enim sunt condita apud te & signata in illis tuis thesauris, quibus tua justitia vehementer locupletatur; & tanquam in fasciculo colligata aservas, ne vel unum possit excidere; atque singulorum gravitate accuratissimè expendis, & suo pondere & mensura unumquodque examinas. itaque; cum minutatim omnia collegeris ingentem quendam cumulū cogensisse videris, quod nunc ego poenis atque suppliciis obruar; nam dolorem dolori, & novos semper cruciatus adjicis, atque graviores etiā, quā debeam videris à me poenas exigere; & quasi ego haberem animū incredibiliū scelerum vulneribus perfossum & dilaceratū, ita supplicia exqui-

fita

15

Vocabis me, & ego respondebo tibi, operi manuum tuarum porriges dexteram.

16

Tu quidem gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis.

16

Signasti quasi in sacculo delicta mea, sed curasti iniquitatem meam.

18
Mons cadens defluit, & saxum transferretur de loco suo.

19
Lapides excavant aqua, & alluvione parvam terram consumitur: & hominem ergo similiter perdes.

20
Roborasti eum paululum, ut in perpetuum transiret: immutabis faciem eius & emittes eum.

21
Sive nobiles fuerint filii eius, sive ignobiles non intelliget.

22
Attamen caro eius dum vivet, dolebit, & anima illius super semetipso lugebit.

sita, & inaudita remedia ad curationem adhibes, sed jam satis poenarum adhibuisti, ne tantum malum serperet, curata itaque iniquitate, si quæ in me est, integræ jam sanitati restitutum bene me valere jube.

Et quidem firmissima quæque, ut montes, & saxa, ventustate exeduntur, & aquæ mollissimis guttis emollita excavantur; mollissimus vero supra quam dici possit homo, validissimo ictu concussus, non nutet, & concidat: atque utinam id jam mihi accidat; nam nihil tam firmum, tamque constans est, quod vetustate & tempore non labascet. Montes certè maximi, & gravissimi maxima saxa suis sedibus frequenter mota sunt, & aliò: translata; & exundantium aquarum impetu nemora & sylvæ; fortissimæque ædificia radicitus convulsa. non aliter sanè velle videris hominem perdere, convellerèque; profus, quem tot dolorum & cruciatuum motibus, & fluctibus quatis & impellis. in quibus sanè timendum est humanæ imbecillitati, ne, si nulla fuerit malorum intermissio, animum demittat, & sustinentiam amittat.

Verum enim verò nihilo melius in diuturnitate & consistentia homini accidit, quam ceteris rebus corruptioni obnoxiiis; nam postquam brevissimè vixit, mox evanescit; robur enim aliquod habere videtur, dum floret, dum adolescit, dum ætate viget; sed illud quidquid est, paululum est, longèque brevissimum, ut ex meis ipsi rebus didici; nam firmis quondam tum valetudinis, tum fortunarum omnium viribus pollere videbar, sed ad speciem tantum illud robur fuit. Quorsum igitur vires mihi ad momentum duraturas contulisti, quæ vix ingressum in vitam transire celerrimè & abire in perpetuum juberet? tu ipse tuo robore & viribus usus illum urges & impellis, & à tergo pugis, utique; perse evanescenti stimulos ad interitum incredibiles adhibes; sed esto sanè; jam te roboras, ut hominem penitus superatum tot suppliciis, inflata morte triumphes, & minaci indignatèque; vultu illum tandem obruas. non jam amplius miser homo cogetur in vitam varios sumere vultus, multisque; perturbationibus agitari, perpetuoque; mærore pallefcere, & obscurari, quæ omnia in extremam illam vultus, faciesque; speciem tristissimam quæ cadaver sumit, desinet tandem; sic immutatū, & quasi larvatū hominem à te abicies, & ablegabis, & mutata persona naturalique; habitu deposito, abire jubebis ad ignitam regionem. Emissus verò homo ex hac vita, atque dimissus de Dei manu viventium omnium sustentatrice, perget ad inferos, ubi nescitur, quid apud mortales agatur; neque; curare manes possunt, quæ ad suos pertinent. quæ ignorantia ingentis cuiusdam miseriæ generis est; neque; ullam utilitatem capiet, ex externa ista bonorum, & familiarum magnificentiâ, quæ inter vivos reliquerit. Non dolebit verò deinceps propter filiorum atque familiarum res curandas, sed jam tunc morti proximus, cæterorum oblitus, cum morte corporisque doloribus colluctabitur, nam sic me experientia ipsa docet. eorum enim, quæ ego sustineo, sensus, & dolor, omnem aliam curam atque molestiam longissimè superat.

n. v. sint supplicia & poenae peccatorum medicina. v. 17. n. 3. 4.

o De persona; & larvata quasi facie, quam cadaver sumere videtur, & de forma fugacitate. v. 20. n. 3.



IOANNIS DE PINEDA SOCIETATIS IESV COMMENTARIORVM IN IOB LIBER SEXTVS. Qui est de sexto certamine, id est, secunda IOB cum Eliphaz disputatione.

CAPVT XV.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Iobi orationem excipit Eliphaz, amarulenta plenaeque stomachi responsione; atque illum accusat impietatis, & insolentis adversus Deum animi. Tandem dum impiorum supplicia proponit, Iobo persuadere nititur propter sua peccata fragellari.

I. Respondens autem Eliphaz Themanites dixit.

- 1. Respondere proprie nunc accipienda. Decorum in disputatione servandus, ex Paulo, & Sapientie. 2. Quid vetus significet, varia interpretatio. Symbolum rei inutilis, & evanescentis. 3. Stomachus aut ventris quid in sacro sermone, & in Hebraeo, Imaginatio & memoria veteri similis. Illustratus Salomon. 4. Quid ardor in Hebraeo, & quid sit, atque significet Eurus. 5. Expenditur lectio Septuaginta. 6. Arguere quid, extenuatio. 7. Timor. Praecedi studium.



Respondere, hoc loco ex proprietate Latina accipi debet; nam jam ardet disputatione, & interrogandi, postulandi, obijciendi respondendi, refellendi, redarguendi pugna, & contentio. & quidem recte Olymp. observat servari decorum in hac disputatione, nam uno dicente, caeteri tacet, & alter alteri per suas vias orationem tradit, quam loquendi tacendi ve praecceptionem, & formulam Paulus Corinth. dedit; Propheta autem duo aut tres dicant; & caeteri disjudent. quod si alii revelatum fuerit sedenti, prior taceat. Sic etiam Sapiens docet Sap. 8. In certamine loquela illius sapientia. cum enim loquendum sit

Respondere quo modo accipiendum.

Olympiod.

1. Cor. 14. 29.

Sap. 8. 18.

& in disputatione concertandum, sapienter fieri oportet, ut omnia secundum rationem, & ordinem fiant, nihilque perturbatum audiatur.

II. Numquid sapiens respondebit, quasi in ventrem loquens, & implebit ardore stomachum suum?

2

Rom. 1. 22. D. Thom. Veti, varia interpretatio: Chrysof.

R. Levi.

Tex. Hebr.

LXX

*Macho de o ydmey sabio soy y todoay re Ventus res inutilis & evanescentis Ier. 5. 13 Hof. 8. 7

3

Stomachus aut veter, quid in sacro sermone

יוב

Prov. 18. 8

Prov. 27. 22

Stomachus pro mente

Quia fieri, inquit, potest, ut sapiens sis, cum tam multa insolenter, & jactantur effutias? non enim in sapientem cadit superbiae & multiloquii vitium; qui enim dixerunt se esse sapientes, stulti facti sunt per strepitum itaque, & infremis, instar praecipitis & multisoni venti. D. Thomas ventum interpretatus est, ad captandum vetum & auram, gloriolam ve inanem. hoc quoque indicavit Chry. sed illud potius, quod inutiles, incommodos stultosque sermones interpretatur. similiter R. Levi. responsiones, argumentationes sophisticas, & inanes. & videtur sic exigi ab Originali; in quo ex verbo legitur; Num quid sapiens respondebit scientiam venti? Septuaginta. Num quid Sapiens responsonem dabit scientia spiritus. Et sic ventus in sacro sermone vanum aliquid & inutile, & quod cito evanescat significare solet. Ierem. 5. Propheta fuerunt in ventum locuti; & responsum non fuit in eis. & Hosea. 8. Ventum seminabunt, & turbinem metent. similis sententia est sup. c. 8. vers. 1. & c. sequent. vers. 2.

Et implebit ardore stomachum suum. Venter aut stomachus, saepe in Scriptura pro corde sumitur, aut pro thorace, quod est cordis & viscerum receptaculum; rursus cor pro intellectu & mente. & quamvis plura sint in Scriptura nomina ventris, & stomachi sed hoc loco est, Beten, quod frequenter venter redditur, etiam cum pro corde accipitur, ut Proverb. 18. Verba bilinguis, quasi simplicia, & ipsa perveniunt ad interiora ventris. quod iisdem Hebraeis vocibus repetitur, & Latinis explicatur. Proverb. 27. Verba furoris, quasi simplicia, & ipsa perveniunt ad intima cordis. id est, blanda & adulatoria fraus letale interdum infligit vulnus cordi hominis. hoc ergo loco plerique intelligunt nomine, stomachi, mentem, quae res transmissas & quasi praemasas a sensibus concipit, recipit, concoquit, digerit qua etiam ratione tres Pares apud Theo

doretum accipiunt id Cant. 7. Venter tuus, sicut acervus tritici vallatus liliis. id est, Imaginativa aut Memoria, quae res inutiles cum inutilibus, veluti grana cum paleis continet, donec iudicii & rationis ventilabro separentur. pro hac tamen analogia ventris, & mentis, vid. D. Greg. 3. p. Pastor cap. 23. & Naz. oratione ad civ. Naz. hinc illud Bernard. Serm. 36. in Cat. quod multa scientia ingesta stomacho animae, si charitate decocta non fuerit, transfusaque in artus, moresque animae, convertitur in pravos, noxiosque humores; atque inflationes, mentisque tormina efficit; nam scientia inflat, charitas vero adificat. & scientia bonum, & non facienti, peccatum est ei. ergo inquit Eliphaz. Qui sapiens est, non implet ventrem, stomachum, animum mentem, cor, inflatione.

Et ardore. in Heb. Kadim, id est Euro, Vulturno, aut vento subsolanio. R. Mardochei observat, hunc ventum a Graecis appellari, Apelioten, quod a sole spiret; atque eadem ratione a Latinis appellari subsolanum. tum vero de hoc, tum de aliis Orientalibus ventis, & illorum nominibus, vid. Gel. & Non. Marcel. Senec. lib. 5. Natur. quaeft. 1. Stobaeum. lib. 1. eclog. Physic. Plin. lib. 2. sic distinguit; ab Oriente aquinoctiali, Subsolannus; ab oriente brumali, vulturnus; illum Apelioten, hunc Eurum Graeci appellant. recte autem a nostro interprete vertitur hic ventus, ardor. nam calidus est, & sic solet cum sub sole diu immoretur, & sic solet appellari ventus urens, Exod. 10. quare Colum lib. 5. c. 5. scripsit aliquando euro sic infestari vites, ut nisi tegminibus opacentur, veluti halitu flammeo fructus uratur. addit etiam saevitia. & vehementia ardori Exod. 14. Flante vento vehementi, & urenti. quare poeta Eurum appellant truculentum, rapidum, & praecipitem, animosum, tumidum, indomitum, minacem. & hujus cum zephiro pugna in exemplum saevae alicujus tempestatis proponitur.

Illum si medio decipiat ratis Ponto cum Boreas expulset Africus, Aut Eurus Zephyrum, cum mare dividunt. Ergo duo potest in Iobo reprehendere; primum, quod tumidus, jactabundus, inflatus, horrifonus, multiloquius sit, instar Euri; plenum Vulturno caput, & plenum ardore stomachum; secundum (quod videtur arrisisse Vulgato) inclementiam quaedam, & indignationem cum inflammatione

Cant. 7. 2 Imaginativa, aut memoria ventri similis

Gregor. Nazian. Bernard

1. Cor. 8. 1 Iacob. 4. 17.

4 ארדור quid R. Mardochei.

Gell. lib. 2. c. 22

Plin. lib. 2. c. 46

Exod. 10. 13 Colum. lib. 5. c. 5

Exod. 14. 21

Seneca in Her. Quibus

*Que de vede tener algubar reuo al solano, por donde se le llena la cabeza de viento.

ne conjunctam, id est, iram, animi exan-

LXX Chryst.

Quod autem Septuaginta legerunt, Implevit dolorem ventris, longè aliò Chryso-

Auguf. Philip.

Jerem. 4. 19.

Arguis verbis eum, qui non est equalis tibi, & loqueris, quod tibi non expedit.

6

LXX

Videtur esse præcedentis sententiæ expositio & amplificatio, ut sapientiæ opinionem omnino removeat a Iobo; & sic Septuaginta sententiam utramque jungunt; Numquid sapiens implevit dolorem ventris, arguens in verbis, quibus non oportet, & in sermonibus, quibus nulla utilitas? quæ lectio valde congruit cum Hebræa; nam Latinus interpres explicationis gratia addidit, eum qui non est equalis tibi. intelligens obijci ab Eliphaz, quod Iob crimaretur atque reprehenderet divinam providentiã & cõtumeliosè opprobriisq; afficeret; nã hoc loco arguere, est propriè reprehendere, & corripere; quàmquam posset quoque non tam ad Deum, quàm ad amicos referri, qui acerbius tulissent, quod visus esset Iob illos increpasse. nisi fortè dicamus aliter legisse interpretem codicem

Arguere

נכח

Hebræum; nam in eo, quem nunc habemus, illa verba desiderantur; illa autè duo non est equalis tibi, & non expedit; extenuationes sunt, pro eo, quod est, infinitis te partibus superat; & valde tibi nocet.

Extenuatio.

III. Quantum in te est, evacuasti timorem: & tulisti preces coram Deo.

7

Plerique in hanc sententiam interpretantur; Tu tua ista animi præsumptione & impudentia, publicè, palàmque proposita, efficis, ut ex te alii discant inolefcerè, & obloqui adversus Deum, omnemque divini numinis timorem, & religionem contemnere. vel, ut R. Levi explicat quem videntur sequi, Cajetanus, & Vata. Tua ista doctrina, & assertio, quod mala & supplicia eveniant bonis & iustis; tollis religionem, & publicum divini numinis cultum. quis enim, si Deus sanctos bonosque, tam acerbè, tamque indignè vexet, velit illum timere & colere, eique religiose supplicare? sed melius; Quantum in te est, (in Hebræo, צימתיך, Septuaginta; Nonne & tu) evacuasti (in fonte ex verbo, phur, labefactasti, irritum fecisti, dissipasti, dissolvisti; alii etiam dicunt, fregisti. Septuaginta, depulisti, Rab. Mardochei, Prohibuisti, impedivisti) timorem (id est, conaris Dei timorem repellere, & impudenter, frontèque perfricta cum illo de tuis ærumnis exoptulare; excidisti à Deo timorè, & reverentiã; non revereris tremendam divini numinis majestatem.)

R. Levi. Cajeta. Vatabl.

LXX

נכח

R. Mardochei.

Timor quid

Olymp. Phil. D. Tho Theod. 110. Symmach.

Timor, hoc loco pro reverentiã & timore, potiùs quàm pro religione & cultu, licet utrumque cohæreat. ita Græci, Olympiodorus, Philippus, D. Thomas. quare Theodotio legit; Non ne tu recusasti timorem? Symmachus; nullo pudore loquutus es coram Deo.

Et tulisti preces. Abstulisti, prohibuisti propriè etiam, diminuisti & concidisti* concidere fecisti. hæc omnia cõtinet verbum, garagh, & observandum quidem tanquam ingès piaculum proponi, quod homo afflictus remittat orandi studium. Septuaginta; Consummasti verba talia coram Domino. id est, finem imposuisti orãdo, & precando. nisi fortè ad verba ninium auda-

*As dexado caer el cuyado de la oracion.

נכח

cia

cia referatur; nam non solum preces, sed loquutio aut loquella significari potest verbo originali, quare, consummare verba erit, aliquid consummare, & audacter proferre. sed melior sensus nostræ lectionis, & cum Hebræo congruentior.

U. Docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitabis linguam blasphemantium.

Linguam doceri à corde, tanquam à præceptore auditorem. Imitari quid in Hebræo. Lingua pro doctrina. Instrumenta sermonis, frequentè pro ipso sermone. Explicatus Moyses. Blasphemantes, pro astutis; rursus hi pro sapientibus. Proprio sermone condemnatus quis. Respondere, pro testificari. Dativus pro ablativo in Hebræo.

I

Quid sit linguam doceri à corde

Cicero in Sall.

Vatabl.

LXX

Os, cordis auditor & discipulus

Matth. 15. 19. Marc. 7. 22

2

Imitari quid propriè

Lingua pro doctrina

Doctrinam hanc tuam à nemine edoctus es, sed ex tuo illà cerebro conficta deprompsisti; nihil itaq; mirum, quod pessime loquaris; nam occultata tui animi iniquitas nunc tuis sese verbis prodidit, nimirum ex abundantia tui cordis, loqueris; neque ex fonte amaro, dulcedine tu producere potes. simile quid, in illa quæ Ciceronis nomine adversus Sallustium oratione circumfertur; Ea demum magna voluptas est Crispe Sallusti equalem ac parum verbis vitum agere nec quidquam obscenum dicere, cui non ab initio pueritia omni genere facinoris atas tua respondet, & omnis oratio prioribus consonet, neque enim qui ita vivit, ut tu, aliter ac tu loqui potest; neque qui tam illo sermone utitur, vita honestior est. Durius, quod Vata interpretatur; Non est opus, ut te doceam, in quo pecces, cum ipse tuus sermo te doceat iniquum esse. Paulè etiam longius ab originali, quod Septu. legunt; Reus verbis oris tui.

Sed illud tamè notandum, quod lingua & os dicatur esse, quasi cordis discipulus; instruit enim interior affectus non solum os, & linguam ad loquendum, sed manus, cæteraque mēbra ad operandum; nã ex corde exeunt furtiva, blasphemie, homicidia.

Et imitabis (propriè, eligis, usurpas, assumis tanquam tibi imitanda) linguam blasphemantium, id est doctrinã; & erratiam dogmata hominum pravè de Deo, deque divinis judicantium. lingua pro doctrina, sermone, loquendi disputandique ratione, methonymicos, causa vel instrumentum pro effectu. nam inter reliqua vocis in-

strumenta, porissima est lingua; quare dicitur lingua erudita Isaia: 50. vel juxta Hebræum lingua doctrinarum; id est, eruditè, sapienter, ornate, suaviter loquendi facultas. statim exponitur; ut sciam, sustentate est, qui lassas est, verbo. ab alijs, etiam instrumentis solent verba, aut loquendi facultas significari; dicitur enim labium Gen. 11. erat terra labii unius. Exod. 6. incircuncisus, labijs sum quomodo audiet me Pharaon; id est, barbarè loquor, instar ethiopicorū barbarorum. incircumcisorum, qui quod linguam sanctam non pollerēt, barbato; exstimabant dicitur etiam, os, Exod. 4. Quis fecit os hominis? (id est, quis illi sermonis facultatem tribuit) aut quis fabricatus est mutum & surdum; videntem et cacum? non ne ego? perge igitur; et egocero in ore tuo, doceboque te quid loquaris.

Instrumenta sermonis, pro ipso sermone Isa. 50. 4

Gen. 11. 1.

Exo. 6. 30

Exod. 4. 11

Blasphemantes qui propriè

נכח

LXX

Blasphemantium. Propriè, veritatorum malignorum, callidorum, à gharatn, quod est vafre, & malignè agere. illos ergo intelligit, qui sermone, argumentatione vè fallaci, & compositis, simulatisque rationibus studēt eludere veritatè, & tenebras illi offundere, & cū in Deū blasphemant, impudentiam & temeritatè celare studēt; verborū ornatu, aut respondendi calliditate, aut justitiæ sanctitatis vè prætextu; si millima profecto hæreticorum stultitia, & fraudulentia. Septuagin. verò cõtrario modo videntur intellexisse; videlicet, per astutos, & callidos; sapientes. nam legunt, Neque judicasti verba potentium. id est, sapientum, nobiliūque virorum verba, cõsilia, monita, non eligis, non probas nostram exhortationem, quæ tibi salutaris existere non admisisisti, planèque contempsisti priscorum sapientiam & traditiones. licet fortè cū Septuaginta legisset, Imitabis linguam blasphemantium, explicationis gratia addiderunt partem oppositã; vide licet, impios imitabis, sapientes que contemnis.

VI. Condemnabit te os tuum & non ego, & labia tua respondebunt tibi.

Cum ipsa tua verba animi tui iniquitatem prodāt, ex tuo ore judicaberis, si cut ille dicebat; Quid adhuc egemus testibus? vos ipsi audistis blasphemiam. Condemnabit. Septu.

4

Matth. 26. 41 LXX

Xx 5

pro

proprie, *Impium te declarabit*, & pronuntiabit supplicio dignum, reum peraget. ut Matthæi. 22. *Viri Nivivite surgent in iudicio, & condemnabunt generationem istam*, nimirum declarabunt illam impiissimam, damnatione & extremo supplicio dignissimam. Vel, si ea, quæ tu ipse loquutus es, expendere velis, tu te ipse condemnabis, & adversus tuam impudentiam pronuntiabis; tam clarè de tua iniquitate, constat, ut vel te iudice, non sis absolvendus.

Et *labia tua*, idem per expositionem, & expositionem, *respondent tibi*. Septuaginta ex Hebræo proprie, & eleganter; *Testificabuntur contra te*, quasi ad interrogata, & postulata respondebunt, non rarò *respondere* pro testificari, de quo diximus supra. *Tibi*, de te; Hebraismus est, dativus pro ablativo, frequens in sacro sermone. cuius modi est illud, *Numquid Sion dicit*; id est, de Sione aliquis dicit? & illud; *Tibi dixit cor meum*, id est, de te cor meum fimiter statuit. & Psal. 91. *Malignantibus* (id est, de *malignantibus*) *audiet auris mea*.

U II. Numquid tu primus homo natus es: & ante colles formatus?

1. Primus homo sapientissimus. Pater, idem preceptor, et doctor, nasci, quod alia etiam ratione fit.	3. Montes & colles antiquitatis, & diuturnitatis symbolum, & quare.
2. Adam appellatvè sumi. Primum, ad dignitatem pertinere, explicatus Ioan.	4. 1 era præcedentis dubitationis ratio. Res esse incipiunt, cum apparere incipiunt, explicatus Salomon, & Ecclesiasticus.

I Notat illum superbæ, & arrogantie quod se sapientia, aut rerum cognitione videatur cum primo Adamo (pro homine enim subest in Hebræo; *Primus Adam*) comparare. Adami porrò sapientia apud omnes, & maxima & explorata fuit ut qui reliquorum hominum sicut parès, ita etiam magister futurus esset, juxta id Eccl. 37. cum de primis parètibz fermo est; *Consilium & linguam, oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi, & disciplina intellectus replevit illos; creavit illis scientiam spiritus sensu implevit cor illorum; & mala, & bona ostendit illis*, ait itaque Eliphaz; Tacere nos iussisti, atque audientes, attentòsque nos ti-

bi præbere, quali tui muneris esset nos docere, nostraque interesset te audire; Primus videlicet homo doctoris reliquorù hominum munus habuit; & qui prior aliis est, uti pater filiis, doctoris etiam munere fungitur. hinc illud est de Abraham Genes. 18. *Scio, quod præceptor sit filiis, ac domui suæ post se*. Exod. 12. *Narras in auribus filii tui & nepotum tuorum &c.* & Ioelis. 1. *Super hoc filiis vestris narrate, & filii vestri filiis suis; & filii eorum generationi alteri*. hinc Patris nomen pro magistro, & rerum divinarum doctore sæpe usurpatur in sacris. ut illud. 4. Regum. 2. clamantis Elisei ad Eliam; *Pater mi, pater mi*. & Iudic. 18. *Vt habeamus te patrem, & sacerdotem*.

Sed huic interpretationi videtur obijcere Philippus, quod non dicitur hoc loco primus homo *cõditus*, sed *natus*, quod non videtur in Adamum convenire. & quidem originalis vox proprie significat, parere, aut nasci. sed tamen non est in ea vocis proprietate morosè nimium immorandum; potuit enim *natus*, pro formato & condito usurpari, ut exponi videtur in secunda parte.

Vel in hunc sensum; *Num quid tu primus homo*. (Adam videlicet, sum pro nõ proprie sed appellatvè) qui alia ratione quàm ceteri homines natus sis, & tecum non traxeris *colligatam stultitiam in corde tuo*, sicut, reliqui mortales? nisi fortè hæc *primi hominis* appellatio, dignitatem quandam significet; *Primus homo* dignitate, sapientia, loco, superior cæteris, quem revereri, colere, audire debeamus; sicut & de Christo domino Ioannes dixit, *Ante me factus est*, id est, me prior, mihi prælati, anteit me dignitate, loco, sapientia. Græci non omnino incommodè ad antiquitatem retulerunt, Chrysostomus, & Polychron; *Numquid ipse reliquos mortales atate præcurris, ut ipsa te longinquitas temporis, & multarum rerum usus erudierit?* neque dissonat, quod sequitur.

Et ante omnes colles formatus. Quod lógè antiquum est, aut maximè diuturnum, æternum vè, *collium*, & montium appellatione aut cõparatione indicari solet. est enim illorum epitetum, æterni, antiqui, diuturni. Gen. 49. *Desideriù collium æternorù*. & Habacuc. 3. *Mõtes saculi, & colles mudi*. id est, longissimi & antiquissimi temporis, Baruc. 5. *Constituit humiliare omnem montem excelsum, & rupes perennes*. Sed qua ratione

Pater, id est preceptor, & doctor
Genes. 18. 19
Exod. 10. 2
Ioel. 1. 3

4. Reg. 2. 12

Iud. 18. 19

Phil.

Nasci quid proprie

77

2

Adam appellatvè

Prov. 22. 15

Primum dignitate

Ioan. 1. 15. 27
30
Chris. Polychr.

3

Montes & colles diuturnitatis symbolum.

Genes. 49. 26
Habac. 3. 7

Bar. 5. 6

Synecdoche
Philippus, & post illu plerique Latini.

Arias Mont.

Montiù & collii destinatio.

Prov. 8. 26

4
Vera ratio cur colles & mõtes antiquitatis symbolum sint.
Ecles. 1. 4
Psal. 103. 5

per colles & montes antiquitatem, aut perennitatè significetur, non omnes conveniunt. nam plerique existimant per *synecdochem*, rerum primam creationem significari per colles, & mõtes, videlicet totum, per partem. quod rerum primò creaturarum non ultima pars, mõtes, & colles fuerint. vel ut colles, & mõtes pro terra; terra verò, quæ nobis proxima, & familiarissima est, pro aliarum rerum universitate. At vero Mõtanus in apparatu, illam antiquitatis montium rationem excogitat, quòd antequàm terra emergeret, recipientibus se aquis in locum unum, nulla erat collium montiumque distinctio; ut montes essent *fæcundi & fructiferi*, colles verò *steriles & inculti*, cù pariter omnes aquis essent immerfi.

Ad hanc igitur primævã collium montiumque distinctioem, & constitutionem, tanquam ad aliquid id primum & antiquissimum, allusionem fieri, cum hoc loco dicitur, *ante omnes colles formatus*. & cum Prover. 8. Sapientia ait; *Ante omnes colles ego parturiebar*. Sed quidem rationem hæc Montani non satis calleo, videlicet, quare potius illa distinctio montium & collium antiquitatis symbolum sit, quàm receptio & confluctus aquarum in locum unum, aut quàm cætera omnia quæ in prima illa rerum creatione, & constitutione contigerunt. & locus ille Proverbiorum quo suam Sapientia æternitatem comprobatur, nullam sanè affert majorem diuturnitatè *collium*, quàm aliarum mundi partium, cùm omnes pariter enumerentur, cœli, abyssi, terra, mare, æthera, fontes, flumina, montes, & colles. quare neque, ut quibusdam visum est; potest commodè ille Proverbiorum locus, cù hoc nostro conjungi, quasi Eliphaz dixisset, numquid jactas te Sapientiam illam esse divinam, quæ ante omnes colles extitisse dicitur; neque enim tam sunt sententiæ istæ inter se adeo similes, ut illa Salomonis hinc petita videatur.

Sed redeo ad illam *collium* antiquitatè, quæ profectò ex eo significari videtur, quòd perennem quandam firmitatem, & perpetuam stabilitatem montes polliceantur; quare sicut terra, firmitatis & stabilitatis symbolum sunt; *terra enim in æternum stat, & non inclinabitur in saculum saculi*, ita etiam firmiores istæ & diuturniores terræ partes, illam ipsam stabilitatem & anti-

quatem repræsentant. Vel, quod alicui arridere fortè poterit, hæc collium antiquitas ad illam primam mundi respicit distinctioem; nam cùm *tenebræ essent superficiem abyssi*, & aquis universa terra esset immerfa; iussit Deus, ut separarentur aquæ ab aquis, & congregarentur in locum unum, ut appareret arida; diffugientibus igitur, diffluentibusque aquis in sua receptacula, montium, colliumque summa cacumina eminuerunt, antequàm terræ planicies conspiceretur. prima igitur, & quasi antiquissima mundi inferioris pars, quod ad extenam illam quasi emersionem ex aquis, & tenebris pertinet, & ad illam faciem, quam modo retinent, colles, & montes fuisse videntur; atque planam ipsam terræ superficiem hac ratione præcurrisse; quod enim prius apparet, & conspicuum se præbet, prius etiam atque antiquius fuisse videtur; frequenter enim in sacro sermone res esse dicuntur, cùm apparere & conspici incipiunt. ut illud, *Nunc cognovi, quòd timeas Deum*, id est, nunc tui timoris atque pietatis manifestum specimen præbuiti & Proverb. 8. *Dominus presserit me in initio viarum suarum*. id est, in creatione, manifesta, externaque signa sui divina Sapientia præbuit; quæ quidem nunquam non substitit, quippe æterna, sed tunc videlicet sapientiam suam effudisse visus est *Deus super omnia opera sua*. Quòd verò Philippus sequutus Augustinum, contendere videtur, hoc loco, sicut & Psalm. 89. angelos intelligi *collium* nomine, quasi dicat Eliphaz; Numquid existimas te antiquiorem, aut sapientiorum, sapientissimis spiritibus? allegoriam olet.

U III. Numquid consilium Dei audivisti? & inferior te erit eius sapientia?

1. Divina sapientia descriptio quadam. Perior interpretatio eligitur.	5. Magistri & sapientes academia Theman. senes pro doctoribus.
2. Consilium, quid in Hebræo. Varia lectio. expen-	6. An Tob suis amicis senior

Gen. 1. 2-9

Scripturæ regulares dici esse, cum apparere incipiunt
Gen. 22. 12

Prov. 8. 22

Eccle. 1. 10
Philip.
August.

I Divinae sapientie descriptio Prov. 8. 39

7. 12

Simplicior interpretatio

2 Consilium quid in Hebraeo.

LXX Aquil. Theodo. Symmach.

Iob. 19. 4 Ps. 24. 14

Amos. 3. 7

3 Consilia secreta sunt

TID Cajeta.

4

Aliqui sententiam hanc, tanquam descriptionem divinae sapientiae, accipiunt; nam illa de se testatur in Proverbiis; *Cum eo eram cuncta componens.* & rursus; *Ego sapientia habito in consilio, & eruditus intersum cogitationibus.* Vis igitur (inquit Eliphaz) divinae sapientiae manus atque nomen tibi arrogare? Sed certe tanta stultitia non videtur potuisse Iobo objici? quare simplicius interpretabimur, ut cum Iob voluerit amicos docere divinam providentiam; dixeritque divinarum rerum doctrinam non esse admodum difficile, nunc irrideatur ab Eliphaz; Ita ne divinae sapientiae arcana tibi patefacta; ut non secus supremam illam, quam Deus in humanis rebus rationem statuit, tuorumque suppliciorum, causam exploratam habeas, quam si divino consilio interfuisses, & Deum providentem disponentem, decernerem, praecipientem audivisses, planaque intellexisses, & sua tibi arcana & consilia Deus patefecisset, & enarrasset? eleganter Septuaginta dixerunt; *Constitutionem Domini audisti, & consiliario te usus est Deus?* Aquila pro consilio dixit, *arcana ineffabilia.* Theodotio, *mysterium.* Symmachus, *colloquium.* vox eadem saepe secretum vertitur a nostro interprete. ut infra cap. 29. *Quando secretum Deus erat in tabernaculo meo.* & Plal. 24. *Firmamentum est Dominus timentibus eum.* est enim Deus suorum magister & doctor, atque illis, quae decernit & firmiter statuit facienda, revelat. ut per eandem vocem dicitur Amos. 3. *Non faciet Dominus Deus verbum, nisi revelaverit secretum suum ad servos suos.* quare subditur eo Plami loco; *Et testamentum ipsius, ut manifestetur illis.*

Eadem autem vox, quae est secretum, aut arcanum, est etiam consilium, aut concilium, quod in conciliis arcana tractetur, & consilia non nisi secreto, summaque prudentia & fidelitate capi, et iniri debeant. Quod autem aliqui existimant, ut Cajetanus indicat, hoc ad revelationes pertinere; non quadrat; nam divinae revelationes Iobo atque ejus amicis familiares erant, & illas aliquando Eliphaz protulerat, atque iactaverat; quare illas tanquam aliquid omnino insolens, & inauditum Iobo non denegasset.

Et inferior te erit ejus sapientia? id est, existimas te Deo esse superiorē, & sapientiorē, ut illum tam audacter ad certamen pro voces? Fortē sapientia Dei, non erit

hoc loco, ea quae in Deo est, sed quam ille mortalium generi impertitus est; quosensu nostra lectio bene congruit cum Hebraea & Graeca: nam in Hebraeo proprie est; *Sapientia minuetur ad te*, vel, prohibebitur ad te id est, ipsam sapientiam tu intra te continebis, & tibi sapientiam omnem arrogabis, facileque subicies, ut ipsa te praetergredi ulterius non possit? ut cum de te, deque sapientia sermo incidere, omnes fateantur non plus, non ultra abeundum esse? eleganter Tygurina; *Sapientia suos terminos ultra te non porrigit*; illud etiam affert Vatablus, *diminuetur*, aut prohibebitur, vel auferetur, ad te, vel infra te sapientia; id est, te pereunte, existimas ne prohibendam, imminuendam, auferendam, perituram sapientiam? Septuaginta *In te perveniet sapientia?* Complutenses hanc quoque lectionem attulerunt; *Prohibita, vel ablata est a te?* id est, universam sapientiam ad te revocatam esse credis, & divina omnia arcana a tua mente exhausta, & comprehensa? quid si, inferior te erit sapientia, aut minuetur, vel prohibebitur ad te, vel a te, aut in te, significet, esse Iobo minime ostensam veram rerum & divinae providentiae rationem, & occultatam, prohibitam, ablatam; profundiorē illo esse quam ut ad ipsum ascendat; altiorē quam ut contingi & obtineri ab illo possit? nihil igitur sublime, & exquisitum sapere. quare recte sequitur.

IX. Quid nosti, quod ignoremus? Quid intelligis, quod nesciamus?

X. Et senes, & antiqui sunt in nobis, multo vetustiores, quam patres tui.

Fortē respicit ad id quod Iob dixerat cap. 12. *In antiquis est sapientia.* Non est (inquit Eliphaz) cur nos jubeas in tua verba intendere, tanquam nobis incognita, & inaudita; nam a parentibus nostris, atque magistris, qui sapientia, & aetate majores extiterunt, cum haec, tum praecleariora alia &

Varia lectio

Tex. Heb. & Gra.

Tygur.

Vatabl.

LXX.

Complut.

5 Iob. 12. 12

recon

Magistri academiae Tacman.

1. Cor. 4. 15

Dan. 3. 94

Philip.

6

Chald. Olympiod.

An Iob senior fuerit tuis amicis. Didym.

reconditiora dogmata accipimus. nostra itaque sapientia & magis antiqua, & magis clara, quam tua est; atque adeo certior & probatior. Fortē Eliphaz suae Themaniticae academiae, suorumque magistrorum studium antiquius, quam apud Hufitas, commendare voluit. nam seniorum, & parentum appellatio, eadem quae magistrorum est, ut nuper dicebamus; sicut & Paulus dicebat: *In Christo Iesu per evangelium, ego vos genui.* & puero Danieli dixerunt senes; *Veni, & sede in medio nostrum, & indica nobis, quia tibi Deus dedit honorem senectutis.* Indicat etiam Philippus. dicere Eliphaz; Senes, sapientisque nostri, quamvis te, tuisque sapientibus multo essent sapientiores, multo tamen de se loquebantur, sentiebantque submissius.

Chaldaei verò, atque Olympiodorum existimantes ex hoc loco Iobum esse suis amicis juniorem, supra indicavimus cap. 12. vers. 12. sed multo verior est illa Dydimi interpretatio; Quamvis inter nos senior sis, aetateque provecior, nihil tamen quam nos plus sapias; nam habemus etiam nobiscum magistros te proveciores, atque sapientiores. Sed primus sensus simplicior, & germanior.

XI. Numquid grande est, ut consoletur te Deus? Sed verba tua prava hoc prohibent.

1. *Varia lectio, expenditur Hebraea. illustratus Moy ses.*
 2. *Verbum, pro re. Verbum absconditum pro pravo.*
 3. *Divinae misericordiae ultro ad nos propensa, impedimento esse hominum peccata. Quid prohibere in sacro sermone. Illustratus Ezechiel, & Salomō*

I Lectio varietas & dissensio. Latina sententia.

Mira est hoc loco lectionum Hebraeae & Graecae, Latinae varietas atque dissensio, sed tentandum illas ad concordiam adducere. Latina hanc videtur habere sententiam; Desperare videris, o Iob, de meliori fortuna, atque restitutione in gradum pristinum, quasi id sit Deo, El, forti, potentissimo difficile, aut operosum; propterea quae audes illum verbis & maledictis lacerare, a quo nihil boni ex-

spectes. sed intellige vel solo nutu divino facile tibi solamen, & salutem ad futuram, nisi viam pracludas tua ista insolenti, & stulta oratione, & divinae providentiae criminatione.

Hebraea; *Nonne parum a te consolationes* El? bene supplevit Pagni. verbum, *distant*, aut, *absunt*. sic enim incidit in sensum Vulgati; non longè abhorret Deus, ut consoletur, prope te est; non difficile, non magnum, non longissimi aetate itineris, tempus expectandum. Illud verò valde diversum si suppleatur verbum, aeternandi. Vatabl. *An parum sint tibi consolationes?* vel, *an minores sint tibi consolationes, quam ut te consolari possint?* idem fere Cajetanus, & Tygurina. *Num indignaris consolationes divinas?* existimas ne tuis aeternis non posse Deum parum consolationem afferre? ita ne tam grande, tam difficile est Deum tuis mederi malis? contemnis ne Dei opem, quam ille conferre praesentissimam potens est? ne illum provoces, qui te consolari potest. *Numquid (nonne) grande est?* (magni habendum est) ut (si) consoletur (consolari velit) te Deus? quorsum igitur omnem vitae, & temporalis felicitatis spem abjicis, atque contemnis? similis formula loquendi Numero. 6. ad Sacerdotes; *Num parum vobis est (nonne grande, & per magni aeternandi) quod separavit vos Deus Israel, & ab omni populo junxit sibi?* Iam sententia Septuaginta. *Pauca prae iis, quae peccasti, accepisti verbera* sic connecti potest; Divinas consolationes tibi deberi existimas, cum tamen commertas sceleribus tuis poenas nondum exolveris. nonne igitur grande, num quid parum tibi videtur, ut te consoletur te Deus? quare neque leve neque facile existimes, quod tibi justissimus Deus, quod reliquum poenarum debes, gratis remittat. Engub. paulo aliter non ad poenas, sed ad praemium refert; *Parum tibi videntur consolationes Dei?* id est, non satis praemii tibi collatum esse conquereris, pro iis, quae aliquando honeste & pie gesseris?

Sed qui difficilius ad nostram lectionem adduci possunt, sunt Vatabl. & Biblia Guarini, post Rab. Levi; qui verbum *consolandi*, non referunt ad Deum, sed ad amicos; *Numquid parvi facis tuorum amicorum consolationes?* sic illorum monita contemnis, nosque appellasti, *Fabricatores mendacii, & medicos vanos, atque onerosos consolatores.* Sed

Lect. Heb. Pagni.

Vatabl.

Cajeta. Tygurina.

Num. 16. 9

LXX

* Teneldo a mucho lo poco a casti gado.

Engubi.

Vatabl. Guarini. R. Levi

Iob. 13. 4

non

Iob. 16. 7 sed non video ubi isti amicos viderint, & Deum non viderint.

2 Lctf. Heb.

Verbū prore

I. XX Verbum absconditum pro pravo.

Vatabl.

Cajet. Hebræ

3 Iobi sanctitas

Divina misericordia ultro ad nos propēsa.

Ierem. 5. 25

Quid proprie prohibere

*Echē el rio por otra parte.

Ezech. 13. 15 Prov. 3. 27.

Sed verba tua prava hoc prohibent. Hebræa tantum; Verbum absconditum (velatum, involutum, latitans, occultum) tecum; Verbum autem hoc loco, pro re à quibusdam accipitur; & illud occultum, pro pravitate; Pravam aliquid, quod nos lateat, & Deū minimè lateat, Deum ad te consolandū, persefe propensum prohibet, & detinet. Cæterum præstabit, verbū, propriè pro sermone accipere; nam sæpe Iobum reprehendunt amici stultiloquii, & petulantioris linguæ. quo etiam modo Septuaginta legunt; Valde supra modum locutus es. & verbum absconditum erit, pravū, à quo Deus oculos, & aures avertat, Deo invisū, quod Deus audire nolit; quod quasi Deum lateat; alii dicunt, verbum absconditum, quod palam non profers, quod tecum musitas, & immurmuras. alii; Hæc tua dogmata divina providentia, & præmio, supplicioque mortalium, quæ ut pote reconditoria, tibi revelata, & patefacta prædicas. Huc fortè Vatablus; An est aliquid secreti, quod illapsum sit in animum tuum? vide ut nostri interpretis lectio cæteris illustrior, & coherentior sit. Quod verò Hebræus apud Cajetanum dixit, Verbum suave tecum gratis dixit, càm neque illam vocis significationem, neque sensum probare possit, quem ille assignat, valde à re proposita alienum.

Duo hinc observanda; Alterum, Iobi singularem animi atque morum integritatem, quem rei nullius accusare possint, præterquam verbi alicujus; ejusque non quidem pravi, sed pravè accepti, & malignè interpretati. Alterum, hoc loco agnoscere Eliphaz divinam misericordiam in nos proclivem; Deo igitur sponte ad nos venienti atque occurrenti impedimento esse nostra peccata. sicut Ieremias dixit, Peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis. nam verbum illud prohibens; managh, motum quēdam affert, quo, id quod prohibetur, separatur & diuertitur ab aliquo re aut loco, ut per aliam viam decurrat liberè. sicut Ezech. 31. dicitur, * Prohibui flumina ejus, & coercui aquas multas. & Prover. 3. Noli prohibere benefacere eum, qui potest. id est, pronum ad benefaciendum ne impedias, neque aliò detorqueas ejus voluntatem. non aliter igitur divinam misericordiam decurrentem ad nos, nostra pecca-

ta impediunt, & detorquent, ne nobis benefaciat. sed de hoc aliquando plura.

XII. Quid te elevat cor tuum, & quasi magna cogitans attonitos habes oculos?

1. Elevari, ad superbiam. quid proprie in Hebræo. Cor pro arrogantia, & ausu.

Etus subsannatorius, molestissimus. illustratus sapiens. Præcepta de audiendo. Oculi attoniti ex vi morbi.

PRO, elevare, est in Hebræo verbum, La Kach, quod proprie est, capere, sumere, quod Hispanus dicere solet, Fulano tomò y hizo esto. Iudic. 14. Dederunt ei sodales triginta. Hebraicè, * Acceperunt sodales triginta & fuerunt cum eo. 2. Regum, 18. Absalon exerarat sibi cum adhuc viveret, titulum; Hebraicè, Absalon accepit, & erexit in vita sua titulum. hoc itaque modo legunt Complutenses hunc locum; Quid te accipit cor tuum? (que te toma?) quid mali te corripit, quis te cordis furor exagitat, quæ te extra te rapit sapientiæ jactantia, & vafanus rerum omnium divinarum, atque humanarum contemptus? noster autem interpres, hoc tantum loco, vertit elevare, & nunquam iterum; cum semper verterit hoc verbum, accipere, sumere, assumere, capere, auferre; fortè respiciens ad propositam jactabundi, & insolentis animi superbiam; nã spiritus ille quo percitum & correptum Iobum putabat Eliphaz, superbiæ erat, qua se homo extollit, & elevat supra alios. illi verò loci, qui Latinis verbis huic sunt similes, certè in Hebræo ab alia radice dicuntur. Abdia. 1. Superbia cordis tui extulit te. & Ieremi. 49. Arrogantia cordis tui decepit te. Cordis autem nomine ausus, & arrogantia affertur. ut Psalm. 100. Superbo oculo, & insatiabili corde. Hieronym. altum corde. ad extollentiam, & ambitionem utrumque pertinet; nam ambitiosi insatiabiles sunt. prop. ex Hebræo, magnum, vel, latum corde. multa enim per ambitionem molimur, multa machinamur, multa complectimur. quare Septuaginta hunc locum reddiderunt; Quid ausum fuit cor tuum? Symmach. fere cum nostro dilucidè; Quid, quod exulit te cor tuum?

I rpf

Elevare quid. Iud. 14. 11. * Tomaron y fueron conel. 2. Reg. 18. 18.

Elevari, ad superbiam.

Abdi. 7. 13

Ierem. 29. 16. Cor arrogantia & ausus

Psalm. 100. 5 Hieron. m.

LXX.

symmach. b.

Et

2 R. Mardoche.

Attoniti oculi quid in Hebræo

Psalm. 24. 19

Prov. 10. 10

Plutarch. lib. de audiendo

Cajeta.

Ezech. 27. 25 Prov. 6. 13

* Proditores his veluti symbolis inter se utuntur, qui nar de los ojos, hablar por los dedos, p'arse el pie, o darse del codo.

Didym.

Et quasi magna cogitans, attonitos habes oculos. in Hebræo? Quid innuunt oculi tui. est enim vox hoc tantum loco reperta; cujus significationem Rab. Mardochai dicit esse insinuationem, indicationem; in quo Hebræi omnes conveniunt, vertētes, annuere, connivere, nictare oculis. sed cujusmodi sit iste oculorum nictus, aut cujus rei symbolū hoc loco non constat. aliqui enim ex Hebræis modo Latino accipiunt, pro connivere & subsannare; qua etiam ratione videtur dictum Ps. 34. Qui adversantur mihi iniquè, qui oderūt me gratis, & annuunt oculis. & Prov. 10. Qui annuit oculo, dabit dolorem. nam ejusmodi subsannatorii oculi & gestus inimicorum molestissimi esse solent, ait ergo Eliphaz ita ne nos, nostrasque orationes derides, et gestu & oculis nictando, prodas nos nostraque à te contemni? Et quidem qui dicunt, agrè ferunt se ab auditoribus benignis & attentis oculis non respici. nã inter illa communia præcepta, quæ Plutarch. de audiendo tradidit, vel in primis est, Obtutus in ipsum dicentem, & species vigilantis attentionis, vultus compositus, abdicansque non contumelia & morositatis modò, verum etiã sollicitudinem, & occupationum suspicionem aliarum. Quare in ipsa audicione vitia sunt, lupercilium, torvitas, & tristitia vultus, obtutus vagus, nutus, & alia plura, quæ minutatim loco illò persequitur Plutarch. Cajetanus ad suspicientes in cælum oculos retulit, quasi cum Deo familiariter loqueretur, suòsque amicos, neque aspectu quidem dignaretur. Alii ad simulatam quãdam innocentiam speciem, & sanctitatis significationem, quod hypocrisim redoleret; sic enim ad hypocrisim, & simulas fraudes videtur pertinere id Ecclesi. 27. Annuens oculo, fabricat iniqua. & Prov. 6. Homo apostata, vir inutilis, graditur ore perverso (id est, qui cum veram Dei, hominūque amicitiam deseruerit, verbis duplicibus utitur) * annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur malum. id est, proditionem machinatur, & ejusdem proditionis participibus dat occulta signa, quò illos ad capiendam consilii sui opportunitatem attentos & paratos reddat. illa autem signa eleganter numerantur. sic igitur dicere potuit Eliphaz; Tu nunquam non machinaris malum, etiam cum oculorum nutibus sanctitatem simulas. Didymus sic interpretatur; Quid tantum es faci-

nus ausus, ut in Deum adversum torqueres obtutum, & quasi succensens Deo loquerere? Septuaginta; Quid sustinuerunt oculi tui, quòd furorem erupisti ante Dominum? id est, quòd visum ad hanc te insaniam & furorem ad egit. Sed tandem hunc oculorum habitum Latinus interpres intellexisse sapienter videtur, oculos videlicet apertos, alii cubi defixos, non nictantes, sed instar stupefacti hominis, aut magnum aliquid se cum cogitantis, vehementi vè aliquo interno mentis affectu & sensu occupati. Hunc etiam oculorum habitum alii ad scrupulos pertinere voluerunt, de quo dixi cap. 3. sed multò verius nos ad morbum, & letalem vultus, oculorumque compositionem, de quo cap. 2. in enumeratio ne morborum.

XIII. Quid timeet contra Deum spiritus tuus, ut proferas de ore tuo huiusmodi sermones?

1. Confessio Latina lectio- nis cum Hebræa. Spiritus pro indignatione illustrati Moyses, & Isaias.

contemptum. Iustificari ad publicam innocentiam declarationem. 3. Qui supplicio afficitur peccatum representat. ex plicatus Moyses.

TVm Latina lectio, tum Septuaginta, Furorem erupisti ante Dominum; eleganter respondet Hebræo, sub, quod est revertere, aut reducere, quasi dicat; Quid torva convertis in cælum lumina? quid reducis, revocāsque furorem adversus Deū? quid illi per insaniam & indignationem respondes? quid in illum refundis stomachum, & evomis conceptam iram? Spiritus pro ira, indignatione, furore; Exodi. 15. In spiritu furoris tui. (Hebræ, Nasi tui) congregata sunt aqua. id est, in spiritu furente, furentis & indignantis instar, diffiatio, & tumente naso. Isai. 25. Spiritus robustorum (indignatio, impetus vè, quo impii, & violentissimi tyranni feruntur adversus iustos) velut turbo impellens parietem. Furis itaque indignandus, ardes oculis, excandescis facie, tumes naso, petore etiam veluti pleno ardore, & bile promines, & indigna adversus Deum profundis.

LXX

Oculi attoniti ex vi morbi

I Confessio lectionis Latina cum Hebræa

Spiritus, pro indignatione. Exod. 15. 8 Isa. 25. 4

Hujus

LXX

Hujusmodi sermones! Ad imitationem habet rei inauditæ paulò clariùs. Septuaginta; Verba talia. utrumque additum ab optimis interpretibus explicationis gratia, cum in Hebræo simpliciter sint, sermones. & pertinere videtur ad innocentie asseverationem, quam Iob acriter tuebatur; nã sequitur.

XIII. Quid est homo, ut immaculatus sit, & ut iustus appareat, natus de muliere?

I

Iob. 4. 17.

Hominis appellatio ad contemptum.

Iob 14. 1

יָכֵה

Iustificati

3

Quisupplicio afficitur, peccatum afferre & representare videtur

1. Petr. 1. 22. Rom. 8. 3. Isai. 53. 12. Marc. 15. 18

Deu. 21. 23.

Molestissimus, & contentiosus argumentator Eliphaz; qui rationes, & argumenta ferè eadem, quæ cap. 4. proposuerat, nũc repetat. Quid (inquit) est homo? ad contemptum pertinet, & naturæ, materię conceptionis, nascendi, habitandi domos luteas, universæ denique vitæ, & agendi vilissimam conditionem. Homo (Enos) miserimus, abjectissimus, repletus multis miseriis. Vt immaculatus. prop. mundus, purus, lucidus, candidus, bene lotus. Et ut iustus appareat. id est, ut sanctus, iustusque haberi, declarari, pronuntiari debeat. & eleganter vertitur, appareat, quod in Hebræo est, iustificetur; tum quòd iustificari, aliquãdo sit apparere, declarari, haberi, pronuntiarı publicè & in iudicio iustum & innocentem; tum ut alluderet ad ipsam Iobi externam faciem, & habitum miserimum; nam homo pœna supplicioq; affectus, peccatum peccatorumque præfert; sic enim Christus assertor, quòd dolores nostros, pœnãque suscepit, peccatũ dicitur factus, & similitudinem carnis peccati suscepisse. & qui publico supplicio afficitur, cum iniquis reprobatur; atque adeo iubetur, ut cadaver hominis sublato in crucem, tanquam peccatoris, cuius vel sola species possit terram, universosque spectatores inficere, eodem die de patibulo deponatur, atque à conspectu, removeatur. Deute. 21. Non permanebit cadaver in ligno, sed in eadem die sepelietur; quia male dictus à Deo est, qui pendet in ligno, & nequaquam contaminabis terram tuam. ait igitur Eliphaz; Cũ propositus sis extremi supplicii exemplum, apparere & haberi iustus nulla ratione poteris; præsertim cum ipsa nascendi de muliere, & humanæ generationis

ratio, tum peccatum originale, tum mille alias maculas, quibus hominem pollui necesse sit, afferre videatur: tum etiam quòd qui mulierem dixit, primam peccati radicem & feminarium dixit; quomodo ergo ex muliere nascatur, quòd sanctum atque immaculatum sit, & quòd iustum meritò haberi debeat.

XV. Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis: & cœli non sunt mundi in conspectu eius.

Terum videtur repetere illam propositionem capitis. 4. Ecce qui serviunt ei, non sunt stabiles. ut argumento à majori probet hominem carneum, & luteum nõ posse meritò sanctitatis constantiam & firmitatem sibi arrogare. Per sanctos autem, Græci intelligunt sanctissimos Patriarchas, Adamum, Abrahamũ, Moysen, Quibus (inquit Polychronius) visus est Deus ali quando irasci. Communior interpretatio, angelos intelligit, qui vocantur Sancti Dei, quasi illi familiarissimi; atque illius obsequio addictissimi, quòd ferè idem est cũ illa periphrafi capitis. 4. Qui serviunt ei. Sed fortè melius in communi accipietur pro sanctis, sive hominibus, sive angelis; nam nemo sit tam inconcussæ, constantisque naturæ, atque sanctitatis, qui mutari non possit. Propriè ex Hebræo, & Septuaginta; Sanctis suis non credit; id est, nemo est, qui fidelis servus ex naturæ suæ merito & ratione haberi usque quaq; possit. à verbe, Aman, quòd est credere tanquam rei fidei, & constanti, aut fidele esse, & constans, cui credi debeat. Augusti. In sanctis eius non est fides. quòd ipse interpretatur; Propter incerta temporum, quibus plerumque falluntur, ut multa dicant, & non faciant. sed præstat intelligere * Fidem, id est, firmitatem, immutabilitatemque naturæ. Et cœli. Chaldeus legit, intelligitque, Angelos. tum etiam Augustinus, quia propter spiritualitatem, in corruptibilitatem, ordinem, subordinationem, lucem, gubernationem corporum, similes sunt cœlis; vel per synecdochem, quia sunt in cœlo, proprio videlicet habitaculo supernarum mentium; vel per metonymiam, quia angeli moderantur, & movent cœlos. addit Augustinus posse intelligi sanctos, in qui-

Iob. 4. 18 Sancti qui intelliguntur à Græcis

Polychr.

Iob. 4. 18

LXX. Hebra.

יֵשׁוּעַ

Augustinus

*No sen denaturaleza, que de sola eila se pveda fiar, Chald. Augusti.

bus

Ambr. f.

Origenes

Augustinus

Gregor.

Bernard

bus, tanquam in cælis, habitare dicitur Deus. quæ allegoria frequentissima est inter antiquos patres; nam jam, per cælum bætos intelligit, Vt Ambros. super Psalm. Beati quorũ y. i. jam cælos dicunt Angelos, ut Origenes homi. 1. in Genesim, & Ambros. lib. 2. exameron. jam universaliter Sanctos, aut animam fidelem, ut idem Origenes tractatu. 30. in Matthæũ. August. 2. de sermo. Domini in monte D. Ambros. super Psalm. citatum, & lib. de Abraham. Gregor. homil. 14. super Ezechiel. Bernardus sermo. 27. in Cantica. Sed simplicior est Græcorum, & aliorum Latinorum commentarius de ipsis cælestibus corporibus, quæ videntur esse maximè limpida, pura, lucida, aliena ab extraneis impressionibus; ideòque immutabilia. quare calorũ nomine significabitur, quidquid lucidum, purum, mundum in creaturis inveniri potest, quòd ad conspectum, & oculos clarissimos necesse sit tenebrescere, & offuscari. Quòd autem hoc loco mundum dicitur, propriè est, lucidum, pellucidum, diaphanum. & colludit ad densiores cælorum, syderumque partes, quæ sunt velut maculæ quædam cælorum, & ideo nobis lucent, quòd non sint transparentes, neque luci perviæ, quasi dicat, Etiam cæli, qui maximè pellucidi sunt, suas habent maculas, partèsq; crassiores, magisque opacas, atque materiales; in re igitur clarissima atque perfectissima videt Deus maculas, quæ nos prætereunt. tum etiam quòd nobis pulcherrimum, & clarissimum videtur, cuius modi sunt Sol, Luna, sydera, id apud Deum macula est; & fortè imperfectissima sui orbis pars; sic igitur de nostri animi maculis, existimare oportet; interdum enim in nostris oculis lucet, quòd imperfectum, & minus purum est. & falso splendore, atque ementita pulchritudine nos decipit, quòd deformè, & turpe; falsa luci, & utilitatis spe, quòd omnino incommodum atque exitiale. Cajetanus verò numquam præmittit occasionem obrudendi suam illam sententiam de animatione cælorum; existimat enim hoc loco animatos asseri ab Eliphaz, & peccatis obnoxios. sed sine hoc errore, verissimus, simplicissimisque sensus ex dictis constat. Quòd autem neque Philosophia,

neque Theologia, eam sententiam de animatione cælorum tolerare possit, aliàs docuimus.

XVI. Quanto magis abominabilis, & inutilis homo, qui bibit, quasi aquam, iniquitatem.

- | | |
|---|--|
| 1. Abominabilis, quid, & abominari, quid ex Hebræo. illustratus David. | ẽ ardorem denotat. Impiorum depravata consuetudo, & peccandi stis variis rationibus explicata. Quid avortia apud Paulum. |
| 2. Peccator se ipsum averfatur, & introspicere recusat, quòd cruciatur suo ipsius aspectu. Statueret, verbum bellicum. Explicatus David. | Bibere aquam ad voluptatem. Peccandi promptitudo nunquam retardata. |
| 3. Inutilis, quid propriè ex Hebræo. Repr. bum quid ex Græco. Peccator inutilis, soli igitur opportunitus illustrati David, Hieronimus, Paulus. | Aquam, rei facili parabilis symbolum. Explicati David, & Salomon. |
| 4. Quis dicatur inutilis, aut vanus, & frustra Aquam bibere, vehementer | 7. Præva consuetudinis vis. Impius ad omne scelus proclivus. |
| | 8. Aquam, malum intimum. Peccatum aut aqua, aut vino persimile |

Hæc est altera pars argumentationis propositæ; Quanto magis, supple immundus & indignus erit. divinis luminibus, homo; proprie vir, hominum optimus atque clarissimus; abominabilis propriè, quem nemo dignari debeat auditu, visu, familiaritate, contactu; qui nihil habet boni, aut pulchri, quo vel Dei, vel angelorum oculos allicere possit; in sunt verò in illo multa, à quibus tum Dei, tum angeli conspectus purus abhorreat. Per antithesim verò videtur hoc dictum, propter sanctorum & cælorum pulchritudinem; quorum pulcherrima species est, mundities, lux, ordo, concentus mirabilis, conspectus multò jucundissimus, & non sunt loquela, neque sermones, quorum (de quibus) non audiantur voces. & quòd de sole dixit Ecclesiasticus, non minori jure de integro cælo, cuius sol pars est dici possit, Vas admirabile, opus excelsum. Cũ enim mirabiliter commendetur cælum ex pulchritudine, mirabiliter impius ex deformitate vituperatur. hominem verò miserimum, quis sanè mentis ho-

I

Rf. 18. 4

Ecles. 43. 2

Yy

mo

Abominabilis & abominari quid.

עֲוֹן

Pf 165.39.40

14

2

Peccator sibi ipsi abominatus.

Isa. 46.8.

Jerem. 31.19

Impius cruciatur suo ipsius aspectu.

Nab. 3.5

Pfal. 49.12

Statuere, verbum bellicum.

קָרָא

Pfal. 50.5

Theodore super Rom. 2.5.

Basilii Oratio ne 23. de iudicio.

homo non execretur, & abominetur? sibi ipsi, dum se agnoscit homo, vilescit, & foetet. vis originalis verbi explicari videtur Psalmo. 105. *Infecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum, & fornicati sunt in ad inventionibus suis. & iratus est furor dominus, & abominatus est hereditatem suam* (rem videlicet perquam immundam, & turpissimo sanguine foedatam, atque cruentatam detestatus est, & execratus) & tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt &c. id est, turpissimis fœdissimisque dominis, turpissima fœdissimaque mancipia commisit. Propterea abominabilis peccator, & pravaricator nequissimus, ne se suo conspectu atque consideratione excrucient, numquam redeunt ad suum cor, neque convertunt ad se oculos. quare si se aliquando aspiciant, se ipsos abominantur, & detestantur, atque agnoscere dedignantur; sicut Scriptum est Jeremiae. 31. *Postquam ostendisti mihi* (id est, fecisti ut mihi essem exploratus & cognitus) *percussit femur meum*. id est, more gementium & dolentium complosi manus, turpissimæ rei conspectum non ferens. Propterea cruciatum hunc minatur Deus impiis Nahum. 3. *Revelabo pudenda tua in facie tua.* & Psalmo. 49. *Arguam te, & statuam contra faciem tuam*. reticet verò quid statuendum ante faciem sit. videlicet, tu ipse abominabilis, ut tui ipsius conspectus tibi ipsi ingens cruciatus existat. illud tamen, *statuere*, est in Hebræo militare verbum, proprie, ordinare, ordine disponere, instar exercitus, aut aciei ordinatæ, ita ut singula peccata suo ordine disposita, juxta tempus, gravitatem, species suas, atque juxta alias patrati sceleris circûstâtias, suo aspectu territent, excrucient, oppugnent; ita ut non possit impius oculos à re abominanda, & execrando scelere avertere, sed peccatum suum contra illum sit semper. Huc retulit Thodoretus id Romanos. 2. cum dies iudicii appellatur, dies revelationis; videlicet cum apertis oculis se contemplabitur quisque, quis sit, quis fuerit. nunc enim cæco sui amore profequitur se abominabilis homo, nec se horret & averfatur; tunc verò execrabitur damnatus se ipsum. De quo sapienter scripsit Basiliius; *Forte gravior, quam te, nebæ; & ignis æternus, hic pudor erit, ut nunquam non ob oculos habeant scelerata vitæ vesti-*

gia, tamquam inevitabilis alicujus tinctura. Tandem cum abominabilis dicitur homo quem nemo auditu, visu, congressu dignetur, videtur dici & esse excommunicatus, cujus familiaritatem vitare omnes debeant. sic dixit Paulus. 1. Corinth. 16. *Siquis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema.* nemini videlicet non abominandus.

Inutilis homo. De propria significatione verbi *Alach*, nihil certi conitat. plerique enim existimant significare putridum esse, aut fœtere, ita Rabbi Mardochai, quem sequutus Pagninus in Thesauro vertit; *Putrescet, aut, fœtebit.* Hebræus apud Cajetanum, vertit, *putridum.* Vatablus, *putridum & fetidum.* Complutenses *corruptum.* Regia, *gravè olentem;* Chaldaeus, & Septuaginta, *immundum.* Pagninus in versione, & Biblia Guarini, *Contemptibilem.* & existimat Pagninus & alii deduci per methathesim litterarum à *chala*, unde dicitur spuma, vel *rabigo oleæ*, Ezechielis. 24. sed cum hoc tantum loco inveniatur hæc vox, & Psalmo. 13. & 52, ubi etiam vertitur *inutilis.* Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, potius fidem adhibebo Vulgato & Septuaginta. quam *inutilis* significationem agnoscunt etiam Complutenses, & retinet Tygurina; præsertim cum res ipsæ connectæ sint. nam quæ putida, inutilia sunt & rectè in hominem peccatorem convenit, qui inutilis est. quam rem Paulus etiam cum abominatione conjunxit ad Titum primò. *Cum sint* (inquit) *abominati, incredibiles, & ad omne opus bonum reprobati.* id est, inutiles, reprobandi, rejiciendi, certo experimento minimè probati, quorum inutilitas explorata & comperita sit, post examen & probationem minimè fideles, utiles ve inventi; quæ omnia affert Græca vox *adochimos*, qua etiam voce dicuntur Græcè, adulterium, numisma, sicut & Jeremiae. 6. dicitur; *Argentum & reprobum vocate eos.* è contrario verò dicitur. 2. ad Thimotheum. 2. *Si quis emundaverit se ab istis, erit vas in honorem sanctificationis, & utile Domino, ad omne opus bonorum paratum.* nam mirum est, quàm sit justus ad omnes opportunitatem, & utilitatem accomodatus! hæc autem peccatoris inutilitas, aut propter immunditiam, aut propter causas alias ex solo infirmitatis nomine exprimitur

1. Cor. 16. 22

3

Inutilis quid in Hebræo

אֲלָח

R. Mardoch. Pagni. Cajet. Vata. Complut. Regia Chald. LXX

אֲלָח

Ezech. 24. 6 Psal. 13. 3 & 52. 4

Tygur.

Ad Tit. 1. 16

אֲדוֹכִימוֹס

Ter. 6. 30 *Plata que non se dexa labrar para nada es buena. 2. Thim. 2. 21

Ezech. 14. 5

Peccator cetera inutilis, igni opportunitas.

Eccle. 14. 5

Pfal. 12. 8. 6

Luc. 13. 8

Pfal. 1. 3

Pfal. 23. 4

Ephes. 4. 19

Avaritia sitis inexplibilis

Ezechielis. 15. *Quid fiet de ligno vitis &c.* & postquam nulli vsui accomodatum esse dicitur, igni tandem non inutile futurum esse, videlicet tanquam æterni supplicii, divinæque justitiæ aptam materiam, Deus ipse testatur; *qui enim sibi nequam est, cui alii vsui bonus erit?* quod amplificatur Psalmo. 128. cum neque igni commodus videtur asseri peccator, quia neque uri, calamitatèsq; pati patienter novit; *Sicut fenum tectorum, quod priusquam evellatur, exaruit, de quo non implebit manum suam, qui metet, & sinum suum, qui manipulos colligit.* de hujusmodi enim scriptum est; *Ut quid terram occupat?* videlicet arbor a deo inutilis, ut neque folia umbræ alicujus proficuae usum præbeant: cum è contra justus sit arbor, cujus fructus, folia, flores omnino multas commoditates habeant. quale describitur lignum illud, *quod plantatum est secus decursus aquarum.* Psal. 1.

Qui bibit, quasi aquam, iniquitatem. Fortè hæc est inutilitatis ratio quædam; nam cum homo, in eum finem conditus sit, ut Deum creatorem coleret, qui longius à suo fine aberrat, frustra creatus videtur, vanus, inutilis; juxta illam Philosophi doctrinam, de fine, & vano; nimirum *accipisse in vano animam suam.* Sed fortè etiam aliam impiorum hominum depravatione nunc significat; quòd videlicet sicut in peccato natus, ita videatur homo peccandi assiduitate altus, & educatus. quam depravatam consuetudinis & propensionis ad malum, rationem, commode, ex aqua, bibendique similitudine ducit. Primo enim *bibere*, afferre videtur vehementem quandam appetitionem sitientis pectoris & ventriculi, & pravæ concupiscentiæ ardore, qui vix largissimo, & copiosissimo potu multorum scelerum restinguì possit. neq; absre est, quod Empedocles existimavit per ignem, qui res dividit, litem; per aquam, quæ glutinandi, & continendi vim habet, amicitiam vehementem significari. quæ profectò ardenti illi concupiscentiæ affinis est. Quam peccandi inexplibilem sitim, indicavit Paulus Ephes. 4. dum de impiissimis hominibus dicit, *Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitie. in operationem immunditiam omnis, in avaritiam avaros, enim appellat avidos, sitibundos, inexplibiles peccandi, avarorum instar qui quò plus, habent plu-*

ra sitiant. Secundò etiam bibendi appellatione voluptas quædam, & sitis refrigerium significatur. quare Polychronius hoc dicit existimat propter eos, qui sponte peccant, nulla re adversa aut necessitate coacti, & ut Gregorius ait, *qui bibit, facile transmittit potum, non enim necesse est commendare dentibus; ideo bibere, afferre peccandi promptitudinem, & facilitatem: sine mora, sine impedimento.* Quæ res sub impetu quodam, & celeritate est qui præcipitis explicatur Jeremiae. 8. *Omnes conversi sunt ad cursum suum, sicut equus impetu vadens ad prælium.* quem in medio cursus incitatissimi, nulla vis aut ars retardare possit.

Ex ratione autem aqua, quæ facile parabilis est, cum vinum valde pretiosum sit, illa etiam peccandi facilitas considerari potest, quòd peccator & Deum offendat, atque se ipsum divendat nulla pretiosissimæ rei jacturæ consideratione, & ratione habita, sicut Proverb. 10. dicitur, *Quasi per risum stultus operatur scelus,* & Psal. 49. *Sedens* (quasi per incuriam, & per otium, quali nihil agens, *adversus fratrem tuum loquebaris.* quod Proverb. 18. dicitur; *Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.*

Sed præterea significatur, prava quædam peccandi consuetudo, quæ etiam sine voluptate hominem rapiat, conjiciatque in multa scelera; nam propter voluptatem dictum est Proverb. 4. *vinum iniquitatis bibunt.* ceterum in aqua nihil inest dulcedinis, sapor nullus. eò enim improbitatis & corruptissimæ consuetudinis evadit aliquando impius, ut vel solo peccati, & impietatis nomine, nulla præterea mercede proposita, peccato inferviat. quod noster ille breviter, æquè ac significanter expressit.

Que si el peccar virtud fuerat, No peccava, por peccar.

Hujusmodi projectissimis peccatoribus ait Jeremias; *Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti.* nam in via peccatorum currendi studio, & contentione, siti & ardore pene enecabantur, & exulcerabantur pedibus, totique manabant sanguine. respondebant verò illi nihilo meliores facti; *Desperavi, nequaquam faciã, adamavi quippe alienos, & post eos ambulabo.*

5

Bibere aquam ad voluptatē. Polychro. Gregor. Peccandi promptitudo, nunquam retardata

Jerem. 6. 8.

6

Aqua rei facile parabilis symbolum.

Prov. 10. 23

Psal. 49. 20

Prov. 1. 8. 3

7

Consuetudo prava etiam sine peccati voluptate

Impius adomne scelus projectus

Jer. 2. 25

8
Aqua malum
intimum

Pfal. 108. 18

Prov. 23. 31

Tandem aq̄e potione significari potest ingens quoddam & immedicabile malum, quod peccato, velut venenata potione suis ipse visceribus infert impius, sicut scriptum est, *Intravit sicut aqua in interiora ejus.* cum igitur ex hac parte aq̄e assimilatur, at ex eo vini perfimile peccatū est, quod primo aspectu instar vini *splendet in vitro, & flavescat color ejus;* atque odore & dulcedine demulceat sensum; postea *mordebit ut coluber.* id est, velut viperinum venenum, & *sicut regulus venena diffundet.* Recte igitur his omnibus de causis dictum est, *Bibit iniquitatem, sicut aquam.* & forte quidem copiam & abundantiam, *bibendi* etiam appellatio affert, cum se homo bibendo implet, & ingurgitat. peccatis. de quo dicemus iterum inferius

cap. 34.

XVII. Ostendam tibi, audi me: quod vidi, narrabo tibi.

- Ostendere quid proprie Videre ad revelationem referri.
- Sapientes suū sapientiam non sibi arrogāt, sed ad alios magistros referunt Pater pro magistro, explicatus Moyses.
- Principes sua sapientia et experimentis profunt subditis. explicati Salomon & David.
- Dari principem à Deo,

frequens scripturae phras. Alienus in sacro sermone pro infideli, & ethnico, deinde etiam pro hoste & inimico. Peregrinus apud sacros, & prophanos, pro inimico. Illustrati David, Isaias, Salomon. Peregrina pro meretrice, 6. Transire, aut pertransire, habitus est, vincens, & debellantis.

I

D. Thom.

Dionys.

Ostendere quid proprie

יהוה

Cajeta.

Hinc incipit secūda hujus capituli pars in qua, ut Iobum vellicet, de impiorum supplicio differit. *Ostendam tibi.* Div. Thomas supplemendum existimat; ea quæ tu scire cupiebas, cū Deum de causis tuarum ærumnarum, percontareris. Dionys. *ostendam tibi* tuum errorem, sed proculdubio referendum est ad id, quod sequitur; *Ostendam,* proprie, annuntiabo, declarabo, illuminabo, cæcucienti tibi, & in maximis tenebris versanti, verissimam doctrinam lumen præferam: interim attentum te, & patienti animo objugationem meritissimam audire volo. *Quod vidi;* quod asi dua contemplatione, & experimento cōperi. Cajetanus indicare videtur illam eandem capituli. 4. revelationem, nunc repetere

re aut vero persequi, sed mihi non displicet aliquam aliam revelationem nunc proferre. consonatque verbum *videndi,* quod illud ipsum est, a quo propheta dicuntur *videntes.* quàmquam Græci & alii ad doctrinam ab aliis senioribus sapientioribusque acceptam pertinere existimant, propter sequentem sententiam.

יהוה

Videre ad revelationem

XVIII. Sapientes confitentur, & non abscondunt patres suos.

Quod ipse viderit, multorum sapientum testimonio comprobatum asserit, qui etiam parentum suorum testimonium ad ejusdem rei confirmationem adducunt. ita ferè omnes Latini, & Græci. Sed fortè hæc de seipso dicit Eliphaz; Ego (inquit) vidi, ab alio doctore accepi, non ego ex meo cerebro fingo; nō enim est sapientum novorum dogmatum seipso auctores inventorésque constituere; sed potius ingenuè, & submissè quæ ab aliis acceperint, confiteri, & patres, magistrósque suos, per quos in sapientia profecerint, libenter producere, & nominare. Cum quo sensu non incommodè necti potest sequens sententia. Ideo nobis, videlicet, submissus, & juxta sapientia præceptum nos gerentibus, *data est terra,* quam possidemus nullis prædonū incurfionibus infestatam &c.

2

Comunis expositio

Sapientes suā sapientiam ad alios magistros referunt

Hic vides iterum patris nomen, pro magistro. quo nomine Ioseph dixit se *Patrem Pharaonis.* ut qui illum de divinis instrueret, atque in agendo moderaretur; non secus ac pater filium, Gen. 45.

Pater pro magistro.

Genes. 45. 8.

XIX. Quibus solis data est terra, & non transibit alienus per eos.

Hæc, inquam, est sapientum doctrina accepta, qui res publicas moderabantur, & in summa pace atque tranquillitate cō-

3

contine

Principes sua sapientia profunt subditis.

Eccle. 1. 13. 14

Psal. 31. 8

* Prestatere mis oios y mi delengano, para q veas por donde vas.

4

יהוה

Dari ad principes, & magistratus referri.

Gen. 41. 43

3. Reg. 16. 2

3 Reg. 11. 18.

5

Eugubi.

tinebant; propterea que potuerunt experimentum capere de aliorum tyrannorum infelici exitu, supplicioque divino; præsertim cū se viderent Dei beneficio, rerum suarum in summa securitate atque tranquillitate potitos. quare Regum, & publicorum magistratum experimentum hoc, ut quod verissimum & reliquis valde salutare futurum sit, summa veneratione excipiendum est. Non aliter profectò Salomon omnia bonorum genera expertus, experimento sapientiaque sua, tum Regibus aliis, tum vulgo & multitudini consulere voluit; Ego *Ecclesiastes fui rex in Ierusalem, & proposui in animo meo, querere, & investigare sapienter de omnibus.* & deinde; *Vidi cuncta, quæ fiunt sub sole.* id est, expertus sum, nam suo experimento & oculis prodesse nobis cupiebat; uti dicebat David Psalmo. 31. *divinam providentiam & rationem agendi cum mortalibus expertus; Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradiaris;* firmabo super te oculos meos. id est, commo datò tibi dabo meos ipsos oculos, ne in via offendas.

Data est terra. Permissa, concessa, tradita tanquam moderatoribus. nam verbum *Nathan,* significat aliquando dare aliquid alicui tanquam præposito, aut aliquem in aliqua re constituere & ponere, principem & præfectum. ut inde discamus principes & magistratus optimos dari à Deo, pro ingenti dono, & beneficio. atque adeo *omnem potestatem esse à Deo.* unde Genes. 41. dicitur ab hac radice; *Præpositum esse scirent universa terra Aegypti & Numer. 14. Constituamus (Hebraicè, de mus, ponamus) nobis ducem.* 3. Regum. 16. *Posui te ducem.* Hebraicè, & Septuaginta; *Dedi.* & 3. Regum. 11. *Et terram delegavit,* Hebraicè, *Terram dedit ei.* id est, præfecit cuidam regioni. similiter hoc loco, *quibus terra data est.* id est, qui præfecti sunt terræ, populis, regionibus.

Et non transivit alienus per eos. Valde durum, quod Eugubius contendit, hoc pertinere ad illam sapientum doctrinam, cui nemo contradicere audebat, nemo illam contemnere, aut conculcare. simplex igitur & germanum, ut optimorum principum circumlocutio sit, quorum optima administratio res publicas suas tuebatur, omnemque hostium injuriam pro-

pullabat.

A alienus. Externus, inimicus. Sed ut constare possit, quod *alienus* hostem significat, observandum est, quod Dei quidem populus, & qui ex genere Abraham erant, cæteras alias nationes alienas & peregrinas vocabant, id est sicut sui sanguinis, ita suæ religionis exortes Psalmo. 37. *A alienati sunt peccatores à vulva.* id est, quasi alieni additi sunt alteri religioni, & peregrina numina colunt. Isaiæ. 1. *Dereliquerunt Sanctum Israel, & ab alienati sunt retrorsum.* quasi non esset *Deus de longe,* & à suis patribus agnitus, sed *Deus de prope,* id est cum quo non intercessisset diuturna familiaritas, sed recens esset visus, recensque auditus, nunquam antea cognitus.

Et quia omnes alieni & exteri invisum exosumque habebant populum Dei ut qui ab illorum vivendi ratione longe recederet (servum enim Dei persequuntur impii omnes) ideo *alienus* aut, *alienigena* pro hoste usurpatur; nam bella civilia, & quæ contra externos, & alienos non sunt, contra naturam esse videntur; non enim *domestici* hostes esse debent; sed exteri, alieni, sicut Scriptum est; *Surget gens contra gentem, & regnum adversus regnum.* id est, adversus aliam exteram nationem. Isai. 1. *Terram vestram coram vobis alieni (hostes) devorant.* Psalmo. 53. *Quoniam alieni (familiares Saul hostili animo & barbarorum more) insurrexerunt adversum me.* Psalmo. 143. *Erue me de manu filiorum alienorum.* id est, meorum inimicorum, quorum vivendi institutum longè à meis moribus abhorret. sic etiam Latinus ait, alieno animo esse, vel alienum, alienatum vé ab aliquo, pro eo quod est, minimè amicum. & Varro quidem de verborum origine scribit, *Peregrinum* (qui idem est cum alieno) dici; quem quondam perduellem dicebant. id est, hostem. idemque docuit Cicero, *Hostis* (inquit) *apud majores nostros, quem nunc peregrinum dicimus.* Quare cum Salomon Proverb. 5. meretricem appellat *alienam, alteram vé,* fortè verè amicitia, verique amoris rationem meretrici denegare videtur, & verissimam potius inimicam esse docet. *Quare* (inquit) *seduceres fili mi ab aliena? & foveris in sinu alterius?* quàm etiam antea inimicam & crudelem dixerat; illis verbis

A alienus pro hoste & infideli.

Psal. 157. 4

Isa. 1. 4

* Como q no fuera el Dios conocido de sus padres, se estrañarò del y se fueron a otros estraños.

Luc. 21. 31

Isai. 1. 7

Psal. 35. 5

Psal. 143. 7

Varro. de Orig. verb. Peregrinus p hoste

Cicer. lib. 1. of sic

Prov. 5. 20

Peregrinapro
mesetrice
Donatus

Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena. Latinus certe, peregrinam pro meretrice v-surpat, ut observavit Donatus, ad id Terentii in Andria, Adeon est demens ex peregrina sed hujus appellationis alia forte ratio est. Vides igitur abunde confirmatam illam alieni pro hoste & inimico appellationem.

6
Transire, hostis debellantis est
Isa. 52. 1
Nab. 1. 15

Transire autem, aut pertransire habitus est hostis incurrentis, excurrentis, procul cautis, depopulantis regionem aliquam Isaia. 52. Non adjiciet, ut pertransit per te in circumcisus. externus, alienus. & Nahum. 1. Non adjiciet ultra, ut pertransit in te Belial. id est, alienus a communi nostrae religionis jugo, & lege, exlex, alienus; Quare cum legem dicitur Deus posuisse aquis, ne transirent fines suos, hostium saevissimorum instar, illas continuisse videtur, ne exundantes, excursionsque facientes, terram de popularentur.

Prov. 8. 29

XX. Cunctis diebus suis impius superbit: & numerus annorum incertus est tyrannidis eius.

Isa. 57. 20

שׁוֹרֵר

שׁוֹרֵר

Complut.
Pagnini.
& Mardochei.

Haec sunt sapientissima illa dogmata tot praevius laudibus expectata, & celebrata. Impius, impiè, & iniquè agens, inquietus, seditiosus, tum in suo corde sicut mare fervens, quod quiescere non potest, tum alios seditione tumultuque & trage diis excitatis infestans, & conturbans; à verbo, *Rasigh*, quod est inquietum aut seditiosum esse. Quod autem dicitur, *superbit*, non constat an ea sit propria significatio verbi, *Kul*, nam Complutenses quindecim significationes illi tribuunt; Pagninus septem; Rab. Mardochei, quinque aut sex. sed attentis & expensis omnibus locis in quibus reperitur, videtur propriè significare dolorem aut cruciatum, languorem, pavorem, animi vè commotionem aliquam, quae ex subjecta materia moderationem, & speciem peculiarem accipit; ut vel significet dolorem parturientium; vel enitentis, & molientis facinus aliquod; vel sollicitudinem, & molestissimam anxietatem desiderantis rem

quampiam, aut cruciatum & poenam hominis excipientis, & sustinentis incursum, impetum vè alterius; timentis vè hostem, aut ruinam. quare frequenter vertitur à nostro interprete, *parturire, dolere, contremiscere, commoveri, expectare, venire, irruere*. Hinc orta est jucundissima lectionum varietas. Septuaginta; *Omnis vita impii in sollicitudine*. Aquila; *in dolore Hebræus apud Cajetanum; impius dolens*. Regia; *Se excruciat. alii; Sibi ipsi dolori, & cruciatui est*. Pagninus; *doler, ut parturiens*. & Tygurina per paraphrasim; *omni tempore sibi asciscit dolores parturientis femina: cum quo id facit Psalm. 10. quod ab eadem radice dicitur; Inquinata sunt via illius in omni tempore*; Hieronymus juxta fontem; *Parturiunt via illius in omni tempore*. id est, quicquid agat, & enitatur, semper dolet, sollicitudine conficitur, desiderii aestuat, timoribus cruciatur, denique inter spem metumque nunquam non angitur. quare cum impio multa desideranti, multa expectanti, multa timenti dictum est, ut animæ pedes, & affectiones contineat, *Prohibe pedem tuum a nuditate*; quid nudis pedibus premere, & calcare cogatur, docet Sapiens Proverb. 22. *Arma, & gladii in via perversi*. Septuaginta; *Tribuli, & laquei in viis perversis*. ut necesse sit intimis animi affectionibus, & cordis sensu pungi, configi, dolere, excruciar. quod idem Sapiens Proverb. 15. eleganti alia translatione expresserat; *Iter pigrorum, quasi saepes spinarum*. semper enim obvias habent difficultates spinis obitas, quas cum summo dolore, atque discrimine transilire, & prætergredi compelluntur, si vororum suorum compotes esse velint ergo inquit Eliphaz; *Quamvis impius videatur felix, sed illa felicitas ementita & fucata est, potiùs asidius animi dolor, & cruciatus*. Sed Vulgatus interpret videtur hunc dolorem, & animi commotionem accepisse activè pro eo dolore, & cruciatu, quem saevus, insolens, que tyrannus infirmioribus hominibus per summam violentiam infert; ideo *superbientem impium* hoc loco ad rem totam illuminandam interpret dicit; nam dum *superbit impius* (id est, dum superbus vivit, dum insolenter, & iniquè agit) *incenditur*, (urit, dolet, cruciatur,) *pauper*. neque sine exemplo id facit

LXX.
Aquil.
Cajet. Hebræ.
Regia
Pagni

Tygur.

Pf. 10. 5.
Hieronym.

Jer. 2. 25

Prov. 12. 5
LXX

Prov. 15. 19

Pf. 9. 23

interpres

Chald.
symmach.
Theodot.

interpres, nam Chaldaus, atque Symmachus legunt, *effertur arrogantia*. Theodotio autem, quam noster dixit, *superbiam*, ad vanitatem quandam, & inanem factum retulit; *Impius frustratur*, evanescit; *superbit*; sed concidunt, deficiunt, pereunt statim illius conatus. quod non potest illi non summum animi dolorem, atque molestiam incredibilem afferre. & hac fortè ratione *superbire*, pro dolere, cruciari, & parturire dictum est; quod superbus, & ambitiosus tyrannus magna semper ambiat, & difficili desideriorum multorum semper partu laboret, multa moliens, & enitens, nihil verò perficiens, proficiens vè. comòdè præterea *impies superbire* dicitur, quod superbie, omnis generis impietas comes esse soleat, quare ut summam impiorum improbitatem significaret, *superbiam* nominavit; unde Diabolus per excellentiam vocari solet *peccator*, seu, quod idem est, *superbus*. Psalm. 35. *Non veniat mihi pes superbiae, & manus peccatoris non moveat me. ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem*. Pes, inquam *superbiae*, quod *superbia* sit viæ dux, quem cætera vitia sequuntur, & cujus vestigiis insistant; vel, *pes superbiae*, id est, superbiissimi dæmonis, nam ille me, inquit David, tum pedibus, tum manibus pettrahet in extremum culpæ suppliciique æterni precipitium; *ubi ceciderunt omnes, qui operantur iniquitatem*. quasi omnibus impiis hoc sit commune vitium *superbire*, & adversus Deum, & homines insolescere. Quare illa est impiorum, serò licet sapientium, communis, & una vox; *Quid nobis profuit superbia?*
Et numerus annorum incertus est tyrannidis eius. in Hebræo ad verbum; *Numerus annorum absconditi sunt tyranno*. Gharits; quam vocem noster interpret inferius cap. 27. reddidit *Violentum*; Ezechie. 35. *Crudelissimum*; Isai. 25. *Robustum*; at Septuaginta Psalm. 5. *Potentem*; Psal. 53. *Portem*. cum hoc ergo loco redditur *tyrannus*, aut *tyrannis*, de fortitudine, & potestate sermo est, quæ in regia dignitate residet; non enim semper *tyranni* appellatio malè auditur; ut enim Trogus dixit, Reges quondam ob fortitudinem *tyranni* dicti sunt. sed, quod vero similius est, cum de impiis agat, *tyrannidè* in malum accipit, dum frequentiori hujus nominis apud Latinos usu, pro saeva & crudeli dominatione, quæ non certis, & æquis legibus, sed iniqua vi, & libidine

Superbire pro
dolere, & cruciari.

Ps. 3. 12. 13

Sap. 5. 8

Hebr.
שׁוֹרֵר

Iob. 27. 13
Ezech. 35. 12
Isa. 25. 3
Psal. 53. 5
Tyrannus, nō
semper malè
audit.
Trogus

dominetur, intelligit autem Cajetanus hanc sententiam de violenta morte. quæ ferè semper potentissimi, & immanissimi quique tyranni malè pereunt. Sed nō est opus ad mortem ipsam referre, cum sola mortis memoria, & asidius timor, atque illa ignorantio, & incertitudo vitæ annorum, potens sit felicissimum quemque atque potentissimum excruciare, ut Ecclesiasticus indicavit cap. 40. *Cogitationes eorum, & timores cordis, ad inventio expectationis, & dies finitionis*. & cap. 41. *O mors, quam amara est memoria tua* (sola recordatio & formidō omnem vitæ dulcedinem diluit & corrumpit) *homini pacem habenti in substantiis suis, viro quieto, & cujus via directa sunt in omnibus, & adhuc valenti capere cibum*! Fortè etiam non tam de morte, quàm de dominandi potestate sermo est; Nescit quamdiu duratura sit ejus dominatio & potestas; quod indicavit Catenæ auctor, existimans his verbis Iobum ab Eliphaz perstringi, qui brevi felicitate potitus, ad æternas postea devolutus est.
Cum autem dicitur, *incertus numerus annorum tyranni*, indicatur esse ingentis stultitiæ genus *tyrannidem* exercere, cum nescias quamdiu tibi vivendum sit; nam si servus vigilet, expectetque dominum, nihil habet cur timere debeat; at si dixerit *malus servus in corde suo, Moram facit Dominus meus venire; & cepit percutere conservas suos manducet autem, & bibat cum ebriosis, veniet dominus servi illius, in die qua non sperat, & hora, qua ignorat, & dividet eum* &c. Dicuntur præterea *incerti anni*, propriè, celati, & absconditi, quasi res pretiosa, & Theaurò digna. quis enim ignoret pretiosum esse vitæ tempus, & dies singulos ex suo thesauro Deum proferre, nobisque, pro ingenti unumquemque beneficio, conferre? nam non annos, & dies solum, sed horas etiam atque momenta ille potuit in sua potestate.
XXI. Sonitus terroris semper in auribus illius: & cum pax sit, ille semper insidias suspicatur.

Ecclesi. 40. 2.

Ecclesi. 41. 1.

Nicetas

Matt. 24. 48
Luc. 12. 38. 39
Mar. 13. 22.

Act. 17

Yy 4 Pertur

- 1. Perturbata conscientia terrores. Sonitus de malo vicino
- 2. Impius omnia in decorem accipit.
- 3. Concentus harmonicus est impio, sonitus terroris. Sonitus terrifico iusti minime laedi. Illustrata Sapientia.
- 4. Mala impiorum securitas & repentinus interitus. Explicata Sapientia.
- 5. Impiorum externa pax, interna formido.
- 6. Impiorum cordis super-illustratus Salomon.
- 7. Impius semper hostem timet. Tyrannus praesertim.

I. Perturbata conscientie terrores

Sonitus, malum proximum significat

Ter. 4. 19

Nab. 3. 2

Perturbata conscientiae timores commemorat. in Hebræo, *sonitus terrorum*, ut numerus multitudinis significatione augeat. id est, *sonit*° maximè *terrificus*, vel portendens terribilia mala, & impendentia discrimina. nomè autem, *sonitus*, timorem affert; nam cum timor de re abfenti fit, quantum vicinius malum est, tantò maiore timorem injicit; tunc autem proximum est, cum *sonitus* adventantis & perstreptis auditur; tunc timor etiam summus. similis est formidinis amplificatio apud Ieremiam; *Non tacebo, quoniam vocem buccinae audivit anima mea.* & cum Nahum magnam illam adventantium hostium formidinem describit, & valde vicinam suorum civium stragem praedicit; *Vox flagelli, & vox imperus vocis;* simile est illud.

Fallor, an arma sonant, non fallor, arma sonabant.

Vicinum malum significat, & vim timoris ingentem. similiter itaque, *sonitus terroris*, terrificus, semper in *auribus impii*; id est, semper timet, expectatque timidus vicinum, imminensque malum.

Præterea etiam impius timorem habet aspidum in auribus commorantem; nam quidquid audit, malignè & in perniciem suam interpretatur; & quæ sunt verissima amicorum monita, & salutaria consilia, existimat esse machinamenta, & dolos ad suum interitum comparata; & cum ipse omnes decipere studeat, ab omnibus sibi verba dari credit. sic ille habet pavidas & formidolosas aures.

Tum etiam quod aliis concentus musicus, & murmur suavissimum esse solet, quod aures, animumque demulceat, impiis tamen terror & formido est. nam quem non recreet levis auræ commotio, & per strepitum foliorum mollis illa, quæ lenior ventus efficit, collisio, murmurvé præterlabentis rivuli? at impios *terrebit sonitus folii volantis*, & ita fugient, quasi gladium. Sic Sap. 17. de Aegyptiis; *Sive spir-*

2. Impius omnia in decorem interpretatur

3. Harmonicus sonitus fit impio, sonitus terroris

Levi. 26.

Sap. 17. 19. 20

tus sibilans, aut inter spissos arborum ramos aviù sonus suavis, aut vis aquæ decurrētis nimii (Septuaginta, *aut rithmus aqua*) *aut sonus validus precipitatarum petrarum, aut ludentium animalium cursus invisus, aut mugientium valida bestiarum vox, aut resonās de altissimis montibus echo: deficientes faciebant illos præ timore.* Semper igitur in illorum *auribus terroris sonitus* iustus verò etiam subitus *de celo sonus adventantis spiritus vehementis*, non solum timorem non facit, verum incredibilem lætitiā affert. exemplum videas in Madianitis Iudi. 7. cum ad buccinarum clangorè, & lagenarum complosionem Madianitarum castra turbata sunt. & in Syris. 4. Regum. 7. *Dominus sonitum audiri fecerat in castris &c.*

Et cum pax sit, ille *insidias suspicatur*. Præcedentis partis expositio videtur, sive potius amplificatio cujusdam malæ impiorum securitatis. In Hebræo, *In pace prado, aut vastator veniet ei.* id est, si contingat impium nihil timere, sed securè agere, illud tunc pejus, quòd subitò tunc & inopinatò opprimetur. Paulò clariùs legerunt Septuaginta; *Cum putaverit se esse jam in pace, veniet ejus subversio.* id est, cum adversus ea quæ timebat, multa sollicitudine se præmunierit & comparaverit, atque certò existimet res jam suas omnes in tuto esse, audiet terrificam vocem; *Stultè hac nocte.* Res quidem multis sacris oraculis confirmata; *Dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet. cum enim dixerint, Pax & securitas: tunc repentinus eis superveniet interitus. sicut dolor in utero habentis, & non effugient.* Hujus rei imago fuit strages illa primogenitorum in summa noctis securitate & silentio. Sapient. 18. *Cum enim quietum silentium continerent omnia, & nox in suo cursu medianiter haberet omnipotens sermo tuus* (Ialsio, verbum vindicans & puniens) *de celo à regalibus sedibus *durus debellator, in mediam exterminii terram prosilivit, gladius acutus insimulatum imperium portans* (sermo inquam ille jam non amplius usus dissimulatione, & tarditate, sed supplicium præsentissimum inflicurus) *& stans replevit omnia morte.*

Sed rogas, qua nam ratione cohæreat, ut improbus in pace sit, cum terroris & hostium sonitus semper ad illius aures personet, & cum *impis non sit pax?* Isai. 48. & 57. Responderi potest, quod ad externa attinet, *in pace sunt, ea quæ possident*, nemine illi aut insidiatè aut contradicente &

LXX.

Acto. 2. 2

Ind. 7. 4. 7. 20

4. Reg. 7. 6

4

Tex. Heb. Mala impiorum securitas

LXX

Luc. 12. 26.

1. Thes. 5. 2
1. Petr. 3. 10.
Apoca. 3. 3. &
c. 16. 7. 15

Sap. 18. 14. 15

*Aster de buè capitano die à media nocte sobre sus enemigos, al hilo del mayor descuydo.

5

Quæ impiorum pax, quæ item formido. Isai. 48. 22. & 57. 7. 1 Luc. 11. 21

ut Eccle

Eccle. 4. 1

Pf. 72. 4. 7. 1. usque ad. 13

6

Impiorum cordis stupor

Prov. 23. 34. 35

7

Impius semper hostem timet Sap. 17. 11

Prov. 28. 1

Prov. 22. 5

ut Ecclesiasticus ait, *pacem habet in substantiis*, etiam à forensi tumultu securus, & liber. Quis enim potentissimis istis hominibus, quàmvis raptores & prædones sint litem intendere, & diem dicere audeat? atque hanc incredibilem rerum omnium abundantiam, & pacem mirabatur aliquando Regius vates Psalm. 22. *Pacem peccatorum videns.* Cæterum; quod ad internum animi sensum attinet, semper illi insidias suspicantur.

Adde etiam aliquando impios ed stupiditatis devenire, & tam gravi veterno sopitos esse, ut neque has cordis pulsationes animadvertere velint; moribudis hominibus similes, quos cum pleuritis, aut acerbissimus alius dolor vexarit, sed jam rupto apostemate, aut stupente corpore, sensum amittunt, atque putant, se in summa pace & securitate valetudinis jam esse; cum tamen remittente sensu, vitam, quoque deficere necesse sit. Eleganti sanè comparatione rem hanc ex Prov. 23. intelligere possumus; nam ebrius homo si gubernator navis sit, cum in summo periculo versetur, & ipse suaque omnia periculum eant, altissimo tamen somno, & rerum oblivione immersus jacet; impius itaque erit, sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clavo: & dicit; *Verberaverunt me, sed non dolui; traxerunt me, & ego non sensi; quando evigilabo, & rursus vna reperiam?* Impios aliquando quietos & tranquillos appellari in sacris aliàs diximus. sed corripit tamen illos subitus *terroris sonitus.*

Vulgatus tamen interpres sapièter sententiam hanc & metum prædonis aut vastatoris, retulit ad illos conscientiae terrores, & insidiarum suspitionem, de quibus antea dixerat, quòd tum cum *perturbata conscientia*, tum etiam cum aliis Scripturæ locis convenire videret, hac ratione; *In pace*, id est, cum nemo illi malum moliat, *prado veniet ei*, id est, prædonum adventum & impetum timet, & *insidias vastatoris suspicatur*, & fugit, ut Sapiens ait, *nemine persequente: iustus autem quasi leo confidens, absque terrore erit.* Quam iusti firmam, impavidamque constantis animi faciem multis testimoniis sacræ litteræ confirmant; Proverbiorum. 2. 7. 21. Psalm. 26. 7. 3. Isai. 11. 7. Baruch. 3. 7. 3. Hinc illud; *Arma & gladii in via perversi.* nam cum *in pace sit*, armatos hostes, & bellicas *insidias suspicatur.*

Hos malæ conscientiae terrores pulchrè descripsit Cicero, & Pro Roscio elegantè ait, *Reges, atque tyrannos, qui aliis legibus & iudiciis non tenentur, natura tamen lege & conscientia iudicio vexari & torqueri.* Nā, & alius dixit, *Nemo se iudice nocens absolvitur.* Sapienter hac de re scripsit Seneca. *Tutum (inquit) aliqua res in mala conscientia præstat; nulla securum. nocens habuit aliquando latendi fortunam; nunquam fiduciam. inter summos, mox veretur; & quoties alicujus scelus loquitur, de se cogitat. dat poenas, quisquis expectat.* Quæ præsertim res in eos covenit, qui aliis nocuerunt. nam ut idem Seneca dixit; *Impius tantum metuit, quantum nocet.* hac de re vide in Plutarcho de fera numinis vindicta Bessii exemplum, cui hirundines illius scelus prodere videbantur & audiebantur. Et quidem Vulgatum illud proverbium est *Fures clamore.* Solus Chaldæus aliter locum hunc accepit de pace sanctorum, & æternis impiorum cruciatibus; *Quando (inquit) iusti habitabunt in pace in vita æterna, vastatio veniet ei.*

XXII. Non credit, quòd reverti possit de tenebris ad lucem, cir cui spe stans undique gladium.

- 1. Impius in adversis non habet sublevantem se. Iustus fidens de divina ope illustrati David, & Salomon.
- 2. Impius abicit spem melioris conditionis, & mutanda mentis.
- 3. Quid circumspectare in Hebræo. Gladius hostiles insidie. Quid gladium videre, vel a gladio prævideri.

Quod ad lectione attinet, in Hebræo & Græco, nō est lux, neque in plerisque Vulgatis. Gregorius tamen, & alii codices, atque Vaticanus novissimè illam habent; & videtur addita claritatis gratia cum sensum nihil mutet, sed tantum illuminet. Hebræus autem apud Cajetanum, sic legit; *Non credit plus ab obscuritate.* id est, cum jam se existimaverit tutum, atque liberum à tenebris discriminum, in mortè & in gladium incurret. Nescio itaque cur verbum *revertendi*, quod in Hebræo & Græco est, expunxerit; nam sic ex verbo legitur; *Non credit reverti de tenebris.* id est, cum omni & Dei & amicorum præsidio destitutum se videat, si fortè ruat in tene-

Cicero lib. 1. & 2. de finibus & Pro Roscio

Seneca epistola 97. & 105

Plutarch. de fera numinis vindicta.

Chald.

I. Gregor.

Cajet. Hebræ.

שׁוּב

Yy 5

bras

Impius nō habet sublevan- tem se

Pf. 54. 23.

Sap. 10. 4.

Sap. 14. 3.

Pfal. 133. 11.

Ecl. 4. 10.

Cp. 5. 16. n. 1.

2

Interna impi- rum vincula, & tenebrę

Philip.

Obstinatio impiorum. Pfalm. 54. 21. Ierem. 8. 5.

*Alca su ma- no dell'os, pa- ra castigallos

bras, sibi sui que rebus adeo diffidit, ut de reditu ad lucem, melioremque statum desperet. Ideo valde sollicitus, anxiusque vivit, & curat, ne unquam alicujus ope sibi opus habeat. Propterea David Psalmo 54. pium justumque virum securę agere, omni sui cura & sollicitudine deposita jubet; *Tacta super dominum* (id est, poteris tanquam infantulus, qui neque se, neque sua curat, uni suorum parentum curę cōmissus, securę & tranquillę vivere) & *non dabit in aeternum fluctuationem justo*. id est, tra- de etiam tuę puppis clavum gubernatori Deo; ille enim ē maris, pro cellarūque omnium discriminibus, incolumem te perducet in littus; nam illius *Sapientia, per contemptibile lignum, justum gubernat*. ut Sa- pientia ipsa cap. 10. testatur. & iterum. c. 14. *Tua autem, pater, providentia ab initio cuncta gubernat: quoniam dedisti & in mari viā et inter fluctus semitam firmissimam; ostendens quo- niam potens es ex omnibus salvare, etiam si sine rate quis adeat mare*. Impii verō, quibus neque humana neque divina benevolen- tia auxilio sit, *in miseriis non subsistunt*; nam cum cadunt, *non habent sublevantem se*. suis ipsi curis obruti, & fluctibus immergi, pe- reunt, & ideo sibi subdit David; *Tu verō, Deus, deduces eos in puteum interitus*, ex quo neque emergere, neque ad lucem redire possint. Vide quę supra diximus, cum dis- sereremus de spe, quam justis afflictis ip- sę tribulationes efficiunt.

Sicut autem hujus loci hic sensus levis & bene cohrens est, ita etiam non om- nino videtur ille alienus, ut ad spirituales conscientię terrores & tenebras hic lo- cus pertineat; ita se impius detentum & contrictum in tenebris & carcere malę conscientię sentiet, ut ad illustriorem & meliorem mentis statum redeundi, nulla erigatur spe. huic proximū est, quod Phi- lippus affert de reditu & conversione ad pœnitentiam peccatorum; Non agit de mutanda mente propter obstinationem, & pravam consuetudinem; Non enim est il- lis, ut ait David, *commutatio*. id est, *avertuntur aversione contentiosa*, ut Ieremias dixit, & *noluerunt reverti*. Ideo subjicitur; * *Ex- tendit Deus manum suam in retribuendo*, id est, illos de sua manu dimittit, quod in- gens supplicium, & retributio est. Quod enim aliud gravius supplicium immitti impiis possit, quā ut fracto conscientię ergastulo, liberę & impunę volitare per-

mittatur, minus Deo de illis sollicito, quasi illorum salute desperata? *Dimisit enim eos, quasi agnos in latitudine.*

Circumspectans undique gladiū. Proprię, spe- culans, contemplans, & respiciens quasi ex specula, gladium. rectę, *circumspectans*, ut speculatores solent, *gladium*, inferenda mortis instrumētum aptissimum. aut per Metalepsim, hostiles inimicitias, damna & detrimenta omnia. Rectę verō addidit interpres, particulā *undique*, ut indicaret impium ab omnibus sibi cauere, & sem- per metu excruciarī; nam contemplari semper cogitur impendētē cervicibus gladium, ut Syracusanus ille tyrannus. Symmachus activę accipit; *Previsus ad gladium*. dispositus & paratus discrimini & morti. sic etiā Regia, & Hebręus apud Cajetanum; * *Cōspectus ipse ad gladium*. Vate- blus; *Aspectus gladio*. qui videtur esse. He- braismus, ut *Videri a gladio*, sit, ab hostibus observari per occultas insidias, quas ipse neque videat, neque declinare possit, nō enim minus gladius, ceteraque discrimi- na vitę exitialia sunt, si hominem priora videant, quā *Si quem lupi videre priores*, ut in Proverbio est. Et observandum quidē, cum supplicium dicitur, at non dicitur, a quo inferendum sit, significari subitum, & inevitabile supplicium. hujusmodi fuit ille *lapis sine manibus*, qui comminuit sta- tuam. similis sanē est hoc loco. *gladius si- ne manibus*; non enim dicitur cujus gla- dius, aut a quo stringendus sit. quare erit similis comminatio. Isai. 47. *Veniet super te malum, & nescies ortam ejus, & irruet super te calamitas, quam non poteris expiare, veniet su- per te repente miseria, quam nescies*. Septua- ginta dixerūt, *Decretus in manus ferri*. quod videtur, ad supplicium & interitum esse dicatum, aut devotum. vel, Deum ē celcis- sima cœlorum specula contemplatum esse impios, ut illis merita supplicia con- stitueret. nam ab hac ipsa radice *circum- spectandi* & speculandi dicitur. Psalm. 65. *Oculi ejus super gentes respiciunt*. & Genes. 31. *Intueatur* (speculetur, & cōtempletur de cœlo) & *judicet Dominus inter nos*.

XXIII. *Cum se moverit ad querer- dum panem, novit quod paratus sit in manu eius tenebrarum dies.*

Hof. 4. 16.

3

Quid circum- spectare.

הִשָּׁקֵף

Gladius, hosti- les insidie.

Symmach.

Regia

Cajeta.

Vatabl.

*Que ya letie ac echado el ojo para el cu- chillo

Dan. 2. 34.

Isai. 47. 11.

LXX

Pfal. 65. 11.

Gen. 31. 49.

Quæ

- 1. Quære panem pro fura- ri. non probatur Cajeta- nus.
- 2. Panis pro necessario vi- ctu. Impius etiam inter epulas cruciatur. è con- tra justus. Explicati Da- vid & Ecclesiastes.
- 3. Quære panem mendicantis esse. Panis de vilis- simo quocumque cibo. Movere quid proprię ex Hebræo.
- 4. Impius præsumens sacra- ta. Tenebrarū dies, quis. Ma- nus pro labore.
- 5. Tenebras in manu habe- re. pro periculis præsen- tentissimis; illustratus Moyses

Cajet.

Quære pa- nem, furantis aut deprædan- tis

Cicero lib. 1. de legib.

Tenebrę favet furibus

2

Panis, pro ne- cessario victu. *No comebo cado que le entre en pro- vecho temie- do no le den algū bocado. Dan. 5. 4. 5. 5. Ecl. 5. 16. Impius inter comedendum angitur Pfal. 22. 5.

Luc. 14. 1.

3

Quære pa- nem de mēdi- citate

Cajetanus existimat hęc describi tyrā- norum furta, & rapinas, quasi dicat; Impius tunc *mover se ad querendum panem*, id est, ad diripienda aliena bona, cum no- vit fore ut sibi noctis tenebrę faveant, ad occultę tutōque furandum. hujusmo- di sunt impii illi, quos Cicero. 1. de legi- bus eleganter describit, quos non natura neque ratio arcet ab injuria, sed pœna; *Nā quid faciet* (inquit) *is homo in tenebris, qui nihil timet, nisi testem judicem? quid deserto loco, nactus quem multo auro spoliare possit imbecillū atque solum?* Verum is Cajetani sensus nō cohæret, nam hęc nō tam de peccatis im- piorum, quā de pœnis sermo est. idque verbum ipsum *moveri* indicat, ut statim dicemus.

Secundus ergo commentarius aliorū est, ut *querere panem*, idem sit, quod quæ- re humanę vitę necessaria, quasi dicat; si- ve dormiat, sive comedat * *panem*, mortis suspicione cruciatur. Res in Baltasari cę- na perspecta. Danielis. 5. qui inter medias epulas visa manu mortis sententiam scri- bente, *conturbatus est*. quare in impium re- ctę quadrat. illud Ecclesiastę. 5. *Cūctis die- bus vitę suę, comedit in tenebris, & in curis mul- tis, & in erumna atque tristitia*. cum tamen contrario justus dicat; *Parasti in conspectu meo mensam, adversus eos, qui tribulant me*. id est, ē regione atque conspectu hostium securus atque tutus mensę accumbam, & per otium, atque trāquillitatem, me re- ficiam. expressum quoque hoc videas Lu- cę. 14. in Christo domino, *cum intraret in domum cujusdam principis Pharisæorum sabbatho manducare panem, & ipsi observabant eum*. nam coram ipsis suis hostibus machina- menta & dolos fabricantibus, summa ani- mi tranquillitate manducabat.

Tertiō ad eūdem ferē sensum, sed pau- lō pressius, *movere se ad querendum panem*, vi- detur significare extremam inopiam & indigentiam hominis quotidianum vi- ctum querentis, & stipem cogentis. Nā

ejusdem loquutionis & significationis usus est Psalm. 36. *Non vidi justum de relicto, nec semen ejus querens panem*. Panem au- tem quære, est, multo cum labore quæsi- tum non invenire. in hoc autem nostro loco, licet non sit in Hebræo verbum *querendi*, nam tantum est, *Moveretur pro pane*, rectę tamē explicationis gratia additum est ab interprete. Et *panis* hoc loco, non significat, ut aliās sæpe, quodcumque es- culentum; sed vilissimum quemque ci- bum, quo possit vita sustentari. ut Psalm.

36. citato & 1. Regum. 2. *Repleti prius, pro- panibus se locaverunt*. Hi enim respondent famelicis; & *famelici saturati sunt*. Motio au- tem illa est a verbo *Nadad*, quod signifi- cat fugam, aut vagum aliquem & celerem motum, aut citum & festinandum dis- cersum, instar vagabundi hominis & nul- lo certo loco potentis diu & tutō confi- stere, aut instar formidantis aviculę de- jectę ē suo nido, quare ab ista radice dicitur Prover. 27. *Sicut avis transmigrans de ni- dulo, sic vir qui derelinquit locum suum*, vaga- tur enim uterque. & Isaię, 16. *Sicut avis fu- giens, & pulli de nido a volantes, sic erunt filii Moab. vagę videlicet, & profugę*. & eodē capite Vulgatus hanc vagandi significa- tionem agnoscit, dum ait; *Abconde fugien- tes, & vagos ne prodas*.

Non incommodę igitur Hebraizantes dixerunt, *Vagatur pro pane*, vel *Vagus* aut *vagans ad panem*. & illud peculiariter ex R. David observat Rab. Mardochai, hoc verbum significare elongationem, sive me- tum aut evagationem ad distantiora lo- ca. hęc igitur est impiorum pœna, mēdi- citas, evagatio, vagus discursus ad remo- tiores, distantioresque regiones, ut victu comparare possint, & cum fructu aliquo mendicare. sed vix tamen mucidum pa- nis frustrulum invenire posse sibi persua- debunt. tanta est malę cōscientię vis præ- sumentis sæva!

Novit. Certō sibi suadet, atque rei hu- jus præfagium, & conjecturam ex sui cor- dis sensu facit. sic legunt Septuaginta; *No- vit in seipso, quod maneat in ruinam*. atque hęc est pœnæ impii pars non modica, quod cogatur ipse sibi prædicere, & omi- nari malum.

Quod paratus sit in manu ejus tenebrarum dies. Pro die mortis quidam accipiunt, ex frequenti sacri sermonis usu, quasi dicat; Suspicatur fore, ut fame pereat, & ut va-

Pfal. 36. 25

Panis, pro vi- lissimo quo- cumque cibo

1. Reg. 2. 5. *Loc mas ri- cos y regala- dos vinieron a cogerse pa- rarrabajar por sola la comi- da.

Mo- ri in Hebręo quid

Prov. 27. 8

Isa. 2. 3

Vata. Regia Pagn. R. David R. Mardoche.

4 Impius prælu- mens se va LXX

5 Tenebrarum dies quis

gus

Genes. 4. 12. 14
 Manus pro la bore
 Deut. 28. 30. 33
 gus, & profugus, nullum per fugium inveniat, sicut sibi timebat Cain; *Ero vagus & profugus in terra: omnis igitur, qui invenerit me, occidet me.* & ut, defudet licet, & assidue laboret (id enim manus significare solet) pro comparando victu, illum tamen instar stipendii, laboris & sudoris fructu, tenebras, famem, ærumnas, expectet. uti illud Deut. 28. *Plantas, & non vindemias eam. Eructus terræ tuæ, & omnes labores tuos comedit populus, quem ignoras.* & pro suo agricolendi labore, nihil aliud, quam famem, & lassitudinem reportet.

6
 Vatabl.
 Manus impiorum scelera Tygur
 Alii tenebrarum diem, pro ærumnosissimo, & periculosissimo tempore accipiunt quasi dicat; Extremam cladem, & inopiã sibi pollicetur; & cum bene fecerit nemini, à nemine se accepturum beneficium arbitrat. Possunt quidem cadere hæc omnia in *Tenebrarum diem*, & in *Tenebrarum* appellationem. *Paratum* verò esse in manu ejus, existimat Vatablus perinde esse, atq; illum miserrimum diem imminere jam, & in propinquo esse. nos diceremus, *quia est in la mano.* atque illud significare videtur illa *preparatio dies.* At Tygurina per manum intelligere videtur ipsa impiorum scelera, & malefacta; nam per paraphrasim sic sententiam elucidat; *Scit, quod suis factis periculosa tempora accerserit.* quod mihi nõ displicet; nam non semel dicuntur impii suis ipsi manibus ærumnas, discrimina, mortem accersere; id quod vel ipsi agnoscut; ut Anthiochus ille, torquente morbo falsus est. 1. Machabæorum. 6. *Remissio malorum, quæ feci in Jerusalem; propterea invenerunt me mala ista; & ecce pereo tristitia magna in terra aliena.* Quare Sapientia cap. 1. sic impios cohortatur; *Nolite zelare mortem in errore vitæ vestre, neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum.* Impii verò manibus & verbis accerserunt illam, quoniam digni sunt, qui sunt ex parte illius; Hæc est nimirum operum impiorum commerita merces. nisi forte significetur summum vitæ discrimen, ut sit eadem ferè sententia, & phrasis, quæ supra, *Portare animam in manibus.* sic hoc loco, *Tenebras habere in manu,* erit discrimina, mortem, malorum omnium suspicionem, mala omnia versari ante oculos, & assidua omnium horum cogitatione se ipsum excruciare. quo ingenti supplicio claudi videtur, caput illud Deut. 28, plenum minis, atque terroribus; *Erit vita tua quasi pendens ante te,* (id est, obver-

1. Mach. 6. 12.
 Sap. 1. 12. 16
 Iob. 13. 14
 Deut. 26. 66
 labuntur assidue ante oculos tuos tuæ vitæ discrimina; videbisque illa tramulã & nutantem, ac si ante oculos tuos pendula esset, quolibet vento agitari, & commoveri, casumque atque interitum expectare) *timebis nocte & die, & non credes vitæ tuæ,* (id est, tu primus ipse actum esse de te dices) *manè dices, Quis mihi det vesperum? & vesperè, quis mihi det manè? propter cordis tui formidinem, quæ terreberis; & propter ea, quæ tuis videbis oculis.*

XXIII. *Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut regem, qui preparatur ad prælium.*
 1. Varia lectio. Vallare quid.
 2. Hebraicæ antium varia lectio. Vulgati d. sensu, ei illuminatio.
 3. Prælium in Hebræo quid. Vox Hebræa accuratè examinata. Supplicii genus, Globus quæle. Oran-

trium g. sus. Pueri in utero matris suis. Illi stratus locus Regum, & David. Quid Globus apud Latinos. Vulgati defensio. Illustratus Isaias. Impii cum rege in prælium procedunt comparatio.

I
 Varia lectio
 Vallare quid
 Cajeta.
 Vatabl. Tygur. LXX

Hebraizantes non parum hoc loco dissentiunt à Vulgato: nam in prima parte suppositum verbi *vallandi* faciunt ipsum impium; pro *vallare* autem, quod est in Hebræo, *thakaph*, & significat prævalere, roborari, fortem fieri, legunt, roborabitur, aut prævalebit. quod Hebræus apud Cajetanum sic videtur accipere; *Roborabitur impius contra suas tribulationes, & angustias.* nec illas à se repellat. Sed Septuaginta. Vatablus, Tygurina, tribulationem, & angustiam supponunt illi verbo. Septuaginta; *Angustia, & tribulatio ipsum comprimet.* Alii; *roboratur contra impium, & prævalebit ei,* potentes erunt impium assidua & periculosissima obsidione cingere, & ad extremas angustias redigere. quare sicut sequentes voces, ita etiam *terror, tribulatio, & angustia,* bellica sunt. est enim *terror,* quem secum affert hostium exercitus; & *tribulatio, & angustia,* quam affert importuna atque diuturna obsidio. sic igitur calamitates ipsæ roborant sese adversus impios, vires colligunt, aculeos omnes exerunt, & exacunt; & ut Sapientia ait, *exardescunt in tormentum adversus injustos.* prævalent igitur mala impiis.

2
 Varia lectio
 Pagni Regia Cajeta. Vatabl. Ioan Forster. R. Mardoch.
 In regem incumbit belli pondus
 3. Reg. 22. 31
 1. Mach. 6. 43.
 Sap. 6. 7 LXX

In secunda etiam parte varietas est; nam regem, faciunt etiam suppositum, non appositum verbi, & legunt; *Vallabit eum angustia, sicut rex, qui preparatur ad prælium.* id est, angustia ingenti omnium malorum manu coacta, uti regem decet procedentem ad bellum, quem omnes sequuntur, impiu obsidebit. sic nullum malum erit, quod non oppugnet impium. At Vulgatus impium cum rege comparare videtur, quem potissimum hostes in bello petunt, & cunei militum cingunt; sive ut illum in urbe obsessum teneant, ne ullus commeatu, ullum vé auxilium deferri possit; sive ut illo capto victoriam, & triumphu de reliquo populo canant. Propterea Vulgatus usus est verbo *vallandi*, quod rei præsentis videtur quadrare. Et in *Regem* quidem, cum in bello est, totum belli, & militum pondus incumbere videtur, ut quodam. 3. Regum. 22. Rex Sirie præceperat principibus curruum triginta duobus, dicens; *Non pugnabitis contra minorem & majorem quempiam, nisi contra regem Israel solum.* & 1. Machabæorum. 6. cum Eleazarus videret unam ex bestiis loricateam lorice regis, visum est ei, quod in ea esset rex, & cucurrit ad eam audaciter &c. Et quidem hic sensus cum subiecta materia egregie convenit; nam de regibus, & tyrannis sermo est; & ad ipsum Iob respicit, qui rex erat, quasi dicat. Si impius rex extiterit, calamitates in illum irruunt potissimum, non in alios minores otæ homines, Potentes namque *potenter tormenta patiuntur.* Et verò quamvis Septuaginta non *regem*, sed *rex* legant, hunc ipsum sensum amplexi sunt; *Sicut* (inquit) *dux in prima acie decidens.* nam ut dux aliquando suis viribus fretus primos hostes excipit, primaque discrimina subit, non aliter impii reges, primis maximisque periculis, & luculentissimis plagis, atque ærumnis expositi sunt, sed hæc iterum in sequentibus examinanda.

3
 717
 717
 Isa. 22. 18. & c. 29. 7. 3. Vatabl.
 R. Sachai Pagni.

dam circumvolutionem, & assiduitatem recurrentium pœnarum. quod Ioannes Mercerus Spheram cœlestem intellexit quæ assidue circum agitur, & perpetuitatem quandam secum affert, Sed illud peculiariter, quod R. Levi existimat significari homines damnatos ad orbem, quibus & caput inter genua, & manus atque pedes ita ligantur, ut efficiant orbem. qua supplicii forma nunc servi ad verbera preparantur; quod dici solet, *Puesto a la ley de Vayona.* & quod ea corporis circumvolutio, & in orbem aut globum reductio, sit nimium molesta, ex illo etiam colligi potest, quod orantes ad eam se formam componebant, ut vel ipso corporis habitu molestissimo peccati veniam, & imperatorum votorum à numine obtinerent. hoc illud est Eliæ orantis. 3. Reg. 18. *Ascendit in verticem carmeli, & pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua.* Et observatione quidem dignum, hanc ipsam esse compositionem pueri in utero existētis, de quo sic scribit Arist. 7. de hist. animal cap. 8. *Homo in semet conglobatus sic gestatur, ut nasum inter genua, oculos super genua, aures extra genua habeat,* atq; eadem est Medicorum optimorum hac de re sententia, nam & Hippocrates de natura pueri differens, *Puer* (inquit) *ut est in utero collocatus, manus habet ad genua, caputque pedibus proximum.* de qua re eleganter, equè ac sapienter scripsit nobilis medicus Petrus de Peramato Hispalensis noster, suo illo opere de Hominis procreatione. ergo orantes quasi damnati & ad flagella parati, atque ad eam miserrimam rationem compositi, qua puer miserrimus in peccato conceptus in utero existit supplicabant & divinam commiserationem excitabant. quo gestu si forte oravit David, rem ipsam, quam dicebat opportunè representabat; *Ecce* (inquit) *in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.*

Sed (ut ad nostram lectionem illuminandã redeamus) proculdubio re ipsam tetigit Latinus interpres, cum *Prælium*, dixit; nam apud Latinos *globus*, est hostium aut armatorum militum cuneus, vel caterva; ut cum de insidiis Numitori à Remo Romuloque stuctis, Livius loquitur. 1. Annalium; *Itaque unâque regi dolus pœnitur, Romulus cum globo Iuvenum; neque enim erat ad vim apertam par &c.* quid, quod etiam in prælio pulveris excitati conglomeratur

Virgilius

מעגלה

Isa. 22. 18.

2. Reg. 17. 13

Isa. 29. 1.

Complutenfes Tygurina

Regia Vatabl.

nubes, ut illud Aeneid. 9.
*Quis globus, o Iuvenes, caligine volvitur atra?
 Fertè citi ferrum, date vela, scādite muros.*
 Adde etiam castra in orbicularem formā
 disponi, ut fortiora sint; atque ipsum no-
 men castrorum à rotunditate appellatio-
 nem in Hebræo, *Maghelah*, habere.
 Sed hoc loco Sphæra hæc, vel globus,
 est aliquid ad obsidionem bellicam per-
 tinens, ut manifestè colligitur ex locis
 Isaie. cap. 22. *Coronans coronabit te tribula-
 tione, & quasi pilam &c.* id est, obfidebit pri-
 mum, deinde obsessam, & quasi funibus
 circumdatam, aliò asportabunt. sicut di-
 xit ille. 2. Regum. 17. *Si urbem aliquam fue-
 rit ingressus, circumdabit omnis Israel civitati il-
 li faues, & trahemus eam in torrentem.* utrum
 que igitur ad obsidionem pertinet. & Isa-
 iæ, 29. *Circumdabo quasi spheram in circuitu
 tuo, & faciam contra te aggerem, & munimen-
 ta ponam in obsidionem tuam.* quare, cadur, p-
 priè est obsidio, vel globus aut spheram
 litum obsidentium; & quidem cum pos-
 sit accipi, pro ipso prælio, vel regio appa-
 ratu, qui in prælio est, nam præliatorum
 regem circumdare solebat globus vel spher-
 ra militum, ut Complutenfes dicunt, &
 Tygurina lectio indicavit; *Angustia & cir-
 cumvallatio eum circumstant, ut regem confertis
 globis præliatorum.* Sed ego tamen suspicor
 nõ debere accipi activè pro prælio quod
 ipse suis militibus stipatus gerit adversus
 hostes; sed potiùs passivè, pro cuneo, &
 globo obsidentium hostium, qui regem
 oppugnant & capere conantur, ut paulò
 ante dicebamus. quare *rex* dicitur *prepara-
 ri ad prælium*, globum, obsidionem; id est,
 præparari in illum prælium, globus, obfi-
 dio; nam sermo est de vallo & angustis
 in quas potentissimus tyrannus redigi-
 tur. Illud verò, quod Regia vertit vocem
 illam non globum, aut obsidionem, sed
hastiludium, quod videtur ex Vatablo de-
 sumptum dicente vocem originalem
 significare posse illud militaris exercita-
 menti genus, quod, *torneo*, vocamus; non
 video qua ratione cum illis duobus Isaie
 locis, in quibus tantùm illa vox reperitur
 convenire possit.
 Illud etiam non incommodè in hac
 regis similitudine observari posset, quòd
 sicut rex, qui comparatur ad prælium, mul-
 to militum comitatu cingitur, ita qui bel-
 lum in dicit cælo, multo cum labore, &
 animi cruciatu, tribulatione, & angustia

hostem se Deo præbet. & in eo etiam dif-
 similitudo quædam ponatur, quòd regē
 custodiunt milites, qui illum cingunt, at
 impium ipsa pericula & terrores
 obsident.

XXV. *Tendit enim adversus Deum
 manum suam, & contra Omnipoten-
 tem roboratus est.*

- | | |
|--|---|
| 1. Tendere quid proprie. Ex
tendere brachium aut
manum, cuius habitus
illustratus Moyses. | rigidum collum, quid sig-
nificet. Quid obrorquere
collum apud Romanos. |
| 2. Sadaa. Roborare quid. | 5. Erectum collum cuius pro-
prium sit. |
| 3. Peccata ut adversus Deum
pugnent. & ut Deus se
adversus illa munitur. | 6. Impius sola superbia ar-
matur adversus Deum. |
| 4. Varia lectio, illustratio
Vulgatus. Erectum aut | 7. Ex abundantia & divi-
tias, insolentia & temeri-
tatis. |

Tanto supplicio scelus dignissimum
 nunc explicat. quòd impudenter &
 temerè *adversus Deum*, fortissimnm, quem
 nulla vis lædere potest, cui nemo repug-
 nare & contradicere debet, adversus Dei
 legem & præcepta, religionemque om-
 nem.

Tendit. Extendit protendit, intendit.
 Septuaginta; **levavit*, manum, potentiam
 vires, viribus suis facultatibus potentia a-
 busus. *Fecit potentiam in brachio suo*, vibravit
 manum & brachium. habitus est temerè
 & furenter cælo indicentis bellum. *Ex-
 tendere autem brachium*, & manum, est, om-
 nem adhibere conatum ad percutiendū
 hostem, vel aliquid aliud aggrediendum
 aut efficiendum; ab eadem enim radice di-
 citur Exodi. 6. *Redimam in brachio excelsa*,
 (vel extenso) & *judicis magnis*. &c. 14. capi-
 te; *Extende manum tuam super mare*. habitus
 confidentis, & potentiam, viresque ostē-
 tantis. & cum adversus Deum dicitur, im-
 pudentiam & superbiam affert; Vt Nume-
 rorum. 15. indicatur; *Anima, qua per superbiam*
 (elata, aut, excelsa manu) *aliquid comiserit*.
 Eleganter Septuaginta; *Anima, qua in manu
 superbia &c.*

Et contra Omnipotentem roboratus est. Ex-
 positio & amplificatio partis præceden-
 tis; contra *Sadaa*, qui omnia potest, qui fi-
 bisufficit, aut qui nullius ope indiget, nul-
 lius ope indiget, nullis externis armis aut
 munimentis, qui seipso invictus est, ho-

I

Tendere

תִּפְּוֹ

LXX
 *Alco el bra-
 co, levanto la
 mano, y ama-
 gò al cielo.
 Luc. 1. 53.

Extēdere bra-
 brachium, cu-
 jus habitus.

Exod. 6. 6.

Exo. 14. 16.

Num. 55. 30.

LXX

2

תִּפְּוֹ

נִבְר

3

Sap. 5. 18
Psal. 7. 13

Peccati prava
vis

Sap. 5. 19

4
Varia lectio

Hebraicæ ante
Lect. Hebr.
Regia Vatabl.

Tygur

Illustratus
Vulgatus

LXX

muncio *roboratus est*, fortem bellatorem
 conatur præbere se, virum, atque mascu-
 lum, *induravit cor suum*, ut Deo repugna-
 ret, & divinam majestatem oppugnaret.
 hæc omnia suppeditat vox originalis, *Ro-
 borandi*. Peccata igitur & scelera sunt ar-
 ma, quibus adversus Deum se comparat
 impius, & cum inimicitia inter Deum &
 hominem, initium sumant ex hominis a-
 versione, & rebellionem, terrè cum se Om-
 nipotens adversus impium roborat, cum
 sumit *armaturam zelus illius*, cum vibrat gla-
 dium; cum *tendit arcum*, paratque sagittas,
 provocatur prius ab impudentissimo ho-
 ste. & mirum est, quòd ad peccatorum
 odium, & pravam vim declarandam (nam
 si Deus lædi posset, non alio quàm pec-
 cato & scelere suarum creaturarum læde-
 retur) dicitur Deus ad bellū procedere,
 non armis tantum, quæ offensiva dicun-
 tur, sed etiam illis munitus, quibus se tue-
 atur & defendat ab ictibus scelerum. nam
 ut dicitur Sapient. 5. *Induet pro thorace ju-
 stitiam; accipiet pro galea iudicium certum; su-
 met scutum inexpugnabile, equitatem*. ubi no-
 ta Deum sua propria virtute invictum es-
 se, non externo aliquo munimento.

XXVI. *Cucurrit adversus eum ere-
 cto collo, & pingui cervice arma-
 tus est.*

Sppositum hujus verbi, *curre*, Deum
 esse, & relativum, *eum*, ad impium refer-
 ri nonnulli existimant, ut dicatur Deus
 tanquam *bellator fortis* incurrere in impiū
 summa potentia, & impetu incredibili, ut
 illum prosternat; id indicant pleræque
 Hebraicantium lectiones; nam quod in
 Hebræo est, *Cucurrit adversus eum in collo in-
 densitate altitudinum*, vel, *umbonum scutorum
 ejus*; sic Vatablus accipit, ut Deus invo-
 laturus dicatur in collum impii, & in cur-
 surum in laminas, densissimæque partes
 scutorum ejus, ita ut nullis armis possit
 Deo resistere; & eò etiam pertinet Tygu-
 rina; *Cum eo concurrens, collum invadet, ac den-
 sissimos clypeos convellat*. Sed multò aptior
 est nostri interpretis sensus, ut describa-
 tur adhuc ille impiorum conatus adver-
 sus Deum. qua etiam ratione Septuagint.

intellexerunt, & Græci, sereque Latini
 omnes; nam *Currere erecto collo* in malum
 accipitur, & indomitam quandam super-
 biam notat; eadem ratione, qua oculorū
 elatio solet esse arrogantis habitus. Isaie.
 3. *Ambulaverunt filia Israel extento collo.* &
 c. 37. *Super quem exaltasti vocem, & levasti alti-
 tudinem oculorum tuorum?* tum etiam contumacia
 & inobedientia cujusdam indo-
 mitæ, erectum & rigidum collum symbo-
 lum est; sicut scriptum est Isaie. 48. *Nervus
 ferreus cervix tua; & Populus iste dura cervi-
 cis*. Exod. 32. Hier. 7. Acto. 7. Vnde illud
 erat pænæ genus, ut magistratus, si quem
 suo imperio parum obedientem videret,
 in collum invaderent, atque intorqueret,
 meminit rei hujus Livius. lib. 4. & lib.
 4. Plinius de viris illustribus scribens de
 M. Lintio Druso. Cice. 6. in verrem. & pro
 Cluentio, id usurpans aliquem *oborto col-
 lo ad subsellia reducere*.

Rectè autem expresit Vulgatus hunc
 arrogantia & contumacia habitum, nam
 in Originali tantum est, *in collo*, ut sit me-
 taphora ducta à fortissimo & insolentis-
 simo hoste impetum faciente omni ani-
 mi fortitudine, & consternatione procul
 ablegata. *Erectio enim colli*, illa omnia af-
 fert, quæ contraria sunt humiliationi capi-
 tis, & cervicis, atque animi consterna-
 tionem, vel ducetur translatio à lascivien-
 te, & procaci vitulo, qui cum jugum ex-
 cussit, aut numquam admiserit adver-
 sus herum recalcitrat, & currit adversus
 eum, petatque cornibus, quod cum sequē-
 tibus videtur cohærere; nam *pinguis cervix
 vitulorum* propria est, quod etiam agno-
 vit Olympiodorus, nam illam *colli erectio-
 nem* ad vitulam refert, quæ petulanter re-
 pugnat admittere jugi anulum in col-
 lum.

Et pingui cervice. Quasi diceret, Nulla a-
 lia arma habet, quàm superbiam, temerita-
 tem, & ausum. Sententia in Hebræo val-
 de obscura; *In densitate altitudinis scutorum
 ejus*. Pro *densitate*, autem, Vulgatus dixit
pinguedinem, aut, *crassitudinem*, nam eadem
 est utriusque radix. & pro *altitudine*, inter-
 pres dixit *cervicem*, vel dorsum, quasi hoc
 sit scutum, & arma impii, sua ipsius pin-
 guedo, qua & munitum se existimat, &
 potentem cum Deo congredi, sic Septua-
 ginta; *Cucurrit contra eum injuria, in crassitu-
 dine dorsi scuti sui*. Nihil igitur aliud ha-
 bet; quo adversus Deum armatus ince-

Græci Latini
 Collum ere-
 ctum quid sig-
 nificet.

Isa. 3. 16. &
 37. 23. & cap.
 48. 4
 Exod. 32. 9.
 Jer. 7. 26
 Acto. 7. 57

Liv. lib. 4.
 Pl. de viris il-
 lustribus

Traslatio du-
 cta a lascivien-
 te vitula.

Olympiod.

6

תִּבְּוֹ

LXX

Ifa 30.7
Ierem. 48. 30.
Ifa. 16.6

dat, quam superbiā & temeritatē; si-
cut de illo Iſaias ait: *Superbia tantum est*, si-
ne aliis, armis, aut viribus. & illud, *Ego ſcio*
jaſtantiam ejus: & quod non ſit juxta eam vir-
tus ejus. & illud etiam; *Superbia ejus, & arro-*
gantia ejus, & indignatio ejus, plusquam fortitu-
do ejus.

7
Ex abundātia
& divitiis, in
ſolentia.
Deut. 32. 15

Poteſt etiam hęc *pinguedo*, ſymbolum
eſſe divitiarum, abundantięque bonorū
omniū, quę impiis ſolent addere animos,
ad quidvis aggreſſendum; ſicut dictum
eſt; *Incrāſſatus eſt dilectus, & recalcitravit; in-*
crāſſatus, impinguitus, dilatatus; dereliquit Deū
factorem ſuum, & receſſit a Deo ſalutari ſuo.
quare Eccleſiaſticus cap. 31. commendat
divitem, *Qui poſt aurum non abiit, nec ſpera-*
vit in pecunia theſauris. qui potuit tranſgredi.
(divites enim omnia ſibi licere credūt)
& non eſt tranſgreſſus. quare Baruch. 3. *aurū*
dicitur eſſe, in quo conſidunt homines, unde il-
lis conſidentia & auſus. non diſſimilem
certē habet rationem facultatum nomen
apud Latinos, nam facultas, quaſi facilitas
dicitur, quōd divitię facultatem vi-
deantur præbere quidvis aggreſſendi, at
que perficiendi; nam ut dicitur Eccleſia-
ſta. 10. *Pecunia obediunt omnia.* obediunt
enim divitibus ad nutum omnia: ſicut il-
le dicit:

Omnis enim res
Divitiis pareat; quas qui conſtruxerit, ille
Clarus erit, fortis, juſtus, ſapiens, etiā rex.
Propterea Pſalmo. 72. dictum eſt; *Proditur*
quaſi ex adipe (divitiis, & bonorū omnium
abundantia) *iniquitas eorum, tranſierunt in af-*
ſectum cordis. ſed de hoc non ſemel dicen-
di locus & opportunitas erit. Dicemus
quoque de pinguedine verſiculo ſequen-
te.

XXVII. *Operuit faciem eius craſ-*
ſitudo: & de lateribus eius arvina
dependet.

- | | |
|---|--|
| 1. Voluptuarii homines. di-
cuntur pinguis idem ad-
verſus alios immites. il-
luſtrati David, & Iere-
mias. | do. |
| 2. Pinguedo. Terra ubertas,
& divitiis. Macies pau-
peras. explicatus Iſaias | 4. Varia lectio. Quid pro-
prie Latera in Hebręo.
quid arvina. |
| 3. Impios excæcat pingue-
do. | 5. Pinguibus minatur mors
Explicati Iſaias, & So-
phomias. |
| | 6. Arvina, amici, & fami-
liarēs. |

P Repinguis eſt bonorum omnium abū-
ditia, & nulla rerum externarum exer-
citatione; ſed ſumma tranquillitate & otio
obefus atque diſtentus; namque qui ſe-
mel perfricta fronte numen divinum. cō-
tempſit, totum ſe deinde tradit volupta-
tibus, & curandę tunicę, atque infar-
tiendō & onerandō aqualiculo. Neque
verō Cajetanus placet, qui hęc non tam
ad voluptates, & bonorū copiam; quam
ad avaritiam refert. Peculiari autem ratio-
ne dilitioſi & voluptuarii homines appel-
lantur in ſacro ſermone *pingues*, Pſalm. 77
Occidit pingues eorum, & electos Iſrael impedi-
vit. id eſt, qui cupidias & cibos exquisi-
tos expetiverant in deſerto, ut ſcribitur
Num. 11. ſic etiam Ierem. 46. de illis *qui*
paſcebant ſemetipſos, dicitur; *Mercenarii quo-*
que ejus, quaſi vituli ſaginati, verſi ſunt. & cap.
50. hęc voluptuariorū, & vitulorum pin-
guium petulantia deſcribitur; *Effuſi eſtis,*
ſicut vitulus ſuper herbam, & mugiſtis ſicut tau-
ri. & fortē etiam idem notatur Pſalm. 21.
Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues
obſederunt me. nempe pontifices, & ſacer-
dotes illi nequam, vêtres pigri, & pingues,
proptereaque ſævi & efferati contra mi-
tiſſimum agnum Ieſum; nam hęc *pinguedo*
tum in ſe ipſa molliſſima, tum adverſus
alios ſæviſſima eſſe ſolet. ſicut de illis di-
citur Amos. 6. *Qui opulenti erant in Sion,*
& nihil patiebantur ſuper contritionem. Ioſeph.
& Amos. 4. *Vacca pingues, qua calumniam*
facitis egenis. quibus comminatur Iſaias. c.
10. Mittet Dominus in pinguibus ejus tenuita-
tem, & ſubtus gloriam ejus, ſuccenſa ardebit,
quaſi combuſtio ignis. atque iidem ipſi profe-
tō videntur eſſe, de quibus cum Pſalmo.
16. dixiſſet David, *Ad ſpem ſuum conluſerūt,*
(videlicet ſibi ſolis mollitudinem, & leni-
tatem adhibentes, & aliis omnibus viſce-
ra miſericordię præcludentes) ſubdit ſta-
ſtim, *Saturati ſunt filii.* quem locum Pſal-
terium Romanum, & Arabicum, Arno-
bius, Paulinus in epiſt. ultima ad Auguſt.
& ipſe Auguſt. legunt, *Saturati ſunt porci-*
na.

Hinc eſt, ut non ſolum divitię, ſed ter-
rę ubertas, ex quibus illę naſcuntur, *pin-*
guedinis, & craſſitudinis nomine ſignifice-
tur. Genes. 23. *Res cali. & pinguedo terrę.* &
45. *Ego dabo vobis omnia bona Aegypti, ut com-*
datis medullam terrę; Hebraicē, *Pinguedinem.*
id eſt divitiis, & bona uberrimę regio-
nis. Iſai. 5. *Deſerta in ubertatem verſa, adve-*

I

Cajet.

Pſal. 77. 31

Pingues, vo-
luptuarii ho-
mines

Num. 11. 33

Ier. 46. 21
Ier. 50. 11

Pſal. 21. 13
Titel. 1. 12

Delitioſi ho-
mines adver-
ſus alios im-
mites.

Amos. 6. 1. &
6. 4. 1

Iſa. 10. 6

Pſal. 16

2

Gen. 27. 28.
Gen. 45. 18

Iſa. 5. 17

na comedent, Hebraice; *Deſerta pingium.* id
eſt uberrima quęque paſcua ablata divi-
tibus, tribuentur peregrinis. ſic etiam
Genes. 41. *Septem boves pulchra, & pin-*
gues, & ſeptem ſpica plena, ſeptem annos u-
bertatis ſignificant; & ſeptem macilentę ſep-
tem annos ſterilitatis. atque adeo macies &
extenuatio, paupertatis & ignobilitatis
ſymbolum eſt. Iſai. 17. *Attenuabitur*
gloria Iacob; & pinguedo carnis ejus marceſ-
cet. ſed de alia pinguium ſignificatione
ſtatim.

3
Impii præ pin-
guedine, cęci.

Operuit faciem. Sepulti nimirum viden-
tur illius oculi (qui *faciei* nomine ſigni-
cati ſolent) nimia pinguedine; & eō
ſpectare videtur verſio illius loci Pſalm.
72. *Prodit quaſi ex adipe iniquitas eorum.*
Tygurina; *præ pinguedine oculi eorum exeunt.*
contraria enim ratione, tamen incredibili
pinguedo ſignificatur qua dicendi
ratione fortē eſt ſignificatur impius volupta-
tibus exceçatus, & *avertens faciem ſuam*
ne videat celum. ſic etiam videtur intel-
ligere Auguſtinus explicans; *Per exalta-*
tionem ſuperbia ſua, abſcondit a ſe Deum. in-
quam rem Olympiodorus ait, in He-
bręo haberi, *Abſcondit cor;* ac ſi diceret,
propter delirias, mentis aſpectum ami-
ſit. mirum eſt enim, quam reddantur ſtu-
pidi & obtuſi ſuis voluptatibus atque di-
vitiis divites nonnulli.

Et de lateribus ejus arvina dependet. Pro la-
teribus Hebraizantes vertunt, *ilia.* Sep-
tuaginta, *De ſemore.* Symmachus, *lum-*
bos. alii *inguen.* Rabbi Marchochai ait eſ-
ſe partem dorſi, quę conjungitur reni-
bus, ſed proſiſſima ſignificatio *Cel.*
eſt. vertebrę, *el juego o queſſo dela cia.* nam
dicitur à radice *caçal*, quod in conſtan-
tiam, mutabilitatem, & vertibilitatem
affert. ſed rectē hoc loco pro adjunctis
accipitur illis & lateribus. Pro arvina au-
tem, Septuaginta habent *Periſtomium.*
quam vocem Olympiodorus ait ſigni-
ficare geminatam & circumfuſam carnem
circa fæmina. præterea ipſe Olympiodo-
rus explicat *diploidem,* ſed in idem reci-
dunt hęc omnia; ſignificant enim pin-
guedinem, axungiam, aut omentum. &
certē vox ipſa originalis, *Pyimah* ſignifi-
cat opimum, conſonante voce Latina
cum Hebręa. Quod verō Pagninus dixit
lumbricos, non video quomodo con-
veniat voci originali; nili fortē intelli-
gat ex nimia cibi abundantia, lumbricos

in divitiis generari, qui plerumque ge-
nerantur ex cruditatibus. Regia pro-
lumbicis, *lubricos* indicavit in margine,
& ipſa legit *lubricum.* hoc etiam non fa-
tis aſſequor; niſi idem intelligat, quod
Pagninus, nam lumbricus, quaſi lubri-
cus à lubricitate dicitur. Hebręus apud
Cajetanum legit, *Fecit rugas ſuper ilia.* &
cum vox hoc tantum loco reperitur,
quiſque pro libito illam vertit, atque
obefitatem omnes exprimunt hominis
delitioſiſſimi, cui bonorum abundantia
vitiarum omnium materiam ſubmini-
ſtret.

5
Pinguibus im-
minet mors.

Sed ſolo tamen *pinguedinis* nomine pec-
catores malē audiunt, ut qui interneçio-
ni & gladio reſerventur, cum bene fagi-
nati fuerint. Iſai. 34. *Gladius Domini re-*
pletus eſt ſanguine, incraſſatus eſt adipe, de ſa-
guine agnorum, & hircorum, de ſanguine men-
dallatorum arietum. victima enim Domini in
Boſtra, & interfecitio magna in terrā Edom. id
eſt, Deus ipſe ſuę juſtitię ſacrificium of-
fert, pinguiſſimis, opulentisſimisque
Idumæorum maçtatis. idem expreſſit
Amos cap. 6. *Va, qui opulenti eſtis & c.*
qui ſeparati eſtis in diem malum. & Ierem. 12.
Congrega eos, quaſi gregem ad victimam
& ſanctifica eos in die occiſionis. & Sopho-
nias cap. 1. *Præparavit Dominus hoſtiam, ſan-*
ctificavit vocatos ſuos; & erit in die hoſtia Do-
mini, viſitabo ſuper principes & c. id eſt,
Deus permittit impios pingueſcere, ut
illuſtrior tandem ſit de illis trium-
phus, atque divinę juſtitię gloria ex
illorum maçtatione & ſupplicio.

Sed Auguſtini lectio prætereunda non
eſt; *Fecit* (inquit) *capitrum ſuper ſemora.*
quod ad impiorum laſciviam refert, ut
libidinibus (inquit) *colligaretur, quo vincu-*
lo duceretur ad mortem. & quidem Scrip-
tura illo *capitri* aut vinculi nomine, quo
ſolent beſtię trahi & alligari, turpem
libidinis affectum, aliquando notavit,
cum Proverbiorum. 7. dixit *recordem ju-*
venem meretriciis verbis irretiri, & tra-
hi ad vincula, quibus deinde vinculis ad
extremum exitium, & quaſi ad carniſici-
nam ſtolidus agniculus pertrahatur. ne-
que mirum vinculis & capifiro turpem
& voluptuarium hominem conſtringi, vi-
delicet mancipiū viliffimum belluineę vo-
luptatis. & res quidē ipſa in proximo eſt;
nam omentū, & abdomē, quod in illis lū-
biſq; & vêtre eſt, cū iis, quę ſub vêtre ſunt

Regia

Hebraic.
Cajetan.

Pinguibus im-
minet mors.

Iſai. 34. 6

Amos. 6. 2
Ier. 12. 3

Sopho. 1. 7

Auguſtinus

Prov. 7. 7

Philip. 3. 19 Hieronym. e-
pist. ad Fabiol.
128

6

Greg.
Arvina, amici
& familiares.

conjunctionem ait. rem autem turpem in-
dicatam esse a Paulo, *ventris nomine*, cum
dixit, *Quorum Deus venter est, & gloria in
confusione* (re pudenda) *ipsorum*, Hiero-
nym. intellexit, epistola. 128. ad Fabio-
lam.

Gregorius tandem, quem nonnulli La-
tini sequuntur, per *arvinam dependentem ex
lateribus*, intelligit, non tam opulentiam,
atque voluptates, quam quosdam, ut ita
dicam divitum collaterales, & admini-
stros, qui adherent principibus, & illo-
rum latus claudunt, qui suis patronis fi-
si, illorum tyrannidem atque favitiam imi-
tantur, ex pauperum rapinis & sanguine
ditescunt, atque pinguescunt; qui
ut Amos cap. 4. ait, dicunt Do-
minis suis, *Afferte &
bibemus.*

*

**XXVIII. Habitavit in civitatibus
desolatis, & in domibus desertis:
que in tumulos sunt redactæ.**

- | | |
|---|---|
| 1. Tres expositiones minus
commodæ. | 3. Commodissima interpre-
tatio. |
| 2. Quarta commodior. Con-
scientia impiorum terro-
res. Tyranni frequenter
exultant compulsi. Il-
lustratus Isaias. | 4. Impiorum gloria non per-
severat. a.
5. Radix quid proprie. Va-
ria lectio. |

I

Prima expo-
siti-
Eugubinus
2. Expositio
Vatab.
Clarius

Sententia quidem plana videtur, sed
de illa valde dissentiunt interpretes
quibusdam ad supplicium, aliis ad impro-
bitatem impii referentibus. Primum ergo
indicat Steuchus habiturum impium
in desertis locis, ut impune grassari pos-
sit, & excursions facere. Secundò Vata-
blus, & Isidorus Clarius, quos nonnulli re-
centiores imitantur, de superbissimis ty-
rannis accipiunt, qui eum divitiis abun-
dent, expensas inutiles faciunt, animùm-
que adjiciunt instaurandis ruinis: & civi-
tatibus everfis, atque fulciendis colla-
bentibus arcibus, & domibus regiis, ad
nullum alium usum, opportunitatem vé,
quam com parandi nominis immortalita-
tem, tum ex everfione quarundam ur-
bium, tum ex everfarum instauracione.
atque simile videtur id cap. 3. *Qui aedificant*

Job. 3. 14

sibi solitudines. Sed quia, cum hæc dice-
bantur, non admodum frequentes urbes
erant, non videtur in hanc sententiam
commodè potuisse dici. neque locus ille
cap. 3. favet, qui de sepulchris accipien-
dus est: ut eo loco docuimus.

Præterea Cajetanus, ad rapinam, & ava-
ritiam tyrannorum refert; nam diripiunt
non communes tantum rerum publica-
rum, & privatarum etiam domorum fa-
cultates; quæ expilatio. spoliatioque. bo-
norum, desolatio, & vastatio dicenda est:
adde etiam, quòd per summam violen-
tiam ejectis propriis dominis è suis sedi-
bus, illas tyranni occupant, accessionem-
que faciunt suis arcibus, & viridariis; uti
fecit Achab de vinea Naboth. 3. Regum.
2. 1. Hos Isaias cap. 5. notare videtur; *Vae
qui conjungitis domum ad domum, & agrum a-
gro copulatis, usque ad terminum loci, num quid
habitabitis vos soli in medio terræ? In auribus
meis sunt hæc, dicit Dominus exercituum.* (sunt
enim ingentia scelera, quorum clamor au-
ditur in excelso) *Nisi domus multa & deserta
suerint, grandes & pulchre absque habitatore.*
comminatur ipsas suas domos amplissi-
mas destructas & vastatas iri ab hostibus,
ipsis ejectis, qui illas aedificaverunt; ut sup-
plicium sceleri, & iniquitati respon-
deat.

Sed quartò tamen loco de pœna im-
piorum Divus Thomas & alii Latini ac-
cipiunt, vel quòd illi conscientia terro-
res, de quibus nuper dictum est, non pa-
tiantur impium uno in loco consistere,
neque in familiari hominum convictu &
societate vivere; ideòque in solitudi-
nem concedat, & desolataram urbium
ruinas, & latibula quærat, si fortè ibi in-
ter *lamias & pilos* securus agere, atque
latere possit, vel, quòd tandem hujus-
modi impiissimi tyranni ejiciantur, in e-
xilium non potentibus subditis diutius
ferre tam iniquam dominationis petulan-
tissimæ libidinem. uti contigit Nabu-
chodonosor Dan. 4. *Ejicient te ab homini-
bus, & cum bestiis, ferisque erit habitatio tua.*
& idem indicatur Isai. 22. cum ad Sob-
nam templi præpositum dicitur; *Domini-
us asportari te faciet, sicut asportatur gallus
gallinaceus* (is enim vincit pedibus faci-
lè quovis asportatur) *quasi pilam mittet te in
terrâ latâ & spatiosam* (id est in exiliu ad re-
motissimas regiones, unde redire facile
nò possis, p. gallo autè, in Heb. est, sicut vir

3. Interpreta-
tio
Cajet.

4. Reg. 21. 2. 16

Isa. 5. 8

2

4. Expositio
modior
D. Thom.
Latini

Conscientia
impiorum ter-
rores

Isa. 34. 14

Tyranni exules

Dan. 4. 22. 29.

Isa. 22. 17. 18

nimi-

LXX

3
Græcorum in-
terpretatio
modissima

LXX

nimirum sicut princeps aliquis, aut po-
tentissimus tyrannus, qui cum ab hosti-
bus capitur exulare cogitur in remotis-
sima regione, ut omnem illi ad suum reg-
num redeundi aditum, & spem præclu-
dant; propterea que cogitur habitare in
civitatibus desolatis: & ita Septuaginta
hunc Isaiæ locum legerunt; *Conteret vi-
rum, & projiciet te in regionem magnam, & im-
mensam.*

Hæc præterea commentario affinis est
illa aliorum interpretatio, ut de extrema
inopia accipiatur, ad quam redactus im-
pius tecto careat, & nisi in civitatibus de-
solatis, desertisque & ruinosis domibus
commorandi, seque protegendi locum
aut facultatem non habeat.

Tandem quod videtur optimè quadra-
re, & cum consequentibus cohærere, ex
Græcorum interpretatione, illud est, ut
impio comminetur everfionem suæ civi-
tatis, & suæ domus: & quoniam quæ com-
paraverat bona, ex rapinis erant, directio-
ni, quoque exposita erunt, juxta quod ac-
cipiendum est, quod dicitur, *in tumulos
sunt redactæ*; nam in Hebræo effertur per
futurum, *in tumulos*, aut, in cumulos *redi-
gentur*. atque huc sensum indicasse viden-
tur Septuaginta, qui imprecanter legunt;
*Habitet civitates desertas, & ingrediatur
in domos non habitatas: quæ autem
illi paraverunt, alii
auferent.*

**XXIX. Non ditabitur, neque per-
severabit substantia eius: neque mit-
tet in terra radicem suam.**

4

Perseverare.

5
Radix quid
proprie.

177
Pagn.
R. David

Non ditabitur. Non semper ditescet.
neque semper ex quocumque jactu
& quocumque piscatu evadet ditior. &
quoniam summis negatum est stare diu,
non *perseverabit*. Proprie, non surget, non
stabit, non confirmabitur, non erunt il-
lius opes stabiles, & firmæ, non semper
augebuntur.

Nec mittet in terra radicem suam. Radix
hoc loco est à radice, *nalab*, quod est per-
ficere, aut consummare; quare Pagni-
nus sequutus Rab. David, legit, *Consum-*

mationem. Hebræus apud Cajetanum,
Finem; Regia, *Complementum*. Rab. Mar-
dochai; *Neque extendetur in terra perfectio-
eorum.* Tygurina; *Neque ad plenum crescet
in terra.* Vatablus, *Neque tradet terræ consum-
mationem eorum.* subaudit ipse aedificia;
quæ cum impius *ceperit aedificare*, non pos-
sit consummare, ut omnes qui viderint, illudant ei.
Sed consummationem hanc ad arboris
perfectiorem pertinere, tum Septuaginta,
& Græci, tum Latinus interpretes
sapienter ex sequentibus elicerunt, ubi
ramorum mentio fit. Sed in hac eadem
re extremas perfectæ arboris rationes
considerarunt Græci atque Latinus; nam
Græci cacumen, comam, folia arboris;
legunt enim; *Non immittet super terram um-
bram.* id est, in ipso flore exarescet, pri-
misque germinibus deficiet. non effi-
ciet perfectam comam, non tegmen pa-
tulum, neque latam umbram. at noster
interpret in radicibus totam arboris con-
summationem constituens, firmitatem,
& profunditatem illarum impiorum flo-
renti statui denegavit, visusque profe-
rè est hunc locum cum illo Proverb.
12. conjunxisse; *Non roborabitur homo ex
impietate, & radix justorum non commovebi-
tur.* quasi diceret, *Quidquid peccato &
sceleri innititur, non firmis radicibus
nititur; Vermem enim corrodentem
habet. at pietas, & integritas, firmæ sunt
ad honorem, divitias & bona omnia, ra-
dices. ideo justis florebit in aeternum ante
Dominum;* & transplantatis ad vitam
alteram radix eorum non com-
movebitur. vide quæ su-
pra diximus cap.

12. conjunxisse; *Non roborabitur homo ex
impietate, & radix justorum non commovebi-
tur.* quasi diceret, *Quidquid peccato &
sceleri innititur, non firmis radicibus
nititur; Vermem enim corrodentem
habet. at pietas, & integritas, firmæ sunt
ad honorem, divitias & bona omnia, ra-
dices. ideo justis florebit in aeternum ante
Dominum;* & transplantatis ad vitam
alteram radix eorum non com-
movebitur. vide quæ su-
pra diximus cap.

12. conjunxisse; *Non roborabitur homo ex
impietate, & radix justorum non commovebi-
tur.* quasi diceret, *Quidquid peccato &
sceleri innititur, non firmis radicibus
nititur; Vermem enim corrodentem
habet. at pietas, & integritas, firmæ sunt
ad honorem, divitias & bona omnia, ra-
dices. ideo justis florebit in aeternum ante
Dominum;* & transplantatis ad vitam
alteram radix eorum non com-
movebitur. vide quæ su-
pra diximus cap.

12. conjunxisse; *Non roborabitur homo ex
impietate, & radix justorum non commovebi-
tur.* quasi diceret, *Quidquid peccato &
sceleri innititur, non firmis radicibus
nititur; Vermem enim corrodentem
habet. at pietas, & integritas, firmæ sunt
ad honorem, divitias & bona omnia, ra-
dices. ideo justis florebit in aeternum ante
Dominum;* & transplantatis ad vitam
alteram radix eorum non com-
movebitur. vide quæ su-
pra diximus cap.

12. conjunxisse; *Non roborabitur homo ex
impietate, & radix justorum non commovebi-
tur.* quasi diceret, *Quidquid peccato &
sceleri innititur, non firmis radicibus
nititur; Vermem enim corrodentem
habet. at pietas, & integritas, firmæ sunt
ad honorem, divitias & bona omnia, ra-
dices. ideo justis florebit in aeternum ante
Dominum;* & transplantatis ad vitam
alteram radix eorum non com-
movebitur. vide quæ su-
pra diximus cap.

**XXX. Non recedet de tenebris, ra-
mos eius arefaciet flamma, & au-
feretur spiritu oris sui.**

- | | |
|--|--|
| 1. Tenebra quid. Rami
quos significant Hostes
igne & flamma utun-
tur in regionis alicujus
devastacione. | apud Hebræos pro pronome
reciproco, aut non
reciproco. |
| 2. Variæ lectio. Affixum | 3. Tyrannorum mors inopi-
nata. Explicatus Da-
vid. |

Hebræ.
Cajeta.
Regia
R. Mardochei.
Tygur.
Vatab.
Luc. 14. 30

LXX
Latini. Græci.

Proy. 12. 3.

Psal. 91. 13. 14

4. Latinorum capisio spiritus pro indignatione. 5. Impii levissimis occasibus sublati. illustrat David, & Isaias.

I Tenebre quid Cajet.

Rami quos significat LXX

P22

Sup. 4. 5

להת

Me. aphora ducta à vastatione hostili

Isa. 1. 19. 10

Zach. 11. 1

2

Pagni Regia Vatab. Eugubinus

Isa. 40. 7

Chald. Vaticana lect.

Allegoria mista est, & ideo nunc tenebras dicit, quæ arbori non conveniunt, sed homini. Cajetanus verò ignorantiam intelligit, quæ comes impiorum erit. sed præstat afflictiones, discrimina, animi mæroré, & anxietatē intelligere. Ramos, germina, teneros furculos, Septuag. stirpem. sunt enim etiā stirpes, virgulta, quæ de radicibus pullulant. sive ut allegoriam dissolvant, & per ramos, & germina filiorum sobolem & impiorum posteritatem significatam explicent; nam hoc loco rami dicuntur à radice, janaK, quod est suggere, aut lacere, aut nutrire, quasi qui adhuc exugant succum à radice. sic in Sapientia de liberorum interitu dictum est, Confringentur rami ejus. vide etiam quæ superius cap. 5. diximus. Alii ramorum nomine intelligunt affectatores & assentatores, qui ex tyranni opibus victum trahunt, & illum comitatur & ornant, quos una cum sua radice exuret Deus. Alii rerum omnium felicitatem, virorem, opulentiam. Pro flamma autem Septuaginta ventum dixerunt, nempe urentem, qui solet virentia omnia urere, & decoquere, sed in originali, flamma exurens est, vehementissimi supplicii, atque adeo æterni symbolum. Duci autem videtur translatio à more hostium vastantium regionē aliquam, qui segetes & arbores succedunt. ut in illa ingenti, quam Chaldei ediderant, strage conqueritur Joel; Ad te, Domine, clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis. & Zachar. cap. 11. hostium copias jam advētantes prædicit; Aperi, Libane, portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Et auferetur spiritu oris sui. Quidam vulgati codices habent, Spiritu oris ejus. & eam lectionem retinent Hebraizantes, Pagninus, Vatablus, Regia, Eugubinus. intelligunt autem Dei spiritum, indignantis, atque vi incredibili perflantis & incūbentis in impii gloriam, opes familiam, ramos, folia, & omnem felicitatis florem quæ omnia tabescunt & decutientur, cum Spiritus Domini insuflaverit in illa. eundem sensum expressit Chaldeus, neque mihi displicet; nam consentire potest cum correctiori lectione Vaticana

que habet oris sui. est enim apud Hebræos eadem particula, quæ vice pronomini ejus, aut sui, aliis nominibus affigitur. & frequens etiam est apud Latinum interpretem permutatio aliorum pronominiū cum reciprocis.

Sed tamen alii alios quoque hujus spiritus commentarios adhibent; nam spiritum sui oris, ipsius impii, interpretantur, divinis rationibus. Primò Vatablus refert ad illius pinguedinis cōsumptionem, de qua nuper dixerat; Veniet ad eam tenuitatem carnis, qui pinguisimus erat, ut vel solo flatu, loco suo moveri possit, proprio inquam suo flatu. sensus videtur paulò humilior. Aliquantò erectior, & acutior Cajetani, Auferetur, propriè etiā juxta Hebræum, recidet in spiritu oris sui, videlicet, absque ægritudine valens adhuc respirare, & sanus lætusque fruens vitali aura. plerūque enim non morbo, sed occultis insidiis petiti diem suum obeunt impii; uti Cæsar, cum admoneretur, ut deparatis insidiis sibi caveret, respondisse fertur, Mortem inexpectatam optimam; nam nullam aliam tyranni potentissimi expectant. Idem indicari videtur Psalmo. 81. Vos autem, sicut homines moriemini (id est, sicut plebei, quorum nulla in morte ratio ducitur, qui neque lugentur, neque extremis honoribus afficiuntur) & sicut unus de principibus (qui repente, & ex insidiis petuntur) cadentis.

Sed tertio non nihil durior, frequentissima tamen Latinorum interpretatio est Gregorii, Philippi, Div. Thomæ, Hugonis, indicat etiam Tygurina, Auferetur, & perdetur impius propter indignationem irati & impatientis animi, quam concitatoribus verbis efflat in Deum. ex ore itaque suo judicabitur, stultum enim interficit iracundia. in spiritu itaque, id est, propter spiritum, & indignationem auferetur, miseranda morte plectetur.

Tandem illud non contemnendum, ut hoc pertineat ad facilitatem quandam, qua impius, paratus licet & munitus ab omnibus bonis, concidit & interit pinguisimus, si vel solo impellatur spiritu & tenuissimo flatu, facile, breviter deficiet; qua ratione dictum est Psalmo. 14. Exhibit spiritus ejus, & revertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum; in extremo halitu, &

Affixū quod apud Hebræos valet reciprocum

3

Vatabl.

Cajet. Tyranni subitō de medio sublati

Plutarch.

Psalm. 81. 7

4

Gregor. Philip. D. Thomæ Hugon Tygur.

Spiritus, pro indignatione Job. 5. 2

5

Impii levibus incommodis oblari * Desharale en un soplo Pf. 145. 4

Spiritu

Isa. 2. 22

& spiritu dissipantur omnia. & Isaiæ. 2. Quiescite ab homine, cujus spiritus in naribus est, quoniam excelsus reputatus est ipse. si de potentissimo superbissimòque tyrannò accipias; Quantumvis vanissima sui reputatione inflatur, vilissimè re ipsa est, ut qui vitam spiritu, & halitu ducat. melius de Christo Domino; Cavete ab eo, qui quavis homo sit, atque ea ratione, qua homo est, habeat vitæ spiritum in naribus, id est in respirandi facultate; at nò tantum homo, sed excelsus Deus est. Quoniam verò flores solent vehementiori vento decuti, Septuaginta perstantes in eadem florentis arboris translatione, legerunt; Et decidat flos ejus.

LXX

XXXI. Non credit frustra, errore deceptus, quòd aliquo pretio redimendus sit.

1. Impiorum mala securitas. Aliquando etiam, vna, & spei omnis abjectio. 2. Varia lectio. Illuminatio Vulgata. Credere

quid proprie. Errare quid proprie. illustrat Ezechiel, & David. Quis Deo non aberrat.

I

Impiorū mala securitas.

CV m (inquit) repentinus & miserandus interitus impiū maneat, fallitur miser malè securus, neque in animum suū inducere potest, se indigere prece & pretio, id est, aliena ope, ut à tam certis discrimibus liberari possit. hæc est brevis & facilis sententiæ elucidatio. Nisi fortè illa præstantior sit; Omnino desperabit tot malis tandè agitatus, fore ut aliqua ratione mortis periculū effugiat, aut judicem suum placare possit, aliorum ve opè & misericordiam allicere. Sicut ad opulētos quosdam dictum est Psalmo. 48. Frater non redimit, redimet homo (id est, neque frater, neque homo quivis alius redimere poterit) non dabit Deo placationem suam, & pretium redemptionis animæ suæ. ut enim dicitur. 2. Paralipom. 19. Non est apud Dominum Deum nostrum iniquitas, neque personarum acceptio, nec cupido munerum. sic etiam Eccles. 7. Ne dicas in multitudine munerum meorum respiciet Deus. & offerente me Deo altissimo, munera mea suscipiet. In hanc ferè sententiam dixerunt hoc loco Septuaginta; Non cre-

Impiorum vita & remedii omnis abjectio.

Psalm. 48. 8

2. Paral. 19. 7. Eccl. 7. 11

Ixx

dat, quia sustinebit, vana enim evadent ei, nullo enim modo par erit perferendis incredibilibus his Dei indignantis ictibus atque vulneribus.

Sed Hebraizantes valde discedunt à Latino, sic enim ex verbo legunt; Non credit a quo, aut valido, aut recto, is qui errat, sed mendacium erit loco ejus. vel, vanitas, aut temeritas erit permutatio ejus. Tygurina; non sicut Deo. quasi dicat, desperabit de divina ope, vel non nititur Deo. alii; non credit justo & sapienti homini erradenti se. ut notetur Iob qui parere nolit amicorum monitiis. Vatab. Non credit fore, ut ejus felicitas permutetur. & ad meram vanitatem deveniat. sed Vulgatus rectè vertit frustra, vel vanū non enim legit Siva, quod est equum esse sed, so, quod est sonus, clamor vanum, frustra; quasi dicat, sua vanitate, & rerum externarum strepitu seductus sine ullo firmo felicitatis fundamento, non credit, non stabit, non persistet, non erit firmus, non permanebit. nam hæc omnia verbum credendi, Aman, complectitur. quare non incommode vertit, & legit Regia, Non credit in mendacio errans. Secunda autem pars à verbo, mir, quod est mutare, aut permutare, propriè vertitur, Non credit, quòd permutatio, sed pro pretio commutationis rectè accipitur à Vulgato: quare illuminavit sententiam lucida paraphrasi; Non credit, quòd aliquo pretio redimendus sit.

Sed impius tamè sic judicat de rebus, errore deceptus. propriè, errat. verbū Originale affert mētis commotionem; videbitur malorū turbine exagitatus mēte emoti, nullūque verū, aut certū judiciū de rebus capere. ab eadē radice dicitur Psalmo. 118. Erravi sicut ovis, quæ periit, id est, nullū salutis certum remedium vagus aberrans que quærebam, mei impositus, & ingentis in quo versabar discrimine, pene ignarus. & Ezech. 44. Cum errarent filii Israel a me. Alii sic legunt, & dispungūt; Non credit, frustra igitur, errore deceptus erit. Nam qui Deo non credit, oportet illum aberrare, & ad miserandos exitus, certissimæque præcipitia perire, sicut à sapiente dictum est Va dissolutis corde, qui non credunt Deo; & ideo non protegentur ab eo. Nam dissoluti, & sine anchoræ præsidio, quam in divinam opè jacere deberent, agitantur rapidissimis malorum fluctibus, & ad immanes scopulos alliduntur.

2 Varia lectio. Hebraizantes Pagni.

Tygur.

Vata.

שוא

שוא

Credere quid

שוא

שוא

3 Errare quid proprie

שוא

Psalm. 118. 176

Ezech. 44. 15

Qui Deo non adheret, errat

Eccles. 2. 15

XXXII. Antequam dies eius impleatur, peribit: & manus eius arescent.

1. Implere quid. Implere dies & plenus dierum quid. 2. Immatura mors impiorum. Nemo justus immaturus decedit. explicatus Salomon. Illustratus Isaias. 3. Vita spatium concedi homini ut maturescat velut fructus quidam. Juvenis cordatus maturus. Senex improbus acerbus. Explicata sapientia. & Hoseas. 4. Ramus & manus pro eodem. rursus utrumque pro filio.

Si perstet in eadem arboris methaphora, hic erit sensus; Ante perfectionem & debitam fructuum maturitatem, quos daturus erat in suo tempore, peribit. succidetur. Septuaginta; Praeciso ejus ante horam corrumpetur. id est, incidetur, & putrescet, & ab incisione & ferro non ducet opes, neque nova germina, sed rami, manusque & brachia arescent. licet autem in Originali tantum sit unica vox, male, quae complere, & perficere significat, recte Vulgatus duobus aliis reddidit, implere, & perire, ut vitæ immaturæ, & rerum omnium suo fine & perfectione carētium, interitum & finem significaret. & quidem, Quod in Originali est, In non die suo complebitur. non videtur commodius, neque illustrius reddi potuisse, nam compleri ante suum diem & tempus constitutum, est potius perire, & deficere, quam ullum complementum, & perfectionem accipere. Implere autem dies ad felicem, longamque senectam pertinet, ut Isai. 65. Non erit ibi senex, qui non impleat dies suos. Sed observandum non esse eandem dicendi formulam, cum quis dicitur plenus, id est satur, dierum, & cum quis dicitur implere dies, id est mensuram vitæ bene cumulata refertaque annis reportare, licet utrumque ad senectam pertineat. Hujusmodi verò acerbam mortem, aut potius acerbæ & immaturæ vitæ succisionem sæpe comminantur impiis sacræ literæ. ut Ecclesiast. 7. Ne impiè agas multum: & noli esse stultus, ne moriaris in tempore tuo. id est, ne moriaris, cum nondum maturueris, sed acerbis adhuc, & austeris, atque crudis moribus sis, & minimè morièdo præparatus. Quare nihil mirum, quod impiis quàm vis in veterati dierum, atque malorum, semper conquerantur mortem sibi importunam & ante suum tempus accidere: nam cum nunquam se ad mortem

comparaverint, numquamque sensu atque moribus maturuerint, sed semper vitiorum & lascivientis, luxuriantisque animi virore & obstinatione recrudescentes, mitem operum fructum suo tempore non ferunt; justi verò, ut qui divinæ charitatis calore, sensu atque moribus maturescere mitererentque, omni duritie & acerbitate decetæ, jam inde ab adolescentia cæperunt, nunquam non amplectuntur opportunam mortem, numquamque non decedunt suo tempore, & suæ vitæ diebus impletis. cum enim licet ætate juvenes, at senes sint moribus, mortis parati, & maturi proculdubio censerit debent. Hæc est enim illa Ecclesiæ propter suorum juvenum pietatē facta promissio, Non erit amplius infans dierum, neque senex, qui non impleat dies suos, quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. id est, nemini in medio ætatis cursu importuna mors accidet, nā pervenient omnes ad illam operum, atque ætatis maturitatem, & vitæ complementum, quod non dierum, & annorum numero, sed pietatis perfectione & morum integritate definitur. at impius senex licet, & ceterum annorum, infans censendus erit, ut qui morum & sensus maturitatem numquam assequutus fuerit, neque suum illud expectatum senectutis, prudentiæque tempus impleverit. Is igitur maledictus erit, fructus videlicet inutilis & acerbus. Iuxta Heb. parvi pendetur, projicietur.

Quare observandum quidē humanam vitam cōcedi homini, ut in eo temporis spatio pietatis atque justitiæ incrementa accipiat atque ad perfectam quandam vitæ, morumque perfectionem atque maturitatem pervenire possit; quare qui ejusmodi evasit moribus, videlicet, atque sensu maturus, suam perfectionem suamque; temporis complementum atque mensuram accepisse videtur; in eum enim finem consummationis atque perfectionis, vitæ humanæ spatium mortalibus concessum est, ut Sap. 4. dicitur, Consummat (id est, juxta proprietatem verbi Græci teleo, qui ad complementum pervenit, & consummationem) in brevi explevit tempora multa. id est, ceterum suam mensuram perfectæ gratiæ cōplevisse. ergo si quis maturescat, & sensu moribusque; canescat in juventute, jucundissimum & suavissimum is præbebit Deo fructum maturescens ætatis, Dei palato gratissimè ut ipse testatur Hoseæ. 9. Quasi uvas in deserto inveni Israel, quasi prima poma frulneæ

Isa. 65. 20

Sap. 3. 17

3

Vitam concedi homini ut maturescat. divino palato

Sap. 4. 13

76. 20

II. 6. 6

in cacumine ejus vidi patres eorum, id est, inter alias sylvescentes gentium barbararum arbores, quorum fructus acerbissimus erat, minimèque gratus. divino gustatui, illi justi Abrahamæ, Isaac, Jacob, qui Deo gratissimi fuerunt, antequam veniret plenitudo temporis, & gentium conversio, & tempestiva animorum, morumque maturitas nondum ventura, Deo extiterunt velut prima, præcociæque poma, quibus licet non admodum multis reficere se solet homo, interim dum expectatur plenitudo fructuum. Idem de se ipso testatur Salomō Ecclesiast. 5. 1. nam Sapientia, prudentiaque; maturitatem re ipsa potius, quàm spe, atque expectatione habuit in ipsa prima ætate; Cum adhuc (inquit) junior essem, prius quàm oberrarem, quasi sapientiam palam in oratione mea, ante tempus (sic plerique codices, quamvis correctior lectio Vaticana, ante templum habear) postulabam pro illa, & usque in novissimis inquam eam, & efflorebit tãquam præcox uva. Quid igitur mirum, si cum Deus videt cordatum juvenem, benèque maturum, nihil expectans amplius, illum decerpit. è vitæ nam implevit tempora multa; nemo enim justus moritur, antequam dies ejus impleatur, sed ingens tam è supplicium, cum impius nondum maturus exellitur è vitæ, non enim ille in caelesti beatorum mensa apponendus erit, qui ppe fructus inutilis, & immaturus.

Et manus ejus arescent. Eadē vox originalis significat & manum, & ramum. à radice caphaph; quod est, incurvarè. nō solum enim manus. & vola curvitatē habent, sed etiā inflectitur ramus in gravescens fructu; quare Septuag. dixerunt; Ramus ejus non condensabitur. Symmach. Nō florebit, aut non virescet. ut methaphora arboris continuata sit, atque eundem habet sensum nostra lectio; nam rami, sunt velut brachia aut manus arboris. Si igitur rursus hoc loco filiorum mētio fiat, hæc erit hujus loci sententia; Peribit impius antequam honestam filiorum sobolem suscipiat; quod si quos habuerit filios, non permanebunt diu, sed statim arescent, & extinguentur. quod propter filiorum Iobi interitum dictum videtur ab Eliphaz. atque ex hoc loco per imitationem dictum. sanè videtur Sapientia. 4. Adulterina plantationes non dabit radices altæ; & si in ramis in tempore germinaverint, infirmè posita, à vento commovebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur

Ecl. 1. 13. 19

Vaticana

Sap. 4. 13

4 Manus & ramus idem.

902

LXX Symmach.

Iob. 1. 19

Sap. 4. à v. 3. & que ad 6

confringentur enim rami inconsummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandū, & ad nihilum apti. ex iniquis enim omnes filii, qui nascuntur, testes sunt nequitia adversus parentes.

XXXIII. Lædetur, quasi vinea in primo flore botrus ejus: & quasi oliva proiciens florem suum.

1. Vineam quid. illustrati Moyses, David, Salomon. 2. Botrus quid in Hebræo. 3. Projicere quid. Vitis & olea, quando floreat. quid florentibus nocet explicatus Isaias.

Pro vinea est, gepher, quæ vox propriè significat vitem, cepa, o parva, sic enim vitem sæpe vertit Vulgatus, Gen. 40. Vide hamcoram me vitem. & Psalm. 127. Vxor tua, sicut vitis abundans in lateribus domus tue; id est, quæ cum externis non pateat, neque in publico conspiciatur, domesticis omnibus, valde fructifera sit. & ipsum vinea nomen, vitem significat Gen. 49. Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem, (id est ad alterius generis vitem aliam) asinam suam. id est, ex quacumque cujusque generis vite copiosissimus fructus colligitur; ligans, id est, onerans; nam cum jumenta onerantur, ligantur etiā. sic etiā Cant. 2. Vineæ (id est vitis) flores, dederunt odorem suum. sic igitur hoc loco vinea, in primo flore, est vitis florens, dānsque odorem suum. cum autem in Hebræo tantum sit, sine flore botrus, recte interpres addidit, in primo flore, explicationis gratia, (estando en cierge) Est autem botrus, propriè labrusca, aut uva immatura, Septuaginta; *Vindemiatur, sicut acresta, ante horam. Lædetur, grandine vehementi, aut urenti pruina decoquetur. propriè, dissiabitur, opprimetur; perdetur à radice, chamaç, quod est, inique agere contra aliquem, vi opprimere, dissipare, rapere. quare ut perstemus in eadem allegoria; Diripietur fructus immaturus.

Et quasi oliva proiciens florem suum. Projicere hoc loco, non est germinare, aut protrudere florem, sed potius ejicere, dimittere, ut cadat. nam salac, est projicere in terram, aut in inferiorem locum; & sic etiam dicitur ab hac radice; Erit in ostensionem, sicut quercus, quæ expandit, (longe

I 191

Vinea quid propriè Gen. 40. 9. Psal. 127. 5

Gen. 49. 11

Cant. 2. 13

2 107

Botrus quid IXX El granizo la vedimiarra en agraz

107

3 Quid Projicere

177

Isa. 6. 13

à se projicit, ramos suos. licet utraque res conjuncta sit; nam cum floreat oliva, facile flores amittit. & quidem sicut oliva flos delicatissimus, quamcumque caeli injuriam non sine damno sentit, ita etiam florentem fortunam quamcumque temporis injuria, & vicissitudo urere, & deicere potest. Dixi autem hoc loco projicere florem, esse potius deflorescere, & amittere florem, quam emittere, nam tunc olea, ac reliqua etiam arbores detrimenta sentiunt potissimum. nam sic etiam de arboribus in universum loquens Plinius tradit lib. 17. c. 2. *Si cum deflorescere, protinus sequantur imbres, in totum poma depereunt. Circa vergilias quidem plueret, inimicissimum viti & olea.* Non frustra autem tum vitis, tum olea simul meminit, nam ferè eodem tempore florescunt, uti scribit Plinius lib. 16. cap. 25. *Florat solstitio vitis, & quæ paulò serius incipit olea.* & aliquando etiam vites maritantur oleis, ut idem Plinius auctor est lib. 17. cap. 4.

Plin. lib. 17. cap. 2.

XXXIII. Congregatio enim hypocrita sterilis: & ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt.

1. Congregatio, quid. Principes qui Hypocrita.	2. Sterile quid. Impi. Mors restitatur contra illum.	3. Ignis divina ultio. Igni.	4. Uterus mens. Quid parare. Divitia fallaces.
--	--	------------------------------	--

Merito (inquit Eliphaz) hæc dixim; est enim dignus hypocrita gravissimo supplicio. *Congregatio* D. Thom. opes, *congregata*. bene; sed præterea etiam familia, amici, socii, & quæcumque alia necessitudine, aut fædere devincta, *ellos y todos sus allegados*. nam *ja ghad*, non solum congregari, sed in fædus & pactum, aut amicitiam convenire, significat. *Hypocrita*. impii, principis præsertim aut tyrani, qui cum pro suo munere tueri deberet rem publicam, & infirmiores juvare, debilesque fovere, ipse, contra quam sui numeris ratio & species externa præfererebat, justitiæ, & equitatis everfor fuit. hi sane principes, qui non sunt, quales esse videntur, *hypocrita* sunt. quos notat Daniel. c. 13. *Egressa est iniquitas de Babylone à senioribus judicibus, qui vide-*

I
D. Thom.
Congregatio quid
Hypocrita
Cur iniqui principes hypocrita.
Dan. 13. 5

bantur regere populum. videbantur quidem externa facie, sed tamen re ipsa minime regabant, sed potius perturbabant eversa omnis juris, æquitatis, & honestatis ratione & lege.

Sterilis. Vox eadem quæ cap. 3. redditur *solitarium*. igitur *congregatio sterilis*; solitaria, ad summam solitudinem redigetur sine filiis, sine famulis, qui re promoveant & curent; vastabitur illius domus. & quoniam verbum *congregandi*, & conveniendi, significare etiam solet convenire ad testificationem alicujus rei, ideo Septuag. dixerunt; * *Testimonium impij mors*. Cujus multas interpretationes affert Chrysostomus; sed illa est optima; quod mors, exitusque miserandus impiorum abundè probabit, cujusmodi illorum fuerint vita, atque conditio. adde etiam mortem impii testimoniam habituram; id est fore omnibus constatam, & ignoratam nemini.

Et ignis. Divina ultio, & inevitabile supplicium. *devorabit*. absument, & perdet; os & lingua tribui solent igni; nam dicitur *lambere, comedere, devorare, & depasci*. augetur nimirum & nutritur subiecta materia, sicut animal suscepto alimento. sed de hoc potest plura. *Tabernacula eorum* per paraphrasim Vulgatus sententiam elucidavit, imitatus Septuag. qui legunt; *Ignis comburet domos eorum. Qui munera accipiunt*, in Hebræo tantum est; *Tabernacula munerum*, id est principum, & judicum iniquissimorum, qui se sinunt muneribus corrumpi, quod cum sit iudice & principe indignissimum, ex hoc cætera principum peccata significabuntur. nam qui æquitatem munere accepto corrumpit, quid non iste venale habeat? adde etiam *tabernacula munerum* esse quæ ex usura, & rapinis extracta, & locupletata sunt. Cajeta. intelligit, *munera, quæ offeruntur à redimentibus vexationem suam*. auctor Catenæ existimat hanc esse periphrasim avari hominis, & in munera turpiusque lucra inhiantis. rectè omnia; non enim inter se pugnant; neque aliena sunt a voce originali, *sochad*; quod munus est, illud præsertim, quod iniquè accipitur à principe, vel magistratu, quod dicimus, *cohecho soborno*. tum etiam munus, pretium vé acceptum, ut alicui noceas. de quo loquitur Psalm. 14. *Et munera super innocentem non accepit*. his ergo verbis videtur Eliphaz latenter accusare Iobum repetundarum sic enim dixerunt Romani, cum ex priva-

2
Sterile quid
Iob. 3. 7

LXX
Chryso.
*Su mala morte daratestimonio de sua mala vida.

3
Ignis
Nab. 3. 15
Iob. 1. 19
Zach. 11. 1. 2
Psal. 20. 10
Dent. 5. 25.
4. Reg. 1. 12
Iob. 20. 16
LXX

Cajet.
Nicetas
Munus quid proprie
Psal. 14. 5

Repetundæ
Cicero in Verrem.
tis legibus pecunias repetebat à magistratibus. male ablatas, captas, coactas, conciliatas, aversas, ut Cicero loquitur accusans Verrem.


XXXV. Conceptit dolorem, & peperit iniquitatem: & uterus eius preparat dolos.

4 **T**anto (inquit) supplicio dignus est, qui semper machinatur, quomodo alicui dolorem afferat, & quavis occasione nacta, eodem opere perficit iniquitatem, violentiam, rapinam, egenorum oppressionem, & imbecillorum expilationem. *Et uterus eius.* Mens, pectus, præcordia, vis cogitandi & concipiendi. sic dicitur Proverb. 22. *Sapientia conservari in ventre.* sed videtur metaphora duci ab utero facundissima alicujus mulieris, quæ vix

Uterus mens
Prov. 22. 18

cum peperit, denuo concipit factum alium impii uterus, & cogitatio numquam cessat ab iniquitate; nam cum concupiscentia postquam unum aliquod facinus conceptum peperit, & exclusit, aliud denuo preparat, proprie, format, fingit fraudem aliam. nam ab eodem verbo dicitur cap. 3. 1. *For-mavit me in vulva.* Denotatur etiam improbum ingenium, non alia re valens, quam dolo & fraude. de hac re diximus superius nonnulla. Vide auctorem Catenæ, qui dolos hos ad ipsum impium refert, qui cum devoravit alienas opes, conceptis profecto videtur, quod postea cum dolore evomat, & uterus preparat sibi ipsi dolos. nam inflatur fallacibus divitiis, que suam possessorem fallunt, cum neque veræ, neque stabiles sint. Scriptum est enim; *Divitias quas devoravit, evomet: & de ventre illius, extrahet eas Deus* neque hic sensus incommodè videtur claudere totam Eliphaz orationem. quæ verò in hanc sententiã conferri possent, petenda sunt ex cap. 4. vers. 18. vide etiam inferius, c. 20. v. 15.

Jacob. 1. 15
Iob. 31. 15
Nicetas
Scip. sum fallit impius
Matt. 25. 24
Iob. 20. 15





BREVIS, NOTATIO RERVM insigniorum quæ in commentariis fuffi^o explicant.

PARAPHRASIS CAPITIS PRÆCEDENTIS. CAPUT DECIMUM QVINIVM.



Obi orationem nervis & acrimonia plenam, iniquè ferens. Eliphaz, seque ac suos amicos contempni arbitratus, illam amarulenta plenaque stomachi responsione excepit, sed non ita perturbata, ut disputandi decorum, rectumque ordinem non servet; nam ab altero alteri sibi que nunc per vicem traditam orationem ab indignante interrogatione sic exorsus est.

Qui fieri, o Iob, potest, ut inter sapientes numerandus sis, cum tam multa ad rem parum attinentia insolenter & arroganter effutias? non enim in sapientem facile cadit superbiæ, & stultiloqui peccatum; perstrepsis enim tu, atque insanè infremi, instar præcipitis cuiusdam & horroni venti, & inanem conaris auram captare inutilibus, incommodisque sermonibus, atque sophisticis, captiosisque argumentandi rationibus. Impletus sanè, distentusque videris inutili quadam scientiæ opinione, quæ mentem inflat, & instar urentis alicujus & inflammati spiritus, minacis videlicet Eurj, aut tumidi, præcipitisve Vulturni, tua præcordia in illa mat excaudescens sanguinis atque ire ardor, & plus nimio te defendèdi, & cù Deo disputandi ardens studium, & incitata contentio. Quasi verò ea ratione mentis & sensus dolor exsaturari expletque possit, atque mitescere. Quin potius dum amarulenta oratione uteris, implet mentem ingenti quodam sensu, & assidua tuarum ærumnarum cogitatione, quæ vehementi dolore animum tuum disrueat.

Et verò inutili tu oratione divinam providentiam lacescere & reprehendere videris, cuius celsitudo infinitis partibus tuum captum superat, nec non tuos amicos importunis reprehensionibus proscindis, res videret

Respondens autè Eliphaz Themanites,

dixit.

Numquid sapiens respondebis,

quasi ira ventum loquens:

& implebit ardore stomachum suum?

Arguis verbis eum qui non est aqualis tibi: & loqueris quod tibi nō expedit.

De huius ventum ex sacris tum ex prophanis nomine, & significatione, atque natura, quadam 2. nu. 4. 5.

licet ad tuam ipsius perniciem opportunè comparata.

4 Quantum in te est, evacuasti timorè: & tulisti preces coram Deo.

5 Docuit enim iniquitas tua os tuum:

& imitavis linguam blasphemantium.

6 Condēnabit te ostiū, & labia tua respondebunt tibi.

7 Numquid primus homo natus es?

& ante omnes colles formatus?

Tua sanè ista animi præsumptione, & impudentia publicè palamque proposita, efficit, ut ex te alii insolere discant, & obloqui adversus Deum, atque omnem divini numinis timorem religionemque abjicere: nam qui doceat sanctos justosque homines non affici præmiis, sed suppliciis, is sanè sua ista assertione à Dei cultu homines deterrebit, quis enim velit, ut si sanctus probusque sit, tam acerbè, tamque severe à Deo accipiatur, illi se supplicem præbere? Tum etiam conaris Dei à te timorem repellere, ut qui perfricta fronte cù tremèda divini numinis majestate de tuis ærumnis ex postulare non dubites. Sed quid non audeat, qui præca di studiū dimiserit, & pro oratione, inaudita nunc quædam verba adversus Deum jactata substituerit.

Hanc de Deo loquendi, sentiendique rationem à nēmine accepisti, sed ex tuo illam cerebro consistam de prompsisti; nunc tadem occulta tui animi improbitas se se tuis verbis prodidit, neque verò opus est, ut tibi indicem, in quò pecces; nam ipse tuus sermo, tacentibus cæteris, facile te docere poterit, te iniquū, & Deo injurium esse. Verum enim verò errantia hominū prævè de Deo deque divinis sententium dogmata, consiliaque tuo animo imbuisi; illaque tanquam optima & probatissima tibi semper sectanda proposuisti, & versutissimorum hominum more fucatis, compositisque rationibus tenebras offundere veritati niteris, ornata potius oratione, quàm re ipsa, te nobis justitiæ & sanctitatis nomine probatum cupiens, interim salutaria atque verissima tuorum amicorum monita contemnis.

Ad te obsecro parumper redi, fieri enim non poterit, quin tu ipse mentis compos adversus tuam impudentiam & temeritatem pronunties, si tuorum prætorum verborum testimonium adversum te attendere volueris, & vel te iudice, minimè absolveris.

Porrò, quod ad nos attinet, tacere nos nuper iussisti, attentosque nos tibi præbere, scilicet tu antiquissimus perinde ac sapientissimus, cuius testimonium atque doctrina, sine ulla probatione alia, probata cæteris esse debeant. Adam tu ille primus humani generis parens, pariter atque doctor, cuius interfit docere hominum genus, & verissima dogmata in omnem posteritatem trāmittere. An non tu sicut ceteri hominum, colligatam in corde tuo stultitiam, cù in lucem editus es, traxisti tecum ut te nunc nobis sapientia iudicioque præferas? at valeo (inquis) rerum usu atque experientia, scilicet, ante omnes colles & montes, partesque mundi ac terræ primigenias tu conditus es, mundumque ipsum ætate & antiquitate præcessisti; primusque deinde constitisti, firmisimas ipsas terræ partes, nō solum diuturnitate, sed constantia etiam & stabilitate superans, videberis itaque tibi ipsi, unum primumque ex illis summis, celsissimisque montium cacuminibus, quæ confugientibus aquis in locum unum, ut appareret

Cur colles sint antiquitatis symbolump, ortusquam alia primigenia partesterra, diligentius examinat. 7. n. 3. 4.

anda, Dei præcepto, ex abyſſo emerſerunt; ita quoque tu mundo innotuiſti, & conſpicuus, propoſituſque fuiſti antequam ipſa terræ facies potuiſſet conſpici. ſed hæc minora profectò ſunt tui animi inſolentia; nam diuinæ tibi ſapientiæ munus atque nomen forſitan arrogaveris, cui perſpecta ſint diuinæ providentiæ arcana omnia conſilia, atque cum Deo fueris cuncta componens; illumque providentem, diſponentem, decernentem, præcipientem audieris, & nihil ille ſecretioris habeat conſilii, de quo tecum unâ non communicet: niſi fortè omnem tibi ſapientiæ rationem perſpectam, ſubjectamque eſſe contendas, ut & quam Deus mortalibus impartitus eſt, & quam ſua illi mente continet inſinitam, præ tua iſta contemnas; ac tecum moriente abituram etiam è mortalium conſpectu arbitreris. atqui ego profundiffimam eſſe veritatem ſatis ſcio; teque eò ſuperbiæ elatum eſſe credo, unde illam contingere, aut videre in altiffimo puteo demerſam nulla ratione poſſis.

Parcius itaque iſta viris, o Iob, non enim quæ ſapis, loqueris vè, incognita aut inaudita nobis ſunt; nam ſi nos noſtra induſtria & ſtudio nihil horum conſequuti fuiſſemus; at potuiſſemus quidem à parentibus noſtris atque magiſtris, qui ut ætate, ita & ſapientia nos præceſſerunt, tum hæc quæ tu jactas, tum veriora alia reconditoriaque dogmata accipere. Proptereaque quæ vis inter nos tu ſenior ſis, ætatèque provectior, at noſtra parentumque noſtrorum ſapientia, multò quàm tua magis antiqua & cana eſt; atque adeo minus de falſitate luſpecta.

Sed ut hæc omittam, & ad rem tuam jam curandam amico benevolèque animo accedam, deſperare, o amici, videris de meliori fortuna, quaſi Deo potentiſſimo tua in gradum priſtinum reſtitutio difficilis aut operoſa exiſtere poſſit: proptereaque audes illum verbis, & maledictis laceſcere, à quo nihil tibi ſperandum eſſe arbitreris. At illud tibi perſuaſum velim, vel ſolo illius nutu præſentiſſimam opem & incolumitatem tibi ad futuram, niſi illius benignitati & clementiæ, tua iſta inſolenti & ſtulta oratione & criminatione, viam præcludas. non longe à te illius conſolationes abſunt: adeſt ille propè, aderitque reſipiſcenti & ſupplicanti. neque verò Dei ſolamen in adverſis parvi æſtimandum eſt; nã poteſt ille parem tuis iſtis incredibilibus calamitatibus medicinam, & incolumitatem afferre, quam cum ille eſſe fecerit, ingentis beneficii loco æſtimare te oportebit. nam cum leviora ſint tuis ſceleribus, hæc quæ pateris, cum quippiam de ſupplicio ille remiſerit, gratuitò ſanè ille condonabit remittetque debitum. Sed Deum admiferandum parcendumque proclivem, & ſponte ad te conſolandum accurrentem, aliquid ſane latentis tuo pectore ſceleris, aut aliquod pravum dogma, quod intimo cordi inſedit, aut aliqua alia ratio, quæ nos lateat, detinet, & impedit.

Hæc dum loquor, aliò contorques oculos, & niſtas dum

8.
Numquid conſilium
Dei audiſti?

& inferior te erit
eius ſapientia?

9.
Quid noſti, quod ignoremus:
quid intelligis, quod nesciamus?

10.
Et ſenes, & antiqui
ſunt in nobis, multò
vetuſtiores, quam patres tui.

11.
Numquid grande eſt
ut conſoleatur te Deus?

Sed verba tua prava
hoc prohibent.

12.
Quid te elevat cor
tuum, & quaſi magna
cogitans actonitros
habes oculos?

13.
Quid timeſt contra
Deum ſpiritus tuus,
ut proferas de ore
tuo huiusmodi ſermones?

14.
Quid eſt homo, ut im
maculatus ſit,
& ut iuſtus appareat
natus de muliere?

15.
Ecce inter ſanctos eius
nemo immutabilis.

& cali non ſunt mudi
in conſpectu eius.

16.
Quanto magis abominabilis,

dum audis veriſſima conſilia, vereor itaque ne percipias aliquo pravo ſpiritu, id facias. Hoc ergo tuis peccatis adjunxiſti, ut moroſus, vagus, torvus, ſupercilioſus, nutibusque petulans auditor ſis; neque hoc ſolum; ſed ſimulato quodam oculorum habitu, & extollentia ſanctitatem ſimulas, & interdum pro tua mentis inconstantia, non jam niſtantes & vagos, ſed inſtar ſtupefaſti hominis apertos nunc in cælum oculos, nunc in terrâ deſigas; nunc illos vultumque totum in æthera contorquas, quaſi erumpentem ſtomachum atque furorè conceptum in Deum refundens, & tumens indignatione peccatus indigniſſima adverſus Deum verborum impudentia exoneris. Cæcus ipſe, tuique oblitus, non te vides ſentis vè timere pectore, ardere oculis, exandere facie, fumare naſo, & toto corde diſtendi, atque efferri adverſus numen.

Apage tantam viliffimi homuncionis ſuperbiam! Quid enim miſerrimus homo ſit, aut cujus materiæ & conditionis, dum concipitur, dum naſcitur, dum domos luteas habitat, dum qui quid aliud agit, ut mundus purus, candidus vita atque moribus haberi meritò debeat, ſanctus vè; atque juſtus divino iudicio atque ſententia pronuntiaris? ſcilicet homo extremis propè ſuperciliis affectus, videbitur ſanctus & innocens, qui imaginem præſeferat ſceleratiſſimi hominis, meritiſſimas pœnas luentis? ſed quid, ipſa profectò concipiendi, & naſcedi de muliere conditio, ſordes affert humanæ originis, & alias plures maculas, quibus hominem pollui neceſſe ſit. nam qui mulierem dixit, peccati radicem, & ſeminarium dixit. qualis igitur ſis, qui de muliere natus ſis, tu ipſe iudica.

Illud verò, quod ſemel dixerim, & à te minimè obſervatum fuit, nunc iterum tibi inſillabo, etiam ſanctiſſimos illos Patriarchas, Adamum, Noe, Abrahamum, imò & ipſos angelos beatos, qui divino obſequio dicati ſunt, mutabilis & inconstantis naturæ omnes fuiſſe; atque ipſos orbis cæleſtes, quorum lux, ſplendor, mundicies omnem creaturarum aliarum pulchritudinem & elegantiam vincit, ad Dei conſpectum & clariſſimos oculos tenebreſcere & offuſcari: ſunt enim etiam in his corporibus ſupremis ſuæ partes lucidæ, opacæ, & craſſiores alię, & partes quidem illæ, quæ nobis fulgentiſſimæ videntur, fortè ſunt aliarum ſui orbis imperfectiſſimæ.

Quid igitur luteus & carneus homo impuritati & mundiciæ ſupremæ ſibi laudem vendicet, cum contingere poſſit, ut quod pulcherrimum & fulgentiſſimum in humana vita appareat, id apud Deum macula & nebula craſſiſſima cenſeatur; & qui optimus, & viri nomine digniſſimus inter reliquos mortales appareat, idem re ipſa abominabilis ſit? qui nihil profectò pulchri nihil boni habeat, quo, vel Dei, vel angelorum oculos allicere poſſit; quem nemo familiaritate congreſſu vè ullo dignari debeat? Feteres profectò atque vileſceres tibi ipſi, o Iob, ſi te agnoſceres: quòd ſi te intus, & in cu-

c. Ut ſint huiusmodi oculorum nutus, cum ab hoſtibus ſunt, moleſtiſſimi, & que ſint impiorum inter ſe ſymbola, quæ ad mores, & ſcripturaram intelligentiâ. v. 12. nu. 2.

d. Ut ſibi ipſi, ſi ſe impius agnoſcat, abominationi & execrationi ſit, atque ſuo conſpectu ſeipſum excruciet, quædam ad mores v. 16. nu. 2. 3.

e. *Ut impius inutilis sit, & que huius inutilitatis ratio in sacris Litteris, accurate expenditur. v. 16. nu. 4.*

f. *Que sit huius proverbialis locutionis, bibendi inquit, atem, vis, & ut facile, & ex prava consuetudine impius peccet, interdum etiam sine peculiari aliqua voluptate, sese exponitur v. 16. n. 5. 6.*

g. *De alieni in sacro sermone significatione, ad scripturarum intelligentiam non pauca. v. 19. n. 5.*

te. perspiceres, tuam ipse faciem præ deformitate & lulentis sordibus aspicere ædignareris; & à te ipso faciem averteres, ne tam turpis, fœdusque conspectus te incredibiliter perterrefaceret, & exagitaret. e. Putrida sanè res homo, putidæque, gravè olens, immunda, corrupta, & ad omne opus bonum reprobata & inutilis; & cuius certissimis experimentis inutilitas contestata sit. ad illum tantum usum commoda & opportuna, ut divinæ justitiæ materia sit, atque æterni ignis sempiternum pabulum, nam cum in hunc finem homo conditus sit, ut creatorem suum agnosceret; & pius coleret, qui longius ab illo divagatur. & errat, in vanum inutiliterque ac cepisse videtur animam suam. f. sit, quod mirum est, non virtutes, quarum quædam quasi semina insita habet à natura humana mens, sed peccata & vitia; & incredibili ad ea aviditate & animi propensione fertur; neque aliter prævæ concupiscentiæ ardorem & implacabilem sitim mitigare & extaturare potest, quam copioso quodam, quasi potum multorum scelerum, & improbitatis ingurgitatione; sic se tandem sitibundum & anhelantem reficit summa cum voluptate; nec cogitans, nec videns rem esse divinis oculis execrandam; quam ipse facile & leviter, neque minus inconsideranter, quam si os haustrum aquæ prolueret, aut biberet aquam, facile & sine ullo pretio parabilem, aggreditur & perficit.

Sed quæ, ac quanta huiusmodi projectissimos ad omnia scelera impios maneat supplicia, ut illorum periculo & interitu sapias, tibi, o amice Iob, nunc exponam; cæcutientique & in maximis errorum tenebris versanti verissimam doctrinæ faciem præferam. interim te atrentum cupio, & reprehensionem hanc meam insolentia, peròportunam patiente animo excipere. Quod enim assidua meditatione, assiduisque experimentis colligere potui, comperique verissimum, tibi proponam, atque illud sanè multorum testimonio confirmatum, qui pro eadem veritate antiquissima suorum parentum testimonia & auctoritates producebant sapientis enim est, minimè se novorum dogmatum auctorem constituere; sed eos, per quos in sapientia profecerit, magistros atque doctores ingenuè confiteri, atque nominare. Neque obscuros (inquam) neque ignobiles tibi viros proponam; sed eos clarissimos principes, & magistratus integerrimos, qui summa pace & tranquillitate sibi commissas resp. moderabantur, & in officio continebant; nemòque barbarus, aut peregrinus a hostis à vera fide verique numinis religione alienus, aut sus est illorum ditiones, aut fines infestare. hi sanè pro sua potestate & rerum peritia, tum de omnium privatorum hominum, tum de aliorum Tyrannorum vita, moribus, exitu experimentum capere poterunt, quod nobis suis admonitionibus profecerunt.

Sic igitur de improborum ingenio illi pronuntiabant; Omnes impiè & inique agètes, seditiosos & inquietos

& inutilis homo:

qui bibit, quasi aquam iniquitatem:

17
Ostendam tibi,

audi me:

quod vidi, narrabo tibi.

18
Sapientes confitebuntur & non abscondunt patres suos.

19
Quibus solis data est terra:

& non transiit alienus per eos.

20

esse

Cunctis diebus suis impius

superbit:

& numerus annorum incertus est tyrannidis illius.

21

Sonitus terroris semper in auribus illius,

& cum pax sit, ille in sedibus suspicatur.

22

Non credit, quod reverti possit à tenebris ad lucem:

Circumspiciens undique gladium.

esse, assiduisque solitudinum fluctibus agitari; h. inutilibus æstare desideriis; excruciarum timoribus; & ipsos sibi, quicquid agant, quicquid enitantur, dolores quasi parturientis fœminæ asciscere; nam sua illorum superbia, & ambitio, in incredibiles difficultates illos conjicit; quibus tandem pressa illorum superbia & inanis fastus diffatur & evanescit. Et inter alios ille non ultimus superbissimis principibus cruciatus existere solet, quod perpetuo mortis metu; atque sui supplicii quasi prælagio quodam examinatur; & quandiu illis vivendum sit, cum ignorent, tyrannidem tamen exercere non dubitant, quod stultissimum est.

Semper ad illorum aures maximè terrificus sonitus personat, ingentiū, impendentiumque malorum nuntius, atque eò magis formidandus, quò magis vicinæ cladis jam jam perstreptentis, aut hostium clamor irruentium excipitur, accedit quòd cum præsumat sæva perturbata conscientia, timorem habet impius assiduū in suis auribus commorantem, quòd quicquid audiat, malignè & in suam perniciem interpretatur, & quæ à suis vel amicis, vel magistris accepit verissima & salutaria consilia, credit esse machinamenta, & dolos ad suum ipsius interitum comparata; & cum omnibus imponere ipse studeat, sibi ab omnibus verba dari suo animo persuadet; cumque res præclarissimas obliviscatur, nemo est, de quo non nefarias temerè suspicetur, sic illi incredibilis cruciatus existit, quòd bene constituto & paccato animo dulciter sonaret; nam in summa rerum pace & tranquillitate, nemine moliente insidias, aut struente dolos, ille insidias suspicatur. Quòd si fortè vana mentis persuasionè delusus, pacem sibi atque securitatem adesse, existimet, resque suas omnes in tuto esse, subito & inopinatò opprimetur ab hostibus sævissimis, malæque securitatis pœnas dabit. Fallax igitur omnino est illa, quam præferunt impii mentis tranquillitatem, & paccatæ vitæ felicitatem, cum plena sit occultis animi ægritudinibus, atque incredibilibus cruciatibus. Sed eò interdum vesaniæ & stuporis deveniunt miseri, ut quasi peccati veteris, & altissimo somno consespulti, sua ipsi mala acerbitatesque non sentiant.

Aut igitur ad conscientia clamores exterrantur, & consternantur; aut quòd miserrimum est, stupet & surdescunt. Illud etiam impii infelicitatem atque supplicium amplificat, quòd cum in discrimine aliquo versatur, tam sibi suisque rebus diffidit, ut de meliori statu continuò desperet; cum se Dei omnique hominum auxilio & benevolentia destitutum videat; non enim habet super quem curam suam jactare possit, ut justis solent; qui quidem in maximis difficultatibus versantes, se suaque omnia, de sua salute bene securi, Deo committunt. Hi nimirum in bello pace jucundissima fruuntur: illi in pace circumspiciunt, & velut solliciti atque pervigiles speculatores contemplantur, videreque sibi videntur armatos hostes adventantes, & gladium

h. Ut impius, dicatur superbere, & nunquam non internis crucietur concupiscentiis, multa ad mores, & de arcana superbiæ di significatione, plura. v. 20. nu. 1.

i. Ut falsa sit impiorum pax & tranquillitas, & ut quò justum delectare solent, impium perterrefaciant, multa ad mores, v. 21. n. 1. 2. 3. 4. 5.

l. Ut impius præsumat se va, & mirabiles sint terrores prava conscientia, que dam. v. 21. & 22. nu. 2. & 3.

ar.

amorumque vulgares quosdam, tum aliorum discriminum, tum certissimæ mortis prenuntios.

Illud verò maturè animadvertisse illos oporteret, Deum ex sublimi cælorum specula contemplari. decerneréque impios omnes ad gladium atque necem milerandam.

Interim verò dum vivere sinuntur, ad extremam inopiam devolventur, ut & panem victumque necessarium stipe coacta queritare cogantur, per ignotas longèque remotas regiones vagi & exules; & cum quidpiam cibi comparaverint, vix audebunt ori admove, veriti ne letali aliquo veneno infectus, sibi ab aliquo inimico per insidias paratus sit. quod cum sibi certo persuaserint, incertum est, fame ne, an mortis formidine acerbius torqueatur. Sic nunquam non vitam ærumnosissimam, extremamque cladem ad manus jam paratam sibi timent, quam profectò suis; ipsi manibus, suisque operibus sibi comparaverint.

Tot itaque malis circumsepti, conabuatur interdum vires colligere, animumque resumere ad repugnandum; sed frustra: nam supplicia omnia importuna obsidione, & incredibili pertinacitate omnium ærumnarum, quasi coacto agmine, illum cingent; omnibusque contra illum viribus pugnant angustia, & tribulatio instar potentissimi cujusdam regis, qui cum adversus hostes suos in prælium procedit, ingentem exercitum conflat fortissimorum militum; & non secus in impium irruet, quam hostes solent in regem potissimum, & imperatorem adversi exercitus, aciem dirigere; illo enim superato & interfecto victoriam & triumphum sibi pollicentur. Non aliter profectò in impium præparatur prælium, obsidiòque calamitatum omnium, perpetua quasi circumvolutione recurrentium; & quasi conglobatis cuneis impios in summam angustiam compellentium. videbitur igitur impius ad globum, exquisitum videlicet illud vilissimorum mancipiorum supplicium, nunquam non dispositus, & paratus.

Tanto supplicio atque vindicta dignissimum profectò scelus hominis se se impudenter & temerè efferentis adversus potentissimum Deum, quem nulla vis, aut lædere, aut repellere potest. protenditque vilissimus lionuncio, atque intendit (quod vel dictu indignissimum est) manum suam, viribus suis omnibus, facultatibus, potentia abutens, in cælum minitans, & nefarium bellum superis indicens, roburque jactans & brachium vibrans; & contra illum, qui sibi sufficientissimus, nullisque externis armis, aut munimentis, sed se ipso invictus & insuperabilis est, miserrimus terrigena conatur se virum, strenuumque in bellando præbere, & primus ipse pacis cum superis fœdera rumpere, universamque cælestem militiam provocare.

Sic erigit iniquus cristas, collum subrigit, cervicem obfirmat, suaque pinguedine copiamque divitiarum, & bonorum omnium, quæ terra profert, ubertate quasi fortissimis armis munitum se adversus divinos

23
Cū se moverit ad querendum panem,

novit, quod paratus sit in manu eius tenebrarum dies.

24
Terrebit eū tribulatio: & angustia vallabit eum: sicut regem,

qui preparatur ad prælium.

25
Tendit enim

adversus Deum manum suam

& contra Omnipotentem roboratus est

26
Cucurrit adversus eum erecto collo:

Quæ sit hujus proverbialis locutionis. Querendi panem, significatio, & de impiorum suppliciis, quædam. v. 23. n. 1. 2. 3. tum etiam & de significatione diei tenebrofi. n. 5. 6.

Quæ sit hujus sententia ex Hebræo vis, & quale sit illud supplicii genus, quod, Globum dicunt, peculiaris quadam. v. 24. n. 2. 3. 4.

Cujus habitus, & symbolum sit collum erectum, aliqua ad scripturarum intelligentiam. v. 26. n. 4.

Cucurrit adversus Deum erecto collo,

& pingui cervice armarus est.

27
Operuit faciem eius crassitudo, & de lateribus eius arvina dependes.

28
Habitavit in civitatibus desolaris, et in domibus desertis, quæ in tumulos sunt redactæ.

29
Non ditabitur, neque perseverabit substantia eius.

30
Non recedet de tenebris: ramos eius are faciet flamma:

& auferetur spiritus oris sui.

31
Non credet frustra errore deceptus, quod aliquo pretio redimendus sit.

ictus arbitrantur; sed tamè instar strenuissimi imperatoris incurret in eum Deus, involabitque in illius collium, & scutum, laminasque omnes æreas atque calibeas, quibus se ille protegit, primo ictu disjiciet: Interim sanè ille mollibus voluptatibus se fulciat, & adipe atque omèto se infarciat, atque corroboret. Et, si libeat, tantum pinguescat, ut oculi introrsus retracti, eminente totius faciei pinguedine conspeliatur, atque propter voluptates turpissimas mentis aspectum amittat, latera illaque habeat multa pinguedine conferta, atque in fœdissimas voluptates opportunè coparata; denique ab amicis, servis, adulatoribus, qui illius latius claudat, bene munitus sit. Deus certè pinguissem pecudè mactationi & gladio servat, igni denique, quæ suâ ipse pinguedine liquecente, tanquã oleo nutriet, & accendet.

Ad summam itaque solitudinem, & egestatè bonorum omnium redigetur, ut neque domum in urbe habeat, neque in orbe locum. nam qui alios suis domibus, urbibusque ejectos exulare fecit, exulare ipse in solitudinibus cogetur, & in urbibus ruinosis, desertisque domibus pernoctare; & qui solitudines etiam infestavit, cum rapinis & prædis inhiabat, in solitudine ille feris & prædatoribus præda certissima exponetur. Atque adeo ejusmodi conscientia terroribus exagitabitur, ut vel nemine cogente ipse se exulè constituat, atque mortalium aspectum familiaritateque longissime fugiat. Quid enim? semper ne ditesceret ille, & bonorum omnium atque felicitatis accessione faceret? ita ne ex instabili fortuna stabilitate perseverantis voluptatis ille consequeretur? minime sanè; non enim ad summam, perfectamque perveniet; sed inchoatam felicitatis voluptatem exitus lucuosissimus excipiet. & antequam fructus optatos proferat, radicitus evellatur: Viri enim justis altæ sunt, æque ac firmæ perennesque radices.

At insaufa & infelicè arborem mala omnia infestabunt; urès vêtus, & exitialis flamma decoquet omnem germinum atque ramorum honorem; familia inquam universam, omnemque amicorum apparatus exitio dabit; incubet denique incredibili impetu in illum indignantis Dei vehementissimus spiritus; & qui pinguissem erat ita conficietur, ut ad extremam tenuitatè & maciem redactus, vel levissimo flatu impelli, & dejici possit; atque adeo sua ipsius respirazione & halitu præ summam imbecillitate commoveatur, atque è summa felicitate concidat. dignum profectò supplicium improbo homine, qui iratus adversus Deum verborum insolentia pugnare ausus est.

Hæc cum impium maneant mala incredibilia, fallitur tamen miser malè securus, neque in animum suum inducere potest, se indigere aut præce, aut pretio alienavæ ope, ut ab extremo discrimine atque dimicatione fortunæ incolumis evadere possit. Cū verò jam cum ipsis ærumnis colluctabitur, desperabit utique fieri posse, ut miserandæ mortis periculum effugiat aut iratum judicem placare, & aliorum opem & misericordiam allicere pos-

Ut Pingues, et Pinguedo malè audiant in sacro sermone, nonnulla tū ad scripturarum intelligentiam, tum ad doctrinam opportuna. v. 27. n. 1. 2. 3. 4.

fit: imparē igitur te tam gravibus malis ſuſtinendis, vel inavitus fatebitur; & ſerō licēt, agnoſcet tandem veriſſima eſſe, quæ illi inſtillabantur ſapientum hominū monita, quibus aurem accōmodare noluit, errore nimirū & mentis cōmotione, à vera ſalute vagus, aberransque; uti illum eſſe oportet, qui à Deo unico ſalutis fonte lo giūſ recedat.

Ante perfectionem itaque, & ante expectatam fru ctuum maturitatē, ſucciſuſq; putreſcet, & rami ejus, & qui ad illum pertinent univerſi, aſcendent, convulſi at que dilacerati: nō permittetur enim diutiūſ vivere, ne que ad lætam felicitàque ſenectam pervenire. Quod ſi impius aliquis incanuit, diuturna ætate, nã ille puer immaturæ ætatis eſt, qui neque ſenſu, neq; moribus ma turuit, nullūmque mitem aut ſuavem bonorum operū fru ctū protulit. & centū licēt annorum ſit, maledictus puer omniū execrationibus cōfigetur; nam qui ſanctis moribus eſt, in primo licēt ætatis flore, non ille florenſ tantū, ſed vberi fru ctuum optimorū proventu onuſtus cenſendus eſt, ſanctēque & legitimē uſus tempore illo, quod homini, ut fru ctus honeſtiſſimarum actionum af ferat, conceſſum à Deo eſt.

Sed qui tempore, atque ætate abutitur, exſpectandus diutiūſ nō eſt, vitis nimirū quæ nunquā feret uvas, læ datur, decoquatūſque, cū adhuc in flore ſit acerbiffiſſimis labruſciſ onuſta, & grādo atque vêtus vehemēs vin demiatoriſ inſtar, botros omnes præcidant atque con culcēt. Quod ſi aliquādo propter ubertatē viſus eſt im pius, uberem, pingueque olivā referre, in eo etiam illi ſimillimus erit, quod ſicut floſ olivę delicatiſſimus eſt & quæcumque cæli injuriā non ſine ingenti dāno acci pit, ita etiam florentem fortunam, quæcūque temporis injuriā & viciffitudo urere, atq; dejicere poteſt proji ciet itaq; & amittet ſuos flores, cū inclementia tēporis, divinæque vindictę ſeveritate & juſtitia ſpoliabitur. Quid plura? univerſa, quæ ad impiū pertinent, ad miſe randā vaſtitatē, ſolitudinēque redigentur; quid enim non mereatur hypocrita, princeps (inquā) cujus & mu neris ratio, & externa facies, bona omnia, bonorūque defenſionem pollicebatur, at re ipſa, hoſtiſ atque inimi cus Reip. cenſeri debeat? Divina ſanē ultio & inevitabi le ſupplicium abſumet, inſtar voraciſſimæ flamme, do mos Tyrānorū, qui rapinis & iniquis muneribus cor rupti, turpibus lucris inhiāt; propterea que ſemper cor de machinātur, quomodo aliis dolorem inferāt; & qua vis opportunitate na cta, opere perficiūt conceptā ini quitatē, alienorū rapinam, atque pauperum oppre ſionem: vix itaque ingens aliquod facinus excluſit, edi ditq; impius, cū denuō mente ſua concipit, & fingit novas fraudes, novāſque fallendi artes: ſed miſer, ipſe ſibi potius, quàm aliis, dolos inſidiāſq; molitur.

*

¶ ut juſti dicantur matu ri eſſe, & implere dies ſuos, at impij acervi, & im maturi ſemper præcidan tur. & de felici juſtorum juvenia, inſuſtaverō im piorum ſenectā, non pauca ¶ 32. n. 1. 2. 3.

32
Antequā dies eius impleantur, peribit.

& rami eius aſcēt.

33
Laderur quaſi vinea in primo flore botrus eius:

& quaſi olivā proi cients florem ſuum.

34
Congregatio enim hy pocrita ſterilis.

& ignis devorabit ta bernacula eorum, qui muneribus acci piunt.

35
Concepit dolorem, & peperit iniquitatem.


& uterus eius præpa rat dolos.

CAPVT XVI.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Carpit, neque immeritō immiſericordes ami cos & conſolandi imperitos, qui tam acerbis ma lis ullam, vel levem verborum medelam adhibere nō ſciant; illa verō dum enumerat iterum, atq; exaggerat, ſua vitæ puritatem vindicat, atque pro extremo ſolatio ad Deum vindicem, & judi cem appellat.

¶ I. Reſpondens autem Iob dixit.



Am nunc arden te diſputatione, & cōtortis utrinq; rationibus ver bum reſpondendi, non eſt ita leniter ut quondam, acci piendum, ſed cū quadam pūcti, per motique animi acrimonia, & ſenſu, atque occurrēdi celeritate, & ſtudio ſe tuēdi, cum geſtu etiam conſentaneo hiſ, quæ dicuntur.

¶ II. Audivi frequenter talia: conſo latores oneroſi omnes vos eſtis.

- 1. Varia lectio.
- 2. Iuſtus, ſurdus, & mutus in contumeliis. Reſpon dere. & audire idem ver bum in Hebræo.
- 3. Varia lectio. Conſolatio longior, importuna.
- 4. Cuiusmodi futura ſit con ſolatio, illuſtratus Salo mon.

I

Græci philippus

QVæ dixit Eliphaz inter diſputādum, ſibi eſſe valde perſpecta Iob aſ ſerit, & minimē inaudita. à quo ſenſu nō abhorrent Græci in Catena; Communia (inquunt) ſunt iſthæc omnia verba. Philip. non accipit de ſola hac diſputatione, nã ait fieri potuiſſe, ut ab aliis alio etiam

tempore ſimiles contumelias frequenter excepiſſet. Sed multō meliūſ, ſi ad ami corum rationes ſæpè, & cum tædio repe titas, & importunam in reprehendendo bartologiam referatur. Propterea nam que oneroſos conſolatores appellat, ſinēmq; exoptat huiusmodi diſputandi forme, cū ſubdit; Numquid habebunt ſinem verba ventofa?

Audivi frequenter talia. Quod in fonte eſt, multa, Vulgatus doctè verit, & illu ſtravit adverbio, frequenter, tū ut oblo quē tis importunitas apertius ſignificaretur, tum etiam ut aſſereretur Iobi reſponſum ab omni impatientis animi nota, ut pote qui patientiſſimis auribus frequenter talia audivit. Solet enim vir juſtus, quod natu ræ vitium eſſe ſolet, id in animo ſuo ad virtutē transferre; Quare ſicut, quem natura omnino ſurdum creavit, eundem fecit mutum: ſic ſanē ut nihil impatien tiūſ loquatur, ſurdum ſe atque mutum præbet convitiis & contumeliis, illius exemplo, qui tanquam ſurdus non audiebat, & ſicut mutus non aperiens os ſuum, factus ſicut homo non audiens, & non habēs in ore ſuo redargutiones. id eſt, proſolitarum ratio num ſolutiones, aut conſutationes cri minum falſo objectorum; vel rationes alias adverſariis reſpondendi, & ſuam dignitatē tuēdi. Hinc illud; Cum con ſiſteret peccator, adverſum me (id eſt, cū me verbis impeteret & oppugnaret cō vitiis) Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis. id eſt, cū abunde haberem ju ſta & bona, quibus me defenderem, ſi lui tamen. In quam rem myſterio care re non videtur, quod Hebræicum ver bum audiendi, Ghana, audire, & reſpon dere ſignificet, quod ille reſpondere ſoleat loquenti, qui audit; ille minimē reſpondeat, qui ſurdus eſt. propterea ſub jecit David, Quoniam in te Domine ſpera vi, tu exaudies me, Domine Deus meus. quod alii legunt, tu reſpondebis pro me; ut potē qui exaudias, me perſiſtente ſurdo, at que muto. ſed beatus tamen Iob (ut ſapienter obſervat Gregor.) jam nunc per patientiam ſuam typum ſeryur eccleſia, que novit talia audiendo tolerare, & cum ejus ſermo non admittitur, ratiocinando deſtrue re.

Conſolatores oneroſi. Rectè Hebræiſmum diſſolvit interpres; quod enim eſt in ori ginali, conſolatores laboris, aut moleſtiæ, in

2

Iuſtus ſurdus & mutus in cō vitiis

Ps 37. 14

Psalm. 28. 2.

Audire & reſpon dere idē in Hebræo

Psal. 37. 16

Gregor.

3

Hebræiſmus.

LXX
Aquila
Theodo.
August.

Cajet.

Nicetas

Consolatio nō
debet esse lon-
gior.

Eccle. 2. 2

Seneca

4

Coniunctio futu-
ra sit conso-
liatio

1. Cor. 15. 59

adjectivum vertit, onerosos, laboriosos, molestos. eodemque sensu Septuaginta dixerunt, *consolatores malorum*. Aquila *laborum*. Theodotio, *molestiarum*: nam quod August. explicat *consolatores malorum*. id est, *malos potestis consolari*, alienum est ab Hebraeae linguae phrasi consueta. Sed in quoniam id onus atque molestia sita sit, non consentiunt interpretes. nam Cajet. quidem refert ad laborem respondendi, quasi dicat, Eximium scilicet consolandi officium, atque egregium beneficium, quod non nisi cum gravi respondendi onere, atque labore longa oratione se defendendi accipi possit. sensus humilior atque laudior, quam petat disputationis ardor. Auctor Catenae fatigationem quandam & molestiam audiendi intelligit, fatigatis jam & oppletis auribus longiori sermone, & pleno convitiis minimè brevibus. non enim potest ulla longior consolationis ratio, aut oratio, attentam aut benevolam reddere afflictis hominis mentem: cum enim marori atque lachrymis totum se deberi existimet, quicquid illum aliò avocet, vel omnino respuit, vel non nisi ad breve spatium excipit, & festinanter; Propterea enim sapiens præcipit Eccles. *Inclina aurem tuam & suscipe verba intellectus, & ne festines in tempore obductionis*. Surdescunt nimirum miserorum aures, atque aliorum potius attentas exigunt ad suas querimonias, atque suspiria. ut audiât verò, non tam sunt onerandæ, & fatigandæ, quam irritandæ, ut argute admonuit Seneca. *Solent* (inquit) *ad brevem aliquam occupationem proficiente solatio transire; subrepere ergo debet consolatio, & fucum facere affectibus*. Sed illud potius, ut ad ipsas consolandi rationes, & materiam referatur importunè repetitam, nam qui illum criminabatur, suadebantque presentes ærumnas esse præteriorum poenas scelerum vexabant potius, atque opprimebant injecto peccati onere gravissimo, quam sublevabât. Nâ quod virum bonum (quicquid illi accidat) maximè lædit, est, culpæ suspicio; alia enim ærumnæ, etiâ mors, ipsa, vel sanguinè non elliciunt, vel levitèr pungunt, si peccati stimulo armatæ ad nos non accedant; *stimulus enim mortis peccatum est*. Ergo si quis admonendus sit, aut corripiendus, & multò magis si consolandus, neque admonitio neque consolatio, importuna aut gravis futura sit; sed quæ benignas, &

audientes aures demulceat, atque conciliet, ex Sapientis præcepto Prov. 25. *In auribus aurea & margaritam fulgens, qui arguit sapientem, & aurem obedientem*. Quali dicat, Quod appenditur ex aure, præciosum sanè est; sed ponderis exigui: nam qui vellet massam quandam auri gravissimam auribus innectere, aurem minimè ornaret, sed potius oneraret, & scèdè discerperet: similis est correptio, non levis præcii, sed levis tamen ponderis. Propterea subjecit statim. Sapiens, *Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo*. qua sententia similitudinem contineri existimo. Similitudo verò in eo est, quòd sicut acetum nitro admistum, salivè aut alumini, valet ex medicorum sententia ad curationem aurium purulentarum, & terendas illarum fordes, sic sanè decantata carmina ad curandas & leniendas ægritudines mæstis cordis. Dissimilitudo verò in eo, quòd non sit eadem aurium atque animi curatio, neque eadem malè affectis auribus aut exulcerato cordi instillanda: auribus quidem acetum cum nitro, quorum utrumque acriter mordet, & à parte corporis exulcerata, non nisi molestissimè accipitur; sed cordi tamen ægro suavissima carmina occinenda, quibus nihil insit acrimonia, nihil mordacitatis. Et quidem carmine Latinus appellat, quod ritualibus verbis conceptum est. neque verò solutus verbis loquaris; sed ** carmine*, id est numero sa oratione, suis certis pedibus, syllabisque & verbis selectissimis còstante, quòd dici solet, ut concentum efficias, non opteas, non fatiges. cuiusmodi sunt incantationes illæ, quas animæ medelas esse, & præclaris rationibus contineri docet in Charmide apud Platonem Socrates.

Prov. 25. 12

Simile

Acetum in nitro ad aures purulentas

Consolationes numero-
se, & harmonice

*Que secan pa-
labras medi-
das y contra-
das, las que se
dixerem a un
affligido

Plato.

III. Numquid habebunt finem verba ventosa? aut aliquid tibi molestum est, si loquaris?

1. Ventosum quid in Hebraeo, & apud Latinos. Spiritus pro indignatione.

2. Varia lectio. Molestum esse, quid in Hebraeo. impium molesti adversus sanctos.

illustrati David, & Ecclesiasticus.

3. Altorum interpretationes minus commode.

4. Germanior intelligentia. Animam pro anima esse, quid.

I
Quid proprie
Ventosum

Horatius in arte poetica

Augusti.

Cicero

Spiritus pro iracundia

Hos. 9. 7

Pagni

2

Hebraic.

מור

R. Moys.
Molestum esse
se quid

LXX

Verba ventosa. In Originali, verba spiritus. Quidam explicant, verba levissima, parum solidas, rationes, vagas, neque certò sibi constantes. vel, plurimas, & præter rem iactatas. possunt enim verbosi dici etiam ventosi. qua ratione poetæ ventos dicunt loquaces multisonos. uti etiam ille dixit; *Projicit ampullas, & sesquipedalia verba*. Ampullæ enim venti plene sunt. Sed melius, *verba ventosa*, inflata, turgida, plena spiritu, superbiæ videlicet, ut Augustinus ait, quibus te extollis, adversum me tumes, meque dejicis: quo sensu ventosum hominem, & ventosum imperium, aliquando dixit Cicero. Vel, irata verba, frementis instar & furentis venti prolata, inflata quodam & rapido spiritu, quibus in me sævis. Non infrequens spiritus, pro animo indignabundo, & commotiore, iactante multa, multa effutiente, irato; ut illud apud Hoseam. 9. *Scitote Israel stultum prophetam, insanum, virum spiritualem proprie, virum spiritus, ira & furore correptum, agitatam spiritu; non ineptè Pag. virum ventosum.* Aut aliquid tibi molestum est, si loquaris. Hebraizantes, ut sibi non consentiunt. in genuina significatione radicis, *Marats*, ita quisque vertit suam mentem. Plerique post Rabbi Moys. *Quid roborabit te, si loquaris? aut si responderis?* id est, quis te ita confirmabit, ut vel meis dictis repugnare valeas, aut me de mea sententia dejicere? Alii; *Quid te juvabit, aut quid tibi proderit, si mihi respondeas?* nam plures sunt, qui suam fortunam stabilitam putant, cum alios dejiciunt. quid ergo (inquit) te meliorem putas, cum me aculeata oratione confoderis? Sed certè in significatione vocis originalis, cum consentiant cum Vulgato Septuaginta, ille tadem melius legisse, intellexisse que censendus est; Hæc tua dicta, factu atque ampullis plenissima mihi molestissima sunt; sed à te facile iactantur, cum non egeant ullo cogitandi, aut præmeditandi labore, atque difficultate. nam qui valent, facile recta consilia dant ægrotantibus. qui ægrotant verò, vix sunt audiendo recta atque opportuna consilia. Eò respexit Ecclesiastic. cap. 9. cum post damnatam *correctionem mendacem*, quæ scilicet falsum crimen imponit; & iratam atque contumeliosam, quæ non tam

ex caritate, quam ex irato animo & contumelioso proficiscitur, subiecit; *Est tacens, & ipse est prudens*. non est semper enim quisvis audiendo. Vel certè, quod acutè indicavit Gregorius; Te, o Eliphaz, (inquit Iob) retrahere deberet à me vexando lenitas meorum verborum; nam cum me oneres convitiis molestissimis, sed ego tamen convitia non reddo. nam quid tu audis molestum, cum molesta loquaris? simile illud, *Habitavi cum habitantibus Cedar*. (cum filiis Ismaelis, qui à parente fratris insectatere, & persecutore edocti sunt, fratres insectari & lacerare. qui (ut ait Theodoretus) *infectam invicem vitam ducebant*) cum his qui oderunt pacem, eram pacificus (proprie; Ego pax, totus ipse corde, verbis, opere. neminem læsi.) Cum loquebar illis (pacificè) *impugnabant me gratis*. meam pacem in bellum ipsi infectissimum convertebant. Eò (inquit Gregor.) plus loqueris, quòd à me molestum aliquid de tua actione non audis.

Ecl. 29. 23.

Gregor.

Impiorum ingenium adversus sanctos

Psal. 119. 5.

Theodor.

Gregor.

III. Poteram, & ego similia vestri loqui: atque utinam esset anima vestra pro anima mea.

Græci intelligunt Iobum velle rependere vicem. quando quidem vos sic statuistis mecum agere, ut pro vestra libidine loqueremini, vestram quoque ipse orationem imitabor, vosque refutabo. Sed videtur paulò acerbius responsum. Plerique Latini conditionalem accipiunt, & jungunt utramque hujus sententiæ partem; Si fieret nostri status commutatio, ut vos tantisper meo loco sederetis, atque ego sustinerem personam consolatoris, profectò vos verbis similibus alloquerer, turgidis atque ventosis, ut experiimini re ipsa, quam sit acerbum & iniquum hisce verbis agere cum homine mihero. In hunc ferè sensum incidunt Septuaginta, atque Divus Thom. adducendo versu sequenti. sed neque hoc sua acerbitate caret. Illud lenius, nisi longius videretur petatum, quod affert Cajetan. Majori jure possem ego vestram orationem insolentiæ, & vanæ gloriæ

3

Græci

Latini

LXX

D. Thom.

Cajeta.

Greg.

arguere, atque convincere, quam vos mea. Neque ab hoc videtur Gregor. abesse, cum scribit: Narrat iustus, quid facere potuit, sed ne iustitia deserat, quod facere potuit, declinat; atque August. etiam dum explicat; similia vestri, quomodo digni estis.

4 Germanior expositio

Sed videtur quidem potius, ut due iste sententia dissolvatur, & prima dicat; frustra sibi tot verba ingeri, homini praesertim sapienti, qui de iisdem illis rebus, non similem modo, sed multo magnificentiorum atque luculentiorum orationem posset habere. & quidem illiberalem notat, neque valde exquisitam amicum disputationem; nam verissimum est illud Plutarchi: Pugnare non est arduum, imo pronum, cum habita oratione. Caeterum aliam ex opposito illi edere meliorem, hoc difficile est. sicut Lacedaemonius ille nuntiato, excissum a Philippo Olynthum; At qui non valeat ille (inquit) talem excitare urbem. Deinde vero secunda pars jungatur cum sequentibus; Utinam anima, (ego ipse, vitaeque mea, atque vitae rationes & conditio. vel, cor ipsum, cordisque sensus; & ut ita loquar, gustus rerum, & eorum quae dicuntur, vel audiuntur, sive etiam, corpus miserimum, & mille morbis cruciatum. nam haec omnia potest, & solet complecti, anima nomen.) Tunc certe consolaretur vos &c. Animam vero anius esse pro anima alterius, significat unum substitui loco alterius, sive ad mortem, sive ad cruciatum, & poenam, aut quid simile. ut. 3. Regum. 20. & 4. Reg. 10. & illud Deuterono. 19. Animam pro anima (id est) vitam exigis pro vita, clarius exprimitur huius locutionis vis Iosue. 2. Anima nostra sit pro vobis in mortem. non est enim jurandi forma, velut cum quis dicit, dispeream si &c. nam ea ratione unius vita, non subit alterius locum, est vero firma assertio; Si de vitae discrimine agatur, prius nos moriemur, atque nostra morte vestrae salutis cōsultum erit.

Plutarch. in commentario de Audiendo

Pugnare non est arduum, imo pronum, cum habita oratione. Caeterum aliam ex opposito illi edere meliorem, hoc difficile est. sicut Lacedaemonius ille nuntiato, excissum a Philippo Olynthum; At qui non valeat ille (inquit) talem excitare urbem. Deinde vero secunda pars jungatur cum sequentibus; Utinam anima, (ego ipse, vitaeque mea, atque vitae rationes & conditio. vel, cor ipsum, cordisque sensus; & ut ita loquar, gustus rerum, & eorum quae dicuntur, vel audiuntur, sive etiam, corpus miserimum, & mille morbis cruciatum. nam haec omnia potest, & solet complecti, anima nomen.) Tunc certe consolaretur vos &c. Animam vero anius esse pro anima alterius, significat unum substitui loco alterius, sive ad mortem, sive ad cruciatum, & poenam, aut quid simile. ut. 3. Regum. 20. & 4. Reg. 10. & illud Deuterono. 19. Animam pro anima (id est) vitam exigis pro vita, clarius exprimitur huius locutionis vis Iosue. 2. Anima nostra sit pro vobis in mortem. non est enim jurandi forma, velut cum quis dicit, dispeream si &c. nam ea ratione unius vita, non subit alterius locum, est vero firma assertio; Si de vitae discrimine agatur, prius nos moriemur, atque nostra morte vestrae salutis cōsultum erit.

Anima

Utinam anima, (ego ipse, vitaeque mea, atque vitae rationes & conditio. vel, cor ipsum, cordisque sensus; & ut ita loquar, gustus rerum, & eorum quae dicuntur, vel audiuntur, sive etiam, corpus miserimum, & mille morbis cruciatum. nam haec omnia potest, & solet complecti, anima nomen.) Tunc certe consolaretur vos &c. Animam vero anius esse pro anima alterius, significat unum substitui loco alterius, sive ad mortem, sive ad cruciatum, & poenam, aut quid simile. ut. 3. Regum. 20. & 4. Reg. 10. & illud Deuterono. 19. Animam pro anima (id est) vitam exigis pro vita, clarius exprimitur huius locutionis vis Iosue. 2. Anima nostra sit pro vobis in mortem. non est enim jurandi forma, velut cum quis dicit, dispeream si &c. nam ea ratione unius vita, non subit alterius locum, est vero firma assertio; Si de vitae discrimine agatur, prius nos moriemur, atque nostra morte vestrae salutis cōsultum erit.

Animam pro anima esse, quid 3. Reg. 20. 39. 42 4. Reg. 10. 24 Deut. 19. 21 Iosue. 1. 14

Utinam anima, (ego ipse, vitaeque mea, atque vitae rationes & conditio. vel, cor ipsum, cordisque sensus; & ut ita loquar, gustus rerum, & eorum quae dicuntur, vel audiuntur, sive etiam, corpus miserimum, & mille morbis cruciatum. nam haec omnia potest, & solet complecti, anima nomen.) Tunc certe consolaretur vos &c. Animam vero anius esse pro anima alterius, significat unum substitui loco alterius, sive ad mortem, sive ad cruciatum, & poenam, aut quid simile. ut. 3. Regum. 20. & 4. Reg. 10. & illud Deuterono. 19. Animam pro anima (id est) vitam exigis pro vita, clarius exprimitur huius locutionis vis Iosue. 2. Anima nostra sit pro vobis in mortem. non est enim jurandi forma, velut cum quis dicit, dispeream si &c. nam ea ratione unius vita, non subit alterius locum, est vero firma assertio; Si de vitae discrimine agatur, prius nos moriemur, atque nostra morte vestrae salutis cōsultum erit.

U. Consolarer & ego vos sermonibus: & moverem caput meum super vos.

1. Altorum expositio. Movere caput, subsannantis esse. 2. Consolari, quid ex Hebraeo, & ut praestari oporteat. Oratoria, & consolatoria ars, incantatoria.

3. Movere caput, non una ratione dici. Caput membrum divinisimum. & variis motus capitis, quid significent. 4. Varii ex motione capitis affectus, & usus in sacro sermone.

Qvod Divus Thomas explicavit, Consolarer vos, quasi fictis, & simularis verbis, atque onerosis consiliis. sumpsum videtur ex Septuaginta, qui legunt, Insultabo in vos verbis, & movebo contra vos caput. cum quo facere posset, quod in fonte propriè est, Cumulare, vel congerere super vos sermones, aut rationes, id est, multa vobis ego etiam importune obtruderem; & commotione capitis vobis illuderem (solet enim is gestus irrisioni servire) sic Matthe. 27. Blasphembant eum, moventes capita sua. idque quidam docti sic debere accipi contendunt, cum capitis commotio dicitur à radice, Nuagh que hoc loco subest. sed hic sensus displicuit omnino Gregorio; qui propterea observat, non dixisse Iobum, Utinam esset anima vestra. sed è contra, anima vestra pro anima mea, quia profectò sibi malediceret, si se illis fieri similis quassit. Ergo magis pium magisque verum, ut dicat multo melius se consolatoris munus praestitutum, si tempus & occasio postularent, qui sanè fuit Vulgati sensus.

Consolarer vos sermonibus à radice, Hhabat quod est accumulare, adungere, socium se alteri praebere; accumulare dicta super vos. id est, mille excogitarem rationes, quibus vos lentrem; eadem vobis minime repeterem cum tædio; adungerem, & adhiberem vobis opportunam, & aptam verborum consolationem; socium me vobis praebere, comem atque benignum; non repugnarem, sed consentirem vobis; nō refellerem vestra dicta, sed probarem potius, & si opus esset, interpretarer benignius. Nam est illud in primis utile consolandi praeceptum: si primum fleas cum stente, doleas cum dolente, id ipsum mutuo sentias, ut lugentem atque dolentem possis deinde lucrifacere. Idem verò originale verbum incantare significat, èd quòd incantator socium se praebet. & adjungat, vel Dæmoni, cum quo pactum inicit; vel quia jungit & congregat

I D. Thom.

LXX.

Caput movere subsannantium

Matt. 27. 39

U

Gregor.

2 127

Quid Consolari

Rom. 12. 15

gat

Plato in Euty.

Arts consolandi, incantatoria.

3 Movere caput, non una ratione dici.

Caput membrum divinisimum Plat. in Timeo.

Quintilia lib. 11. c. 3

Varii motus capitis, & quid significent.

gat serpentes, quos incantat. dicere itaque possis; Incantarem vos meis verbis, & excantarem dolores, & cruciatus vestros mea oratione, atque ita demulcerè, ut cogere depositum, aut evomito veneno mitescere. Ea ipsa loquendi ratione usus est in Eutydemo Plato, atque in hac ipsam rem, cum orationum componendarum auctores supra mortales caeteros censet sapientes, ipsamque eorum artem divinam penitus atque excelsam; Neque (inquit) mirum. Est enim incantatoria illius pars. Incantandi porro facultas viperarum, aranearum, scorpionum, caterarumque ferarum atque morborum mitigatio est; Oratoria verò, iudicium, concionatorum, aliarumque turbarum (addo ego, animi egritudinum, atque sensus) oblectamentum quoddam, & delinitio.

Et moverem caput meum super vos. Quod interpretis saepe vertit movere caput, in fonte non uno verbo, sed duobus dicitur eam commotionem significatibus, quorum exempla subijciemus statim. sed illud praemittendum; quod Physiognomi dicunt, totum hominem in oculis esse, & totum animum in facie, non immerito de capite etiam dici posse, cuius versatio, variisque motus internos animi motus produnt atque significant. adeò ut Plato divinisimum membrum appellet, & totum ferè hominem cui reliqua membra subserviant; & nullum capitis motum vult levem esse, aut suo mysterio vacare; sternutationem etiam. Est (inquit) caput membrum corporis divinisimum, reliquorumque membrorum princeps; cui totum corpus connexum dii subesse, & parere iusserunt. Excogitaverunt enim motuum omnium, quocumque esse queant, compos id fore. Certè Quintilianus lib. 11. de Pronuntiatione differens non longè ab hoc discedit; Præcipuum (inquit) in actione sicut in corpore ipso caput est; nam & dejecto humilitas, & supino arrogantia, & in latus inclinato languor, & praeuro ac rigente barbaria quadam mētis ostēditur. Ergo cū affectu quopiam movemur corde, cōmoverem etiam capite; si vehementer aliquid placuisse significare velimus, annuimus toto capite, aut in utramque aurem clavis oculis, sublata facie molliter versamus. renuimus, versando caput, comprimendo labia, contrahendo supercilia. admiramur, agitando & erigendo subinde caput, apertis oculis. subsannamus, oculis labiis, barba, & toto capite malignè agita-

Quintilia lib. 11. c. 3

Varii motus capitis, & quid significent.

to: commiseremur & compatimur, contorto capite, atque demisso. Hos gestus omnes duo illa verba expriment: alterum Nud, quod motum & agitationem significat, & frequenter non habet expressum accusativum caput, sed dativum rei aut personæ, & tunc condolentis est, ut Nahum. 3. Quis movebit super te caput? propriè; quis movebit tibi? Iob. 2. ut pariter venientes visitarent. propriè; Vt venientes moverent illi? & infra cap. 42. & moverunt super eum caput. propriè, moverunt illi. idem verbum est Ierem. 15. Quis miserabitur tui? & 16. Nōc. consolaberis eos. & 48. Consolamini eum. & absolute Psalmo. 68. Sustinui, qui consolaretur; quia commiseratio atque consolatio hinc certa quadam commotione, & gestu capitis. est etiam admirantis Ieremi 18. Omnis, qui praterierit per eum, obstupescet, & movebit caput suum. Semel derisorie Psalmo. 43. Posuisti nos in similitudinem gentibus. Alterum verò verbum est, Nōc, quòd hoc loco subest, est que condolentis. irridentis verò. 4. Reg. 19. Isai. 37. Threnor. 2. Sophon. 2. & frequenter habet adjunctum accusativum capitis. Ergo ait Iob; Moverem caput, demitterem; conciderem facie, atque omnia consolantis, atque dolentis signa praerberem.

U. I. Roborarem vos ore meo: & moverem labia mea, quasi parcens vobis.

1. Aegritudo, imbecilla, & languens, confortatio, & roboratio indigenis, illustratus David. Pia cogitatio, & opportuna consolatio, sunt arma adversus arumnas. 2. Movere labia, quid, illustratus Salomon, ad consolationem referri. Parcere quid. 3. Quiescere quid, quid recedere.

Dejectos vos erigerem, & languentes confirmarem mea oratione, nimirum est hoc medicinae genus, quo qui aegro animo sunt, multum indigent; languent enim & concidunt animo. qua propter dictum est; Confortamini pusillanimes; & iterum; Confortentur mihi habitatores Ierusalem, in Domino exercituum Deo eorum.

4 711

Nah. 3. 7

Iob. 2. 11

Iob. 42. 11

Ier. 15. 5

Ier. 16. 5

Ier. 48. 17

Psal. 68. 21

Ierem. 18. 16.

Psal. 43. 15

U

4 Reg. 19. 21

Isa. 37. 22

Thre. 2. 15

Soph. 2. 15

I Aegritudo, languens.

Isa. 35. 4

Zach. 12. 5

Quid sit, egru
roborati, aut
confortari.

Psal. 115.

Iob. 23. 16.

Quid Robora
re.

RON

Deut. 2. 30.

Psal. 79. 26

Iob. 4. 4

Isa. 35. 3.

Psal. 26. 14

Pia cogitatio
& opportuna
consolatio, sicut
arma adver-
sus arumnas.

2. Mach. 15. 11

2

Est sane cruentum ingida, exanguis, languida, tremula. Hæc autem languoris & imbecillitatis, aut etiam confortationis & roborationis ratio sumitur, vel à rebus molibus, quas dissipat, & dissipat quicumque idtu; aut quæcumque vis etiam levissima; nihil enim respuunt, quod lædere potest. ejusmodi est arumno sam, & mæstum cor, sicut scriptum est; *Factum est cor meum, tanquam cera liquefens, in medio ventris mei.* & Iob ipse; *Dæus mollivit cor meum;* ergo cum alicujus solatii beneficio roboratur, & confortatur; in durefcit adversus ictus, & jacula malorum. in qua significatione Vulgatus accepit vocem originalem, *Amats;* cum vertit verbo obfirmandi Deut. 2. *Noluit. Schon Rex Hesebon dare nobis transitum, quia induraverat Dominus Deus tuus spiritum ejus, & obfirmaverat cor illius.* id est, permisit ut omnem misericordie affectum mollem & tenerum exeret, indurescente, & lapidescente corde. Eò respicit illa Davidis precatio Psalm. 79. *Vista super filium hominis* (id est, gerecuram sedulam de tuo populo, aut de Ecclesia, vel de me Rege, aut de Messia promisso) *quem confirmasti tibi.* proprie; *quem roborasti,* confortasti, indurasti, & veluti durissimum silicem effecisti, ne ulli cederet ictui hostium. vel fumetur metaphora à rebus, quæ parum firmiter consistunt, & leviter impulsæ nutant & vacillant: quæ ratione supra dictum est, *Genua trementia confortasti, & vacillantes confirmaverunt sermonis tui:* & iterum; *Genua debilia roborate,* & confortate manus remissas. & iterum; *Confortetur cor tuum.* quæ omnia significant constantiam, & persistentiã, vel in gressibus. id est, in vitæ instituto; aut in manibus. id est, in operibus; aut in cordis cogitationibus, id est, in semel suscepto consilio; nã his modis omnia, qui miser est nutat, & vacillat, & ut firmiter consistat, consolationis ope & beneficio indiget. Fortè etiam ea roboratio & confortatio pertinet ad considerationes pias, quibus qui aliquem solatur, velut armis munit arumno sum animum, ut possit cum arumnis confluere, atque eas etiam superare. sicut Judas Macabbæus fecisse scribitur. 2. Mach. 15. cum suorum animos erigeret, *Singulos armavit, non clypei & haste munitione, sed sermonibus optimis & exhortationibus.*

Et moverem labia, quasi parcens vobis. id est, labiorum motu testarer conceptum do-

lorem ex vestra calamitate. Sed quidem non constat, quæ nam sit ea labiorum motio; an ea, quæ verbis fit: an verò gestu aliquo, cum labia vel comprimuntur, vel diducuntur, alicujus affectus significandi gratia. Quod observavit Sapiens P. overbior. 16. *Mordens labia sua, perficiet malum;* quod alii legunt, *Contrahens labia sua.* alii magis proprie, *Innuens labiis suis,* videlicet peculiari aliquo labiorum gestu aliquid significans. Sic etiam Homer. lib. Odyss. 20.

Obstupere illi mordentes labia. utrovis certe modo fiat, ad consolandum valèt. Sed ea tamen potissimum, quæ verbis & oratione fit; quare frequenter capitis motus cum sermone conjungitur Psalm. 12. *Loquuti sunt labiis, & moverunt caput.* Licet autem capitis atque labiorum motus irrisorie aliquando fiat, per malignam imitationem; quæ ratione hinc etiã accipiunt Chrysostom. D Thom. in hanc sententiam; Nã vos ita me consolamini, ut altera manu (quod ajunt) panem, altera lapidem ostendatis. & instar canum ita adulari videamini; ut deinde rabidos dentes infigatis, possem etiam ego vos subannare, si mei loco essetis. Sed certè in bonum Vulgatus accepisse videtur, cum ait; *Quasi parcens vobis.* id est, quasi qui vestri doloris commiseratione tangeret; aut qui asperioribus verbis & gestu parùm benigno, nolè dolorem renovare. Idem est sensus in fonte, *Et motus, vel consolatio labiorum meorum, prohiberet.* aut, cessaret, aut cessare faceret sub audi vestrum dolorem, ne exarderet, sed potiùs frangeretur, aut desineret omnino. Sed quia radix *Hbaçac,* non solù prohibere significat, sed cessare, aut quiescere, vel etiam moderari, custodire, fervare, (quæ enim prohibetür, solent interdum retineri, custodiri, asservari) is sensus posset ellici; Oratio aut consolatio labiorum cessaret, & prohiberetur à me; id est, miseratus utique vestræ conditionis, tantùm abessem à molesta oratione, & onerosa consolatione, ut mutum consolatorum, non ventosum, nò importunum, me vobis præberem. vel, mea oratio * custodiret se, aut servaretur in tempus opportunus. quo exaggerat gravitatem, atque indignitatem suarum injuriarum. Nam sicut crudelitas & immisericordia crudeliter & immisericordes reddere solet aliorum erga se animos; sic sanè misericor-

Movere labia

Prov. 16 30
Togur.

Home. Odyss.
lib. 20

Psal. 21. 8.

Chryst.
Theodore.

חשך

Parcere quid
ex Hebræo

*Yo me guarda de daros pesa. umbre, guardado mis razones para mejor ocasiõ

dia & lenitas, aliorum lenitatem & misericordiam suo jure repetit.

Ull. Sed quid agam? si loquutus fuero, non quiescet dolor meus: & si tacuero non discedet à me.

3

VT lenis decurreret oratio, & animù in ancipiti versantem significaret, rectè explicationis gratia interpret addidit, *Sed quid agam? si loquutus fuero.* Sed cù hæc (inquit) statum atque personarum commutatio fieri non possit, non video sanè, quæ ratione meæ calamitatis acerbitas leniri possit; neque enim sermone; neque verò silentio medebor meis malis. nam si pro me loquat, aut vestra dicta refellam, non quiescet, non cessabit, non prohibebitur, non cohibebitur dolor meus, nullam moderationem accipiet: est enim idem verbum, de quo paulò antea diximus. *Dolor* autem proprie est, ingens quidam cruciatus, & acerbus dolor, non solùm externus corporis, ut D. Thomas voluit, sed cùm corporis, tum animi, & gravissimus quidam tristitię sensus. Est verò (inquit. Iob) mājor, quàm ut verbis explicare possim, nedum lenire, præsertim cùm materia ipsa dicendi, gravissima per se fit, atque molestissima. *Quod si tacuero,* premere volens acerbissimum animi, & corporis sensum, dum attetum me præbeo vestrę orationi, *non recedet,* non abibit, nò mitescet, obstructis faucibus, quasi aditu negato, non distabitur, sed incrudescet potiùs dolor; & retro actæ vitæ suspicionē, quæ vestris animis inedit, ego ipse augebo meo silentio. Urbanè profectò, & comiter dictum à Iobo; nihil mirum nullam me ex vestris dictis consolationem capere; nam neque ego aut silentio, aut verbis tantam doloris vim sublevare, vel scio, vel possum.

Quiescere

כחך

D. Thom.

חשך

Ull. Nunc autem oppressit me dolor meus: & in nihilum reducti sunt omnes artus mei.

1. Opprimere quid. Expeditur lectio Græcorum. illustratur Isaias.
2. Mutatio personæ. Verbum Hebraicum explicatus Ieremias.
3. Artus & membra similia adscio. Laceratus, au

eger homo similis arbid solatus.
4. Cur Christus suum corpus appellat templum. Desolatio, & destructio de uno tantum dicta. illustratur Ieremias.

D. Tho. sic intelligit, & cōnectit, ut dicat sed dolore oppressum, oratione, aut rationatione uti nò posse. sed eertè qui nullam consolationem, vel ex suis, vel ex alièni. verbis sibi pollicebatur, nunc potiùs videtur exaggerare vim cruciatuum, sibi que laboranti inter duo extrema, & ancipites cogitationis fatuus videri, si dolorem suum, dolorisque causas explicet, ex quibus aliquid suæ innocentie præfidium comparare possit. Quoniam autem in Originali, & apud Septuagint. oratio est sine supposito, *nunc autem oppressit me;* quidam suppositum intelligunt, *Deum;* sed Vulgatus, atque ex Græcis, Chrysostom. Olympiodor. *dolorem* supponunt; *oppressit,* lassum me reddidit, laborare me fecit. verbum, *laab,* non solùm affert laborem, & fatigationem, sed fastidium etiam molestissimum tum animi, tum corporis. quæ si dicat, Nihil juvat, nulla, re sublevo. familiarare id, atque proprium animi ægritudinibus, atque etiam morbis corporis laborantis. Hoc eodem verbo usus est Eliphaz. cap. 4. cùm dixit. *Si cæperimus loqui tibi, forsitan molestè accipies:* & proprie significationis vim paraphrasticè videntur explicare Septuagint. *Nunc autem lassitum me fecit, stultum, putrem.* non enim solù lassari, aut fatigari significat, sed etiam deficere quacumque ratione, videlicet aut viribus, aut mente. quæ ratione Vulgatus supra cap. 4. *Venit super te plaga, & defecisti.* & Isai. 47. **Defecisti in multitudine consiliorum tuorum.* id est, in capiendis petendisque ab impiis auguribus tuæ salutis consiliis laborasti vehementer; nihil ex illis aliud tibi comparasti, quàm lassitudinem virium atque tuarum opum defectum. tum etiã; Vanissima ea consilia te ad mentis rationisque defectum adduxerunt. stulta cæpiisti consilia. similiter ergo Septuaginta. hunc locum retulerunt ad defectum rationis; Vix præ dolore sum mei compos neque stultum solum me reddidit, sed etiam putrem, vernibus scarentem. quod contextui, & præfenti instituto quadrare

I

D. Thom.

LXX

Chry Olympi.
Optimere

חשך

Iob. 4. 4

LXX

Iob. 47. 13

*Perdite el jnyzio echan do, traças. tor naronte loes con sus embaymientos

LXX

Chryso-
stomus

germanius videtur, quam quod Chry-
stomus & Olympiodor. indicant, *stul-*
tum hic accipi pro fatuo, stupido, nihil
sentiente, à communi naturæ sensu ab
alienato, & qui amicis suis videretur non
tangi, neque porcelli ærumnis; propterea
que putrem adjecisse; nam putres corpo-
ris partes sensum amiserunt. Quod si ve-
rum esset, incredibiles quos perfert cor-
poris, animique dolores non retracta-
ret.

2 *Et in nihilum redacti sunt omnes artus mei.*

Quæ sequuntur in originali, frequenter
mutant personas, & jam cum secunda, já
cum tertia loquitur, quare proprie; *In nihi-*
lum redigisti omnes artus meos. Græci intelli-
gunt cum Deo loqui. Interpres noster
adhuc de dolore, rectè verò dixit, *in nihi-*
lum redigere; nam verbum, *Samam*, signifi-
cat perdere, vastare, dissipare, in desertum
& desolationem adducere, devastatiõnem
stupendam efficere: quare nomen dedu-
ctum frequenter ponitur pro stupore, sed
eo tamen, qui ex re vastata & desolata cõ-
cipiatur. sic Levit. *Disperdam terram vestram*
& stupebunt super ea inimici vestri, cum habita-
tores illius fuerint. & Jerem. 5. post vastatio-
nem prædictam; *Stupor & mirabilia facta*
sunt in terra. & Jerem. 51. *Erit Babylon in tu-*
mulos, habitatio draconum, stupor & sibilus, eo
quod non sit habitator. Simili nunc ratione
Iob, *Stupor & mirabilia facta sunt in me, ad*
stuporem usque desolatus, desertus, de-
structus, redactus in nihilum. Sed quàm
appositè hoc verbum cum sequenti no-
mine conjungatur, mox patebit.

3

Pro, *artibus*, quidem est nomen, quod
proprie congregationem, cœtum, convên-
tum significat, constantem certis legibus
aut convocandi ritibus ad tempus statu-
tum & conditum, ab ea radice, à qua di-
citur Psalmo. 47. *Reges terra congregati sunt,*
intellige certis legibus, inito lædere ad
tempus constitutum. & id Amos. 3. *Num-*
quid ambulabunt duo pariter, nisi convenerit
eis? inde dicitur *Congregatio justorum*, inter
quos omnia fiunt cum ordine, juxta legem
suo tempore. Psalmo. 110. & *examen*, sive
congregatio apum sub rege uno, constat
certis legibus atque mirabili ordine agên-
dorum. Iudic. 14. atque eo nomine com-
modissimè tota corporis humani stru-
ctura, & compages membrorum signifi-
catur, in qua *singula membra nõ eundem actum*
habent: sub uno rege, uno magistratu,

uno capite, ex quibus resp. quædam opti-
mis legibus constituta atque temperata
conferunt, & veluti urbs quædam, pulcher-
rimis ædificiis, privatissimè domibus, &
cellulis, atque officinis, & tabernis distin-
cta & conspicua. huic ergo membrorum
congregationi quadrat optimè verbum,
quod desolationem & vastationem affert;
Numerosam (inquit) illam membrorum
colligationem dissolvisti, dissipasti, dis-
perdidisti. nõ aliter atq; cum ab hoste va-
statur urbs quædam, quæ partim tormen-
torum vi laceratur, pars igne absumitur,
partem dejicit violenta militum ma-
nus; tota verò cæde, sanguine, clamore
completur. Hujus sanè speciem præfert
calamitosissimus ægrotus aliquis tabe
confectus, aut majori etiam dejectus
infortunio: jacet is, destitutus viribus,
prostratus humi, laceratis membris, ma-
nans sanie: artus omnes ita singuli suo ca-
rent munere, ut suo quemlibet loco mo-
tum judices, singulosque à se invicem lo-
gè positos, divisosque potius, quàm ali-
quo nexu aut vinculo inter se colligatos
vix tunc apparent miserandæ quædam
destructi & absumpti corporis ruinæ: ca-
vum stat macie caput, cõditi introrsum
oculi, inanes faucium sinus, oris imago
quædam lurida, tabifica: corpus planè de-
structum.

Ad eandem sanè rationem, cum Chri-
stus Dominus de sua morte, & de templo
corporis sui loqueretur Ioan. 2. dixit. *Sol-*
vite templum hoc, & tribus diebus excitabo il-
lud. Solvi autem facerrimum illud sui cor-
poris ædificium dicebat, partes humanita-
tis, corpus videlicet & animam disjungi-
tum etiam ipsius corporis compage ita
dissolvi, ut licet *os* non esset *confringendum*
sed numerari tamen ossa possent, propter
distractionem & distensionem omnium
artuum in cruce pendentis, quasi já tunc
illud ædificium destrueretur. cum dixe-
rit. Psalmo. 21. *Foderunt manus meas & pe-*
des meos, dinumeraverunt omnia ossa mea. Hæc
itaque membrorum, confectique corpo-
ris maciem cum Vulgato solitudinis, va-
statiõisque nomine significari acutè intel-
ligeret, dilucidè dixit, *In nihilum redacti*
sunt omnes artus mei. Quare quod alii deso-
lationem, aut dissipationem hujus con-
gregationis, ad familiam dissipatam refe-
runt, ad camelos bovèsque direptos, non
videtur commodè cohærere, neque cum

Corporis hu-
mani stultiti-
e similis urbi

4
Cur Christus
suum corpus
appelleret tem-
plum
Iob. 2. 19

Exod. 12. 46
Num. 9. 12
Ioan. 19. 36

Psal. 21. 18

dolo

Desolandi, &
destruendi ver-
bum de uno
tantum dictum
Virg. Aen. 11.

Ier. 2. 12

Daa. 7. 10.
Apoc. 5. 11
Prov. 8. 31

Ier. 9. 19

dolore proximè præcedenti, neque cum
sequentibus rugis; hæc enim petunt, ut
de se in tota hac oratione loquatur. sed
liceret tamen destructionem illam & to-
tius corporis desolationem, extendere
ad solitudinem & desertionem, quod so-
lus desolatusque relictus fuerit, amissis fi-
liis, abeuntibus domesticis, fugientibus
servis; discedentibus propinquis, qua lo-
quutione Latini aliquando dixerunt, de-
solatum hominem. & cum Poeta signifi-
care vellet signiferos desertos abeunti-
bus cunctis, dixit sanè;

Disjecti duces, desolatique manipuli.

Neque verò est id desolationis, aut so-
litudinis nomen, cum ad personam refer-
tur, alienum ab Scriptura, cum illo ipso
originali desolandi verbo, vel obstupe-
scendi in desolatione ingenti, utatur, & an-
gelos desolari, aut obstupescere quasi in
desolatione significet. Jeremi. cap. 2.
Obstupefcite celi super hoc, & portæ ejus desola-
mini vehementer, mo dereliquerunt &c. cæli-
tes (inquit) qui semper assisit ante
dominatorem universæ terræ, nunc tan-
quam in desolatione quadam stupenda,
obstupefcite vehementer, namque vide-
bitis optimum maximumque Deum, cui
millia millium ministrant, & decies millies cente-
na millia assistunt ei, cujus delicia esse cum fi-
liis hominum, nunc desertum ab homini-
bus, solum, relictum, desolatum, ad stu-
porem usque, abeunt enim ad idola cun-
cti; nunc ego. *Portæ celi*, in quibus maxi-
ma est angelorum frequentia, quos habe-
tis, huc mittite omnes, angeli (inquam)
qui cæli portas frequentatis desertas il-
las & desolatas relinquite, & Deum in-
terris comitamini, à quo discessit Israe-
liticus populus. & cum cap. 5. poenam
hæc sceleri debitam comminaretur, ut
per quæ quis peccat, per eadem punia-
tur, subjicit; *Quod si dixeritis: Quare fecit*
nobis Dominus Deus noster hac omnia? dices ad
eos; sicut dereliquisti me, & servistis Deo alie-
no in terra vestra, sic servietis alienis in terra
non vestra.

IX. *Rugæ meæ testimonium di-*
cunt contra me, & suscitatur falsi
loquus adversus faciem meam con-
tradicens mihi.

1. Quod dicatur testimo-
nium contra Iob, Varia
expositio.
2. Varie lectio illustrata
David.
3. Suscitare, & contradice-
re quid ex Hebræo.
4. Quis intelligatur hoc
loco falso loquens.

5. Iob modestissimus litiga-
tor. Iudex pronuntiat
secundum allegata, &
probata. Explicatus Ioa-
nes.
6. Falsum testimonium gra-
visimum illustratus Ec-
clesiasticus.

Perique post Rab. Levi, tum ex anti-
quioribus, inter quos Philippus, tum
ex recentioribus, in quibus Varabl. sic
explicant; *Ruga*, quas ex contractione
pellis arefcantis, & sanie concrefcente
contraxi, etiam me tacente, testatam fa-
ciem mei doloris acerbicatem. sed hoc
potius pro illo, quàm contra illum, testi-
monium est. ergo si non ab Originali, in
quo *testimonii* vox indifferens, & sine ad-
dito est, certè à Vulgato, qui *testimo-*
nium contrarium ipsi Iob intellexit, sen-
sus hic alienus est. nisi sortè aliquid sub-
audiretur, hac ratione; si ego vellem ce-
lare, aut verbis extenuare dolorem meum,
Rugæ meæ testimonium dicerent contra me.
Quare accommodatius ad Latinum inter-
pretem & ad rem ipsam, Græci, & ex La-
tinis Divus Thomas, *testimonium contra* Io-
bum intelligunt, contra illius innocen-
tiam & sanctitatem, quasi diceret; Corpo-
re vehementer doleo; sed illud animo ve-
hementius, quod ex mea calamitate, ru-
gis, tabe, argumentum petatur scelerata
vitæ, & mea ipsa imbecillitas in falsam mi-
hi criminationem redundet.

Et suscitatur falso loquens adversus faciem
meam, Et nemo non sit, qui oblatam si-
bi in meis malis occasione mei accusan-
di, non arbitretur. In ea voce, *falso loqui*
Latinus interpres, non placuit Hebrai-
zantibus; sed placeret profectò Septua-
ginta interpretibus legentibus. *Surrexit*
super me mendacium meum; Lis vero tota
est de significatione verbi. *Cahhas*, quod
significare dicunt, attenuare, aut macres-
cere, & nominis *Cahhas*, quod dicunt sig-
nificare maciem, aut tabem, quare accom-
modatè ad præcedentia vertunt; *Insurre-*
xit contra me macies mea, ut maciei & tabi
videatur dare personam, sicut paulò an-
te *rugis*. Sed eam verbi, atque nominis
significationem, neque probare possunt,
neque verò ad probationem alium lo-
cum proferre, quàm ex Psalmo. 108. *Ca-*
ro meo immutata est, propter oleum, quod ita

I
R. L. vs
Philipp.
Varabl.

Quid sit testi-
monium con-
tra Iob

Græci,
D. Thom.

2

Varia lectio
Hebraicæ
LXX

חנך

חנך

Psal. 108. 24.

vertunt

vertunt; Caro m. a marcuir, vel emarcuit absq; oleo, vel, propter olei defectum. Sed Vulgatus tamen perpetuo dedit illi significatum mentiendi, aut negandi; & hoc Psalmsi loco, mutandi, ut sensum illuminaret: nam proprie legere deberet; Caro mea abnegata est, propter oleum. vel, mentita est absque oleo. id vero nihil aliud est, quam, Caro mea negat formam & splendorem pristinum, & cum nunc non nitescat, neque ungetur, certe facies mentiri videtur ut pote quae nunc aliam formam ostendat, quam quondam verè habuerit; nam detracta pinguedine alium esse oportet corporis habitum. quod cum nihil aliud sit, quam corporis pulchritudinem, & oris venustatem esse mutatam, eleganter dixerunt Septuaginta, Caro mea immutata est. Ergo quod hoc loco nomen subest, non tabem, sed falsitatem, aut mendacium significat: abstractum verò in concretum vertere suo jure potuit interpret; sicut & Symmachus legit; Surrexit in me mentiens. quare idem erit hoc loco mendacium, ac mendax; falsitas, ac falsiloquus. cum enim mendacium id sit, non quod ipse protulerit, sed quod illi alii affixerunt, rectè mendaces & falsiloquos nominavit, nimirum, testes iratos, conjuratos, falsos, voluntarios, à religione alienos, qui levibus conjecturis, & non nisi externis argumentis subnixi, falsum dicerent testimonium.

Suscitatur. Propriè, insurgit & concitatur adversum me. exardescens animus, & inimici habitum denotat, se se erigentis & confortantis non solum ad resistendum, sed multò magis ad invadendum & oppugnandum, & quacumque possit arte nocendum. quam resistendi & oppugnandi vim exprimit eleganter id quod sequitur, Adversus faciem meam, contra dicens mihi. Propriè, respondens, aut testificans. nimirum contradicens in iudicio, meae innocentiae defensionem refellens, atque enervans, meam accusationem instaurans. Adversus faciem meam, palam, impudenter, nulla meae dignitatis habita ratione, nulla mei status commiseratione tactus.

Sed quis tamen sit is falsiloquus, non una ratione explicatur. quidam enim, ut cum Hebraeis conveniant, dicunt esse morbum, aut dolorem, quem falsum testem propterea appellet, quod videatur

illum peccati insimulare. neque hoc dissonat à prima parte hujus sententiae, ubi etiam testimonium rugarum adversum se commorat. Alii intelligunt Satanam hujus litis actorem, & totius criminationis auctorem, qui dolores, rugas tabem, testes adhibebat adversus Iobum, pœnas videlicet, ut culpam testarentur, certe verissimi dolores, sed falsi testes à Dæmone procurati, & sua illius voluntate effecti. Sed cum maximè Dæmon id efficere conaretur, quod ita fore confiteri maverat juramento, Nisi in faciem benedixerit tibi, ad eam rem probandam, non erant testes valde apti dolores; sed aptiores multò amici, qui illius vitæ innocentiam criminabantur, & impatientis animi, & adversus Deum insolescentis accusabant quare tum de aliis, tum præcipuè de Eliphaz (qui cum illi nunc negotium est) Olympiodor. & Polychr. hoc dictum accipiunt, qui non ex re ipsa & veritate, sed ex morbo, & rerum externa facie pronuntiant contra Iobum testimonium.

Observa, quod ad litigatorem optimè, atque iudicis observantissimum pertinet, hinc præstare Iobum; nam qui testes infirmat, contra se dicta testimonia elevat, nihil iudici detrahit, sed potius illius auctoritatem egregiè tuetur, qui secundum allegata & probata iudicat. superius verò iudex, tum externa, tum verò internum conscientiae testimonium, audit, & explorat. quam forensis iudicii formulam à patre Deo se accepisse ipse Dei filius dicit Ioannis. 5. dum de iudiciaria potestate loquitur; Non possum ego à me ipso facere quicquam; sicut audio; iudico: & iudicium meum iustum est. quæ sententia exponitur a Gregorio Nysseno orat. 7. in Cant. his verbis; Nequit veritas iudicium pervertere; hæc verò iusti iudicii summa sententia est, ut quis non ex se ipso ob quandam animi affectionem quicquam altercantibus concedat, sed ut rei primùm audiantur, deinde sententia feratur. Egregium sanè divina æquitatis argumentum, egregium bonæ conscientiae firmumque solatium.

Deinde verò quam sit miserum falsorum testium criminationem sustinere, & suæ conscientiae, innocentiae quæ consciis fictis conductisque mendaciis in iudicio opprimi, hinc perspicere licet, cum hanc suæ calamitatis, aut exaggerandæ, aut explicandæ rationem comodiissimam Iob

Germaniore postio

Iob. 1. 11

Olympiodor. Polychr.

Optimi & modestissimi litigatoris partes explet Iob

Index iudicat secundum allegata & probata.

Ioan. 5. 30

Nyssen. orat. 7. in Cant.

Falsi testimonii gravitas

existimavit. Sanè hinc Sutanæ cruciatum acerbissimum, ad illius animum remolliendum, comminati sunt impiissimi fenes; Dicemus contra te testimonium, cui ut pote apud homines gravissimo & locupletissimo, cum misera & imbecilla femina depellendo par non esset; rei indignitatem jam ante præsentens ingemuit; Angustia sunt mihi undòque; Non tam mortem, quam falsam testium criminationem reformidans. cui consonat Sapiens Eccles. 26. A tribus timuit cor meum; & in quarto facies mea metuit; Delaturam civitatis: & Collectionem populi; & Calumniam mendacem super mortem omnia gravia. Sed in hujus tamen fastidientiae exemplum, ille nobis recognoscendus est, qui talem sustinuit à peccatoribus adversum semetipsum contradictionem, ut ne de fatigemini animis vestris deficientes.

X. Collegit furorem suum in me, & comminans mihi infremuit contra me dentibus: hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.

- 1. Queritur hujus sententiae suppositum.
2. Orationes impersonales actores, & propria agrorum mentium.
3. Variæ translationis explicatio.
4. Colligere furorem, quid illustratus David.
5. Comminari quid explicatus Moyses.
6. Infremere quid, frendere dentibus servam, & bellum.
7. Nova translationis ratio. enatorum propriè, observare, & contemplari. illustratus David, & Samuel.

Hujus etiam sententiae, & aliarum sequentium, quibus Iobus vim calamitatum incredibilem explicare conatur, suppositum quærun interpretes, nã planè desideratur. nisi fortè subaudiendum quis velit, falsiloquum illum, qui paulò ante præcessit. sed illi soli tantam immanitatem tribuere non est consentaneum. Ex Hebræis verò, & ex Græcis, & Latinis plerique subintelligunt Deum, qui Dæmonis opera tot mala Iobo inflixerit, cujus ardentem furorem nunc describit, eo tamen affectu, quo sæpè diximus. & certè huic intelligentiæ favet, semel aut iterum facta de Deo mentio præsertim cum ait, Conclusit me Deus apud iniquum. sed quidem acerbiora hinc dicuntur

quam ut videantur Deo tribui. Latinis quibusdam magis placuit supponi his omnibus sententiis demonem sævissimum non frendentem modò, sed immaniter etiam rugientem, quærentem devorare Iobum & terribilibus oculis observantem prædam, atque apertis faucibus inhiantem. sed obstare videtur, tum interjecta paulò post de Deo mentio; tum etiam quòd non constet, an jam nunc facta fuerit Iobo re velatio artis & procurationis Satanicæ; ea enim multum valeret ad leniendum dolorem. Alii dolori & morbo existimant dari personam immanis hostis. Alii tandem, Eliphaz & cæteros. amicos. his sententiis perstringi volunt; Denique alii non in amicos, sed in petulantes alios hominès hæc referunt. Nullus certè ex his non verisimilis sensus.

Sed existimo tamen, sicut oratio Latina sine supposito est; ita etiam debere accipi impersonaliter. nam ejusmodi querimoniarum in neminem certò jactatæ, afflicti hominis propriæ sunt, ut furentem aliquem & frementem contra se dicat, & quis ille sit prorsus ignoret; & hostem commemoret; hostem verò minimè agnoscat; non secus atque si in mediis tenebris constitutus quis, vim, impetumque inimicorum sustineret, ictus, vulnera acciperet hostium strepitum, cõsumumque clamorem audiret, neminem autem videret, aut agnosceret. uti evenit Aegyptiis, de quibus Sapient. 17. dicitur; Timore percussus illius, qua non videbatur faciei, aestimabant deteriora esse, qua videbantur. miser (inquam) ille conqueri posset his verbis, dolorem potius suum, quam hostem prodens; Collegit hostis meus furorem suum in me, infremuit dentibus, convulneravit lumbos, circumdedit lanceis Sic ab hostibus certis & incognitis præoccupati, aut à larvatis inimicis appetiti, & percussis dicere impersonaliter solent; que me metum, que me roban. Rem propè si Homer apposita comparatione expressit Homer. lib. Od. 20.

Ceu canis immanis, teneros cum lustrat in antro Acta pedum sonitu catulos, in limine latrat. Illa licet virum ignoret, latratibus astat, Atque ardet pugnare animis. sic peccus Vlisii Intus latrabat, dum causis aestuat ira. Et Hercules Oethæus latente malo, & occulta tabe exessus, sic loquitur; Quacumque pestis viscere in nostro lates,

I Petr. 5. 8

Afflicti orationibus impersonalibus utitur

Sap. 17. 16

Homer. 20. Od. 20.

Senec. in Herc. Oct. Act. 4

Dan. 13. 21. 22.

Ecles. 26. 5

Heb. 12. 3

Hujus sententiae suppositum quod sit

Hebræi Græci Latini

Infr. 7. 12

*Procede; quid me vulnere occulto petis?
Omne es malum, nullumque; quis vultus tibi
est?
Concede saltem scire quo peream malo
Quaecumque pestis seva, quaecumque effera es
Palam timeres,*

Et quidem ad quandam invicti animi lau-
dem pertinet, si doleat, si vulneretur, in-
certum esse hostem, à quo vulnus acci-
piat, uti Virgil. in illa Turni cum Aenea
monomachia lib. 12. vulnus describit
Aeneae: Nec pudet ad oratione sacrâ, sed
poeti cam illustrandam, pophanos quoq;
sed illustratissimos poetas accersere.

Verg. 12. Aeneid.

*Ecce viro stridens alis allapsa sagitta est.
Incensum qua pulsa manu. quo turbine adacta
Quis tantam retulit laudem, casusue, Deusne
Attulerit? praesa est insignis gloria facti.
Nec sese Aeneae; iactavit vulnere quisquam.*

Quid, quod solent etiam vulnera incerti
hostis, & à tergo, in tenebris, per insidias
inflicta, saeviora, & majora esse?

Sed rursus tamen, quam in hac re expli-
canda rationem teneat Iob, non constat
apud interpretes. quidam enim volunt
sub hypotiposi venatoris acerrimi ho-
stem suum, quicumque ille sit, describe-
re. qui cum se ad venationem comparat,
indignationem quandam, & iram videtur
animo concipere adversus belluas, quas
venari cupit. deinde explorat diligenter,
quibus in locis nemoris ferae discurrant,
exerit arma, jaculis insequitur & lacepsit.
si assequantur belluam, circumstant canes,
apertoque rictu minantur, mordent,
lacerant. Non aliter ergo Iobus dicat ho-
stem *adversum se furorem collegisse, terribili-
bus oculis observasse, canibus deinde vena-
ticis potestatem fecisse irruendi in præ-
dam stridens dentibus, confossum tandem
se mille dolorum jaculis atque sagittis,
& mille proscifum vulneribus jacere se-
mianimem.*

Alii explicat dolores & morbos descri-
bi inflictos à crudeli aliquo Tyranno, qui
truculenta facie, ardentibus & minacibus
oculis, dentibus stridentibus saeviat in quæ-
piam; deinde mittat satellites, qui com-
prehensum cædant in faciem ignominio-
se, & custodibus petulantissimis com-
mittat; tandem jam extrema sententia
damnatum, atque extremo supplicio af-
ficiendum, & carcere educum collidat
in terram, præfigatque carnificibus pro-
scopo, quem sagittis configant. Rectè

3
Vnde educatur
metaphora &
ratio hujus se-
tentiae

profecto hæc omnia, si alia ab aliis non
separentur; nam nullum unius meta-
phoræ filum semper tenet: abrumptur
enim sæpè vi dolorum, & impetu ora-
tionis abripitur in multiplices suæ cala-
mitatis explicandæ rationes, & transla-
tiones, quas dolor illi conglobatas mini-
strat; & ut ille dixit;

*Formas dolor
Errat per omnes, queritur, implorat; ge-
mit*

Vt ex jam dicendis notius fiet.

Collegit furorem suum in me. Omnes suas
vires in me convertit, & incredibili fu-
rore in me exarsit. Belluina quædam ra-
bies notatur, ut se velut infirmam ovi-
culam, aut imbecillum & mutum ag-
num dicat; hostem verò suum, lupum
rabidum, inhiantem prædæ. nam in ori-
ginali est verbum *taraph*, quod signifi-
cat rapere, devorare, discerpere, lupi-
no more, aut leonino. Inde dicitur Ge-
nesis. 49. *Benjamin lupus rapax.* & Psal-
mo. 7. *Ne forte rapiat ut leo animam meam*
quare juxta proprietatem Hebraicæ le-
ctionis dicere possis; Indignatio ejus
tamquam rapere volentis, & jam jam in
prædam infilientis. Et quod pro *indig-
natione*, Hebraicè est *nafus*, denotat ho-
minis indignantis, & irascentis habitum,
& conceptum animo furorem diffatis,
& patentibus nasi orificiis fumantem, at-
que oculis & toto ore crudelitatem emi-
cantem. de quo non semel diximus. Sed
in præsentia re & translatione, certè mise-
randa, & truculenta prædæ alicujus dila-
ceratio, & venatio belluina describi gra-
phicè solet à terrificâ, & ardente imma-
nis famelicæ belluæ specie, quæ post-
quam semel concepta est, & diu colle-
cta, subitò atque immodicè se se effundit
quod ille descripsit.

*Sollicitant pavidè dum Rhinoceros ma-
gistri,
Seque diu magna colligit ira ferae;
Desperabantur promissi prælia Martis,
Sed tan. en is rediit cognitus ante fu-
ror.*

Ergo collecta rabies atque furor ingentem
stragem minatur, sicut & Apocalip. 12.
*Va terra & mari, quia descendit diabolus ad vos
habens iram magnam.*

Et comminans mihi. propriè, adversans mi-
hi, odio me habens. sunt quidem istæ mi-
næ plenæ odio, invidia, inimicitias; aut est

Senec. in Her-
Oarhe. act. 2.
Dolor multi-
pliciter se pro-
dens

Colligere fu-
rorem quid

Gen. 49. 27

Psal. 7. 3

Martiaf

Apo. 12. 17

Comminari
quid

odium

Gen. 27

Gen. 49. 23

Gen. 37

6

Quid Instru-
mere.

Psal. 34. 16
Psal. 36. 12
Psal. 112. 10

non Marcel.

7

Venatores ob-
servant & cõ-
templantur

odium, & inimicitia cum minis conjuncta
nam ab eadem radice dictum est Gen. 27
Oderat Esau Jacob, nimirum ita ut. com-
minaretur illi mortem, namque subjungi-
tur; *Dixitque in corde suo, venient dies luctus
patris mei, & occidam Jacob fratrem meum.*
adde etiam hujusmodi odium & minas
ex invidia proficisci. quare est hoc ver-
bõ usus Genes. 49. de Ioseph loquens Ia-
cob; *Invideruntque illi habentes jacula;* nimi-
rum & invidia & odio ardentis, atque
jaculis & mucronibus minantes. mor-
tem, ut describitur Genes. 37. Ergo quas
Iob ait sibi intedi minas, odio plenæ erant
inimicitias, & invidia, nullo suo. peccato
sed potius propter eximiam vitæ innocen-
tiam ab invidio hoste illi proposita.

Infremuit contra me dentibus. Fremuit, &
simul concussis stridensque dentibus im-
maniter insonuit. Perstat in describenda
belluina immanitate; cum enim bellua si-
mul concutit, & stringit dentes, videtur
jam acere instrumenta jugulandæ, &
dilacerandæ prædæ, atque sono terrifico
immanem mortem denuntiare. & quæ
dem quod alibi vertitur à Latino inter-
prete, Fremere. Psal. 34. *Fremuerunt su-
per me dentibus suis.* & stridere. Psal. 36. *Stri-
debit super eum dentibus suis.* & fremere. Psal.
112. *Dentibus suis fremet, & tabescet.* Nunc
reddidit Fremere, sicut & Theodor. 2. *Fre-
muerunt dentibus suis,* ut vehementiam, &
magnitudinem terrifici sonitus significa-
ret. nam sic Nonius Marcellus, fremere,
& fremere, distinguit, ut Fremere, sit mag-
num sonare; at Fremere cum gemitu vel iracū-
dia miserum, aut minax sonare.

Hostis meus terribilibus oculis me intuitu.
est. Priori dimissa, nunc aliam venatoris
descriptionem & translationem aggred-
tur. & quod est in originali inflammato-
rum oculorum acumen, interpres clari-
dixit, *terribiles*, nimirum acrem & vehe-
mentem oculorum conjectum, trucem
& immanem aspectum, scintillantem, vi-
brantemque radios, instar distracti & ra-
diantis gladii; quasi dicat; Priusquam me
ferro, aut vulnere peteret, jam *terribilibus
oculis* confixerat, & trajecerat. Ergo acu-
tissimè prius dispexit, qua potissimum
parte feriendus essem, ut ingentem dolo-
rem efficeret, & primo me icu deiceret
Refricat fortè tum aliorum malorum, tū
vero cladis filiorum memoriam. Solent
verò venatores, vel ex antris, vel ex specu

la observare, qua potissimum nemoris
parte fera discurrant, sicut scriptum est
Psalmo. 36. *Observabit peccator justum* (vi-
delicet, ut velut agrestem quandam fer-
ram degentem in solitudine, abstinentem
se à convictu impiorum, & peccatorum
vitiis, infectetur.) *Et stridebit super eum den-
tibus suis.* & iterum Psalmo. 9. *sedet in insi-
diis cum divitibus in occultis, ut interficiat inno-
centem; oculi ejus in pauperem respiciunt, insi-
diatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua,
insidiatur, ut rapiat pauperem, rapere pauperem
cum attrahit eum:* sicut dicitur etiam Ecclesia-
stici. 15. *Venatio leonis, Omager in eremo: sic
pascua divitum sunt pauperes.* Hujus terribi-
lis aspectus exemplum videre licet in
Saul, cum non rectis oculis aspicebat Davi-
dem; quod in originali est, *Oculabat Saul
Davidem;* quod Hispanus dicit, *Trayalo en-
tre ojos; o mirayalo de mala.* Ex quo sequi-
tur, quod deinde lancea illum confige-
re tentaverit. Quid si etiam, ut suspica-
tur Philippus, respiciat ad umbras aliquas
horrificas & tetras imagines, quas, cum
se ad somnum componeret, objiciebat
Dæmon? Nam supra. cap. 7. in hanc ferè
rem conquestus est, quod terraretur
*per somnia, atque per visiones horrore concu-
teretur.*

Psal. 63. 12

Psal. 9. 8

Ecles. 13. 23

4 Reg. 13. 9

Philip.

Iob. 7. 14

30. XI. *Aperuerunt super me ora sua
& exprobrantes percusserunt
maxillam meam: satiati
sunt pennis meis.*

1. Ducta à venatoribus translatio. Aperire or- is ad famem, & avidita- tem illustratus David.	Paulum, illustratus Sa- lomon, & Ecclesiasticus.
2. Apertio oris, ad contu- melias.	4. Satietas abundantiam, & copiam offert ad ca- lamitates refertur.
3. Percutere, ad opprobria pertinere. lingua petu- lantis suscit. & gladius quis percussor apud	5. Morbus, & arumma car- cer.
	6. Iniquus quis hoc loco, af- flictus sentire debet de Deo in bonitate.

Circumstantium canum immanes ri-
ctus & latratus videtur describere;
aut confusam illam vociferationem &
clamores venatorum capta jam præda, si-
cut & id Thre. 2. *Aperuerunt super te os suum
omnes inimici tui: sibilaverunt, & fremuerunt*

Translatio du-
cta a venato-
ribus

Thre. 7. 14

den

dent oss, & auferunt, devorabimus: en ista est dies, quam expectabamus, invenimus, vidimus. nisi forte a pertione oris, inexplibilis aviditas, & fames capiendae, devorandaeque praede significetur; nam eisdem verbis dictum est Psalmo. 118. *Os meum aperui, & atraxi spiritum.* id est, praefame, & siti, & desiderio caelestis sapientiae, quo ardebat, spiritum hausi hianti ore. qui gestus est, famem patientis, ardentem desiderantis, avidè expectantis; nam internus affectus inflammatus, ardentem spiritum intus conceptum emittit, & frigidiorum aliiu aperto ore inspirando capit, & attrahit. quare Latinus vocat *hiantes cupiditates.* & cum Seneca epistola. 73. eum animi intemperantis habitum, ex gestu corporis externo, depingere vult, ex Attali sententia haec non minus graviter, quam sapienter scribit; *Solebat Attalus hac imagine uti; Vidisti aliquando canem, missa à Domino frustra panis, aut carnis aperto ore captantem; quicquid excipit, protinus integrum devorat, & semper ad spem futuri inhiat: idem evenit nobis; quicquid expectantibus natura projecit, id sine ulla voluptate demittimus, statim ad rapinam alterius erecti & attentii.*

Si verò haec oris apertio jungatur cum sequentibus opprobriis & contumeliis, impudentior quaedam contumeliam iactatio, & obloquedi libertas significabitur: nam cum liberam sibi praedicationem precaretur Paulus Ephes. 6. haec ipsa apertio oris loquutione utitur, *Ut detur mihi sermo in aptione oris mei cum fiducia, notum facere mysterium evangelii, ita ut in ipso audeam, prout oportet me loqui.*

3 Exprobrantes percusserunt maxillam meam. Perstare in re venatoria videri potest, nimirum cum canes in fera aures & maxillas irruunt praecipites. sed verba ipsa plane indicant transisse jam à re venatoria, ad contumelias & covitia hominum, vel etiam Daemonum, qui forte catervatim visi, illud cum ingenti covitio saepius obruderent, *Vbi sunt iustitiae tuae &c. Percussio autem maxillae ingentis dedecoris, & extremæ ignominiae est, non tam ex gravitate ictus aut vulneris, quam ex dignitate & praestantia partis, quae percutitur, videlicet humanae faciei. Sed (inquit) percussio non re ipsa, aut manu, vel colapho inflicta est, sed verbis & opprobriis, sicut dicebat Apostolus. 2. Corinth. 11. Si quis vos in faciem eedit, quod statim expli-*

cat, qua ratione fieret, cum subjicit, *Secundum ignobilitatem dico.* id est, cum quis vocotemnit, & despicit velut ignobiles. neque verò minus gravis est contumelia, aut opprobrium, quam colaphus, aut fustis, gladiusve, aut vulnus. & quidem de colapho, clarè locus hic loquitur. sed de fuste, ille Proverb. 14. *In ore stulti, virga superbia.* nam stultus, superbus, & contumeliosus, in ore fustem habet. id est, linguam, qua alios caedit, & diverberat. quod percutientis linguae vitium, longè ab Episcopo abesse voluit Paulus, cum. 1. ad Thimot. 3. inter alia praecipit, oportere esse *non percussorem.* idemque repetit ad Titum. 1. Quod Hieronymus. ad maledicentiam hoc loco pertinere existimat, & ad immitem quandam & improbam subditorum oburgationem. Percussorem autem descripsit Christus Dominus, Matth. 24. sub parabola mali servi, *Si autem (inquit) dixerit malus servus ille in corde suo, moram facit Dominus meus venire: & caeperit percutere conservos suos, manducet autem & bibat cum ebriis &c.* Quibus verbis, garrulitatis & maledicentiae causam adjungit. sicut & Paulus cum ait, *Non vinolentum, non percussorem.* vinolentia videlicet, & ebrietas, & garrulitas & contumeliosum, atque effraenem in loquendo reddunt. & clariis flagellum, aut fustis, quo percussio fiat, & explicant Ierem. 18. qui ad versus Ieremiam dicebant *Venite, percutiamus eum lingua.* neque ab hac ratione omnino abludiverborum, & verberu cognatae appellationes: quare quod in proverbio est, *Non opus esse verbis, sed fustibus;* hic convertere possis, non opus esse fustibus, & verberibus, cum ad sunt verba contumeliosa. Sed quantum verò vulnus efficiat tactus linguae, aut verbi ictus, abundè illa declarant, quae aut gladium ancipitem, aut saggitam acutam linguam esse testantur. sed omni gladio crudeliorem, & acutiorem Ecclesiasticus esse confirmat cap. 22. *Ad amicum; et si produxeris gladium, non desperes: est enim regressus, excepto convitio.*

4 Satiati sunt panis meis. Repleti videlicet, meis doloribus & cruciatibus. hanc existimant praedam pinguisimam, qua se impleant & infarciant, cum me innumeris vulneribus dilaceraverint, atque confecerint. Ea *satietas*, abundantiam & copiam affert ejus rei, cujus est satietas, & in malis quidem & grumis, sive is sariatus dicatur

Opprobrium iustis est gladius
Prov. 14 3
1. Thim. 3 3
Ad Tit. 1 7 Hieronym.
Percussor
Matth. 24 48
Ier. 18 18
Psal. 56 5 Prov. 5 4
Ecle. 22. 26. 17
Repleri, & sariati, ad gruminas
Satietas abundantiam, & copiam affert.

Aperto oris quid indicat.
Psal. 118 131
Seneca Epist. 73
Aperite os, ad contumelias iactatas
Ephes. 6 19
Translatio ducta à canibus venacis
Percurrere, exprobrantis effect.

qui injuriam facit, & contumeliam infert: ut hoc loco, quasi dicat; Abundè, satis superque, ultra modum, atque mensuram, alter penas infert, per petitur alter.

XII. Conclusit me Deus apud iniquum: & manibus impiorum me tradidit.

5 Deus
Morbis, & gruminae catet.

6 Lect. Hebra. *Yo seguro me yva por mi camino, y el me guio por veredillas y sendas de salteaiores
Latini, Graeci
Tob afflictus sentit de Deo in bonitate
Iud. 16 13 Apoc. 3 7

qui injuriam facit, & contumeliam infert: ut hoc loco, quasi dicat; Abundè, satis superque, ultra modum, atque mensuram, alter penas infert, per petitur alter.

XII. Conclusit me Deus apud iniquum: & manibus impiorum me tradidit.

Deus, El, fortis, ut potentiae, roborisq; divini specimen praebet in me debilitando; non acu punctum, quod patior sed gladiatoris ictus; sed vulnera savissima potentis Dei virtute inflicta. **Conclusit.** Tradidit veluti in carcerem, aut angustias, apud iniquum, injurium, superbum & savum dominum, custodem inhumanum qui arctissima & indignissima custodia omnem mihi libertatis spem adimat. Dolorum fortè intelligit, & morbum improbum, qui nunquam non illum in extremis angustis constitutum cruciaret.

Et manibus impiorum. Quasi dicat praedonibus, qui mihi innocenter & securè gradienti moliti sunt insidias. in fonte est; **Ad manus impiorum fecit me** * **declinare,** aut divertere, abductum videlicet & abstractum de via recta redegit me in caeca, & ignota diverticula. Iniquos autem, vel afflictorum more impersonaliter nominat, ut supra observavimus; vel, ut quidam Latini, Daemones intelligit, quos plures simul in suas fortunas & bona irruisse deplorat; vel, ut Graeci volunt, praedones illos Chaldaeos; minimè verò amicos suos, quibus cum agit.

Sed observa tamen, uti decet sapientè & religiosum virum, de suis calamitatibus loquutum; cum illarum enim gravitate conjungit de divina benignitate fiduciam conceptam; **Conclusit** me in foedissimum & tenebrosissimum carcerè, sed conclusit me benignissimus Deus & **clausit à foris ostium Domus,** potens, fortis, ut quod ille clausit nulla vi nullo actu recludere possim, non seras, non fores effringere. Samson nimirum Gazae conclusus eludere quidem potest Philistinorum custodias, atque **ambas portas fores cum postibus suis, & sera covellere;** sed tamè, què Deus **concludit,** & quae idem **claudit,** nemo aperit,

ibi hominem vult in silentio & spe agere: *que dum dicat mihi; non fugam non exitum meditari.* namque piissimus perinde atq; potentissimus Deus clavem etiam vitae habet, neque obliviscetur in finem vincit sui. ideo enim conjectum in lacum leonum clausit, signavitque potentiae suae sigillo, non quò devorarer & perirem, nullo superpetias ferente; sed ne mihi noceret inimicus homo. is accurret d. luculo, atq; opportuno tempore dicet mihi, *Serve mi, paras ne, quod liberare possit te Deus tuus, quem colis?* cui respondebo lætus & alacer; **Conclusit** sti, o Deus ora leonum, & clauso licet, vincit que mihi non nocuerunt, *quia coram te iustitia inventa est in me.*

XIII. Ego ille quondam opulens, repente contritus sum. Tenuit cervicem meam, confregit me: & posuit me sibi quasi signum.

1. Opulentus quid proprie illustrat terenti. & Zachari.
2. Contritus quid in Hebraeo.
3. Constringere quid proprie. Coma & capilli significat externa bona. sunt etiam symbolum imbecillitatis. illustratus Paulus.
4. Rens configi quid. Iustus proponit pro scopo, ad quem tam Deus, tum homines jaculentur. explicat Paulus, & Lucas.
5. Signum & scopus quid significent. Iustus nunc collimari, impros postea ultimo supplicio configendos. illustrata Sapientia.

Latinus interpres sententiam hanc reddidit incitatioem, additione duorum adverbiorum *quondam, & repente;* nimirum ut praesentia mala cum pristina felicitate comparata exaggeraret. In Originali, *Paucissimus eram.* tranquillus, quietus, rectè etià *opulatus,* & abundans. quod Hispanus eadem etiam oratione, & voce exprimit. *Rico y descansado.* tum quòd cum pace & tranquillitate videantur bona omnia conjuncta; tum etiam, quoniam cum divitiis & opulentia quaedam securae mentis pax, & tranquillitas expers formidinis atque curarum conjuncta videatur, sicut dicebat quondam in *abundantia* sua quietus & opulentus Rex, *Non movebor in aeternum.* atque quò major est praesens felicitas, omnem mali suspicionem, &

Matth. 2 13
Isa. 22 22
Isa. 30 15
Dan. 6 16
Psal. 29 7

metum oblivione quadam obruit, atque efficit, beatam illam vacuitatem ægritudinis atque curarum. Hinc in sacri sermonis usu, quietus & opulentus, cum ejusdem radicis sunt, significant, curis & suspitione impendentis mali vacuum, & omnino securum. Sic illud Jerem. 49. adversus Cedarenos Arabes; *Ascendite ad gentem quietam, & habitantem confidenter, ait Dominus; non ostia, neque vices ei: soli habitat.* De opulento autem illud Zachar. 7. *Cum ad huc Jerusalem habitaretur, & esset opulenta, ipsa & urbes in circuitu ejus, & ad austrum, & in campestribus habitaretur.* id est, cum ita securæ essent Jerusalem, atque cæteræ urbes, ut neque ipsa campestris & urbes in plano positæ ullas timerent incursiones hostium. Ergo Iob tum pristinam opulentiam & felicitatem commemorat, tum animum ab omni suspitione & metu liberum cujuspiam commeritæ pœnæ; ut potè confcium nullius criminis.

2 *Contritus sum.* Propriè, contractus & calcatus, velut uvæ, aut olivæ in torculari. Hicet Hispanus, *estruxido*, omni felicitate & bonorum opulencia exucta, & extracta vi, & pondere gravissimarum calamitatum. tum etiam labefactus, & turbatus ab illo primo statu, abiit in nihilum, & veluti irrita facta est pristina felicitas, amissis viribus omnibus. nã hæc omnia amplectitur *Pur.*

3 *Tenuit cervicem meam.* Instaurat luctatoris methaphoram; solent enim qui luctantur, manu injecta, cervici, aut collo ad terram allidere, & resupinum prosternere hostem; allisum verò atque postratum, *Cõfregit me*, propriè, contrivit cum dispersio, sicut cõfringitur testa, cujus partes alitæ ad lapidem, disiliunt, & disperguntur. unde ab hac radice dicitur Jerem. 23. *Malens conterès (confringens atque vehementi ictu disilire faciès in partes minutissimas) petras.* Significatur itaque maxima quædam strages, vix, ac ne vix quidè resarciri valens, sicut illud Psalmi. 2. *Tanquam vis figuli cõfringes (disperges, disjicies) eos,* ita ut bona illorum omnia disiliant; nihil maneat integrum; in minutissimas partes abeant omnia; & ad multos hæredes, longèque disitos deveniant. Septuagint. verò dum legunt; *Tenens me, coma divulsit*, sic explicantur à Græcis, ut per comam intelligatur externorum bonorum ornatus & copia; neque incongrua sanè

ratione & analogia; nam sicut coma capillis constat, quos procreant superfluitates & extremèta, sed ornant tamen hominem, efficiuntque honestam speciem sic sanè divitiæ, plerumque superflue sunt ut pote quibus natura, quæ paucis contenta est, minimè indigeat, sed ornant tamè hominem, & dignitatem efficiunt, atque honestatem illam, justumque honorem, de quo loquitur sapiens Eccles. 11. *Paupertas & honestas à Deo sunt.* & 31. *Vigilia honestatis tabefaciet carnes, & cogitatus illius aufert somnum.* Ergo manibus avulsi & lacertati capilli, significat hominè facultatibus vi ereptis; & cum ingenti dolore amissis, atque vale deformem, calvastrum, & depilatum. Nam quod Philippus contedit ea loquutione significari virum debilitationem, propterea quòd capillis virtus significetur, quòd magna virtus in capillis sit, non facilè nobis suadebit; cum potius capillatura, & bène pexa atque curata coma fit mollioris animi indicium, & mulieris cujusdam infirmitatis; nam *vir si comamatriat, ignominia est illi.* Neque in rem suã comòdè exemplo crinium Sãsonis usus, est Philippus; non enim sua natura habuerunt illius capilli vim insitam, sed ut illa sibi suisque lacertis nunquam tribueret Samson, imo potius perpetuò agnosceret acceptam divinitas, illam Deus rei & partium corporis omnium tenuissimæ atque inconstantissimæ alligatam voluit, atque, quòd securior esset, sub infirmitate delitescerentem.

4 *Et posuit me sibi quasi in signum.* Quidam sic is Dei scopus fuit, ut me perderet; sed vehementior & acrior sensus in hanc sententiam; Ego ipse positus sum in scopum, ut mille jacula, mille sagittas exciperè; ego ipse sustinui ictus quotquot vel filii; vel famuli, vel pœcora ipsa & armèta sustinuerunt; me me ipsum cælestis ignis petebat, in me irruerunt Sabæi, in me furès ille vêtus à regione deserti incubuit. Similis est ille locus Thre. 3. *Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam, misit in renibus meis filias pharetra sua.* Configi verò renes est, teneriores affectus, ipsòtque mollissimos animi sensus dirumpi, cõlcindi, vulnerari, non modo non expleri desideria optatis rerum eventibus, sed irrita omnino, frustaneaq; fieri; neq; tantum expectata & desiderata bona nõ obtinere, sed sustinere malorum irruentium impetum.

Opulentus & quietus, quid

Jer. 49. 31

Zach. 7. 7

Contritus quid propriè

79

3

Quid Cõfringere

79

Jer. 23. 29

Psal. 2. 9

Coma, & capilli externa bona.

Græc. expositio

Eccles. 11. 14 & c. 31. 1

Philip.

Capillis rotur, an verò imbecillitas significetur

1. Cor. 11. 14

Judic. 16. 19. 20.

4

Thre. 3. 12

Renes configi quid

Sed observandum tamen, cum dicit Deum sibi proposuisse hominem pro scopo, nescio quid sonare familiare & consuetum Deo, neque non etiam piis ipsis viris, quos ictibus, atque ærumnarum, hostiumque jacibus præstitueret, jucundum atque festivum Deo est, & quod videatur ab illo suscipi animi, & (quod dicitur) exercitii gratia. Id verò à suo justo requirit Deus, ut dum ab illo ponitur in signum & scopum, fixus, firmusque hæreat, non jactum, non faggitam vel latum fugiat unquam. Rem hanc agnoscebat Paulus atque minimè ignotam volebat Thesalonicensibus, cum scripsit, *Nemo moveatur in tribulationibus istis; ipsi enim scitis, quòd in hoc positi sumus;* Neque mirum quòd Deus Pater, in signum & scopum filium suum proposuerit, uti prædixit Simeon Senex Lucæ. 2. *Ecce positus est hic in signum, cui contradicetur.*

5 Nomen verò atque ratio signi & scopi nescio quid certum, præfixum, publicè omnibus propositum denotat, ad quod nemo non possit impunè jaculari, amici pariter & inimici, noti & ignoti. Tum etiam nescio quid præfixum & inevitabile significat; ut dicere possis, sed semel Deus laboribus, & ærumnis justum aliquem exercere decrevit, nūquam aberrare ab scopo, cum intendit arcum, nunquã non collimare, nunquam dare significationem, ut fugiant à facie arcus, sed ita Deum minitari semper, ut minas atque terrorè ictus sequatur, & vulnus; uti supra dixit Iob. c. 3. *Timor, quem timebam, evenit mihi, & quod verebar, accidit.* & Paulus loco nuper adducto rem hanc persequens sic subjicit; *Nam & cum apud vos essemus, prædicebamus vobis passuros nos tribulationes, sicut & factum est, & scitis.* Sed, quod mirabile est, sic agit cum improbis Deus, ut cum perpetuas illis intentet minas, gladium suum vibret, arcum suum tendat, & paret illum, & in eo paret vasa mortis, atque sagittas suas ardentibus efficiat; nunquam tamen, vel admodum raro illos collineat divina ultio; vel quòd se illi moveant in tribulationibus, cum illas fugiunt, laboribusque se subducunt; vel quòd Deus intèdat arcum, nunquam verò remittat chordam, aut ita remittat, ut territet tantum, non configat. hac tanta indulgentia nisi nunc convertantur, erunt profectò postea scopus, ad quem se tandem exercent & jaculentur univèr-

Iustus profecto propositus ad quem Deo collimet.

1. Thes. 3. 3

Luc. 2. 34

Signum & scopus quid indicent.

Psal. 59. 6

Iob. 3. 25

1. Thes. 3. 4

Improbis sæpe minatur Deus, sed in hac vita raro illos collimat

Pf. 7. 13

sa creaturæ, cum pro Deo pugnabunt, neque aberrabunt; ibunt nimirum directæ emissiones fulgurum, & tanquam à bene curvato arcu nubium exterrimabuntur, & ad certum locum insilient; videlicet in caput impiorum neque enim frustra erit illa per Jerem. cõminatio. c. 30. *Ecce turbo Domini, furor egrediens, procella ruens, in capite impiorum cõquiescet. in novissimo dierum intelligetis ea.*

Sap. 5. 22

Jer. 30. 23

XIII. *Circundedit me lanceis suis convulneravit lumbos meos: non percit: & effudit in terrã viscera mea.*

1. Lancea quale telum. pro lanceario usurpatum. sagittarius unde dicitur multitudo & copia attribuitur sagittis, & sagittarius. explicati Da-	vid. & Jeremias, 2. Renes unde dicitur vulnera et, quid significent. 3. Viscera in Hebræo quid. vasculum fellis destrumpr.
---	--

Persequitur illam jaculandi ad scopum translationem. *Circundedit*, propriè circumdederunt, id est, jusit, effecit, ut circumlisterent & obsiderent me lancea sua. antiquam hinc jaculandi consuetudinem agnoscit Philippus, cum signa aliqua ita proponebantur, ut & lanceæ & sagittæ emissæ hæreret penitus infixæ in scopo, ut propterea circumdatus lanceis, & hispidus totus, onustusque sagittis dici posset. *Lancea*, pro Lanceariis. quàmvis autem lancea ex proprietate latini sermonis, longissimi sit teli genus, sed tamen hoc loco non videtur aliam habere vim, quàm jaculi, aur spiculi, qualecumque id sit, aut etiam sagittæ: quare perinde est ac si diceret, circumdederunt me, veluti propositum scopum, sagittarii, jaculatores. atque eam vocis originalis significationem agnovit Vulgatus, cum Genes. 21. dixit, *Filiusque est juvenis sagittarius.* Quod verò hic legunt quidam, *Circundederunt me magni ejus* huic loco vix quadrare posse videtur. licet enim radix *Rabab*, significet augmentum & magnitudinem, sive in quantitate continua, sive in discreta, quæ propriè multitudo dicitur; sed hoc tamen loco potius est discreta accipienda; à multitudine enim sagittari dicuntur, *Rabim*, sive quia multis sagittis instructas gestet pha-

I

Philip.

Lanceæ pro lanceariis

Lancea quale telum

Gen. 21. 20

Regi

227

Sagittarii unde dicantur

237

retras, five quia frequentibus jacibus sagittarum adversus hostem utantur; non enim sicut uno gladio, aut una lancea, ita una sagitta contentus miles est: five quia in sagittariorum multitudine & copia fit positum maximum exercitus robur, magna etiam victoriæ pars; five quod multæ simul sagittæ ex uno torméto bellico excuterentur. Hinc videas multitudinem & copiam, veluti propriam sagittarum fore tribui. Iere. 50. *Annuntiate in Babylone plurimis, omnibus, qui tendunt arcum.* quo loco secunda pars per expositionem adjicitur; qui enim tendunt, contenduntque nervos & arcus, ii sagittarii sunt, & plurimi esse solent, plurimisque & frequentissimis sagittis, atque jaculationibus uti. quare fortè quod ab hac radice dicitur Psalmo. 3. *Multi insurgunt adversum me.* idem significat, quod milites sagittarii, jaculatores, lancearii, qui me circumdant, & obsident, ut me configant undique, ne ulla mihi ex parte pateat effugium. similis obsidio sagittariis & jaculatoribus tribuitur Iere. 50. *Præparamini contra Babylonem per circuitum omnes qui intenditis arcum, debellate eam, non parcatis jaculis* (ad multitudinem pertinet, de qua nuper dicebamus, *gastrad saetas sin duelo; quia Domino peccavit.* Ergo inquit Iob; Obsident me jaculatores, undique configor jaculis, collimant sagittæ universæ; cælum jaculatur ignem; æther ventum rapidissimum; terra, vermes; uxor, domestici, contumelias; Dæmon, truces oculos, minas ac terrores; & misera hæc mea conditio aliorum impendentium malorum, suspicionem ac metum.

Convulneravit lumbos meos. Cœcidit, profecidit lumbos, renes. intima vulnera & plañe letalia accepi; non solum cute dissecor, aut vulneror, sed intimis visceribus. *Renum* nomen in sacro sermone, à desiderando ducitur; & sicut renes sedes sunt affectus libidinis vehementissimi, & nunquam satis benè edomiti, ita teneriores, atque magis intimos affectus indicare solent. Quare *vulnerari renes*, erit ardentiora desideria, teneriores affectus, meliores spes frustrari, dissi pari. Ierem. 12. *Propè est tu ori eorum, & longè à renibus eorum.* id est, citò annuis illorum postulatis, & permittis illos suis desideriis. Ait ergo; In lumbos meos, in omnes meas cogitationes & minutissima quæque mentis atq; cordis arcana penetravit ira divina. Tū etiã,

vires, robur omne exforbuit; elumbè me reddidit. fortè etiam indicat renum vulnera letalia esse. proindeque sua mala immedicabilia. Plerumque autem lumborù dolores diuturnos, & sæpe recurrentes conjunctos esse cum malignis morbis, & gravissimis symptomatis medici docent.

Non pepercit. Sæva vulnera, & sine ulla commiseratione insicta: vel, primis vulneribus alia etiam adjecit, quibus *effudit in terrã viscera mea*, fellis vasculum dirupit, profcendente sagitta, ut nihil mihi ad vitam reliquum sit visceribus omnibus diruptis. quod nos *viscera*, in fonte est, *fel*, quod est pars viscerum. & quidem hyperbolicè dictum videtur, *viscera*, pro sanie & tabe ex intimis manante. vel dysenteriam intelligit, quam ex felle & ardente bile valdè malignam effici, medici docent. quæ omnia videntur, non posse nõ convenire Iobo extremè laboranti. quavis Gregor. in solam allegoriam respexit cū dixit hanc *viscerum effusionem*, non comperere Iobo, proptereaque necessarium esse ut non juxta litteram, seu historiam, sed juxta spiritum ecclesiæ membris accomodetur, quæ undequaque ab hostibus circumvenitur, & quidam in ipsa etiam viscera seviūt, cum illos, qui in oculis, ac spiritalibus actibus latebant, in terram fundunt, & ad sæcularia negotia protrahunt &c.

XV. Concidit me vulnere super vultus: irruit in me quasi gigas.

1 Cœcidere quid. Baal Pharasim quid. Ratis nominis Phares. illustratus Samuel.
2. Diruptio muri, cuius rei
3. Irruere quid ex Hebraeo Quid Gigas. illustratus Moyses.

Quod superius dixit, non pepercisse, nunc explicat, sine miseratione sibi insicta mille vulnera; quod si de primò acceptis plagis loquatur, dicet, tot cladum gravissimarum nuntia continenter ad se perlata: si verò de præsentis dolore, dicet illum afsiduum, nunquãque intermissum, nisi acerbiori alio subeunte: tum etiã intelliget mille morborum genera complicatorum, uti diximus. c. 2.

Hippocr. in Coacis panotio.

3

Viscera quid

מרוח

Gregor.

I

Conci

Concidere quid

כרע

2. Reg. 5. 20 Baal Pharasim quid.

Lxx

2. Esd. 1. 3. & c. 2. 13 Gen. 38. 29

Ratio nominis Phares

2

Diruptio muri, quid significet.

Concidit. Propriè, dirumpet me ruptura super ruptura. Sunt hæc voces omnes à radice, *Parats*, quod significat, aliquid erumpere vi quadam, & in obvia quæque irrumpere, quæ propter externam vim concindantur, abrumpanitur, & dissi pentur. hujus significationis & ratio & exemplum est, locus ille. 2. Reg. 5. *Venit David in Baal Pharasim* (est autem *Baal* quasi Dominus, aut habens; & *Pharasim*, rupturæ, aut eruptiones, quasi dicas, locus rupturarum, aut eruptionum) & *percussit eos ibi*, & dixit; *Dirupit Dominus inimicos meos coram me*, sicut dividuntur aquæ. quod propriè etiam dixerunt Septuagint. *Dirupit Dominus inimicos meos coram me*, sicut dirumpuntur aquæ. aquas verò dirumpi, non tam significat ipsarum, ut ita dicam diruptionem passivam, qua dissi pentur, sed activam, qua erumpentes convellunt & perdunt obvia quæque. Ergo significat vim divinæ iræ maximam quæ Philistinorum exercitum, quasi inundatione quadam disjiceret, atque labefactaret, & quasi mille rupturis milleque concissionibus dilaceraret. Nõ aliter Iob irrupentibus hostibus conqueritur, nihil sibi mansisse integrum, dissipata omnia bona, subversam domum, discerptos filios, corpus etiam diruptum doloribus & profcisam ulceribus. neque nõ erit vehementior sensus, si eò referatur vox originalis, cuius est frequens usus in scriptura, nimirum ad muri diruptionem, quæ fit a tormentorum vi, aut impetu exercitus undique insilientis, quomodo dicitur *diruptus murus* Nehem. 1. & c. 2. & Genes. 35. quo loco redditur etiam ratio nominis, cum obstetrix puero adducti matrem dixit; *Quare dirupta est propter te maceria?* nimirum quia secundam, quæ velut maceria & murus interjectus illum ab altero dividebat, jam abruperat; neque tamen egredièbatur primus. & ob hæc causam vocatum est nomen ejus *Phares*. Ergo cum ait Iob se concisum vulneribus, vel diruptum diruptionibus, planè significat, te suaque omnia quondam munita fuisse diruptis providentiæ vallo, muroque firmissimo; jam nunc verò dejecto muro patuisse hostium insultibus, undique oppugnate Dæmone, undique etiam sævissimis spiritibus affilientibus; nihil igitur illi mansisse incolume aut integrum; nam fuisse cladem atque certissimum interitum, vel jam significat, vel minatur labefactio & ruptura muri, sicut Threno. 2. scriptum est; *Cogitavit Dominus dissipare murum filia Sion; tetendit funiculum suum, & non avertit manum suam à perditione; luxitque ante murale, & murus pariter dissipatus est.* quod etiam illud Psal. 105. *Dixit, ut disperderet eos. si non Moyses electus ejus stersset in confractioe in conspectu ejus, ut averteret iram ejus.* id est, jam jam divina irâ murum, quo munitiebantur, labefactarat & dejecerat; jam jam insiliebat ad rupturam; quâ ad illos transiliret, sed in ea tameri muri parte labefactata opposuit se firmum fortissimum dux Moyses, qui orationis, & precum armis jam jam impetum facientem Deum, compescuit. sed Deum verò aut sævissimos hostes irruentes in me (inquit Iob) nemo compescit, nemo stat in confractioe; addit enim.

Irruit in me, quasi gigas. Propriè, data occasione, concesso aditu occurrit celeriter; affert enim vox originalis celeritatem quandam, & pronum in currendo affectum; qui autem hîc dicitur *Gigas*, alibi vertitur ab interprete fortis, potens, robustus; aliquando etiam Dominus, ut Genes. 27. cum ait Isaac ad Esau; *Dominum tuum illum constitui* (id est) viribus, potentiaque majorem. sicut & cum servus dicitur; inferior viribus significatur, propterea enim subjunctum est; *Vives in gladio, & fratri tuo servies.* id est, cum alios armis expugnare & superare potens fueris, illam ipsam victoriæ laudem, armorumque vim atque potentiam, ad fratris abjicies. De appellatione autem Gigantis, alias dicemus.

factatio & ruptura muri, sicut Threno. 2. scriptum est; *Cogitavit Dominus dissipare murum filia Sion; tetendit funiculum suum, & non avertit manum suam à perditione; luxitque ante murale, & murus pariter dissipatus est.* quod etiam illud Psal. 105. *Dixit, ut disperderet eos. si non Moyses electus ejus stersset in confractioe in conspectu ejus, ut averteret iram ejus.* id est, jam jam divina irâ murum, quo munitiebantur, labefactarat & dejecerat; jam jam insiliebat ad rupturam; quâ ad illos transiliret, sed in ea tameri muri parte labefactata opposuit se firmum fortissimum dux Moyses, qui orationis, & precum armis jam jam impetum facientem Deum, compescuit. sed Deum verò aut sævissimos hostes irruentes in me (inquit Iob) nemo compescit, nemo stat in confractioe; addit enim.

Irruit in me, quasi gigas. Propriè, data occasione, concesso aditu occurrit celeriter; affert enim vox originalis celeritatem quandam, & pronum in currendo affectum; qui autem hîc dicitur *Gigas*, alibi vertitur ab interprete fortis, potens, robustus; aliquando etiam Dominus, ut Genes. 27. cum ait Isaac ad Esau; *Dominum tuum illum constitui* (id est) viribus, potentiaque majorem. sicut & cum servus dicitur; inferior viribus significatur, propterea enim subjunctum est; *Vives in gladio, & fratri tuo servies.* id est, cum alios armis expugnare & superare potens fueris, illam ipsam victoriæ laudem, armorumque vim atque potentiam, ad fratris abjicies. De appellatione autem Gigantis, alias dicemus.

XVI. Saccum consui super cutem meam: & operui cinere carnem meam.

1. Consuere quid propriè. Saccus, quid, & quales fuerit. Cilicium quale, & cuius rei symbolum, & unde habeat appellationem.
2. Operire quid. Caro extenuis splendor, Comu quid significet.

The 2. 8

Psal. 105. 23.

3

Irruere.

גבור

Gigas quid

Gen. 37. 27

I
D. Thom.
Grecorum expo-
sitis comodior.
*No mea qda
do fino un pe-
daço de xer-
ga a rãyz de
las carnes.
Pw
Sacc^o cuius-
modi fuerit.
I. Iue. 9. 4
Gene 42. 25
Cicero in Ver. 3
Varr. lib. 2. de
re rust. cap. 11.
Collumel. lib. 12.
cap. 45
Virg. 3. Georg.
Serrins
LXX

Divus Thomas cum Latinis existimat, his duabus sententiis Iobum exponere, quia nam ratione exceperit tot vulnera, nimirum humili atque demisso animo non reluctanti, neque contumaci, tum etiam habitu supplici atque miserabili, pro fulis etiam lachrymis tot mala deprecaretur. Sed illud melius, quod Graeci existimant, perstare adhuc in commemoratione suarum ærumnarum, cum statim subdat, *Hæc passus sum &c.* Hæc igitur erit sententia; Pro splendida & regali veste, quam subtilior alia, atque mollior interula excipiebat, nunc unico, atque eo vilissimo amictu contegor, quem ** consui super cutem meam: proprie concinnavi,* conjunxi carni meæ, ut hac ratione extremam inopiam significet. Septuaginta dixerunt; *Cilicium assuerunt corio meo:* est autem pro Latina voce *Sacci*, Hebræis *SaK*, à qua procul dubio Latina traxit originem, certumque est, fuisse telam durioris & crassioris, ex asperioribus villis contextam, vehendo frumento aptam, ut constat ex Iosue. 9. & Genes. 42. unde etiam Latini *saccarios* dixerunt, à vehendis saccis, aliquando etiam vertitur *cilicium* & rectè; nam apud Latinos *saccis* affinia sunt *cilicia*, aut ferè ejusdem materiæ & rationis: Nam Cicero orat. 3. in Verrem, ait, *Cum iste frumentum, coria, cilicia, saccos inperaret.* fortè enim ea regio habuit, quod Varro. 2. de re rustica cap. 11. & Collumela. lib. 12. cap. 46. de Cilicia prodiderunt; hircos, aut capellas ibi inveniri magnis villis, propterea tóderi, ex illisque texturá appellari, à Cilicibus, cilicia. quorum usum tum in castris, tum in navigiis fuisse scribit Asconius: & indicat illud Virgil. 3. Georg.
*Nec minus interea barbas, incanâque menta
Cinyphii tondent hirci, setâsque comanters.
Vsum in castrorû et miseris velamina nautis.*
Quo loco Servi^o observavit, cilicis loricæ poliri solitas, atque regi tabulata turrium, ne jactis facibus, ignis adherere posset. Oportebat igitur esse telam crassissimam, proptereaque ægrotanti homini graviterque exulcerato molestissimam. Quod igitur Septuaginta dixerunt, *assuerunt*, mala à aliis sibi illata videtur significare: at in originali, per primam personam dicitur, *consui*. Ergo vel significat miserabilem suum habitum; nam quondam saccum & cilicium lugentes assumebant;

vel suæ fortunæ & itatus commutationem ad extremam inopiæ & vilissimæ servitutis rationem devolutam; hujus enim symbolum est; commutatio melioris vestis cum cilicio. *Isaiæ. 3. Pro fascia peitoralî, cilicium.* Amos. 8. *Inducam super omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput calvitium;* nam servi & accipiebant vilissimû & crassissimum amictum, & caput atque barba radebantur.
Et operus cinere carnem meam. Plerique post Rab. David in lib. radicum, & Rab. Levi in commentariis, totum pro parte, accipiunt, *carnem* videlicet, pro corpore deinde corpus pro capite: in signum (inquit) pœnitentiæ & luctus, operui, involvi cinere, cõjeci in pulverem & cinerem dejeci in terram. sed præstat commentarius, quem Septuaginta lectio nobis præbet; *Extinctum est in terra robur meum.* id est, pristina omnis felicitas profus extincta, atque deleta. nam illa vox *operendi* in Hebræo, occisionem interdum affert, devastationem, vindemiationem. pro *carnem*, autem, aut pro robore, quæ inter se contraria videntur, proprie est in Hebræo, *cornu meû*; quo significari solet quicquid est potentia, atque splendoris: Nâ quod in potentioribus animalibus eminet, & quo aut se defendunt, aut alia animantia impetunt, cornu est: non rarè etiam pro Regia potentia, aut pro regno usurpatur de quo plura aliquando dicemus. Nunc Iob ait, suum cornu dejectum in terram. id est, se regem in stercore sedere: suam potentiam suâque vires omnes extinctas, nihil sibi, quo se tueatur, præsidii reliquum esse. hæc enim omnia complectitur usurpatio *cornu*, quæ omnia *carnis* nomine sapienter significavit interpres; *caro* enim externum splendorem, blandientemque felicitis fortunæ faciem significare solet. ut illud, *Omnis caro fanum, & omnis gloria ejus &c.* Cum autem ait, *opertum se cinere & pulvere, se penè mortuum jam & humatum deplorat; nos in extremis malis dicere solemus (estoy enterrado en vida)* De illa autem cõfermonia conspergendi cinerem super caput, nonnulla diximus. c. 1. & plura inferiùs.

Cilicium, symbolum commutationis fortunæ
Isa. 3. 24.
Amos. 8. 10
2
R. David
R. Levi
Caro, pro toto corpore
LXX
470
Operire quid proprie
Cornu quid
Caro, externus splendor
Isa. 40. 6

XVII. *Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligaverunt.*

I
Intumescere
קמך
Pagn.
Regia Vatabl.
Psal. 45. 4
Hierony.
LXX
Nicias
Facies pro oculis
Isa. 5. 21
Psal. 30. 23
2
Oculus fontis per similes
170
Dent. 33. 19

Intumescere atque implacabiles dolores cogunt me lachrymarum vim profundere, quarum non oculi modò, sed tota facies testis est, quæ *intumuit*, & exulcerata est ferventibus lachrymis. vox *intumescendi*, significat turbationem aquæ, atque subsidentis luti commotionem, qui turbidam illam & lutulentam efficit. unde Pagnin. dixit; *Facies mea sedata est luto propter fletum: Regia; Facies mea lutificata sunt.* Vatabl. *Lutulenta facta est, quasi si luto infecta esset.* & quidem ab illa radice dicitur Psalmo. 45. *Sonuerunt & turbata sunt aquæ eorum.* proprie, *Intumuerunt*, vel, æstuarunt aquæ. id est, tyrannorum potentia, instar æstuantis maris & intumescens, propter ingentem copiam & commotionem; sic transtulit Hieronymus, *Sonantibus & intumescens gurgitibus ejus.* sic igitur hoc loco, *Facies mea intumuit*, excrevit, æstuarunt, commota & turbata est, imbibito ardentium lachrymarum humore assiduo decidenti. neque solum facies, sed pectus etiam, quod imbrem calidæ aquæ decidentem excipit. sic legunt Septuaginta, *Venter meus combustus est à fletu.* quamquam Catepæ auctor, *Ventrem* intelligat animam, quæ dolore uratur, neque decedentes lachrymæ quidquam remittant. sed fortè illud germanum est, ut *facies* pro oculis accipiatur; facies enim læpè aspectum significat, & pro oculis usurpatur. sic facies cum oculis per expositionem jûgitur *Isa. 5. Va qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobis met ipsis prudentes.* Hebraicè, *& coram facie prudentes.* & clarius Psalmo. 30. *Projectus sum à facie oculorum tuorum;* Et opportunè illa intumescens atque conturbatio oculis tribuitur, tamquam fonti clarissimo & limpidissimo, quem si quis commoveat, & subsidentè limum excitet, lutulentum & inquinatû efficiet. Oculorum autem nomè esse idè, quod fontis, apertè constat ex Deut. 33. *Oculus Iacob in terra frumenti & vini.* vbi Septuagint. Complutenses legunt, *Fons Iacob.* nam Iacobæi & Israelitæ ex Iacob, tanquam rivus ex fonte profuxerant co-

piofa & sobole, & valde numerosa posteritate, quasi impetu quodam scaturientis aquæ, ut *Isai. cap. 27.* dixit, *Qui egrediuntur impetu à Iacob.* Atque illa solet esse Physiognomorum de oculis doctrina, ut humidi sint, non sicci, & natate videantur in suo orbe, tanquam aqua in vase. ea videlicet est optima illorum dispositio; nam ut Aristoteles docuit lib. de sensu & sensibili, ad aquâ referuntur, & pupilla aquea est. tum etiam oculus frigidus & humidus est, ut idè docuit. 2. de Generatione Animalium. cap. 4. quare Medici malum dicunt, cum *Oculus inarescens fuerit, velut spuma, atque etiam obscuratus.* Certè ab splendore, & ab humiditate illa humoris triplicis, Aquei, Vitrei Crisallini comendatur oculi sponsi; *Oculi ejus sicut columba super rivulos aquarum, quæ lacte sunt lota, & residem juxta fluentia plenissima,* non rigent duritie, nec squallent siccitate, sed liquidum, & limpidum cernunt. Oculi igitur qui splendidi, limpidique fontes sunt, si vim humoris ex internis partibus expressi, & ab animi ægritudine & perturbatione concitati concipiant turgent, turbantur, tum ent, & æstuant instar turbidi & æstuantis maris. quare per opportunè de oculis dictum fuerit; *Facies mea intumuit à fletu.* Similisque est illa suæ ægritudinis amplificatio Davidis Psalmo. 6. *Turbatus est à furore oculus meus* quod Hieronymus dixit, *Caligavit præ amaritudine oculus meus.* id est, præ copia, aut rivulis defluentium lachrymarum. & Psalmo. 30. *Conturbatus est in ira oculus meus,* quæ conturbatio juxta Hebræum proprie est, attritio, hebetatio, consumptio, tabes, corrosio, velut à tinea: Poeticum sane sicut & id Catulli ad Malium.
Mæsta neque assiduo tabescere lumina fletu.
Cessarent, tristisque imbre madere gena.
Et palpebræ meæ caligaverunt. Septuaginta proprie ex Hebræo reddiderunt; *Super palpebras meas umbra.* addit etiam Augustin. *Umbra mortis;* quod auctor Catepæ perinde esse existimat, ac si dixisset, *Mortem ipsam ante oculos fero.* sed alienum videtur ab instituta oculorum ægritudine & perturbatione ex assiduitate lachrymarum. Cajetanus *umbram* intelligit, illam quæ efficitur ex superciliis prominentibus, retractis introrsum oculis propter attenuatum humorem & expressas

Isa. 27. 6.
Oculi optimi aut secus.
Arist.
Hippocr. lib. 6 de morb. popul. sect. 1
Cant. 5
Psal. 6. 8.
Hieronym.
Psal. 30. 20
Catull.
LXX
August.
Umbra Nicias Cajeta.

lachrymas . sed sensus humilior, quam pro dignitate & vehementia gravissimæ orationis, atque dolentis animi; præsertim cum lachrymabundi oculi turgēant potius, & emineant. Quare potius umbra palpebrarum, cæcitatem significat; nam assiduum fletum sequi solet caligatio quædam insiti luminis, & hebescentia oculorum, mala obscuritas; atque aded *umbra mortis* significat densissimas illas tenebras, quibus obduci solent oculi moribundi, quibus jam mors imminet. de quo diximus cap. 3. Ait ergo Iob, jam mea lumina deficiunt, jam caligo, jam morior. *Palpebra* autem pro ipsis luminibus sumuntur. & eleganter dixit interpres, *caligaverunt*; Nam Latini oculorum vitium propriè appellat, caliginem, suffusionem, nubeculam; quæ omnia cum umbra conjuncta sunt; atque aded etiam cælorum lumina cum lachrymantur, id est, cum pluunt, caliginosa dicuntur; sic scripsit Cicero; *Cælum hoc, in quo nubes, ventique coguntur, quod & humidum & caliginosum est, propter exhalationes terræ. Pari sane lepore Vulgatus dixit De uteron. Cali caligabunt rore. nimirum cælo, solèque (qui mundi oculus est) obductis rorantibus nubibus. Quid, quod (ut à fonte non discedamus) fontes, atque amnes caligantes vocat Columel. lib. 1. c. 5. Plerique (inquit) amnes aestate vaporatis, hyeme frigidis nebulis caligant.*

XVIII. *Hæc passus sum, absque iniquitate manus meæ: cum habere mundas ad Deum preces.*

- 1. Iniquitas quid ex Hebraeo Noctua à rapacitate dicta, iniquitas, universa peccata contra proximum.
- 2. Mundas preces, quæ sunt item puræ manus. Sanguis significat peccata contra proximum. Explicatus Paulus.
- 3. Caritas proximi reddit efficaces preces apud Deum.
- 4. Orationis comites, Eleemosina, & jejunium.
- 5. Mentis attentio inter orandum, explicatus Paulus.
- 6. Orationis & precum appellatio, universæ religionis affert illustratus Daniel. Inimicus conatur auferre studium precandi.

Nihil (inquit) horum commertus, cum erga Deum & homines inno-

ens semper virem, absque iniquitate. propriè, rapina, violentia, injuria, seva violentaque tyrannide; neminem læsi, præsertim neminem. Affert etiam vox originalis contemptum illius rei, quæ læditur, cui infertur injuria, ut id Ezechiel. 22. *Sacerdotes ejus contempserunt legem meam.* id est, vim attulerunt legi, detorserunt illam ad suas cupiditates. per summam injuriam, atque contemptum. Tribuitur autem *iniquitas manibus*, nam impii manibus suis vim aliis inferunt, manibus etiã auferunt & rapiunt. Hinc illud Proverbior. 4. *Comedunt panem impietatis.* id est, viunt è rapto. quare ab hac ipsa radice *Chamaç*, descendit nomen avis rapacis, aduncis unguibus, noctu volantis & ripientis, quam Hieronym. *Noctuam*, alii Nicticoracem appellat, alii accipitrem nocturnum, aquilam olsifragam, Gryphum, Harpyam. Observat verò Rab. Kimhi id nomen habere ex eo, quod rapiat & spoliat cæteras aves. Rectè igitur hoc loco, per *iniquitatem manus*, depredatio, spoliatio, rapina per insidias occultas, & nocturnas intelligitur. sicut autem hujusmodi *iniquitas*, universa alia, quæ proximum lædunt, complectitur, ita etiam, cum, *absque iniquitate manum* habuisse Iob asserit, universum justi hominis officium erga proximum significat.

Mundas verò habere ad Deum preces integrum cultum religionis & pietatis erga Deum indicat. quam sententiam valde enervat Varablius, cum explicat de solo sermone; *Nihil mali loquutus sum.* Multo melius Septuaginta, quos noliter imitatus est; *Deprecatio mea munda.* id est, per acta mundis manibus, atque nullo fraternæ cædis cruore fœdatis, nulla rapina, nulla proximo illata injuria. nam hujusmodi manus ad orandum extentas averfatur Deus. atque in proximum universum injuriarum genus, sanguinis nomine significari solet. sicut David Psalmo. 50. nœcis, & injuriarum Viriæ pœnitens, ait, *Libera me de sanguinibus.* id est, ab omni male merendi de proximo ratione. *Libere me Dios de hazer mal a nadie:* quin potius bene mereri de omnibus studeam subdit enim, *spiritu principali*, (munifico, liberali, benedico, omnibus grato) *confirma me.* Propterea Paulus monet. 1. ad Thimothe. 2. *Levare puras manus sine ira.* quod

Quid proprie iniquitas

דמון

Ezech. 23. 26

Prov. 4. 17

Noctua

דמון

Levi. 11. 15

R. Kim

Iniquitas, universa peccata contra proximum

2

Parab.

LXX

Sanguinis nomine peccata contra proximum.

Psal. 50. 16

1 Thimo. 2. 8

alii

pure manus alii explicant absque injuriarum memoria; juxta id Marc. 10. *Cum stabitis ad orandum, dimitte, si quid habetis adversus aliquem. sed congruentius activè, sine ira, nemini irascentes, aut nocentes quacumque ex causa; & ed etiam (ut indicat Chryostom.) pertinet, quod additur, & disceptatione, quæ Græcè dicitur dialogismus, ne re & opere, aut verò disceptatione, & verbo proximum læserimus, omnino pacato & mitissimo erga proximum animo. Est nimirum ejusdem locutionis formula apud Latinos; nam sic scribit Livius lib. 41. *Omnes præfatio sacrorum, eos, quibus non sunt pura manus sacris arcet.* Atque Seneca lib. 3. nat. q. *Quid (inquit) est præcipuum. Non admittere in animum mala consilia, puras ad cælum manus tollere.* Certè sive idem, sive Seneca alter repetit non semel idem. nam in Oedip. *Licet jam tollere ad cælum præ, Puras nec ulla scelera metuentes manus.* & idem iterum de ingenti piaculo; *Quis Tanais, aut quis Nilus, aut quis Persica Violentus unda Tigris, aut Rhenus ferox, Tagus vò Ibera turbidus Gaxa fluens Abluere dextram poterit?* Denique ad sacra peragenda, & preces offerendas, puras manus, puram vestem, puram aquam, pura etiam vina & libamina requirebant. id est, nihil omnino admittit iniquum. Est sanè quod magnam nostris precibus efficacitatem adfert; concordia & benevolentia erga proximum atque nunquam illum læsisse. quod fortè indicatur Matthe. 18. *Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quam petierint, fiet illis à Patre meo.* & è contrario preces irritas efficit illata injuria, sicut scriptum est Matthe. 5. *Si offers manus tuam ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid adversum te, vade prius, reconciliari fratri tuo.* Non enim prius oraturus, aut sacrificaturus ad se accedere jubet Deus, quam post rectè & integrè optimi & justi viri officium proximo exhibitum. *Discite (inquit) bene facere, querite judicium, subvenite oppresso, judicate pupillo, defendite viduam, & venite & arguite me dicit Dominus.* Neque verò solùm mundiciæ manuum ad orationem confert, sed splendor quidam & nitor, quem efficit misericordia & beneficentia. Propterea enim *fulsisse manus* suas dixit Iob superius. c.*

pure manus

Chryost.

T. Liv. lib. 41.

Senec. in Oedip. Act. Sc. 1 In Herc. Fur. Sc. 11. 4

3

Matth. 18. 19

Matth. 5. 23

Isa. 1. 18.

4

Orationis comites eleemosina, & jejuniu

Iob. 9. 30

9. sunt enim orationis comites eleemosyna, quæ omne beneficentiæ genus comprehendit, atque jejunium, quod carnis motus & impetus frangit, ne ulia prava cupiditate commotus, adversus Deum aut proximum effertur; & se potius læsum, quam proximum velit. Quod tamen in bonum convertet Deus, ut detrimenta propter proximum suscepta in multo uberiora lucra cedant, & bona quæ orans postulat verit, facilius & cumulatius referat, quæ ipse postulare auderet.

At Græci mundiciem hanc orationis, sic interpretantur, quod nullis perturbatio nis, aut mentis fluctibus admitta fuerit, ac nullis curis distracta: quod in illo Pauli loco ad Thimothe. per *disceptationem* intellexit Ambrosius lib. 5. de sacramentis. capite quinto. *Plerumque (inquit) negotiator venit ad orationem, aut avarus de pecunia cogitat, alter de lucro, alter de honore, alter de cupiditate, & putat, quod eum Deus possit audire. & ideo quando oras, divina humanis præferre te convenit.* Hanc ille *disceptationem* esse intel ligit: sunt enim dialogismi quidam & soliloquia, quæ mentem, & cogitationem à Deo avertunt, & ad alias res prophanas convertunt. & sicut creata omnia respectu divinorum tenebræ sunt ita etiam sordes & immundities sunt respectu illius summæ puritatis, atque superni candoris. ergo qui cogitationes terrenas admiscet cogitationi divinorum, non habebit mundas, preces; qui autem defixa in Deum mente orat, mundas ad Deum habet preces.

Sed illud notandum, quod supra indicavimus, orationis & precum nomine universum religionis & pietatis cultum circa Deum significari. est enim totius religionis quasi fundamentum quoddam. Quare cum prima Christianæ religionis initia ponebantur, divino spiritu permotus Apostoli, dixerunt, *Domine doce nos orare, sicut & docuit Ioannes discipulos suos.* Hinc vel ex solo orationis studio ablato universam Danielis religionem & pietatem ablatam iri, verumque Deum contemptui habendum principes illi & fatrapæ, qui Danieli invidabant, sibi persuadentes, dixerunt; *Non invenimus Danieli huic aliquam occasionem, nisi fortè in lege Dei sui.* neque aliam violandæ legis

Græci

Ambros. lib. 5 de sac. c. 5 Inter orandum attentio animi.

Orationis nomen quid significet

Luc. 11. 1

Bbb 5 ratio

rationem excogitarunt, quam illam, ut
omnis qui peteret aliquam petitionem
a quocumque Deo, & homine, nisi a
Dario, mitteretur in lacum leonum: at
Daniel adversus illorum machinamen-
ta, non alio remedio, quam ipsa oratio
ne usus est; nam fenestris apertis in sanacu-
lo tribus temporibus contra Jerusalem in die ste-
tebat genua sua, & adorabat. Hoc orandi
remedio ad tot ærumnas sibi relicto, con-
solari se poterat Iob, atque in hanc sen-
tentiam dicere, Relicta sunt tantummodo la-
bia circa dentes meos, dum orare & precari
possum, non omnino perii, nam ad extre-
mum interitum devenisse, qui precandi
studium intermisit, ipse quoque Eli-
phaz docuisse videtur superius
dicens, Evacuasti timorem:
& tulisti preces coram
Deo.

**XIX. Terra ne operias sanguinem
meum, neque habeat locum in te la-
tendi clamor meus.**

1. *Varia imprecationis ra-
tio, & formula. Commo-
dior interpretatio.*
2. *Quæ dicantur, clamare.
Christi patientis figu-
ra.*
3. *Rerum mortuarum com-
pellatio ad significatio-
nem doloris. Vt Prophe-
ta cælum, & terram in-
voceat.*
4. *Operire quid.*
5. *Sanguis, quid. Vt scelera
clament, explicat Moys.*

I Cajetan. post Aben Ezra existimat
hanc esse juramenti deprecatorii for-
mam, quo asseveret nullius sibi iniquita-
tis conscium esse; Nisi vera (inquit)
loquor, inhumatus abiciatur, neque me
defunctum parens tellus sinu excipiat, &
non locus clamori meo (ut in Hebræo est, si-
d est, meæ preces non exaudiantur, vel;
clament mea scelera, si quæ habeo, in
cælum, publico que judicio, illa vindicet
supremus iudex, neque patiat inulta
latere: si quæ (inquit) terra novit mea
flagitia, ipsa, quæ lucem fugiunt, in me-
diam atque in lucem proferto. Sic Tygu-
rina, *Ocellas, ne celes mea scelera capitalia.*
Sed frequentior & rei præsentis opportu-
nior sensus est, ut hæc dicantur ad com-
mendam misericordiam: Opto, si in-

quit) ut omnibus explorata, atque pro-
bata sit mea innocentia, & tacentibus ho-
minibus, aut suo depravato iudicio me
condemnantibus, ipsæ res inanimæ lo-
quantur & prædicent extremo me sup-
plicio affici; nulla mea culpa; meum
hunc clamorem, atque querimonias sur-
dis auribus excipiant mei amici; au-
diat terra, audituque multiplicet & red-
dat, resonante Echo, meosque gemitus
atque suspiria numerosiori repercus-
su referant montes, septiesque assonent
valles;

Aria respondent sylva, & vaga certat imago.
Tum etiam is clamor, quem edunt mei
dolores (nam quæ acerbissima sunt, cla-
mare dicuntur, id est, vehementi aliquo
affectu homines percussunt, & clamare
cogunt) minimè contineatur intra ter-
ram, sed universam aeris regionem per-
vagatus conscendat in cælum. Perspici-
tur hoc loco, non valde latens neque
obscura Christi patientis imago, cu-
jus sanguinem ab impiissimis deicidis
immaniter profusum, minimè occuluit
terra, sed qua potuit ratione contrem-
iscens atque commota significavit; præ-
dicarunt petra, & saxa mutuis collisioni-
bus, ingentique fragore disrupta; neque
non sua ora aperuerunt monumenta. Est ve-
rò proprium eorum qui in extremis ma-
lis versantur (ut Chrysostr. ait) ut no-
lint sua mala celeri, atque illorum nemi-
nem non fieri spectatorem.

Terra. Poeticum sanè atque Patheti-
cum in dolore, aut re alia gravissima,
res mutas, mortuasve, omni sensu auditu-
que carentes, testes & auditores compel-
lare, alius cum avibus loquitur, cum feris
alius, surda littora, mareque compellat a-
lius, nemora, sylvas, quercus, saxa. sic ille
dixit,

*Et quodcumque mea possunt narrare que-
rella.*

Cogor ad argutas dicere solus aves.
Scriptores sacri, cælum & terram com-
pellant incorruptissimos veritatis tes-
tes, & quorum testimonium ad mul-
ta sæcula diuturnum sit, & longè latè-
que pateat per universas regiones; si
quid enim prædicent & contestentur, ca-
li, in omnem terram exibat sonus eorum; & in
fines orbis terra verba eo. um. & si quid ter-
ra loquatur, id certè melius genera-
tionibus narrare poterit; nam gene-

2
Acerbissima,
clamare dicitur.

Christi patientis
figura

Math. 27:52

Chrysostr.

3
Res mutas &
mortuas com-
pellere ad sig-
nificationem
doloris

Propertius

Vt Propheta
cælum & ter-
ram invocet

Psal. 18.6

Dan. 6:5-10

Precandi re-
medium vni-
cum
Iob. 19. 20

Iob. 15. 4

I
Aben Ezra
Cajetan
Imprecatorii
juramenti for-
mula

Tygu-
rina
Commodior
expofitio

*ratio præterit & generatio advenit, terra autem
in æternum stat.* vid. Isa & Moyfen in canti-
co; non solum enim cælum & terram
compellat, sed imbrem & rorem atque
pluviam, ut sua verba accepta & simul cū
guttis aque permixta instillent in capita,
aurisque mortalium. Atque ubicumque
iis rebus inanimatis sensus, auditus vé tri-
buitur, indicatur res esse ejusmodi, quæ
rerum omnium naturam & ordinem ab
auctore naturæ præscriptum evertat; atq;
idedò omnium creaturarum interit id cu-
rare, quasi dicerent, *Esta sin razon a todos to-
ca.*

Ne operias. Idem verbum, quod Prover.
12. vertitur *dissimulare*. & Ecclesiastæ. 6.
oblivione delere. Operire igitur hoc loco
etiam erit oblivione delere, atque dissim-
ulare; Quantumvis (inquit) me conte-
gas, contineasque sepulchro, sed ne sepe
lias oblivione istam meam incredibilem
suppliciorum sine ullo meo scelere susti-
nentiam; quantumvis furda sis, sed vinci-
te patere his meis clamoribus; mihi aurè
benignam præbe. simile id Isai. 1. *Auribus
percipe terra.* Propriè, Inclina aurem, què
admodum surdi facere solent, ut audire
possint.

Sanguinem. Olympiodor. & Polychron.
intelligunt sanguinem ex illius corpore
fluentem, quasi diceret, Neque exorbeas
meum sanguinem, ut mei supplicii vesti-
gium, atque memoria omnibus conspi-
cua manere possit. Augustin. legit; *Terra
ne operiar super sanguinem carnis meæ.* quod
eundem ferè habet sensum cum lectione
Vaticana, *Terra ne operias:* sed præstat ut
per sanguinem, intelligamus letales crucia-
tus, penèque jam inflitam mortem.

Clamor meus. Non solum isti mei gemitus,
sed etiam ulcerum, & morbi incredi-
bilis, & cruenti saniosque cadaveris cla-
mor, quantumvis in sepulchro lateat ca-
daver, sed erumpet foras clamor, sicut ad
Cain dictum est, *Vox sanguinis fratris tui cla-
mat ad me de terra;* fugerat fraticida testes
egressus in agrum; occisum fratrem abdi-
derat (ut ait Iosephus) putans clam fore
homicidium; rogatus à Deo, ubi nam fra-
ter sit, negat se scire; at qui vox profusi sa-
guinis, & abditi cadaveris ex ipsis terræ
visceribus erupit, prædicavitque homici-
dium, atque homicidam prodidit; neque
invenit locum latendi in terra, cum de
terra clamaret; quæ enim aperuit os suū ut

exciperet sanguinem, eodem ipso aperto ore
causam profusi sanguinis, atque profuso-
rem, locum, tempus, & reliqua omnia, quæ
coram illa gesta sunt, ingenuè & syncerè
contestata est.

Quod autem Septuag. dixerunt, *neque
sit locus clamori meo.* quàm vis videatur con-
trarium habere sensum, sed re ipsa idem
est, quasi dicat nullus sit clamori meo de-
finitus locus, quò gemitus mei atque la-
menta consistant, sed per universum aeris
spatium liberè ad cælum usque perfe-
ratur, & ad omnium mortalium aures de-
veniant.

**XX. Ecce enim in celo testis meus,
& conscius meus in excelsis.**

1. *An testimonium cæli, an
verò Dei nunc propona-
tur a Iob. Jurandi formu-
la.*
2. *Conscius quis dicatur ex
Hebræo, & Syro. illustra-
tus Moyses. Deus iudex
simul, & testis.*
3. *In divino iudicio duo te-
stes, Deus ipse, & conscie-
tia. Testis supremus in cæ-
lo, tanquam in specula.*

Evgebinius existimat velle nunc Iobū
cæli testimonium produxit: sed ægrè qua-
drat; nam non tam cælum, quàm alium,
qui in celo resideat testem, & spectatorem
habere se dicit. Deum igitur cujus *sedes ca-
lum*, significat. Cajetanus verò rursus,
hoc loco juramenti formam agnoscit,
quò Deum invocet suæ innocentiae tes-
tem, atque conscientiae spectatorem, &
conscium. Sicque erigitur in spem, ut
qui ab iniquis testibus, & parum fidis a-
micis, nūc convitiis afficiatur, commen-
detur postea à Deo coram angelis. Idedò
(inquit) clamorem meum latere, aut
contineri inferis his regionibus nolo,
quoniam appello iudicem, testemque
meum confidentem in cælo, qui meæ ju-
stitiæ conscius, meis calumniatoribus,
falsisque testibus damnatis, me innocen-
tem absolvet. Vel, si terra dissimulet, &
comprimat clamorem meum, non ideo
cadam mea causa, nam iudicem appel-
lo, quem nihil latere potest. Vel licet
nunc in terra humanis iudiciis op-
rimi videar, scio in cælis aliter de me
iudicium fieri; scio aliam fieri meæ in-
nocentiæ testificationem. Hoc illi

LXX

I

Eugubinus
An cæli testi-
monium nūc
proponatur

Isa. 66. 1
Cajeta.
Juramenti
formula

Divinū testi-
monium

Eccle. 1. 4
Isa. 1. 2
Deus. 32. 1. 2

4
נחם
Prov. 12. 26
Eccle. 6. 4
Operire, qui

Isa. 1. 2

5
Olympiod.
Polychr.

August.

Vaticana

Genes. 4. 10

Ioseph. 1. lib.
antiquit.

bona mens solatium iugent, Deum videlicet, qui illum semel & iterum suis angelis magnificentissimo praconio commendavit.

2 Oculi quis dicatur. Gen. 31. 47

Et conficius. Ferè vox synonyma cū teste, sed alterius linguæ, nēpē Syriacæ. quarum duarum vocum discrimen in hoc loco, est idem, quod Genes. 31. cū Laban atque Iacob fecerunt tumultum, comederuntque super eum; quem vocavit Laban tumultum testis, & Iacob acervum testimonii. sapienter autem addidit Vulgatus, uterque, juxta proprietatem linguæ suæ. Nam cū uterque eandem rem significasset, Iacob tamen usus est dictione Hebræa; at Laban Syriaca, ut docet Hieronymus in traditionibus, & Augustus, q. 97. Gbed, enim, testis est, aut testimonium Hebræis; at verò, Sabad testis apud Syros, & hoc loco conficius. Neque verò quod Deus testis sit, iudex esse non poterit, cū scriptum sit Ieremi: 29

Hieronymus Augustus q. 97

77

Deus iudex simul & testis Ier. 29. 23

Ego sum iudex, & testis dicit Dominus. ne sibi ullius sceleris, quantumvis in imo cordis recessu perpetrati impunitatem promittat homo; non enim aliis externis testibus indiget Deus. Et quidem in divino iudicio non deerunt duo verissimi testes videlicet & Deus ipse, & nostra conscientia; propterea que dicitur Deus testis in celo, in excelsis vè esse, non tam propter loci præstantiam & amplitudinem, numinis maiestate dignam, quàm propter locum aptissimum ad contemplandum, tãquam ex sublimi specula, quidquid in terris geratur: de celo enim respexit super omnes filios hominum. & iterum; Dominus in celo sedes ejus; oculi ejus in pauperem respiciunt. & Micheæ. 1. Sit Dominus Deus vobis in testem, Dominus de templo sancto suo (id est, de celo in quo velut in templo habitat. & cū hoc testis munere statim conjungit iudicis severitatem) Egredietur Dominus de loco suo, descendet & calcabit super excelsa terra.

In divino iudicio duo testes, Deus ipse, & conscientia. Psal. 8. 38

Cur testis supremus dicatur esse in celo

Ps 32. 13

Ps 10. 4

Miche 1. 2

XXII. Verbofi amici mei, ad Deum stillat oculus meus.

1. Varia lectio. Verbofi quis ex Hebræo. Quis derisor, aut illusor, illu- sionatus Salomon. Verbo- si omnia deteriora red- dunt.

2. Oculum stillare per trans- lationem dici. Cur lac- chryma dicatur nō des- cendere, sed ascendere in- celum illustravit: Eccle- siastes

3. Notatus Hebræus apud Cajetanum. 4. Varia nequendo, & inter- pretandatio. 5. Brevitatis vitæ circum- locutio, varius nexus.

Cum illi (inquit) qui amicos se præstare debuissent, veræ amicitia officium deserant, neque mihi consolatores, sed verborum profluentia meletrifimi criminatores existant, lachrymans & ejulans ad Deum me convertam, cujus fidei meam causam committam: cū flevero, illum mea infortunia tangent; nam flenti mihi non ad sunt humani vul- tus. Verbofi. Non eodem modo redditur, nam Vatabl. non accipit in malum sed simpliciter vertit, & interpretatur; Collo- quutores mei; qui loquimini & differitis mecum, ad Deum lachrymas fundo, qui testis est meæ innocentia, non ad vos qui cupitis eam labefactare. Complutenses cum Burgenf. legunt; interpretes, quod Iobi verba finitè acciperent, & in deteriorem partem interpretarentur. Pagninus, Rhetores, similitèrque Tyguri- na; Cū amici mei rhetorica oratione contra me agunt; manantibus lachrymis Dei o- pem imploro. Hebræus apud Cajetanum; Pa- troni mei, socii mei, ironiçs, qui mihi ex- hibere se deberet patronos, adverfa- rios experiri. Sed huic varietati locum sanè præbuit verbum Luts, quod prop- riè significat illudere, aut deridere. Quia verò, qui illudit exquisitis inter- dum utitur verbis, & alijs ridiculis ver- bis reddere solet, & imitari alterius dic- ta, ideo significat interpretari, aut ex- quisitè loqui, Rhetorem vè agere. hinc Proverb. 19. Testis iniquus, deridet judi- cium: nam commutat verba, falsò loquitur, finitè interpretatur, quæ audit, aut videt; rem verbosa oratione exaggerat, uti derisores solent. & Proverb. 9. Qui erudit derisorem, ipse injuriam sibi fa- cit. nam in deteriorem partem rem deri- for interpretatur, & vitio atque conce- pto odio tribuit, quod ex amicitia & be- nevolentia fit. & cap. 21. Superbus & arro- gans, vocatur indoctus. propriè, illusor, aut derisor. Nam stultitiæ atque superbiæ signum est alios irridere. Hæc omnia complexus est illo vocabulo, verbofi, Latinus interpres; nam illusores, in- terpres, Rhetores, multis verbis uti solent; & illud præterea habent ver-

I

Varia lectio

Vatabl.

Complut. Burgenf.

Pagni Tygur.

Cajer. Hebræ.

Quid Verbo- lus in Hebræo

117

Quis dicatur derisor aut il- lufor

Prov. 19. 18

Prov 9 7

Prov. 21. 24

Verbofus om- nia reddit de- teriora.

bofi

verbofi, quod molestissimi præsertim egro- tantibus existunt, inepè garrunt, verita- tem lædunt, & denique importuna lo- quacitate omnia reddunt deteriora.

2 Oculum dis- stillare per translatione dici. Psal. 118 20 Hieronym. Orige. Ambros.

Cur lachrymæ non dicantur descendere, sed ascendere.

Eccle. 36. 18

Lachrymæ si- miles imbri

Eccle. 4. 1

3 Cajeta.

Oculum verò distillare guttatim lachry- mas, translatio est, ab stillicidijs, & pluvia sumpta, non inaudita prophanis etiam poetis, sed præterea Psalmo. 118. Dormi- tavit anima mea præ radio. Hieronym. ex He- bræo cum Origen. & Ambros. Distillavit anima mea. perspicue, lachrymata est ad Deum judicem. Mirum, quod quæ in fi- num descendere, & in terram cadere vi- dentur lachrymæ, non descendant tam- en, sed ascendant ad Deum, & retro cõ- trario motu, quàm imber & stillicidia, in cælum stillent. sed mirabilis hujus rei il- la est causa occultior humanis oculis; quod sicut sol terræ vapores suo calore tepesfactos sursum evehit, ita piorum fer- ventis lachrymas benignissimus Deus ex- citat, & elevat ad se. sic Sapiens docuit Ec- clesiast. 33. Nonne (inquit) lachryma vidua ad maxillam descendunt? à maxilla ascendunt usque ad cælum; & Dominus exauditor non de- lectabitur in illis. est igitur hujusmodi la- chrymarum imber, non qui defluat ex nubibus, sed qui nubes penetret. Atque est in eo etiam lachrymarum cum pluvia si- militudo, quod sicut vapores excitati à terra, concretescentes coguntur in nubes, atque in pluviam, iterumque decidunt in terram: sic sanè lachrymæ, quæ sur- sum ascendunt, recidunt, non super plo- rantem, sed in illius caput, qui justum contristavit, & lachrymas illi excussit, propterea enim eodem loco adjunxit Ecclesiasticus; Et exclamatio ejus super de- ducentem eas. Hæc sunt illæ lachryma inno- centum, quas Salomon commemorat Ec- clesiast. 4. (vbi propr. juxta Hebræum, la- chryma calumniam patientium.) & neminem consolatorem. Quod ingens esse malum, nunc Iob in se ipso experitur, atque de- plorat: qui enim solum Deum videat si- bi astantem, ad illum solum stillare, & la- chrymari compellitur.

Sed hoc loco non est prætereundum miraculum quoddam naturæ, quod Caje- tanus existimat ex hac Iobi sententia col- ligi, videlicet ut cū Iob dicat, ad Deum stillat oculus meus, non ambobus simul ocu- lis lachrymatus fuerit, sed propter exsic- catum humorem cerebri, nunc ex uno o- culo, nunc ex alio manabat lachryma. in-

terpretatio sanè aut deploranda, aut (i- mavis) deridèda. quàm Hebræus ille pro- culdubio Cajetano ingessit.

XXII. Atque utinam sic iudicare- tur vir cum Deo, quomodo iudi- catur filius hominis cum collega suo.

PRæcastigationem esse ejus, quod dix- rat, quidam arbitrantur; Testem in vo- cavi Deum. Sed quid ego miser? nam si cum homine agerem mihi equali, parifq; conditionis, nemo me peccati convince- ret. at divinum iudicium reformidādum mihi est. Septuag. contrario ferè modo; optat enim, vt cum hominibus & cum Deo liberè liceat illi causam suam tracta- re & probare; Sit redargutio viro coram Domi- no, & filii hominis ad proximum suum. August. ferè eodem modo sicut nostra lectio; Di- judicetur vir cum Deo, sicut filius hominis ad pro- ximum suum. Sed hoc videtur leniter de- currere; cū appellaverim supremum ju- dicè, & ad illius tribunal provocaverim, optarem sanè, ut illius sententiã nemo ignoraret sed publicè omnibus mortali- bus audientibus atque videntibus pronũ- tiaretur; uti in iudicio humano fieri so- let; sic enim fieret, ut de mea innocentia nemo dubitaret. Quam interpretatione indicavit profectò Nicetas; Ipsum (in- quit) iudicium, usque ad illustre fore confidit, ut nemini debeat esse obscurum, non secus quã si de homine, interque homines factū esset. Quod etiam vaticinando dixisse videtur, ut cõ- stat ex capite ultimo. Nisi fortè optare se dicat, ne controversiæ hujus dijudicatio & absolutio in extremum iudicii diem differatur; ne eò usque dubium & sub li- te maneat suæ innocentia & existimatio- nis testimonium; Utinam (inquit) posset supremus iudex compelli, uti in huma- no iudicio fieri solet, ut contestata lite & perfecta tota causa, acceptisque testi- moniis rem ille pro sua rei totius cognitio- ne & iudicio, absolveret pronuntiata sen- tentia. Cum hac interpretandi ra- tione coherent optimè sequentia.

4

LXX

Augusti

Lenior inter- pretatio

Nicetas

XXIII. Ecce enim breves anni transiunt: & semitam, per quam non revertar, ambulo.

Breves annos annos transire. aut, annos numerari abire, ut in Hebræo est; sive annos dinumeratos venire, ut Septuagin. habent, id est, annos, qui numerati & præfiniti sunt à Deo, & brevissima periodo circumscripti, venire & recedere, sibiq; sine ulla mora succedere. tum etiam viam universam carnis ingredi, & peragere, quam, qui semel pertransierit, repetere non possit, certum est, ad vitæ brevitate, & instantis mortis discrimen pertinere. Sed quorsum nunc inculcet hæc rem Iob, aut quomodo hæc sententia cum aliis cohæreat, incertum. Cajet. facile se expedit ab hac difficultate dicens, hinc incipere sequens caput, at nemo cum Cajet. sentit; Alii ideo dictum putant, ut deprecetur Iob dolores, in eo, quod sibi vitæ reliquum est. sicut. c. 14. dixit; Breves dies hominis sunt, numerus mensium ejus apud te est, recede paululum ab eo, ut

quiescat. sed non cohæret. Aptius necitur ut dicat sibi nullius peccati conscium de divino judicio spem cõcepisse, ad quod, non ficto & simulato animo provocat, sed verissima & maximè sincera suæ conscientiæ & veritatis fiducia, uti decet eum loqui, qui morti proximus sit*. Est enim illa asseveranda veritatis formula vulgaris Catenæ auctor, illum orationis contextum non incommodum etiam assignat, ut ex eo, quod mors sibi impendat, cupiat & postulet, ut ante mortem, de hac sua causa transigatur, ut saltem viventi brevissimum hoc solatium esse possit, in sua lite obtinuisse, & veritatem demonstratam omnibus fuisse; est enim ingens in mora periculum. vel tandem, ut rationem reddat ejus, quod proximè dixerat; cum Deus non soleat proferre citò contra malos pro innocentibus sententiam, obnixè postulet, ut in hac sua lite, nõ procrastinet iudex, sed brevi rem totam absolvat: nõ, ipse deficit, ab itque in mortem celerius quàm ut expectare diutius possit. Præsertim cum adversarii tãdiu insultaturi sint, quãdiu affertur disceptationi hujus litis mora.


*Para el passo en que estoy que digo la verdad Nicetas

5 Lect. Hebr. LXX Vitæ brevitate circumloquutio 3. Reg. 2.2

Varii nexu hujus sententia cum precedentibus

Cajet.

Iob. 14.5



CAPUT DECIMUM SEXTUM.

PARAPHRASIS CAPITIS PRÆCEDENTIS.

BREVIS, NOTATIO RERVM insigniorum, quæ in commentariis suffiè explicantur.


1 Respondens autè Iob dixit:

2 Audivi frequenter talia.

3 Consolatoress onerosi omnes vos estis.

4 Numquid habebunt finem verba ventosa?

aut aliquid tibi molestum est, si loquaris?



Præterita oratione. Eliphaz, atque reliquorum multò acerbiori, quàm eger & miserrimus homo æquis auribus accipere posset, punctus Iob, in hæc verba respondit; Quæ hæc tænuis à vobis audivi, minime sunt inaudita; valde enim non mihi solum, sed lippis etiam perspecta esse arbitror: nam eandem semper non sine tædio & molestia cantilenam canitis: quam ego sæpe sapientissimis auribus excepi, contumeliis licet convitiisque plenissimam, ut & furdus, & elinguis videri jure potuerim. At sanè ejusmodi consolationem meis melis adhibetis, ut multò graviores respondendi, meque ab objectis criminibus purgandi, laborem & molestiam afferatis; tum etiam audiendi longiores & importuniores sermones non levem defatigationem.

Præstaret sanè finem à vobis imponi his vestris sermonibus, plurimis, & præter rem jactatis, neque certò sibi constantibus, inflatis, turgidis & adversum me furentibus. Porro quid te, O amice Eliphaz, confirmabit, ut meis dictis repugnare valeas, aut me de mea sententia dejicere? quid vè utilitatis capies ex tuis responsionibus? mihi sanè hæc tuæ ampullæ, & sesquipedalia verba molestissima sunt. & quæ ego graviter audio, à te facile & leviter jactantur, cum nullo cogitandi, aut præmeditandi labore indigeant. & quidem te, o Eliphaz, à meis contumeliis retrahere deberet mearum responsionum lenitas; nam tuis ego convitiis oneratus, convitia non reddo. quid enim tu audis molestum, cum multa molestissima loquutus fueris?

Nisi velitis, o amici, ut ego vestram orationem imiter, atque refutem, pari dicendi libidine & cõtentione. Atquæ si fieret inter nos nostris status commutatio, ut

*De consolatoris officio, & qualis esse debeat consolatio, nonnulla. & 16. n. 3.4.

vos tantisper meo loco sederetis, & ego consolatoris personam sustinerem, profecto vos similibus verbis onerarem, ut re ipsa experiremini, quomodo sit acerbum, atque indignum sic cum aegro homine agere. Sed quorsum, obsecro, tam multas rationes obtruditis sapienti homini, & minimè tot verbis indigenti? nam de eadem materia, de qua vos ad nauseam usque differitis, multò luculentiorum orationem ego habebō. atque utinam anima vestra, & animi sensus, corporisque, & vestrarum rerum omnium conditio ejusmodi esset, quæ apud me; tunc sanè liberum mihi esset importunis consiliis, & verborum turba vos onerare, gestu etiam, & commotione capitis vobis illudere. quàmquam id ego minimè facerem; sed multò quidem melius, quàm vos, consolatoris munus obirem, milleque rationes excogitarẽ, quibus vestram animi aegritudinem lenire aliqua ratione valerem, neque semper eandem rem vobis ingererem, sed me socium vobis præberem comem, atque benignum; neque vobis repugnans, sed potius leniter, & amicè consentiens, mea oratione vestros cruciatus excantare conarer, capitis motu meam commiserationem ad vestras ærumnas contestatus, dejectos vos erigerem, & languentes confirmarem, labiorumque motu conceptum de vestra calamitate dolorem testarer, verbis videlicet lenissimis, ut qui vestri doloris commiseratione & sensu necessario tangerer. atque gestu parùm benigno vestrum dolorem refricare nolẽ, sed potiùs, quoad fieri posset, delinire.

Sed cum in ancipiti verser, quid agam, aut quò me vertam nescio. hæc enim statuum, & personarum commutatio fieri nunc non potest, neque video qua ratione doloris mei acerbitas possit remittere; nam neque verbis, neque silentio meis malis gravissimis medebor; nam si pro me loquar, vestraque dicta refellam, neque relevabitur sensus, neque si verba suppressam, & gemitus comprimam ulla ex parte mitescet. Nihil igitur mirum si nullum vestra oratione aegritudinis allevamentum capiam.

Neque verò ego præ doloris magnitudine, qua opprimor, oratione aut ratiocinatione ulla uti possum, sed qua possum ratione tum cruciatus, tum meam innocentiam explicare conabor, ut aliquod innocentiam afflictae præsidium & solatium comparare queam. Opprimor igitur ita, ut nulla re sublever; elangui, cõcidi; penèque mente & corpore stupidus redditus sum, atque stupenda quædam strages, in hac mei corporis destructura visitur; ipsa enim ossa, suis sedibus mota, & perturbata videntur, potiùsque cumulus ossium, quàm corpus humanum concinnatum ossibus, instar cujusdam civitatis miserabili clade vastata.

Et quidem rugæ, quas ex contractione arescentis cutis, & sanie concrecente contraxi, etiam me tacente mei doloris acerbitatem testantur. quam si ego celare conarer, illæ me profecto mendacii convincerent. Cui enim vehementer doleam, sed illud multò acerbius,

Poteram & ego similia vestri loqui: atque vivam esset anima vestra, pro anima mea

*5
Consolarer & ego vos sermonibus: & moverem caput meum super vos*

*6
Roborarem vos ore meo, & moverem labia mea, quasi parceres vobis.*

*7
Sed quid agam? si loquutus fuero, non quiescet dolor meus, & si tacuero, non discedet à me.*

*8
Nunc autem oppressit me dolor meus, & in nihilum redacti sunt omnes artus mei.*

*9
Rugæ meæ testimonium dicunt contra me:*

& suscitatur falsiloquus adversus faciem

quòd

b. Decapitis motu, & movendi varietate, & significatione, ad scripturam intelligitiam peculiaritiam quadam. v. 3. n. 3. 4.

c. Ut sint aegritudines languida, at verò consolationes sint adversus illas robur, & arma. v. 6. n. 1.

d. Ut humanum corpus sit edificatio, aut urbi simile, & illius dejectio, destructioni ad scripturarum intelligentiam, accuratè tractatur. v. 8. n. 2, 3, 4.

meam, contradicens mihi.

*10
Collegit furorem suum in me: & comminatus mihi infremuit contra me dentibus: hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.*

*11
Conclusit me Deus apud iniquum: & manibus impiorum me tradidit.*

*12
Ego ille quondam opulentus, repente contritus sum. Tenuit cervicem meam, Confregit me. Et posuit me sibi, quasi insignum.*

quòd ex meis rugis & calamitate argumentum petitur, scelerata vita; & ipsa corporis aegritudo in falsam meam innocentiam criminationem redundet; nemòque non sit, qui oblatam sibi occasionem meis malis, mei aculandi non arbitretur. In surgunt namque plures falsi, & conjurati testes, qui levibus conjecturis, & non nisi externis argumentis subnixi, testimonium adversum me dicunt; non enim ulla in incorruptissimo iudice culpa est, sed in mendacibus omnino falsisque testibus.

Sed quem appellem, aut verò de quo non conquerar, nam adversariis multis, demone, doloribus sævissimis, severissimoque etià Deo undique obsideor? quisquis verò ille sit, velut acerbissimum hostem experior, qui quasi se ad venationem comparet, ita adversum me, quasi bellua sim, indignationem concepit, explorat diligenter ubi sim, meque clamore & jaculis insequitur, atque lacessit, & venaticis canibus potestatem fecit irruendi in prædã strictis dentibus. Aut verò sicut fortissimus, sævissimusque aliquis tyrannus truculenta facie, ardentibus & minacibus oculis, stridentibus dentibus in me sevit, misitque suos satellites, qui comprehensum, in faciem cedant, tandemque sententia extrema afficiendum collisit in terram, & scopum carnificibus constituit, quem multis sagittis jaculisque configant; sic ille omnes suas vires adversum me convertit, & incredibile in me furorẽ exarsit; & me, quasi ferino more rapere, & dissepere tentat, ita minas adjicit odio, & infensione plenas, terrificum conspectum, quomae acutissimè transfixit; idemque urgere videtur canum rictus, atque latratus; omnesque tandem inclamant nunc, & exultant capta jam præda, incredibile aviditate & fame mearum ærumnarum; omnes in faciem meam; & maxillas involant, & indignissimis contumeliis, sævissimisque alapis afficiunt; neque aliam sibi promittunt suæ famis saturitatem, quàm si incredibilibus vulneribus, me dilacerent atque conficiant.

Fortissimus profecto Deus potentie roborisque sui in me debilitando atque frangendo, specimen præbere volens, in extremas me angustias conjecit; in humanum & imitem custodem adjecit, qui arctissima custodia omnem mihi libertatis spem adimat; permisitque potestatem prædonibus, qui mihi innocenter & securè gradienti moliti sunt insidias, atque de via facili, planaque pristinae felicitatis abstractum, abduxerunt ad cæca quædam, & ignota diverticula, ex quibus miser ego explicari non possum.

Eram sanè quondam ego tranquillus, & quietus in summa rerum omnium abundantia; & pace jucundissima; at nunc repente me video confractum, & instar uvæ proculcatum, omni bonorum succo expresso, vi & pondere gravissimæ calamitatis. Tum etiam ille instar fortissimi colluctatoris, manu cervici & collo injecta, apprehensaque & convulsa coma, allisr ad terram, & re supinum me prostravit, confregitque disjectis mei

e. Ut soleat afflicti, & aegri querelas jactare in insertum, & nullo hoste indicato, peculiaritiam quadam. v. 10. n. 2.

f. Ut probra, & contumeliae sint velut alapa, sustis, verbera, gladius, quadam ad mores, & scripturarum intelligentiam. v. 11. n. 3.

8. Ut suo: justos Deus pro
scopo constituat, ad quem
collimet; ut verò raro nunc
conferat impio, quàmvis
minetur sepe, perpetuis
supplicis postea configen-
dos, nonnulla ad mores. v.
13. n. 4. 5.

corpore membris, ut tam horrendæ stragis resarcienda nulla jam commoda ratio iniri posse videatur. Constituit præterea me scopum, ut omnia malorum omnium jacula & sagittas exciperem; nam quæ liberi, familiares, servi passim sunt, ad me redundarunt universa; ita sagittariis & lanceariis mille obfideor.

Ego verò mille jaculis atque sagittis infixis hispidus totus horresco; neque tantum extima cute dissectus, intimis enim vulneribus proscindor; nam transfixos habeo renes, omnesque mollissimas atque tenerimas, tum animi; tum corporis partes gravissimè affectas. Sævisima heu vulnera, & sine ulla commiseratione inflicta. & his quidem alia adjecit, quibus & fellis folliculum dirupit; & omnia viscera discepserit. ita totus tabe & sanie manens, intimisque visceribus, morbisque sædissimis putresco.

Neque verò unius vulneris doloris vé remissionem accipio, nisi alio acerbiori subeunte; ita mille complicatis malis afficior, jam inde, ex quo primarum gravissimarum cladum nuntia, nullo respirandi spatium concessio, ad me perlata sunt; ita nihil in me integrum relinquitur, sed mille concisionibus discepta omnia, & dilacerata, non solum ab hostibus sævisissimis, sed ab ipso Deo, qui potentissimi, atque robustissimi gigantis instar, incredibili impetu irruptionem in me fecit.

Sed ego tamen tot mala, tot vulnera gravissima omnino humili demissioque animo suscepi, habitu supplicis, & miserabili, profusis etiam lachrymis, ut ingentem calamitatem deprecari possem. Pro splendida igitur, & regali veste, quam subtilior alia, molliorque inrerula excipiebat, nunc unica, eaque vilissima, atque crassissima veste, atque homini gravissimè ægrotanti, & exulcerato molestissima contegor, quam consui supercutem meam, & meo corpori parte summa inopia, qua potui ratione, adaptavi; jam enim nihil melius mihi reliquum esse video, in tanta rerum omnium commutatione. Propterea carnem, corpusque totum; sed caput præsertim cinere & pulvere, conspersi; in ipsamque terram abjeci, ut vel hac ratione testarer pristinam omnem felicitatem prorsus extinctam, conspultam, regiumque splendorem, regni que potentiam ad summam rerum omnium abjectionem, & inopiam redacta.

Nunc verò incredibiles, & implacabiles dolores cogunt me perennem lachrymarum vim profundere, quarum non oculi modo turgentes, & exulcerati, sed tota facies tumens; & exulcerata, atque præ lachrymis assidue fluentibus; turbida, & sordida testis est, sed oculi præsertim, qui instar limpidissimi fontis esse solent, nunc ab animi ægitudine, & perturbatione concitatis lachrymis perturbati, instar commoti maris tumunt, & aestuant; propterea que caligant; & hebescente acie, deficientibusque luminibus jam jam morior.

h. De oculorum natura, & cum fonte comparatione, tum etiam de lachrymarum aestu, & commotione peculiarium quaedam ad scripturarum intelligentiam. v.
17. n. 1. 2.

14
Circumdedit me læcis
suis: convulseravit lumbos
meos: non pepercit: & effudit in
terram viscera mea.

15
Concidit me vulnere
super vulnus.

Irruit in me quasi
gigas.

16
Saccum confui super
cutem meam:

Et operui cinere car-
nem meam.

17
Facies mea intumuit
à fletu: & palpebra
mea caligaverunt.

Nihil

18
Hac passus sum ab-
que iniquitate manus
meæ, cum habere munda
ad Deum preces.

19
Terra, ne operias san-
guinem meum: neque
habeat locum in te
latendi clamor meus.

20
Ecce enim in celo te-
stis meus, & conscius
meus in excelsis.

21
Verbosi amici mei.
ad Deum stillat ocu-
lus meus.

22
Atque utinam sic

Nihil tamen horum, quæ sustineo, commerui, cum erga Deum atque homines innocens vixerim, ab omni iniquitate, & rapina mundus; omnique justis hominis officium accuratè persolverim, universumque religionis & pietatis cultum pius religiosusque semper obierim, atque præclaris alijs operibus pietatis precandi studium assiduum, magna cura, & metis puritate & attentione adjunxerim.

Quòd si vera non loquor, inhumatus abjiciar, neque me defunctum parens tellus sinu excipiat; nunc quoque meæ preces non exaudiantur; atque mea scelera, si quæ habeo, clament in cælum, publicoque judicio illa vindicet supremus judex, in ultaque late re minimè patiatur. Quòd si tu, o terra, nosti aliqua mea flagitia, quibus alios laceraverim, & innocentium sanguinem fuderim, tu ipsa, quæ illum exorbuiisti, ne celes, sed prode, clama, & quæ lucem fugiunt peccata, in medium atque in lucem proferto. Atque utinam sic mecum ageretur, ut & tacentibus hominibus, aut suo me judicio temerè damnantibus, ipsæ res inanimæ loquantur, & prædicent me sine culpa, capitali sententia plecti. meos igitur clamores & iuspiria audi, terra, & multiplica referque numerosiori répercussu, septiesque assonent montes, & vales, neque ullo terræ sinu, loco vé contineantur, sed universam tandem aeris regionem pervagata conscendant in cælum, & in supernas omnes sedes usque penetrent. hos enim meæ innocentia totiusque veritatis incorruptissimos testes, & controversia diremptores compello. Quantumvis verò meum cadaver contegas, contineasque sepulchro, sed ne oblivione sepelias, o terra, istam meam incredibilium suppliciorum sine ullo meo scelere sustinentiam. vides sanè mei sanguinis rivulos ad te permanentes, ne illum exugas & exorbeas, sed permittite omnibus conspicuum fieri, meamque mortem omnibus contestatam esse.

Testis porrò Deus est, quem totius meæ vitæ atque verborum singulorum spectatorem habeo, ideoque meum clamorem inferis regionibus contineri nolo, quòd judicem, testemque meum in cælis confidentem, unde cuncta dispiciat, appello; aliter enim ille, quàm mei adversarii, & iniqui isti iudices, de me statuet, cui intimè perspectus, & exploratus sum.

Ad eum igitur cum omni amicorum & consolatorum præsidio destitutus sum, lachrymans & ejulans me convertito, atque illi totam meam causam committam; nam cum flevero, illum mea infortunia tangent; vestri enim vultus minimè humani ad sunt mihi flenti, quin potius cum composita, & exquisita oratione, tum etiam contumeliis & irrisione, mei amici adversum me agant, Dei opem implorare compellar.


Sed quid ego miser Deum testem invoco? nam si cum homine pariter mecum conditionis agerem, nemo me peccati convinceret. at divinum iudicium valde

i. Ut soleant scriptores sacri res mortuas compellere, & quid illarum testimonium significet, ad mores, & ad scripturarum intelligentiam fustius explicatur. v. 19. n. 1. 2. 3.

Ccc 2 mihi

mihî formidandum est. sed quæ illius bonitas est, & meæ conscientiæ testimonium, potius cum illo, quàm cum homine agere velim. Illud vero sanè optarem, ut illius sententiam nemo ignoraret, sed publicè cunctis mortalibus audientibus, & videntibus, ut in iudicio humano fieri solet, quis ego sim, & qualis vixerim, renuntiarem, neque in ultimum iudicii diem cōtroverfia hæc incerta maneret; nam ego statim ad illius tribunal provoco, verissima, & maximè sincera bonæ conscientiæ atque veritatis fiducia, uti loqui decet eum, qui mortis proximus sit.

Scio enim annos præfixos, & brevissima periodo à Deo mihi circumscriptos celerrimè præterlabi, atque jam penè me viam integram emensum fuisse; quam qui semel prætereat, repetere non potest. Cum igitur penè jam deficiam, meum iudicem oro, & obsecro, ut brevi rem totam sua sententia dirimat, & de mea causa ante mortem transigatur, ut vel minimū hoc solatiū vivens obtineam, quòd aliquando in mea causa, patet. Et mea innocentia obtinuerim.



iudicaretur vir cum Deo, quomodo iudicaretur filius hominis cum collega suo.

23

Ecce enim breves anni transeunt, & semitam per quam non revertar ambulo.



CAPVT XVII.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Nihil iam sibi amplius præter mortem sperandum, ex sui morbi gravitate statuit; & dum amicos insipientia arguit, sapere ipse videtur, si ex morte sibi tranquillitatem post tempestatem turbulentiſſima vitæ sibi polliceatur.

I. Spiritus meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, & solum mihi superest sepulchrum.

3. Spiritus variæ acceptio. Calamitas mentem perturbare solet.	3. Breviari quid. Job nō valde senex.
1. Attenuari quid ex Hebræo. Variè redditur à Vulgato. Job sup̄spiriosus.	4. Reticensia; & qua ratione supplenda.

I
Spiritus variè acceptus

Græci.

LXX

Nyssen.
Vata.
Eugub.
Cajeta.
D. Tho.

2



Hæc coherent cum fine præcedentis capituli, ubi se jam peragere dixit mortalitatis huius semitam, in morteque contendere incitatissimo cursu. signum vero impendentis mortis affert, spiritum attenuatum. Græci intelligunt animum commotum, & perturbatum, id quod Septuagint. dixerunt, *Pereo spiritu agitato.*

Verò vehementior aliqua calamitas hominis mentem perturbet; & sua quasi sede emoveat, vide Gregor. Nyssenum super Psal. 6: ad id, *Turbatus est a furore oculus meus.* Vatabl. Eugub. & alii vires corporis, vitæ vigorem, & robur, vitæque ipsam attritam, & fractam. Cajet. & alii Latini cum D. Thom. spiritus vitales, qui animæ instrumentum sunt ad vitæ functiones. Sed præstat, ut simplicissimè accipiatur, pro spiritu, qui respiratione trahitur.

Attenuabitur proprie, *attenuatus* est. sed

cōgruè vertitur per futurum, *attenuabitur*, ut indicetur per momenta magis attenuari, foreque ut brevi deficiat. Sed de proprietate vocis Originalis *Chabal*, quæ hoc loco vertitur *attenuare*, nihil certi constat, neque apud ipsos Hebræos, neque apud nostrum interpretem. is enim non uno tantum modo, sed variis atque diversis vertere solet. *disipare*, Eccl. 4. v. 5. *disperdere*, Isai. 13. v. 5. *demoliri*, Cant. 2. v. 15. *Corrumpere*, Mich. 2. v. 10. *computrescere*, Isai. 10. v. 27. *obligare*, Prov. 13. v. 13. Dan. 6. v. 22. *Parturire*, Psalm. 7. v. 25. Inde nomen deductum, ad dolorem, famem, pedicam vel laqueum, partum, rugitum, & ad quædam alia accommodatur. Sed quidem ex omnibus locis, in qua ea vox reperitur, colligere licet afferre violentiam quandam atque dolorem rei, quæ disperditur, obligatur, & corrūpitur. quare erit id quod cum violentia quadam, angustia, obligatione, atque dolore rumpi, uti contingit parturienti. quare attenuatio aut corruptio hoc loco nihil omnino pertinet ad putrefactionem spiritus graveolētis, quæ ipse postea testatur, cum ait, *Halitum meum horruit uxor mea.* quàmvis illam aliqui hoc loco subolfecerint; nam Pagni. & Regia legerunt, *Spiritus meus corruptus est.* Sed pertinet ad spiritum, qui cum ingenti nisu & dolore emittitur, & cum magna difficultate trahitur, & reciprocatur nō nisi cum corruptione, id est cum disruptione peccatoris, & pulmonis, totiusque corporis labore, ut totus ipse homo corrumpi, dissipari, dissolvique videatur. Et fortè difficultate illa respirandi laborabat, quæ medici dyspnoeam, aut asthma vocant; aut quæ ex inflammatione pleuritidis oritur de quo diximus. c. 2. Job itaque tanquam sup̄spiriosus asthmaticus difficilem illum, tenuem, & anhelosum respirationis sibi lū vocare videtur, *attenuatum spiritum.* & ut Septuagint. dicunt, *agitatum*, id est crebrū. (nā cum æger non debita magnitudine respirat, frequentia & crebritate suppleat id conatur) vel ut Aug. legit, *deficientem* & quia Asthmaticus suffocari videtur, nō omnino incommodè dixit Tygur. *Id quidem ago animam.*

Dies mei breviabuntur. Vox hoc tantum loco reperta; quæ, ut Rab. Mardochei ait propriè, significat, excidere, præcidere amputare. ideo alii vertunt, *Dies mei succissi.* sunt. quibusdam verò idè significat, quod

Attenuari quid.

לחל

Job. 19. 17 Pagni Regia

Job asthmaticus

Lxx

Aug. 17.

Tygrina.

3

לחל

R. Mardochei Pagni. Regia

Tygrina. Breviari quid

extingui; eò forte respexit Tygu. reddes per paraphrasim, Dies mei ritu lucerna deficiunt. Sed cum ex aliis locis cõjectura fieri non possit, præsumendum est nostrum interpretem germanè reddidisse; præsertim cum eadem vox breviandi, vel abbreviandi, ab alia tamen radice, pro præcindere & decurctare sumatur. & quidè convenit huic loco, ut qui brevè spiritu anhelat, dicatur vita ipsa abbreviari, id est præcindi. nos in eadè præcindendi significatione & allusione ad Hebraismũ diceremus, accortaseme el resuello, que me corta el hilo de la vida. Cũ verò brevias dies conqueritur, in dimidio suorũ annorum cõstitutũ se suis se indicat, ætate vegeta, & minimè senili. tantũ abest, ut de senectute loquatur, ut existimavit Lyranus.

Iob im vegetate Lyra

4

Reticentia, quæ ratione supplenda.

Et solũ mihi superest sepulchrũ. in Heb. aut sepulchra mihi, cum mutila sit oratio. indifferens est, ut variis modis perfici possit. noster interpret supplevit, & solũ superest, sic enim videbatur exigi ab antecedentibus: Nihil reliquũ est, quã ut de mea morte cogitem, aut de mea sepultura, & funere agatur; jam jam morior; jam me expectat sepulchrũ immorantem in vita diutius, qui pene mortuus sum, atque corruptus. Septuag. paulò vehementius, cũ deprecatione. Oro sepulchrũ, & nõ contingit mihi. Catenæ auctor, sepulchrũ pro morte; Exopto interitũ. & angor vehementer, quod non consequar: quin etiã expectatione ipsa deludor. Cũ simplicij nomine res aliqua compellatur, præsertim ab æstuante, & ægrotante homine, affectus est vocãtis, & optantis. aut secum assidua meditatione cogitãtis. est enim reticentia illa plena dolore, & animi senu. sic hoc loco; Sepulchra mihi. supple, Opto, quæro, cogito, aut quid simile.

LXX

Nicias

Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus.

Varia lectio. Hebraicum dissentio, & conciliatio cum Vulgato. 1. Interpretis. Latini illustratio, & defensio expeditur lectio, & vox Hebraica. Que dicantur illisores, explicatus Moyses, & Isaias. 2. Divites impti sibi ipsi illudunt. Mõdas, Caro, Dæmon illusores; illustratus Salomon. 3. Conciliatio Latine lectio nis cum Hebræa. 4. Morari, quid propriè. Que dicantur oculorum amaritudines. Precandis studium. Oculi symbolũ orantis.

Innocens heu morior, & amantissimas mihi lachrymas excutit, non ullo scelere puncta conscientia, sed falsi criminis obsecutio, & immeriti supplicij acerbitas. In Hebræo autè est, valde imperfecta sententia, Si nõ illusores meũ; vel illusiones, aut deceptiones. à verbo Hathal, quod est illudere, decipere, mentiri, falsa etiam promittere. quas omnes significationes variis locis, interpret noster agnoscit, & usurpat; quare tantũ videtur in hoc loco ab hac significatione abesse. verbũ peccandi, ut Pagnin. valde miretur, planè que fateatur, se ignorare, quare Hierony. verterit peccavi: atque Burgenis nihil invenit in hoc capite additionè dignũ, præter quàm hanc lógissimã (ut ipse ait) distantia lectionis Latine ab Hebræa. Sed de Vulgato statim. Certè Cajetanus lectionè illã ex Hebræo eò refert, ut Iob vocet amicos illusores, quod juberent sperare temporale aliqua felicitatè, cujus plerumq; fallit spes. sensus est coactus. Frequentior est magis ad rẽ, quod decipere illũ conarentur, mentirentur, atque illuderet, conãtes persuadere, illum esse peccatorẽ, neq; fieri posse, ut innocens puniretur. Sed quid nam in hac ipsa lectione imperfecta suppleri oporteat, iterũ dissentiunt Hebraizantes. Pagnin. post Hebræos alios; Nec cũ Deo disputare optarem, nisi essent illusores mecum. id est, nisi me mei adversarii reum agerèt, probrisq; afficerèt nõ appellasẽ ad Deũ judicẽ. Bib. Guar. Istud non dicere, nisi. &c. id est, non me tã acriter tuerer, nisi tã vehementi calũnia accusarer. Vatabl. imprecatoriè; Disperẽ, nisi amici mei studeant mihi imponere. Iud. Clar. cũ assertionè; Re vera perverfi meũ. Sed quis jã nõ videat hæc omnia verbis tantũ, nõ re, neq; sententia aliena esse à Vulgato? nam cũ asserit verissimã suã vitæ innocentia, quam falsis criminationibus sui amici nitebatur eludere, certè quod ad sensum attinet tantundè refert dicere, se nõ peccasse, quã suos accusatores appellare mēdaces & illusores. quod abudè sufficeret pro conciliatione Latine lectionis cũ Hebræa, & pro interpretis defensione adversus Hebraizat.

I

Expenditur lectio Hebr.

לחן

Pagnin. Hieronym. Burgen.

Cajeta

Hebraizatiõ discasio. Pagnin.

Guar. Bibli

Vatabl.

Iud. Clar.

2

Vulgati interpretis illustratio & defensio

quod

Qui falsa promittunt, illusores

Gen. 31. 7. Aquil. Symmach.

Exod. 8. 29

Isa. 30. 9

3 Divites sibi ipsi illudunt

Mundus Caro Dæmon illusores

Hose. 12. 7.

Prov. 9. 17.

Y. 13. LXX Prov. 11. 18

Prov. 20. 17

Senec.

quod cũ falsis promissis cõjunctũ est; nõ illa falsitas cõtingere solet non sine illusionè, & cõtemptu illius, cui promissio fit: propterea qui falsis promissis plebè decipiãt, nõ deceptores solũ, aut mendaces vulgò appellamus, sed peculiari nomine illusores, buriadores, rẽ illustrabunt exẽpla, in quibus invenitur illa vox. Genes. 31. Pater vester circumvenit me (Aquil. & Symmach. decepit. a me burlado) & mutavit mercedẽ meã decẽ vicibus, videlicet nunquã soluta fide, mercedèq; promissa. Exod. 8. Pharaoni promittẽti sæpe, implẽti nõquã dixit Moyses. Noli ultra fallere, ut non dimittas populũ. hinc illud Isai. 30. Filii mendaces qui dicunt, videte nobis errores. id est, deceptio nes, illusiones, falsa promissa, fãlicitatem nunquã eventurã; burlerias. Illi ergo peccatores, divites præsertim, atq; potẽtiores, qui falsam sibi impunitatẽ, stabilẽq; fãlicitatẽ promittunt, qui sibi ipsis illudunt, seq; fallunt iplos, mendacio atq; inani spe. quare hujusmodi divitũ impiorum propria, peculiariq; peccata, illusiones sunt, spes fallaces, & promissiones mēdaces; cũ enim mundus sit, qui bene confertã & cumulatã mensurã bonis omnibus præbere illis in sinũ videatur, mirũ est, quã illos decipiat, & ludificetur, instar illius, de quo scriptũ est, Chanaã in manu ejus statera dolosa. tũ etiam cũ Caro, pravãq; voluptas hujusmodi voluparios homines ad splendidũ cõviviũ invitet, miserè illos decipit nõ cũ proponat panẽ absconditũ suaviorẽ esse, & furtivas aquas dulciores, tũ etiã vicimè partẽ, quæ offerenti cedebat. Prover. 7. tũ mētitur; nõ nihilominus veri boni illa habet, quo animũ reficiat. quare ubi nos legimus, Mulier stulta & clamosa, plenaque illecebris, Septua. legunt, Mulier inspiens, & audax, indiga buccella fit. De dæmone quid dicã, cũ pater mendacii sit, & seductor mortaliũ? sed & ipsi sibi impii imponunt, faciunt enim opus instabile. ex Hebr. opus fallax, quod votis, & spei nõ respõdet. & Prov. 20. Suavis est homini panis mēdacii, & postea implebitur os ej? calculo. ad delusos igitur divites illud sapiẽter a Seneca dictũ pertinet; Miramur parietes tenui marmore indutos, cũ sciamus, quale sit, quod absconditur. Cũ auro testã perfundimus, quid aliud, quã mēdacio gaudemus? scimus enim sub illo auro feda ligna latitare. nec tantũ parietibus aut lacunaribus, ornãmẽtam tene præditur. Omnium istorum, quos incedere alios vides, bracteata fãlicitas est; inspicere, & vide

sub ista tenui membrana dignitatis, quantum mali lateat.

Redeo his positis ad nostrã lectionem frõmẽ quidẽ originale. indifferens est ex propria forma, ut illusionè; aut illusorẽ significet; & adverbium, ghim, nõ eodẽ modo semper vertitur; valet enim, si, an, quãdo, ecce, etiam si: estq; nõ raro particula affirmantis; ergo adverbũ dicere possumus, Ecce, certè nõ illusiones meũ. si obscurior videatur oratio, dicas; Nõ peccata meũ; illa videlicet, quæ sunt divitũ hominũ peculiaria, qui sibi multa, vanãq; promittunt. si incõcinnior aut longior videatur, dixeris breviter; ac dilucidè, Nõ peccavi. cum enim tyrannidem & divitiarũ abusum illi objiciãt adversarii, opportunè respõdet; Nõ ego falsa spe mihi ipsi blãditus sum; nõ mihi *illusit vana fãlicitas. quem sensum imitatus profectò est noster interpret, ex lectione Septuag. legentiũ, Quid feci? Ergo qui tantam claritatem Latine lectionis non videat, cæcus erit.

Et in amaritudinibus. Cũ, inquit, veritatẽ, & pietatẽ semper coluerim, peccatorum tũ cũ ingenti supplicio reus agor. sive autẽ vocẽ amaritudinis; deducas, cũ Vulgato à Marar, quod est amarũ esse, sive à marah, quod est irritare, aut exacerbare sensus idem est; His amicorũ sermonibus à majoribus irritatus, aut exacerbatus animo, noctes duco in somnes; moratur; propriè, pernoctat, pervigilat, noctu enim, qui interdiu vagatur, aut negotiatur, sub tectũ per fugiunt, in quo manent & cõmoratur, usq; ad lucem; oculi igitur pernoctat, id est, in mearũ contumeliarũ cogitatione, & sensu defixis quasi oculis hæreo; pervigilo hæret infixus contumeliarũ animo dolor. Ferè Latini omnes oculorum amaritudines, lachrymas interpretantur; sunt enim falsæ, & amaræ. sed nihil in hac interpretationem nos cogit, sicut nihil etiã repugnat. Alii; Me vidente in faciẽ meã cogor probra & cõtumelias accipere, & assiduũ esse perpetuũq; spectatorẽ meorũ malorũ. sic indicat Vatabl. Cogor præsentis illusores intueri, qui mihi amarissimũ & molestissimũ existunt; Septua. hũc oculorũ habitũ, ad orationẽ retulisse videntur; Preces (inquit) adhibeo cum labore. id est, dũ isti me exacerbãt, & ad amaritudinẽ adducunt, ego mentis oculos in Deũ profusis etiã lachrymis intendo. simile id Davidis, Ps. 34. Cũ mihi molesti essent, induebar cilicio.

4

חמת

עו

*No e fidoyo delos engañados: q defen-gañado e vido.

LXX

5

מר

מר

Morari quid.

לן

Latini Quædicantur oculorũ amaritudines

Lachrymæ amaræ, & falsæ

Vatabl.

LXX

Precandis studium adversus calunias

Ps. 34. 13.

Psa 108. 4.

Oculus sym-
bolum oian-
tis.

Oratio mea in sinu covertetur. id est, tunc me ad orationem convertito in sino meo. id est non tamen voce & clamore, quam elevata in Deum mente, & oculis; & Pf. 108. Detrahebatur mihi, ego autem orabam, ut unico precandi remedio adversus hostium calumnias me communiarem. Oculo frequenter, orationis studium & intentio significatur. sursum enim aspiciere, habitus est cælitus operam implorantis, & expectantis.

III. Libera me, & pone me iuxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me.

1. Apostrophe. Varia lectio
2. Deus vas & sponsa
3. Hebraicantium lis
4. Interpretis diligentia.

5. Latrones unde dicti, & quod illorum munus. Hy peraspistes apud Græcos. In bello. In bello Deus à dextris iusti, claudis illius latus. Hostis à dextris quid significet. Illustrati David, & Zachariae. Expenditur lectio, & interpretatio Græcorum.

I
Apostrophe ad Deum Cajeta.

Tex. Hebr. Vatab. Pagnino

Apostrophè esse ad Deum, non verò ad Eliphaz, ut existimavit Cajeta, certum est, quia ut probatione indigeat. Libera me. hoc addidit Vulgatus, ut viam ad id quod sequitur patefaceret; liberum (inquit) me reddito ab his adversariis molestissimis, acerbissimisque doloribus. & pone me iuxta te, prop. ex Hebræo. Pone nunc, & pignora mihi tecum. Vatabl. Pone, appone cor tuum, id est, adverte quæso animam meis verbis. sed melius Tygur. Deponito, quæso, pignus, & da fidei iussorem in causa, qua mihi tecum est Pagn. Pone pignus, vadere aut fidei iussorem mihi tecum. id est, huius libertatis, & securitatis, quam postulo, illud erit mihi pignus, si tecum sim, si te meæ vitæ fidei iussorè & vadere habeam; sic sanè significabis, te mihi esse propitiū. Et sicut, qui vades dederit, vadere ei, & discedere licet, ita ait Iob, Obstringat ego nunc vadimonio, ut fide tua, ex hoc calamitatum carcere. exire mihi liceat. *Libera me, dum spondeo pro me, clarè rē totā dixit interpretes, Pone me iuxta te. illud enim in tuto est, quod habitat in adiutorio altissimi, & in protectione Dei celi commoratur.

*Sacralme en fado desta carcel de mis males. Psa. 90. 1.

2
Tura apud Deum fides. ut apud vadem et sponsores.

Hinc sanè perspicere licet, ut vir pius nullibi agnoscat tutam fidem, nisi in Deo; neminem, qui in re capitali velit pro illo sponsores se præbere; Inter tot enim fratres, qui verissimæ fraternitatis officio fungerentur, ille tantum extitit Iudas, qui vadere pro puero Benjamin Iacob parenti ob-

tulit; dignum propterea principatu, & regno atque illa verborum forma usus est. Genes. 43. quæ exprimeret, tum significationem verbi Originalis, gharab, quod hoc loco subest, tum etiā rationem vadimonii; Ego suscipio puerum; de manu mea require illum nisi reduxero, & reddidero, ero peccati reus in omni tempore. illud enim suscipere, est in fidem recipere, aut spondere. Id cum agnosceret David, eodè sensu, quo Iob, atque eadè voce dicebat Feci iudicium & iustitiā, non tradas me calumniatibus meis, suscipe servum tuum in bonum. Aquil. Theod. Hierony. spondeo pro me, ut melius habeam; & Ezechias. Domine responde pro me. id est, spondeo pro me, compositum pro simplici. rapior ad mortem, tua me fide, & vadimonio promisso libera. Non aliter Iob; libera me, & pone me iuxta te, nusquam tutum nisi iuxta te perfugium. Atque illud etiā vadis, & sponsores proprii, reperiri in Dei filio licet, quod Sapiens indicat Prov. 6. Si sponsores pro amico tuo, defixisti apud extraneam manum tuam, nam vades apprehendendam manum alteri dabit, & manum manui adfigebat at qui pro nobis promittit vadimonium, de figendas manus, & pedes cruci tradidit, non enim refugit, quo minus pro nobis qua non rapuit exolveret. ergo Latinus interpretes in obscuris omnibus sententiis unus ipse aliis omnibus interpretibus placet.

Et cuiusvis manus pugnet contra me. Nullum adversariorum impetum timebo, si ex æquo & jure coram te iudice, de mea causa agatur; Flagellum enim non appropinquat tabernaculo tuo. id est, nulla iniquitas. calumniarum famulæ tuæ, quæ tuo tabernaculo tegitur, nocere potest. Rursus hoc loco Hebraizantium expositio cum Vulgato; nam in fonte adverbium est; Quis iste? manus mea infigatur. Hebr. apud Cajeta. manus mea tægetur. quod illi sic explicat: Quis erit, qui mihi stipuletur, aut polliceatur aut spondeat? sponde enim circulo cutio, & cæremonia est, manum tægere. id est, quis erit, qui audeat & spondeat pro Deo fore, ut mecum disceptet, aut me suscipiat in suam fidem, vel quid simile; nam verbum thakagh. significat defigere, aut infigere, complodere percutere. & si de contractibus dicatur, percutere aut defigere manum significat, polliceri, aut præstare vadimonium, vel sponsonem, quod hæc fierent alteri manu data, vel percussa, aut defixa ad alterius manum. quod ex Vulgato ipso pluribus testimoniis confirmari potest. Prover. 6. loco nuper

indicato

עבד

Gen. 43. 9.

Suscipere quid

Psa 118. 122

Aquila.

Theodor.

Hrenym.

Isa. 38. 1.

Prov. 6. 1.

Psa 60. 5.

3

Psal. 90. 10.

Lis Hebraizantium cum Vulgato.

Cajeta. Hebr.

Pugnare, quid in Hebr.

עבד

Vades de figebant manum.

Prov. 6. 1.

4
Mirabilis Latini interpretis diligentia.

92

71

Rom. 8. 33.

5

Latro nesun de dicti & quod illorum munus.

υπερασπιστες

5 ησ

Isa. 43. 24.

LXX

Genes. 15. 1.

LXX

Hierony. prol.

Bibl. & epist.

ad sum. & Frecellam

6

In bello constituitur Deus ad dextram sui iusti

Psal. 129. 5

Psa 5. 8.

Psa. 118. 32

Psal. 109. 5

Hostis constitutus a dextris, quid significat

Psal. 168. 6.

indicato, & c. 22. Noli esse cum his, qui defigunt manus suas. & qui vades se offerunt pro debitis. ergo defigere, aut imprimere vel apprimere manum alterius manui, erit vadere se præbere, atque adeo. cum hæc locutio sit in Hebræo, eodem modo reddenda videbatur, idèq; sponsonis sensus retinendus. Sed est sanè mirabilis diligentia nostri interpretis; observat enim ille ubicumque cum hoc verbo defigendi, aut tangendi jungitur, caph, id est vola, vel palma, aut manus, significari vadimonium, & sponsonem. at hoc loco quia cum alio nomine jungitur, videlicet cum, jad, quod etiā manum significat, & hoc tantum loco reperitur; singularè etiā interpretationem adhibuit, & rei præsentis opportuniorè, videlicet manum percutere. quod Latine dicitur, manus conserere pugnare, disceptare, adversus electos Dei. Quare videtur interpretes totam hanc sententiā retulisse ad id officium, quod quodam habuere latrones, qui sic dicti sunt à cingendo latere, & à Græcis dicuntur hyperaspistes, quasi satellites, pugnatores, qui clypeo protegunt. unde Iesai. 43. Servire me fecisti in iniquitatibus. 70. apud Hierony. Hyperaspistes tuum egi. annigerum, lateronem. & Genes. 15. Ego protector tuus sum, propriè, scutum tuum. 70. Hyperaspistes, qui te protego, scuto. atq; huc pertinet, cum Deus dicitur aut nos protegere, aut scuto suo nos tueri. de qua voce vid. Hierony. Et illud quidem semper observandum, cum res bellica agitur, aut divina protectio, semper constitui Deum à dextris hominis; est enim latus dextrum commodius propugnatum, & defendenti, sicut & sinistrum, quod infirmius est à manu & brachio dextro protegatur, iuxta id Dominus à dextris tuis confregit in die iræ suæ reges. & iterum; Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commovear. &; Astitit à dextris pauperis, ut salvam faceret à persecutoribus animam meam. Est igitur Deus stipulator, & qui iuxta se habet imbecillum hominem, quem scuto protegatur, & vibrato gladio manu dextra, propulsatoque hostium impetu, tutum & securum reddit. Hinc si non stipulator Deus, sed hostis aliquis dicatur esse à dextris hominis, subjectionem quandam hominis affert, & permittit hosti potestatem nocendi, nam homo tunc inermis est, & inermis: sic enim vocabatur, qui nullum haberet protectorem, aut lateronem; ut Ps. 108. Constitue super eum (supere

rat enim & cernit loco, & opportunitate vel nocendi, vel defendendi, qui stat à dextris, eum qui est ad sinistra peccatore (eadem locutio quæ supra Dominus protectio tua super manum dexteram tuam) & Diabolus, stat à dextris ejus. eumque locum tanquam opportunum ad nocendum occupare nitentur Saran Zach. 3. 1. Satana stabat à dextris ejus. ut adversaretur ei. Igitur cum Iob petit iuxta Deum constitui, ad illius lævam collocari exoptat, ut Deus ipse sit ad dextram hominis, quod ille in bello securior & tutior homini locus sit. Quæ quidem res in illa questione de primatu honoris inter dextram & sinistram ab aliis prætermissa, valde observari debet. Sed non est prætereunda lectio Septuaginta præterquam quod illam vadimonii rationem Hebraizantium non agnoscunt, nec quid ad bellum etiā & pugnam, sicut nonster interpretes, indicant; Quis est (inquit) ille? manu mea ligetur. cujus duplex interpretatio assignatur à Polychro. Si quis mecum discepare velit ad manum meam alligetur, ut una à divinum tribunal deducamur, Vamo monos mano a mano. sed laquidus est sensus paulo acrior alter; ut imprecetur suorum bonorum raptoribus, ut in potestate suam victi & ligati tradatur, & omnis eorum arrogancia comprimatur. sed neque valde coheret. Fortè germanior sensus est, Quicumque adversarius, aut disceptator, si jure & recte rationis lege agere velit, revincietur quidem meis rationibus, & mea manu.

III. Cor eorum loque fecisti à disciplina: propterea non exaltabuntur.

1. Varia expositio D. Thomae commodior. Cor pro mente, & iudicio.
2. Gratia nostra incertum do. Quæ sint ocula & incerta divina sapientia revelata David. illustra-
tus Solomon.
3. Hypallage in Scriptura. Quod Deo permittente fit, Deo tribui solet
4. Exaltari quid. Explicatus David. Prophetas Iob.

DE Kaldæis Sabæiq; latrunculis hæc dicta interpretatur Polychr. Philip. ad Diabolum refert, ejusque satellites. sed præstat D. Tho. & frequens aliorum Latino- rum interpretatio, ut hæc de suis amicis Iob intelligi velit. Non timeo (inquit) coram Deo iudice cum istis decertare, qui stulti sunt, & loque à rerum divinarum sensu alieni. Cor eorum, mentem illorum, qui me lacerant, eodè quod ætinosus sim, loque fecisti, exclusisti, à disciplina, ab intelligentia, sapientia eum tua me innocentem pro tua gloria, &

Zach. 3. 1

7
Expenditur lectio & interpretatio LXX

Polychr.

I
Polychr. Philip. D. Thom.

Cor pro mente

& constantiam bonæ conscientia, qua nõ solum illis paratus sum rationem reddere sed etiam potens veritate ipsa revincere. at humana sapientia pollentes, secundum faciem iudicant; & culpas ex pœnis metiuntur; cum tamen ipsi etiam sapientes de se & de sua animi iustitia, & sanctitate vix ac ne vix quidem, certâ conjecturâ facere possint. hæc enim valde ab humanis oculis absconditâ sapientiâ investigare conatus Salmõ, (sic exponente Hieronymo) dixit c. 9. Eccl. *Omnia hæc tractavi in corde meo, ut curiosè intelligerẽ* (proprie, ut examinatẽ, probarẽ, ventilarem, purâ & mundâ elicerem sapientiã) *sunt iusti atq; sapientes, & opera eorum in manu Dei; & tamen nescit homo, utrum amore, an odio dignus sit.* Inveni (inquit Hieronym.) *iustorum quidẽ opera in manu Dei esse, & tamẽ utrum ametur à Deo, an nõ, nunc eos scire nõ posse, & in ambiguo fluctuare, an ad probationẽ sustineat, quã sustinet, an ad supplicium.* Ideo acutè observavit August. in Pla. 50. Davidem agere gratias, quod incerta & occulta sapientiã suã manifestasset illi, videlicet quod ad peccati remissionem, & gratiã cõdonationem pertinebat. nã cũ hæc nobis incerta, & occulta, propriãq; divinẽ sapientiã sint, illi Deus manifestavit, cũ 2. Reg. 12. clarè dixit illi Nathã, *Dominus trãstulit peccatum tuũ.* Propterea Salomõ subiungit; *Omnia in futurũ servantur incerta, eod quod à universa eque eveniat iusto, & impio, bono & malo. mudo & immundo, immolati victimas, & sacrificia contemnerit.* Hinc igitur occulta sapientiã ignorabant adversarii Iobi, plañeq; desipiebãt, cum ex externa calamitate facie, certam conjecturâ facere se arbitrabantur alicujus occulti sceleris. Cor igitur illorũ longè à disciplina fecerat Deus.

Longè fecisti. Quod ad loquutionis formã pertinet, videtur esse hypallage, pro eo quod est, removisti, & exclusisti ab illis disciplinã. & ex Hebræo proprie legitur Septua. *Cor eorum obscondisti à prudentia;* pro, abscondisti prudentiã ab illorũ corde, id est, privasti comuni veròq; sensu atque iudicio illorũ mentẽ. Simile id. 4. Reg. 5. *Misi ad te servum meum Naaman, ut cures eum à lepra.* proprie ex Hebræo, *ut colligas eum à lepra.* per hypallagem, id est, ut colligas leprã ab illo. Quod autem Deo permittenti, & non revelati tribuitur, elegãter lectio Græcorũ in Catena, illorum ipforũ culpæ & vitio tribuit; nã legũt; *Cor suum absconderunt à prudentia.* Fortè verò in

ipsa proprietate Hebraismi illa hypallage nõ est, nam frequẽter Scriptura dicit; aliquid abscondere, id est, tegere, & operire. cor autem opertum & tectũ, & quasi ignoratiã tenebris obvolutum, sæpe dici solet, instar rei, quã aliquo velo, vel operculo injecto clauditur; qua ratione, dicitur *cor aperiri,* cum exuit ignorantia tenebras, & operculũ; & dicitur *cor circumcidi,* cum præputium ignorationis spirituales, quali quoddã operculum præcinditur & remouetur. & illud etiã est, *aggravatum cor,* quali re aliqua crassa & gravi quodam operimento superinjecto opertum; & absconditum esse.

Propterea non exaltabuntur. Verbum exaltandi ad honorem, & glorificationẽ pertinet; Non habebunt de quo gloriari possint; non reportabunt magnam victoriã laudẽ. Si verò ad iudicium referatur, eadem erit locutio, atque illa Pl. 1. *Non surgunt impii in iudicio.* Si mecũ depugnent, re & ratione inferiores evadent, neque magnam laudem ex disputatione referẽt imò potiùs, pudorem, & ignominiam; nã proculdubio audient à iudice, *Non estis loquuti rectum, sicut servus meus Iob.* Prophetasẽ videtur.

U. Prædam pollicetur sociis, & oculi filiorum eius deficient.

- | | | | |
|--|--|--|---------------------|
| 1. Partiri, aut disperiri, quid ex Hebræo ad linguã volubilitatem translata illustratus David, & Lucas ex Græco. | 2. Quid socius. Quid polliceri. Divitiarum sequenti. | ex rapina. Tumultus quid. | 3. Græcorum lectio. |
| | | 4. Oculos deficientes, quid. Filii posteritas. Mimesis. Illustratus Ierem. | |

Sententiam hanc difficilem & impediatam reddidit, vox, *præda,* quam Hebræizantes omnes reddunt, *blanditiem,* aut blandimenta, adulationem molliorem, aut rationem compositam, & blãdam, vel quid simile. Et quidem verbum *Chalãk,* unde dicitur *præda,* aut *pars,* est idem quod dividere, partiri, aut disperiri; & ad mollia transfertur, quã facillè dividuntur, et per lubricitatem, abeunt in diversas partes; et hinc de lubricis dicitur, quã solent esse instar mollium, sic Iosue. 11. *Partem montis quã ascendit Seir.* Hebraicè, *montem partitũ,* vel *divisum,* q. d. montẽ glabrũ, lubricum, ferratum. Isaiã 57. *In partibus torrentis*

Scripturæ regula, Quod Deo permittente fit, Deo tribui solet.

4
DIT

Iob Propheta

Psal. 18. 6

I
Hebraizãtes. Cajetan. Regia Panina. Vatablo

PLQ

Partiri, aut pars, quid Iosue. 11. 17

* Una peña tã jada, o una sic ira pelada, y resbaladiza. Isã. 57. 6.

2
Gratiã nostrẽ incertitudõ Eccl. 9. 1
* Para venir a sacar esta verdã en limpio y ahechada

Hieronym.

Quã sint incerta sapientiã revelata

August. sup. Pl. 50. 8

2 Reg. 12. 13

Eccl. 9. 2.

3
Hypallage

LXX

Græci. in Catena.

4. Reg. 5. 6.

pars tua. manifestè partes eo loco vocat, torrētis lapides partitos, divisos, glabros, lubricos, leves, *quias lisas.* Hinc ad linguã lubricitatẽ, & volubilitatẽ sæpe transfertur, & Hispanus eadẽ sanè ratione dicẽdi dispartendi, aut dividẽdi utitur, pro eloquẽter, celeriter, molliter, aut suaviter loqui, *hablar limpia, y liso, y desparzidamẽte, y de partir bien.* & præter manifestos locos ubi Vulgatus. reddit, molliter aut suaviter loqui, ut Prover. 2. 5. 16. 5. 7. 3. 7. 5. & 21. 29. 5. Psal. 5. 7. 10. & 35. 3. & Isai. 30. 5. 10. subiciemus clara exẽpla, ubi retẽta eadẽ voce dividẽdi, retinẽda est etiã illa molliter loquẽdi significatio; Pl. 54. *Divisi sunt ab ira vultus ejus, & appropinquavit cor illius.* Hieron. *Nitidius butiro os ejus; pugnat autem cor illius.* id est, Vultus ejus, atque verba suavia sunt, mollia, divisa, dispartita, lubrica; cũ tamẽ corde occultet irã & inimicitias; irã intus cõcepta, & dissimulata efficit, ut molliter, & opportunè ad decipiendũ loquatur. quod statim exponit; *Molliti sunt sermones ejus super oleũ, & ipsi sunt jacula.* idẽ intelligo in eo loco Actor. 2. *Apparuerũt illis dispersita linguã.* id est, linguã celeres, expeditã, volubiles, acutã, molles, subtiles, flammeã. nam eodẽ verbo, *Diamerizo,* quo in illo Psal. 70. utuntur, usus est D. Lucas in Actis. Hinc videas idẽ ferè nomẽ quod partẽ, aut divisionẽ significat, significare etiã linguã lubricitatẽ, mollitiem, blandimentũ, dolos; Unde quod noster *partẽ,* aut *prædã* dixit, alii *blandimẽta,* aut *verba mollia,* dicere potuerunt. ita ut annũiare, aut *polliceri sociis* verba mollia, aut cõpositam orationẽ, significet amicos stultè loqui, & alterum alteri vicem stultè loquendi, & obloquendi, sine intermissione tradere.

Secunda etiã vox quẽ vertitur amicus, vel socius cogitationẽ significare potest; quare alii vertũt, ad blandiendũ vel adulandũ annuntiat cogitationes. id est; cogitant quomodo adulatoriis, & fictis rationibus me decipiãt, aut quomodo adulari Deo videantur, dũ illius se patronos cõtra me exhibent. sed certè cũ, *Ragha,* cogitare significat, potius Chaldaeũ est, quare legitur Danielis. 5. 2. at cũ amicum aut socium significat, Hebræũ est, multoq; frequentius sapiẽter itaq; & acõmodatè ad ipsum exẽplat Latinus interpres dixit, *prædã, partem,* divisionẽ *prædã.* pollicetur. proprie, annuntiat; nã qui annuntiat

polliceri videtur fore, ut ita eveniat, sicut annũtiat. Retorquet igitur Iob rapacitatẽ, quã sibi objiciebatur, in alios; Nõ ego raptor, alii sanè prædã invigilat, bonis temporalibus, atque terrenã fãlicitati cõparandã inhiant. quã (ut D. Thom. ait) frequẽter vel rapina constat, vel certè cõparari nõ possunt, nisi aliqua ratione ab alio auferatur, aut alius amittat. ideo videtur, tẽporalia bona habere nõ nihil admistũ iniquitatis, atq; rapinã. Igitur describere videtur prædonũ ingeniu, qui se invicẽ cohortatur, ut scribit Salomõ Prov. 1. verbis valde huic nostrã sententiã affinis; *Si te laçaverint peccatores* (id est, si blandis verbis, atq; promissis, te allicerẽ tentaverint, & illeçtã cõposita ad persuadẽdũ & decipiendũ oratione; si tibi blãdis verbis annũtiaverint prædã partẽ) *ne acquiscas eis; si dixerint, Veni nobiscũ, forẽ mitte nobiscũ, mar supũ unũ sit omnũ nostrum.* & c. nã sicut ipsi spe lucri ad iniquitatem alliciuntur, ita etiã eodẽ lucro. proposito, alios ad eandẽ vitã & iniquitatis conditionẽ adducere conatur. Ideo aut raptores aliis præsertim sociis annũtiant prædã, quod nõ possit impunè unus, tantũ homo grasari, nisi in unum globũ multi latrones cõveniant, ut indicatur Isai. 9. *Omnis violenta prædatio cum tumultu.* est enim tumultus multorum prædonũ insanus clamor, atque tumultuatio.

Septua. partẽ p sociis sum fuisse videtur, nã legitur; *Parti nuntiabit mala.* sed in lógẽ aliã sensum detorquet. quod impius supplicio affectus, videtur suum exitium cæteris nũtiare, & illius interitus, cæteros erudire, atq; modestos reddere, quod indicari videtur illis verbis divitis Epulonis; sepulti in inferno, *Mitte Lazarũ, ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hũc locũ tormentorum.* Et *oculi filiorum ejus deficient.* Tũ impius, tũ illius liberi & familiares omnes redigẽtur ad extremã inopiã, adeoq; filii ejus, qui rapinã participes sunt, oculos in alios defixos habebũt, ut aliquid accipiãt, sed frustra. Intẽtos autẽ habere oculos, tadẽq; deficere, habitus est, petẽtis & expectãtis opẽ. atq; lógẽ expectatione deficientis Pl. 68. *Defecerũt oculi mei dũ spero in Deũ meũ.* & Deut. 28. *Dabit tibi dominus deficientes oculos.* id quod de onagris, etiã expressit Ier. c. 14. *Onagri steterunt in rupibus, traxerũt ventũ, quasi dracones, & defecerunt oculi eorũ, quia nõ erat herba.* Filios autẽ intelligo, nõ solũ uni-

Parriri aut pars, de linguã volubilitate.

Psal. 54. 22

Hierony.

Acto. 2. 3

Διαμερίζω

LXX

2
Socius quid.

תה

Polliceri

תה

* Prometeles q y ras todos ala parte.

D. Thom.

Divitiã frequẽter extrapina.

Prov. 1. 10

Isa. 9. 5
Tumultus

3
Græcorum lectio LXX

Luc. 16. 23

4

Oculos deficientes cuius habitus.

Pl. 68. 4

Deut. 28. 65
Ier. 14. 6

Filii, posteritas

D. Thom. Cajetan.

Mim. s. s.

LXX

Complut.

verlam etiam polteritatem, potius quam cum D. Thom. & Cajetan. morum atque vitæ imitatores. Sed fortè his verbis, non tam conatur Iob rapacitatem sibi objectâ, in alios rejicere, quam per mimetism quâdam cum dolore repetere, & imitari, quæ sibi objiciebant amici, Pradam (isti ajunt) pollicetur sociis, & oculi filiorum ejus desicient. id est, cum suos liberos atque familiares rapinarû participes faceret, miser tandem orbatus filiis atque universa familia est. & sic videtur coherere, quod sequitur, Posuit me quasi in proverbium vulgi, neque longè abest lectio Septuag. Oculi super filios tabuerunt: quamquam sententiâ hanc ex sua ipsius persona dictâ, indicat lectio Complut. Oculi mei super filios tabuerunt. ut indicet perpetuum luctum, quo repentinum filiorum interitum prosequutus est, fuit enim ille dolor gravissimus.

VI. Posuit me quasi in proverbium vulgi: & exemplum sum coram eis.

- 1. Proverbium & parabola quid illustratus. Ex Job. el. Moyses, I.avid. Vulgus quid ex Hebræo.
- 2. Patientia Iob, in proverbium.
- 3. Exemplum quid in Hebræo. Hebræo tantum dissensio illustratus, & defensio Vulgatus.
- 4. Exemplum, de gravissimo, & publico supplicio. Explicatus Moyses.
- 5. Exemplum ad irrisionem, & subannationem.
- 6. Pena gravissima, inimicorum gaudium in: nostris malis. Explicatus Ecclesiasticus.

I Proverbium & parabola quid.

למה

EX eo amplificat suas ærinas, quod sit vulgi proverbium, est autè idè, quod a libi vertitur, parabola. Græcè paræmia, dicitur autè à radice παρα, quod verbû potestatem quandâ affert, & excellentiâ inderomè quidd significat problema, proverbium, parabola, dictum, sententiâ, axioma, quod propter sensum, difficilem atque reconditû, aut verò valde utilem, & salutarem inter reliquas sententiâs sit, quasi propositio quâdam, quæ negatur. Maxima, aut Dignitas, cæteris videlicet majas, & dignior, significat etiâ, hujusmodi similitudines, aut cõparationes, quæ sunt ad maximâ & primâ mensuram in aliquo genere, quasi ad rem excellentissimâ, & inter cæteras illius generis prædominantem, uti manifestè indicatur Ezech. 16. *Omnia quæ dicit vulgo, proverbium, in te assumet istud, dicens;

Ezech. 16. 44. *Todos los

sicut mater, ita & filia ejus; mater vestra Cæthæa &c. Quâvis autem nõ nihil discriminis inter parabolâ, & Proverbium: tum à Hieronym. & Basilio, tum ab aliis assignari soleat; sed certè nunc id quod cõmune utrique est; & ex proprietate originalis vocis affertur, tatum est id, quod inter alias sententiâs excellit, & dominatur, tanquâ princeps & excellens: axioma, sive similitudine continet, sive aliam, ob causam. ergo quod in Proverbium, aut in Parabolam sumitur, est in eo genere maximû, & excellentissimum; & quasi prima mensura reliquorum. Et in genere malorum, & ærinarum, quod est gravissimum, & acerbissimum, locum dabit proverbio. ut Numer. 21. post expugnatam Hesebon, & percussum Amorrhæum, funditusque deletum, subjungitur; Idcirco dicitur in proverbio, Venite in Hesebon. ex insigni illa Gedeonis etiam victoria contra Madianitas remansit proverbium, Sicut in die Madian. Hinc illa gravissima cõminatio. Deut. 28. Eris perditus, in proverbium & in fabulam cunctis populis. id est, infelicitissimi quique tecum comparabuntur, nihilque familiarius in omnium ore versabitur, quam tuæ ærumnæ & clades; & Psal. 68. Factus sum illis in parabolam, quod ad amplificationem ærumnarum profectò dictum est, & non solum ad ludibriû, ut alii interpretantur. Ego hoc loco. proponi tanquam Vulgi proverbium, nõ solum est ludibrio haberi, & proponi pro scopo, quem omnes probris & disteriis configant, sed frequentè hominum sermone usurpari ad miseriarum amplificationem, pro homine miserorum omnium miserissimo, cum quo vulgus, vel, ut in Hebræo est, populi, turbæ, hominum aggregationes sive conventus (juntas, y conrillos) sceleratos homines extremis suppliciis affectos comparent. Porro hæc sententia impersonalis est, posuit, pro, positus sum; vel, ut de hoste & adversario in communi loquatur, qui cum illi res est.

Est verò observandum, illud, quod Iob molestissimum erat, videlicet factum esse Vulgi proverbium, Deum vertisse in bonum. Nam in maximam Iobi & patientiæ illius gloriam redundavit, quod in proverbium abierit, Patientiæ Iob, & qui gravissimos cruciatus patienti animo perferat, Iob appelletur, honoris & clarissimi præconii ergo.

Exemplum sum coram eis. De voce Topheth,

refrænes de malas hijas, y maias. madre se. cifra. ran en tiq.

Hieronym. Intro pro verb. & Bas.

Num. 21. 27

Isa. 9. 4

Deut. 28. 37

Ps. 68. 12

Vulgus. quid ex Hebræo.

עמ

2

Proverbium patientiæ Iob in bonum

3

תופת

quam

Quid exemplum 4. Reg. 25. 10. 2. Par. 2. 8. 3

Targum Regia R. David pagui Cajeta. Hebra.

Dan. 2

4 Illustratus & defensio Vulgatus.

Num. 5. 27

LXX Complut. Vatican. August. q. II

תופת

Foreri Thesaur. in radice

תופת

quam Latinus interpres, hoc tantû loco reddit exemplum, magna est dissensio. nam proprium videtur esse nomè loci. 4. Reg. 25. In valle filiorû Ennon, unde dicitur Gehenna, in quo loco lustrabât filios, transferetes eos per ignè, corâ idolo Moloc, & inde tartarum, aut ignè inferni significat. sic accipiunt Targum, R. David Pag. Regiâ, Hebræus apud Cajet. illi legunt, In igne Gehenna, vel, in inferno prius ero. quasi dicat; Etiam me vivum adjudicat Gehennæ, & igni inferni, vel miserandæ aliquis mortis generi. Sed res hæc quadrate nõ potest; nam ignis illius vallis Gehennæ multò posterior fuit, quâ Iob. Alii existimant esse vocè Chaldaicâ, quæ significat Dominum, aut Principem, quasi dicat; Qui dominus, & princeps erâ, factus sum in proverbium, & fabulâ. ita R. Levi, & Vatab. videtur enim illa vox usurpari Dani. 3. ubi vertitur, Prefectus regni. Sed neque hoc placet, nam illa vocè Chaldaicarû, cum Hebræis permistio quædam, & quasi cõfusio, longè posterior est, ut quæ post captivitatem fuerit. atque ita in libro Danielis reperitur.

Ergo proculdubio illa vox hoc loco, non est propria, sed appellativa, quare & rectè vertisse Vulgarû, & duo posse significari nomine exempli, statuendû est; Primum id, quod ad gravissimum supplicium, & quod dicitur, exèplare pertinet, quod cæteris mortalibus documèto, terrori, admirationi esse possit. & hac ratione Latini dicunt, exempla, aut eruciatus in aliquè edere: quæ significatio bene cohæret cû Proverbio, quod proximè præcessit; sicut enim Proverbium affert illam cõparationem cum extrema & maxima calamitate; sic etiam Exemplum. Numer. 5. Erit mulier in maledictione, & in exèplum. Hebræicè, in juramentum; videlicet, imprecatoriû; sic enim Juramentum legunt Septuag. Complut. & Vaticanani cum August. quæstione. II. Execrumentum. quasi diceret, Erit in imprecatione proverbialè; Tal te veas, como fulana. huc respiciunt, qui hoc ipso Iobi loco: per moti vocem, Topheth cõjungunt cû Mopheth, quod prodigium, & portentum significat, quasi diceret, Exemplum quoddam, prodigiosum aspectu, & visu triste & horrendum. sic hunc locum legit Ioân. Foster. Ponet me in parabolam, & portentum in oculis eram. quod cum aliis, quæ tum ad hanc rem, tum ad alias Hebraicæ linguæ annotatio

nes & observationes pertinent, Fraciscus Forerius ex illo ad verbû frequenter defcribit.

Secundû significari potest, irrisio, contumelia, contèptus, quæ cum hujusmodi miserando exèplo frequenter cõjuncta sunt. quare erit exemplum ridiculû, vel exemplum irrisionis, quod irridendû proponitur; vel cum quo ridicula quæque, & irrisione digna cõparamus. sic videas hæc cõjuncta Jerem. 48. Erit Moab in derisum, & in exemplum omnibus. Ezech. Eris opprobrium, & blasphemia, exemplum, & stupor in gentibus. Nah. 3. Contumelias te afficiam, & ponam te in exemplum. atque ipse etiâ Paul. cum. 1. Corin. 4. se spectaculum factum diceret, mundo angelis, & hominibus, adjunxit, quod ad contumelias & irrisionem pertinet, Colaphis cedimur, tanquam purgamenta hujus mudi, facti sumus omnium peripsema. sic sanè legunt Septuag. Posuisti me fabulam in nationibus, & risus illis deveni. sic etiam accipit post R. Moysen, & R. Abrahamâ, Lyran. & alii, qui eam vocem Topheth, deducunt a thoph, ita ut ultimum theth sit addititiû. est autem toph, tympanum, fietque hujusmodi sententia; sicut solèt ad Tympanû latari aut ludere, ita sanè cunctis sum ludibriû, irrisio, & d me calamitate guadèdi, letâdiqu; materia; pulsor, percutoriq; ab omnibus, atq; in meis respõsionibus, meisq; suspiriis, atq; gemitibus, tanquâ in tympani sonitu, exultat, gaudet, ridet, & irridet. Gravissimû profectò mali genus, videre alios in tuis malis guadetes, & ad tuos gemitus, exultates, catâtes, digitis concrepantes, manibusq; plauderes. sicut Thre. 2. scriptû est, Plauserunt super te manibus oēs transeûtes perviã, sibi laverunt, & moverunt caput suû, super filiã Iersusalem, haccine est urbs, dicetes, perfidii decoris? Pœna profectò, quæ ppter acerbitatè, similitudinè quandâ habere videtur æterni supplicii; dictû est enim Eccles. 6. Anima nequâ disperdet qui se habet, & in gaudiû inimicis dat illum (quid sit autè dari inimicis in gaudiû, mox exponitur) & deducet in sortem impiorû. est enim illa fors, extrema impiorû retributio, quâ hæreditaria quasi sorte post mortè accipient, atque illud cõtingere etiâ in aliorû peccatorû pœnâ, idè Sapiès docet. c. 23. Ne adincrescant ignorantia mea, & multiplicentur delicta mea, & peccata mea abundet, & incidat in cõspectu adversariorum, & gaudeat inimic me, atq; illud sibi p divine benevolentiæ argumèto datû canebat let

Forerius super Isa. 30. 7. 33

5 Exemplum ad irrisionem, & subannationem.

Jer. 48. 39

Ezech. 5. 15 Nah. 3. 6 1. Cor. 4. 13

LXX R. Moys. R. Abrah. Lyranus

תופת

6 Thren. 2. 15

Eccles. 6. 4

Eccles. 23. 3

David

Pfal. 40. 12

Hieronym.

David Psalm. 40. in hoc cognovi quonia voluisti me, quoniam non gaudebit (proprie, No vociferabitur, non jubilabit. Hierony. No insultabit) inimicus meus super me. quod non me propones irridendum, irrisiois & hostilis lætitiæ materiam.

VII. Caligavit ab indignatione oculus meus: & membra mea, quasi in nihilum redacta sunt.

1. Indignatio active, aut passive sumpta. Oculorum caligo in tristitia. Illustratus David. 2. Varia lectio. Membra quid ex Hebræo. Iobi forma immutata, & membra deformata.

I Indignatio passive sumpta.

Caligavit ab indignatione. Præ indignatione, vel propter indignationem, dolorem, mœstitiã. Non tã activè cū Græcis propter iram, indignationem Dei adversum me. quam è contrariò passive, propter sensum & commotionem mei animi, non quidè propterea quod exandescã adversus molestissimos meos consolatores, sed quod discrucior, cõtabesco, deficio, mœrore occupante totũ animũ, atq; tenebras & ingêtem vim lachrymarũ offundente meis oculis; exacerbor intimis visceribus. Simile id Ps. 37. Cor meũ conturbatum est, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorũ meorum & ipsum non est metum. palpitante nimirũ, & cômoto corde, vires deficient, deficitque oculorũ lumen. eleganter eo loco Theodorus. Duo sibi accidisse per hæc significat, & mœroris immensitatẽ, per quam lux, non videtur esse lux, & destitutionẽ divinæ providentiæ, quã lumen oculorum suorum meritò nuncupavit. vide quẽ supra diximus. cum c. 3. de tenebris disputaremus, tenebrefercunt enim afflictis omnia. sic Plinius scripsit de oculis atque lachrymis loquẽs lib. 11. c. 37. Magna cogitatio obcæcat, adducto intus visu sic in morbo comitiali, aperti nihil cernunt animo caligante.

Psal. 37. 1.

Oculi in mœrore caligantes.

Theodo.

Plin. lib. 11. cap. 37

2

Iob. 16. 7 Quid membra

יצורי

Et membra mea, longè aliud, aliãque voces, quàm quæ supra, in nihilum redacti sunt omnes artus me. nam hoc loco est proprie, formationes, vel figmenta mea, quod vocabulũ quadrat in ea omnia, quæ externa figura, aut interna cogitatione formatur, effigiantur, imaginantur. ut sunt mentis propriæ cõceptus, & cogitationes, ut Ge-

nes. 6. Cuncta cogitatio hpmnis, & c. 8. 21. & 1. Paralip. 28. hinc post R. Levi Pagni. Regia, Vatab. legunt cogitationes, vel phantasias, quasi dicat, præ dolore vix quicquã cogitare, aut animo fingere & concipere valeo. vel ut proprie in Hebræo est, Cogitationes meæ similes sunt umbra. Sed multò elegantius noster interpres, figmenta illa intellexit, esse ipsas corporis partes, aut partium, & membrorum formationes quod acutè R. David, accepit de ipsis membrorum lineamẽtis. Chald. dixit, Formam. nos vocamus, faiciones, quasi formationes.

In nihilum redacta sunt. Immutata figura, & habitu, consumpta carne, prominentibus ofibus; subalbefcentibus jam charitaginibus, & evanescente totius corporis, membrorumque vigore, sine quò nihil possunt membra efficere, neque munia sua exercere. nã quẽ mihi reliqua sunt nemo dicat membra humani corporis esse; proprie; Membra sicut umbra; nemo agnoscat quis sim; umbram Iobi potius quàm Iobum esse credat, qui me viderit; tam sum deformatus. Vide quæ supra c. 2. diximus de elephantiasi, quæ faciem immutat. Lectiois autem Septuaginta. rationem reddere nemo poterit cõmodè; illi sic legunt; Expugnatus sum valde ab omnibus.

VIII. Stupebunt iusti super hoc, & innocens contra hypocritam suscitabitur.

1. Iustus, quid proprie. Iustorum ærumna ipsi iusti mirabiles, & stupenda. 2. Non eodem modo iusti, & impij de iustorum artibus suscitare quid, quæ. Hy pocrita.

Quondam illarum causa ignota, nunc post filium Dei patiem, perperla. illustrata David, & Salomon. 3. Suscitare quid, quæ. Hy pocrita.

Clades hæc mea universis quidem est stupenda, sed iustis præsertim, æqui, rectique iudicii hominib; qui temerè de mea vita & innocentia non iudicent, qui non sint sævi & inhumani ingenii, sed mihi res, lenes, blandi, jucundi, atque grati; hæc enim omnia claudit nomen & res iusti. hi (inquam) non sinent se duci falsis suspicionibus, & incertis conjecturis

Genes. 6. 5 & 8. 21. 1. Paral. 28. 9 R. Levi Pagni. Regia Vatab. Tex. Hebr.

R. David Chald.

Iobi forma immutata

Iustus, quid proprie

יצורי

Nicetas. LXX Mirabiles iustorum mirabiles ipsi iustis

Iob. 9. 2-3

2

Hab. 1. 3 Filius Dei patiens

Iob. 1. 18 & c. 16. 1 1. Thef. 3. 4

Quondam eorum iustorum mirabiles Psal. 7. 2-22

Eccles. 7. 8

LXX

Ierem. 15. 18

de mea vita, sed, ut res ipsa exigit, referet meã cladem in admirabile, & nunquã fatis ab homine cõprehensam Dei providentiã, qui sic cū iustis agat, ut pro præmio atq; mercede illis donet, ut pro illo patitur. & licet videtur fuisse, Vt Nicetas exponit, lectio atque sententia Septuag. Admiratio tenuit veraces super hoc. quasi diceret; Verissima mearũ calamitatum causa, non sunt peccata, quæ vestris vobis mendaciis confingitis, sed superior humana cogitatione, & sensu providentiã. Scriptum est sanè; Neque hic peccavit, neque parentes eius. sed ut manifestentur opera Dei in illo. Cæterũ mēdaces, id est, secundũ externam faciẽ de me iudicantes, nihil mirũ si ex supplicio colligat subesse scel; cui pœna respõdeat. Sic sanè, non eodẽ modo iusti iudicant de innocentũ ærumnis, sicut impij. isti enim vel innocẽtes afflictos contēnunt, & tanquã peccatores execrantur, & innocentia afflictam, miserimã esse credunt; aut Deũ arguunt iniquitatis: at iusti stupētes, illas stuporis & admirationis voces edunt; Quare taces, conculcãte impio iustiorẽ se? Quare ostendisti mihi iniquitatẽ, & laborẽ? ed postquam Dei filius nostras ærumnas cū natura nostra suscepit, nihil profectò jam mirandũ, si iusti affligantur, & innocẽtes morte immerita dāentur; sicut scriptũ est; Nolite mirari. si odit vos mūd. & scito te quia me priorem vobis odio habuit. & Hæc loquutus sum vobis, ut non scandalizemini. ideo Paulus Thesalonicen. monet; Nemo moveatur in tribulationibus, ipsi enim scitis, quod in hoc positi sumus. q. d. tribulationum iustorũ.

jam nobis causa & ratio explorata est. At quondã, ut pote ignota multam admirandi, & philosophandi materiã ipsis iustis præbebãt, uti David dicebat Psal. 72. Ad nihilũ redactus sum, & nescivi. nimirũ, quorsum affligerer, quãvis in mearum calamitatum causa, ut jumentũ & ut bellua, crassissima ignorantia tenerer. sed illud tamẽ apud me statui, quacũque id de causa fieret, mihi à te non recedendũ, & ego semper tecum. Huc fortè illud Salomo. Eccles. 7. Calumnia cõturbat sapientiẽ, & perdit robur cordis illius. videtur enim sapiens cõmoveri animo, & ut Septuag. dixerunt, Circumferri, cū se videt immeritò affligi, & calumniã pati. cuius exemplũ in Ieremi. c. 15. & 20 videre licet. Stupent igitur iusti super hoc. quare à nimia rei huiusce perscrutatione deterret Salomon; Iustus perit in iustitia

sua, & impius multo vivit tempore in malitia sua. Cũ rem igitur, omni admiratione, stuporẽque dignissimã proposuisset, subjungit; *Noli esse iustus multum, neque plus sapias, quã necesse est, ne obstupescas. ne fortè crimineris divinam providentiã, & dũ plus scire vis, quàm oportet, præ admiratione rei humanum captum vincens, ad mentis stuporem devenias.

Et innocens contra hypocritam suscitatur. Septuag. de præcancer; Iustus super inimicum cõsurgat. Olymp. ut optet se innocentem majorẽ, superiorem, & viribus potentiorẽ impio fieri, ut iusti imperio coerçant facinorosos, & sanæ doctrinæ subiciant; Sed fortè melius, & coherentiũ, ut sit quasi partis præcedẽtis expositio; Cũ iustus affligitur, iustus ipse afflictus, aut alius iustus vidẽs, suscitabitur, cõturbet, cõmoverit, incitabitur. animi cõmotionem & ardentiorẽ zelũ affert; Contra hypocritam, cõtra impium, qui falsa sælicitatis imagine velit internã animi iustitiã ementiri, & probatam reddere. Cajet. Indignabitur adversus hypocritã, quod ille calamitates tribuat peccatis; alii, contra impiũ florentẽ, atque sælicẽ, quod videat illũ non recipere digna peccatis; se verò suis honestis operibus indignaperpeti. Innocenti enim afflicto dictũ est; Noli amulari in malignatibus, neque zelaveris facietes iniquitatem. Sed fortè ille erit simplicissimus sensus, ut de se loquatur; & suam orationẽ paulò incitatoriẽ excuset; quid mirũ me italo qui, cū res ipsa tã indigna sit, ut iustũ quẽ vis meritò cõturbare possit, atque in ingentem stuporẽ conjicere, nec non illius animũ adversus hypocritas, calumniatores, & oblatratores commovere.

IX. Et tenebit iustus viam suam & mundis manibus addet fortitudinem.

1. Tenere quid ex Hebræo. A fidelibus sustentia requiritur. illustratus Paulus. 2. Iusti in ærumnis constantiores, & conjunctiores Deo. Explicatus Ecclesiasticus, & David. il-

lustratus Habacuc. 3. Iustus fortior ex tribulatione. explicatus Iſaias. 4. Converti quid. 5. Convertendi verbum cũ alio junctum duplicat verbum, cui jungitur

Eccles. 7. 16

No presumeys tãto defan to, y de saber el tratamien to q se le deve al justo

3

LXX Olympiod.

Quid suscita re.

719

Cajeta.

Psal. 36. 1

I Licet iustus afflictus excandescat ad-
versus impium prosperè agentem, nõ
ideo (inquit Iob) illius fælicitati caducæ
invidere debet, aut suas ærumnas ita fa-
stidire, ut illas non accipiat libenter de
manu Dei, aut impietate & religione nut-
tet, ex eò quod severiorem erga se divi-
nam providentiam experiatur; sed ob id
tantum adversus impium insurgit & ex-
candescit, quòd iniquè de rebus iudicet,
& Dei benevolentiam aut indignationè
metiri velit ex temporali fælicitate, aut
misericordia & maximam innocentie afflicte
laudem & gloriam extenuare, aut verò
prorsus tollere, suo pravo iudicio con-
tetur. nam, quòd ad ipsum iustum pertinet,
potius ex ipsis ærumnis, & tribulationi-
bus in pietate & caritate confirmatur. *Tene-
bit* (inquit) *iustus viam suam*. Prop. A pre-
hensam tenebit firmiter, nõ discedet nec
latum quidem unguem, sed hærebit firmi-
or in suo vivendi instituto & consue-
tutine; & pietatem, cui assuevit, arden-
tius colet. Theodotio, *Inhærebit iustus via
sua*. Septuagint. *Teneat autem fidelis viam suã
quo fidelitatis nomine sustinentiam vide-
tur ab homine exigere, ut se suãque om-
nia Deo committat. Nam, ut Paulus ait. In
hoc laboramus, & maledicimur, quia speramus in
Deum illum, qui est salvator omnium hominum
maximè fidelium*. id est, ideo patienti ani-
mo maximos labores, & probra sustine-
mus, quòd Deus, eos qui in laboribus fi-
dem suam non mutant ab eo, tunc in hoc mû-
do, tum verò in alio salvare soleat. Igitur
in ærumnis ardentiori charitate iustus ad-
hæret Deo, non aliter atque cum parvu-
lus verberatur à matre, non fugit, sed po-
tius confugit ad ipsius verberantis com-
plexum, & arctius illius se uberibus appri-
mit. sic monet Ecclesiast. c. 2. *Coniungere
Deo, & sustine*. id est, dum sustines adversa
tene Deum, ne dimitte, sed adhæresce il-
li firmiter; propriè. ex Græco *Conglutinare
illi*, quasi cola, & glutino. adhærebat pro-
fectò arctissimè, qui dicebat, *Quis me sepa-
rabit à caritate Christi? tribulatio? an angu-
stia? an gladius? an nuditas? an persecutio? nul-
la enim ratione de via sua iustus Paulus
dimoveri poterat. Iustus etiam David, re-
ctamque insistens viam, cum dicebat, ut
iumentum factus sum apud te, & ego semper te-
cum, oneratus licet gravissimis ærumnis,
& crebrò virga tunsus, non ideo à recto
tramite discedebam, sed viam meam ala-*

cris tenebam. Verum aliquando, inge-
nuè fatetur tribulationum impetu impul-
sum nutasse in via pietatis; *Mei* (inquit) *pe-
ne moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei*.
quasi dicat penè jam de discedendo à re-
cta via cogitabam, lapsui vicinus, & in te-
nenda pietatis semita languidus, parùm
que firmus. Iustus etiam Habacuc, qui cù
c. 1. quæsiisset à Deo causam suarum atque
totius populi ærumnarum gravissimarum,
statuit, Non ideo sibi discedendum à re-
cto pietatis tramite, sed patienter expe-
ctandum Dei responsum. *Super custodiam*
(inquit) *meam stabo, & figam gradum super ma-
nitionem, & contemplanor, ut videam, quid dicat
mhi*. sic interpretatur in hanc rem Theo-
doretus. Theodotio autem & Aquila le-
gunt, **Figam gradum super circumum*, id est
in motus persistam, quasi linea, & carcere
inclusus, quem transgredi non possim. sed
iis iustis omnibus præluxit sanctissimi Io-
bi exemplum, qui & gravissimè affectus
viam tenuit, afflictosque omnes in sua via
confirmavit.

*Et mundis manibus addet fortitudinè. Qui ju-
stus est non solum non deficit, sed tribu-
lationibus redditur fortior. bona conscien-
tia corroborat hominem, ut adversis re-
sistere possit: at peccati conscientia ener-
vat potius, atque debilitat; persequitur enim
virtus in infirmitate. ut Exod. 1. descriptum
est; *Quanto magis opprimebant eos, tanto ma-
gis multiplicabantur, & crescebant*. atque huc
pertinet illa non semel repetita adhorta-
tio; *Confortamini pusillanimes*. ut non solùm
in ærumnis non deficere, sed contra ar-
dentiores ire adversus adversa afflicti ju-
beantur, Septuagint. *Puris manibus sumat
audaciam*.*

*X. Igitur omnes vos convertimini,
& venite, & non inveniam in vo-
bis ullum sapientem.*

Ex doctrina constituta de iustorum æ-
rumnis, invitat suos amicos ad mutan-
dam sententiam, & ad pœnitentiam suã il-
lorum assertionis, qua se læsum existima-
bat. Porro verbum originale significat cõ-
verti in quam vis partem, aut etiam in cõ-
trariam, propterea aliquando est rei pre-

7.2.

Haba. 2.1

Theodor. Theodotio Aquila *Esperat a Dio: a pie q- do, y sin salir de campas

3 2. Cor. 2. 19

Exod. 1. 12

Isa. 35. 4

LXX

4 Quid Conver-

ti.

ten

Tenere quid.

INN

Theodo. LXX.

1 Tim. 3. 10

Iob. 2. 12

2

Iustus afflic-
tus arctius adha-
ret Deo
Simile.

Eccles. 2. 3

Rom. 8. 35.

Psal. 72. 22

Philipp.
Cajetan.

*Venid y bol-
ved si foyos ho-
bres que pre-
sumis de sa-
ber.
Nicetas

LXX

3

*Dad otra Lu-
elta, bolveos
a llegat
Convertendi
verbum dupli-
cat verbũ cui
iungitur.
Psal. 84. 7.

Iosue. 5. 2

*XI. Dies mei transferunt: cogitatio-
nes meæ dissipatæ sunt, torquentes
cor meum.*

- 1. Nexus cum precedentiibus.
- 2. Transire.
- 3. Morbus vigilia unde proveniat. Cogitationum dissipatarum, multiplex expulsiõ. Dissipare quid.
- 4. Acerbissimus mortis sensus. Cogitatio quid pro-

- 5. Merentibus dicitur sol meridianus occidere. Hy pallage Vertere quid.
- 6. Varia lectio. Particula post, consecutione assertiva. Pulgata lectiois illustratio, & defensio.

I Nil mirum, si nunc Iob urgente dolore sermonem abruptat, & re-

currat ad consuetas lamentationes; nam
acerbissimus aliquis dolor non patitur
assiduam aliquam orationem, seu cogi-
tationem sibi perpetuò constātem: mor-
bi enim vis dissipat cogitationes, atque
sententias. præsertim cum initio ejus dis-
putationis sibi proposuerit probandum,
suas querimonias non esse impatientie
tribuendas, sed acerbitati dolorum; ne-
que cruciatus suos alicui sceleri; sed po-
tius aut Dei benevolentie, aut occulte
illius providentie. quare dum conqui-
ritur, suam justitiam ex utraque parte
tuetur.

Transferunt. constitutum temporis spa-
tium jam emensum sunt, ad præstitutũ fi-
nem pervenerunt. non tam prætergre-
diendi, aut transgrediendi vim hoc lo-
co habet, quam progrediendi, & de-
currendi usque ad certum terminum.
Dies mei, non solum tempus vitæ, sed, ut
Philip. ait, *vita felicitas*. utrumque His-
panus eadem voce significat, *Ta se passa-
ron mis dias*. Septuaginta addunt, *Dies mei
transferunt in strepitu*. Polychronius in-
terpretatur, *in mærore, atque ægritudine ani-
mi*.

Cogitationes meæ dissipatæ sunt. Cajetan. &
Latini alii post Olympiodor. hoc refe-
runt ad vigilias & infomniam, qua labo-
rabat; nam confusæ, & perturbatæ spe-
cies, & imaginationis simulachra som-
num avertunt, & molestissimas vigilias
adducunt; quæ tum fanos infestant, cum
mærore vel aliqua animi ægritudine la-
borant; tum ex febribus, aut morbo ali-
quo acutiori proveniunt, ut medici do-
cent. de quo superius cap. 2. diximus.
Alii hæc dicta intelligunt de multiplici-
bus animi motibus, & perturbationi-
bus; jam enim dolebat, jam timebat;
nunc se erigebat in spè meliorem, nunc
iterum concidebat. nã qui in uno affectu
nunquam consistit animus, non potest
una cogitatione intentus perpetuò sibi
constare. Polychron. ad mentis quandam
commotionem reducit; *Vis* (inquit) *dolo-
ris atque tristitia ad insaniam me pene perdu-
xit*. Philip. quòd non poterat jugi contempla-
tioni rerum divinarum, ut quondam solebat,
intendere, propter vim doloris. sed cum ver-
bum *dissipandi* ex sua proprietate affe-
rat violentiam quandam, qua aliquid
convellitur, eradicatur, abruptitur.

Aliorum inter-
pretatio.

Polychr.
Philip.

Quid Dissipa-
re.

Nexus

2 Transire

Philip.

LXX

Polych.

3

Cajetan. Latin
Olympiod.

Vigilia mor-
bus unde.

Aliorum inter-
pretatio.

Polychr.
Philip.

Quid Dissipa-
re.

4 Acerbissimus mortis sensus

Lxx

August.

Quid Cogitatio ex Hebr.

WT

Anthithesis.

*De mis pefamientos y tragas, he venido a tanta necesidad y falta de consejo.

Chalda.

nes mea. proprie, cordis mei; convulsa sunt, potius dicerem hæc pertinere ad violentiam mortis, vitæ filum abrumptentis, & humani cordis cogitationes impetu quodam convellentis, atque longioris vitæ, quæ altè in fidei cordi, spem et adicantis, & reliqua rerum agendarum consilia, & cogitationes dissipantis, & disperdētis; Quantum verò dolorem & sensum efficiat hæc avulsio, non dentis ex gingiva, maxilla vé, sed spei, cogitationum, consiliorum omnium, & reliquarum omnium voluptatum innatæ cupiditatis ex moribundi hominis corde, cum impetu, & disruptione, significare potest lectio Septuaginta; Rupti sunt articuli cordis mei. Augustin. Convulsa sunt compages cordis mei. cum enim intimæ hujusmodi cogitationes, & affectiones sunt velut cordis articuli, & compages, & velut partes & membra ipsius cordis; cum cogitationes istæ convellantur, & dissipantur cum ingenti violentia, oportet cor ipsum discerpi, & dilaniari, cum summo sensu atque dolore: & in eam cordis cruciatum respexisse videtur Vulgatus, cum dixit, Torquentes cor meum. nam proprie est; Possessionis cordis mei. dicuntur enim cogitationes, possideri à corde; quid enim magis proprium, peculiare vé cordi, aut quid magis insitum, & innatum, quàm suæ ipsius cogitationes? sed quia verbum possidendi ex illis, est quæ duo contraria significare solent, ideo verbum hoc aliquando significat, extrudi, expellique hæreditate, & possessione; quare in ipso nomine latebit anthithesis quædam significationum, Cogitationes cordis mei, possessiones, & hæreditas; imò convulsionem, expulsionemque: Alii possessionem sumunt activè, ed quodd cogitatio cor possideat & occupet. Has igitur cogitationes, atque consilia cum mors & dolor disjiciant, & dissipent, vacuum videtur & consilii expers remanere cor. Chaldaeus autem, hoc loco vertens, Tabulas cordis, videtur dicere, deletum esse quicquid in corde scriptum fuerat. sunt enim cogitationes, velut characteres, & scriptura inculpta cordi. neque dissonat nomen possessionis, nam eadem radix, non solum possidere, sed etiam aliquando delere significat, eritque etiam non inelegans anthithesis; Scriptura cordis, nunc litura est.

XII. Noctem verterunt in diem, & rursus post tenebras spero lucem.

Olympiodor. & Polychro. morbum vigiliarum intelligunt, aut id, quod sæpe diximus, mærentibus videri lucem obscuriorem, quam nec jam jucundè aspiciunt, nec clarè contueri possunt; iis enim dicitur sol occumbere in meridie, quod ipsis oculis caligantibus tenebrescere videatur meridianus sol, non enim possunt caligantibus oculis lucernam Dei aspicere, antequam extingatur; tum etiam quod ægrotantibus, quos morbus cogit vigiliæ agere, usu venit, ut diem exoptent, lucè & ipse Iob avidus expectabat; sed non minùs acerbè appetente die dolebat, quàm in nocturno silentio. sed sensus sublimior, & acrior querimonia erit, si noctem calamitatum, & pristinæ felicitatis diem intelligamus. Suppositum verò verbi verterunt, sunt cogitationes illæ dissipatæ, & rupti cordis articuli, intimique dolores, Verterunt noctem in diem, per hypall. diem, in noctem, vel potius, verterunt noctem & tenebras in diem meæ prosperitatis; offuderunt tenebras splendore meæ fortunæ, indie agens, nil nisi tenebras video. Tum etiam, lucis mihi usuram adiungunt morbi, & dolores.

Et rursus post tenebras spero lucem. paulò aliter in Hebr. juxta quod legunt Sept. Lu me propè à facie tenebrarum. Quod Cajet. accipiendū existimat de pavidis cogitationibus, quæ illum cogebat in tenebris, & nocte uti lucerna sibi proxima, ne per vigil in tenebris, & nihil videns, territaretur horrore nocturno; est enim nox timida. Mirum, ut interdum Cajetan. per miserit se ab Hebræo illo, cujus opera in his cõmentariis utebatur, ad sensus humiliores demitti, quàm rei & materiæ dignitas postulet. multò cõsultius & elegantius Olymp. Etiam lux ipsa præ animi angore atque molestia, haud procul mihi à tenebris videbatur. Sed is videtur esse nostri interpretis sensus; Nulla jam mihi lux deinceps affulgebit; quæcumque lux oriatur; serò tandè illucescet, nã totū me occuparunt tenebræ; quidquid sperare possè splendoris

5 Olymp. Polychr.

Quibus occidat sol in meridie.

Amos. 8. 9.

I. Reg. 3. 3.

Sensus sublimior.

Hypallage

Venter quid

WT

Pagnin Regia Cajeta.

Olympiod.

atque

Particula post

Illustratus Vulgatus Eugub.

atque lætitiæ, moribundo homini, & jam jam in tenebris & caligine mortis versanti, minimè proderit; quæcumque enim consequuta post has teterrimas & crassissimas tenebras lux, gaudiū, lætitiæ, non poterit me illuminare. Hæc sanè videtur esse germana hujus loci sententia; nam licet Latinæ orationi non videatur omnino leniter quadrare, tamen non aliam profectò postulat Hebraismus ille, à facie tenebrarum, nam affert præsentiam miseriarum, & mortis, quæ vincit omnem vitæ spem. & idem omnino est à facie, vel, ante tenebras. quod noster dixit, post tenebras; nam particula illa post, consequutio nem, & conjunctionem unius cum alio afferre videtur, quod idem est, quod esse ante faciem alterius. vel quidem dicet, se erigi in spem, fore ut post hujus vitæ, & ærumnarum tenebras, alterius beatæ dielux illi affulgeat; nam mortis tenebræ, & nox lucem illam præcedere debent. At si interroganter legas, lenissimus sensus, & tum Hebræis, & Græcis, tum etiam rei præsentis valde congruus efficietur; nam jubebant illum amici, bene sperare de felicitate temporali iterum recuperanda; nunc ostendit vanam esse spem; Lux propè tenebras, & vitæ morti proxima: sperare ne debeam feliciorem conditionem, & post tantas tenebras, iterum vitæ lumen recuperandum? hunc autem sensum in Hebræo esse, & in Latina lectione desiderari, Eugub. affirmat. sed non desiderabit, qui paulò accuratius expendit.

XIII. Si sustinero, infernus domus mea est: & in tenebris stravi lectulum meum.

- 1. Philippi expositio non probatur. Mortis, & sepulchri cum propria domo comparatio.
2. Altorum lectio. Nihil mortali proprium præter sepulchrum. illustratus Paulus.
3. Mortis nomina pia, & honorifica.
4. Putredinis filii esse quid sit, varia expositio. Verum quodque, de quibus nunc agit.
5. Dicere, pro appellare. Putredo quid proprie.
6. Sororis appellatio amoris est, & xore etiam significat. Exororum ministeria. Explicatus Samuel, & Sapientia.

Philippus sic interpretatur, quod suos cruciatus dicat esse similes cruciatibus inferni; & quasi jam sit in domo tartarea, lectum in illarum pœnarum tenebris, in quibus jacere perpetuò debeat, constitutum habeat. non aliter videtur Gregorius Nyssen. explicare id Psalmi. 6. Domine ne in furore tuo arguas me. Ab iis (inquit) qui acerba castigatione acerbis illius supplicii condemnati sunt, furoris esse opus, & ira iudicium illud existimatur, atque idcirco quasi jam in doloribus atque cruciatibus constitutus, dolentium voces imitatur. Sed non cohæret sensus hic cum reliqua Iobi oratione. Sententia igitur plana est, & lenis; Quid aliud moribundus homo sperare possit, quàm sepulchrum, & domicilium commune, cum aliis defunctis in inferorum subterranea illa statione? Vbi nam gentium quietam mihi sedem fore pollicebor, quàm meæ domi? Quæ foris geruntur, ad vitæ actiones, labores, sollicitudines pertinent; & frequenter aliena sunt: at quæ nostræ domi fiunt, ea propius nos tangunt; propria namque sunt. foris itaque agitatur, & vagamur, domi quiescimus. non aliter in sepulchro; quod est mortalium omnium domicilium, quod nos ex longo itinere, & molestissima peregrinatione defatigatos recipit, & opportuno ad quiescendum lecto excipit, nimirum strato in tenebris, clausis foribus ac fenestris, ut tenebræ ipsæ pacatissimum somnum conciliaturæ videantur. Eleganter sanè à sepulchri squallore, & tenebris, ad tenebras quieti & somno dicatas transitum facit, cum venusta quadam rerum collusione, nisi fortè tenebras sepulchri, & squalidi, sordidique lectuli sordes, in quo jacet defunctus, opponat regali sui cubiculi, & lectuli splendori, & magnificentiæ. erant videlicet quondam lecti regum aurei, & argentei, & opulentiorum hominum eburnei, aut preciosæ alterius materiæ. Vt ex illo Amos. 6. clarè cõstat; Qui dormitis in lectis eburneis, & lascivitis in stratis vestris. Lascivire, superfluentem luxuriam in materia & arte lectorum indicat. At priorem partem sic legit R. David; Si edificavero, infernus domus mea. nam cum verbo expectandi, Kava, affinitatè habet, Kav, quod est perpendiculū, aut funiculus vel regula structoria. sensus igitur erit; Non me tangit rei alterius cura, quàm meæ

I Philip.

Nyssen sup. ps 6. 2.

Plana, & germana expositio.

Mortis & sepulchri cum proprio domicilio comparatio

Amos. 6. 4. R. David

WT

WT

domus ædificandæ, & parandi mihi sepulchri. sensus idem ferè cum præcedenti, atque ad rem nostram valde utilis. Non enim alicujus ædificii jus proprium com parandum esset mortalibus, quàm jus sepulchri, quâvis in aliena, & locata domo viveret. Quid enim advena, & peregrinus Abraham aliud quærat in terra hac, quàm speluncam, in qua sepeliat mortuum suum? Fide (ut ait Paul.) demoratus est (Syriacè, advena fuit) in terra promissionis tanquam in aliena, in casulis (in tabernaculis, sub pellibus, nō in extructa domo) habitando. ergo si aliquid ædificavit, sepulchrum fuit.

Hebr. 11. 9.

XIII. Putredini dixi, pater meus es: mater mea & soror mea vermibus.

3 Mortis appellationes honorificæ

VT ostendat mortem sibi in votis esse, cunctis illam amicitia, & necessitudinis nominibus compellat; illis præsertim, quæ pietatis cultum, & reverentia afferunt, qualia sunt parentum, & quos carissimos nobis natura dedit; ut significet se non solum amare mortem, verum etiam venerari, & colere, & velut rem sacram exorare, & advocare in suam patrocinium. Nihil verò dulcius peregrinanti homini, quàm post liminio reversum parentum complexu & sinu excipi. sed de hoc statim. Cum verò prius domum suâ dixerit esse sepulchrum, nunc autem patris, matrisque meminerit, certe videtur se filium familiâs dicere, nondum paterna domo emancipatum, sed addictum patrum imperio; non licere iraque sibi diu extra domum vagari, sed commoratum parumper in vita, oportere propediè domum reverti, atque mortis imperio subiacere. Sed universam domum suâ, id est, sepulchri familiam eleganter describit.

4 Putredinis filius, quid.

Putredini. Nisi sororis & matris meminisset, dicerem hac loquendi formula, quæ se putredinis filium nominat, nihil aliud significari, quàm quod dici solet, se esse filium mortis, id est certissimæ morti addictum. sed cū non solum patrem, sed matrem atque sororem nominet, blâdum aliquid significare videtur. quod etiam Origenes indicavit, sic explicans; Vt pueri consolatores quos vermes parentes habent, sic ego mortem, & putredinē de quibus verò putredine ac vermibus loqua

Origenes Quos vermes parentes habent, sic ego mortem, & putredinē intelligat.

tur, non constat, an de illis, qui ex cadavere creabuntur; an verò de iis, quibus scætet vivens adhuc? certe Glossa ad nostræ generationis initium respexisse videtur. Aut ad vitiatam naturam, & mortis ac corruptioni obnoxiam. ex putri enim materia, & obscæno spermate sumpsimus initium; atque ex mortali & corruptibili parente: illud igitur generationis nostræ instrumentum commodè videtur significari posse patris nomine, atque matris etiâ cum sit vermium materia. Sed durior, longiusque petita videtur hæc interpretatio. Lenius, & propinquius, quod Olympiod. matrem interpretatur, corporis tabem atque putredinem, qua manabat totus, & quæ, veluti parens, illum reddebat sepulchro aptum, sicut pater filium in lucem generat; Putredo (inquit) quam in me ipso cerno, non vitæ, sed mortis certissima initium est. hæc cū mihi pro vita sit, patrem appello putredinem, corruptionem, tabem, matrem verò vermes. sicut verò partus non editi in sordibus sunt, & fecibus uteri, sic sanè sordidum & fæculentum continent me isti vermes, quibus plenus sum, & enituntur ingenti vi, atque doloribus, quos in me efficiunt, ut me dedant sepulchro, & edant in meliorem vitam. eundem sensum ferè sequutus Philippus, rationem aliam similitudinis excogitavit; Tam longo (inquit) tempore computresco, ut ipsam putredinem, & saniosos vermes, parentes appellem: & quemadmodum existere sine parentibus, nemo potest, ita neque ego, sine putredine & vermibus, qui ita in me sunt, quasi ex eis ipse subsisterem. Alii, quos Lyranus, & frequenter Latini, ideo putredinem & vermes futuri cadaveris patrem aut matrem appellari existimant, quòd sicut pueri cum parentibus, ita cadaver cum vermibus propinquitatem habeant. sed in hac consideratione, potiùs putredinem & vermes, filios, qui ex cadavere generentur, quàm parentes nominare debuissent.

Glossa

Olymp.

Philipp.

Nicolans

Universa sepulchri familia.

sim

Dicere, quid proprie

sim, non est tamen cur me putredo & vermes, quasi ignotum hominem, & nihil cum mortuis habentem, non agnoscant, neque recipere velint, nam putredini dico, proprie, appello patrem; & vermes blandè compello, matrem: agnoscent illi proculdubio me tanquam filium mortis, potiùs quam vitæ, omnino deformatum, & vix tenuissima vitæ vestigia habentem. certè pueros dolentes, & flentes consolantur parètes; utinam ergo parentū vice mors ac vermes me complectantur, abstergant lachrymas, & somnū conciliaturi, hæc mihi cantillena occinant; Non erit luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quæ prima abierit. Neque verò solum illos appello parètes, sed etiâ, cū clamore advoco. id enim etiâ significat aliquando verbum, Kara. quasi dicat, paternam opē inclamans, invoco, & putredinem ac vermes, mortēque ipsam adesse mihi intatis cruciatibus opto. Tū etiam idem verbū, occurrere alicui significat, nam occurrentem solemus vel salutatione, vel interrogatione aliqua proprio nomine cōpellare. sic igitur ait Iob; jam jam advenratem video sepulchri putredinē, ac vermes; propero in illorū occursum, atque illos piè & blandè saluto; propè jam accedentes, blandè compello patrem, & matrem. Putredo autem. perditionem etiâ, interitum, sepulchrum aut fovæam, & quidquid ad mortem pertinet; ut corruptionem, debilitatē, maciēm, significat. atque si premere velis etiâ vocem originalē, hujusmodi etiâ interitū importat, qui quasi per dolos & fraudē fit; quare sumitur pro deceptione, Daniel. 2. 9. & pro laqueo, vel pedica Jeremi. 5. 26. & pro Fovea, quæ peccatori per insidias, & inopinatō paratur. Ps. 9. 13. Possit igitur hæc esse hujus loci sententia; Foveam, id est, quemcunq; interitū, etiam per insidias, & inopinatō mihi paratum, lætus excipere, & parentū vice haberem. Neque omnino ab hoc loco aliena est illa allegoria, quæ de terræ utero; quo concipimur. edēdi & regenerandi in alteram vitam, superius indicavimus; ut ex hac etiam ratione solatium sibi comparare velit; Quantum vis (inquit) moriar, sed patrem & matrem nanciscar, qui me iterum elaborabunt, ut redi vivus edar in meliorem vitam.

Apo. 2. 1. 4.

87P

Putredo quid.

87P

Vide.

6

Sororis appellatione amoris est

esse, & benevolētius adesse, & assistere fratri ægrotanti, ut ex illo. 2. Reg. 13. colligi potest; Veniat, oro, Thamar, soror mea, & faciat pulmentum, ut comedā de manu ejus. Ergo Iob & dolēs, sororē advocat, vermes nimirū, nō ut comedat, sed ut ab illis comedatur, & arrodatur. Fortè tamen sororis nomē, hoc loco significat uxorem amantissimā; nā in Canticis, Sponsa sororis nomen habet, quod proculdubio amantium est; similitérque sapientiæ. 7. quasi uxoria quædam compellatio, & dilectio est; Dic sapientiæ, soror mea es; & prudentiam voca amicam tuam, ut custodiat te, a muliere extranea. quod quidem idem est, cum illo Sapientiæ. 8. Hinc amavi, & exquisivi eam a juventute mea, & qua sivi sponsam mihi eam assumere; sic etiam Phædra Vāsano amore correpta, Hyppol. ait; Me vel sororem Hippolyte, vel famulam voca. Vtrumque enim nōmen uxorum erat; famulæ enim, vel ancillæ dicebantur, qui secundariæ uxores erant, ut in uxoribus Iacob, & Abraham clarè constat. sic etiam videas Assuerū Esther. 15. his verbis blâdientē deficienti uxori; Quid habes Esther? Ego sum frater tuus, noli metuere. Fratris autē & sororis appellationem, nunquā pro verò marito, aut casta uxore, sed pro concubino, & impuro scorto sumi. apud prophetas scriptores Iustus Lipsius contendit ostendere lib. 3. variarum lectionum. c. 1. Ego non assentiar eam appellationē, si impura esset, tam crebrò usurpatam in sacris. Prima post Adamum conjugia inter fratres extiterūt; inter patriarchas postea cognatos, qui fratres etiam vocabantur. hinc fortè puræ nuptiæ sororiæ dici poterunt. Igitur rectè in hunc locum cōveniet, ut parentes, tum etiam uxor, intelligantur; nam hi solent virum redētem lætissimè excipere; uxori præsertim, quæ lectum parari jubet mollissimum; qualem hospiti & peregrino, ipsi nimirum Vlyssi, sterna præcipiebat Penelope; Hæc jusit famulas, molles substernere lectos. Deinde verò adventuris procis universa domus parari jubetur.

2. Reg. 13. 51

Sororis nomē

Prov. 7. 4.

Sap. 8. 2.

Senec. in Hyp. pol. act. 2.

Iustus Lipsius

Uxorum ministeria.

Homerus Odyss. 20.

Vos agite, O Nympha, celeres properate lætissimis
Hinc ornare domus, satere & purgare palati
Excelsos thalamos, aliâq; aspergite limphas
Atque tronis nitidas properate inferre tapes
Purpureas.

Etiam vero uxores ministra alia obibat & maritos lavabant apud Thraces. ut ait in Politicis Herculides; atq; de eadem re Donatus intelligendum vult illum Ennii versiculum;

Ex in Tarquinium bona femina lavit, & unxit. At que eò videtur respexisse Abigail 1. Reg. 25. cum ait ad David; Ecce famula tua sit in ancillam, ut lavet pedes servorum Domini mei: quasi diceret, indignam se esse, non solum, quæ regi, sed quæ aulico alicui viro, & nobili nubat. Tum etiã uxor parat cibos, sicut velle maritum novit, Genes. 27. Ergo à forore, id est, ab uxore, cum summa indulgentia & amoris significatione paratis omnibus quæ ad requiem, spectare possunt, Iob excipi se postulat, videlicet à morte & sepulchri vermibus.

U. Ubi est ergo nunc prestolatio mea, & patientiam meam quis considerat?

- 1. Afflictio hominis solatiu Patientia quid. Iustorum spes concepta erigit hominem afflictum. Iustorum spes in morte, è contra impiorum in vita. 2. Descendere quid proprie. Repetitio ejsdem rei ad amplificationem. 3. Varia lectio. Illustratur Vulgatus. Quæ dicantur inferni radices-expliatatus Moyses. 4. Mortis votum. Philippi expositio non probata.

I Q uorsum igitur, O amice Eliphaz, aut ubi nam moribundum hominem collocare jubes suas spes? an in hac ipsa vita, & corporis incolumitate, quæ nulla mihi jam reliqua est? quod si quidquã boni ego sperare aude, quis obsecro erit qui aut sibi, aut mihi polliceri audeat fore, ut boni alicujus expectatione minime frustrer? Patientiam meam. Philip, quã patienter sustineret adversa: & videtur sanè hominis patientis solatium non leve esse, cum suam patientis animi sustentiam inspicit ab aliis, & considerati videt. sed melius patientia pro spe, idem quod antea dixit, Prestolatio. Quis considerat, proprie, quis videbit eam? id est, quis videbit impletam? id est sensus Septuag. Aut bona mea videbo? quasi dicat, Nemo erit, qui non iudicet, nullam mihi spem relinquere melioris conditionis. David verò è contrario, erigebatur in spē suæ salutis, ex eò, quòd alii spem de ipso concepissent. Psal. 141. Me expectant iusti, donec retribuas mihi, ne fallacè reddas, aut

inanem aliorum iustorum de mea salute spem conceptam, non enim frustra illi, neque leviter sperat. sic Iob; Frustra ego levitè sperem, cum de mea restitutione, nemo spem ullam conceperit. Fortè etiam tacitè monet amicos, ut animadvertant, diligentius ubi nam spem suam collocare debeant, videlicet, non tam in vita, quàm in morte; eò enim differunt iusti ab impiis, quòd isti spes suas in vitæ bonis ponunt, usque ad mortem; in illa enim die, peribunt omnes cogitationes eorum. at iusti in morte bene sperare incipiunt de meliori vita, & amplioribus bonis Beati enim mortui, qui in Domino moriuntur, à modo jam dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis.

U. In profundissimum infernum descendem omnia mea. Putas ne saltem ibi erit requies mihi?

Per irrisionem hæc dici existimavit Cajetan. cū enim dixisset nullã sibi reliquã esse hujus vitæ spem nunc subjungit, Nisi fortè aliquis suspicetur, me posse in sepulchrũ hujus vitæ bona deportare, atq; ibi fælitate & temporali fructurum. à quo sensu non lógè abludivit Olympio. sic scribès; Nec verò putetis illud mihi esse in optatis, ut his rebus desperatis, quæ apud nos sunt, in inferorum regione fortunis locupleter. Vtrum contingat id aliquando, ut divitias in infernũ suas quis deportet: aut gloriam partam in vita, illuc adducat? quæ sensum præferret lectio Septuag. Aut bona mea videbo? aut mecum ad inferos descendet, aut pariter super pulverẽ descendemus? sed profectò hoc nõ placuit Vulgato, & merito; nã nũc tam serio res agitur, ut nullus videatur relictus irrisioni locus Dolens igitur gravissimè ait, Actũ de meis rebus est, hiscens terra gestit me, meaque omnia deglutire; pessum eũt omnia, ruũt in altissimum baratrũ, unde regressio ad vitã, aut ad meliorẽ statum, sperari nulla ratione possit. Et crescit sententiæ vis extriplici vocabulo, profundissimi, & inferni, atque descendendi; hoc enim verbũ ex propria ratione infimũ statum, & deteriorẽ conditionem extremæ humilitatis & abjectionis significat: tum etiam infernus, ea omnia claudit: rursus profundissimum, teritiò illa omnia videtur repetere.

Spes impiorũ in vita, iustorum in morte

Psal. 145. 4

Apoc. 14. 13

2 Cajetan.

Olymp.

LXX

Repetitio ejsdem rei ad amplificationem

777

Descendere quid proprie.

Sed

3 Hebraizantium

Tex. Hebr. Rabbini.

Pagnin. 777

Que dicatur radices aut vices inferni.

Deut. 3220

Psa. 114. 3. LXX Hieronym. Psa. 8. 7. 7.

Isa. 14. 17. 19

Sed intendunt Hebraizantes gravissimam litem Latino interpreti, quòd lógè discesserit ab originali, in quo ad verbũ legitur; Fulcra inferni descendent, vel, ad fulcra usque inferni descendent, quòd nonnulli Rabbini, quos affert Pagninus, ad ipsum Iobum referunt, quòd ipsius Iobi fulcra, id est, membra, brachia, vires, robur, radices, & cogitationes etiam ipsæ, atq; spes jam conciderant: sed quidem vox Originalis, bad, vices significat, & ea præterea omnia, quæ velut vices aliquid sustentant, cujusmodi sunt rami arboris, & brachia corporis humani, & quæ brachiorũ formam habent, ut radices arborũ. Ego quòd in Hebræo est brachia inferni, aut fulcra inferni, significat intimos inferni recessus, abditissima penetralia, & profundissimas cavitates, sinus, & veluti radices; per quas significatur extrema, & immediabilis mortis, & interitus cõditio. quòd aliis verbis dici solet, Inferni novissima, ut Deut. 32. id est, profundissima terræ partes. postquam enim dixit, Ardebit usque ad inferni novissima, per expositionem additur, & montium fundamenta comburet. & Psal. 114. dicuntur, Angustia inferni. id est, angustissimi, & arctissimi sinus. sic enim quòd Septuag. dicunt, Dolores mortis, proprie, legas, Angustia inferni. Hieronym. Munitiones inferni. idem dicitur Psal. 87. Lacus inferior. Isai. 14. Profundum lacu. & iterum, Fundamenta lacu. quamquam voces Originales aliæ

sunt, sed res & significatio eadem. ut autem orationem, quæ imperfecta videbatur, perficeret interpret, pro supposito illius orationis addit, omnia mea. nam quem alium sensum habere possit, quòd Tyg. dixit, Vices inferni subsiderent, aut quòd Regia, Fulcra inferni descendent, nemo facile consequi poterit. Quæ verò de inferno superius diximus, consulenda sunt. Putas ne saltem ibi erit requies mihi? in Hebræo simpliciter; Si in pulvere quies? et cum parte superiori Vatablus, & alii sic conjungunt; Cum coquievero in sepulchro, meas mecum deferam opes, meaque omnia bona simul descendent. Septuag. Pariter super pulverem descendemus. id est, simul necum peribit fælicitatis temporalis cõsequendæ spes; mors omnia auferet. Sed Latinus ad ardentissimum mortis desiderium retulit; Hæc ne inquam diu exoptata, & expectata quies adveniet unquã? Quòd autem Philippus indicat de inferno damnatorum loqui, & animam suam vocare omnia bona sua, quia (inquit) in anima omnis status hominis cõtinetur, & hoc loqui, gravatum miseris potius, quàm devictum confidentia, Num qui in hac vita penas inferorum sustineat, in locis ipsis pœnarum requiem aliquam habiturus sit? non videtur (inquam) neque ad Iobi mentem, neque ad litteræ sensum, & exigentiam dictum.

4

Tygur. Regia

Vat a bl.

LXX

Mortis votũ

Philippo.





NOTATIO RERVM INSIGNIORVM QVAE in commentariis fufius expli catur.

PARAPHRASIS CAPITIS PRAECEDENTIS.

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.



Vis jam non videat me in mortem incitatissimo cursu contendere, cum me videat ita exili tenuique inspirare spiritu; foreque ut brevi deficiam? Praterquam enim, quod commotiori, & perturbatori animo sim fractis & attritis viribus, & spiritibus illis, qui animae & vitae instrumentum sunt,

anguentibus jam, ac propè extinctis, certè vix respirare sine ingenti totius corporis nisu, pectorisque & pulmonum dolore valeo. Accidet quòd velut suspiriosus asthmaticus, difficilem illum, tenuem, & anhelosum respirationis sibilum vix traho. neque mirum, brevissimū concedi homini vitae spatium, qui tam brevi, & angusto spiritu vivere cogatur. Succidor itaque ex trunco vitae miser ego. Nihil igitur mihi reliquum est, quam ut de mea morte & sepultura ratione cogitem. Jam enim morior; jam me exspectat sepulchrum, exspecto etiam illud; & quidem nulla mea culpa, sed magno tamè cruciatu, tanti boni possessio differtur. quin etiam expectatione ipsa deludor.

Sed si ad vitam me converto, dolere etiam cogar, quòd innocēs, heu moriar; & amarissimas mihi lachrymas ex cutit, non ullo scelere pūcta conscientia, sed falsi criminis objectio, & immeriti supplicii acerbitas. Neque me quidem tanta contentione tuerer, nisi tam indignè ab avversariis accusarer; qui dum me ad criminis confessionem adducere conantur, illudere mihi volūt planèque persuadere, me improbè vixisse, fierique non posse, ut innocens aliquando puniatur. Sed illutores illi sunt, planèque mēdaces, & calumniatores; neque enim ego instar diuitem aliorum, plenam illusionibus,

mendaci

1 Spiritus meus attenuabitur,

Dies mei breuiabuntur,

& solum mihi superest sepulchrum.

2 Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus.

a. De varia ex Hebraeo lectione, ex qua indicatur, quae nam sit propria quaedam deceptio & illusio diuitem, qua sibi ipsis blandiuntur, ad mores, & scripturarum intelligentiam annotatur. v. 2. n. 1. 2. 3. 4.

mendacibusque persuasionibus atque promissis vitam egi; promittunt enim sibi fortunae stabilitatem, & rerum caducarum constantiam & firmitatem, quibus mundus iste, & vanissima rerum externarum facies imponit; at nunquam istae illusiones me dementarunt. Cum igitur veritatem atque pietatem nunquam non coluerim, peccatorum tamen cum ingenti supplicio reus agor. proptereaque his amarioribus amicorum meorum sermonibus irritatus, & stimulatus animo, dies ac noctes in somnos duco, pervigilque pernocto usque ad lucem, atque in mearum contumeliarum cogitatione, & sensu defixis quasi luminibus haereo. manant interim illa amarissimis lachrymis; nam cogor in faciem jactatas contumelias, & probra accipere, & assiduum atque perpetuum esse meorum malorum spectatorem. quamvis ego pro mea pietatis cura, dolens licet, precandi studium nunquam intermittam, sed lachrymis manantes oculos in Deum optimū intendam, hocque remedio & munimento adversus hostium calumnias me confirmem.

Sed, o Deus optime, liberum me reddito ab iis molestissimis adversariorum impugnationibus, acerbissimisque cruciatibus, atque hujus incolumitatis, quam precor, pignus, atque vadem mihi constitue. Neque vero aliud vadimonium postulo, quam ut tecum sim, tuoque judicio aequissimo listar; te enim habeo meae vitae fidei iussorem, atque innocentiae defensorem. tuae itaque benevolentiae, non obscuram mihi significationem praebes, si te adesse mihi cognoscam. Interim mihi nunc hoc fidei tuae vadimonio obstricto ex hoc calamitatum carcere exire, & respirare tatisper liceat, atque prope te confidere; Nulli enim tuta, nisi apud te fides. In tua igitur fidem me recipe. Tunc nullum adversariorum impetum pertimescam, si ex aequo & jure coram te iudice de mea innocetia, & universa controversia disceptemus. Sed quis erit, qui mihi praestita fide, dataque dextera, polliceri audeat, fore ut potentissimus Deus in suum me patrocinium recipiat? sed quid ego? jam jam divini numinis bonitate, atque meae conscientiae testimonio erectus audeo sanè & provocare adversarios, & intrepidè manus cum hostibus conferere. nam quid timeat, pro quo Deus pugnat, & cujus scutellum clypeatum, & lateronem ille agit, à dextris consistens, & clypeo protegens, omnemque adversariorum vim, ictusque repellens.

Fiet igitur, ut divina aequitate mihi patrocinante, eos qui mecum disceptant facile vincere, & revincere possim: longè enim à vera sapientia, synceròque rerum divinarum iudicio illi absunt, qui quòd ærumnosus sim, me lacerant, & insectantur, iis enim tuae (o Deus) sapientiae arcana minimè patefecisti, quae mihi parvulo & abjectissimo, pro tua bonitate revelasti. Nam inter tuae providentiae primas, supremasque rationes ponendum est, quòd innocentem flagellis, & ærumnis afficias, at hujus saeculi sapientes tum scelera ex ærumnis, tum sanctitatem ex bonorum affluentia metiuntur. et cum

b. De Vade, & Fidei iussore, tum etiam de Hyperaspista, & Protectoris officio, & de protectione & assistentia à dextris, plura accuratè observantur. v. 3. n. 2. 3. 4. 5. 6.

3 Libera me:

& pone me iuxta te:

& cuiusvis manus pugnet contra me.

4 Cor eorum longè fecisti à disciplina:

c. De significatione partis, partiendi, disperiendi in sacro sermone, & ut hac ad sermonis suavitatem, & celeritatem referri de beat, peculiaris quadam ad scripturarum intelligē tiam. v. s. n. 2. 3.

d. De Exempla. & Proverbi significatione, accurate dicitur. v. s. n. 3. 4. 5. 6.

obtusissimi sunt, & mentis oculos quasi velamine quo dam ignorantia crassissimo opertos habeant, occultas hominum mentes, exploratas atque apertas sibi esse gloriantur. Ideo qui tam aperte desipiant, si mecum re. & ratione disceptare velint, non magnam laudem ex disputatione referent, imo potius pudorem & ignominiam, cum inferiores evasuri sint. Quamvis illi composita, & ad persuadendum bene comparata ratione utantur, & alter alteri orationis & disputationis parte, & vice tradat, atque interdum blanda, & ad decipiendum apposita verba mihi dare conentur, & in illa cogitatione haereant, quomodo Deo videantur patrocinari. quasi ille mortalium adulationibus capi, aut delectari posset. Sed ut rem meam agam, & ad meam innocentiam defensionem redeam, rapinam illi mihi objiciunt; neque solitum meis liberis, famulis, atque affectatoribus praedae, quam vi auferremus ab imbecillioribus, partem polliceri, atque illos omnes bonorum spe, blandem & amicum ad rapiendum, & depraedandum cohortari. Scilicet ego raptor: alii profecto, non ego, praedae invigilant, & bona temporalia, quae frequenter cum rapina, & iniquitate conjuncta sunt, consectantur, & laetant suos affectas, atque spe lucri ad iniquitatem alliciunt, quod multo magis impune, quod plures fuerint, grassari illis liceat. At cum impius princeps, duxque praedonum supplicio insigni fuerit a Deo affectus, ceteros, minoris certe notae homines illius nequitiae imitatores, suo exemplo ad respiciendum erudiet. tum enim impius, tum illius liberi & familiares omnes, atque universa illorum posteritas redigetur ad extremam inopiam, & qui ad praedandum oculatissimi erant, jam tunc petent, cogentque stipem, & ope implorabunt, defixis oculis in alios, sed frustra tamen; nam nemo illis aderit nulliusque oculos, misericordiam vel allicient. Sed heu, me miserum, qui nunc hujusmodi, habear, quasi propter meam impietatem divino supplicio affectus sim, sic sum omnibus ladibrio propositus, pro scopo, quem maledictis & probris configant, & cum quo miserimos quosque, & extremo supplicio affectos improbos componant: nullusque hominum conventus sit, in quo Iobi supplicia cum detestatione & maledictis non usurpentur. Sed in spem adducor fore ut hoc proverbium vertat Deus in bonum, & Iobi patientia atque incolumitas proverbio locum, ad omnem posteritatis memoriam, datura sit. Interim nunc mei accusatores me vivum inferno adjudicare pergant, & me stuant pro exemplo horridi supplicii, quod reliquis mortalibus terrori, & admirationi sit; interdum etiam me habeant irrisioni, & contemptui, ut de mea calamitate laetandi atque gaudendi materiam praebeam omnibus, qui ad meorum suspiriorum & gemituum sonitum, tanquam ad lyram & timpanum cantent, & tripudiant. quo quid acerbius dolenti, & aegro animo?

Sic sane maerore & aegritudine contabesco, & intimis visceribus discrucior, neque non oculis ipsis propter cordis tenebras, vimque ingentem lachrymarum

Propterea non exaltabuntur.

Pradam pollicetur sociis

Oculi filiorum eius deficient.

Posue me quasi in proverbium Vulgi:

Exemplum sum coram eis

Caligavit ab indignatione oculus meus.

pene

Et membra mea, quasi in nihilum, redacta sunt.

8 Stupebunt iusti super hoc.

Et innocens contra hypocritam suscitabitur.

9 Et tenebit iustus viam suam:

Et mundis manibus addet fortitudinem.

10 Igitur omnes vos convertimini, & venite:

pene jam extincto lumine, deficio. Membra vero ipsa, atque corporis partes deformatas habeo, ut immutata jam figura, & totius corporis habitus evanuisse totus videar; & non tam Iobum, quam umbratilem Iobi quendam imaginem dicat, qui me viderit.

Verum enim vero tantam cladem universis mortalibus, & iustis praesertim, incredibilem stuporem afferre oportet, qui non temere, neque inhumaniter de meis rebus, meaque vita statuere velint, sed ut homines decet, blandem, atque humaniter, hi nimirum referent meas res in admirandam, & nunquam satis ab homine comprehensam Dei providentiam, qui sic cum iustis agat, ut praemii amplissimi loco, cruciatus, & calamitates illis tribuat. sed impii, & iniqui rerum aestimatores, admirationem omnem abjiciunt, & sapere se putant, dum externas aemulas in certa aliqua & occulta scelera rejiciunt. Ex quo profecto necesse est iustos afflictos, aut iustitiae afflictam minimem contemptores, neque calumniatores, commoveri vehementius adversus hypocritas, hoc enim nomine illos appello, qui falsa felicitatis specie, & externo splendore internam animi sanctitatem, & morum cadorem ementiri, probareque conantur, res profecto indigna, quam aequis oculis, aut pacato animo nemo videat. Hinc nimirum meae querelae, & lamentationes concitiores. Sed jam, o Deus equissime, erigantur sancti, qui nunc in humili jacent, & suo imperio coercent improbos, atque sanae doctrinae subjiciant.

Interim tamen nemo verae pietatis cultor impiorum, felicitati & vivendi instituto invidere debet; aut ita dolere animo. propter suas aemulas ut in pietate & religione vacillet; imo potius ex sua calamitate firmior, & constantior evadere debet, & pietati, cui semel assuevit, pertinacius adherere, atque semel ceptam sanctitatis semitam insistere audacius; nam eum, qui ardentem Deum amet, nihil poterit a charitate dimovere, fixit enim firmiter gradum in statione sua; & non solum non nutat, sed suo exemplo & sustinentia nutantes omnes, atque afflictos confirmare potens est, nam manuum, operumque mundities, & puritas, non solum vires non debilitat in mediis aemulis, verum ita corroborat hominis animum, ut adversus adversa omnia audentior ire, & ingentibus difficultatibus occurrere velit.

Hac cum ita sint, ut melius & aequius de meis aemulis statuere velitis, vos, o amici, admonitos volo; sapientis enim est consilium atque sententiam, cum res & ratio exigat, mutare. Neque vero his dictis vobis viam ad disputationem praeccludo. non enim cum haec a me synce re dicantur, inique a vobis accipi velim. videmini enim jam stomachari, & discessum parare. Redite igitur lubentes, & equit ad instaurandam disputationem; & reintegratis sane junctisque viribus una vos omnes in me concurrere licet; cum enim neque veritas, neque sapientia exquisita pro vobis sint, certamen detrectare minime debeo. Sed heu, corripunt me dolores acerbis

e. Ut de justorum aemulis non eodem modo iusti, & impii judicent; ut iusti admirationem concipiant, praesertim ante Christum patientem, observatur. v. s. n. 1. 2.

f. Ut iusti in ipsis aemulis constantiores, & firmiores reddantur, & propius Deo inhereant. v. s. n. 1. 2.

fimi

limi, alioque mentem, & sermonem avertunt. iam profectò jam constitutum mihi vitæ spatium emesus sum; atque omnis felicitatis spes ad extremum recidit, unde erigi non possit. Variis agor mentis commotionibus; & molestissimæ vigiliæ, quas & morbus, & egritudo mihi afferunt, non patiuntur in unica me cogitatione placidè consistere. Mortis heu, vis, cum ingenti animi sensu vitæ omnes rationes, atque consilia, quæ intimo cordi infederant, per summam violentiam convulsit, & extraxit: & illud, quod solum mihi proprium ac peculiare videbatur, videlicet cordis cogitationes, doloris vis à me extorquet, ac velut in stuporem convertit.

Mærenti itaque mihi etiam lux ipsa obscura est; cū vigiliis agere præ dolore cogar, lucem avidus expecto, sed non minùs acerbè doleo appetente die, quàm in nocturno silètio. Sic incredibilem ærumnarum cumulus universæ meæ felicitatis diei, & splendori tenebras teterrimas offundit, atque lucis etiam usuram mihi adimit, ideòque homini, quem totum occuparunt tenebræ, serò lux aliqua tandem oborietur: moribundus enim quid jam splendoris atque lætitiæ sperare possit? sed illa tamen me spes sustentat, quod opportune mortis & incredibilem ærumnarum tenebræ præcedent alterius beatæ vitæ lucem clarissimam; quæ enim in hac vita fulgent, umbræ potius ac tenebris simillima sunt.

Nihil igitur ex hac vita magnum aut præclarum expecto, præter unicum sepulchrum, ubi mihi quietam sedem fata pollicentur: illa me domus, quasi ex longa & molestissima peregrinatione detifagatum excipiet, quod est mortaliū omnium domicilium; & opportuno ad quiescendum lecto decumbam, videlicet in mediis tenebris ad somnum pacatissimum conciliandum strato, scilicet is mihi erit pro regali & magnificentissimo lecto.

Nam tam ardentè mortem exopto, ut cunctis amicitiæ & necessitudinis nominibus compellere illam non dubitem. parentis enim loco habebò, quam colam & amem, adeòque illam velut rem sacram in meam opem exoro, & invoco: & quidem cū me illa excipiet, perinde mihi grata existet, atque cū quis ex longa peregrinatione, post liminò reversus, parentum complexu & sinu accipitur. Quis enim ignoret mortales omnes mortis filios esse, mortis imperio addictos; quibus non liceat diu extra mortis domum, & limina vagari? Verū enim verò homo, qui ex patri materia suæ generationis initium sumpsit, atque assidua corruptioni obnoxius est, qui propter fædissimum, & sordidissimū morbum tabe, sanie, ac vermibus scatet, & tandem in putredinem, & vermes post mortem abiturus est, nō est cur hæc omnia nō appellet parètes, quorum cū sepulchrū propria domus sit, eò me confugientem agnoscent illi proculdubio, mortis potius, quàm vitæ filium, planè já deformatū, & vix tenuissima vitæ vestigia præferentē. lachrymabundū igitur dolentēque filium coso labatur

Et nō invenia in vobis ullum sapientem.

11

Dies mei transferūt.

Cogitationes meae dissipatae sunt, & torquentes cor meum.

12

Noctem verterunt in diem:

& rursus post tenebras spero lucem.

13

Si sustinero, infernus domus mea est, et in tenebris stravi lectulum meum.

14

Putredini dixi, pater meus es:

mater mea,

Et hæc nomina significant aliquid carum, & amicum, & qua ratione similitudo peti, & constitui debeat inter mortem & parentes, fuse explicatur. v. 14. n. 4. 5.

atque

& soror mea vermicibus.

15

Ubi est ergo nunc præstolatio mea, & patientiam meam quis considerat?

16


In profundissimum infernum descendent omnia mea.

Putasne, saltem ibi erit requies mihi?

atque demulcebunt isti mei indulgentissimi parentes. Video jam illos, mortemque ipsam adventatam, ut me excipiant; occurram lætus, & amanter illos complectar, blandisque matris & patris nominibus mihi atque illis blandiar, & congratulabor. Neque deerūt etiam mihi sororiæ delitiæ; vermes enim, vermiūque sordes sorores habeo, quæ egrotanti mihi cibos suavissimos parent, dum meum cadaver ab illis corroditur, & exeditur. Et, ut voluptatis, atque lætitiæ nihil desit, sanie ipsam, & tabem dulcissimæ sponsæ, quàm etiam sororis nomine ad ardentissimi amoris significationem, cōpellem, habiturum me profiteor.

Quorfum igitur, O amice Eliphaz, aut ubi nam moribundum hominem spes suas collocare jubes? an in hac ipsa mortali vita, quæ nulla jam mihi reliqua est? Quod si quidquam boni ego sperare auderem, quis obsecro erit, qui aut, sibi aut mihi polliceri audeat fore aliquādo, ut boni alicujus expectatione minimè frustrer? aut quis nam testis esse poterit futuræ alicujus meæ felicitatis? Interim vos, O amici, moneo, ut non tam in vita caduca, quàm in morte certissima spes vestras collocare velitis. Nec verò putetis illud mihi esse in optatis, ut his rebus desperatis, quæ apud nos sunt, in inferorū regione fortunis locupleter, scio enim hominem, cū interierit, nihil ex suis bonis secum exportaturum.

Illud tādē mihi satis persuasum est, actum esse jam de meis rebus omnibus terramque jam jam hircere atque gestire, ut me deglutiat; nam quæ ad me pertinent universa, in altissimum baratrum detrudet, atque in extremos, reconditissimosque inferni sinus & cavitates abdet; eò tandem concident robur, virisque omnes. præteritæque spes, ac cogitationes, unde emergere ad meliorem fortunam nunquam possint. Sed cū ibi tādē iis malis, quæ patior, gravissimis, liber futurus sim, hæc tandiu exoptata quies desideranti, & dolenti unquam ne homini continget?



h. De sororis appellatione, & ut ad sponsam referatur, tum apud sacros, tum apud profanos, ad amoris significationem. v. 14. n. 6.

Sed

Sed hoc jam mihi loco paululum sustinere liceat, ne & liber justi voluminis mensuram, & labor nostrarum virium modulos excedat. Cum enim in nobis cetera tenuia & imbecilla sunt: tum ante omnia tenuis ac præimportuna valetudo, cujus ex perturbatione cum respirare, & emergere liceat, alteram hujus operis partem, quam ferè absolutam habemus, multis sanè rebus neque inutilibus, neque injucundis refertam, emittendam curabimus. Interim laboris nostri partem, qualiscumque sit, ita ab omnibus suscipi velim, ut siquid in ea aut pulchrum, aut utile eluceat, totum id patri luminum acceptum referant: ignoscant, si quid minus sit politum, aut limatum: multa enim hujusmodi non defutura, vel etiam nullo indicante, sat video. Neque vero in tanta varietate, obscuritateque rerum, semel & iterum peccasse mirum est. Certè tamen neque voluntati diligentia, neque studium labori defuit: adestq; nobis semper illa, in qua nunquam non voluntate fuimus, ut & lati veriora, melioraque doceri, & ad rectam (sicubi deflexerimus) viam à quo vis adduci non ingrati velimus.



FINIS PRIORIS TOMI
Commentariorum in
IOB.




H V I V S O P E R I S I N D I C E S S E P T E M .

- I. Simplicium vocum Hebraicarum, atque Græcarum, quarum vis & proprietas ad Scripturarum intelligentiam diligentius examinatur, indicata primùm Vulgati interpretis versione, deinde etiam varia aut ipsius Vulgati, aut aliorum interpretum lectione.
- II. Simplicium dictionum Latinarum, quæ frequenter occurrunt in sacro sermone, quarum usus & significatio accuratè traditur.
- III. Peculiarium quorundam Hebraismorum, Phrasium, & quarundam etiam Scripturæ intelligendæ regularum, quæ tum in hoc opere, tum in aliis libris observantur, & explanantur.
- III. Questionum, quæ tum ad aliarum rerum, quæ inter interpretandum occurrunt, tum ad hujus libri intelligentiam, proponuntur, & explicantur.
- V. Aliorum Scripturæ locorum, qui in hoc opere, explicantur, aut illustrantur: & interdum ubi peculiaris diffi-

cultas, vel utilitas exigit, cum brevi notatione interpretationis.

VI. Earum rerum, quæ pro concione usui esse possunt ad singula evangelia totius anni.

VII. Rerum & verborum generalis & alphabeticus.



INDEX VOCVM HEBRAICARVM, quæ in hoc opere explicantur.

In quo minutioribus characteribus primùm indicatur versio Vulgata, qua Latinus Interpres in hoc libro utitur; deinde verò vel ipsius Vulgati aliis in locis, vel aliorum interpretum varia lectio.

א

אבא B, Pater. Ibbo virgultum, lignum virens. Abib, Mēsis novorū, Aprilis. c. 8. vers. 12. n. 1.

 Nomen Iobi quid significet. capi. 1. vers. 1. num. 46. Est nomen patientiæ. num. 47. In quo differat à nomine Iobab. nu. 33. Iob præluxit omnibus poetis. in præf. cap. 4. num. 3. Fuit feretrum diaboli. in præf. cap. 5. nu. 4. Commendatus à triplici bonorum genere. cap. 1. vers. 1. nume. 1. Vir juxta cor Dei. num. 4. Pugil veritatis. ibidem. Colluctator, non solùm adversus carnem & sanguinem, sed etiam adversus spiritualia nequitæ. num. 3. Illius certamen fuit vera lucta. cap. 2. vers. 6. nu. 1. Ante certamen & victoriã, non consummatus. c. 1. vers. 5. nu. 25.
 Numerandus inter fortes justitiæ. nume. 9. Litigavit cum Dæmone. cap. 1. vers. 6. num. 2. Quis illius litis actor, testes, equileus, Iudex, sententia. cap. 1. vers. 6. n. 2.
 Iob, & Paulus eodem spiritu, verbis diversi. cap. 1. vers. 1. num. 9. Collatus cum populo Israelitico. in appendi. 2. ad Iobi genealog. num. 37. Comprimit Iudæorum superbiam. ibidem.
 Iob suo tempore cunctis hominibus justior, divitibus præfertim. cap. 1. vers. 8. nu. 12. Quodammodo æqualis Apostolis. cap. 2. vers. 3. num. 5. Vir Evangelicus. cap. 1. vers. 5. num. 25. Non minùs sperans, quàm Abraham. cap. 13. vers. 15. num. 4. Suis amicis Sapientior. cap. 9. vers. 2. num. 2. Comparatus cum Adamo. cap. 10. vers. 8. n. 20. Iob, Idumæus genere, non moribus. cap. 1. vers. 1. in appendi. 3. ad Iobi genealog. nu. 40.

Primogenitus. cap. 1. vers. 1. num. 19. Idem, qui Iobab. nu. 32. & 33. Ex genere Esau. num. 31. Qui illius parentes. nu. 33. Quæ patria. num. 31. Vixit ante Moysen. num. 43. 44. 45.
 Fuit Rex, & Rex Regum. cap. 1. vers. 1. a. n. 14. usque ad. 22.
 An Regnum obtinuerit hereditario, vel ex suffragiis. num. 20. In pietate, & fide subditos continuit. num. 77. Fuit Sacerdos. vers. 5. num. 15. & Avri dives. vers. 2. n. 4. Inter impios justè vixisse magna illius laus. vers. 1. num. 65. Prophetarum eximius. in præf. cap. 9. num. 2. & quibus titulus meruerit Prophetæ appellationem. num. 3. De se etiam aliquando prophetat. ca. 17. vers. 4. nume. 4. Non habuit suæ gratiæ evidentiam, neque certitudinem. cap. 3. vers. 2. in considerat. lament. sect. 2. nu. 6. Quæ illius uxor. cap. 2. vers. 9. nu. 1. Servata ad illius cruciatum. nu. 2.
 Plus profecit passionibus, quàm virtutum actionibus. cap. 2. vers. 3. num. 5. Illius virtus & tolerantia, major opinione Satanæ. cap. 2. vers. 5. nume. 4. Illius patientia in proverbio. cap. 17. vers. 6. num. 2. Illius eloquentia. cap. 11. vers. 1. num. 2. In dicēdo acrimonia, & efficacia. vers. 3. nu. 2. In tentatione mysteria loquutus. cap. 3. vers. 1. num. 2. Illius modestia. cap. 12. v. 4. num. 7.
 Constantia & fiducia. cap. 13. vers. 19. nu. 4. Nūquam agnoscit fatum, sed Divinam providentiam. cap. 1. vers. 21. nu. 12.
 Sapientia & Philosophia in responsionibus ad nuntios ponderatur. cap. 1. vers. 21. n. 1. usque ad. 17.
 Illius merita & præmia voluit Deus tentatione amplificare. cap. 6. nu. 2.
 Iob universalis Christi figura. in præf. c. 7. nu. 5. Etiam vivus, Christi patientis figura. in præf. c. 7. nu. 9.
 Figura Gentilitatis convertendę ad Evãgelium. c. 1. vers. 1. In appendi. 1. ad Iobi genealog. 34. nu. 35. & Præcursor trium Magorum. num. 36.
 Voluit Deus Iobum affligere. cap. 1. vers. 12. nu. 6. Non præcepit Dæmoni, ut affligeret. nu. 7.
 Quos quales vé morbos habuerit. in peculiari horum morborum consideratione minutatim exponitur. cap. 2. vers. 8. per multas sectiones. Non uno tantum morbi genere laboravit, sed pluribus. Secti. 1. Habuit morbos insanabiles & mortiferos

INDEX

RERVM.

Seçt. 2. Sed non necessariò peremptorios. num. 2. & 3. Fuit Martyr. nu. 4.
 Habuit ulcus pessimum, quale ulcus Aegypti. Seçt. 3. num. 1. & ulcera maligna. num. 2. Ignem sacrum. num. 3. Cancrum. ibidem. Leporam, & Scabiem. Seçtio. 4. num. 1. Elephantiasim. n. 2.
 Potuit habere luem Veneream. Seçt. 5. num. 1. 2. & 3. & dolorem articulare. nu. 4.
 Laboravit vermibus, & morbo pediculari. Seçt. 6. num. 1. 2. & 3. & alis Aegyptiis plangis nu. 4.
 Habuit viscera putrida. Seçt. 7. num. 1.
 Tenefmum. num. 2. Fluxum feminis. nu. 3. Dolorem renum. num. 4. internum apostema. nu. 5. Gravem halitum. nu. 6.
 Laboravit pleuritide. Seçtio. 8. nu. 1. & 2. Expuendi difficultate. nume. 3. Angina, Asthmate. num. 4.
 Laboravit incubo. Seçt. 9. num. 1. & Vigilia. ibidem. & merore penè ad infaniam. nu. 2. Fame canina. nu. 3. Ventris exinanitione. nu. 4. Totius corporis marcore. nu. 5.
 Laboravit unguum vitio. Seçt. 10. num. 1. & Prurita. ibid. Cur sibi adhibuerit testam. ibid. num. 2. & 3.
 Laboravit oculis, capite, & corde. Seçt. 12. n. 1. & 2. & aliis morbis occultioribus. nu. 3. & per longum tempus. nu. 4.
 Illius morbi comparati cum Lazaro ulceroso. Seçt. 13. n. 1. & 2. cum plagis Aegypti. num. 3. & 4.
 Porissimus illius cruciatus, nõ fuerunt scrupuli. in considerat. Lament. c. 3. v. 2. Seçt. 2. nu. 5. Licet potuerit illis laborasse. ibidem. Sed videtur pertulisse omne genus passionum. num. 5. 6. & c. 2. in enumerat. morb. Seçt. 2. nu. 4.
 Suorum filiorum mortis acerbitas & dolor cap. 1. vers. 18. nu. 6. & 7. Comparatus cù aliis parentibus lugentibus filios. vers. 20. nu. 19.
 Illius extrema inopia. cap. 2. in enumerat. morborum. Seçtio. 11. nume. 6. Nudus in sterquilinio. ibidem. & an lectum vel lectum habuerit. ibid.
 Iobi lamentationes ex qua causa, investigatur in peculiari considerat. lamè. per multas seçtiones. c. 3. vers. 2.
 An ex scrupulis. Seçt. 2. Ex affectu sensitivè partis, & doloris magnitudine. Seçt. 6. Ex ratione detestante id, quod malum est in vita. Seçt. 7. Ex perfecta in Deum charitate. Seçt. 8. nu. 1. & 2. & 3. Illius lamentationes collata cum aliis prophanorum poe-

tarum. nu. 3. Comparata cum lamentatione Ieremia. c. 3. vers. 3. num. 8.
 Amici Iob Duces, aut Reguli. cap. 1. vers. 1. num. 3. & an subditi fuerint Iobo. ibidè.
 Iob & illius amici excelluerunt in parabolis componendis. cap. 8. vers. 11. nu. 1. Cætera, Vide Amici.
 Sepulchrum Iob, in finibus Arabiae & Idumæ. cap. 1. vers. 1. num. 27.
 IONAS.
 Quo argumento Deus usus adversus Ionã. cap. 10. vers. 8. num. 16.
 IOSEPH.
 Pallium relinquens triumphat. c. 1. vers. 20. num. 9. De quo crimine apud patrem accusaverit suos fratres. Vide Frater.
 Non poterit esse Ioseph, qui noluerit habere fratres sibi infestos. c. 1. vers. 1. nu. 66.
 Iosephus historicus noratus. in præfat. cap. 1. num. 11.
 IRA, IRATVS.
 Irati voces inarticulatas edunt. cap. 4. vers. 10. num. 6. Pariunt cæca consilia. vers. 2. num. 4. Canibus similes. ibidem. Molesti sunt cæteris. nu. 5. Pejora eligunt. ibidem. Ipsi sibi exitio. ibidem.
 Ira & invidia extremæ passionis. nu. 6. Significant reliqua vitia intermedia. ibidem.
 IRONIA.
 Cap. 4. vers. 3. num. 1. & cap. 5. vers. 1. n. 1.
 ISAAC.
 Isaac servatus vivus Christi patientis & resurgentis figura. in præfat. c. 7. n. 9.
 IVDÆVS.
 perfidi Iudei inclusi in carcere infidelitatis. c. 12. vers. 14. nu. 3. A convictu cæterarum nationum abstinebant. cap. 15. vers. 19. num. 5. Cæteros appellabant alienos. ibidem. Illorum superbia & fastus. cap. 1. v. 1. in appendice. 2. ad Iobi genealogiam. nu. 37. & 38. Quis sit illorum spiritus cõpunctionis & invidentiæ. nu. 39.
 Illorum superbiam comprimit Iob. nu. 37.
 Quis dicatur in manifesto Iudeus, & quis in abscondito. in appendice. 3. ad Iobi genealog. nu. 41. Filii Abrahæ suscitandi a Deo de lapidibus. in append. 2. n. 38.
 IVDEX.
 Sæpè in iudicando errare solet. cap. 10. vers. 4. nu. 5. & proferre stultam sententiam. cap. 12. vers. 17. nu. 5.
 Quis dicatur habere carnos oculos. ibidè. & habere duas leges. vers. 6. num. 2. Iudicat pro eo, à quo munus accepit. cap. 12. vers. 20. nu. 1.

INDEX

RERVM.

Iudicum impiorum oculos excæcat Dæmõ cap. 9. vers. 24. num. 2. Cum isti regnant, uritur pauper. ibid.
 Quis dicatur habere opertos oculos. nume. 4.
 Iudex præsumitur justus, cùm aliquem dånat, & qui damnatur sceleratus. cap. 13. vers. 9. numer. 3. & cap. 15. vers. 14. numer. 3.
 Debet virtute pollere. cap. 1. vers. 1. num. 13 & ab ipsa virtute, quasi creari, & eligi. nu. 21. Requiere debet scelera. cap. 3. vers. 4. num. 2. Exquisita iudicis diligentia in inquirendo delicto. cap. 13. vers. 27. num. 5. Non debet esse tristis, nec turbulentus cap. 13. vers. 24. num. 4. Non erat externus aut peregrinus prioribus sæculis. c. 1. vers. 1. num. 22.
 Peregrinam instituire subsellia, mutua diffidètia invenit. ibid.
 Debet esse nobilis & dives. cap. 3. vers. 15. nu. 3. Nam inops facilè corrumpitur. c. 8. vers. 3. num. 4. Debet favere pauperi. cap. 10. vers. 7. num. 4.
 Iudices laturi sententiam capitalem se intra cortinas continebant, & cur. capit. 9. vers. 24. nu. 4. & cap. 13. vers. 24. num. 3. Pronuntians sententiam capitalem, dicitur scribere amaritudines. vers. 26. nume. 5.
 Iudices incorrupti, non indignatur reis implorantibus æquitatem. cap. 9. vers. 29. num. 2. Qui testes infirmat, nihil detrahit iudici, iudicanti secundum allegata & probata. c. 16. vers. 9. num. 5.
 Iudex impius hypocrita. cap. 15. vers. 34. num. 1.
 Illius supplicium. c. 10. vers. 7. nu. 4.
 Ex aliorum iudicum tribunalibus provocatio ad Deum supremum iudicem. cap. 10. vers. 7. num. 4.
 Deus visitat, & deponit de sede iudices terræ. vers. 17. nu. 5.
 Vide etiam Deus, Iudex, Princeps, Rex, Prælatas.
 IVDEX DEVS, Iudicium divinum.
 Deus Iudex. cap. 4. vers. 17. nu. 2. & 3. æquifsimus. c. 9. vers. 19. nu. 2.
 Si litiget cum homine, obtinet in causa. numer. 3.
 Nõ habet homo, quod de illius iudicio possit conqueri. ibid. & nu. 4.
 Deus in puniendo iudicii normam servat. cap. 8. vers. 3. num. 2. Iustus. num. 3. Non punit quantum potest. ibidem. Corrupti non potest. num. 4.

Divini iudicii severitas. cap. 10. vers. 1. numero. 1.
 Supremus iudex corrigit aliorum iudicium errata. c. 10. vers. 7. nu. 4.
 Iusti diligunt adventum iudicis. cap. 13. vers. 3. numer. 4. In divino iudicio eriguntur bonæ conscientie testimonio. ibidem.
 Divinum iudicium inevitabile. cap. 7. vers. 20. num. 2.
 Formidandum repentè in illius iudicio interrogari. cap. 9. vers. 12. num. 3. Interrogationi quomodo respondendum. n. me. 4.
 In divino iudicio, conscientia testis, & reator. c. 9. vers. 20. nu. 2.
 In divino iudicio homo transparentis & pelucidus. cap. 9. vers. 21. nu. 1.
 Deus Iudex simul & testis. cap. 16. vers. 20. nu. 2.
 In divino iudicio duo testes, Deus simul & conscientia. ibidem.
 Dies iudicii dicitur per antonomasiam, Tèpus, & Dies visitationis. cap. 12. vers. 5. num. 5.
 IUGVM, IUGERVVM.
 Iugum apud Latinos pro jugero. cap. 1. vers. 3. num. 10.
 IVLIANVS.
 Iulianus Apostata similis Cameleonti, cur. c. 1. vers. 13. num. 2.
 IVNCVS.
 Iuncus an sit papyrus. Vid. Papyrus. Iunca coronæ Christi Iesu. Vide Corona. Herba hortensis. cap. 8. vers. 16. num. 2.
 IVRAMENTVM.
 Iuramenti formula, Nisi. c. 1. v. 11. nu. 4.
 Verè, & Amen. c. 9. vers. 2. n. 2.
 Iurantis habitus, levare manum. ibidem.
 Execratio in iuramento execratorio aliqua supprimitur. ibidem.
 Alia iuramenti formula. c. 16. vers. 20. nu. 1. & vers. 23. nu. 5.
 Cum Deus imprecatoriè jurat, quomodo exponendum. c. 1. vers. 11. nu. 5.
 IVSTVS.
 Iustus Deo omnia, nihil Dæmoni tribuit. c. 1. vers. 21. nu. 13.
 Deus in illo curando, & affligendo mirabilis. cap. 1. vers. 1. num. 18. Illorum vitam tuetur. nu. 7. Non permittit profundi illorum sanguinem, nisi pro ingenti pretio. ibidem. Illos in tuto collocat. capit. 5. vers. 11. num. 4. Dei pro iustis cogitationes mirabiles. c. 5. vers. 12. nu. 2.

INDEX

RERVM.

Non amittit caninos dentes. num. 7. Nec re-
vertitur ad prædæ reliquias. c. 10. vers. 16.
numero. 5. Qualis sit Leonis venatio. nu-
me. 4.
Leo secundum diversas ætates diversa forti-
tur nomina. cap. 4. vers. 10. num. 3.
Cum senes sunt, inferunt injuriam homini-
bus. num. 1. & vivunt ex præda filiorum.
cap. 4. vers. 11. num. 1.
Catuli Leonum audacissimi, & crudelissimi
cap. 4. vers. 10. nu. 2. Parētibus senioribus
afferunt prædam. num. 7. Solitarii ince-
dunt. vers. 11. num. 4.
Leonis rugitus, symbolum irati Principis. c.
4. vers. 10. numer. 5. & 6. Solo rugitu il-
lius plura animantia consternantur, & ca-
piuntur. nu. 4. Leo formicarius. *Vide Mir-
micoleon.*
Leonem aliquando peperit ovis. cap. 4. vers.
10. num. 1. Leo serpens. capit. 5. vers. 23.
num. 9.

LEPRA.

Leprosi extra civitatem pulsi. cap. 2. in enu-
merat. morborum. Sectio. 11. nu. 5.
Illos abominantur Persæ. ibidem.
Lepra dicitur Dei manus, aut tactus. ibidem.
num. 5. & Sect. 4. num. 1. Leprosi abscon-
debant vultum. ibidem. Nihil abjectius
carne leprosi. ibidē. Supplicium Regum
superbum. num. 3. Est morbus conjun-
ctus cum scabie. num. 1. & cum elephan-
tiasi. nu. 2. Regibus Aegypti peculiaris.
num. 2. Curatur puerorum sanguine. nu-
nu. 3.

LEPVS.

Lepores dormiunt patentibus oculis.
LEX.
Cur lex tradita timore. cap. 1. vers. 1. nume-
ro. 60.
Lex lapidea. cap. 5. vers. 23. num. 1.
Lex Divina cur vocetur iudicium. capit. 8.
vers. 3. numero. 1. & quomodo dicatur
multiplex. cap. 11. vers. 6. nu. 1. Est una er-
ga omnes, ibidem. & Homine superior.
ibidem. Dicitur vincula, & alligatura. c.
13. vers. 27. numer. 3. & vitæ imago. nu-
me. 4.

Divinæ legi obedientia exigitur, potius quā
observatio caeremoniarum externarum.
cap. 11. vers. 13. num. 2.
Quid sit accipere faciem in lege. cap. 13. ver-
si. 8. num. 2.

LIBER.

Libri sacri pro varietate materiæ, diversis
accentibus decantabantur in synago-

gis. c. 3. vers. 1. num. 4.
Libri sacri frequenter inscripti à suis aucto-
ribus in præfatio. cap. 3. nume. 3. & pecu-
liarum quorundam librorum auctores in-
dicati ibidem. *Vide etiam Scriptura.*

Liber Iob. *Vide Iob.*
Vide etiam lectio.

LINGVA.

Lingua & Cor velut unius stateræ bilances
cap. 6. vers. 3. num. 6.
Lingua corculum alterum. ibidem. Illi tri-
buitur stultitia, aut sapientia & medita-
tio. vers. 30. num. 6.
Quid sit habere linguam in corde, aut cor
in lingua. c. 8. vers. 10. num. 5.
Linguae magister cor. cap. 15. vers. 5. num. 1.
Nemo bene loquitur, qui non didicerit si-
luisse. cap. 3. vers. 1. numer. 3. Loquendi
peritum efficit patientia. num. 2. Verbo-
rum, & linguae moderatio, ex Dei timo-
re. cap. 2. vers. 10. num. 8.
Verba, & verbera affinia. cap. 5. vers. 21. nu-
me. 3. Dicitur flagellum. ibidem. Pro ter-
rifico rumore hostium adventantium. nu-
me. 2. Pro superbo. num. 3. Pro detracto-
re. num. 4. Pro Delatore, & accusatore. nu-
mero. 5.
Linguae cum serpente cognatio. cap. 2. ver-
sic. 8. In enumeratio. morbo. Sect. 1. nu. 4.
Ideo illam solam non læsit in Iob Sata-
nas. ibidem.
Lingua impiorum exitiosa. cap. 5. vers. 5.
num. 3. Est gladius, arcus, sagitta. ibidem.
Lædit eminus, & cominus. ibidem. Multi
loquium provenit ex cordis angustiis.
cap. 3. vers. 1. num. 6. & cap. 8. versicul.
2. num. 3.
Multiloquium Ethnicorum quale. cap. 11.
vers. 2. num. 6.
Verbosus omnia reddit deteriora. cap. 16.
vers. 21. num. 1. Loquacitas cum stultitia
conjuncta. cap. 1. vers. 22. nume. 3. Illius
signa. ibidem. & quis ille stultitiæ gradus
sit. cap. 5. vers. 2. nu. 2.
Verba produnt, quid quisque sit. cap. 11.
vers. 12. nume. 2. Qui loquitur, etiam
cum os aperit, observatur ab aliis. cap. 3.
vers. 1. num. 4.
Instrumenta loquendi pro ipso sermone
cap. 11. vers. 11. num. 2. Linguae volubi-
litas, & verba mollia, cur dicantur disper-
sita & divisa. cap. 17. vers. 5. num. 1.
Humana proclivitas ad verborum lapsus. c.
9. vers. 20. num. 3.
Oris peccatum graviter punitum. capit. 4.

vers. 2.

INDEX

RERVM.

vers. 2. num. 1. Sermo futurus instar auri
confecti & ponderati. cap. 3. vers. 1. nu. 6.
Preciosus & rarus. ibidem. Verba indigēt
vinculis & compedibus. cap. 4. v. 2. nu. 2.
Si sint opportuna, & recta, in injustitia de-
tinentur. ibidem.
Lingua, & gemitus lingunt cordis vulnera.
cap. 3. vers. 2. in considerat. lamentat. Se-
ctio. 6. num. 2. & cap. 10. vers. 1. nu. 2. 3. 5.
& cap. 13. vers. 13. nu. 1. Verba extorque-
re solent dolor. cap. 10. v. 1. nu. 2. 3. 5. & v.
2. num. 1.
Verba hominis egri fortiora quā bene va-
lentis. cap. 3. vers. 1. n. 2.
Obmutescere, ad erubescētiā & confu-
sionem. cap. 5. vers. 16. nu. 4.
Inter epulas non loquuntur Persæ & Medi.
cap. 3. vers. 1. nu. 1.
Vide etiam Silentium, Verba, Detractio, Or.
LITTERALIS SENSUS.
Litteralis Scripturæ sensus etiam referen-
dus ad utilitatem, & doctrinam nostrorum.
in præfat. cap. 10. num. 3.
LOCVS.
Quod in suo loco non invenitur, perisse
significatur. c. 9. vers. 5. nu. 2.
Loca sublimiora honorificentiora. *Vide Ho-
nor.*
LOCVSTA.
Inconstitiæ, & brevitatis vitæ humanæ sym-
bolum. cap. 14. vers. 2. nu. 6.
LVCIFER.
Idem, qui vesperus vel vesperugo. cap. 11.
vers. 17. num. 3. Est symbolum utriusque
fortunæ. ibidem.
LVDERE.
De alieno corio ludere, proverbium. cap. 2.
vers. 4. num. 2.
LVNA.
Mensis nomen habet à Luna. c. 3. vers. 6. nu-
mer. 3.
Lunationes observatæ in cōputatione men-
sium. ibidem.
Lunæ, & stellis offundebatur nubes arte ma-
gica. c. 3. vers. 9. nu. 4.
Ilias dicebantur magi cælo detrahere. ibi-
dem.
LVIVM, LVTEVM.
Lutea progenies quid. cap. 1. vers. 1. in ap-
pendi. 2. ad Iobi genealog. nu. 38.
Lutei pedes auræ statuæ, humani corporis
imbecillitas. cap. 4. vers. 19. num. 4. Lutea
domus, Humanum corpus. nu. 2.
Luteum, quod vile est, & immundum. cap.
10. vers. 9. num. 6.

LVX, LAMPADES.

Lampades in nuptiis. capit. 2. versiculo. 7.
num. 3.
Aegyptiorum festum lampadibus, & lumini-
miis celebre. ibidem.
Lucem impii fugiunt. cap. 3. vers. num. 3.
LVXVRIA.
Luxuria significata per pinguedinem. cap.
15. vers. 27. nu. 1. & num. 5.
Turpis libido est capistrum, & vinculum,
quo bestia trahitur. ibidem.
Incurvatio genuum, de re turpi. *Vide Genus.*
Vide etiam Voluptas, Gula, Divitia.
LYCII.
Lyciorum consuetudo referendi genus ad
feminas & matres. c. 14. vers. 1. n. 3.

M

MAGI.

Magi Reges fermentum Gentilitatis. cap. 1.
vers. 1. num. 75. Illorum præcursor Iob.
Vide Iob.

MAGNVS.

Magnus pro nobili. cap. 1. vers. 3. nume. 17.
& 18. & 19. Pro sapiente. num. 20. Pro lo-
cuplete. num. 21. & 22.
Dei magnitudo. *Vide Deus.* Vt dicatur face-
re magna, videlicet in calorum immensi-
tate. cap. 5. vers. 9. nu. 2.

MALEDICERE.

Maledictiæ arguitur Iob ab Hæreticis &
Iudæis. cap. 3. vers. 2. in considerat. lamé-
ra. Sect. 5. num. 1.

Non potest maledici creaturis. ibidem. Etiā
non existentibus. num. 2. Neque illis, quæ
ad nos pertinent. num. 4.

Maledictia dicitur dentium morsus, & la-
ceratio. cap. 13. vers. 14. num. 3.
Vide etiam Lingua, & Detractio.

MALVS.

Dæmonis nomen. cap. 1. vers. 14. numer. 2.
& quæ nequitia eo nomine afferatur. ibi-
dem.

MANASSES.

Situs dimidiæ tribus Manasse. cap. 1. vers. 1.
num. 28.

MANICA.

Manicam accipere, quid apud Ciceronem.
cap. 1. vers. 1. in appendice. 1. ad Iobi ge-
nealogiam. num. 35.
Bellica caeremonia in obsidione, manicam
vel chirothecam, intra urbem obfessam
projicere. ibidem.

INDEX

RERVM

MANICHÆVS.
Manichæiorū error de creatione hominis. cap. 10. versic. 8. num. 5.

MANIPVLIS.
Manipulum pro vellixō cur suis militibus crexerit Romulus. cap. 3. versic. 13. nu. 6.

MANVS.
Manus lassæ, & dejectæ, habitus segniter currentis, aut ambulantis. cap. 4. versic. 3. num. 4.

Manuum ablutio, ad innocentiam contestandam. cap. 9. versic. 30. num. 4. Ad orandum. num. 7.

Reliqua. *Vide in indice Hebraïsmorum. Vide etiam, Dextra.*

Quomodo iniquitati, & peccato tribuatur manus. *Vid. Peccatum.*

MARE.
Maris arena. *Vid. Arena.*
Maris aqua. *Vid. Aqua.*
Deus in comprimendo mari potentissimus. cap. 7. versic. 12. num. 4. Quæ maris vincula & carcer. ibidem. Symbolum immanitatis, & superbix. ibidem. Mari illudunt Ceti. num. 5.

MARIA VIRGO.
Maria Virgo inter Martyres numeranda, & plusquam martyr. cap. 2. in enum. morbo. Sectio. 2. num. 4.

Marix virginitas, & fæcunditas. cap. 14. versic. 4. num. 4. Conceptio immaculata. ibid.

MATER.
Plus substantix trahit fœtus ex matre, quam ex patre. cap. 14. versic. 1. num. 3.

Ad matrem, & non ad patrem referebant Lycii genus, & nomen. ibidem.

Situs infantis in utero matris. cap. 15. versic. 24. num. 3.

Terra mater. *Vide Terra.*
Mater Iob. *Vide Iob.*

MAXILLA.
Maxillæ percussio ignominiosa. cap. 16. versic. 11. num. 3.

Dextra maxilla honoratior sinistra. cap. 1. versic. 20. nu. 10. Symbolum bonorum meliorum, videlicet animi. ibidem. Quid sit volenti percutere dextram maxillâ, præbere sinistram. ibidem.

MEDIATOR.
Mediatoris munus, & officium. *Vid. Christus.*

MELCHISEDECH.
Quid illius nomen significet. cap. 1. versic. 1. nu. 17. Fuit Sem, primogenitus Noe. ca. 1. versic. 5. num. 17. Illius regnum, videlicet Chananæi, fidele & pium sub illo rege.

capit. 1. versic. 1. num. 74.

MEMORIA.
Cur significetur per ventrem. cap. 15. versic. 2. nu. 3. & per Cinerem. *Vid. Cinis.*
Vide etiam Nomen, Iustus, Impius.

MENDACIVM.
Mendacium facillè admittitur in narrationibus, si non fiat valde synceræ. cap. 11. versic. 4. num. 4.

Dicitur Vanitas. num. 2.

Mendaces ornamenta verborum quærent. cap. 13. versic. 4. num. 1.

Vid. etiam Veritas, Fidelitas, Iuramentum.

MENSIS.
Mensis nomen habet à luna. cap. 3. versic. 6. nu. 3. Computatur per lunationes. ibidem.

MERETRIX.
Cur dicatur aliena, & peregrina. cap. 15. versic. 19. num. 5. Est verus, pariterque favissimus hostis. ibidem.

MESSIS.
Quo anni tempore cõtingeret in terra Chanaan. cap. 1. versic. 14. nu. 4.

Significat bona comparata multo cum labore. ca. 5. versic. 5. num. 2. Et messem diripi ab alienis, est non posse frui bonis partibus. ibidem.

METONYMIA.
Metonymia. cap. 1. versic. 10. nume. 5. & cap. 5. versic. 16. num. 1. 2. & cap. 7. versic. 10. nu. 3. 4. & *Sæpe aliis locis occurrer, quæ quoniam plura, quàm pro numero essent, omittenda duximus.*

MILES, MILITIA.
Militia unde dicta. cap. 7. versic. 1. num. 11.

Milites solebant barbam radere, & cur. cap. 1. versic. 20. nume. 12. Procidebant ad pedes Imperatoris, petiruri coronam. nu. 17.

Militis famosi periphraſis. c. 3. versic. 17. nu. 5.

Milites dicuntur Armati, & Hostes. cap. 5. versic. 5. num. 4. Frequenter sunt raptores. ibidem. & cauponantur bellum. ibidem.

Militaris constitutio Aureliani Imperatoris. cap. 7. versic. 1. num. 2. In milite requiritur obedientia. nu. 3. Miles stationarius, Causarius, Valetudinarius. ibidem.

Milites frangit, & exauctorat Deus. cap. 12. versic. 16. num. 2. & versic. 21. num. 5. Dicitur cingi, & ornari balthæo. ibidem. & Fessit robore. cap. 3. versic. 17. num. 5. & quiescere in morte. ibidem.

Militia plena discriminiibus. cap. 7. versic. 1. num. 4. in illa probantur, & explorantur cujusque vires. num. 6. 7. Difficile militè gaere, exercitum alere. nu. 8. Tempus certum & præfixum ad militandum. nu. 11.

Qui

INDEX

RERVM.

Qui milites dicerentur esse ex catalogo, aut ultra catalogum. ibidem.

Spiritualis militix stipendia, & arma. cap. 7. versic. 1. num. 12.

Militia angelorum. *Vid. Angelus.*

Militia calorū. *Vid. Calū. & Stella. Vid. etiam Cingere. Baltheus.*

MISERICORDIA.
Qualis affectus sit. cap. 6. v. 14. nu. 2.

Per antiphrasim, significat crudelitatem. nu. 4.

Misericordia Iustorum cur similis paradysō. cap. 8. versic. 12. num. 3.

Iustus, misericors. *Vid. Iustus.*

Impius, immisericors. cap. 5. versic. 7. num. 3.

Voluptas, & divitiæ solent efficere crudeles. ibidem. *Vid. etiam Divitia.*

Regum afflictæ fortunæ, multorum misericordiam allicere solent. *Vid. Reges.*

MITTERE, MISSA.
Verbum mittendi absolute sumptum, includit nuntium missum, vel rem missam. cap. 1. versic. 4. num. 13. & versic. 5. nu. 2.

Missæ nomen, quid indicet. ibidem.

MONS.
Montium translatio ex suis propriis fedibus an unquam contigerit. cap. 9. versic. 5. num. 3. In illis præbet Deus specimè suæ potentix. num. 5. 6. 7.

An in diluvio aliqui montes explanati. n. 3. & 4. Dicuntur columnæ cæli. num. 3.

Montes antiquitatis, & diurnitatis symbolum. cap. 15. versic. 7. num. 3. & 4.

Vid. etiam Colles.

MORBVS.
Morbus, hostis, & inimicus. cap. 26. versic. 10. nu. 1. & testis atque accusator. versic. 9. nu. 4. Morbi & dolores, milites Dei imperatoris. cap. 10. versic. 17. num. 6. Vincula & carcer. cap. 7. versic. 12. nu. 6. & versic. 19. nu. 2.

Morborum vis maxima ad debilitandum animum. cap. 2. versic. 5. nume. 3. Viros gravissimos convertere videtur in pueros, pueriliter omnia tractantes. cap. 2. versic. 7. num. 3. Aliquando acerbiores ipsa morte. versic. 5. num. 3.

Iusti in morbis valent animo. cap. 2. versic. 10. nu. 4. Qui in morbis languent animo, molesti cæteris. ibidem.

Morbis illa vitia incitantur, quæ non indigent viribus corporis. cap. 2. versic. 5. nu. 3.

Redditur interior homo fortior. ibidem.

Quarum virtutum actionibus ægrotates minus apti, tacendo, videlicet, & orando. ibidem.

Morborum efficiendorum minister dæ-

mon. cap. 2. versic. 7. num. 3.

Bene valentis hominis, tum etiam egrotantis cum terra, & plantis comparatio. cap. 14. versic. 19. num. 4. Vestigal & tributum ingens morborum pendimus pro conservanda vita. cap. 7. versic. 16. nu. 7.

Ægrotantes mutationibus, ut remediis utuntur. c. 7. versic. 4. num. 3.

Deus suos sanat velociter. c. 10. versic. 20. n. 3.

Non possunt naturaliter omnium membrorum morbi simul in uno homine esse. cap. 2. in enumeratione morb. Sect. 1. n. 1.

Nec contrarii. num. 3. Sed bene arte Dæmonis. ibidem. Morbi insanabiles, & mortiferi non iidem. Sect. 2. num. 1. & 2. Eadem materia in diversis membris diversum morbum generat. Sect. 1. num. 1.

Morbi Dæmoniaci, qui dicantur. cap. 2. in enumerat. morb. sect. 12. num. 3.

Morbus imaginofus, quis. c. 7. versic. 15. nu. 4.

Omnium morborum Iob differentiarum, & causarum enumeratio. in peculiari huius rei consideratione. cap. 2. versic. 8. per multas sectiones. *Vid. etiam Iob.*

Vide Dolores, Mors, Homo.

Mors, Medicus. *Vid. Mors. Vid. etiam Medicus.*

Morbus saturitatis, quo Israelitæ in deserto laborarunt, qualis. c. 3. versic. 24. nu. 1.

Satyriafmon, qualis morbus, & unde dictus. *Vid. Satyriafmon.*

MORS.
Mors similis nativitati. cap. 1. versic. 21. num. 10. & Somni. cap. 3. versic. 13. num. 1. & c. 7. versic. 21. num. 4. Dicitur silentium. cap. 3. versic. 13. num. 2. & hoc silentium dirimit amicitiam cum Mundo. nu. 3.

Mors quies, vita tumultus. cap. 3. versic. 13. nu. 4. Pax post bellum, at vita prælium. nu. 5.

Mors serenitas, & tranquillitas post tempestatem. num. 7. Portus. ibidem. Cur dicitur Orcus. cap. 7. versic. 7. num. 1. cū Messione comparata. cap. 4. versic. 26. nu. 5. Variæ Mortis nomina benevolentia, & honore plena. cap. 17. versic. 14. num. 3. 4. 5. 6.

Mors pater, & mater. num. 4. Vxor, Soror. num. 6.

Mors de Dei manu non aspernanda. cap. 2. v. 10. num. 6. Præstantior auro. cap. 3. versic. 15. num. 1. & versic. 22. num. 4. Variæ mortis circumlocutiones. cap. 4. versic. 21. num. 4. Est peccati remedium. cap. 6. versic. 10. num. 3.

Mortis necessitas. cap. 3. versic. 13. nume. 3. & cap. 14. versic. 5. numero. 2. Sed Deus à nostra morte immunis. cap. 8. versic. 4. num. 4.

Kkk 4

Eit

INDEX

RERVM.

Est propter peccatum. cap. 8. vers. 4. nu. 3. 4. 5.
 Mors non parat naturæ legibus. cap. 10. vers. 2. num. 2. Illius pariter atque sepulchri pertinacia, & duritia. ibid. Difficile vomit, & reddit, quod semel devoravit. ibidem. Est inexorabilis. capit. 14. vers. 13. num. 2.
 Mors habet messoriam falcem. cap. 5. vers. 26. num. 4. Servum liberat. servitute. cap. 3. vers. 18. num. 1. & Debitorem. num. 3.
 Oppressum à Tyranno. vers. 17. num. 3. 4.
 Salutaris exiit indigenti, & infirmo. v. 20. num. 1. & 2. & Misericors. vers. 22. num. 1.
 Fugit miseros. ibidem. Omnes æquat. v. 19. num. 1. & 2.
 Mors subita, digna impiis. cap. 15. vers. 30. n. 3. 4. cap. 1. vers. 18. num. 2. Illa dicitur pessima. ibidem. Aliquando etiam repente accidit justis. ibidem. Quibus dicitur venire, non accidere. cap. 3. vers. 22. nu. 3.
 Subita mors dicitur repentina Dei interrogatio. c. 9. vers. 12. nu. 3.
 Mors impiorum vix prævisa. cap. 9. vers. 23. nu. 4.
 Impii moriuntur ante tempus suum. cap. 5. vers. 26. num. 5. Iusti in tempore suo. ibidem. Mors impiorum stulta. cap. 4. vers. 21. num. 5. Iustorum mors, etiam in juvenute, matura, impiorum, etiam in senectate, immatura. cap. 15. vers. 32. num. 3. & 4. Iusti sperant in morte; Impii in vita. cap. 17. vers. 15. nu. 1. Mori in abundantia, quid. cap. 5. vers. 26. nu. 2. 3. 4.
 In morte justus floret, impius in vita. c. 8. vers. 7. num. 1.
 Iusto mors secunda & suavis post vitæ labores. cap. 11. vers. 18. num. 2. Eiusdem sepulchrum securum, & honorificum. ibidem. Mors diu obversatur ante justorum oculos. cap. 9. vers. 23. num. 4. Segniter accedit ad justum, alacrior ad impium. cap. 6. vers. 10. num. 4. Stimulus illius venenatus. ibidem.
 Mortis asiduos timor hominem exagitat. cap. 14. vers. 1. num. 6. Illius sensus acerbissimus. cap. 17. vers. 11. num. 4. Evellit cum gravissimo dolore desideria, & cogitationes ex corde. ibidem. Impii se astringunt cum vita, sed mors illos dissolvit. cap. 4. vers. 21. num. 4. Morienti relinquenda omnia. cap. 1. vers. 21. nu. 10. Dies mortis amarissimus. cap. 3. vers. 5. nu. 4.
 Mortis desiderium. cap. 6. vers. 10. num. 1. & cap. 14. vers. 20. num. 2. Dies mortis ap-

pellatur Dies optata. cap. 14. vers. 6. numero 3.
 Dies mortis, aut iudicij dicitur per antonomasiam tempus. cap. 12. v. 5. nu. 5.
 Mortis cogitationem efficit tribulatio, oblivionem verò felicitas. capit. 6. vers. 6. num. 10.
 Moribundi absceidébant comam, & quorsum. cap. 1. vers. 20. nu. 14. Videntur concipi, & parturiri, in meliorem vitam. vers. 21. num. 4.
 Moribundi hominis misericordia tangitur Deus. cap. 6. vers. 10. nu. 3.
 Defunctorum obliviscimur. cap. 1. vers. 7. nu. 1. & c. 14. vers. 13. nu. 6.
 Moribundi hominis immutata facies. cap. 14. vers. 20. nu. 3.
 Moribundus ad suos tantum dolores attentus. cap. 14. vers. 22. num. 2. Christus tamē etiam morti proximus suorum sollicitus. ibidem.
 Impii mors, est testimonium impiæ illius vitæ. cap. 15. vers. 34. num. 2. Impii aliquando levibus morbis, & incommotis moriuntur. vers. 30. num. 5. Abjicere solent spem vitæ, & omnis remedii capiendi. vers. 31. num. 1.
Vide etiam Morbus, Homo, Defunctus.
MORTIFICATIO.
 Gignit in corde spem beatitudinis. cap. 5. v. 17. nu. 3. Dicitur à Paulo Mors. ibidem.
Vide etiam Tribulatio.
MOYSES.
 An Moyses scripserit illa extrema verba Deuteronomii, *Mortuus est Moyses &c.* in præfat. c. 3. num. 7.
 Non fuit primus scriptor libri Job. ibid. & nu. 2. Transtulit hunc librum ex Syria eo. ibid. & c. 4. n. 2.
 Moyses aut Job præluxerunt omnibus poetis. nu. 3.
MULTIPLICATIO.
 Multiplicatio rerum ex uno principio opus Divinæ potentia, & sapientia. ca. 12. vers. 23. num. 2.
MVLVS, MVLA.
 Mulorum origo. c. 1. vers. 3. num. 1. Illis inquitabant Reges. ibidem. Arabici, & Palesthini quales fuerint. nu. 12.
 Mulæ in Syria pariunt, & sunt sui generis. ibidem.
 Muli in Syria velocissimi. ca. 6. vers. 5. nu. 2.
Vide etiam Asina.
MVNVS.
 Videbitur tandem amittere figuram, & mo-

INDEX

RERVM

ri. c. 14. vers. 11. nu. 5. Est similis vestimenti confusi, aut diffusi. nu. 6.
MVNVS.
 Munera impiorum Deo ingrata. cap. 8. vers. 18. num. 2.
 Munera excæcant iudices. capi. 12. vers. 20. nu. 1. & quasi compellunt ad ferendam sententiam. ibidem.
 Impii, Principes, & Iudices, dicuntur habere tabernacula munerum. cap. 15. vers. 34. nu. 3. *Vide etiam Iudex, Divitia.*

N

NAAMATH.
 Quæ urbs, & ubi sita. cap. 11. vers. 1. num. 1. & c. 1. vers. 1. nu. 26.
NAENIA.
 Quale carmen, & à quo inventum fuerit. c. 3. vers. 8. num. 5.
NARES.
 Cur à natura data. c. 10. vers. 8. nu. 18.
 Deus dicitur longus, latiusque naribus. ibid.
 Cur Deus inspiraverit in faciem, aut in nares hominis spiraculum vitæ. cap. 12. vers. 12. num. 2.
 Propter duo narium foramina, quibus trahitur spiritus, dicitur in Hebræo vita plura liter. ibidem.
 In naso, iræ & indignationis signa. cap. 14. vers. 13. num. 4. Ex magnitudine illius ingenium mite. Ex brevitate autem pronum in iras. ibidem. Apud Latinos subfannantis signum. ibidem.
NATIVITAS.
 Tribuitur diei, & luci. cap. 3. vers. 3. num. 4. Illi præesse dicebatur Lucina, & Diespiter. ibidem. Masculi quàm fœminæ auspicator. num. 7.
Vide etiam Homo, Infans, Conceptio.
NATRIX.
 Natrix Serpens aquatilis. cap. 5. vers. 7. n. 10.
NAVRAGIVM.
 Naufragium in portu miserimum, capit. 5. vers. 5. num. 2.
NAVIS.
 Humanæ felicitatis symbolum. cap. 9. vers. 25. num. 5.
 Naves Pyratum velocissimæ. vers. 26. n. 2.
 Navicula textoris. *Vide Textor, aut Radius.*
NAVTA.
 Nautarum genus assuetum execrationibus & maledictis. cap. 3. vers. 8. numero 2.
 Maledicunt diei ibidem. Territantur Ce-

to. ibidem.
Vide etiam Piscator, Cetus.
NATURA.
 Naturæ ductum, & rationem sequi non infirma laus. cap. 1. vers. 1. nu. 50.
 Naturæ opera mirabilia. cap. 5. vers. 9. nu. 4. Aliquando dicuntur etiam miracula. ibid. Dicuntur infinita in nostra numeratione. num. 5.
 Providentia in rebus naturalibus. cap. 5. vers. 10. nu. 1.
NERVVS.
 Quod vinculi genus. cap. 13. vers. 27. nu. 1.
 Nervi corporis pro vi & robore. ibidem.
 Dicuntur vinculum, quo continetur, & colligatur vita. cap. 4. vers. 21. num. 4.
NISI.
 Iuramenti formula. cap. 1. vers. 11. num. 4.
 Quomodo exponi debeat. ibidem.
NOBILITAS.
 Nobilitas vera, ex fide & pietate. c. 1. vers. 1. in append. 3. ad Iobi genealogiam. nu. 41. & cap. 14. vers. 22. num. 4.
 Non ex genere carnali, neque ex sanguine. ibidem.
 Nemo impius nobilis. *Vide Impius.*
 Nemo justus, non nobilis. *Vide Iustus.*
 Ex nobilibus olim sacerdotes. *Vide Sacerdos.*
 Indices ex nobilibus. *Vide Iudex.*
 Nobilium aurea, & argentea suppellex. *Vide Aurum.*
NOMADES.
 Qui, & quod eorum vitæ, institutum. cap. 1. vers. 1. num. 28.
NOMEN.
 Nominum imponendorum scientia & ratio apud Hebræos & alias nationes. in præfatio. cap. 1. num. 9.
 Investiganda illorum interpretatio, & significatio. ibidem. & num. 10.
 Non omnia nomina habentia significationem peculiarem, sunt ficta, aut comica. ibidem.
 Plurimorum nominum propriorum tam sacrorum, quàm prophanorum significatio, & interpretatio. ibidem.
 Cum nomina rerum absolute scribuntur, non debent parabolicè accipi. nu. 7. In parabolis non traduntur nomina propria. ibidem.
 Nominis impositio pertinet ad virum, non ad fœminam. n. 9.
 Nomina personarum in comediis qualia. n. 10. Vnum & idem nomen, non semper eisdem litteris scribitur. c. 1. v. 1. num. 33.

INDEX

RERVM.

Nominis conservandi appetitus innatus. c. 1. versic. 1. num. 48. Iusti non valde solliciti de suo nomine evulgando. ibidem. Illius nomen Deus vendicat ab oblivione. ibidem.

Impiorum nomen simile fructibus putrescentibus. numero. 49.

Nominis cum status mutatione, mutatio. c. 1. versic. 1. num. 47.

Adoptatus & libertus mutabant nomina. ibidem.

Nomen ab alio accipere, subjectionis signum. cap. 12. versic. 9. num. 2.

Nomen imponere, curæ, & providentiæ est. cap. 1. versic. 8. num. 10.

Recordatio nominis alicujus familiaritatem, & dilectionem adfert. ibidem.

Infantibus quoto post natiuitatem die imponeretur nomen. c. 10. v. 19. n. 2.

Vide etiam Memoria.

NOVEMBER.

Vnde habeat in Hebræo nomen. cap. 9. versic. 9. num. 3. Est inconstans. ibidem. Tempestates in illo excitantur. ibidem.

NOX.

Cum turbine, & tempestate conjuncta periculosissima. cap. 3. versic. 6. num. 1.

Computatur sub die. num. 2.

Observatur ad computationem mensium. num. 3.

Noctes aliquando solenniores diebus. versic. 7. num. 2.

Nuptiis, & cantibus dicatæ. num. 3. Nocturnum festum Aegyptiorum. nu. 2. Nocturnus planctus maximus. cap. 3. versic. 8. n. 5.

Nocte intermittebatur lamentatio & luctus à præfatis. ibidem.

Vide etiam Præfata, & Lamentatrices.

NVBES.

Dei præliantis & jaculantis arcus. cap. 6. versic. 4. num. 2. & velut tormentum petrosum. ibidem.

Vnde in Hebræo habeant nomen. ca. 13. v. 11. nu. 4. Sunt subfella Dei Iudicis. ibid.

NVMERVS.

Numerandi regula, quam vocant, additionem, aut subtractionem. cap. 3. versic. 3. n. 3.

Numerandi ratio per digitos. c. 9. versic. 3. n. 3.

Numerandi ratio per lineas apud Chaldaeos. ibidem.

Vide etiam Dextra, Vnum.

NVNTIIVS.

Nuntiorum infaustorum methodus ad comovendum Iob. cap. 1. versic. 14. num. 1.

An dæmon sumpserit formam nuntiorum. ibid.

NUPTIÆ.

Nuptiæ, noctu celebratæ. cap. 3. v. 7. num. 2. In illis præferantur lampades, & deducatur sponsa in domum mariti. num. 3. & laudabantur sponsæ. ibidem.

O

OBSIDIO.

Antiqua obsidentium urbem aliquam cæremonia. cap. 1. versic. 1. in appendi. 1. ad Iobi genealogiam. num. 35.

Peccata dicuntur obsidere impium. *Vide impius.*

OBSTINATIO.

Obstinatio, & imperfuasibilitas hominis Deo permittente. cap. 12. versic. 14. num. 3.

Obstinatio in malo describitur. cap. 14. versic. 2. num. 3.

OCTIMESTRE.

Est, & non est octimestris partus. cap. 10. versic. 19. num. 2.

OCVLYS.

Oculorum elevatio in cælum, habitus agnoscens providentiam. c. 2. versic. 13. n. 1.

Oculi nictantes subsannatorum. cap. 15. versic. 12. num. 2.

Oculi natura sua humidi. c. 16. versic. 17. n. 2.

Fontis per similes. ibidem. In mærore perturbantur. ibidem. & retrahuntur introsum. numer. 3.

Oculorum suffusio, & caligo. ibidem.

Oculus, orantis symbolum. *Vide Oratio.*

Oculorum amaritudines. *Vide Lachryma.*

Oculi in mærore caligantes. cap. 17. versic. 7. num. 11. *Vide etiam Tribulatio.*

OLIVA.

Quo tempore floreat. cap. 15. versic. 33. nu. 3.

Pluvia, & grandine facile læditur. ibidem.

Humanæ felicitatis symbolum. ibidem.

OMNE.

Omne dicitur, quod est integrum, & perfectum. cap. 1. versic. 2. num. 52.

ONAGER.

Quale animal sit. cap. 6. versic. 6. num. 2. Idoneus terræ colendæ. ibidem. Illius feritas non est indomita. ibidem. Est cibus Leonum. ibidem. Libertatis & insolentiæ symbolum. nu. 3.

Rudit deficiente pabulo. num. 4. Est impatiens famis, & sitis. ibidem. Adoratum à Iudæis mentitur Tacitus. ibidem.

Onager insolescit & ferocit. cap. 11. versic. 12. num. 5. *Vide Asinus.*

INDEX

RERVM

OPERA.

Opera & merita iustorum describit Deus in libro memoriæ. c. 2. versic. 3. nu. 6.

Opera impiorum. *Vide Impius.*

Opera iustorum. *Vide Iustus.*

Opera naturæ. *Vide Natura.*

Opera Dei. *Vide Deus.*

Opera servilia, & liberalia. *Vide Servus.*

Opera dicuntur vestis. *Vide Vestis.*

ORATIO.

Efficacitas orationis, & precum. cap. 1. versic. 1. num. 3.

Orationem dirigi, sicut virgulam fumi, quid sit. cap. 9. versic. 5. num. 13.

Est externum in malis remedium. cap. 16. v. 18. num. 4. & cap. 5. versic. 1. num. 5. Mitigat divinam severitatem. versic. 8. num. 1. & 2.

Suadetur. num. 2. Roborat infirmitatem humanam. c. 6. versic. 11. nu. 1.

Orandi studium adversus calumnias. ca. 17. versic. 2. nu. 5.

Illius symbolum oculus suspiciens. ibidem. Suscitatur Deus nostris precibus. cap. 8. versic. 6. nu. 4. & nostris desideriis. n. 5.

Orationis comites, eleemosyna, & jejuniū. cap. 16. versic. 18. num. 4. Requirit animi attentionem. ibidem. Comprehendit universum religionis, & pietatis cultum. ibidem.

Præparandus homo ante orationem, ante actæ vitæ poenitentia. cap. 11. versic. 13. nu. 4. & manuum puritate. cap. 16. versic. 18. numero. 2.

Olim etiam purificabantur, & abluebantur. cap. 1. versic. 5. nu. 4. & cap. 8. versic. 6. nu. 4. & cap. 9. versic. 13. nu. 4.

Orantes stabant, aut sedebant. cap. 1. versic. 6. nu. 5. Orantis etiam habitus, convolutio in orbem vel spheram. cap. 15. versic. 24. num. 3.

Impetrare quod ores, non est signum sanctitatis. cap. 1. versic. 12. num. 1. Aliquando exaudit Deus orationem, licet non concedat postulata. cap. 9. versic. 16. num. 5. Submissè, & humiliter orandum. ibid.

In oratione non multum loquendum, instar Ethnicorum. c. 11. versic. 2. n. 6.

Orationem fieri in peccatum, maximū supplicium. c. 1. versic. 16. n. 5.

Orando reddit hominem minù aptum ægritudi corporis. c. 2. versic. 5. nu. 3.

Qui non audent petere, dicuntur contrahere os. cap. 5. versic. 16. nu. 3.

ORATORIA.

Ars Oratoria, est incantatoria. ca. 16. v. 5. n. 2.

ORIENS.

Orientalis regiones, quæ dicantur. cap. 1. v. 3. nu. 23.

ORION.

Quæ constellatio. cap. 9. versic. 9. nu. 3. Quo mense oriatur. ibidem.

OS.

Os aperire, quid indicet. cap. 3. versic. 1. num. 4. & 5.

Qui diu siluit, aut silentium profiteretur, observatur ab aliis, cum aperit os. ibidem.

Vide etiam Lingua, & Silentium.

OSSA.

Ossium fractio, vel debilitatio de gravissimo, & extremo cruciatu. cap. 7. versic. 15. num. 5.

OVIS.

Oves Arabicæ, magnarum pinguiumque caudarum. c. 1. v. 3. nu. 6.

Ovium usus in sacrificiis. ibid.

Ovis perdita, reducta ad Nonaginta novem quid significet. c. 9. versic. 3. nu. 3.

Ovis leonem peperit. *Vide Ovis.*

OVVM.

Ovum sine sale, infaustum. cap. 6. versic. 6. n. 8.

Ova aspidum. *Vide Conflia.*

P

PALESTHINA.

Palesthina vocatur Idumæa. capit. 1. versic. 5. num. 3.

Palesthorum regum consuetudo in creando communibus suffragiis supremo Rege, id est Rege Regum. c. 1. versic. 1. nu. 14.

PAPYRVS.

Papyrus cujusmodi herba. cap. 8. versic. 11. num. 2. Illius usus. ibidem. An sit idem, qui scirpus, aut juncus. ibidem.

Solos flores sine fructu profert. num. 11. Illis coronabantur Dii. ibidem.

Papyri radices durissimæ. versic. 17. n. 7.

PARABOLA.

In parabolis ponuntur exempla, & tacentur nomina. in præfata. cap. 1. nu. 7.

PARAPHRASIS.

Paraphrastica expositio cui similis. in præfata. c. 10. nu. 5. illius utilitas. ibidem.

PARENTES.

Parentum erga filios caritas. *Vide Filius.*

Doloris, & luctus in filiorum morte exempla. c. 1. versic. 20. nu. 19.

Parentum impietas nocet filiis. cap. 5. versic. 4. num. 1. Sanctorum Parentum numerosa

sololes

INDEX

RERVM

Ioboles. cap. 5. vers. 25. num. 1. 2.
 Nemo justus censetur filius parentum im-
 piorum. cap. 1. vers. 1. in appendice. 3. ad
 Iobi Genealogiam. n. 40.
 Pater familias benignè debet corripere. do-
 mesticos. cap. 5. vers. 24. nu. 2. Illius fæli-
 citas & gaudium, habere domesticos mu-
 tua charitate devinctos. ibidem. Non de-
 bet à familia longè discedere. nu. 4. De-
 bet opportunè visitare. ibidem.
*Vide etiam Pater, Mater, Filius, Impii posteritas,
 Iusti posteritas.*
PARTVS.
 Parturientibus qui Dii præesse dicerentur.
Vide Nativitas.
 Partus infelicissimi amplificatio. cap. 3. ver-
 si. 12. num. 1.
 Partus octimestris. *Vide Octimestris.*
Vide etiam Nativitas, Infans, Mater.
PASSIONES.
 Passiones mentem obnubilant. c. 9. v. 24. n. 1
Vide etiam Cupiditas, Homo.
 Passio Christi. *vid. Christus.*
PATIENTIA, Impatentia.
 Patientia Iob, proverbio locum dedit. cap.
 17. vers. 6. num. 2.
 Patientia Martyres facit. cap. 2. in enumera-
 morb. Sectio. 2. nu. 4. Efficit Doctorem, &
 prædicatorem idoneum. in præfat. cap. 3.
 nu. 5. & 6. Generat compassionem alienæ
 calamitatis. nu. 6.
 Patientia minuitur pondus peccati. cap. 6. v.
 3. num. 5. Est clypeus justorum adversus
 ictus & jacula impiorum. cap. 10. vers. 13.
 num. 12. Patientiæ probatio vix patet ad
 versarii calumniæ. c. 2. vers. 3. n. 5.
 Patientia debet esse longanimis. cap. 2. vers.
 9. num. 5. & 8. Voluntaria est salutaris. c. 5
 vers. 17. nume. 4. Illius gradus. nume. 1. &
 num. 10.
 Quæ rationes nos impellant ad patientiæ
 studium, & actiones. c. 2. v. 10. n. 6.
 Patiendi occasiones, & labores alacriter ar-
 ripiendi. cap. 5. vers. 7. nu. 7. Est medium
 ad consequendam beatitudinem. ibidem.
 Adquam non solum currimus, sed vola-
 mus per patientiam. nu. 8.
 Deus offert patiendi occasiones, & opportu-
 nitates. in præfat. c. 6. nu. 3.
 Patientiæ exempla difficilè creduntur, præ-
 fertim à voluptuariis hōinibus. In præfa-
 cap. 1. num. 2. & nu. 3. & ab Hæreticis po-
 tissimum. ibidem. Si non fuerint vera, sed
 parabolicè tantum composita, ineffica-
 cia sunt. numer. 6. Plura nobis patientiæ.

quàm aliarum virtutum exempla propo-
 sita. num. 6. Cur cum nubibus comparen-
 tur. ibidem.
 Impatientes timido sunt animo. cap. 2. vers.
 10. num. 8. Cur dicantur duplici corde, &
 terram ingredi duabus viis. cap. 2. versic.
 10. num. 8. Sunt angustis brevibusque na-
 ribus. cap. 4. vers. 10. num. 2. & dissoluto
 animo. cap. 7. vers. 19. nume. 2. Vagantur,
 & jactantur velut in tempestate. ibidem.
 Impatentia est stultitia. cap. 5. vers. 2. nu. 2.
 3. 4. Illam coercent quatuor potissimum
 virtutes. c. 4. vers. 6. nu. 4.
 Patientiam considerari, & observari ab aliis,
 ingens patientis hominis solatium. cap.
 17. vers. 15. nu. 1.
 Christus nostræ patientiæ exemplar. in præ-
 fat. cap. 6. nume. 3. & 6. Per patientiam, &
 passionem consummatus. ibidem.
 Patientia coronat, & reges constituit. in præ-
 fat. c. 6. nume. 3. Est pax Christi. ibidem.
 dissimilis & contraria, paci, & tranquilli-
 tati mundanæ. ibidem.
Vide etiam Tribulatio.
PAVLVS.
 Cur se vocet abortivum. cap. 3. vers. 16. nu.
 2. Illius, & aliorum Apostolorum vocatio
 dissimilis. ibidè. Quomodo Ephesi pug-
 naverit ad bestias. c. 4. v. 22. n. 4.
 Paulus & Iob eodem spiritu, verbis diversi.
 c. 1. vers. 1. n. 9.
 Pauli modestia. c. 4. vers. 12. nu. 2. Laboribus
 & ærumnis incitatus & eruditus, ardèter
 prædicat verbum Dei. in præfat. cap. 3.
 num. 5.
 Pauli morbus, aut dolor capitis, dicitur An-
 gelus Satanæ illum colaphizans. cap. 2. v.
 7. num. 3.
 Paulus Comitulus Soc. Iesu. Catenæ Græ-
 cæ interpres. in præf. c. 3. nu. 1.
PAUPER, PAUPERITAS.
 Pauperem præterire, qui dicantur. c. 6. vers.
 15. num. 3. Illorum supplicium, ut ad simi-
 lem inopiam deveniant. vers. 16. nu. 1.
 Pauperi favendum in judicio. cap. 10. vers.
 7. nu. 4.
 Pauperis oratio contemnitur. cap. 11. versic.
 num. 3.
 Paupertatis encomium. cap. 1. vers. 20. nu. 8
 æqualis amissioni fortunarum. vers. 21. n.
 8. Post divitias infelicio. ibidem. De illa
 potest homo gloriari. num. 9.
 Pauperes alit Deus ex ablatis divitum bo-
 nis. cap. 5. vers. 5. n. 3.

INDEX

RERVM.

Pauper propriè dicitur, cui neque amici, ne-
 que vires adsint. cap. 5. vers. 15. num. 2. Di-
 citur quasi omnia desiderans. ibidè. Deus
 illius propinquus, & vindex. n. 5.
 Cur dicatur pauper ambulare in simplicita-
 te. *Vide Simplicitas.*
Vide etiam Divitia.
PAX.
 Pacis imago. cap. 5. vers. 21. num. 4. Cum il-
 la bona omnia conjuncta, cap. 16. vers. 13
 num. 1.
 Pax Christi, quæ. in præfat. cap. 6. nu. 3. Est
 conjuncta cum bello, & sustinentia malo-
 rum. ibidem.
PECCATVM.
 Peccati vis tanta, ut si Deus lædi posset, illū
 læderet. cap. 15. vers. 25. numer. 3. Peccata
 sunt arma, quibus impius adversus Deum
 pugnat. ibidem.
 Peccati gradus quidam, & quasi ætates. cap.
 3. vers. 12. num. 2. Vocatur. Macula & for-
 des. cap. 8. vers. 6. num. 3.
 Non omne peccatum ex instigatione dia-
 boli. cap. 3. vers. 8. nu. 3. Est voluntarium.
 c. 5. vers. 6. nu. 1.
 Nemo læditur, qui non peccet. cap. 1. vers.
 22. num. 2.
 Illos potissimum infestat aliquando pecca-
 tum, qui sanctiores esse deberent. cap. 14.
 vers. 19. num. 9.
 Cur Peccati pœna, aut ipsum etiam Pecca-
 tum dicatur tinea. ibidem.
 Peccatoris, & peccati stipendium mors. ca.
 8. vers. 4. nu. 5.
 Peccata obsident, & oppugnant. impium. c.
 15. vers. 16. num. 2.
 Sunt tortor impii. cap. 8. vers. 4. num. 3. *Vide
 etiam sape Verbo, Impius.*
 Peccati purgatio multo cum labore facta à
 filio Dei. cap. 10. vers. 8. nu. 13. Quædam
 peccata cum quibusdam aliis peculiari-
 ter nexa. c. 1. vers. 5. num. 22.
 Peccandi promptitudo, & consuetudo etiā
 sine peculiari voluptate. c. 15. vers. 16. n. 7.
 Peccatum hostis sevisissimus ipseus homi-
 nis. cap. 10. vers. 14. num. 3. Ab illo nos cu-
 stodit Deus, ut pastor. ibidem. Est mensu-
 ra implenda supplicio. num. 4. A peccati
 occasione longè recedendum. cap. 11. v.
 14. num. 2. & 3. Est macula faciei, & defor-
 mitas. vers. 15. num. 2.
 Peccati comes inconstantia. num. 3. Pecca-
 tum, impiorum lux. cap. 12. vers. 5. num. 3.
 Peccata dicuntur testes contra ipsum ho-
 minem. cap. 13. vers. 22. numero. 1. & 2.

Rogata à supremo Iudice respondebit.
 ibidem.
 Quid intersit inter peccatum & scelus, &
 delictum, & iniquitatem. v. 23. nu. 3. & 4.
 Cur dicantur amaritudo. c. 13. vers. 16. nu. 2.
 Peccatorum quotidianorum Deus exigit
 rationem. c. 14. vers. 4. nume. 1. Peccatum
 originale immundities. ibidem. Ex com-
 memoratione peccati originalis Iob, &
